

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES

210

103

Fasc. 1 pp. 1-80 Reviewed in Bot. Zeit. 12: 65, Jan. 27, 1854
2 80-160 Flora 37: 125, Feb. 28, 1854
3, 4, 5, 160-400 " 37: 203, Nov. 28, 1854

Pt. 1, fasc. (1-6) Reviewed in Flora Apr. 28, 1855 38: 257.

Pages 1-400 were issued in 1854 instead of 1855 as on the title page. pp 401 to end 1855

See Rendle A.B. in Journal of Botany 37: 33. Jan. 1899.

See Stafleu, Taxon 1 p. 458. [illegible]

QK
495
A14S84
Pars I
Bot.
H.-C.

SYNOPSIS

PLANTARUM GLUMACEARUM.

AUTORE

E. G. STEUDEL,
PHYSICO ESSLINGENSI.

Vol. I

PARS I.

GRAMINEAE.

STUTTGARTIÆ.
J. B. METZLER.
1855.

SYNOPSIS

PLANTARUM GRAMINEARUM.

AUTORE

E. G. STEUDEL,

PHYSICO ESSLINGENSI.

A. S. HITCHCOCK,

STUTTGARTIÆ.

J. B. METZLER.

1855.

Praefatio et ratio operis.

Satius fortasse foret, hoc opusculum sina ulla introductione et benevolentiae captatione in lucem edere, arbitrium vero de ejus indole et si quae est utilitate doctis justisque judicibus permittere. Cum vero uti viatores habeant sua vata libelli, non contra rem videtur, illi per itinera litteras scriptas tradere, ex quibus pateat, unde veniat, et quid agat, atque ut qui amice in domum vel forte ad tabulas doctas viatorem recipere velint, edoceantur quid ab eo sit expectandum et postulandum.

Cum industria doctissimorum familiae Glumacearum investigatorum copia rerum sensim ad hodiernum diem tum in scriptis aucta, tum in herbariis diligentium in plurimis orbis terrarum regionibus itineratorum coacervata sit, non contra rem scientiae videbatur conatus, omnes has species tum in sexcenties libris descriptas tum in herbariis latentes in uno opere colligendi et describendi. Opus certe suscepi, quod unius hominis humeris gravius videri posset; nec inficior mihi non omnes fontes, qui ad perfectionem ejusmodi operis requiruntur, fuisse apertos; qua re aliter fieri non potuit, quin in tanta rerum abundantia restarent lacunae et defectus, irrepserintque errores, qui forte evitari potuissent. Interea supellectilem non contemnendam praebuerunt plures bibliothecae publicae amicorumque qui simul aditum aperuere ad ditissima herbaria, uti in evolvendo opere erit observandum, dum collectiones propriae praesertim ex fructibus itinerum autoritate unionis nostrae itinerariae et *Hohenackeri* susceptorum praesto et operi incremento erant. Ulterior vero ad calendas graecas operis dilatio non e re disciplinae videbatur esse, cum inexhaustae almae nostrae terrae divitiae finem utique operi imponere autori septuagenario vix unquam licuissent, hinc vero necessitas ut ita dicam urgeret, ut opus ederetur, quod in centum scriptis et herbariis disjecta scientiae membra colligeret, in ordinem systematicum redigeret et id ageret, ut ejus ope ulteriores Glumacearum investigationes faciliores et securiores fierent.

De reliqua operis indole et ratione quaedam addere non erit superfluum.

Vix eorum quae continentur ambitus et conjuncta contemplatio Tribuum cum Glumaceis cognatissimorum dico: Restiacearum, Desvauxiearum, Eriocaulonearum, Xyridearum et Juncearum excusationis indigebit. Ut plurium Systematicorum veterum hasce sectiones cum Glumaceis jungendi morem taceam, etiam novissimus de familiis plantarum agens illustrissimus autor *Lindley* illas cum sectione sua Glumales (Allience VII) jungit, vel cum proxime cognatis uti etiam *Endlicher* et *Meisner* associat. Etiam in ordinandis familiis et sectionibus inprimis Graminearum horum autorum vestigia maxima ex parte sequutus sum.

Res sane difficilis et laboriosa erat, generum amplorum species in cohortes facile distinguendas ita ut minus cognitae facilius enucleari possint, concinne ordinare. An hoc contigerit autori judices rei difficultatis gnari censeant, si forte genera Paspalum, Panicum, Stipa, Agrostis, Andropogon, Cyperus, Scirpus,

Carex aliaque contemplari velint. Caeterum si systematicae coordinationis rationes invenire quandoque difficilius erat, geographicam substituere subinde praeferendum erat; in hoc nempe omnis coordinationis specierum cardo vertitur, ut perspicuitas, brevitas cum clara notarum — sint hae naturales uti dicunt aut artificiales — distinctione usum reddat faciliorem.

In generum constructione non semper normae quamvis illustrissimorum virorum in usum vocatae sunt sed nunc genera recentius condita plane neglecta et ad exemplum aliorum cum aliis conjuncta manserunt. Vix naturae creatricis methodo consentaneum videtur, genera laevibus characteribus nixa statuere; hinc saepius tali methodo constructa genera tantum sectionem valorem tenent, uti apparet in generibus Panicum, Andropogon, Scleria, Cyperus, Carex aliisque. Caeterum fatendum, quandoque in admissis generibus minus consequenter actum et v. c. Eleocharis, Isolepis, Fimbristylis aliaque adoptata fuisse, quae rectius forte permansissent conjuncta. Si vero quidam conjunctionem vel separationem vituperent, facili negotio characteres generum in valorem sectionum vel vice versa sectionum in illum generum possunt transmutari. De speciebus quoad autoritatem specificam adhuc dubiis et nunc ab autoribus admissis nunc cum aliis conjunctis non raro a communi sententia discessi. Ubi nempe consensus specierum cognatarum nondum disseminationis experientia vel formarum diversarum transitu sensim in primitivam originalem est probatus simulque descriptiones observatorum fide dignissimorum diversitates majoris momenti signant, formis satis diversis specierum dignitatem servare, quam vice versa species bene distinctas sub synonymorum farragine oblivioni tradere praeferendum censui. Hinc etiam interdum forsan vix evitari potuit, quin species breviter et obscurius ab autoribus descriptae sub titulo et nomine novarum in nostro opere sint designatae.

Librorum et synonymorum tituli, quibus plurima opera satis abundant, parce et eo tantum sunt adducti, quantum ad errores evitandos necessarium videbatur. Cum *Trinio* consentio qui (in praefatione ad Clavem Agrostographiae antiquioris p. VI.) dicit: „Wir werden anerkennen müssen, dass jener lange Synonymum Appendix jeder Seite unsrer Bücher nur als eine überflüssige, ja wohl lästige Zugabe betrachtet und die Nothwendigkeit erkannt werden wird, diese Wortfluth in ein besonderes gelehrtes Archiv-Souterrain ab- und zusammen zu leiten, zu dem dann jedem, dem daran gelegen, der Zugang offen steht.“ Icones meliores et herbaria ab aliis nondum allata saepius citantur.

Diagnoses, aeque vitata nimia brevitate ac fatigante verborum copia, componere studium erat, ita ut imaginem plantae correctam et facile cognoscendam sistant.

Quod tandem attinet ad denominationes plantarum, eas quas illis inventores et detectores primum imposuerunt, religiose servare satius visum est, quam addere autoritatem eorum qui facili negotio eas ad alia recentius condita genera retulerunt; ne vero usus vulgatior turbaretur hunc intactum plerumque reliqui. Si vero nihil obstabat post speciem ita transpositam inventoris nomen est additum in paranthesi posito nomine generico, sub quo ab eo est vulgata, uti saepius haec res in scriptis tractatur. Ubi nomen sic dictum triviale mutatam est, nomen autoris parenthesi est inclusum quod signo est detectionem plantae illi non debere.

Licet strenue probeque studerem, ut quod mihi proposueram in scribendo hoc libro, ut nempe collectione, compositione et ordinatione omnium rerum, quae nobis de Glumacearum familia industria et diligentia priorum et novissimorum Botanicorum innotuere, in commodum doctorum virorum — quamvis meritis de hac scientiae nostrae parte multo me superantium — quasi uno nutu in conspectum ducerem, meumque — quod sentio quam sit exiguum — ad augmentum scientiae amabilis contriburem, simulque minus in Agrostographia versatis vel a supellectile literaria remotis viam ad investigationes ulteriores aperirem et planarem, nemo tamen me ipso minus ignarus est imperfectae et lacunosae hujus opusculi constructionis. Tamen sperare licebit, ut mihi pro improbo tot annorum labore mercedi sit benigna humanaque et justa erudito-

rum judicum sententia. Cum autoris industria, spatio sine detrimento perspicuitatis parcendi, editor etiam nullis parcens dispendiis suam junxit, nec dubitandum, quin omnes librum volventes constructionem et nitorem typographicum laude dignissimos declarent.

Restat ut viris doctissimis, qui in elaborando opusculo vel librorum pretiosiorum vel plantarum rarissimorum communicatione vel gravi consilio manus mihi auxiliares praebuerunt, gratias publice agam sinceras. Imprimis vero debitorem me profiteor illustrissimi *Nees ab Esenbeck* qui, quod fortissimum hujus mei operis est fulcrum, manuscriptum: „Supplementa Graminearum" ditissimum totum pro sua liberalitate et prono officio operi huic inserendum tradidit. Reliqua fautorum nomina, et si ea taceo, cum satis longum efficerent catalogum, in alta grata mente manebunt reposita.

Esslingae mense Augusti 1854.

Autor.

GRAMINEAE. *Juss.*

Herbae annuae vel perennes, rarius suffrutices, rarissime arborescentes; rhizoma fibrosum, quandoque bulbosum vel lignoso-incrassatum; culmi cylindracei fistulosi, articulati nodis annularibus tumidis raro contractis; folia ad singulum articulum (nodus) solitaria vaginantia, petiolo nempe dilatato caulem ambiente et vaginam formante, vagina rarissime in petiolum complanatum vel tubulosum ad exitum angustata; lamina plerumque angusta raro dilatata semper indivisa, nervis parallelis; stipula axillaris ad conjunctionem vaginae cum culmo plus minus brevis membranacea: ligula, raro nulla. Flores plerumque virides raro colorati, hermaphroditi monoici, polygami rarissime dioici, in spiculas uni-multifloras dispositi et spicam, thyrsum, racemum, capitulum vel paniculam formantes. Calyx saepissime bivalvis (glumae calycinae *Lin.;* valvae *Linn.;* lepicena cum valvulis *Rich.*), raro univalvis (uniglumis) vel nullus. Perianthium (corolla *Lin.*) glumis subsimile bivalve, rarius univalve; valvulae (paleae *Autor.*) dissimiles, exterior (inferior) saepius carinata 1—3-multi-nervia mutica vel aristata; interior (superior) plerumque binervia, mutica rarius aristata, quandoque deficiens; squamulae hypogynae (*R. Br.*) succulentae minutae irregulares 2—3, quandoque nullae; (nectaria *Schreb.* lodiculae *Beauv.* parapetala *Link.*) stamina hypogyna plerumque tria, rarius solitaria vel duo vel 6, rarissime 4 vel 6 vel indefinita; antherae biloculares bifurcae longitudinaliter dehiscentes. Ovarium uniloculare, uniovulatum; styli plerumque duo distincti vel basi connati, quandoque 1 vel 3; stigmata plumosa vel hispidula. Fructus caryopsis libera vel valvulis adnata; pericarpium semini adnatum tenue chartaceo-membranaceum, rarissime crustaceum; albumen farinaceum; embrio basi lateris exterioris albuminis applicatus; cotyledon scutelliformis, extus sulco longitudinali exaratus (scutellum), plumula nuda vagina propria inclusa.

Tribus I. ORYZEAE. *Trin. Kunth.*

Spiculae uniflorae; glumae aut nullae aut rudimentales, rarissime luxurie valvulis aequilongae, sed multo angustiores; valvula inferior 5—7-superior 3—5-nervia.

LEERSIA. *Swartz.* Juba panicularis; spiculae hermaphroditae compressae; glumae nullae; valvulae 2 compresso-carinatae muticae clausae longitudine subaequales, inferior chartacea navicularis compressissima 5-nervia; superior multo angustior 3-nervia; stamina 3 vel 6, raro 1; ovarium glabrum; styli 2 terminales; stigmata pilis ramosis plumosa; squamulae 2 membranaceae; caryopsis compressa valvulis obtecta; scutellum minimum obliquum.

* *Monandrae.*

1. L. MONANDRA. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. I. 130.) Culmo simplici glabro (4-pedali); vaginis brevissime retrorsum pilosis; ligula lacera obtusa sublineari; foliis lanceolato-linearibus (subpedalibus, 3—9‴ latis) deorsum asperis; paniculae patulae (subpedalis) radiis solitariis vel binis compositis subflexuosis inferne nudis, inferioribus longissimis (6-pollicaribus); spiculis linealibus subrotundis acutiusculis imbricatissimis glabris vel aculeolis brevissimis dissite obsitis; aculeis mariginalibus simplicibus vix longioribus. Jamaica. Mexico.

2. L. ASPERA. *Nees.* (mpt.) Vaginis hirsutis; foliis lineari-lanceolatis glaucis subtus scaberrimis; racemis compositis, radiis coarctatis a medio florentibus; spiculis monandris brevissime pedicellatis imbricatis ovato-subrotundis, carina subaculeatis rigidulis. A praecedente notis allatis distinctu facilis; spiculae paulo majores, folia latiora *Nees. Sellow* legit in Brasil.

3. L. LIGULARIS. *Trin.* (Oryzeae p. 2.) Monandra (?) culmo gracili simplici (5—6-pedali); nodis brevissime barbatulis vel retrorsum pilosulis; ligula obtusiuscula vel acuta; foliis lanceolato-linearibus (8—12″ longis, 3—4‴ latis) acuminatis deorsum asperis compressis vel complanatis; paniculae contractae (6-pollicaris) radiis a medio radiolosis; spiculis linea vix longioribus ellipticis, lateralibus nudiusculis, aculeis marginalibus simplicibus rariusculis brevissimis. Mexico.

Species monandras in proprium genus: Aplexia refert *Rafinesque* (in *Seringe* Bull. bot. I. 220) cum charactere: stamen 1; glumae carinatae; styli 2; stigmata 2 fimbriata; semina oblonga; huc referens Leersiam virgatam nullo alio autori cognitam. Species diandrae illi sunt: Endodia: stamina 2; glumae orbiculares carinatae; styli 2; stigmata 2 fimbriata; semen lenticulare.

** *Diandrae.*

4. L. OVATA. *Poir.* (Enc. supl. 3. 329.) Culmo glabro ramoso (bipedali); nodis refracto-pilosulis; vaginis retrorsum asperiusculis hinc inde refracto-pilosulis; ligula obtusiuscula fissa; foliis lanceolato-linearibus (5″ longis, 4‴ latis) deorsum asperiusculis compressis; paniculae contractae (6-pollicaris) radiis interne (ad $^1/_4$—$^1/_3$ raro $^1/_2$ partem) nudis, inferioribus tripollicaribus; spiculis sesquilinealibus lineari-oblongis, lateralibus nudis vel aculeolis brevissimis dissite obsitis; aculeis marginalibus (praesertim apice et basi) fastigiatis. ♃ Am. septr.

5. L. IMBRICATA. *Poir.* (l. c.) Radice subbulbosa appendiculata; bulbis oblongis dense imbricato-squamosis; culmo tenui ramoso (2—4-pedali), nodis refracto-pilosis; vaginis glabris vel retrorsum asperis; foliis lanceolato-linearibus (3—5″ longis, 2—3‴ latis) deorsum hispidulis; ligula brevi obtusa ciliolata; paniculae (5—10-pollicaris) demum patentissimae radiis strictis solitariis a medio circiter floriferis (3—6-pollicaribus); spiculis $1^1/_2$-linealibus linearibus ad carinam subglabris vel brevissime et simpliciter aculeolatis. ♃ Am. sptr. Ohio. Carolina.

6. L. LENTICULARIS. *Michx.* (Fl. Am. I. 39.) Culmo erecto simplici (vel? quandoque ramoso, 2—4-pedali) ad nodos hisque ipsis refracto-pilosis; vaginis superne deorsum pilosulis; foliis lanceolatis vel lineari-lanceolatis (infimis pedalibus, 3—7‴ latis) deorsum asperiusculis, superioribus minoribus; ligula brevissima obtusa; paniculae patentis (5—8-pollicaris) radiis pilosis, inferne $^1/_3$ partem nudis; spiculis bilinealibus oblongo-subrotundis ad carinas dissitiuscule aculeatis; valvulis margine conspicue ciliatis, (irritabilibus, ut ad modum foliorum Dionaeae muscas captent.) ♃ *Kunth* Gram. I. t. 2. Am. sptr. Virgin. Carolin.

7. L. DISTICHA. *Benth.* (in *Hook.* Nig. Fl. 556.) Culmo basi repente radicante ramoso adscendente (1—2-pedali) glaberrimo; foliis latiuscule-lanceolatis tenuibus, venulis transversis subfenestratis; panicula longe pedunculata gracili effusa; spicis pedunculo filiformi sustentis compressis 6—12-spiculatis; spiculis approximatis distichis; valvulis margine nudis, carina brevissime aspero-hirta; staminibus 2 (vel? 3); semine ovato compresso fusco longitudinali striato. Guinea.

*** *Triandrae.*

8. L. VIRGINICA. *Willd.* (Spec. I. 325.) Culmo tenui ramoso (sub-3-pedali) glabro; nodis refracto-pilosis; vaginis sursum asperis; foliis lanceolatis (3—5″ longis, 4—5‴ latis) deorsum asperis; ligula obtusissima ($^1/_2$ lineali); paniculae patentissimae (5—6-pollicaris) radiis solitariis basi subobsolete pilosis vel glabris (2—4-pollicaribus) a medio circiter floriferis; spiculis $1^1/_2$ linealibus, linearibus vel lineari-oblongis, margine subnudis ad carinas brevius et simpliciter aculeolatis; interdum nudis, tri-rarius di-andris. (Stamine tertio incompleto.) ♃ Am. sptr.

9. L. LUZONIENSIS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 207.) Culmo ramoso sub nodis scabro caeterum glabro; nodis refracto pilosis, infimis radiantibus; vaginis sursum asperis; foliis lanceolato-linearibus (5″ longis, 2‴ latis) acutissimis asperiusculis; ligula lineari obtusa bipartita; paniculae patulae (3-pollicaris) radiis glabris, inferioribus binis, superioribus solitariis, inferne $^1/_4$—$^1/_3$ partem nudis; spiculis lineari-oblongis $1^1/_2$-linealibus ad carinas pectinatis, aculeis inferne fastigiatis. ♃ Ins. Luzon.

Diagnosis *Neesii* mpt. parum recedit: Culmo tenui laxo ramoso, nodis hirsutis; foliis latiuscule linearibus planis mollibus margine scabris; paniculae contractae radiis alternis, inferioribus basi compositis; spiculis racemoso-imbricatis pedicellatis dimidiato-ovatis, carinis patenti-ciliatis, nervis lateralibus scabris. Oryza coarctata *Roxb.* in *Wall.* Catal. nr. 8626? An species distincta?

10. L. ORYZOIDES. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. 130.) Culmo ramoso (2—4-pedali) glabro vel asperulo; nodis retrorsum pilosis, vaginis compressiusculis deorsum plus minus asperis; foliis lineari-lanceolatis (5—12″ longis, 3—6‴ latis) planis vel compressis deorsum asperis; ligula sublineali obtusissima; paniculae patulae vel contractiusculae (4—7-pollicaris) radiis sparsis inaequalibus glabris, nunc fere a basi nunc a medio floriferis; spiculis 2—$2^1/_2$ linealibus oblongis margine subnudis vel aculeolis brevissimis dissite tectis ad carinas pectinatis, aculeis infimis subfastigiatis. Asprella oryzoides. *Beauv.* Agr. p. 2. t. 4. fig. 2. *Host.* Gram. I. t. 35. ♃ Amer. Europ.

**** *Hexandrae.*

11. L. HEXANDRA. *Swartz.* (l. c.) Culmo ramoso (2-pedali); nodis refracto-subpilosis; vaginis glabris; foliis lanceolatis (4—5″ longis, 5‴ latis) deorsum asperiusculis; ligula brevissima truncata; paniculae patentis (5—6-pollicaris) radiis solitariis strictiusculis (2 et ultra pollicaribus) inferne $^2/_3$ nudis glabris; spiculis linea paulo longioribus, lineari-oblongis alternis approximatis (quandoque purpurascentibus,) ad carinas vix vel simpliciter aculeolatis, latere subglabris. Jamaica.

12. L. MEXICANA. *Kunth.* (Gram. I. t. 1.) Culmo glabro ramoso (altissimo, *Kunth.*); nodis puberulis; vaginis sursum scabriusculis; foliis linearibus vel lineari-lanceolatis (5—9″ longis, $1^1/_2$—4‴ latis) deorsum scabriusculis, saepe compressis; ligula sublineali obtusiuscula; paniculae contractiusculae sublinearis ($2^1/_2$—5-pollicaris) radiis 1—2-nis densiuscule sitis ($^1/_2$-pollicem inter se remotis) inferioribus sesquipollicaribus, inferne brevi spatio nudis; spiculis bilinealibus acutiusculis, sublineari-oblongis, lateribus aculeolis brevissimis tectis vel glabris, ad carinas pectinatis; aculeis interdum brevissime fastigiatis. Ind. or. *Cuming.* hrbr. nr. 529. ♃ Am. austr. Pr. b. sp. Abyssin. (L. abyssinica. *Hochst.* Hrbr. un. it. 1823. L. brasiliensis *Spr.* L. contracta *Nees.* non differunt.)

13. L. GLABERRIMA. *Trin.* (Oryzeae p. 7.) Culmo ramoso tenui glaberrimo uti reliquae partes, nodis retrorsum pilosis; foliis angusto linearibus (2—3″ longis, 1‴ latis); ligula brevi obtusa; paniculae contractiusculae (sub 3-pollicaris) radiis 1—2-nis (1—$2^1/_2$ pollicaribus); spiculis acutiusculis 2-linealibus lineari-oblongis, lateribus undique nudis, ad carinas pectinatis, aculeis ad basin interdum subfastigiatis. Praecedentis var? *Trin.* Nepal. Ins. Philip. Hrbr. *Cuming.* nr. 3290.

14. L. AUSTRALIS. *R. Br.* (Prodr. I. 210.) Culmo ramoso (2-pedali) glauco glabro; nodis pubescentibus; vaginis sursum asperis; foliis linearibus (8″ longis, 3‴ latis) asperiusculis glaucis; ligula bilineali obtusa; paniculae contractae sublanceolatae radiis basi subpubescentibus brevi spatio nudis; spiculis bilinealibus lineari-oblongis, lateribus glabris; carinis simpliciter pectinatis. L. gracilis *Willd?* N. Holl. Ins. Maurit?

15. L. MAURITANICA. *Salzm.* (ex *Trin.* Oryzeae p. 8.) Culmo basi longe radicante ramoso (3-pedali) glabro; nodis pubescentibus; vaginis sursum asperis; foliis plerumque compressis (5″ longis, $1^1/_2$—3‴ latis) asperis; ligula brevi obtusa; paniculae contractiusculae (3—4-pollicaris) radiis strictiusculis 1—2-nis, inferne brevi nudis (1—$1^1/_2$″ longis); spiculis bilinealibus oblongis vix acutiusculis, lateribus glabris, carinis pectinatis; aculeis interdum brevissime subfasciculatis. L. Triniana. *Sieb.* Afr. bor.

Species dubia.

16. L. DIGITATA. *Lam.* (Enc. supl. III. 329. Ill. nr. 859.) Spicis linearibus quaternis subdigitatis; valvulis complanatis muticis ad latera fimbriatis. Am austr.

Species nondum descriptae.

L. ANGUSTIFOLIA. *Trin.* mpt.

L. ELONGATA. *Willd.* hrbr. nr. 1511. Ins. Maurit.

ORYZA. *Lin.* Panicula; spicae uniflorae; glumae duae parvae membranaceae concaviusculae muticae; valvulae 2 chartaceo-coriaceae compresso-carinatae longitudine subaequales clausae, inferior multo latior apice plerumque aristata; arista recta basi subarti-

culata; stamina 6; ovarium glabrum; styli 2 terminales; stigmata plumosa pilis ramosis; squamulae 2 glabrae subcarnosae; caryopsis glabra oblonga valvulis inclusa. — Folia plana; panicula ramosa; spiculae in ramulis racemosim dispositae, cum pedicello articulatae compressae hispidae.

1. O. SATIVA. *Lin.* Culmo erecto (4—6-pedali); foliis linearibus elongatis scabris; panicula racemosa contracta, ramis infirmibus scabris, glumis lanceolatis pallidis adpressis; valvulis pilis longis obsitis, altera mutica, altera plerumque aristata. *Beauv.* Agr. t. VII. fig. 7. 8. O. communissima. *Lour.* O. segetalis. *Russ* hrbr. O. repens. *Hamilt.* hrbr. Culta in regionibus austr. Europ., Asiae, Afr. Am. austr. ⊙

De varietatibus cfr. *Roem. Schult.* Syst. Veg. VII. p. 1363. *Lour.* Fl. cochinch. pag. 267. *Hasskarl* Plantae Jav. rar. p. 7. et *Moon* Catal. of the plant. of Ceylon p. 26. ubi 161 varietates nomine tenus enumerantur, quarum forsan plures non tam cultura quam natura distincta specierum valore agnosci possunt, dum forsan aliae qua species infra descriptae certis limitibus et notis non sint stabilitae.

2. O. PRAECOX. *Lour.* (l. c.) Culmo tripedali; panicula spicata, spicis ramosis; fructu turgido fuscorubro; aristis brevioribus. (Quarta mense maturescit et metitur; non laeditur uti praecedens inundatione salsa. *Lour.*) ⊙ Cochinchina.

3. O. MONTANA. *Lour.* (l. c.) Culmo tripedali tenuiore; fructu longiusculo; aristis omnium longissimis. (Seritur in montibus et locis aridis, inundatione longa putrescit, aqua marina perit.) ⊙ Cochinchina. China.

4. O. GLUTINOSA. *Lour.* (l. c.) Culmo 4-pedali; foliis latioribus flavescentibus; panicula magna; aristis brevibus; semine oblongo majusculo glutinoso plerumque albissimo, nigro vel rubro. Habitat in aquosis et in siccis. ⊙ Cochinchina.

5. O. GLUMAEPATULA. *Steud.* Foliis linearibus elongatis margine retrorsum scabris in lamina glabris; panicula racemoso subcontracta; glumis lanceolatis erecto-patulis albidis; valvulis setoso-hispidis, altera mutica altera aristata, aristis longissimis fructibus oblongis. O. sativa. *Hochst.* in Hrbo. *Hostm.* nr. 1195. ⊙ Culta in Surinam.

6. O. PUNCTATA. *Kotschy* (in litt.). Foliis linearibus glauco-viridibus margine laminaque retrorsum scabris; panicula racemosa subcontracta; glumis lanceolatis subadpressis valvulisque glaucescentibus breviter pilosis; stigmatibus plerumque inter valvulas brevi-exsertis nigris. O. sativa. *Hochst.* Hrbr. nub. nr. 136. ⊙ Nubiae.

7. MINUTA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 210.) Humilis gracilis; foliis angustis; ligula abbreviata bipartita; spiculis seta terminatis; valvulis ad nervos hispidis, mucrone superioris acuto elongato. ⊙ Ins. Luzon.

8. O. LATIFOLIA. *Desv.* (Journ. Bot. 1813. p. 77.) Culmo elato; foliis lato-lanceolatis angustato-acutatis basi obtusis scabriusculis margine scabris; ligula brevissima; paniculae radiis inferioribus verticillatis patulis; glumis lanceolatis acutatis minutis, vel spiculas aequantibus; valvulis hispidis, inferiore acutato-aristata. *Kunth* Gram. I. t. 4. ⊙ Am. centr.

9. O. PLATYPHYLLA. *Schult fil.* (in *R. S.* VII. 1364.) Culmo erecto altissimo (12—18-pedali); foliis lato-linearibus acuminatis supra glabris subtus scabris, margine ciliato-serrulatis multi-(21—25-)nerviis; ligula brevi rotundata margine lunata; paniculae terminalis radiis verticillatis patulis rhachique scabris, verticillis lanatis; spiculis (2‴ longis) pedicellatis; glumis subaequalibus subulatis scabris 4-plo brevioribus quam valvulae coriaceae scabrae carinis serrulato-ciliatae; arista recta valvula 5—6-plo longiore. O. latifolia. *H. B.* (et *Desv.* sec. *Kunth. Spr.*) ♃ Am. austr.

10. O. SUBULATA. *Nees.* (Agrost. bras. 518.) Culmo erecto (5—6-pedali) toto vaginato; foliis linearibus in petiolum decurrentibus planis elongatis (2½—3-pedalibus) margine scabris; glumis e basi dilatata subulatis ibique 1—2-dentatis; valvula inferiore caudato-acuminata, apice triquetro fistuloso; squamula solitaria emarginata. ⊙ Brasil.

11. O. PERENNIS. *Moench.* (Meth. 197.) Culmo erecto tereti laevi; foliis superne striatis retrorsum scabris; panicula ramosa, floriferae radiis axi adpressis, fructiferae patentiusculis; valvulis piloso-scabris; arista longissima albida. ♃

12. O. LEERSIOIDES. *Kunth.* (Rev. Gram. I. t. 3 sub: Maltebrunia.) Culmo simplici; foliis lanceolatis petiolatis, vaginis solutis ad locum ligulae nodoso-incrassatis, ligula squamaeformi parva adpressa; panicula terminali ramosa patula; spiculis sparsis pedicellatis; glumis valvulisque muticis. Leersia latifolia. *Willd.* hrbr. ♃ Madagascar.

13. O. GLABERRIMA. *Steud.* Caule simplici cum omnibus partibus glaberrimo, striato; foliis lanceolato-linearibus vaginisque longissimis striatis, margine carinaque laevissimis; panicula contracta racemosa; axibus triquetris laevissimis; spiculis alternis, glaberrimis, vix pedicellatis, glumis apice subglanduloso obtusiusculo, omnibus muticis. Legit *Jardin* in Guinea.

14. O. PREHENSILIS. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 194 sub: Maltebrunia.) Culmo ramosissimo; foliis subsessilibus hirtis margine carinaque aculeolis recurvis armatis; panicula laxa in apice ramorum exserta patula; spiculis pedicellatis; glumis exiguis subulatis obsolete uninerviis; valvulis lanceolatis scabris muticis acutis. ♃ Pr. b. sp.

Species indescriptae, plurimae sine dubio O. sativae varietates.

O. ELONGATA. *Desv.*

O. GRANULATA. *Nees* et *Arn.* in Catal. *Wight* hrbr. nr. 2354. O. filiformis. *Hamilt.* hrbr. O. triandra. *Heyn.* hrbr.

O. MONTANA. *Hamilt.* in *Wall.* Cat. nr. 8633 nec? *Lour.* Ind. or.

O. NEPALENSIS. *G. Don.* ⊙ Nepal.

O. OFFICINALIS. *Wall.* Cat. nr. 8635.

O. PARVIFLORA. *Beauv.*

O. PUMILA. *Hort.*

O. PUBESCENS. *Desv.*

O. RUBRIBARBIS. *Desv.*

O. SORGHOIDES. *Desv.*

PADIA. *Zolling.* et *Moritzi.* Flores polygami in spiculis unifloris supra pedicellum articulatis inclusi; glumae in cupulam minimam utrinque unimucronatam (in sicco) rugosam connata; valvulae 2 cartilagineae naviculares subaequales exaristatae acutae, exterior margine involuto, superficie tota tenuissimi muricata; squamulae 2 ovato-lanceolatae; stamina 6 filamentis brevibus; antherae basi et apice bifidae; ovarium subulatum, styli 2 elongati, stigmata lanceolato-linearia pilosa longitudine styli; fructus subulatus glaber.

1. P. MEYERIANA. *Zoll. Mor.* (En. pl. Jav. 103.) Radice fibrosa; culmo (bipedali); foliis elongato-lanceolatis, inferioribus minoribus, inflorescentia racemosa inferne subpaniculata; spiculis parum numerosis, solitariis alternis (fere 3‴ longis) oblongis; pedunculis apice infra articulationem membrana circulari coronatis. ♃ Hrbr. *Zolling.* nr. 718. Java.

BLEPHAROCHLOA. *Endl.* Spiculae hermaphroditae uniflorae; glumae (vel paleae) 2 compresso-carinatae muticae obtuse mucronatae brevissime stipitatae; inferior 5-nervis nervo medio (carina) marginalibusque denticulato-ciliatis, superior brevior

3-nervis, carina denticulato-ciliata; squamulae 2 carnosae acinaciformes; stamina 6, ovarium sessile; styli stigmata longa plumosa.

1. B. CILIATA. *Endl.* (Gen. p. 1352.) Culmis gracilibus basi longe repentibus; articulis cylindraceis pubescentibus caeterum laevibus; foliis subglaucescentibus linearibus acutis, lineatis scabris; spicis paucis distantibus subsecundis in paniculam nutantem alternatim dispositis; spiculis solitariis in pedicelli curvati apice cyathiformi articulatis. Zizania ciliata. *Spr.* Jour. Asiat. soc. Beng. V. t. 25 f. 1. Ind. or.

POTAMOCHLOA. *Griffith.* Spiculae hermaphroditae uniflorae; glumae (vel paleae) 2 sessiles apici pedicelli continuae vix compressae; inferior major 5-nervis in aristam rectam terminata, nervis denticulato-ciliatis; superior mutica acuminata 3-nervis, carina denticulato-scabra; squamulae 2 magnae extus gibbo carnosae glabrae vel apice ciliatae; stamina 6, filamentis longe exsertis; ovarium sessile; styli 2, stigmata plumosa.

1. P. ARISTATA. *Griffith.* (Jour. As. V. t. 24. f. 2.) Dense caespitosa natans; culmis submersis longissimis hinc illinc capillaceo-radicantibus; emersis glabris; vaginis submersis et semiemersis valde callulosis incrassatis subinflatis, emersis longioribus cylindricis minus cellulosis; foliis lanceolatis basi cordatis obtusis, apice subcucullatis rigidis scabris; panicula erecta, ramis infimis subverticillatis, spiculis ramis adpressis subsecundis, inferioribus geminatis inaequaliter pedicellatis, superioribus solitariis in pedicellis longioribus clavatis annulo rubro insignitis. Zizania aristata *Kunth.* En. I. p. 10. Ind. or.

POTAMOPHILA. *R. Brown.* Spiculae polygamae; superiores nunc hermaphroditae uniflorae vel biflorae, flore inferiore neutro unipaleaceo, nunc masculae; inferiores foemineae 1—2-florae, floribus sessilibus perfectis, staminibus efoetis; glumae 2 parvae concavae subaequales, inferior 5-nervis, superior 3-nervis saepe longior, muticae; squamulae 2 glabrae; stamina 6; styli 2; stigmata plumosa, pilis bifidis; caryopsis compressiuscula libera.

1. P. PARVIFLORA. *R. Br.* (*Prodr.* I. 211.) Caespitosa aquatica; culmis subramosis; foliis angustis subinvolutis; ligula elongata lacera; paniculae virgato-contractae erectae, spiculis pedicellatis, basi cum pedicello articulatis. *Kunth* Gram. I. t. 5. *Trin.* Ic. III. t. 21. ♃ N. Holl.

HYDROPYRUM. *Link.* Spiculae monoicae uniflorae masculae et foemineae in eadem panicula. *Masc.* Glumae nullae; paleae 2 membranaceae subaequales, inferior acutato-mucronata 5-nervia concava, superiorem 3-nerviam involvens; stamina 6; pistilli rudimentum minutum; squamulae 2 subcarnosae glabrae. *Foem.* Glumae rudimentum cupuliforme membranaceum orbiculatum; paleae 2 membranaceae lineares, inferior 3-nervia in aristam longissimam rectam terminata superiorem angustiorem involvens; filamentorum rudimenta; ovarium sessile oblongum glabrum styli 2 breves divaricati, stigmata penicilliformia, pilis subulatis simplicibus; squamulae 2 glabrae; caryopsis cylindrica gracilis longitudinaliter sulcata, paleis involuta stylo rostrata.

1. H. ESCULENTUM. *Link.* (Hort. Berol. I. 252.) Culmo erecto (2—6-pedali, aquatico); foliis linearibus vel lanceolato-linearibus inferne compressis, (inferioribus 3-pedalibus); ligula chartaceo-membranacea 3—4-lineali; panicula pyramidata inferne divaricata mascula, superne foeminea spicato-racemosa, fulcris florum (pedicellis) clavatis; aristis longis, semine elongato. *Kunth.* Supl. t. 1. f. 1. Zizania aquatica. *Lin. Lamb.* in act. soc. Lond. VII. t. 13. *Beauv.* Agr. t. 22. f. 6. Z. palustris *Lin. Schreb.* gram. II. t. 29. Am. sptr. Variat.: ligula fimbriata, flosculi masculi valvula inferiore subulato-setigera (10''' longa) foemineae cum subula 2-pollicari; pedicellis tenuioribus. Limnochloa caduciflora. *Turcz.* Dahuria. (An species distincta?)

2. H. FLUITANS. *Kunth.* (En. I. 9.) Pusilla; culmis gracilibus ramosis fluitantibus; foliis linearibus planis; spicis solitariis axillaribus setaceis subquadrifloris, superioribus masculis inferioribus foemineis, glumis muticis. Zizania fluitans. *Mich.* Hydrochloa carolinensis. *Beauv.* Agrost. tab. 24. f. 4. Am. septr.

ZIZANIA. *Lin.* Spiculae uniflorae, masculae (superiores) et foemineae (inferiores) in eadem panicula. *Masc.* glumae 2 minutissimae rotundatae membranaceae in unam orbicularem connatae; paleae 2 membranaceo-subchartaceae carinato-concavae, inferior acutato-mucronata 5-nervia, superior brevior acutata 3-nervia; squamulae 2 integrae hyalinae glabrae; stamina 6; pistilli rudimentum nullum. *Foem.* glumae nullae; paleae 2 membranaceae, inferior oblonga carinata acutato-aristata 7-nervia, arista recta non articulata; palea superior vix brevior oblonga acuta 3-nervia dorso sub-3-carinata; stamina nulla; stylus terminalis, stigma elongatum bifidum plumosum, pilis simplicibus; squamulae 2 integrae glabrae subcultriformes; caryopsis stipitata lenticulari-compressiuscula glabra libera, pericarpio crustaceo.

1. Z. MILIACEA. *Michx.* (Fl. Am. I. 74.). Radice repente; foliis involuto-canaliculatis; paniculae ramosissimae patentis ramis inferioribus masculis, superioribus foemineis; spiculis pedicellatis; pedicellis apica clavato-incrassatis. *Kunth.* Supl. t. I. f. 2. ♃ Am. sptr.

2. MICROSTACHYA. *Nees.* Spiculae masculae valvula superiore ovali obtusa cum mucrone. Differt evidentissime a praecedente: spiculis $^1/_3$ minoribus, demta seta vix 2 linealibus; (in *miliacea* 3 linealibus) tum magis etiam valvula superiore ex apice obtusa in mucronem brevissimum contracta, (quae in *miliacea* oblongo-lanceolata in subulam attenuata). *Nees* in litt. *Sellow* legit in Brasil.

3. Z. DAHURICA. *Turcz.* Radicis fibris perpendicularibus validis, fibrillis brevibus tenuibus; culmo erecto fistuloso elato (cum panicula usque 4-pedali) crasso ($^1/_2$'') glabro basi articulato, articulis inferioribus fibris pinnatis ($^1/_2$ pollicaribus) dense cinctis; superne vaginis longissimis vestito, solutis et quasi in petiolum inflexis, lamina plana longissima (sine petiolo $1^1/_2$—2-pedali, 5—6''' lata) lanceolata subsetaceo acuminata; paniculae subcontractae fere pedalis radiis superioribus masculis, inferioribus foemineis; pedicellis capillaribus erectis apice clavato excavatis, flosculis facile deciduis. Z. latifolia. *Turcz?* Dahuria.

4. Z. TERRESTRIS. *Lin.* Culmis geniculatis; foliis oblongis angustis rigidis viridibus, anterius cuspidatis; panicula subracemosa. *Rheed.* Hort. mulab. XII. t. 60. Ind. or.

HYGRORYZA. *Nees.* Spiculae hermaphroditae uniflorae; glumae 2 subaequales inferior caudato-setigera, superior acuta; palea unica tenerrima apice denticulata; squamulae nullae; stamina 3; ovarium breviter stipitatum; stylus 1, stigmata plumosa pilis ramosis; canyopsis stipitata compressiuscula mucronata.

1. H. ARISTATA. *Nees.* (Edinb. phil. Journ. 1833. p. 380.) Foliis oblongo-lanceolatis basi rotundatis; racemis approximatis subfastigiatis; spiculis pedicellatis. Pharus natans. *Russ.* Hrbr. Ind. or. (A Pharo aristato et ciliato *Retz* diversa.)

CARYOCHLOA. *Trin.* Spiculae uniflorae masculae et foemineae in eadem panicula; glumae 2 muticae; paleae nullae. Masc. stamina 6. Foem. styli 2, stigmata plumosa; caryopsis globosa libera.

1. C. BRASILIENSIS. *Trin.* (*Nees* Agrostol. bras. 299.) Radice fibrosa; culmo erecto; foliis linearibus utrinque glabris margine scabris; panicula erecta (4—5″ alta) ramis ramulisque capillaribus; spiculis masculis et foemineis mixtis; glumis foemineis subaequalibus lato-ovatis acutiusculis 5-nerviis tenuissime pubescenti-hirtis; caryopsi globosa. Arrozia micrantha *Schrad.* in *Kunth* En. I. 11. Brasil.

2. C. BAHIENSIS. *Steud.* Radice fibrosa flavida, culmo erecto, basi saepe radicante simplici (vix pedali); foliis linearibus glabris culmum superantibus; paniculae simplicis radiis alternis, floribus masculis foemineisque mixtis, glumis foemineis glaberrimis, exteriore multo majore multinervia, nervis flexuosis; caryopsi globosa longitudinaliter striata glabra. Zizania. *Salzm.* hrb. Bahiense et ideo: C. caudata *Trin.* mpt. (Cur vero: *caudata* in speciminibus quorum flores foeminei delapsi non videndum.) ⊙ Bahia.

LACHNOCHLOA. *Steud.* Panicula subdigitata; radii racemiformes; spiculae masculae vel neutrae et hermaphroditae in iisdem racemis binatae; inferior brevius pedicellata mascula vel neutra; glumae 2 flosculo breviores; valvulae 2 nervosae; rudimentum ovarii nullum; superior longius pedicellata hermaphrodita undique pubescens; glumae 2 flosculo breviores; valvulae 2 parum inaequales nervosae acutae; stamina 6, stigmata 2? ovarium? caryopsis —

1. L. PILOSA. *Steud.* Culmo ramoso (pluripedali) glabro; tereti; vaginis foliisque longe glanduloso-pilosis; his angusto-linearibus tenuibus (2—5″ longis, 1‴ latis); ligula membranacea; paniculae in vaginis supremis involucratae digitatae racemis 4—5 pollicaribus et ultra; spiculae lanceolatae vix lineales pilosae. (Specimen tantum incompletum prostat, praecedenti generi sane cognatum.) Senegambia.

LUZIOLA. *Juss.* Spiculae uniflorae masculae et foemineae in distinctis paniculis ejusdem plantae; foemineae multo minores; glumae nullae; paleae 2 subaequales membranaceae nervosae concavae muticae; squamulae 2 in masculis 3 hyalinae glabrae; stamina 6—11; ovarium glabrum, styli 2 terminales; stigmata villoso-plumosa, pilis simplicibus; caryopsis elliptica glabra laevis paleis clausis obtecta.

1. L. PERUVIANA. *Juss.* Caulibus caespitosis natantibus et repentibus; foliis planis; panicula mascula terminali; paniculis foemineis 1—3 brevioribus e vaginis foliorum inferiorum erumpentibus. *Beauv.* t. 24 f. 1. *Kunth.* Supl. t. 1. f. 3. L. mexicana. *H. B.* N. gen. I. 199. ♃ Am. austr.

EHRHARTA. *Lin.* Spiculae compressae 3-florae; flores approximati, 2 inferiores neutri unipaleacei carinati coriacei mucronati vel subulato-aristati vel mutici; terminalis hermaphroditus bipaleaceus; glumae 2 membranaceae muticae; palea inferior floris hermaphroditi compresso-carinata mutica, chartaceo-subcoriacea; superior angustior carinata; stamina 6 interdum 3; ovarium glabrum, styli 2 terminales, stigmata plumosa, pilis longissimis simplicibus; squamulae 2 membranaceae bilobae glabrae vel ciliatae; caryopsis glabra libera paleis obtecta.

I. *Paniculatae.*

* Glumis, quam flosculi elongati longeque subulati $^3/_4$ magisque brevioribus.

a. Flosculis neutris non transversim rugulosis.

1. E. MICROLAENA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 217.) Radice fibrosa; culmo erecto stricto simplici; foliis culmo brevioribus setaceis canaliculatis; ligula elongata imberbi, vaginae marginibus continua; paniculae simpliciusculae radiis 2—3-fasciculatis; spiculis lanceolatis rigidis, glumis obtusis inaequalibus, majore et saepius etiam minore bifida; paleis neutris lanceolatis scabris plicato-costatis in setam longam altenuatis, superiore (exempta seta) glumas quater superante, inferiore duplo minore brevi-aristata; flosculo fertili mutico; pilis ad basin calli brevissimis, basi 6-fariam connatis, inter glumas reconditis. ♃ Afr. austr.

2. E. DURA. *Nees* (l. c. 218.). Radice fibrosa culmo erecto stricto simplici; foliis culmo brevioribus lanceolato-linearibus basi (fere in petiolum) canaliculato-contractis, ligula ovata obtusa, vaginae marginibus continua; paniculae simpliciusculae radiis 2—3 fasciculatis; spiculis lanceolatis rigidis; glumis obtusis inaequalibus superiore 2—3-fida; paleis neutris lanceolatis scabris plicato-costatis, superiore in setam flosculum vix aequantem, attenuata, inferiore duplo breviore, apice truncato vel retuso setifero; flosculo fertili brevissime mucronato; pilis ad basin calli 4-fariam fasciculatis inter glumas conspicuis. ♃ Afr. austr.

3. E. AVENACEA. *Willd.* (Hrbr. nr. 7015. *Trin.* Phalarideae ex Actis Ac. Petrop. Ser. vr. T. V. p. 14.) Culmo erecto simplici; foliis erectis lanceolatis firmulis planis glabris, ligula nulla (?) pedicellis paniculae glabris; spiculis glaucis elongatis; glumis obtusiusculis inaequalibus (inferiore $^2/_3$ superiore $1^1/_2$ lineas longis); floribus neutris elongatis (superiore cum subula semipollicari), superne scabris basi brevissime 4-fariam barbatis, glumas 3—4-plo superantibus; flore hermaphrodito diandro. Ins. Borbon.

b. Flosculis neutris transversim rugulosis.

4. E. LONGIFLORA. *Smith.* (Ic. ined. t. 32.) Radice fibrosa; caule erecto vel adscendente simplici vel subramoso; foliis lanceolato-linearibus planis scabris; panicula angusta subverticillari; spiculis oblongo-lanceolatis; glumis ovatis acutis membranaceis (saepe coloratis); paleis neutris gluma plus duplo longioribus oblongis subulato-aristatis, superne tuberculato-asperis; flosculo fertili oblongo acuto glumis neutris (demta arista) parum breviore. *Swartz* act. soc. Lin. VI. t. 4. f. 7. Variat: valvulis neutris vix rugosis, aristis plus minus elongatis. ♃ Pr. b. sp.

5. E. TRIANDRA. *Nees* (l. c. 221.). Radice fibrosa; culmo erecto simplici flaccido; foliis linearibus latiusculis planis scabris tenuibus; paniculae capillaris oblongae radiis fasciculatis; spiculis ovato-lanceolatis; glumis ovato-lanceolatis acuminatis membranaceis; paleis neutris (demta seta) glumis vix duplo longioribus, e basi ovata subulato-aristatis scabris, inferne transversim undulato-plicatis; flosculo fertili semiovato obtuso laevi quam glumae neutrae dimidio breviore triandro. ♃ Afr. austr.

** Glumis $^2/_3$—$^1/_4$ vel parum brevioribus quam flosculi mutici vel cuspidati.

a. Floribus neutris non transversim rugosis.

6. E. GIGANTEA. *Swartz.* (Act. soc. Linn. VI. t. 4. f. 8.) Radice repente fibrosa, interdum subbulbosa; culmo erecto ramoso glabro; foliis linearibus rigidis apice subulato-involutis glabris; panicula subverticillata coarctata; spiculis oblongis; paleis neutris gluma fere duplo longioribus villosis aristatis, arista valvulis dimidio breviore. ♃ ♄ Afr. austr.

7. E. VILLOSA. *Schult. fil.* (Syst. Veg. VII. 1374.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici; foliis linearibus rigidulis supra margineque scabris, siccitate involutis; panicula subsimplici angusta; spiculis oblongis; glumis inaequalibus,

obtusis apice ciliatis; paleis neutris gluma $^1/_3$ longioribus villosis subaristatis, arista palea interiore 5-tuplo breviore. ♃ Afr. austr.

8. E. VERSICOLOR. *Schrad.* (*Schult.* Syst. Veg. VII. 1374.) Radice fibrosa repente; culmo erecto simplici vel subramoso; foliis anguste linearibus demum convolutis scabris rigidulis patulis, ad vaginarum ora longe barbatis; panicula subsimplici angusta laxa; spiculis oblongis (e purpurescenti flavis et viridibus demum expallescentibus); glumis oblongo-lanceolatis acutis subaequalibus; paleis neutris oblongis inferne pilosis a medio magis attenuatis in mucronem brevissimum oblique contractis glumas $^1/_4$—$^1/_3$ superantibus, inferiore $^1/_3$ minore. ♃ Afr. austr.

9. E. ECKLONIANA. *Schrad.* (*R. S.* VII. 1376.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici vel subramoso foliis lanceolato-linearibus planis scabriusculis pubescenti-hirtis; panicula subramosa angusta vel patente; pedicellis pilosis; glumis inaequalibus flosculis neutris dimidio et ultra brevioribus, inaequalibus apicem versus tenuissime pubescentibus (demum purpurascentibus); exteriore breviore oblongo-ovata acuta, interiore lato-ovata obtusiuscula cum acumine; paleis neutris subinaequalibus 3-nerviis supra medium tuberculato-hispidis (minime transversim rugosis) apice in aristam hispidam brevem attenuatis, basi fasciculis pilorum altero ad carinam altero subtus inserto munitis. (Minime E. longiflora *Smith.* var.) ♃ Afr. austr.

10. E. STRICTA. *Nees* (l. c. 212.). Radice fibrosa, culmo erecto stricto simplici exaltato (2—4-pedali); foliis linearibus demum convolutis erectis strictis scabris, radicalibus elongatis, ore imberbi; panicula simplici vel composita elongata densa; spiculis oblongis pallidis; glumis oblongo-lanceolatis acutis subaequalibus; paleis neutris oblongis inferne brevi pilosulis, oblique truncatis angulo mucroniformi; superiore glumas $^1/_4$ superante, inferiore $^1/_4$ minore. ♃ Afr. austr.

11. E. PANICIFORMIS. *Nees* (l. c. 226.). Radice fibrosa; culmo basi procumbente stolonifero dein erecto subramoso (raro simplici); foliis linearibus planis scabris; panicula subracemosa, pedicellis brevissimis pilosis; glumis ovato-oblongis superiore quam palea neutra superior $^1/_3$ breviore; paleis neutris oblongis obtusis muticis non rugosis, laevibus aut punctulis minimis exasperatis. ♃ Afr. austr.

b. Floribus neutris transversim rugosis.

12. E. FESTUCACEA. *Willd.* (hrbr. nr. 7016. *Trin.* l. c. 18.) Radice fibrosa (?); culmo ($1^1/_2$ pedali) ramoso; vaginis subcompressis, foliis acuminatis (sub lente) pubescentibus elongatis (9—10 pollicaribus), superioribus panicula longioribus; panicula subpauciflora subcontracta, pedicellis pilosis; glumis paulo inaequalibus duplo- vel magis-brevioribus quam flores neutri paulo inaequales (3-lineares) altero vel utroque (obscure) transversim ruguloso. ♃ Madagascar.

13. E. PANICEA. *Smith.* (Icon. t. 9.) Radice fibrosa; culmo basi procumbente stolonifero subramoso; foliis linearibus planis subundatis scabris; panicula subracemosa (nunc lineari nunc aperta); pedicellis pilosulis; glumis ovatis inaequalibus subduplo brevioribus flosculis neutris parum inaequalibus (bilinearibus) obtusis muticis nudis; interiore vel utraque transversim rugoso. E. erecta. *Lam.* ill. t. 263. f. 1. Trochera calycina. *Beauv.* Agr. t. XII. fig. 2. Variat: culmo humiliore vel altiore, panicula plus minus multiflora, glumis hinc purpureis, hinc cuspidatis. ♃ Afr. austr.

14. E. BULBOSA. *Smith.* (l. c. t. 33.) Radicis bulbo (nucem avellanam aequante) stolonifero; culmo erecto simplici; foliis planis glabris; panicula sublineari subsimplici; glumis subinaequalibus oblongis acutis subduplo brevioribus, quam flosculi neutri subaequales mutici vel altero aut utroque longius mucronati rotundato-obtusi transversim rugosi, basi ad florem inferiorem brevissime — ad superiorem longius 4-barbati. *Swartz* act. soc. Linn. VI. t. 4. f. 9. E. Trochera. *Schrad.* Trochera striata. *Rich.* Jour. de Phys. XIII. t. 3. Trochera bulbosa. *Beauv.* Agr. t. 12. f. 3. ♃ Afr. austr.

15. E. AEMULA. *Schrad.* (Anal. Goett. Anz. 1821. nr. 207.) Culmo erecto simplicissimo; foliis planis siccitate involutis; panicula subsimplici; valvulis neutris transversim rugosis rotundato-obtusis mucronatis; glumis oblongis acutis valvulis vix duplo brevioribus; fasciculis interioribus pilorum gluma longioribus. ♃ Afr. austr.

16. E. VARICOSA. *Nees* (l. c. 200.). Radice bulbosa; culmo erecto simplicissimo; foliis anguste linearibus demum convolutis glabris; panicula subsimplici, pedicellis glabris; valvulis neutris transversim dense undulato et interrupte rugosis et substrigosis oblique subtruncatis subulato-mucronatis; glumis oblongo-lanceolatis acuminatis valvula vix $^1/_3$ brevioribus; fasciculis pilorum gluma brevioribus. ♃ Afr. austr.

17. E. OTTONIS. *Kunth.* (Agrostg. supl. t. 2. f. 2.) Radice bulbosa; culmo stricto-erecto glabro inferne ramoso vel simplici; vaginis ore ciliatis; foliis firmis apice longe attenuatis glabris; panicula simplici, pedicellis glabris; glumis subaequalibus oblongis vel oblongo-lanceolatis acutis $^1/_3$—$^1/_2$ brevioribus quam flosculi neutri subaequales mutici vel brevissime mucronati (5 lineas longi); inferiore superne obscurius-superiore ad apicem usque transversim rugoso, basi brevi 4-barbatis. ♃ Afr. austr.

18. E. BARBINODIS. *Nees* (l. c. 215.). Radice fibrosa; culmo basi suffruticoso ramoso geniculato multinodi, nodis retrorsum barbatis; foliis brevibus planis glaucis vaginisque hirtis; panicula longe exserta brevi subsimplici; glumis oblongis inaequalibus $^1/_3$ brevioribus quam paleae neutrae oblongae carina longe ciliatae subtruncatae subulato-mucronatae, superiore apicem versus transversim rugosa, interiore parum minore. ♃ ♄ Afr. austr.

19. E. LONGIFOLIA. *Schrad.* (*R. S.* 7. 1368.) Radice bulbosa; culmo erecto simplici stricto; vaginis internodio longioribus; ligula brevissima obtusissima subciliari; foliis compresso-convolutis (interdum semipedalibus) glabris; glumis subaequalibus $^1/_3$—$^1/_2$ brevioribus quam flosculi neutri aequales (3—4‴ longi) brevi-mucronati basi brevi 4-barbati (infra praesertim) transversim rugosi. Praecedentis var. *Nees.* ♃ Afr. austr.

20. E. MNEMATEJA. *Lin.* Radice bulbosa; culmo erecto simplici vel basi contracto-racemoso; vaginis superne asperulis; foliis planis latiusculis ($2^1/_2$—$3^1/_2$‴) asperiusculis, margine undulato-crenulatis; panicula subsimplici; pedicellis glabris; glumis parum inaequalibus acutis duplo aut amplius brevioribus quam flosculi neutri aequales (4‴ longi) transversim rugosi truncato-mucronati vel in setulam elongati basi 5-barbati, pilis glumam subaequantibus. E. cartilaginea. *Smith* ic. ined. t. 33. E. capensis. *Thunb.* act. Holm. 1779. t. 8. ♃ Afr. austr.

*** Glumis flosculos brevi-subulatos aequantibus.

21. E. PUSILLA. *Nees* (l. c. 223.). Radice fibrosa; culmo erecto adscendente simplici vel ramoso geniculato; vaginis tumidulis glabris; foliis lanceolato-linearibus brevibus obtusiusculis cum mucrone; panicula subsimplici vel ramosa; glumis aequalibus lanceolatis acuminatis, paulo brevioribus quam flosculi neutri aequales brevi subulati undique villosi. ⊙ Afr. austr.

**** Glumis flosculos neutros muticos vel mucronatos aequantibus.

a. Flosculi neutri non transversim rugosi.

22. E. melicoides. *Swartz.* (Act. Linn. VI. t. 3. f. 4.) Radice subbulbosa fibrosa; culmo erecto simplici vel arcte ramoso tenui glabro; vaginis internodio duplo brevioribus cum nodis retrorsum pilosis; foliis radicalibus subfiliformibus, culmeis planis (lineam latis) pubescentibus; panicula ramosa subpatente; pedicellis glabris; glumis aequalibus lato-ovatis obtusis subaequantibus flosculos neutros obtusos

($1\frac{1}{2}'''$ longos) glabros inaequales, interiore $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ breviore duplo angustiore. ♃ Afr. austr.

23. E. OVATA. *Nees.* (l. c.) Radice fibrosa, culmo adscendente ramoso abbreviato (2—4-pollicari) nodisque glabris; foliis brevibus lanceolato-linearibus siccitate convolutis; vaginis latis glabris striatis; panicula subramosa densa; spiculis ovatis; flosculis neutris glumas aequantibus obtusis muticis pubescentibus aequalibus. ⊙? An sequentis var? *Trin.* Afr. austr.

24. E. BREVIFOLIA. *Schrad.* (*Schult.* Syst. VII. 1371.) Radice fibrosa; culmo erecto aut adscendente simplici vel ramoso geniculato nodisque glabris vel subpubescentibus; foliis lanceolato-linearibus planis brevibus (pollicem longis, 1—$1\frac{1}{2}$ lineas latis) glabris; panicula subramosa angusta; glumis subaequalibus oblongis, aequantibus flosculos neutros (1—2''' longos) inaequales, obtusos pilosulos inferiore dimidio vel parum breviore duplo angustiore. Variat paleis neutris muticis vel subulato-mucronatis. ⊙ Afr. austr.

25. E. GENICULATA. *Swartz.* (Act. Linn. VI. t. 4. f. 6.) Radicibus longissimis filiformibus; culmo basi decumbente adscendente teretiusculo glabro geniculato-ramoso (3—4-pedali); geniculis fuscis; foliis linearibus planis acuminatis (4—6-pollicaribus) margine cartilagineo leviter undulatis, glabris glaucescentibus; panicula subramosa coarctata ($\frac{1}{2}$pedali); spiculis oblongis; valvulis neutris gluma paulo longioribus pilosis, interiori subaristata. Melica geniculata. *Thunb.* Hanc cum tribus sequentibus in unam eandemque conjungit speciem: E. undulata *Nees* Fl. Afr. austr. 208. ♃ Afr. austr.

26. E. LAXIFLORA. *Schrad.* (Anal. 2. nr. 12.) Glaucescens, caespitosa; culmo erecto simplici compresso (2-pedali), folioso; vaginis arctis compressis; ligula exserta tenuissime lacinulata; foliis planis linearibus scabris (3—6''' longis); panicula ramosa laxa, radiis inferioribus 4—5-nis (1—$1\frac{1}{2}'''$ longis) inferioribus paucioribus brevioribus; spiculis oblongis; glumis oblongis lanceolatis acutis vix brevioribus valvulis neutris obtusis pilosis subaristatis. E. undulata γ. *Nees.* ♃ Afr. austr.

27. E. CALYCINA. *Smith.* (Icon. ined. t. 33.) Radice fibrosa; culmo basi decumbente plus minus ramoso geniculato glabro; foliis linearibus planis altero saltem margine crenulato-undulatis brevibus supra glaucis; vaginis radicalibus ore nudis vel vix pilosis; ligulis brevibus; panicula subsimplici aut ramosa angusta subsecunda; spiculis 3—$3\frac{1}{2}$ lineas longis; glumis (interdum purpurascentibus) aequalibus flosculos plus minus aequantibus; flosculis neutris ($2\frac{1}{2}$-linearibus) parum inaequalibus paleis parum longioribus; inferiore angustiore, nunc altero nunc utroque longius breviusque mucronato et pilosulo. *Swartz* act. Linn. VI. t. 4. f. 5. E. undulata. *Nees.* Fl. Afr. ex parte Trochera calycina. *Beauv.* Agr. t. 12. f. 4. ♃ Afr. austr.

28. E. AURICULATA. *Steud.* (Flora 1829. 491.) Radice fibrosa validiuscula; culmis basi caespitosis subbulboso incrassatis, dense foliatis; foliis convolutis subsetaceis rigidis subpungentibus, vaginis radicalibus ore dense et longe pilosis; ligulis longe exsertis; glumis (interdum purpurascentibus) parum inaequalibus; flosculis neutris subaequalibus (in spiculis 4—5 lineas longis) paleis fere duplo longioribus, a basi supra medium longe pilosis, inferiore lanceolato-ovato mutico, superiore ovato subobtuso mucronato. E. undulata var. A. α et ββ *Nees.* ♃ Afr. austr.

Species certe distincta et primo intuitu dignoscenda; folia non semper ad vaginam reflexo auriculata, quem characterem etiam l. c. non in diagnosem recepi.

b. Flosculis neutris (plerumque) transversim rugosis.

29. E. RAMOSA. *Swartz.* (l. c. t. 3. f. 3.) Radice fibrosa; culmo suffruticoso basi procumbente subfiliformi ramosissimo; vaginis subinflatis; foliis angustissimis brevissimis (mucroniformibus); panicula angustata simplici; glumis aequalibus flosculos aequantibus vel paulo superantibus; flosculis neutris nunc aequalibus nunc parum inaequalibus (3—$3\frac{1}{2}$ lineas longis), — inferiore paullo angustiore, — muticis, altero seu utroque obscurius distinctiusve transversim rugosis, vel tantum punctulis minutis exasperatis; basi fasciculis 3 pilorum brevissimis (vel nullis). ⊙ Afr. austr.

30. E. APHYLLA. *Schrad.* (*R. S.* VII. p. 1369.) Culmo fruticuloso diffuso ramosissimo; vaginis infimis aphyllis hiantibus, reliquis lamina involuto-setacea longiuscula ($2\frac{1}{2}$—4-pollicari); panicula simplici parva; glumis oblongo-lanceolatis acutis aequalibus; flosculis neutris gluma brevioribus obtusis muticis tuberculatis, superiore transversim rugosa. Prioris var. *Trinius.* E. ramosa. *Steud.* in Flora l. c. ♃ ♄ Afr. austr.

II. *Racemosae.*

* Staminibus 6.

31. E. RUPESTRIS. *Nees.* (l. c. p. 227.) Radice fibrosa; culmo (flabellatim) ramoso adscendente dense distiche-folioso; vaginis imbricatis; foliis complicato-subulatis rigidis scabris; racemo simplici flexuoso; glumis subaequalibus ovatis obtusis, asperiusculis, quam flosculi ultra dimidium brevioribus; flosculis neutris inaequalibus, inferiore membranacea acuta squamaeformi triplo breviore quam flosculus fertilis, superiore flosculique fertilis palea inferiore aequalibus rigidis tuberculato asperis obtusis, illa oblonga hac cymbiformi. ♃ Afr. austr.

32. E. SETACEA. *Nees.* (l. c. 228.) Culmo basi fasciculatim ramoso fastigiato; ramis dichotomis erectis, junioribus densissime disticho foliosis; vaginis imbricatis; foliis convoluto setaceis erectis strictis, supra pubescenti-scabris; racemo flexuoso; glumis aequalibus oblongis obtusis. ♃ Afr. austr.

** Staminibus quatuor. Tetrarrhena. *R. Br.*

33. E. DISTICHOPHYLLA. *Labil.* (N. Holl. I. t. 117.) Culmo basi ramoso tecto foliis subdistichis rigidis strictis subulatis vaginisque pilosis; floribus pubescentibus; glumis duplo brevioribus quam valvulae neutrae muticae flosculo hermaphrodito duplo longiores. N. Holl.

34. E. TENACISSIMA. *Nees* (in *Hook.* Lond. Journ. II. 409. sub: Tetrarrhena). Floribus glabris, valvulis nervosis obtusis, extima duplo breviore; foliis planis patentibus culmoque ramoso scaberrimis. Praecedenti similis sed differt abunde: foliis latioribus nec pilosis, sed cum vaginis culmoque setis brevibus crassis in culmo vaginisque reversis scaberrimis. *Gunn.* nr. 987. in Hrbo. *Lindley.* Terra Van Diemen.

(*Ronald Gunn* Esq. cfr. *Hook.* Lond. Journ. I. 241.)

35. E. DRUMMONDIANA. *Nees* (l. c. sub: Tetrarrhena.) Culmo ramoso erecto; foliis planis culmo adpressis (3'' longis, $1\frac{1}{2}$—2''' latis) acuminatis 5-nerviis margine subtusque cum culmo scaberrimis, supra tenuissime holoscriceo-mollibus, superioribus racemo longioribus, floribus glabris; valvulis nervosis obtusis extima paulo ($\frac{1}{4}$) breviore. *Drummond* in *Lindl.* hrb. Fulv. cygnorum. N. Holl.

36. E. JUNCEA. *R. Br.* (Prodr. 210. sub: Tetrarrhena, uti sequentes.) Culmo ramoso foliisque strictis glabris; floribus imbricatis glabris; glumis enerviis; flosculis neutris obtusis nervosis. N. Holl.

37. E. ACUMINATA. *R. Br.* (l. c.) Culmo ramoso; foliis vaginisque glabris; floribus glabris; flosculis neutris nervosis, exteriore acuto parum longioribus flosculo hermaphrodito. N. Holl.

38. E. LAEVIS. *R. Br.* (l. c.) Culmis simplicibus; foliis planis latiusculis glabris; glumis nervosis acutiusculis; flosculis neutris obtusis enerviis laevibus. N. Holl.

E. UNIFLORA. *Burch.* hrb. (non descripta dubia). Afr. austr.

MICROLAENA. *R. Brown.* Spiculae triflorae, flores duae inferiores univalves neutri, terminalis

bivalvis hermaphroditus; glumae duae minutae carinato-concavae subaequales a floribus remotae muticae; flores neutri inaequales, inferior brevior; valvulae lanceolato-lineares subulato-aristatae canaliculatae 5-sulcatae subcoriaceae; flos hermaphroditus neutris brevior, valvulae duae, inferior compresso-carinata acuminata membranacea, superior triplo brevior linearis hyalina subuninervia canaliculato-subcarinata; stamina 4, ovarium glabrum; stigmata duo a basi intus aspergilliformia pilis hyalinis simplicibus; squamulae 2 oppositae obtusae; caryopsis linearis glabra.

1. M. STIPOIDES. *R. Br.* (Prodr. 210.) Glabra pusilla; caule filiformi; foliis planis brevibus, ligula incisa; juba paniculari simplici (4—6-pollicari) subsecunda; spiculis pedicellatis cum pedicello haud articulatis, infra glumas barbato. *Beauv.* Agrost. t. XII. fig. 6. Ehrharta stipoides. *Labil.* N. Holl. t. 118. ♃ N. Holl.

DIPLAX. *Bennet.* (*Horsf.* Plant. rar. jav. 11.) Panicula; spiculae biflorae; glumae duae inaequales, inferior uninervia ovata obtusa, superior duplo major; flosculi ima basi pilis stipati, inferior sterilis, valvula lanceolata in setam elongata obscure trinervia, inferior obtusa oblonga binervia; squamulae hypogynae 2 tenuissimae; stamina 2 vel 1; stylus brevis planus; stigmata elongata compresso-lacera; ovarium glabrum conicum.

1. D. AVENACEA. *Raoul.* (Ann. sc. nat. 3. ser. III. 116.) Culmo adscendente (2—3-pedali) inferne compresso simplici glabro; foliis scabris glabris culmum aequantibus; ligula annulato-barbata incrassata; panicula ampla composita superne cernua, radiis angulatis glaberrimis. *Raoul.* Choix d. pl. N. Zeel. t. 3. N. Zeelandia.

PHARUS. *Lin.* Panicula; radii solitarii, racemosi, compositi vel verticillati; spiculae uniflorae geminae altera parva pedicellata mascula, altera sessilis foeminea. Masc. glumae 2, inferior acuta 3-nervia, superior binervia; squamulae 2 glabrae integrae; stamina 6, ovarii rudimentum; foem. glumae 2 parvae concavae subaequales; valvulae 2 elongatae, inferior indurata tereti-involuta superiorem angustam 3-nerviam includens, stamina et squamulae nulla; ovarium sessile; stylus unicus, stigmata 3 pilosa; caryopsis linearis acuta hinc sulcata, valvula inferior laxe inclusa. — Gramina elata; folia lata petiolata nervoso striata transversim venulosa.

1. P. SCABER. *H. B.* (N. Gen. I. 106.) Culmo erecto ($2^1/_2$-pedali); foliis erecto-patentibus lanceolato- vel elliptico-oblongis acuminatis supra scabris, (inferioribus 2—3, superioribus 6—10″ longis, interdum ultra 2″ latis); paniculae apertae (6—9-pollicaris) rhachi pubescente, radiis solitariis fere a basi stricto-ramosis; spiculis foemineis lineari-lanceolatis (6-linealibus) superne hirsutis; valvula inferiore scabra superne pubescente acuminata glumis paulo longiore. P. latifolius. *Lam* Ill. t. 769. fig. 2. *Beauv.* Agrost. t. XXII. fig. 8. (non? *Lin.*) ♃ Am. austr.

2. P. LATIFOLIUS. *Lin.* (*Trin.* Oryz. p. 21.) Culmo erecto (2—3-pedali), foliis lanceolatis horizontalibus (5″ longis, 10—15‴ latis) disticho alternis glabris; paniculae patulae (5—7-pollicaris) radiis solitariis vel binis inferne ad $^1/_4$—$^1/_5$ longitudinis nudis; spiculis foemineis lanceolatis 5-linealibus totis hirsutis, glumis spiculisque masculis dimidio foemineis brevioribus. P. glaber. *H. B.* l. c. ♃ Brasil.

3. P. BRASILIENSIS. *Raddi.* (Agrost. brasil. 21.) Foliis lato- vel angusto-lanceolatis acuminatis (1″ longis, 7‴ latis) subtus pubescenti-scabris; rhachi hirsuta vel molliter pubescente; floribus foemineis 4-linealibus hirsutis, masculis foeminas aequantibus. An eadem ac praecedens? *Trin.* Brasil.

4. P. MICRANTHUS. *Schrad.* (in *Nees* Fl. bras. 2. 302.) Culmo gracili; vaginis 5—6-pollicaribus; foliis lanceolatis utrinque acuminatis supra glabris subtus pubescenti hirtis (5—7″ longis, plus minus 1″ latis), dorso glaucescentibus; paniculae patulae (6—7-pollicaris) radiis patenti-divergentibus; spiculis foemineis linearibus 3‴ longis totis (excepto apice) hirsutis; valvula inferiore pubescente quam glumae paulo longiore. ♃ Brasil.

5. P. GLOCHIDIATUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 345.) Culmo compresso glabro nudo sub panicula villoso; vaginis elongatis striatis compressis distichis; ligula brevissima; foliis petiolatis oblongis acuminatis subtus scabriusculis; panicula erecta composita patente (12-pollicari), rhachi ramisque villosis; glumis inaequilongis multinerviis glabris acutis; valvula inferiore glumis longiore apice dorso glochidiato-strigoso. ♃ Peru.

6. P. VITTATUS. *Lemaine* (in *Van Houtte* Flore d. serr. IV. t. 516.) Humilis stoloniferus aquaticus, totus atro sanguineus; foliis obovato-lanceolatis vel rhomboideis acuminatis fenestratim reticulato-venoso striatis, laete albo-vittatis coriaceis; petiolo brevi plano membranaceo torto; panicula ampla ramosissima tota scabrida, pedunculo tereti striato longissimo; floribus masculis hexandris minimis, superis pedicellatis, foemineis inferis subsessilibus; valvula inferiore elongato-rostrata pubescente glumis multo longiore. Guatemala.

LEPTASPIS. *R. Brown.* Spiculae geminatae in pedicello communi oppositae uniflorae monoicae; masc. glumae 2 parvae; valvulae 2 majores membranaceae, exterior ovata concava, interior angustior linearis plana; valvulae 2 majores membranaceae exterior ovata concava interior angustior linearis plana; squamulae nullae; stamina 6; foem. glumae 2 parvae, valvulae 2, inferior ventricosa subglobosa apertura apicis angustata superior minuta linearis; stamina et squamulae nullae, ovarium sessile; stylus unicus, stigmata 3 villosa, caryopsis obtecta per paleam exteriorem acutam chartaceam inflatam.

Character generis a *Neesio* mpt. sequens: triandra; spiculae geminatae in pedicello communi oppositae uniflorae; superior mascula brevissime pedicellata, inferior foeminea inflata bursiformis hirta inaequalis; valvula inferior flosculi foeminei inflata bursiformis hirta inaequalis basi connata ostioloque laterali stylum emittente perforata, includens valvulam superiorem linearem parvam.

1. L. BANKSII. *R. Br.* (Prodr. I. 211.) Foliis lanceolatis ensiformibus; paniculae lanceolatae rarae radiis indivisis strictis paucifloris; rhachi pubescente; palearum fructiferarum costis villosis, interstitiis glabriusculis. ♃ N. Holl.

2. L. ZEYLANICA. *Nees.* (mpt.) Foliis oblongis subtus ad costam petiolisque pubescentibus. Variat: racemo composito, valvulis subrotundis cuspidatis; et: racemo simplici valvulis ovatis acuminatis. Ceylon.

3. L. MANILLENSIS. *Steud.* Foliis longe petiolatis oblongis brevi acuminatis undique glabris (6″ longis, $1^1/_2$″ latis) vix margine scabriusculis; paniculae radiis verticillatis racemosis, rhacheolis angulatis pubescentibus; spiculae masculae valvula exterior oblongo-ovata obtusa vix acuminata membranacea glabra, staminibus 6; foeminea oblonga tota hirta valvulis connatis, stylo ex apicis apertura subobliquе exserto. Hrbr. Cuming. nr. 1739. Ins. Manilla.

Tribus II. PHALARIDEAE. *Kunth.*

Spiculae hermaphroditae polygamae rarius monoicae, nunc uniflorae cum vel absque rudi-

mento stipitiformi floris alterius superioris; nunc biflorae flore utroque hermaphrodito vel masculo, nunc 2—3-florae, flore terminali fertili, reliquis incompletis; glumae plerumque aequales; paleae saepe nitidae in fructu induratae; styli vel stigmata in pluribus elongata.

A. *Flores monoici.*

ZEA. *Lin.* Flores monoici; masculi terminales racemosi; spicula biflora, flore utroque sessili bipaleaceo; glumae subaequales herbaceae subacuminatae concavae muticae; squamulae 2 cuneatae carnosae oblique truncatae; stamina 3; foeminei axillares arcte spicati vaginis pluribus aphyllis involuti, in receptaculo cylindrico crasso suberoso-fungoso alveolato; spiculae biflorae, flore inferiore bipaleaceo neutro, superiore 2—3-paleaceo foemineo; glumae 2 carnoso-membranaceae latissimae ciliatae, inferior emarginato biloba; paleae carnosae membranaceae concavae muticae glabrae; squamulae et stamina nulla; ovarium sessile; stylus terminalis compressus apice bifidus pubescens, lobis longissimis subulatis; caryopsis subrotundo-reniformis glumis paleisque persistentibus cincta; pericarpium tenue diaphanum chartaceum; embrio crassus longitudine fere albuminis; plumula crassiuscula subulata; radicula infera simplex conica.

1. Z. MAYS. *Lin.* Culmo erecto subhirsuto, foliis adscendentibus, dein pendulis, ligula brevi; bracteis involucri numerosissimis; floribus masculis distantibus pedicellatis; staminibus 3; seminibus ovatis apice depressis. *Beauv.* t. 24. f. 3. *Gaertn.* t. 1. fig. 4. ⊙ Am. austr.

2. Z. HIRTA. *Bonafous* (Ann. sc. nat. XVII. 156.) Tota pilis rigidis crebris hirsuta; foliis culmo fere parallelis, pendulis; ligula valde exserta; involucri bracteis paucis; floribus masculis approximatis in rhachi sessilibus; staminibus plerumque 2; seminibus obovatis, apice rotundatis lucidis. ⊙ California.

3. Z. ROSTRATA. *Bonaf.* (Ann. de Lyon V. 97.) Spica elongata; seminibus apice recurvato-mucronatis. ⊙ Peru.

4. Z. MACROSPERMA. *Klotzsch.* (Bot. Zeit. 1851. p. 718.) Seminibus applanatis (in formam seminis Cucurbitarum), albis, 4-plo ponderosioribus quam illa Zeae vulgaris; albumine toto farinoso. (Reliqua ignota). Peru austr.

5. Z. CURAGUA. *Molin.* (Chili ed. germ. p. 107.) Culmo humili; foliis serratis. ⊙ Chili.

Species dubiae.

Z. CRYPTOSPERMA. *Bonaf.* ⊙ Am. sptr.

Z. ERYTHROLEPIS. *Bonaf.* ⊙ Am. sptr.

Forsan omnes species varietates unius ejusdemque speciei, culturae proles.

REANA. *Brign.* Flores monoici; masculi terminales paniculati; spica biflora, flore altero sessili, altero pedicellato; stamina 6; flores foeminei axillares spicati erecti, sessiles in axi flexuoso, bracteis imbricatis ad medium usque involuti; styli longissimi exserti penduli; pars spicae superior abortiva exserta erecta; caryopsis curvo-trigona axi arcte adhaerens.

1. R. GIOVANNINEI. *Brign. à Brunnhof* (Ind. Sem. H. Mutinensis 1850. Flora 1850 p. 400). Foliis amplexicaulibus canaliculatis angustis integerrimis longissimis. ⊙ Mexico.

CORNUCOPIAE. *Lin.* Spiculae complures fasciculatae invulucratae uniflorae; involucrum infundibuliformi-campanulatum membranaceum crenatum; glumae 2 membranaceae carinatae subaequales muticae inferne connatae, flore paulo breviores; valvula unica membranacea carinata inferne 5-nervia apice biloba, dorso infra medium aristata, marginibus a basi ultra medium connatis; arista valvula brevior; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 terminales breves; stigmata longissima linearia pubescentia; squamulae nullae; caryopsis oblique obovata lenticularis glabra libera.

1. C. CUCULLATUM. *Lin.* Radice caespitifera; culmis ramosis striatis erectis (pedalibus); vaginis superioribus ampliatis; foliis lineari lanceolatis attenuatis; pedunculis 2—3 sursum incrassatis sulcatis. *Schreb.* Gram. 2. t. 41. *Beauv.* Agr. t. 4. f. 3. *Smith* Spicil. t. 14. *Sibth.* Fl. gr. t. 51. ⊙ Graecia. As. min.

SCLERACHNE. *R. Brown.* Spicae androgynae fasciculatae, singulae involucro monophyllo foliaceo inclusae, constantes spiculis 2 rarius 3, una vel quandoque 2 inferioribus foemineis sessilibus, altera mascula pedunculata; masc. spiculae biflorae, glumae duae subaequales nervosae herbaceae; valvulae tres membranaceae; foem. spiculae biflorae, flos inferior neuter, superior foemineus; glumae duae, inferior pedicellum foemineum amplectens, inferne cartilaginea margine altero equitans, superior compressa semiherbacea nervosa; gluma superior membranacea acuminata; neuter valvula unica; foem. perfect. valvulae duae angustae acutae; stylus bifidus; stigmata hispidula.

1. S. PUNCTATA. *Horsf.* (Pl. jav. rar. t. 4.) Glabra; culmo ramoso geniculato; foliis planis; ligula brevissima ciliata. Java.

COIX. *Lin.* Flores monoici; masculi laxe spicati exeuntes ex involucro communi ovato inflato crasse coriaceo demum ossescente, apice pervio; glumae 2 membranaceae lanceolatae biflorae flosculis — quorum alter saepe abortivus — longior; valvulae 2 membranaceae muticae, superior bicarinata; squamulae 2 glabrae; stamina 3; foem. involucro inclusae basilares; spiculae biflorae, flore inferiore neutro; glumae carnosae concavae muticae, neutr. univalve; perfectum: valvulae 2 carnosae, superior binervis; squamulae nullae; stylus 1; stigmata 2—3 elongata pilosa, staminum rudimenta minuta; caryopsis subglobosa demum intra involucrum libera.

1. C. LACRYMA. *Lin.* Culmo ramoso farcto superne semitereti obtuso; spiculis axillaribus pluribus pedunculatis non involucratis; fructibus ovatis; radice annua. *Beauv.* Agr. t. 24. f. 5. *Kunth.* En. Supl. t. 3. 4. Lithagrostis lacryma Jobi. *Gaertn.* Fruct. I. t. 1. f. 10. ⊙ Ind. or. Japan.

2. C. AGRESTIS. *Lour.* (Fl. Coch. 674.) Culmo tereti solido simplicissimo articulato glabro (3-pedali); foliis lanceolato-linearibus acuminatis integerrimis laevibus alternis amplexicaulibus; pedunculis plurifloris longis erectis axillaribus; semine subrotundo fusco nitido minusculo substriato. China.

3. C. EXALTATA. *Jacq.* (ex *Spr.* Syst. I. 228.) Radice perenni; spiculis axillaribus, pluribus pedunculatis; seminibus nitidis fuscis hinc sulcatis. An eadem ac praecedens? ♃ China.

4. C. ARUNDINACEA. *Lam.* (Ill. t. 750. non *Willd.*) Radice perenni; spiculis axillaribus solitariis subsessilibus,

seminibus nitidis. C. lacryma. *Lin.* sec. *Kunth.* ♃ Mexico.

5. C. KOENIGII. *Spr.* (l. c.) Radice perenni; culmo altissimo superne semitereti acuto; floribus masculis spicatis bracteato-involucratis; foliis utrinque scabris, margine aculeato-serrulatis; seminibus ellipticis nitidis. C. Arundinacea. *Koenig. Willd.* ♃ Ind. Or.

Coix arundinacea *Willd.* proprium genus efformat diversum: defectu veri involucri osseo-cartilaginei, in hac planta enim involucrum *Autor.* gluma inferior locustae foemineae est, uti in Sclerachne a qua hoc genus: Chionachne *R. Br.* distinguitur praesertim figura et textura uniformi glumae inferioris locustae foemineae, et insuper locustis masculis pluribus nec unica, etiam habitu. *R. Br.* in *Horsf.* Pl. rar. Jav. p. 15.

Species non descriptae Indiae orientalis.

C. GIGANTEA. *Koen.* Hrbr. *Roxb. Wall.* Cat. nr. 8624.

C. BARBATA. *Roxb.* in *Wall.* Cat. nr. 8626.

C. HETEROCLITA. *Roxb.* l. c. nr. 8627.

POLYTOCCA. *R. Brown.* Spicae terminales masculae axillares androgynae infra foemineae, utriusque rhachi ad articulos singulos bifloros solubili; masc. spiculae biflorae, glumae 2, stamina 3; squamulae hypogynae 2; foem. glumae 2, inferior cartilaginea rhachin angustam amplectens nervosa alata, superior laevis acuminata; neutr. valvula solitaria glumae superiori conformis; foem. perfecta: valvulae 2, squamulae hypogynae nullae; stigmata longissima colorata.

1. P. BRACTEATA. *R. Br.* (*Horsf.* pl. Jav. rar. t. 5.) Culmo elato; foliis planis margine asperis; ligula brevi ciliata; articulis foemineis spicae androgynae stipatis, spicula neutra univalvi herbacea; spiculae masculae flore superiore paulo praecociore. Java.

B. *Floribus hermaphroditis subparallelis sessilibus, intermedio brevi pedicellato.*

PHALARIS. *Lin.* Spiculae triflorae; flores 2 inferiores minutissimi squamae- vel calliformes, summus fertilis; glumae 2 carinato-naviculares, carina plerumque alata, subaequales membranaceae muticae, florem superantes; paleae 2 carinato-naviculares muticae membranaceae, inferior major superiorem involvens; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 terminales longissimi, stigmata plumosa, pilis simplicibus vesiculoso-papillosis; squamulae 2 minutae glabrae; caryopsis oblonga lenticulari-compressa glabra, libera, paleis demum coriaceis tecta.

§. 1. *Panicula coarctata; glumarum carinae alatae.*

* Rudimentis 2 raro 1 non appendiculatis.

1. P. CANARIENSIS. *Lin.* Culmo basi ramoso sursum scabriusculo; vaginis quam nodi glabri duplo brevioribus sursum scabriusculis, superioribus inflatis; ligula obtusa; foliis lanceolatis (3—4''' latis) deorsum scabriusculis; thyrso ovali (1—1½'' longo); glumis 3-nervibus aequialatis margine integerrimis; pedicellis brevissimis; rudimentis 2 chartaceis aequalibus glabris, dimidio brevioribus hermaphrodito toto brevissime piloso. *Schreb.* Gram. t. 10. f. 2. *E. B.* t. 1310. *Trin.* Ic. t. 74. *Beauv.* Agr. t. VII. f. 1. ⊙ Ins. fortunat. Regiones austral.

2. P. RUBENS. *Ehrnbrg.* (in *Trin.* Phalarid. p. 4.) Culmo dense caespitoso glabro; vaginis nodos glabros aequantibus; ligula obtusa; foliis (1½''' latis) acuminatis glabris; thyrso oblongo (bipollicari rubente); glumis acutissimis, superne acutiuscule seu acute-alatis 5—7-nervibus; pedicellis spiculis (2''' et ultra longis) ¼—⅓ brevioribus; rudimentis 2 minutis cartilagineis; flore hermaphrodito glabro seu uno alterove pilo obsito. Arabia.

3. P. OBVALLATA. *Trin.* (l. c.) Culmo basi procumbente caespitoso simplici sursum scabriusculo vel glabro; vaginis nodis glabris dimidio brevioribus subglabris, suprema inflata; ligula acutiuscula vel obtusa; foliis (2''' latis) acutissimis deorsum scabriusculis; thyrso cylindrico-oblongo (fere 1½-pollicari); glumis obtusiusculis vel acutis superne acute alatis 7—9-nervibus; pedicellis brevissimis spiculam basi spiculis abortivis 3—4 obvallantibus, quam glumae dimidio brevioribus acutis, partim bifurcatis; rudimentis 2 brevissimis obtusis cartilagineis; flore hermaphrodito glabro. — Macrodon obtusus. *Ehrbg.* Arabia.

4. P. BULBOSA. *Cuv.* (Icon. I. t. 64. *Trin.* ic. VII. t. 76.) Radice 1—2—3-bulbosa fibrosa; culmo elato simplici glabro; vaginis glabris, superioribus nodis duplo brevioribus; ligula obtusiuscula; foliis (1½—3''' latis) acutissimis; thyrso sublineari-oblongo (1—3-pollicari, pallidissimo); glumis 3-nervibus nunc aequi-nunc denticulato-nunc uni-dentato-alatis apice subaristatis vel acutis; pedicellis spiculas subaequantibus vel brevioribus; rudimentis 2 brevissimis cartilagineis; paleis flosculi hermaphroditi glabris vel pilis raris obsitis. P. aquatica. *Lin.* P. coerulescens. *Desf.* ♃ Eur. austr. Afr. bor.

5. P. PARADOXA. *Lin. fil.* Culmo ramoso scabriusculo; vaginis glabris, suprema thyrsum obovata-cylindricum (plus minus) amplectente inflata; ligula acuta; foliis (1½—2½''' latis) supra deorsum asperulis; glumis spicularum inferiorum sterilium truncatis 3-superiorum fertilium 7—9-nervibus, superne acutis alatis; alis appendiculatis; pedicellis spicularum inferiorum brevibus, superiorum subaequilongis; rudimentis 2 brevissimis cartilagineis; flosculo hermaphrodito glabro vel apice obsolete barbatulo. P. appendiculata. *Schult.* (Mant. II. 217. et Hrbr. un. it. Abys. nr. 248) vera est P. paradoxa. *Schreb.* t. 12. f. 1. 2. *Trin.* ic. t. 82. *Host.* gram. II. t. 40. ⊙ Terrae medit.

6. P. GRACILIS. *Parlator.* (Pl. nov. p. 36.) Radice fibrosa; culmo gracili (semi-pedali); vagina suprema inflata aphylla; panicula brevissima (3—5''' longa); glumis calycinis acutis mucronulatis late alatis, ala sub apice truncata, dentata; rudimento unico lineari minimo; flore hermaphrodito villoso. Ins. Malta. Aegypt.

7. P. BREVIS. *Trin.* (Phalarideae p. 4.) Radice fibrosa; culmo caespitoso tenui, nodis vaginisque internodio brevioribus glabris, ligula angusta brevi; foliis (1—3'' longis, lineam latis) acutis retrorsum scabriusculis; thyrso subrotundo-oblongo (4—5-lineali); glumis subintegro- vel eroso- et denticulato-alatis 3-nervibus; pedicellis spicula multo-brevioribus; rudimento pusillo cartilagineo glaberrimo; flore hermaphrodito superne brevissime piloso. Nepal.

8. P. NEPALENSIS. *Trin.* (Icon. VII. t. 80.) Radice fibrosa; culmo basi ramoso vaginisque internodio dimidio brevioribus glabris ligula oblonga obtusa; foliis linearibus (1—2''' latis) vel lineari-lanceolatis attenuato-acutis undique asperis; thyrso ovato (fere pollicari); glumis 3-nervibus infra medium ad apicem usque alatis, membrana plus minus repando-erosa; pedicellis inaequalibus spicula semper multo brevioribus; rudimentis 2 brevissimis cartilagineis; flore hermaphrodito fere toto piloso. Nepal.

9. P. CAESIA. *Nees.* (Flor. Afr. austr. I. 6.) Culmo basi radicante (2—3-pedali); vaginis internodio vix brevioribus; ligula exserta lacera acuta; foliis lanceolatis (3—4''' latis) caesio-glaucis longissime acuminatis glabris (retrorsum vix scabriusculis); panicula cylindracea laxiuscula (lobata vel continua) elongata (ultra 3'' longa); glumis naviculari-lanceolatis, carina superne subalatis acuminatis (sub lente) serrulato-scabris; rudimentis filiformibus pilosis dimidio brevioribus, flosculo fertili piloso. Afr. austr.

** Rudimentis 2 minutis altero cornu appendiculato.

10. P. NODOSA. *Lin.* Radice nodosa; culmo procumbenti-erecto simplici glabro; vaginis internodio multo brevioribus; ligula obtusa; foliis (2—3''' latis) rigidiusculis glabris vel asperulis; thyrso lineari-oblongo (1—2—3½-pollicari); glumis 3-nervibus superne aequialatis; pedicellis brevibus; rudimentis 2 cartilagineis, altero cornu appendi-

culato; flore hermaphrodito pilosulo. *Trin.* ic. t. 81. ♃ Oriens. Eur. austr.

11. P. MINOR. *Retz.* Radice fibrosa rarius bulbosa; culmo (1—1½-pedali) inferne ramoso glabro; vaginis internodio demum multo brevioribus; ligula obtusa; foliis linearibus seu lineari-lanceolatis (2—3‴ latis) glabris vel margine asperis; thyrso ovato (e viridi alboque vario) vel cylindraceo-oblongo (½—1½-pollicari); glumis 3-nervibus inaequaliter-eroso-alatis; pedicellis spicula multo brevioribus; rudimentis 2 cartilagineis, altero cornu appendiculato, pilis aliquot terminato; flore hermaphrodito glumis dimidio breviore, brevi-piloso. *Trin.* ic. VII. 79. P. aquatica. *Host.* gram 2. t. 39. ⊙ Eur. austr. Afr. septr. Am. sptr.

12. P. TRUNCATA. *Guss.* (Fl. sic. syn. p. 118.) Radice fibrosa, fibris albidis pubescentibus; culmis adscendentibus dein erectis; foliis linearibus acuminatis striatis subtus scabris; vaginis longis glabris; ligula alba (1—1½‴ longa); panicula spicaeformi oblongo-cylindracea; glumis obtusis, superne late alatis, ala integra sub apice truncata; floribus neutris 2 minimis vix conspicuis ovatis, flosculique hermaphroditi valvis villosis. P. aquatica. *Guss.* fl. sic. prod. 67. et *Desf.* Fl. alt. ex *Parlat.* Giorn. bot. 1844. p. 92. Ital. infer. Afr. bor.

*** Rudimentis binis cornu appendiculatis.

13. P. TRIVIALIS. *Trin.* (Phalarideae p. 9.) Culmo caespitoso basi fibroso (7″ alto) pertenui; vaginis glabris nodo brevioribus; ligula lineali obtusa vel acutiuscula; foliis (1—1½″ longis, 1‴ latis) acutis glabris; thyrso subovato (4—6‴ longo); glumis 3-nervibus anguste et aequialatis; pedicellis brevissimis; rudimentis 2 minutis utroque cornu piloso appendiculatis; flore hermaphrodito glumis ⅓ vel minus breviore. Am. septr.

14. P. BRACHYSTACHYS. *Link.* Radice fibrosa; culmo (1—2′ alto) ramoso; vaginis glabris; ligula obtusa; foliis (2—3‴ latis) deorsum asperiusculis; thyrso ovali (pollicari et breviore); glumis 3-nervibus aequialatis; pedicellis brevissimis; rudimentis 2 minutis subcartilagineis apice pilosis et abeuntibus in valvulam chartaceam obtusam glabram; flore hermaphrodito toto breviter piloso. *Trin.* Icon. VII. t. 75. Eur. austr.

15. P. BERTERONIANA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici vel basi ramoso (pedali); ligula lata acutiuscula; vaginis internodio brevioribus glabris; foliis lanceolatis (superioribus vix 1-inferioribus 2—3-pollicaribus), retrorsum scabriusculis; thyrso ovato (vix pollicari) glumis 3-nerviis margine tenuiter serrulato ciliatis acuminatis, aequialatis; pedicellis brevibus; rudimentis minutis cartilagineis subalaeformi-appendiculatis; flore hermaphrodito supra basin piloso. Phalaris nr. 2. *Bertero* hrbr. nr. 553. Chili.

16. P. MICROSTACHYA. *Dec.* (*Trin.* Icon. VII. t. 77.) Radice fibrosa; culmo gracili (ultra pedali) glabro infra thyrsum longe nudo; vaginis internodio duplo et magis brevioribus glabris; ligula obtusa; foliis (inferioribus 3″ longis, 2‴ latis) glabris supremis brevissimis; thyrso oblongo vel lineari-oblongo (fere 1—1½″ longo); glumis subaequialatis 3-nervibus; pedicellis brevissimis; rudimentis 2 cartilagineis apice pilosis cornu pilosulo appendiculatis; flore fertili toto piloso glumis ⅓ breviore. ⊙ Am. sptr.

17. P. ANGUSTA. *Nees.* (*Trin.* ic. VII. t. 78.) Radice fibrosa; culmo (1½—3-pedali) vaginisque internodio plus dimidio brevioribus glabris; ligula obtusa; foliis glabriusculis (supremis 1-, inferioribus 3—4-pollicaribus); thyrso (1½—3-pollicari) lineari; glumis 3-nervibus subaequialatis; pedicellis brevissimis; rudimentis 2 cartilagineis apice pilosis, cornu piloso appendiculatis; flore hermaphrodito glumis circiter ½ breviore piloso. P. americana. *Ell.* Bot. p. 101. Am. sept. et austr.

18. P. AMETHYSTINA. *Trin.* (Phalarid. p. 10.) Culmo simplici vel ramoso; vaginis ampliatis glaberrimis purpurascentibus; ligula obtusiuscula decurrente; foliis lanceolato-linearibus acutissimis (superioribus 1-inferioribus 3-pollicaribus) deorsum scabriusculis; thyrso cylindrico oblongo (1—1½-pollicari); glumis 3-nerviis subexalatis (apice amethystinis); pedicellis brevissimis; rudimentis 2 cartilagineis apice pilosis, cornu apice piloso appendiculatis; flore hermaphrodito piloso glumis ⅔ breviore. *Bertero* hrbr. nr. 534. ⊙? Chili.

19. P. CHILENSIS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 245.) Culmo erecto tereti (2-pedali) vaginisque subinflatis glaberrimis; foliis linearibus acutissimis scabriusculis; panicula spicaeformi cylindracea utrinque acuta (1½-pollicari); ramulis brevissimis scabris; glumis navicularibus scabris, carina membranaceis spinuloso-ciliolatis trinerviis; valvula inferiore cartilaginea ovata acuminata nitida sursum adpresse pilosa, superiore lanceolata acutissima binervia glabra, utrinque ad basin flosculi rudimento acuto piloso. An praecedentis var? ⊙ Chili.

20. P. JAPONICA. *Steud.* Culmo basi radicante valido subarundinaceo (4-pedali) glabro fere toto vaginato; foliis linearibus apice angustatis acutis glabris laevibus (1′ longis, 2—3‴ latis); ligula oblonga vel ovata obtusa; panicula angusta contracta spicaeformi elongata (5—6-pollicari); radiis solitariis brevibus spicatis; glumis exalatis 3-nerviis acutis ad carinas scabris; flosculo hermaphrodito piloso glumis duplo breviore; rudimentis 2 herbaceis undique pilosis valvulis ⅔ brevioribus. Ex Hrbrio Mus. Lugd. Bat. Japonia.

§. 2. *Panicula diffusa; glumarum carinae nudae.*

21. P. ARUNDINACEA. *Lin.* Radice repente; culmo (2—4-pedali) simplici vel ramoso; vaginis glabris internodio dimidio brevioribus; ligula obtusa; foliis elongatis (8—12″ longis, 5—7‴ latis, saepe variegatis); juba paniculari contractiuscula (3—8-pollicari); glumis 3-nerviis exalatis; rudimentis 2 cartilagineis brevissimis cornu piloso appendiculatis; flore hermaphrodito nudo vel dorso apiceque piloso. Digraphis arundinacea. *Trin.* Fund. 127. Arundo colorata. *Ait. E. Bot.* t. 408. Baldingera colorata. *Fl. Wetter.* ♃ Eur. Am. sptr.

22. P. ROBINSONIANA. *Nees* (mpt.) Foliis scabriusculis; paniculae cylindraceae spicaeformis glumis lanceolatis acuminatis carina non alatis serrulato-scabris; flosculo fertili subulato-acuminato duobusque accessoriis strigoso-sericeis, his aequalibus subulatis flosculo fertili triplo brevioribus. An P. chilensis *Presl.* var? *Nees.* *Cuming* (non vero *Bertero*) legit in Ins. Juan Fernandez.

§. 3. *Species minus notae.*

23. P. CAROLINIANA. *Walt. Mhlbrg.* (Descpt. 91.) Culmo basi obliquo (pedali); foliis lanceolatis margine scabris; ligula amplexicauli erecta; panicula ovata contracta simplici; glumis acuminatis carinatis striatis; corollae valvis calyce minoribus aristatis; pistillo purpurascente; semine albido compresso pubescente. Affinis dicitur P. aquaticae *Ait.* Carolina Georgia.

24. P. PECTINATA. *Roth.* (N. pl. sp. p. 34.) Radice fibrosa caespitosa; culmis erectiusculis nodosis; nodis ferrugineis scabriusculis; foliis lineari-lanceolatis nervosis, nervo dorsali eminentiore, uti vaginae scabriusculis; panicula spicata cylindrica (1—1½″ longa); glumis navicularibus mucronatis margine membranaceis ciliato-pectinatis; corollae exterioris valvulis aequalibus obtusis 3-nerviis villosis calyce multo minoribus; corolla interiore duplo minore cartilaginea demum ferruginea semen tegente. An alius generis? ⊙ —

25. P. ANGUSTATA. *Hort. Gryph.* (Linn. XXIV. 187.) Glumis medio dorso alatis, ala apicem non attingente superne latiore eroso-denticulata et minutissime ciliolata; valvula utraque adpresso pilosa, flosculo accessorio sterili unico valvulam inferiorem dimidiam subaequante. —

LASIOLYTRUM. *Steud.* Spicae confertae sub-

digitatae; spiculae uniflorae compressae alternae imbricatae; glumae 2 subaequales, inferior chartacea dura compresso-carinata nervosa mutica, superior tenuior utraque carina et ad nervos hispida; valvulae 2 hyalinae glumis breviores acutae glabrae laeves; stamina 2; styli 2 crasse-pilosi; caryopsis —

1. L. HIRTUM. *Steud.* (Flora 1846. p. 18.) Culmo basi decumbente adscendente ramoso glabro (1—1½-pedali), nodis vaginisque pilosis; foliis cordato-amplexicaulibus ovatis acuminatis basi margine glanduloso-pilosis caeterum minutissime ciliato-scabris (1″ longis, 5—8‴ latis); ligula membranacea longe ciliata; spicis terminalibus et axillaribus (subpollicaribus) aggregatis vel digitatis. Phalaris hispida. *Thunb.* Fl. jap. 44. Japon.

SOLENACHNE. *Steud.* Spica densa; spiculae sessiles sesquiflorae, flosculus alter rudimentarius lanceolatus carinatus stipitiformis pilosus, flosculus completus biglumis, gluma inferior bicarinata compresso-navicularis, carina alata, acuminata flosculum superans, superior ovata obtusiuscula brevior flosculum aequans; valvulae 2 aequales concavae obtusae hyalinae in tubum connatae muticae; stamina 3, stylus (demum) elongatus; stigmata vesiculoso-papillosa; caryopsis — ?

1. S. PHALAROIDES. *Steud.* Caule erecto glabro foliato (3-pedali et ultra) tereti glabro vaginato, vaginis striatis arctis glabris ore pilosulis; foliis angustis convolutis longissimis in apicem longam setosam attenuatis glabris laevissimis (2-pedalibus et ultra); ligula pilorum series; spica basi vaginata longissima (pedali) densissima; spiculis undique in rhachi angulata glabra sessilibus ½-pollicaribus; flosculo completo lanceolato in setulam terminato carinato ad carinam piloso; gluma exteriore bicarinata alata carinis viridibus, ala pectinato-ciliata acuminata, interiore breviore unicarinata mutica ad carinam ciliata; valvulae in tubum connatae hyalinae vix summo apice liberae glabrae. *Urville* legit in Ins. St. Catharinae Brasil.

FINGERHUTHIA. *Nees.* Thyrsus densus spicaeformis ovatus; spiculae sesqui- aut subtriflorae homogamae; glumae duae aequales setaceo-caudatae carinatae membranaceae; flosculus (aut uterque) inferior fertilis hermaphroditus longitudine glumarum brevi-pedicellatus bivalvis; valvulae rigidulae, inferior longior carinata ex apice setigera 5—7-nervia, superior paulo brevior naviculari-compressa; lodiculae membranaceae obcordatae; stamina 3, antherae apice barbatae; ovarium glabrum stipitatum; styli duo capillares longi, stigmata angusta; flosculus supremus incompletus.

1. F. CILIATA. *Nees* (Fl. Afr. austr. I. 136.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis, scabriusculis (pedalibus et ultra) foliatis; vaginis internodio brevioribus glabris; ligula brevi in villos soluta; foliis planis demum convolutis (3—4″ longis, 1—1½‴ latis) glaucis; thyrso ovato-oblongo obtuso basi acuto (1—1½ pollicari); spiculis bilinealibus sesqui- vel subtri-floris; flosculo sterili difformi; glumis dorso et margine longe molliter piloso-ciliatis; valvula inferiore brevissime ciliata. ♃ Afr. austr.

2. F. SESLERIAEFORMIS. *Nees* (l. c.). Radice valide fibrosa; culmo erecto (2—3-pedali) simplici scabriusculo foliato; vaginis elongatis glabris, ad collum pilosis; foliis linearibus angustis (1½—2‴ latis, 6—12″ longis) demum convolutis rigidis viridi-glaucescentibus; thyrso spicaeformi oblongo utrinque attenuato (1—2-pollicari, pallide violaceo); spiculis subtrifloris; flosculo sterili conformi; glumis carina brevi-ciliatis; valvula inferiore glabra. ♃ Afr. austr.

HILARIA. *Humb. Boupl.* Thyrsus spicatus; spiculae monoecae basi ternatim connatae, anteriores duae masculae 1—3-florae, postica foeminea uniflora; masc. glumae 2 carinatae inaequilaterae inaequales, inferior brevior apice bifido-aristata, superior mucronata; valvulae 2 apice rotundato-emarginatae, inferior brevior carinata, superior bicarinata; squamulae nullae; stamina 3; foem. glumae 2 oppositae aequales naviculares inaequilaterae bilobae, inter lobos aristatae; valvulae 2 compressae apice angustatae rotundato-emarginatae, inferior 3-nervia, superior angustior binervia bicarinata; squamulae nullae, staminum rudimenta; styli 2, stigmata pubescentia; caryopsis compressa intra valvulas libera. (Andropogoneis an rectius? inseruit *Trinius.*)

1. H. CENCHROIDES. *H. B.* (N. gen. I. t. 37.) Culmo repente ramoso; ligula abbreviata laciniata; foliis planis; spica terminali thyrsoidea solitaria; rhachi flexuosa non articulata; spiculis per ternas basi connatas dentibus alternis rhachi insidentibus hispidulo scabris. *Kunth.* Supl. t. VII. fig. 3. (cfr. Hexarrhena cenchroides.) ♃ Mexico.

HEXARRHENA. *Presl.* Inflorescentia spicata, rhachis articulata in articulos non secedens flexuosa; spiculae alternae septemflorae, munitae extus involucro diphyllo, phyllis 6-fidis inaequalibus, lobo intimo profunde bifido, laciniis setiformibus, secundo et tertio lanceolatis membranaceis obtusis 3-nerviis, quarto et quinto setaceis pilosis, sexto oblongo obtusissimo membranaceo; flores masculi seni utrinque trini, bivalves; valvulae nervosae membranaceae pellucidae, inferiores obtusissimae apice multidentatae, nervo medio asperae, superiores acutae laeves; stamina 3; flos foemineus rhachi adjacens involucro 6-fido, lobis inaequalibus setaceis setoso-pilosis; valvulae 2, inferior navicularis lenticularis in longum acumen spathulatum obtusum producta, membranacea diaphana 3-nervia, superior uninervia inferiori includenti conformis; ovarium lenticulare; stylus basi dilatatus bifidus; stigmata 2 penicilliformia. Hordeaceis inseruit *Presl.*

1. H. CENCHROIDES. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 326. t. 45.) Radice fibrosa; culmis caespitosis superne saepius ramosis (1—2-pedalibus) strictiusculis compressis alternatim canaliculatis, striatis glabris ad nodos pilosis; vaginis compressis internodio brevioribus striatis glabris; foliis linearibus planis margine aculeato-scabris internodio longioribus; spica laxa (1½-pollicari) cylindrica. Habitu Hilariae affine sed toto coelo diversum genus. *Presl.* ♃ Mexico.

ANTHOXANTHUM. *Lin.* Thyrsus panicularis; spiculae 3-florae; flores inferiores univalves neutri dorso aristati; summus minor bivalvis hermaphroditus muticus; glumae 2 carinatae, inferior dimidio brevior uninervia; flores neutri; valvula membranacea canaliculata apice emarginata, externe sericeo-hirsuta, dorso aristata; arista torta; floris hermaphroditi valvulae 2 membranaceae muticae glabrae, inferior subrotunda navicularis superiorem involvens; stamina 2, ovarium sessile glabrum; styli 2, stigmata longissima distiche plumosa; squamulae nullae; caryopsis ovato-oblonga teretiuscula vix lateribus compressa valvulis tecta.

1. A. ODORATUM. *Lin.* Radice fibrosa; culmo basi ramoso glabro; vaginis laxiusculis vix tumidulis ore pilosis; ligula oblonga obtusa; foliis superioribus linearibus inferioribus abbreviatis acutis glabris vel pilosulis; thyrso paniculato (1—2-pollicari) lineari oblongo vel ovato; arista glumam superiorem (3—4''' longam) nunc aequante nunc excedente; flosculis neutris gluma dimidio brevioribus, oblique truncatis fere ad apicem usque pilosis. *Schreb.* gram. t. 5. *Host.* gram. t. 5. *Beauv.* Agr. t. XII. f. 8. *Trin.* ic. t. 14. *Kunth* Supl. t. VIII. ♃ Europ. As. Am.

2. A. OVATUM. *Lagasc.* Glaucescens; spica ovata densa; vaginis glabris; foliis ciliatis; calycibus corollisque hirsuto-ciliatis; flosculis sessilibus glomeratis arista longioribus; stigmate vix exserto. *Trin.* ic. t. 16. ♃ Hispan.

3. A. GRACILE. *Bivon.* (Stirp. sicul. I. t. 1. f. 1.) Radice fibrosa; culmo a basi ramoso filiformi, superne longe denudato; ligula oblonga obtusa; foliis sublinearibus supra pilosulis; thyrso paniculari (circiter 1'' longo) ovato; arista quam gluma superior duplo longiore; flosculis neutris eadem gluma $^1/_4$ aut parum brevioribus acutiusculis inferne ad medium usque pilosis. *Trin.* ic. t. 13. ⊙ Sicil. Graecia.

4. A. AMARUM. *Brot.* (Phytogr. Lusit. t. 4.) Radice grumosa fibrosa; culmo basi ramoso glabro superne longiuscule nudo; vaginis laxiusculis foliisque glabris vel molliter pilosulis, basi auriculatis lanceolato-linearibus; thyrso paniculato elongato (3'' longo) lanceolato vel lineari oblongo; arista glumam superiorem (5—6''' longam) parum excedente; flosculis neutris eadem gluma dimidio brevioribus truncatis inferne pilosis. *Trin.* ic. t. 15. ♃ Lusitan.

5. A. CARRENIANUM. *Parlat.* (Plant. nov. p. 37.) Radice gracili fibrosa; culmo caespitoso decumbente; vaginis subventricosis glabris; foliis linearibus angustis (1'' longis, 1''' latis) acuminatis villosis; panicula composita spicaformi ovata laxiuscula (1'' longa); gluma calycina minore florem longitudine aequante; arista corollina majore glumam majorem subduplo superante; paleis subaequalibus medio villosis apice acutiusculis bifidis; stigmatibus longissimis. Hispania.

6. A. PULCHERRIMUM. *Lour.* (Fl. Cochin. p. 36.) Caespitosum; foliis radicalibus confertis lanceolatis undulatis glabris; culmis suberectis simplicibus, foliolis paucis subulatis vestitis; panicula sparsa, spiculis linearibus floribus plurimis subsessilibus; glumis 2 concavis acuminatis, inferiore majore; paleis 2 oblongis acutis interiore longiore apice ciliata; filamentis 2 tenuissimis; stylis 2 capillaribus stamina superantibus. Vix dubie alius an novi generis. Cochinchina.

ATAXIA. *R. Brown.* Thyrsus panicularis; spiculae 3-florae flore inferiore masculo bipaleaceo, intermedio neutro unipaleaceo; terminali hermaphrodito 3-andro; glumae 2 inaequales.

1. A. HORSFIELDII. *Kunth.* Flosculis a basi brevissima persistente rhacheos conjunctim solubilibus; palea superiore flosculi hermaphroditi uninervi; staminibus axibus palearum oppositis. *Horsfield* pl. Jav. 8. t. 3. Java.

2. A. ECKLONIS. *Trin.* (Phalarideae p. 31.) Radice subrepente; culmo (sesquipedali) sursum asperulo, basi ramoso; foliis sublanceolato-linearibus acutis asperiusculis (2''' latis, 2—3'' longis); thyrso paniculari secundo oblongo-lineari (2$^1/_2$'' longo) densissimo; arista quam gluma superior (4''' longa) paullo longiore; flosculo neutro univalvi eadem gluma paullo breviore obtusiusculo cum bivalvi pilosulo. Hierochloa Ecklonii *Nees.* Fl. Afr. I. 7. Pr. b. sp.

3. A. TONGO. *Nees* (l. c. sub: Hierochloa.) Radice fibrosa; culmo ($^1/_2$—1-pedali) tenui ramuloso; foliis inferioribus angustissimis subfiliformibus (3- et ultra-pollicaribus) glabris, culmeis linearibus brevioribus; thyrso paniculato laxo (subpollicari) lineari-ovato; arista quam gluma superior (fere 3''' longa) duplo longiore; flosculo neutro univalvi eadem gluma breviore acuto cum bivalvi piloso. Pr. b. sp.

4. A. TENUIS. *Trin.* (l. c.) Culmo tenui filiformi ramoso; foliis tenuissime subfiliformibus; thyrso paniculari simplicissimo lineari laxo (subpollicari); arista quam gluma superior (2''' longa) fere duplo longiore; flosculo neutro uni-valvi eadem gluma paullo breviore obtusiusculo cum bivalvi piloso. Pr. b. sp.

A. MEXICANA. *Rupr.* (Bull. Brux. IX. 2. p. 233. Hrbr. 5756.) Nomen. ♃ Mexico.

HIEROCHLOA. *Gmelin.* Panicula (contracta) rarius racemus; spiculae 3-florae; flores 2 inferiores masculi 3-andri plerumque aristati; terminalis hermaphroditus diander submuticus; glumae 2 carinatae membranaceae subaequales; paleae 2, inferior carinata, superior bicarinata in flore hermaphrodito unicarinata; ovarium glabrum; styli 2; stigmata plumosa pilis fasciculato-ramosis; squamulae 2 elongatae glabrae lobulo laterali auctae; caryopsis oblique oblongo-elliptica, lateribus leviter compressa glabra paleis obtecta.

* Flosculis masculis muticis vel brevi-mucronatis.

1. H. RACEMOSA. *Trin.* (Phalarideae. p. 33.) Radice repente; culmo erecto (4—6-pollicari) glaberrimo inferne foliis confertis convolutis (2—3-pollicaribus) vestito; foliis vaginarum glabrarum brevissimis; ligula obtusiuscula; racemo simplicissimo unilaterali (8—10''' longo); pedicellis adpressis glabris; spiculis linea longioribus; flosculis masculis margine pilosis cum hermaphrodito (dorso, margine aut etiam lateribus) piloso, glumas obtusiusculas fere enerves plus minus superantibus, subacutiusculis aut brevissime mucronatis. N. Zeel.

2. H. DAHURICA. *Trin.* (l. c. p. 34.) Radice repente; culmo erecto (vix semipedali) basi vaginis emarcidis vestito; foliis linearibus (1''' latis, 3'' longis vel multo brevioribus); vaginis glabris aut — uti culmus superne — retrorsum brevi-pilosis vel asperiusculis; panicula dense compacta ($^1/_2$—1$^1/_2$-pollicari); pedicellis glabris; spiculis lineam longis; flosculis masculis margine pilosis cum hermaphrodito glabriusculo glumas aequantibus acutiusculis. H. glabra. *Trin.* in *Spr. Kunth.* Dahuria.

3. H. BOREALIS. *R. S.* Radice repente; culmo (1—2-pedali) basi ramoso; vaginis deorsum asperis; foliis linearibus (1—2—3''' latis, 8—9'' longis) vaginisque deorsum asperis; panicula ovali densa vel laxa (2—4'' longa); pedicellis glabris; spiculis 2—3''' longis; flosculis masculis margine (et saepe etiam apice) pilosis cum hermaphrodito apice vel undique piloso glumis paulo brevioribus, apice vel infra apicem mucronatis vel muticis. Holcus repens. *Host.* Gram. 3. t. 3. β. Hierochloa arctica *Presl.* spiculis lateralibus ad baseos callum brevi barbatis. — Region. boreal. Eur. As. Am.

4. H. UTRICULATA. *Kunth.* (Gram. t. 8.) Culmo subsimplici compressiusculo scabro; foliis nunc planis (6''' latis) nunc compressis acuminatis vaginisque asperis; panicula spicaeformi lineari vel lanceolato-lineari (5—10'' longa) cylindracea densa; pedicellis pilosulis; spiculis 3 lineas longis; flosculis masculis margine (rarius dorso brevius-) pilosis cum hermaphrodito glabro glumas aequantibus vel paulo superantibus, nunc nudis, nunc mucronatis. Torresia utriculata. *R. P.* Chili.

5. H. ALTISSIMA. *Steud.* Radice valida fibrosa culmo valido elato (4-pedali et ultra) striato tereti scabro; vaginis longissimis scaberrimis; ligula membranacea alba obtusa vel fissa; foliis planis linearibus apicem versus convolutis, scaberrimis (ultra pedalibus, 2—4''' latis); panicula contracta (5—6-pollicari); radiis inferioribus 3—4-nis erecto patulis, superioribus in spica densa confluentibus, piloso

hirtis; spiculis 3-linealibus 3-floris; glumis flosculos parum superantibus glabris subaequalibus laevibus; valvulis flosculorum masculorum lateralium scabris margine longe ciliatis apice brevi aristatis, hermaphrodito inferne glabro apice setuloso scabro truncato. Vix prioris var. *Lechler* legit Valdiviae.

6. H. BUNGEANA. *Trin.* (l. c. 36.) Culmo erecto (pedali); foliis inferioribus (sesquilineam latis) deorsum asperiusculis, vaginis glabris; panicula ovali laxa (2-pollicari); pedicellis glabris; spiculis 2''' longis; flosculis masculis margine pilosis muticis seu superiore rarius sub apice brevissime mucronato, cum hermaphrodito apice pilosulo glumas subaequantibus. (Habitu adeo similis H. australi, ut nisi flosculos muticos et pedicellos plane epiles spectes, vix de identitate dubites.) China.

7. H. ANTARCTICA. *R. Br.* (Prodr. I. 209.) Culmo simplici leviter compresso glabro (2—3-pedali); vaginis laxissimis glabris; foliis inferne planiusculis (4''' latis) superne (raro ex toto) convoluto-compressis strictiusculis (5—12'' longis) vaginisque glabris; panicula (4—5-pollicari) nutante; pedicellis (superne) pilosis; spiculis 4 lineas longis; flosculis masculis margine dense-dorsoque pilosis infra apicem brevi-setigeris cum hermaphrodito brevi-mucronato glabro glumas hyalinas ferrugineo-albidas aequantibus vel eis brevioribus. *Kunth.* Gram. t. 203. Disarrhena antarctica. *Labil.* N. Holl. t. 232. Holcus redolens. *Forst.* Torresia magellanica. *Beauv.* Ins. Malvin. N. Zeeland.

8. H. FRAGRANS. *R. S.* Panicula patula; glumis 3-floris muticis; flosculis confertis, hermaphrodito intermedio diandro glabro; masculis 3-andris; palea exteriore levissime ciliata, dorso laevibus. A H. boreali, quacum etiam jungit *Torr.* Fl. N.Am. I. p. 150. differre videtur: paleis margine non villoso-ciliatis et flore hermaphrodito apice laevi. Holcus fragrans: *Willd.* Spec. IV. 936. — Am. sptr.

9. H. MAGELLANICA. *Hook.* (l. c.) Caule erecto vaginato striato glabro; foliis striatis planis sursum convolutis vaginisque laxiusculis glabris; panicula erecta contracta (2—4-pollicari); pedicellis summo apice pilosis; spiculis 4—5-linealibus; glumis hyalinis albidis vix ferrugineis; flosculis masculis margine et carina longe pilosis caeterum scabris; brevi setigeris; hermaphrodito glabro apice scabrido. Sec. spec. Hookerianum. Ins. Hermite.

10. H. BRUNONIS. *Hook. fil.* (Antarct. Exped.) Culmo vaginato striato glabro; foliis striatis planis sursum convolutis vaginisque laxiusculis glabris; panicula contracta (3-pollicari) subnutante; pedicellis apice vix pilosis; spiculis 4—5-linealibus; flosculis masculis undique margine vix pilosis, infra apicem brevi setigeris; glumis hyalinis albidis basi viridibus flosculos superantibus; flosculo hermaphrodito apice setuloso, caeterum glabro. Sec. spec. Hookerianum. Ins. Aukland.

11. H. PAUCIFLORA. *R. Br.* (Chloris Melv. 35.) Radice repente; culmis erectis inferne foliatis; foliis radicalibus subulatis margine involutis, culmeis abbreviatis, vaginis suis laxiusculis multoties brevioribus; racemo erecto simplici; spiculis ovatis; glumis scariosis ovatis glaberrimis spiculam subaequantibus, inferiore minore; flosculi masculi superioris palea sub apice emarginato-setigera, seta brevissima; flosculo terminali mutico. Ins. Melville.

** Flosculo masculo altero infra apicem brevi setigero, altero infra apicem aristato.

12. H. Dregei. *Nees* (Fl. Afr. austr. I. 9.) Culmo tenui (sesquipedali) superne longe nudo; vaginis foliisque glabris, culmeis acuminatis ($2^1/_2$'' longis vel brevioribus, lineam latis); panicula angusto-lineari ($1^1/_2$—2'' longa); pedicellis apice pilosis; spiculis fere 3''' longis; flosculis masculis basi marginibusque pilosulis, inferiore sub apice setigera quam gluma sua pilosula et acutissima paulo longiore, superiore submucronato-acuta sua gluma breviore, infra medium aristata, arista spiculam dimidio superante. Pr. b. sp.

12. H. AUSTRALIS. *R. S.* Radice subrepente, culmo (1—$1^1/_2$-pedali) glabro basi ramoso; foliis lanceolato-linearibus vel linearibus saepe compressis, superioribus minoribus, deorsum asperiusculis; panicula ovali laxa (1—2'' longa); pedicellis apice pilosis; spiculis (2—$2^1/_2$ lineas longis) ovatis; flosculis masculis margine pilosulis glumas suas glabras acutas aequantibus, inferiore sub apice mucronato, superiore infra medium aristato, arista flosculum aequante vel vix excedente. H. odorata. *Beauv.* Agr. t. XII. f. 5. Holcus odoratus. *Schkr.* Handb. t. 344. *Host.* gram. IV. t. 4. ♃ Eur. med. et austr.

13. H. ALPINA. *R. S.* Radice fibrosa subrepente; culmo ($^1/_2$—1-pedali) inferne subramoso, vaginisque laxis subinflatis glabris; foliis compressis inferioribus subfiliformibus (4—5'' longis) acutiusculis; panicula contracto-ovali (1—$1^1/_2$-pollicari); pedicellis glabris; spiculis 2—3''' longis; flosculis masculis brevissime-margine longius pilosis glumas aequantibus vel iis brevioribus, inferiore sub apice mucronulato vel brevi-setigero, superiore infra medium aristato; arista flosculum dimidio excedente. Holcus alpinus. *Swartz Wahlbg.* Lapp. t. 2. *Fl. dan.* t. 1508. *Schrad.* N. Jour. II. t. 3. ♃ Am. et As. arctic.

PLINTHANTHESIS. *Steud.* Panicula vel racemus; glumae 2 subaequales membranaceae 4—5-flori; flosculi intra glumas imbricati, eas parum excedentes; inferiores hermaphroditi, supremi masculi vel neutri; valvulae pilosae subaequales basi herbaceae, apice hyalinae; inferior mutica apice lacera vel ciliato-dentata; superior infra apicem lateraliter aristata; arista basi torta plana, geniculata valvulam duplo superante; stamina 3 oblonga; stylus longe bifidus; stigmata pilosa; achenium obtuse triquetrum apice bi-cuspidatum.

1. P. URVILLEI. *Steud.* Culmo erecto tereti glabro, vaginato foliato ($1^1/_2$—2-pedali); vaginis striatis glabris apice vix pilosulis; foliis angustis (1''' latis $^1/_2$—fere 1-pedalibus) superne complicatis acutis; panicula oblonga, radiis subverticillatis 2—4-nis supremis solitariis, radiolis capillaribus pauci- (2—5-) spiculatis spiculis ovatis; glumis ovatis acutis pallide brunneis ($2^1/_2$''' longis), flosculis glumas, aristis flosculos superantibus glabris, flosculis dense pilosis. *Urville* hrbr. Montes coerulei N. Holl. ♃

2. P. TENUIOR. *Steud.* Radice fibrosa; culmo geniculato tereti glabro (1—$1^1/_2$-pedali); vaginis striatis glabris ore pilosulis; foliis angustis subconvolutis (2—4'' longis, basi $^1/_2$''' latis); paniculae simplicissimae racemosae radiis solitariis raro binis, plerumque unifloris; spiculis patentibus; glumis herbaceis, viridibus nervosis flosculos superantibus; flosculo summo sterili; omnibus dense pilis obvallatis; arista flosculos superante. *Urville* legit Port. Jackson.

Tertia hujus generis species ex Hrbo. *Urvillei* adest in Hrbo. *Chauvin*, sed adeo incompletum, ut diagnosis non possit erui, differt imprimis glumis ex apice aristatis. Genus aristis lateraliter valvulae insertis distinctissimum.

C. *Flores (hermaphroditi) omnes pedicellati distracti.*

HOLCUS. *Lin.* Spiculae 2- vel sub- 3-florae; flosculi omnes pedicellati hinc inter se et a glumis remotiusculi; glumae subaequales flosculis longiores membranaceae naviculari-carinatae; flos inferior raro explicatus membranaceus cuneato-linearis neuter, quandoque deficiens; medius chartaceus hermaphroditus 3-ander muticus, supremus chartaceus masculus; paleae 2 membranaceae inferior in flore inferiore mutica, in superiore sub apice aristata; ovarium glabrum; styli 2 brevissimi, stigmata plumosa; squamulae 2

quandoque lobulo laterali auctae; caryopsis glabra libera.

1. H. LANATUS. *Lin.* Radice fibrosa vel tuberosa; culmo (1—3-pedali) glabro vel sursum piloso; foliis lineari-lanceolatis (7—12″ longis) supremis brevibus (vix pollicaribus) pilosis vel glabratis glaucescentibus vel viridibus; panicula obovata vel lineari-oblonga; glumis (2‴ longis) dorso superne dilatato pilosis subaequalibus; superiore sub apice brevi-mucronata; flosculis 2 saepe 3, infimo membranaceo abortivo, medio et supremo nudis, hoc angustiore et medium excedente sub apice aristato, arista recurva non exserta. *Schreb.* Gram. I. t. 20. *Host* Gram. I. t. 2. *Beauv.* Agr. t. XVII. fig. 10. *Fl. Dan.* t. 1181. *Kunth* Supl. t. IX. f. 2. H. suberosus. *Salzm.* Variat: panicula minore; flosculis minoribus, glumis margine distinctius ciliatis. H. lanatus var. *Welwitsch* Hrbr. Lusit. nr. 428. ♃ Eur. Am. sptr.

2. H. MOLLIS. *Lin.* Radice fibrosa (subrepente); culmo (½—2-pedali) erecto glabro basi ramoso; foliis (1—3″ longis) glabris supremo breviore; panicula sub- vel oblongo-lineari (1—4″ longa, pallida vel atro-rubente); glumis (2—3‴ longis) nudis subaequalibus subulato-acuminatis; flosculis 2 (tertio suppresso) inferiore glabriusculo longiore quam superior basi pilis brevibus involutus sub apice aristatus; arista erecta flexuosa exserta. *Schrb.* gram. t. 20. f. 2. *Host* Gram. t. 3. H. tenuis. *Trin.* H. densus. *Peterm.* Flora 1844. 233. ♃ Eur. Am. sptr.

3. H. ARGENTEUS. *Agardh.* (in *R. S.* II. 656.) Glaucescens; culmo ad basin usque vaginis subinflatis, suprema ventricosa tecto; foliis — uti vaginae — pubescenti-scabriusculis profunde striatis, (siccitate) involutis, scaberrimis; ligula elongata apice lacera; paniculae contractae densiflorae ramis pilosis; glumis obtusis brevissime mucronatis, longitudine aequalibus, altera duplo latiore; flosculo hermaphrodito inferiore mutico, masculo arista recurvata calycem excedente. ♃ Hispan.

4. H. DURIEUI. *Steud.* Radice fibrosa tenuissima; culmo erecto (6—12″ longo) glabro bis vel ter infra medium geniculato, nodis glaberrimis; foliis pubescentibus angustis; panicula angusta vel oblonga subsecunda (½—1″ longa) glumis (3—4‴ longis) subaequalibus longe subulato-acuminatis; flosculis 2 (tertio suppresso); inferiore subsessili glabro apice (sub lente valida) fasciculo pilorum minutissimo terminata, longiore quam superior longiuscule pedicellatus, basi pilis involucrato; arista erecta flexuosa exserta; paleis inferioribus hyalinis superioribus chartaceis carina et margine ciliatis. An H. tenuis. *Trin.* in *Spr.* Entd. 2. e Sicilia quae *Trinio* (Phalar. p. 41.) H. mollis. *Lin.* var. omnino eadem? H. tenuis. *Gay.* Ann. sc. nat. 1836. H. Gayanus? *Boiss?* ⊙ Asturia.

5. H. SETIGER. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 9.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui (pedali) superne pubescente, basi ramoso; nodis pilosulis; foliis inferioribus (1—2‴ latis, 4—5″ longis) glabris superioribus brevioribus; panicula aequali condensata vel ovata (1—2-pollicari), ramis hirtis; glumis (fere 2‴ longis) dorso superne dilatato pilosis caudato-setigeris; flosculis 2 (tertio infimo suppresso), inferiore setis aliquot tenuissimis involucrato, superiore angustiore sub apice aristato; arista recurva vix exserta. H. setosus. *Trin.* H. annuus. *Salzm.* sec. *Trin.* ⊙ Afr. bor. et austr. Mare caspic.

6. H. RIGIDUS. *Hochst.* (*Seubert* Fl. Azor. tab. 1.) Rhizomate repente; culmis erectis (1—1½-pedalibus); foliis inferioribus subapproximate distichis (superioribus remotioribus) margine involutis scabriusculis, rigidiusculis subpungentibus; vaginis glabris internodios fere tegentibus, nodis glabris; panicula (1—2-pollicari) ovato-oblonga subsecunda; glumis longitudine subaequalibus, inferiore latiore nervo secundo laterali; flosculis 2 subaequalibus, superiore pedicellato aristato, arista glumas excedente, basi fasciculo pilorum vestito. ♃ Ins. Azoricae.

7. H. CAESPITOSUS. *Boiss.* (Bibl. univ. febr. 1838. et Elench. p. 61.) Radice caespitosa fibrosa perenni; culmis humilibus (3—6″ longis) basi repentibus ramosisque; foliis velutinis glaucescentibus mollibus 3—4-nerviis (subpollicaribus); vaginis supremis glabris subinflatis striatis limbo brevissimo; ligulis ovatis subtruncatis; panicula ovata aequali pauciflora glabra; glumis lanceolatis subaequalibus acutis muticis; paleis exterioribus amborum florum dorso aristasis, internis apice eroso-truncatis. Alpes Sierra Nevada Hispan.

8. H. GRANDIFLORUS. *Boiss Reut.* (Pugil. pl. nov. 119.) Radice caespitosa duriuscula perenni fibrosa; culmis adscendentibus elatis foliosis glabris inferne saepius geniculatis; foliis linearibus planis attenuatis acutis elongatis (6—10″ longis, 2‴ latis) parallele multinerviis margine remote et longiuscule ciliatis caeterum glaberrimis; ligula oblonga lacera acuta; panicula erecta oblonga densiuscula sublobata ramis strictis hirsutis; glumis aequalibus scarioso-virentibus lanceolatis longe attenuato-acuminatis ad nervos scabridis, inferiore uni- superiore inferne tri-nervia; flosculis glumis plus tertia parte brevioribus sub lente brevissime hirtulis utroque basi ciliato et dorsum versus arista ad medium geniculata flosculo longiore e gluma exserta, inferiore masculo superiore hermaphrodito. Algesiras Hispan.

9. H. REUTERI. *Boiss.* (l. c.) Radice perenni verticali brevi basi in bulbum solitarium vel 2 superpositos oblongos parvos nudos inflata fibrillosa; culmis erectis elatis (usque 3-pedalibus) ad nodos villosis; foliis late linearibus planis strictis attenuatis acutis glabris margine scabris; ligula oblonga lacera truncata; panicula erecta angusta stricta (3—4-pollicari), radiis hirsutis; glumis oblongo-lanceolatis acuminatis, inferiore paulo breviore uninervia, superiore carinato trinervia, utroque ad nervos ciliata caeterum glabra; flosculis oblongo cylindricis, inferiore basi nudo glabro mutico, superiore basi piloso dorso parcissime hirtulo, sub apice aristam flavidam eo subduplo longiorem geniculatam, superne rectam e spicula exsertam edenti. Hispania.

Species dubia.

* 10. H. CILIATUS. *Roxb.* (Fl. ind. I. 320.) Erectus pilosus; panicula lineari hirsuta; glumis papillosis ciliatis bifloris; floribus sessilibus altero hermaphrodito aristato, altero masculo mutico. Ind. or.

D. *Flores hermaphroditi sessiles.*

BECKMANNIA. *Host.* Panicula racemosa contracta; spiculae compressae biflorae; glumae 2 obovatae compresso-naviculares subcoriaceae aequales muticae flore paulo breviores; paleae 2 membranaceae; inferior ovata acutata in flore inferiore mucronata concava 3-nervia, paleam superiorem marginibus amplectens, superior superne binervia bifida; stamina 3; styli 2, stigmata elongata plumosa; squamulae 2 bifidae glabrae; caryopsis glabra libera.

1. B. ERUCAEFORMIS. *Host.* (Gram. 3. t. 6.) Culmo erecto simplici glabro (2-pedali et ultra); ligula elongata; foliis planis linearibus acutatis (fere 1′ longis, 2—3‴ latis) vix scabriusculis; spicis sub-distantibus sessilibus inaequalibus 3—4nis, alternis a basi floriferis secundis, biseriatis. *Kunth.* Supl. t. V. f. 3. B. erucoides. *Beauv.* Agr. t. XIX. f. 6. Phalaris erucaeformis. *Lin.* Joachimia phalaroides. *Tenore* Neap. t. 5. ♃ Eur. aust. Sibir. Am. sptr. Oriens. Variat: statura et omnibus partibus majoribus. Panicum Syzigachne. *Steud.* Flora 1846. p. 19. Japon.

Gramen anomalum a *Kunthio* et *Lindleyo* (Veget. king. 115.) Phalarideis associatum.

LYGEUM. *Lin.* Vagina summa spathaeformis

involvens spiculas unifloras glumis destitutas geminas vel ternas inferne in tubum carnosum connatas pedunculo communi brevi suffultas; valvulae duae, inferiores lanceolatae rigido-membranaceae acutae subconcavae, inferne carnosae inter se connatae; superiores longiores membranaceae hyalinae binerviae bicarinatae inferne per dorsum inter se et exterioribus connatae, marginibus inflexis liberis; stamina 3, filamenta longissima libera; antherae lineares; ovarium brevissime stipitatum vix crassius stylo longissimo; stigma unicum; caryopsis oblonga plano-convexa basi styli rostrata in loculo coriaceo valvularum locata.

1. L. SPARTUM. *Lin.* Caespitosum junceum glabrum; culmis erectis simplicibus teretibus foliatis farctis inferne vaginis aphyllis tectis; foliis tereti subulatis; ligula elongata glabra; spatha terminali; genitalibus longe exsertis. *Rich.* Act. soc. Par. t. 3. *Koenig* Ann. of Bot. 2. t. 15. *Beauv.* t. 25. f. 6. *Kunth.* Supl. t. 2. f. 1. ♃ Hisp. Gall. Afr. bor.

Tribus III. PANICEAE. *Kunth.*

Spiculae solitariae geminae vel plures, unisaepius bi-florae; flore inferiore incompleto; glumae valvulis tenuiores; flosculus bivalvis; valvulae magis minusve coriaceae vel chartaceae inferior superiorem semiinvolvens, in fructu persistentes; caryopsis embrioni parallele compressa.

REIMARIA. *Flügg.* Racemi simplices confertoalternae; spiculae subsessiles angusto-lanceolatae biflorae; flore inferiore unipaleaceo neutro membranaceo acutato-subulato planiusculo 3-nervio; glumae nullae; valvulae floris hermaphroditi 2 membranaceae lanceolatae nitidae, inferior 3-nervia acutato-subulata superiorem obsolete 3-nerviam involvens; stamina 2; ovarium glabrum; styli 2, stigmata aspergilliformia pilis simplicibus; squamulae 2 bilobae glabrae; caryopsis oblonga embrioni parallele compressa glabra libera valvulis inclusa.

1. R. ACUTA. *Flügg.* (Paspal. Monogr. 217.) Prostrata ramosissima, culmis 6—9-pollicaribus; vaginis laxis fauce barbatis; foliis convolutis pubescentibus; spicis 4—5 alternis basi non floriferis; rhachi 3-quetra angustiore spiculis linea longioribus subulato-acuminatis, infra pilosis. *H. B.* N. gen. I. t. 21. *Trin.* icon. t. 275. *Kunth* Supl. t. IX. f. 1. ♃ Brasil.

2. R. CONFERTA. *Nees.* (Agrost. Brasil. 15.) Culmis caespitosis ramosissimis adscendentibus; spicis 8—10 strictis a basi spiculiferis; spiculis linea brevioribus acutissimis basi minute ciliatis. *Trin.* icon. t. 276. Agrostis brasiliensis. *Spr.* ♃ Brasil.

PASPALUM. *Lin.* Spiculae in racemis simplicibus solitariis vel digitatis vel alternis vel jubatopaniculatis ad axin partialem plerumque complanatum interdum foliaceum unilaterales vel regulariter 2—3—4-seriales plus minus imbricatae sessiles vel brevi pedicellatae clausae hermaphroditae biflorae; flore inferiore unipaleaceo neutro membranaceo mutico, superiore bipaleaceo hermaphrodito; gluma unica (rarissime accedente inferiore minuta) superior longitudine floris neutrius; flos hermaphroditus: paleae 2, coriaceae muticae, inferior concava superiorem binerviam amplectens; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 terminales liberi; stigmata aspergilliformia; squamulae 2 integrae glabrae carnosae truncatae vel dolabriformes; caryopsis oblonga vel orbicularis depressiuscula glabra paleis induratis inclusa.

Genus Helopus *Trin.* ab autore in Fundamentis Agrostographiae constitutum, serius (in Memoir. Acad. Petrop. sc. nat. T. 1. 1835. p. 130) cum genere Paspalum qua sectio prima conjunctum cum *Neesio, Kunthio* distinctum servare juvat. Caeterum in distributione specierum vasti hujus generis *Trinium* l. c. sequimur; et species ab illo non observatas, quas ob descriptiones non satis completas suo loco inserere non potuimus, ad calcem addimus. In descriptione specierum familiae Panicearum denique notandum, *Trinio* nobisque esse:

Spiculae pusillae: linea dimidio breviores.
minimae: lineam dimidiam aequantes.
parvae: linea breviores.
lineales: liniam aequantes.
magnae: lineas 2 aequantes.
maximae: lineas 3 aequantes.
pedicellatae: pedicelli spicularum longitudine.
brevipedicellatae: ped. spicula dimidio breviores.
brevissime pedicellatae: ped. spicula multo breviores.

Synopsis specierum:

A. Spiculis pusillis vel minimis.
  a. Axi partiali spicula singula angustiore vel ejusdem latitudinis. §. 1. nr. 1—44.
  b. Axi partiali spicula singula latiore. §. 2. nr. 45—47.
B. Spiculis plus minus lineam aequantibus, parvis magnis maximisque.
  a. Axi partiali spicula singula angustiore vel ejusdem latitudinis. §. 3. nr. 48—162.
  b. Axi partiali spicula singula latiore.
    1. Spiculis lanato-villosis. §. 4. nr. 163—170.
    2. Spiculis glabris vel tantum pubescentibus. §. 5. nr. 171—180.
C. Species quoad magnitudinem absolutam spicularum minus distinctae.
  I. Axi partiali spicula singula angustiore vel eam aequante.
    1. Spiculis glabris. §. 6. nr. 181—195.
    2. Spiculis ex parte glabris et pilosis. §. 7. nr. 196—209.
  II. Axi partiali spiculis latiore.
    1. Spiculis glabris. §. 8. nr. 210—219.
    2. Spiculis pilosis, villosis vel asperis. §. 9. nr. 220—223.
D. Species quoad sectiones priores vel omnino minus notae.
    1. Digitariaeformes, i. e. racemis confertis fasciculatis vel corymbosis. §. 10. nr. 224—230.
    2. Racemis alternis plus minus distantibus. §. 11. nr. 231—258.
    3. Racemo solitario. §. 12. nr. 259—262.

A. *Spiculis pusillis vel minimis.*

a. Axi partiali spicula singula angustiore vel ejusdem latitudinis. §. 1.

1. P. CHRYSOTRICHUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 211.) Culmo erecto simplici compresso (ultra 2-pedali) alternatim canaliculato; vaginis laxis distichis ore pilosis; foliis rigidis glabris margine scabriusculis, acutissimis; rhachi universali compressa setosa; spiculis denis alternis patulis (3-pollicaribus) flexuosis; rhachibus partialibus triquetris margine interno noduloso-setosis; spiculis biseriatis latitudine rhacheos ($^1/_4$''' latis, $^1/_2$''' longis) sessilibus oblongis glaberrimis; glumis ovatis fuscescentibus glabris; palea inferiore (sub lente valida) excavato-punctata. ♃ Ins. Luzon.

2. P. LEUCOTRICHUM. *Steud.* Culmo gracili tereti glabro sursum vix foliato, sed vagina suprema subadpressa foliolo brevi terminata; rhachi universali angulosa vix puberula; spicis alternis (11) inferioribus longioribus sensim sursum minoribus (2—$^3/_4$'' longis); axibus partialibus spiculas subaequantibus margine utroque e nodulis albo-setosis; spiculis inordinatim 2—3-seriatis sessilibus pedicellatisque ($^1/_2$''' longis), flavidulis glabris; glumis uninerviis. Sec. spec. ex Hrbo. *Deloche* lectum in Montevideo.

3. P. GRANULARE. *Trin.* (in *Spr.* N. Entd. II. 47.) Culmo debili (decumbente?) inferne ramoso; vaginis glabris; ligula oblonga truncata; foliis linearibus (lineam latis inferioribus $^1/_2$'' longis); racemis binatis divergenti-recurvis ($1^1/_2$'' longis) tenuibus brevi-pedunculatis; axi partiali spicula singula angustiore glabro; spiculis pusillis 2—3-serialibus pedicellatis oblongis acutiusculis pilosulis; glumis obtusiusculis 5—7-superiore 3—5-nervi. Ind. or.

4. P. MULTICAULE. *Poir.* (Encyc. supl. IV. 309.) Culmo ramosissimo; foliis planis linearibus erectis subpilosis;

spicis 2 conjugatis angustissimis sessilibus ($1^1/_2$'' longis) rectis; spiculis suborbiculatis minimis biserialibus; glumis glabris. Brasil. (An ad praecedentem (*Spr.*) an ad sequentem (*Nees*) speciem ducenda?)

5. P. PAPILLOSUM. *Spr.* (N. prov. p. 47.) Radice fibrosa, multiculmi; culmis (4—6'' longis) tenuibus compressiusculis erectis vel adscendentibus ramosis vel simplicibus, foliatis; foliis angustis linearibus villosis vel glabris; racemis binis (pollicaribus); axi spiculis solitariis angustiore glabro; spiculis minimis biserialibus subsessilibus orbiculatis papilloso exasperatis; glumis flosculum aequantibus obtusis 3-nerviis aequalibus. Pasp. horticola. *Salzm.* Brasil. Variat racemis solitariis. Bahia.

6. P. MINUTIFLORUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto gracili ($1—1^1/_2$-pedali) glabro simplici, nodis fuscis; foliis linearibus angustis (2—4'' longis, $1—1^1/_2$''' latis); ligula brevi membranacea ciliato-fissa; racemis pluribus (6—8) elongatis (3-pollicaribus) conjugatis uno a caeteris remotiusculo; axi angustiore spiculis minimis, biseriatis pedicellatis oblongo-lanceolatis glabris; glumis flosculum aequantibus 5—7-nerviis. Hrbr. *Fortune* nr. 128. China. Variat: culmis caespitosis humilioribus ($^1/_2—^3/_4$-pedalibus); racemis binis vel ternis, quarto saepe remotiore. Japon.

7. P. SWARTZIANUM. *Flügg.* (Paspal. monogr. 55.) Culmis caespitosis erectis filiformibus simplicibus; vaginis glabris fauce pilosis; foliis subfiliformi-linearibus ($^1/_3$ lineam latis) sensim brevioribus glabris; racemis solitariis vel 2—3 subdigitatis (2—3'' longis); axi spiculis angustiore glabro; spiculis subminimis biserialibus brevi-pedicellatis ellipticis obtusiusculis; glumis ovatis acutiusculis glabris; inferiore 5-nervi, nervis lateralibus marginalibus, superiore 3-nervi. P. filiforme *Sw.* prodr. Ind. occ.

8. P. RICHARDI. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici erecto (pedali) glabro; vaginis striatis glabris margine ciliatis, ligula membranacea brevi ciliata; foliis lanceolatis acuminatis glabris striatis (2—5'' longis, 1—2''' latis); racemis terminalibus binis (an semper?) subremotis 2-pollicaribus; axi spiculis vix $^1/_2$ linealibus angustiore; his biseriatis binatis (brevi) pedicellatis oblongo ovatis obtusis pilosulis demum glabratis; glumis obscure (basi plerumque magis conspicue) 5-nerviis, flosculo hermaphrodito laevi. P. laxum. *Rich.* in Hrbo. *Mougeot* non *Lam.* Ins. Antillae.

9. P. CAPILLARE. *Lam.* Culmo ramoso adscendente ($^1/_2$—1-pedali); vaginis plus minus villosis carinato-compressis; ligula brevissima; foliis angustissime linearibus (1—2''' latis, 1—2'' longis) glabris; racemis 2—7 subdigitatis tenuissimis; axi latitudine spicularum minimarum, biserialium sessilium ovato-oblongarum; glumis 5-nerviis; perianthio fuscescente. *Trin.* Icon. t. 100. *Kunth* Rev. gram. t. 11. Am. austr.

10. P. RHIZOMATOSUM. *Steud.* Radice fibrosa in rhizoma parvum lignescens incrassata, subcaespitifera; culmis basi decumbentibus adscendentibus geniculatis, simplicibus (6—9-pollicaribus) glabris; vaginis striatis arctis demum laxis margine ciliatis, apice ligulaque brevi pilosis; foliis lanceolatis glabris (2—4'' longis, $1—1^1/_2$''' et ultra latis); racemis 2 plus minus remotis (1—2-pollicaribus); axi flexuoso glabro spiculis $^1/_2$ linealibus parum angustiore, his irregulariter biseriatis inaequaliter pedicellatis obovatis subgibbis glabris; glumis uni- vel obscure 3-nerviis, flosculo hermaphrodito laevi. *Duchaissing* legit in Guadaloupe.

11. P. ABSTRUSUM. *Trin.* (Mem. l. c. 135.) Culmo decumbente adscendente filiformi, superne longe nudo; nodis glabris; vaginis laxe-villosis, villis subpatentibus basi minute glandulosis; foliis angustissimis ($^1/_2$''' latis) linearibus villosis; racemis 2 dissite alternis (4—5''' longis); axi spiculis angustiore glabro basi fasciculato-barbato; spiculis minimis laxiuscule biserialibus ellipticis obtusis glabris; gluma inferiore 5-superiore 3-nervi; perianthio elliptico obtusissimo. Brasil.

12. P. SERPENS. *Nees.* (Agrost. bras. 50.) Radice repente tenui; culmis plurimis caespitosis adscendentibus (6—7'' longis); vaginis glabris margine ciliatis, ore barbatis; foliis lineari-lanceolatis ($1—1^1/_4$''' latis, 1—2'' longis) acuminatis planis, utrinque pilosis demum glabrescentibus; racemis 3—4 alternis approximatis (semi-pollicaribus); axi aequante latitudine spiculas pusillas biseriales subsessiles oblongas glabras; glumis flosculo parum longioribus binerviis; perianthio ovato obtuso. ⊙ Brasil.

13. P. RENGGERI. *Steud.* Culmo basi ramuloso (1—2-pedali); vaginis compressiusculis striatis margine et ad oras pilosis; ligula praeter pilos ad oras vaginae vix ulla; foliis lanceolatis (1—3'' longis, 2—5''' latis); acutis utrinque sparsim pilosis margine ciliatis; racemis binis (2—3-pollicaribus) gracilibus basi brevissime nudis pilosis; axi spiculis minimis (vix ulta semilinealibus) angustiore glabro margine scabro; spiculis ovato-subrotundis, biseriatis vix sibi margine incumbentibus submembranaceo-marginatis, margine pilis longis sparsis obsitis; glumis glabris enerviis. Paraguay (legit beat. *Rengger*, communicavit *Fleischer.*)

14. P. SIEBERIANUM. *Steud.* Culmo elato (2-pedali in specimine abscisso) nodisque glabris; vaginis teretibus ad oras pilosulis setulosisque; ligula abbreviata membranaceà; foliis lanceolatis (2—6'' longis, 2—4''' latis) acuminatis glabris ciliatis (pilis tenuissimis sericeis); racemis 3 (an semper?) alternis approximatis elongatis (3—6-pollicaribus) sessilibus, glabris; axi stricto rigido angustiore spiculis singulis $^3/_4$ linealibus, brevi pedicellatis ovato-subrotundis acutis biseriatis, margine sibi incumbentibus submarginatis, margine pilosis; glumis glabris, nervis 2 omnino marginalibus. P. conjugatum. *Sieb.* Agr. nr. 127. N. Holl.

15. P. RUPESTRE. *Trin.* (Linn. X. 293.) Spithamaeum, subadscendenti-erectum; foliis sublanceolato-linearibus glabris vel piloso-adspersis; racemo solitario (8—9-lineali); axi spicula subangustiore glabro; spiculis minimis biserialibus pedicellatis ellipticis obtusis glabris. Cuba.

16. P. PUSILLUM. *Vent.* (in *R. S.* II. 298.) Culmo ramoso repente, ramis erectis (4—6-pollicaribus), nodis pilosis; ligula brevissima; vaginis compressis margine ciliatis; foliis lineari-lanceolatis planis (subpollicaribus, $1^1/_2$''' latis) glabris; racemis subternis (semipollicaribus et ultra) basi barbatis; axi spiculis angustiore glabro; spiculis minimis biserialibus perbrevi pedicellatis, obovato-orbiculatis; glumis 3-nerviis glabris. *Trin.* Ic. t. 273. *Kunth.* Rev. Gram. t. 208. P. orbiculare. *Poir.* Enc. V. 32. ♃ Am. austr.

17. P. MINUTUM. *Trin.* (Linn. X. 293.) Pollicare erectum; foliis lineari-lanceolatis glabris, margine basin versus cum vaginis ciliatis; racemis conjugatis (4—5-linealibus); axi spicula paulo angustiore glabra; spiculis pusillis subuniseriatis sessilibus ovato-ellipticis obtusiusculis glabris. Peru.

18. P. PARVIFLORUM. *Rohde* (in *Flüg.* l. c. 98.) Dense arcte caespitosum; culmis erectis (5—8''' longis); vaginis hirsutis laxis; ligula brevissima; foliis angustissime linearibus planis (1—2-pollicaribus) longe pilosis; racemis 2—4 alternis ($^1/_2$-pollicaribus); axi spiculas latitudine aequante glabro; spiculis pusillis biserialibus (vel uniserialibus) pedicellatis elliptico-orbiculatis glabris. *Trin.* Ic. t. 116. ⊙ Am. austr. (et sec. spec. ex Hrbo. *Lenorm.*, ubi P. vestitum *Steud.*) Calcutta.

19. P. FRAGILE. *Steud.* Culmo tenui erecto glabro fragili (pedali et ultra) e vaginis ramuloso; vaginis laxiusculis foliisque molliter pilosis; ramulis intra vaginis simplicissimis brevibus; ligula densa pilorum series; foliis lineari-lanceolatis brevi acuminatis (2—3'' longis, $1—1^1/_2$''' latis); racemis terminalibus approximatis subtribus (2-pollicaribus et ultra); rhachi tenuissima angustissima pilosula; spiculis minimis axi majoribus (quamvis $^1/_2$-linealibus) inordinatim vel subalternatim uniseriatis oblongis acutis, glumis exarato 3—5-nerviis glabris; flore hermaphrodito

brunneo vel fuscescente laevi. *Funck* Hrbr. nr. 724. Venezuela.

20. P. ARENARIUM. *Schrad.* (*R. S.* Mant. 2. 173.) Culmis caespitosis (6—15″ longis) glabris; vaginis ciliatis; foliis subovato-lanceolatis, inferioribus longioribus (pollicaribus) lanceolatis ciliatis; racemis 2—3 alternis, raro solitariis (1½″ longis); axi triquetro spiculis angustiore, his minimis biserialibus pedicellatis obovato-subrotundis glabriusculis; glumis obsolete 3-nerviis, superiore pubescente. *Trin.* Ic. t. 109. Variat: culmo vix digitali, foliis etiam facie strigilloso-puberulis. *Nees.* Brasil.

21. P. GENICULATUM. *Steud.* Radice fibrosa subrepente; culmo geniculato ad geniculos inferiores radicante (6—9-pollicari) ramoso; vaginis laxis ore pilosulis caeterum glabris; foliis angustis lanceolato-linearibus (1—1½″ longis, vix 1‴ latis) glabris basi vix pilosis; racemis 2 conjugatis brevibus (5—8‴ longis); axi glabro angustiore spiculis brevi-pedicellatis biseriatis minimis orbicularibus praeter nervos extreme marginales enerviis glabris. Cayenne.

22. P. MULTISPICA. *Steud.* Culmo basi ramoso (pluripedali) erecto foliato; vaginis elongatis tumidulis, undique praesertim ore pilosis; foliis lineari-lanceolatis (6—10″ longis, ½″ latis) acuminatis supra pilosis subtus glabris; racemis plurimis (10—25) erectis, demum patentibus alternis vel 2—3 conjugatis, ad basin fasciculo pilorum munitis; axi triquetro angustiore spiculis pedicellatis rotundis minimis, irregulariter unilateraliter seriatis pubescentibus; glumis uninerviis. P. guineense. *Steud.* in Hrbo. *Lenormand.* Guinea. Variat: culmo et omnibus partibus majoribus; foliis margine altero plicatulis racemis paniculatis usque 30 et ultra. P. polystachium. *Salzm.* Bahia.

23. P. COGNATISSIMUM. *Steud.* Culmo tenuiculo striato glabro (ultra pedali); vaginis elongatis tumidulis sparsim pilosis; foliis lanceolatis basi amplexicauli-cordatis, apice acutatis supra pilosis subtus glabris (4—6″ longis, 4—5‴ latis); racemis plurimis (20—30) paniculatis alternis solitariis vel 2—4 conjugatis, inferioribus remotioribus (ulta pollicaribus) superioribus approximatis demum brevissimis, basi plus minus pilis adspersis, erectis vel curvatis; axi plano spicula singula angustiore; spiculis irregulariter subbiseriatis inaequaliter pedicellatis, pedicellis spicula nunc brevioribus nunc longioribus; spiculis ovatis vix ulta ⅓-linealibus, altero latere planis marginatis uninerviis dorso obscure 5-nerviis glabriusculis vel sub lente validissima adpresse pilosulis. *Jameson* Hrbr. nr. 552. Guayaquil.

24. P. JARDINI. *Steud.* Radice fibrosa subrepente; culmo erecto (2-pedali); vaginis undique praesertim ad oras foliisque pilosis, his linearibus acuminatis (3—5″ longis, 1—1½‴ latis); racemis 3—4 alternis (1½—2″ longis) erectis; axi parum angustiore spiculis subsessilibus rotundatis glabris parvis (¾‴ longis); glumis tenuissime 3-nerviis. Guinea.

25. P. HIRTIGLUMA. *Steud.* Culmo erecto glabro (2-pedali); nodis nigris glabris; foliis caulinis e basi amplexicauli lanceolatis (4″ longis, 2—3‴ latis) sparsim praesertim margine pilosis, acuminatis; racemis alternis 3-nis (sub 2-pollicaribus); axi recto angustiore spiculis parvis oblique ovatis biseriatis brevipedicellatis; glumis hirtopilosis. Hrbr. *Hostmann* nr. 658. Surinam.

26. P. GUADALOUPENSE. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto compresso (pedali) foliato; ad nodos pubescente; vaginis striatis laxiusculis versus apicem margine oreque pilosis; ligula obsoleta; foliis e basi cordata amplexicauli lanceolatis nervosis margine e tuberculis pilosis (1—3″ longis, 2‴ latis) apice obtusis vel brevi acutis; spicis axillaribus longe pedunculatis binis conjugatis quandoque tertia remotiore, 2—3 pollicaribus, spiculis solitariis subalternis lanceolato-ovatis acutiusculis ¾-linealibus plus minus pilis adspersis, glumis obscure nervosis. *Duchaissing* legit in Guadaloupe.

27. P. KOLEOPODUM. *Steud.* Culmo erecto subcompresso (pedali) omnino glabro foliato; vaginis striatis glabris apice ligulaque brevissima pilosis; foliis linearibus angustis acutis (3—5″ longis, vix ultra 1‴ latis) glabris; spicis e vagina summa longissime (per 3—4-pollices) pedunculatis 2—3 remotis (1—3-pollicaribus); axi basi recto sursum flexuoso glabro; spiculis inaequaliter pedicellatis subimbricatis ½-linealibus glabris oblongo ovatis glumis obscure trinerviis. *Duchaissing* legit in Guadeloupe.

28. P. EXTENUATUM. *Nees.* (Agrost. bras. 25.) Radice fibrosa; caule subpedali a basi diviso subfasciculato gracili compresso 3-quetro; vaginis foliisque planis acuminatis pilosis; pedunculis filiformibus (2½—7″ longis), racemis geminis; axi triquetro angustiore spiculis solitariis (¾‴ longis) distantibus sessilibus; glumis lanceolatis obtusis pubescentibus. ⊙ Brasil.

29. P. HYALINUM. *Nees* (l. c. 49.) Radice repente; culmo erecto (pedali et ultra) glabro ramoso; vaginis compressis glabris; ligula brevissima truncata; foliis (½—3½″ longis, 1‴ latis) complicato-subulatis tuberculato-ciliatis; racemis 2—3 alternis (subpollicaribus); axi plano flexuoso angustiore spiculis solitariis minimis biserialibus brevissime pedicellatis; glumis obovato-orbiculatis glabris, inferiore tota, superiore basi media hyalinis. Variat: culmo simplici, vaginis inferioribus totis superioribus apicem versus foliisque in pagina superiore hirsutis. ♃ Brasil.

30. P. PUMILUM. *Nees* (l. c. 52.) Radice dense fibrosa caespitifera; culmo simplici adscendente paucinodi (6—10-pollicari) filiformi glabro; vaginis laxis glabris vel molliter villosis; ligula brevissima; foliis lanceolato-linearibus (1—2″ longis, 2½‴ latis) acutis planis pubescentibus vel villosulis; racemis binis approximatis; axi plano spiculis solitariis (¾‴ longis) angustiore; glumis orbiculato-ellipticis obtusis glabris, inferiore 5- superiore 3-nervia. ♃ Brasil.

31. P. SCALARE. *Trin.* (Icon. t. 274.) Culmo subfiliformi (pedali) distiche foliosissimo superne adpresse ramoso; vaginis ad oras pilosulis; ligula brevissima pilis coronata; foliis sublanceolato-linearibus (1—2″ longis, 1‴ latis) patentissime distichis glabris; racemis 1—4 conferto-alternis (1—1½″ longis); axi spicula singula angustiore glabro; spiculis subminimis 4-serialibus subbrevi-pedicellatis elliptico-oblongis villoso-pubescentibus. Brasil.

32. P. PANICULATUM. *Lin.* Culmis erectis (2—4-pedalibus); nodis vaginisque pilosis, fauce barbatis; ligula dense ciliari; foliis lanceolato-linearibus (½—1½″ longis, medio ½″ latis) glabris vel pilosulis; racemis numerosis (4—50) jubatis (1—3″ longis); axi spicula singula angustiore glabro vel setoso-ciliato; spiculis minimis vel subparvis 3—4-serialibus inaequaliter pedicellatis obovato-orbicularibus pubescentibus obsolete acutiusculis. *Trin.* Ic. t. 127. ♃ Am austr.

33. P. SCIAPHILUM. *Steud.* Rhizomate horizontali sublignoso fibras emittente; culmo erecto simplici tenui teretiusculo striato glabro stricto (1½—2-pedali); foliis angustis erecto-patentibus lanceolatis planis vel plus minus complicatis inaequalibus (2—6″ longis, explanatis 1—1½‴ latis) ima basi ad vaginarum oras et basi spicarum pilis tenuissimis (oculum nudum facile fugientibus) saepe fugacibus obsitis, caeterum glabris; ligula praeter pilos vix ulla; axi universali tenui canaliculata glabra; spicis solitariis alternis 3—5 remotis erecto-patentibus (1—2″ longis); axi partiali angustiore spiculis inordinatim bi- tri-seriatis minimis oblongo-ovatis acutiusculis pedicellatis; pedicellis spiculis subaequilongis; glumis (sub lente valida) tenuissime adpresse sericeo pilosis. P. umbrosum. *Salzm.* hrbr. non *Trin.* ♃ Bahia.

Diligentissimus tum in Gallia australi, tum in Africa boreali, praesertim in provincia Brasiliae Bahia itinerator et plantarum collector *Salzmann* has sine accurata literaturae botanicae et disquisitionis cura loco numerorum — qui tam facile commutantur — nominibus specificis ornavit sub quibus distributae sunt. Hinc hisce denominatio-

nibus vix alia est virtus; nisi quod plantas identicas designent sub quibus nunc in herbariis prostant. Illsts v. *Martius* qui paucas tantum hebdomades (cfr. Reise in Brasilien II. 648) in regione Bahiae provinciae degit, paucas tantum ibi legisse videtur plantarum species, hinc etiam *Neesius,* qui *Salzmanni* collectiones fere omnino neglexit, in Agrostographia brasiliensi harum nullam fecit mentionem. Nomina a *Salzmanno* si non etiam in alias species cadunt, lege prioritatis retinui.

34. P. LONGISSIMUM. *Hochst.* (Hrbr. *Kappler* nr. 1556.) Culmo erecto cum nodis glabro (2-? pedali); vaginis sursum margine et ad oras villosis; ligula membranacea brevi; foliis lanceolato-linearibus (4—8″ longis, 2—3‴ latis) acuminatis margine scabris; racemis binis conjugatis tertio inferiore pedicellato, saepe deficiente, elongatis (5-pollicaribus) tenuibus; axi spicula singula angustiore; spiculis minimis biserialibus subrotundo-ovatis minute mucronulatis, pilis obsessis, enerviis marginatis. Surinam. Variat: spicis multo brevioribus (2—3-pollicaribus, hinc nomen minus congruum). Guadaloupe.

35. P. MALACOPHYLLUM. *Trin.* (Icon. t. 271.) Culmo erecto (3-pedali et ultra); nodis glabris; vaginis inferioribus glandulosis pilis mollibus hirsutis; foliis lanceolatis acuminatis (inferioribus (8—10″ longis, 1‴ latis) molliter sericeo-pubescentibus; racemis plurimis (30) jubatis, basi barbatis, margine pilis adspersis (2—3″ longis); axi subglabro spiculas latitudine aequante, his subminimis 2—4-serialibus inaequaliter breve pedicellatis obovato-ellipticis glabris. Brasil.

36. P. POLYDACTYLON. *Steud.* Culmo basi compresso superne tereti glabro inferne vaginato simplici vel e vagina una alterave ramulum floriferum emittente (usque 2-pedali); vaginis dense undique sericeo villosis; foliis linearibus strictis obtusis nunc utrinque nunc in altera lamina pilosis raro (vetustioribus) glabratis inaequalibus culmo omnibus brevioribus plus minus lineam latis; racemis plurimis inferioribus solitariis superioribus fasciculatis subcorymbosis; axi stricto spiculis angustiore glabro vel hinc inde rariter pilis adsperso; spiculis vix ultra semilinealibus solitariis alternis oblongis obtusis (coerulescentibus) sessilibus oblongo-linearibus obtusis glabris; glumis aequalibus uni- vel obscure 5-nerviis. Agrostis polydactyla. *Salzm.* hrbr. Bahia.

37. P. VAGINIFLORUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto gracili ramoso glabro (ultra pedali), nodis barbatis; vaginis praesertim ad margines foliisque pilosis, his linearibus acutis (3—4″ longis, 1—2‴ latis); racemis e vaginis superioribus longe pedunculatis, pedunculis solitariis vel pluribus (usque tri-pollicaribus), racemis ipsis in apice pedunculorum semper solitariis parvis (vix pollicaribus); axi spiculis angustiore glabro; spiculis parvis vix ultra $^1/_2$‴ longis) rotundatis glabris; glumis inaequalibus, inferiore minuta, superiore flosculum dimidium vix superante, hermaphrodito dorso convexo tenuissime (sub lente validissima) puncticulato, latere plana, uni-nervia, marginulata. Ex Hrbo. Paris. et *Lenormand.* Guiana.

38. P. MACROPODIUM. *Steud.* Culmo gracili foliato ad nodos pubescente; vaginis striatis glabris vel versus oram cum foliis basi pilosulis; his lanceolatis nervosis margine scabris; pedunculis e vagina suprema pluribus (5—7) longissimis (8—10-pollicaribus), uno alterove breviore vaginam vix excedente, capillaribus subnutantibus apice racemis 2 conjugatis (subpollicaribus) laxe spiculatis; spiculis subalternis brevissime lato pedicellatis parvis ($^1/_2$‴ excedentibus) oblongo-lanceolatis subenerviis, margine pubescentibus. *Jameson* Hrbr. nr. 556. Guayaquil.

39. P. HETEROPODIUM. *Steud.* Culmo erecto; vaginis teretibus margine et ad oras pilosis; ligula brevissima membranacea; foliis lanceolatis acutis (2—3″ longis, 4—7‴ latis) glabris tenuissime (versus lucem utrinque 6-) striatis; racemis e vagina suprema pluribus, infimo longissime (4—5″) pedicellato; reliquis (4) alternis in rhachi communi sessilibus; axi angustissimo; spiculis ovatis obtusis glabris ($^3/_4$-linealibus) geminis pedicellatis; pedicello altero spicularum longitudine, altero longiore; glumis 3 nerviis; nervis lateralibus obscuris margini approximatis. P. supinum. *Sieber* Hrb. Maurt. nr. 29. Ins. Maurit.

40. P. FLAVUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 220.) Culmo erecto glaberrimo laevissimo (pedali) ramoso; vaginis amplis foliisque glaberrimis; his linearibus (5″ longis, 5‴ latis), margine scabriusculis; spicis secundis alternis; rhachi spiculis lanceolatis biserialibus angustiore; glumis lanceolatis glaberrimis 3-nerviis acutis aequilongis, valvulas nitidas laevissimas superantibus. — —

41. P. METABOLON. *Steud.* Culmo erecto subtriquetro tenui glabro (pedali et ultra) foliato; foliis linearibus elongatis culmum superantibus (1—$1^1/_2$‴ latis) cum vaginis nodisque laevibus glabris; spicis 2 altera in pedicello in vagina incluso, altera in pedicello longo (pollicari); spiculis uniseriatis irregulariter alternis ovatis planis linealibus uninerviis glabris (flavescenti-brunneis); rhachi plus duplo latioribus. Carex longifolia. *Sieb.* Agr. nr. 14. N. Holl.

Schedula vix dubie in mea collectione commutata. *Presl* Bot. Bemerk. p. 117. Caricem longifoliam *Siebr.* et *R. Br.* C. Brownianam nuncupat, ne commutetur cum C. longifolia. *Host.*

42. P. TAPHROPHYLLUM. *Steud.* Radice valide fibrosa e rhizomate sublignoso; culmo erecto simplici inferne foliato; geniculato tunc erecto glabro (pedali); vaginis laxiusculis striatis glabris; foliis lanceolatis acutis (2—$2^1/_2$″ longis, 1—2‴ latis) striatis glabris hinc inde (versus medium vel apicem) punctis excavatis scrobiculatis; racemis 2 fere conjugatis (10—15‴ longis); axi spiculis angustiore, his oblongo-ovatis biseriatis brevi pedicellatis obtusiusculis glaberrimis linealibus; glumis 5-nerviis; flore hermaphrodito laevissimo. *Sieber* hrbr. mixt. nr. 365. Ins. Martinica.

43. P. CONCINNUM. *Steud.* Culmo ramoso geniculato cum nodis glabro; foliis linearibus acuminatis striatis (superioribus 4—7″ longis, 1—$1^1/_2$‴ latis), pilis longiusculis dissitis conspersis; vaginis ore pilosis; ligula tenui membranacea brevi truncata; racemis (4) subverticillatis (2-pollicaribus) gracilibus; axi angustissimo plano foliaceo subciliato; spiculis subsessilibus et pedicellatis, pedicellis longioribus spiculam (vix $^1/_2$-linealem) superantibus; gluma inferiore nulla; superiore 5-flosculo neutro hermaphroditum aequante pubescente subtrinervia hermaphrodito ovato, glabro acutiusculo laevi. Digitaria concinna. *Schrad.* Certe non quoad specimen ex Horto Goettingensi Panicum denudatum *Kunth.* Ambigit inter Paspala et Panica. ⊙? —

44. P. THOUANSIANUM. *Flüg.* (l. c. 148.) Culmo erectiusculo (bipedali et ultra); nodis glaberrimis; vaginis fauce sparsim pilosis; ligula subexserta; foliis linearibus planis glabris; racemis sub- 5 approximatis (3—4″ longis); axi plano latitudine spicularum minimarum ellipticarum obtusarum; glumis tenuissime pubescentibus, interiore 5-exteriore 7-nervia. Madagasc.

b. Axi partiali spicula singula latiore. §. 2.

45. P. FRANKII. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi ramoso adscendente (8—12-pollicari) glabro; nodis dissite pubescentibus, demum glabratis; ligula membranacea apice hyalina brevi lacera; vaginis elongatis glabris; foliis lato-lanceolatis acuminatis utrinque scabriusculis margine undulatis serrulato-scabris inaequalibus (1—4″ longis, 3—4‴ latis); racemis nunc paniculatis numerosis (20—30) alternis et subverticillatis; nunc paucis dissitis; axi foliaceo spicula singula ($^1/_2$-lineali) latiore, utrumque aequante; spiculis biseriatis vix apice imbricatis puberulis ciliatis; glumis nervis 2 marginalibus. P. repens. *Frank.* Hrb. un. it. 1837. Sequenti P. fluitanti *Kunth,* an nimis? affinis. N. Orleans.

46. P. FLUITANS. *Kunth.* (Enum. I. 41.) Culmo repente plerumque fluitante vel adscendente (pedali) ramoso; vaginis compressis; ligula membranacea brevi; foliis linearilanceolatis (3—4″ longis, 2—3‴ latis); racemis plurimis jubatis (pollicaribus); axi spicula singula multoties latiore

foliaceo glabro; spiculis minimis biserialibus, brevissime pedicellatis lanceolato-ellipticis acutis pubescentibus. P. mucronatum. *Mhlbrg.* Ceresia fluitans. *Ell.* Paspalo membranaceo proximum, spiculis multo minoribus differt. ⊙ Am. sptr.

47. P. EFFUSUM. *Nees.* (mpt.) Culmo maximo diffuse-ramoso; vaginis fauce barbatis tuberculato-hirsutis laxis; foliis lineari-lanceolatis planis acuminatis supra sparsim pilosis, subtus puberulis glabrisve; racemis pluribus (15—20) brevibus distantibus patentissimis alternis mediisve oppositis vel fasciculato- vel verticillato ternis, infimis saepe a vaginis proximis inclusis; rhachi plana margine basin versus ciliata ipsaque basi barbata, spiculis laxe 4-seriatis inaequaliter longe pedicellatis paulo latiore; glumis ($^1/_2$''' longis) oblongo-ovalibus acutiusculis subtiliter pubescentibus 3-nerviis (lutescentibus). *Gardner* hrbr. nr. 4033. Brasilia.

B. *Spiculis plus minus lineam aequantibus, parvis, magnis, maximisque.*

a. Axi partiali spicula singula angustiore vel ejusdem latitudinis. §. 3.

48. P. ASPIDIOTES. *Trin.* (Icon. t. 269.) Culmo erecto (2—3-pedali); vaginis teretibus glabris; ligula membranacea brevissima; foliis sublanceolato-linearibus glabris (8—10'' longis, 3—4''' latis); racemis crassis 2 conjugatis (2—3'' longis); axi spicula singula angustiore apice attenuato flores excedente; spiculis maximis biserialibus sessilibus cordatis acutis (3''' longis); gluma inferiore 7- superiore angustiore 3-nervia leviter scrobiculata; perianthio chartaceo glumis multo breviore, ad latera pubescente, apice barbatulo. Brasil.

49. P. PECTINATUM. *Nees.* (Agr. bras. 34.) Radice fibrosa crassiuscula; culmo erecto teretiusculo tenui (2—3-pedali); vaginis arcte convolutis, sursum tuberculoso-hirsutis, margine ciliatis; ligula membranacea brevi; foliis linearibus attenuatis utrinque tuberculoso-hirsutis (4—8'' longis, 2—$2^1/_2$''' latis); racemis binis conjugatis vel cum tertia inferiore (2'' longis et ultra); axi plano glabro spicularum latitudine, his maximis (3-linealibus) biserialibus subsessilibus elliptico-cordatis obtusiusculis pectinato-ciliatis; glumis 3-nerviis; perianthio apice pilosulo. Brasil.

50. P. NOTATUM. *Flüg.* (l. c. 109.) Culmo erecto, declinato (1—2-pedali); vaginis compressis nudis vel ciliatis; ligula brevissima; foliis (lanceolato-) linearibus acutis ($^1/_2$—2'' longis, 1—2''' latis); racemis 1—2, conjugatis vel approximatis (1—3'' longis); axi spiculis angustiore (basi quandoque nigro notato); spiculis 1—2''' longis biserialibus brevi brevissimeque pedicellatis ovato- vel obovato-oblongis vel ellipticis, plus minus obtusis nudis; gluma inferiore 5- superiore 3-nervia, quandoque fusco maculatis. Brasil.

51. P. VAGINATUM. *Swartz.* (Fl. Ind. I. 135.) Culmis repentibus ramosis, ramis (1—$1^1/_2$-pedalibus) erectiusculis; vaginis culmum fere ex toto tegentibus, carinato-compressis apice plus minus pilosis; ligula membranacea exserta; foliis linearibus planis vel subinvolutis (8—12'' longis); racemis conjugatis seu tertio et quarto approximatis (1—2'' longis); axi spicularum latitudine; spiculis lineam aequantibus vel superantibus biserialibus brevissime pedicellatis, ovato-oblongis acutis glabris vel subpubescentibus; gluma superiore 3- inferiore 5-nervia; perianthio glumis parum breviore obtusiusculo barbatulo, vel nudo acutiusculo. P. didactylon. *Salzm.* hrbr. Variat: foliis longioribus. P. littorale. *R. Br. Trin.* Ic. t. 112. Am. austr. Ind. or. Afr. aequin. N. Holl.

52. P. DISTACHYUM. *Poit.* (ex *Trin.* Mem. Petrop. l. c. 142.) Contracto-ramosum adscendens (ultra pedale); vaginis teretibus superne carinato-compressiusculis glabris; ligula brevissima subciliari; foliis subuliformi-linearibus stricto-erectis glabris; racemis 2 conjugatis digitatis pedunculatis (subpollicaribus); axi spicula singula angustiore glabro; spiculis (linealibus) biseriatis alternis brevissime pedicellatis sublanceolato-ovatis acutis; glumis 3-nerviis aequalibus (saepe cum rudimento tertiae). Domingo.

53. P. DEPRESSUM. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis totis vaginatis (3—6-pollicaribus; vaginis laxis striatis glabris sursum margine ciliatis; ligula vix ulla; foliis lineari-oblongis ($^1/_2$—3'' longis, 3''' latis) in lamina sparsim pilosis, margine longe ciliatis, basi apiceque obtusis; racemis binis conjugatis (1—2'' longis); spiculis uniseriatis alternis $^3/_4$-linealibus ovatis acutis sessilibus axin duplo latitudine superantibus glabris vel sparsim pilosulis. An? P. obtusifolium. *Raddi.* *Hartmann* Hrbr. nr. 51. Louisiana.

54. P. FILOSTACHYUM. *Rich.* (in Hrbo. *Mougeot.*) Radice fibrosa; culmo erecto nodis pilosis vaginis laxiusculis striatis glabris longis tecto; foliis linearibus obtusiusculis striatis margine pilis tenuissimis ciliatis (inferioribus 3—5 summis 1-pollicaribus 2—3''' latis); ligula membranacea brevissima; racemis primum in vagina suprema reconditis, fasciculatis (3—5) inaequilongis apice 2- raro 3-stachyis; spicis 2-pollicaribus a basi floriferis; spiculis biseriatis solitariis alternis oblongo-lanceolatis acutis compressiusculis, latitudine axeos longioribus nodulo axeos sine mediante pedicello insidentibus, glabris; flosculo neutro obscure 3—5-nervio, hermaphrodito laevissimo. Paspalum nr. 365. *Siebr.* Hrbr. mixt. Ins. Antillae.

55. P. VILLIFOLIUM. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis humilibus (3—5-pollicaribus) geniculatis vaginatis; foliis planis lineari-lanceolatis undique longe villosis (1—2'' longis, $1^1/_2$—2''' latis); ligula membranacea brevi dentata; racemis solitariis vel binis, altero pedunculato ($^1/_2$—1-pollicaribus); axi laevi spiculis multo angustiore; his geminis inaequaliter pedicellatis biseriatis subrotundo-ovatis sublinealibus; glumis uninerviis rariter adpresso-pilosis vel omnino glabris; seminibus brunneis. *Lhotsky* legit vero-similiter in Brasilia.

56. P. FURCATUM. *Flüg.* (l. c. 114.) Culmo compresso-triquetro erecto (2-pedali) ramoso; vaginis laxis glabris vel pubescentibus; ligula brevi lacerata; foliis lineari-lanceolatis planis margine scabris; racemis 2 conjugatis; axi (2—3-pollicari) 3quetro angustiore spiculis ovato-lanceolatis acuminatis glaberrimis brevissime pedicellatis; glumis 5—7-nerviis. Carolina.

57. P. MICHAUXIANUM. *Kunth.* (En. I. 52.) Culmis repentibus patulis; vaginis glabris collo villosis; foliis patentibus lanceolatis; racemis geminis basi subvillosis (subpollicaribus); axi latiusculo glabro; spiculis solitariis bifariam imbricatis glabris. Digitaria paspaloides. *Michx.* Milium paspaloides. *Ell.* Am. austr. septr.

58. P. FOLIOSUM. *Kunth.* (l. c.) Culmo repente folioso; ligula longe ciliata; vaginis ore foliisque laevibus glabris; racemis geminis glabris; spiculis solitariis pedicellatis glabris. Vix dubie praecedentis var. ♃ Havanna.

59. P. AXICILIUM. *Steud.* Culmo basi procumbente foliato, sursum nudo simplicissimo ad nodos (in nostris speciminibus unico) dense piloso (4—5-pollicari); foliis lanceolatis planis acutis glabris vel basi cum vaginis ad margines ligulaque ciliatis (1'' vix superantibus, 2—3''' latis); racemis 2 conjugatis (pollicaribus); axi pedicellisque ciliatis; spiculis axi multo latioribus (linealibus et ultra); glumis dimidia parte infra cartilagineis glaberrimis, superne herbaceis, 3—5-nerviis glabris acutiusculis. ♃ St. Catharina Brasiliae.

60. P. MOLLIPILUM. *Steud.* Radice fibrosa, culmo erecto simplici longe vaginato (1—2-pedali); vaginis foliis culmoque ipso rarius molliter pilosis; foliis linearibus brevi acuminatis ($^1/_2$-pedalibus, vix ultra $1^1/_2$''' latis, cum vaginis saepe totis solutis ultra pedalibus) nodis annulato-pilosis; racemis 2—4 alternis ($1^1/_2$—3-pollicaribus); axi glabro spiculis angustiore; his biseriatis pedicellatis sublinealibus compresso subrotundis uninerviis marginatis ibique tenui-

pubescentibus vel glabratis. (Certe non est: P. villosum *Thunb.*, multo minus Leersiae species uti in schedula Hrbii Mus. Lugd. Batav.) Japonia.

61. P. TRISTACHYUM. *Lecont.* (Journ. Phys. 91. 285.) Glabrum repens in aqua erectum in terra prostratum; vaginis latis ad oras barbatis; foliis brevibus angustis glaberrimis; racemis plerumque ternis subpatulis basi nudis; spiculis ovatis biseriatis; axi latiusculo, dentibus unifloris. ♃ Georgia.

62. P. CONJUGATUM. *Berg.* Culmo repente vel adscendente ($^1/_2$—2-pedali); nodis vaginisque glabris; foliis lineari-lanceolatis (3—8″ longis, 3—6‴ latis) glabris vel ciliatis; racemis 2—3 approximatis ($1^1/_2$—4″ longis); axi spiculis aequali, his parvis biserialibus brevissime pedicellatis orbiculato-ovatis acutis margine villosulis. *Trin.* Ic. t. 102. P. tenue. *Gaert.* t. 80. f. 4. ♃ Am. austr.

63. P. BICRURULUM. *Salzm.* (Hrbr. Bahiense.) Radice fibrosa subrepente; culmo geniculato erecto (7—9-pollicari) basi densius vaginato; vaginis foliisque infimis hirsutis, superioribus glabris; foliis linearibus brevi acutis (2″ longis, 1‴ latis); racemis 2 approximatis (sub-pollicaribus); axi glabro, angustiore spiculis biserialibus parvis breve pedunculatis glabris oblongo-ovatis; glumis trinerviis. Bahia.

64. P. EUCOMUM. *Nees.* (Agr. bras. 37.) Radice repente; culmis caespitosis ($1^1/_2$—2-pedalibus) erectis simplicibus glabris; vaginis arcte convolutis foliisque e tuberculis hirsutis (3—6—8″ longis, 2‴ latis) planis siccitate convolutis; racemis 2 conjugatis (rarius solitariis, $1^1/_2$—3″ et ultra longis); axi spiculas latitudine aequante glabro vel villosulo; spiculis linealibus biserialibus brevissime pedicellatis ovatis acutiusculis villosissimis; glumis 3-nerviis. *Trin.* Ic. t. 110. Brasil.

65. P. KAPPLERI. *Hochst.* (Hrbr. surinam. *Hostmanni* nr. 1306.) Culmis basi subbulboso-incrassatis subcaespitosis (2—3-pedalibus) foliatis sursum longissime nudis glabris; vaginis subradicalibus; foliis angustissimis convolutis culmo multoties brevioribus (4—5″ longis) molliter patenti-pilosis; racemis solitariis vel binis remote alternis (3—4-pollicaribus) altero longe pedunculato; axi spiculis singulis angustiore margine membranaceo (albo-ferrugineo-variegato); spiculis biseriatis ovato-lanceolatis ultra linealibus acutis, ad medium usque pilis densissimis spicula longioribus sericeis obsitis; glumis apice nudis enerviis. Surinam.

66. P. FASTIGIATUM. *Nees.* (Agr. bras. 33.) Culmo teretiusculo tenui (pedali et ultra) in ramos multos fastigiatos erecto-adpressos diviso; foliis lineari-acuminatis (2″ longis, 1‴ latis) vaginisque pubescenti-villosis; racemis 2 conjugatis vel 3 approximatis, raro solitariis (2″ longis); axi spiculis angustiore glabriusculo; spiculis bilinealibus biserialibus sessilibus lineari-lanceolatis, margine hirsutis; gluma inferiore 5-nervia, nervo dorsali obsoleto, lateralibus longe ciliatis, inferiore obsolete binervia. Brasil.

67. P. HUMBOLDTIANUM. *Flüg.* (in *H. B.* N. gen. I. t. 23.) Culmo basi stolonifero adscendente (1—$1^1/_2$-pedali); nodis glabris; vaginis subpilosis; foliis planis lineari-lanceolatis, inferioribus papilloso-pilosis; spicis 3—5 alternis; axi plano spicularum latitudine vel angustiore glabro; spiculis 4-seriatis; gluma inferiore margine albo-lanata, superiore glabra, utroque 1—3-nervia purpurascente. ♃ Quito.

68. P. CHEPICA. *Steud.* Repens, stoloniferum; culmis stolonum elongatis (1—$1^1/_2$-pedalibus) floriferis minoribus adscendentibus ($^1/_2$—1-pedalibus); vaginis teretibus (basi livide-purpurascentibus) dense pilis mollibus patentibus basi tuberculatis obsitis; ligula hyalina ovata brevi; foliis erecto vel horizontaliter patentibus lanceolatis acutis rigidiusculis (1—$1^1/_2$″ longis, $1^1/_2$‴ latis) sparsim pilosis ciliatisque; racemis binis alternis raro solitariis (vix pollicaribus); axi glabro angustiore spiculis obovatis acutis glabris linealibus brevissime pedicellatis, biseriatis; glumis 3-nerviis, nervis 2 marginalibus demum evanescentibus. Paspalum nr. 511 et 1223. *Bertero* hrbr. ♃ Chili. Ins. J. Fernand.

69. P. GUTTATUM. *Trin.* (Icon. t. 104.) Culmo gracili erecto (2-pedali); nodis 4 glabris; vaginis teretibus glabris vel apicem versus pilosis; ligula margo angustissimus pilis brevibus coronatus; foliis angusto-linearibus involutis glabris vel pilosis, (infimis ultra pedalibus); racemis 2 conjugatis vel 3 approximatis (3—4″ longis); axi spiculis angustiore pilosulo; his $1^1/_2$—2-linealibus biserialibus brevissime pedicellatis elliptico-oblongis acutiusculis sericeo-villosissimis. Brasil.

70. P. CAMPESTRE. *Trin.* (Act. Petrop. l. c. 144.) Culmo erecto (pedali) ima basi ramoso; nodis 2—3 glabris; vaginis compressis pilosis; ligula brevissima membranacea ciliata; foliis lanceolato-linearibus, basi confertis, pubescenti-pilosis (2″ longis, $^1/_2$‴ latis); racemis 2 approximato-alternis (1—2″ longis); axi spiculis angustiore glabro; his linea brevioribus biserialibus brevissime pedicellatis oblongis obtusiusculis glabris; glumis subobsolete 5-nerviis (subinde tertia minima accedente). Brasil.

71. P. SQUAMATUM. *Steud.* Culmo basi squamis latissimis imbricatis acuminatis nitidis obvallato et incrassato (pedali); foliis radicalibus distichis, e vaginis sensim minoribus prodeuntibus subconvolutis rigidulis glabris ($(1$—$1^1/_2$-pollicaribus), vaginis ore pilosulis; racemis 2 brevi-pedicellatis (pollicaribus et ultra); axi spiculis angustiore glabro; his vix linealibus ovatis brevi-pedicellatis glabris biseriatis; gluma inferiore 3-nervia acutissima. *Jardin* legit in Guinea.

72. P. LONGIFOLIUM. *Steud.* Radice valide fibrosa subcaespitifera; culmo basi squamis herbaceis oblongis acutis (pollicaribus) obvallato (fere pedali) glabro cum tota planta glaucescente; foliis radicalibus et culmeis laxe vaginantibus; vaginis striatis glabris, margine sparsim tenuissime setuloso-pilosis; foliis angustis canaliculato-convolutis rigidis glabris margine vix scabriusculis culmum aequantibus et superantibus, acutis; racemis 2 conjugatis (bipollicaribus et ultra) axi spiculis angustiore glabro, his biseriato-alternis vix linealibus ovatis obtusis vel acutiusculis 3-nerviis (in sicco) corrugato-rugosis glabris. Hrbr. *Linden* 1813. Cuba.

73. P. OAXACENSE. *Steud.* Culmo erecto (sursum saltim) simplici foliato glabro; nodis praesertim inferioribus (sparsim) pilosis; vaginis adpressis apice pilosis; foliis anguste linearibus glabris acuminatis, (culmeis 1—3-pollicaribus); ligula abbreviata integra vel divisa; racemis 2 approximatis alternis; axi spicularum latitudine; spiculis fere linealibus erectis sessilibus biserialibus oblongis glabris acutis; glumis medio et margine nervatis glabris, accedente plerumque tertia membranacea lanceolata 2—3-plo minore. *Franko* legit in Oaxaca.

74. P. SCROBICULATUM. *Lin.* Radice fibrosa; culmo ramoso erecto (1—2-pedali); vaginis glabris vel basi hirsutis ciliatis; ligula brevissima rotundata (lacero-ciliata); foliis linearibus subacuminatis (6—8″ longis, 1‴ et ultra latis) glabris; racemis 2—3 approximatis alternis (2″ et ultra longis); axi spicularum latitudine glabro; spiculis linea paulo majoribus biserialibus brevi-pedicellatis oblongo-subrotundis acutiusculis; glumis 5—7-nerviis, superiore ad latera scrobiculato-plicatula. *Trin.* Ic. t. 143 (perperam radice repente pictum). P. coromandelinum *Lam?* sec. *Hassk.* P. jav. rar. p. 9. ♃ Ind. or. N. Holl.

75. P. METZII. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici vel ramoso cum tota planta glabro (7—10-pollicari), foliato; vaginis elongatis culmum tegentibus ad oras vix pilosulis; ligula membranacea brevi lacera; foliis elongatis omnino planis lanceolatis in acumen longum attenuatis (2—4″ longis, $1^1/_2$—2‴ et ultra latis) laevibus altero latere saepe undulato-plicatulis; spicis bi- raro ternatis subalternis erectis; axi plano spiculae singulae subaequilato; his biseriatis

sessilibus imbricatis fere linealibus ovatis obtusis uni- vel cum nervis extreme-marginalibus 3-nerviis glaberrimis flavescenti aureis; valvulis nitido albidis laevibus. P. scrobiculatum *Hochst.* in Hrbo. Ind. or. *Hohenackeri* nr. 923. Montes Nilagiri Ind. or.

76. P. FOVEOLATUM. *Steud.* Radice fibrosa subrepente; culmo erecto ramoso ($1\frac{1}{2}$—2-pedali) glabro vaginato; vaginis — excepta infima pubescente — glabris, ore barbatis laxiusculis; foliis linearibus angustis elongatis culmum excedentibus glabris laevibus; racemis 2—3 remotiuscule alternis (1—$1\frac{1}{2}$-pollicaribus); spiculis brevi-pedicellatis parvis (linea brevioribus) axi latioribus rotundatis obtusis obscure 7-nerviis, nervis 2 utrinque extreme marginalibus, binis lateralibus orbiculum subfoveolatum formantibus; orbiculo glabro nitido, glumis extra orbiculum tenuissime puberulis pallidioribus. Vix prioris, cui proxima, varietas. Hrbr. Musei Par. et *Lenorm.* Guiana.

77. P. DISTICHOPHYLLUM. *H. B.* (N. gen. I. 46.) Stoloniferum; culmo adscendente tenui multinodo foliosissimo dichotomo-ramosissimo; vaginis teretiusculis glabris; ligula membranacea dorso brevi pilosa; foliis lineari-lanceolatis distichis acuminatis, adultis glabris, junioribus molliter pubescentibus; racemis 2—3 approximatis (1—2-pollicaribus); axi spiculas latitudine aequante ciliatulo; spiculis linealibus 3—4-seriatis brevi pedicellatis lanceolato-ellipticis acutiusculis; glumis 3—4-nerviis, inferiore margine longe villosissima. P. polyphyllum. *Nees. Trin.* Ic. t. 141. ♃ Am. austr.

78. P. CANALICULATUM. *Nees.* (Agr. bras. 33.) Radice repente, fibrosa; culmis basi subbulbosis, adscendentibus ramosis (1—$1\frac{1}{2}$-pedalibus); vaginis arcte convolutis glabris; foliis rigidulis strictis convoluto-setaceis in pagina superiore 5-sulcatis, glabris vel basi pilosis; racemis geminis ($1\frac{1}{2}$-pollicaribus); axi triquetro spicularum latitudine; spiculis lanceolatis ($1\frac{1}{2}'''$ longis, $\frac{1}{2}'''$ latis) sessilibus; gluma inferiore dorso canaliculata margine longe ciliata, superiore hispida, utraque obsolete binervia. ♃ Brasil.

79. P. NEESII. *Kunth.* Radice fibrosa caespitosa; culmis compresso-trigonis (2—3-pedalibus); nodis dense hirsutis; vaginis villosis, superioribus glabris; foliis subfiliformi angustis hirsutis, radicalibus culmum aequantibus; racemis 2—3 approximatis (pollicaribus); axi spiculis angustiore glabro; spiculis biserialibus 1—2-linealibus, brevi pedicellatis, oblongis vel ellipticis obtusiusculis glabris; glumis 5-nerviis, superiore interdum transverse undulata. P. angustifolium. *Nees.* Agr. bras. 64. ♃ Brasil.

80. P. SERPENTINUM. *Hochst.* (Hrbr. *Kappler* nr. 1561.) Culmo erecto gracili ($2\frac{1}{2}$—3-pedali), sparsim piloso vel glabrescente; nodis glabris; vaginis compressis foliisque hirsuto-pilosis; foliis linearibus acuminatis subcompressis (radicalibus fere pedalibus, superioribus minoribus 4—2-pollicaribus); residuis foliorum radicalium albosericeo longe pilosis; racemis binis, altero breve pedicellato (fere 3-pollicaribus); axi multo angustiore spiculis pedicellatis linealibus subrotundis uninerviis marginatis glabris. ♃ Surinam.

81. P. FLACCIDUM. *Nees* (l. c. 48.) Radice repente; culmo erecto ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); vaginis (inferioribus) molliter villosis; ligula brevi lanuginosa; foliis lineari-filiformibus erectis (8—10-pollicaribus) villosis; racemis 2—6- raro solitario-alternis approximatis subfastigiatis ($1\frac{1}{2}$—2″ longis); axi angustiore spiculis linealibus 2—3-serialibus brevi vel brevissime pedicellatis obovato-oblongis obtusis; glumis 3-nerviis. Brasil.

82. P. RECTUM. *Nees.* (*Hook.* Kew. Gard. Misc. II. 103.) Culmo filiformi recto stricto foliisque erectis subdepressis anguste linearibus glabris, vaginis ore lanatis; spica solitaria (an et altera?) recta basi barbata elongata; rhachi trigona dorso convexa glabra, spiculis geminis linearibus oblongis angustiore; glumis aequalibus oblongis 3-nerviis (nervis lateralibus saepe purpurascentibus) glabris. Praecedenti, si monostachyo, dicitur affinis. *Gardner* hrbr. nr. 4045. Brasil.

83. P. ARGYROCONDYLON. *Steud.* Culmo erecto gracili (3-pedali et ultra) glabro; nodis apice nigris basi argenteo-brevi-pubescentibus; vaginis glabris vel apicem versus sparsim tuberculato-pilosis; foliis culmeis angustis subcomplicatis acuminatis; racemis binis conjugatis (2-pollicaribus et ultra) ad juncturam dense pilosis; rhachibus flexuosis angustioribus spiculis linealibus pedicellatis obscure trinerviis (lucem versus) fusco lineolatis. Hrbr. Paris. et *Lenorm.* Guiana.

84. P. LIGULARE. *Nees.* (Agr. bras. 60.) Radice repente caespitifera, fibris crassis; culmis erectis compressiusculis glabris; ligula exserta apice lacera; foliis complicato-angustis rigidulis scabris (fere pedalibus, basi $1\frac{1}{2}'''$ latis); racemis 3—4 alternis ($2\frac{1}{2}$-pollicaribus), rhachi planiuscula, dimidio angustiore spiculis (vix ultra linealibus) quadrifariam imbricatis, obovato-ellipticis obtusis glabris; glumis aequalibus 3-nerviis. ♃ Brasil.

85. P. FILIFOLIUM. *Nees* (in litt. et Hrbo. Berol.). Foliis glabris filiformibus; ligula ovata acutiuscula integra; racemis geminis; axi triquetro spiculis solitariis biseriatis triplo angustiore; glumis oblongis acutis 5-nerviis glabris. ♃ *Sellow* legit in Brasilia.

86. P. OVALE. *Nees* (l.l. c.c.). Foliis lanceolato-linearibus basi apiceque attenuatis medio planiusculis aut subconvolutis, supra pubescentibus rigidis inferne glabris (radicalibus (6—7″ longis, $1\frac{1}{4}'''$ latis); ligula brevi truncata, postice barbata; racemis geminis ternisve alternis basi barbatis ($3\frac{1}{2}$—4″ longis); axi plano serpentino spiculis geminis duplo angustiore; spiculis 2-linealibus perfecte ovalibus; glumis aequalibus ovalibus 5-nerviis obtusis (purpura vario modo maculatis) glabris. ♃ *Sellow* legit in Brasil.

87. P. PLATYCAULE. *Poir.* Culmo compresso uninodo; vaginis foliisque linearibus obtusis strictis glabris; racemis pedunculatis subfasciculato-approximatis subternis; axi spiculas latitudine aequante; spiculis lanceolatis obtusiusculis margine pubescenti-ciliatis. P. compressum. *Nees* l. c. 23. *Trin.* Ic. t. 118. ⊙ Am austr.

88. P. COMPLANATUM. *Nees* (l. c. 22.). Radice longe fibrosa; culmis caespitosis decumbentibus adscendentibus (subpedalibus); nodo unico pubescente; vaginis margine ciliatis; foliis ovato-lanceolatis (1—2″ longis, 3‴ latis) basi rotundatis, apice acutis, ciliatis; racemis pedunculatis subfasciculatis subternis; axi triquetro, angustiore spiculis imbricatis solitariis sessilibus; glumis ellipticis acutiusculis glabris. Praecedentis var. *Trin.* ⊙ Brasil.

89. P. DISSITIFLORUM. *Trin.* (Icon. t. 103.) Radice fibrosa, caespitosa; culmis tenuibus erectis (pedalibus), crebis, simplicibus; vaginis teretiusculis glabris; ligula margo angustissimus ciliaris; foliis angustissimis canaliculato-compressis mucronatis, e glandulis minimis pilosis (spithamineis); racemis 2—3 subdigitatis erectis (2—4-pollicaribus, albo-flavescentibus); axi spiculis subangustiore longe ciliato; spiculis linealibus magnisve laxe biserialibus subsessilibus lineari-ellipticis acutis villoso-hirsutis; glumis 3-nerviis. Variat: foliis latioribus, spiculis fusco-tuberculatis. ♃ Brasil.

90. P. IRIDIFOLIUM. *Poepp.* (Reise II. 324. ex *Trin.* Linn. X. 294.) Bipedale erectum; foliis latiuscule sublanceolato-linearibus glabris; racemis plurimis approximatis subfastigiato-jubatis (subspithamaeis); axi spicula angustiore glabro; spiculis linealibus (laxiuscule) biserialibus, lineari ellipticis subsessilibus 5—7-nerviis glabris vel piloso-adspersis. Peru.

91. P. AMAZONICUM. *Trin.* (l. c.) Plus minus pedale erectum; foliis lanceolato-linearibus glabris vel inferioribus basi pilosis; racemis 2—3 dissite alternis (plus minus $1\frac{1}{2}$-pollicaribus); axi spiculae aequilato glabro; spiculis lineali-

bus biserialibus brevi-pedicellatis subrotundo-ovatis glabris. Fluv. Amazon.

92. P. MARGINATUM. *Trin.* (Icon. t. 105.) Radice fibrosa crassa dense caespitosa; culmo subfiliformi (pedali); nodis 2—3-glabris; vaginis carinato-compressis plus minus pilosis; ligula brevissima dense barbata; foliis angusto-linearibus acutiusculis compressis hirsutis; racemis 4—5 subdigitatis (sesquipollicaribus); axi spiculis angustiore, glabro; spiculis linealibus biserialibus subsessilibus lineari-ellipticis obtusiusculis margine hirtis; glumis 5-nerviis; perianthio apice barbatulo. ♃ Brasil.

93. P. OLIGOSTACHYUM. *Salzm.* Radice fibrosa substolonifera, ad stolones dense villoso-tomentosa; culmo erecto undique vaginis tecto (pedali) vaginis foliisque undique molliter brevique pubescenti-tomentosulis; foliis lanceolatis (3—4″ longis, 2—3‴ latis) uno latere tenuissime crenulato-undulatis; spicis sub- 5 remotiusculis alternis ($1\frac{1}{2}$-pollicaribus); axi spiculis multo angustiore glabro; spiculis inaequaliter biseriatis pedicellatis pedicellis ipsas ($\frac{3}{4}$-lineales) fere aequantibus, ovatis obtusiusculis; glumis tenuissime (sub lente) puberulis demum glabratis obscure 3—5-nerviis. *Salzm.* hrbr. Bahia.

94. P. MARITIMUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 148.) Late repens; culmo stolonifero ramoso adscendente (1—3-pedali), ad nodos tomentoso; vaginis compressis in colli dorso barbatis; ligula membranacea brevi; foliis e basi cordata lanceolatis vel lanceolato-linearibus glabris vel basi pilis vel ciliis adspersis (1—4″ longis, 2—4‴ latis) racemis 2—10 approximato-alternis, superioribus fastigiatis (2—3-pollicaribus); axi spiculis subaequali glabro; spiculis parvis 4-serialibus brevi vel brevissime pedicellatis obovatis obtusiusculis pubescentibus; glumis excepto ipso margine enerviis; perianthio obtuso brevissimo. ♃ Bahia.

95. P. LAXIFLORUM. *Trin.* (l. c. p. 148.) Culmo compresso strictiusculo erecto (2-pedali et ultra); nodis 1—2 puberulis; vaginis ad basin culmi confertis, inferne sericeo-pubescentibus carinato-compressis, subcoriaceis glabris; ligula brevissima ciliari; foliis subcylindrico-involutis coriaceis strictissimis glabris vel basi hirsutis; racemis 8—10 approximato-alternis subfastigiatis (2—3″ longis); axi spiculis angustiore glabro; spiculis linealibus laxe biserialibus (subbrevi-) pedicellatis lineari ellipticis obtusiusculis; glumis 5-nerviis. Brasil.

96. P. SACCHAROIDES. *Nees.* (in *Sieb.* Hrb. agrost. nr. 137.) Culmo erecto orgyali; vaginis teretiusculis glabris vel superne hirsutis; ligula margo angustissimus villis longis ciliatus; foliis linearibus acuminatissimis (4—6‴ latis subpedalibus) glabris; racemis plurimis approximatissimis fastigiatis gracilibus; axi spicularum latitudine; spiculis linearibus biserialibus brevi-pedicellatis lanceolatis acutissimis sericeo villosis; glumis 2-nerviis. *Trin.* Icon. t. 107. Panicum saccharoides *Kunth.* Rev. gr. t. 30. Ind. occ.

97. P. SUFFULTUM. *Mikan.* Radicis e rhizomate crasso fibris validis ferrugineis; culmo erecto firmo (2—3-pedali); nodis paucis glabris; vaginis laxis compressis glabris; foliis subcoriaceo-firmis, radicalibus plurimis fasciculatis culmo 4-plo brevioribus (expansis 3 lineas latis) glabris; racemis 3—30 approximatis subfastigiato-jubatis (4—8″ longis); axi spicularum latitudine glabro vel sub spiculis pilifero; spiculis linealibus vel parvis biserialibus lineari-ellipticis subsessilibus brevissime pedicellatis; glumis acutiusculis bicostato angulatis mucronatis glabris. *Trin.* Icon. t. 108. ♃ Brasil.

98. P. PRESSUM. *Nees.* (in litt. et Hrbo. Berol.) Culmi compressi nodis paucis glabris; vaginis compressis foliisque carinatis acutis margine villosis; spicis pluribus approximatis fastigiatis; axi plano recto spiculis solitariis subimbricatis angustiore, ad spicularum insertiones nudo; glumis oblongis 3-nerviis glabris flosculo aequalibus. ♃ *Sellow* legit in Brasil.

99. P. BARBATUM. *Nees.* (Agr. bras. 27.) Radice crassa fibrosa, culmis basi caespitosis ($1-1\frac{1}{2}$-pedalibus) erectis simplicibus; nodis 3—4 hirsutis; vaginis compressis apice longe barbatis; foliis anguste linearibus acuminatis planis vel subinvolutis glabris vel hirsutis; racemis pluribus approximatis subfastigiatis alternis vel oppositis (5—7-pollicaribus); axi spiculis latitudine angustiore vel eas aequante glabro, basi tomentoso; spiculis plus minus linealibus biserialibus lineari-ellipticis brevissime pedicellatis glabris vel ciliolatis; glumis 5—7-nerviis. *Trin.* icon. t. 98. P. barbigerum. *Kunth.* ♃ Brasil.

100. P. FASCICULATUM. *Willd.* Culmo compresso procumbente vel erecto (3—6-pedali) basi ramoso; vaginis compressis dorso superne pilosulis; ligula brevissima membranacea vel pilosula cilari; foliis lanceolato-linearibus glabris vel inferne pilosulis (8—12-pollicaribus, 4—9‴ latis); racemis 6-plurimis approximatis subfastigiatis (2—4-pollicaribus); axi spiculis angustiore glabro, spiculis sub-2-linealibus brevissime pedicellatis ellipticis acutissimis subpubescentibus; glumis 3—5-nerviis. *Trin.* Ic. t. 270 Brasil.

101. P. DELOCHEI. *Steud.* Culmo validulo erecto (pluripedali) sursum (an ex toto?) vaginato; cum nodis vaginisque striatis glabro; foliis lato linearibus lanceolatis glabris striatis laevibus (5‴ latis); ligula brevissima membranacea ciliis (parte membranacea) longioribus; racemis plurimis (20 et ultra) fasciculatis in paniculam fastigiatam aggregatis; axi recto spiculis plus duplo angustiore; sparsim pilis longis obsito vel glabrato; spiculis ovato-lanceolatis acutatis glabris vel margine pilosulis; glumis 3-nerviis vel nervis 2 obscurioribus 5-nerviis; valvulis glaberrimis laevissimis; (antheris flavo-aurantiacis, stigmatibus nigrescentibus). Ex hrbo. *Deloche* lectum in Montevideo.

102. P. LANUGINOSUM. *Nees.* (Agr. bras. 63.) Radice parva fibrosa; culmo gracili compresso-angulato basi radicante adscendente ($1-1\frac{1}{2}$-pedali); ligula exserta ovata obtusa; nodis vaginis foliisque lanuginosis (4—6″ longis, 1‴ latis); racemis 5—7 fastigiatis (2-pollicaribus); axi triquetro flexuoso duplo angustiore spiculis geminis remotiusculis lanceolato-acuminatis linea paulo longioribus; glumis glabris superiore 7-nervia, inferiore 5-nervia. ⊙? Brasil.

103. P. CUMINGII. *Nees* (mpt.). Culmo erecto compresso subsimplici basi infracto; vaginis foliisque planis acuminatis glabris, his margine scabris; spicis pluribus approximatis alternis geminatisve (subpollicaribus); rhachi lineari plana spicularum (1‴ longarum) latitudine purpurea; gluma margine villosa valvulaque neutra trinerviis. Paspalo denticulato *Trin.* (nr. 127) dicitur affine. Valparaiso Chili.

104. P. PACHYRRHIZUM. *Steud.* Rhizomate crasso squamuloso vel post squamas deciduas annulato-articulato rugoso, fibras validulas emittente; culmo basi vaginis annotinis incrassato erecto (pedali) ad apicem usque tecto vaginis striatis glabris laevibus, infimis basi solutis; ligula membranacea; foliis lanceolatis acutis (4—5″ longis, 3—4‴ latis) glabris margine scabriusculis; racemis pluribus 4—6 alternis interstitia superantibus; rhachi lineari plana (cum spiculis nunc viridi nunc purpurea) spicularum latitudine, his dense 4-seriatis margine uti pedicelli ipsas fere aequantes, pilosis, apice acutiusculis; gluma valvulaque neutra uninerviis. *Lechler* hrbr. nr. 310. Arigue Chili. Valdivia. *Bridges.*

105. P. PARADISIACUM. *Steud.* Radice crassa sublignescente fibris validis sustinente caespitem; culmo erecto exaltato (3-pedali) striato nodisque glabris; vaginis subcompressis, superioribus teretiusculis, striatis, inferioribus pilosis; ligula exserta hyalina; foliis lineari-lanceolatis acutis (4—12″ longis, 2—4‴ latis) utrinque e tuberculis pilosis ciliatis demum glabratis, margine scabriusculis; ra-

cemis paniculatis alternis remotiusculis, summis magis approximatis; axi multo angustiore spiculis linealibus pedicellatis (pedicellis crassis), ovatis acutiusculis margine longe pilosis caeterum glabris; glumis 3-nerviis, nervo medio conspicuo, lateralibus margini approximatis. ♃ Herbr. *Bertero* nr. 1222. Quamvis eodem loco cum P. Cumingii certe diversa cfr. P. Lagascae *R. S.* cui forsan nimis affine. Valparaiso Chili.

106. P. MONONEURUM. *Steud.* Culmo erecto (sursum certe) simplici cum nodis vaginisque glabris; ligula exserta membranacea; foliis oblongo-lanceolatis glabris margine tenuissime ciliatis (2—2½″ longis, 4—6‴ latis); racemis plurimis in paniculam (4—6-pollicarem) dispositis (½—1½-pollicaribus); axi angustiore spiculis vix linealibus oblongis brevissime pedicellatis glaberrimis; glumis praeter nervum medium enerviis. Oaxaca.

107. P. PELLITUM. *Nees.* (Agr. bras. 27.) Radice caespitosa crasse fibrosa; culmis elatis (4—5-pedalibus) erectis, vaginis tectis; ligula brevissima villis sericeis dense coronata; foliis involuto-linearibus (fere bipedalibus, 3—4‴ latis) vaginisque molliter sericeo-tomentosis; racemis plurimis approximatis contracto-jubatis; axi spicularum latitudine glabro; spiculis subparvis biserialibus brevissime pedicellatis lanceolato-ellipticis pubescentibus vel glabriusculis; glumis 5—7-nerviis. *Trin.* Ic. t. 106. ♃ Brasil.

108. P. EMINENS. *Nees.* (l. c. 30.) Radice dense caespitifera; culmo simplici tereti glabro elato (usque 6-pedali) paucinodo; nodis fuscis crassis hirsutis; foliis lineari-elongatis (radicalibus 1½—2′, caulinis 1′ longis, 4‴ latis) vaginisque scabris, rigidulis basi pilosulis; racemis numerosis (30 et ultra, 3″ longis), inferioribus subdivisis; axi triquetro spiculis solitariis dissitis oblongis obtusis vix linealibus parum angustiore; glumis oblongis glabris nervis 5 validis (viridibus) notatis flosculum aequantibus. Praecedenti et P. scopario *Flüg.* dicitur affine. ♃ Brasil.

109. P. STOLONIFERUM. *Bosc.* (Linn. Trans. II. t. 16.) Culmis stoloniferis basi prostratis ramosis (2-pedalibus); nodis incrassatis glaberrimis; vaginis glabris; ligula brevissima membranacea; foliis planis (oblongo-) lanceolatis glabris; racemis plurimis (30—50, ½—1-pollicaribus) approximatis jubatis; axi foliaceo spicularum latitudine ciliolato; spiculis linealibus biseriatis brevissime pedicellatis lanceolato oblongis acutis undulatis apice penicillatis; glumis 5-nerviis. *Kunth.* Supl. t. IX. f. 3. Milium latifolium. *Cav.* Ic. t. 273. Maizilla. *Schlecht.* Bot. Zeit. 1850 p. 601. ♃ Peru. Chili.

110. P. BIGLUME. *Steud.* Culmo ramoso pluripedali uno latere alternatim inter interstitia canaliculato cum nodis tumidulis nigricantibus vaginis foliisque glaberrimis; ligula minima tenui; foliis oblongo-lanceolatis acutis tenuibus pellucidis, excepto nervo medio subtus elevato tenuissime nervoso-striatulis, margine scabris; spicis simplicibus creberrimis paniculatis; rhachi herbacea plana margine tenui-ciliolata spiculis duplo angustiore, his 2-linealibus; glumis membranaceis pallide aureo-ferrugineis subaequilongis flosculum fere duplo superantibus utroque margine ad mediam latitudinem eleganter plicato-undulato, inferiore parum latiore ovata, superiore oblonga utraque excepto nervo medio tenui enervia; hermaphrodito glumis duplo breviore nitido albo laevissimo. Sub: Paspalum stoloniferum *Bosc.* cultum in H. Goetting.

111. P. RUDIMENTOSUM. *Steud.* Culmo erecto elatiore (pluripedali) glabro; vaginis sparsim nodisque dense longe pilosis; ligula membranacea fusca fissa; foliis lineari-lanceolatis (4—6″ longis, 3—4‴ latis) glabris margine scabriusculis et altero latere remote setuloso-pilosis; racemis numerosis (1—2″ longis) subpaniculatis basi pilosis vel nudis; spiculis pedicellatis subbiseriatis compresso-convexis ovatis obtusiusculis fere linealibus uninerviis margine pilosulis; axi pedicellis angustiore basi saepe rudimentis spicularum non evolutarum obsito. Oaxaca.

112. P. AFFINE. *Steud.* Culmo erecto elatiore superne compresso-triquetro; vaginis compressiusculis superne margine fauceque pilosis; foliis caulinis lineari-lanceolatis acuminatis glabris margine scabris; racemis numerosis alternis vel irregulariter approximatis subsecundo-paniculatis sensim brevioribus (3—½-pollicaribus), sessilibus basi piliferis densifloris; axi angustiore spiculis pedicellatis inaequaliter 2—4-seriatis subturgide ovatis; glumis uni- vel cum nervis cum margine confluentibus tri-nerviis piloso-hirtis viridibus et (inferne) purpurascentibus. ♃ Praecedenti similis. Oaxaca.

113. P. PURPURASCENS. *Ell.* (Bot. p. 108.) Culmo adscendente (2—3-pedali); foliis inferne compressis margine hispidis (purpurascentibus, 1′ et ultra longis, 2—6‴ latis), basi pilosis; racemis 3—11 alternis vel jubatis; axi glabro latitudine aequali spiculis linealibus 4-seriatis inaequaliter brevipedicellatis subrotundo-obovatis glabris; glumis 3-nerviis. Am. sptr.

114. P. CRISTATUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 152.) Culmo decumbente adscendente (pedali et ultra); foliis lineari-lanceolatis pubescentibus; racemis plurimis approximatis jubatis (pollice brevioribus); axi spicularum latitudine glabriusculo; spiculis linealibus biseriatis brevissime pedicellatis ovato-ellipticis obtusiusculis aequis nudis; glumis 3-nerviis. Caeterum P. stolonifero *Bosc.* simile. Chili.

115. P. DENSUM. *Poir.* (Encyc. Supl. IV. 314.) Culmis crassis superne compresso-triquetris (4—5-pedalibus); vaginis compressiusculis superne carinatis fauce nudis; ligula brevi; foliis lato-linearibus acuminatis glaucis glabris margine scaberrimis; racemis numerosissimis (40—60) approximatis jubatis (2—3″ longis); axi spiculis angustiore pilifero vel nudo; spiculis linearibus 4-serialibus inaequaliter subbrevi pedicellatis subrotundo-ovatis; glumis 3-nerviis. P. vulnerans. *Salzm.* ♃ Ind. occ. Brasil. Surin.

116. P. VIRGATUM. *Lin.* Radice crassa; culmo erecto (3—4-pedali) nodis 3—5 glabris; vaginis teretiusculis; ligula brevissima ciliari; foliis sublanceolato-linearibus acuminatis (1—2′ longis, 6—10‴ latis); racemis 6—50 crassiusculis subapproximatis jubatis (1—4—5″ longis); axi spiculis angustiore glabro vel margine pilifero; spiculis linearibus vel majusculis 4—5-serialibus inaequaliter pedicellatis oblongo ovatis pubescentibus (rarius glabris); glumis 5-nerviis. *Trin.* Ic. t. 131. 132. *Jacq.* Icon. t. 11. ♃ Am. austr. Mexico.

117. P. URVILLEI. *Steud.* Culmo elatiore (pluripedali) vaginato tereti glabro; vaginis longissimis laxiusculis striatis glabris ore pilosis; ligula membranacea laciniata, laciniis ovatis acutis; foliis lineari-lanceolatis elongatis striatis glabris laevibus (pedalibus et ultra, 3—4‴ latis); racemis plurimis (25 et ultra) in paniculam ultra pedalem dispositis erectis vel subnutantibus 1—3-pollicaribus; axi angustiore spiculis linealibus compressis ovatis acutis 2—4-seriatis margine villis longiusculis obsitis biserialibus, pedicellis spicularum fere longitudine; glumis praeter nervum medium enerviis submarginatis praeter villos marginales glabris; flosculo hermaphrodito albo 3-nervio. An praecedentis var? Ex Hrbo. *Urville.* —

118. P. FAMILIARE. *Steud.* Culmo elatiore tereti vaginato glabro; vaginis elongatis striatis laxis ad nodos marginem plerumque et ore pilosis; ligula membranacea brevi ovata acuta; foliis lineari-lanceolatis elongatis (pedalibus et ultra 2—3‴ latis) glabris margine scabris; racemis plurimis (20—45) in paniculam 8—10-pollicarem dispositis erectis, inferioribus multo longioribus (4—5″) superioribus sensim minoribus; axi plano glabro flexuoso multo angustiore spiculis ½-linealibus 2—4-seriatis oblongo-ovatis obtusis margine pilis tenuissimis ciliatis; pedicellis quam spiculae parum brevioribus; glumis praeter nervum medium

enerviis non marginatis glabris, flosculo hermaphrodito albo laevi marginato. *Funck* coll. nr. 228. Forsan iterum P. virgati *Lin.* var? Columbia.

119. P. LAGASCAE. *Roem. Schult.* (Syst. 2. 317.) Radice crassa fibrosa repente squamosa caespitifera; culmis erectis (3—5-pedalibus), vaginis radicalibus basi sericeo-pubescentibus, culmeis teretiusculis, ligula brevi obtusa, vel acutiuscula foliis linearibus (totis vel inferne triquetro-involutis, rarius inferioribus latiusculo planis) glabris; racemis 3—30 subapproximatis vel distantibus jubatis ($1\frac{1}{2}$—2-pollicaribus); axi spiculis angustiore glabro vel margine pilifero; spiculis 1 vel sub 2-linealibus, 4-serialibus subaequali brevi-pedicellatis ellipticis hirtis; glumis 3-nerviis. Variat: racemis simplicibus, spiculis minoribus obtusiusculis, et: racemis compositis spiculis majoribus acutis. *Trin.* Icon. t. 136. ♃ Brasil. Chili.

120. P. SICCUM. *Nees.* (Agr. bras. 28.) Culmo erecto simplici; nodis vaginisque basi sericeo-villosis caeterum glabris; ligula brevissima truncata setulosa; foliis strictis convolutis (6—8″ longis, basi vix 1—$1\frac{1}{2}$‴ latis) glabris, racemis pluribus (12—16) bipollicaribus alternis coarctatis; axi triquetro paulo angustiore spiculis solitariis imbricatis oblongis obtusis glabris linealibus basi subpilosis; glumis 5-nerviis. ♃ Brasil.

121. P. UMBROSUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. p. 153.) Culmo adscendente simplici erecto ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); nodis glabris; vaginis subcompressis e tuberculis minimis pilosis; ligula membranacea brevissima dorso longe ciliata; foliis lineari-lanceolatis subacuminatis (8—12″ longis, 5—6‴ latis) pubescenti-hirsutis; racemis 9—13 subdissite jubatis ($1\frac{1}{2}$—3-pollicaribus); axi spicularum latitudine pilis adsperso; spiculis parvis 4-serialibus inaequaliter brevi-pedicellatis, elliptico-obovatis pubescentibus; glumis 3-nerviis. (Gramen siccum totum fuscum.) Brasil.

122. P. CORYPHAEUM. *Trin.* (l. c.) Culmo erecto vix ramuloso (4—6-pedali); nodis nunc glabris nunc barbatis; vaginis teretiusculis saepe villosis; ligula membranacea brevi truncata dorso pilosa; foliis linearibus vel lanceolato-linearibus acuminatis glabris vel obsolete puberulis ($1\frac{1}{2}$″ longis, $\frac{1}{2}$″ latis, superioribus minoribus); racemis 7—30 subdissito paniculato-jubatis (3—5-pollicaribus); axi spiculis angustiore glabriusculo; spiculis sublinealibus, 4-serialibus inaequali brevi-pedicellatis, obovato-ellipticis villosulo- (interdum obsolete-) pubescentibus; glumis sub-5-nerviis. ♃ Brasil.

123. P. ELEGANS. *Flüg.* (l. c. 183.) Culmo erecto (2—3-pedali); vaginis teretiusculis superne carinatis; ligula membranacea brevi pilosa; foliis lineari-lanceolatis acutis laete viridibus rariuscule pubescentibus, breve ciliatis (6—12″ longis); racemis 6—20 subdissite jubatis (1—2-pollicaribus); axi latitudine spiculas subaequante glabro; spiculis linealibus 4-serialibus inaequaliter brevi pedicellatis obovatis vel subrotundo-oblongis pubescenti-hirtulis; glumis 3-nerviis. P. tenellum. *Hort.* ♃ —

124. P. CORCOVADENSE. *Radd.* (Agrost. bras. 27.) Radice fibrosa; culmo erecto (1—2-pedali); nodis 3—4 glabris; vaginis carinato-compressis ciliatis circa ligulam membranaceam brevem tomentosis; foliis (lineari-) lanceolatis acuminatis (4—7″ longis, 3—6‴ latis) dorso pubescentibus vel glabris; racemis 2—5—15 subdissite jubatis ($1\frac{1}{2}$—3-pollicaribus); axi spiculis angustiore glabro; spiculis (sub-) linealibus 4-serialibus inaequaliter pedicellatis ovato-ellipticis glabriusculis plus minus acutis, glumis 5-nerviis. *Trin.* Icon. t. 153. P. plantagineum. *Nees.* Brasil.

125. P. SETACEUM. *Michx.* Culmo erecto gracili simplici (1—2-pedali); vaginis foliisque villosis lanceolato-linearibus vel lanceolatis; racemis pedunculatis 1—2—3 subdissite alternis ($1\frac{1}{2}$—4-pollicaribus); axi spiculis angustiore glabro; spiculis linealibus vel parvis 2—4-serialibus (brevi-) pedicellatis ovatis vel oblongo-orbiculatis glabris (raro pubescentibus). Variat: culmo decumbente, racemis plus minus gracilibus saepe solitariis, foliis plus minus hirsutis et glabriusculis. *Trin.* Ic. t. 129. et sub: P. ciliatifolium *Michx. Beauv.* Agr. t. V. f. 4. P. supinum *Bosc.* l. c. t. 130. nec P. protensum *Trin.* differt. ♃ Am. austr. et sptr.

126. P. GEMINIFLORUM. *Steud.* Culmo erecto (pluripedali) glabro; foliis anguste linearibus vaginisque margine papilloso-pilosis (4—6″ longis, 1‴ latis); racemo terminali solitario (an semper? 2 pollicari); axi angustiore spiculis linearibus pedicellatis; pedicellis e basi bifidis ramulo utroque spiculifero; spiculis linearibus ovatis obtusis; glumis 3-nerviis glabris. Hrbr. *Claussen* nr. 1021. Brasil.

127. P. DENTICULATUM. *Trin.* (Icon. t. 130.). Culmo erecto (2-pedali); nodis vaginisque compressiusculis glabris; ligula breviuscula membranacea; foliis linearibus (4—8″ longis, 2‴ latis) glabris vel supra villosulis; racemis basi nudis sub-10, plus minus dissite alternis (1—$1\frac{1}{2}$″ longis); axi fere spicularum latitudine glabro vel margine longe pilifero; spiculis linealibus vel parvis 4-serialibus, inaequaliter subbrevi pedicellatis oblongo-obovatis margine denticulatis; glumis 3-nerviis. Am. austr.

128. P. CAESPITOSUM. *Flüg.* Culmis caespitosis erectis tenuibus subsimplicibus (1—2-pedalibus); nodis pubescentibus; vaginis fauce pilosis caeterum glabris; foliis lanceolato-linearibus glabris vel ima basi ciliatis; racemis 3—4 alternis (subpollicaribus); axi latitudine spicularum, his parvis 3—4-serialibus inaequaliter longe pedicellatis, obovato-ellipticis obtusis glabris vel pubescentibus; glumis 3—5-nerviis. *Trin.* Ic. t. 141. ♃ Ind. occ.

129. P. HIRTUM. *H. B.* (N. gen. I. 89.) Radice repente nodosa; culmo adscendente (spithamineo) glabro; ligula abbreviata rotundata; foliis planis vaginisque molliter pilosis; racemis 3 alternis; rhachi plana glabriuscula membranacea basi barbata, angustiore spiculis linealibus biseriatis brevi pedicellatis ovato-oblongis glabris acutis; glumis (flavido-albidis) 1—3-nerviis subaequalibus. ♃ N. Granata.

130. P. MANDIOCCANUM. *Trin.* (Icon. t. 154.) Culmo adscendente ($1\frac{1}{2}$-pedali); vaginis compressiusculis fauce margineque pubescentibus; ligula brevissima dorso dense pilosa; foliis (lineari-) lanceolatis acutis (6—10″ longis, 5—6‴ latis), ciliatis; racemis 6—10 subdissite alternis ($1\frac{1}{2}$-pollicaribus) basi barbulatis; axi spiculis angustiore glabro; spiculis linealibus 4-seriatis inaequaliter brevi-pedicellatis ellipticis glabris, glumis 5- aut superiore 3-nerviis. Brasil.

131. P. HUMILE. *Steud.* Culmo erecto simplici (semipedali) cum nodis glabro; vaginis compressis glabris vel cum foliis basi pilosis, his lanceolatis acutis (1—3″ longis, 1—2‴ latis); ligula oblonga membranacea exserta (bilineali); racemis sub-4-nis dissite alternis (4—7‴ longis); axi spiculis angustiore, his ultra $\frac{1}{2}$-linealibus brevi pedicellatis 3—4-seriatis ovato-subrotundis praeter nervos marginales uninerviis glabris. P. caespitosum. *Hochst.* Hrbr. *Kappler* nr. 1543 non *Flügg.* Surinam.

132. P. ATROCARPUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici (6—8-pollicari) cum nodis atris glabro; vaginis caulem tegentibus striatis glabris; foliis lanceolato linearibus acuminatis ($1\frac{1}{2}$—2″ longis, 1‴ latis) basi pilis rarioribus elongatis ciliatis; ligula membranacea obtusa subexserta; racemis 3 (an semper?) alternis interstitiis longioribus (1—$1\frac{1}{2}$-pollicaribus); axi spiculis multo angustiore, his subbiseriatis pedicellatis oblongo-ovatis utrinque obtusis linealibus, margine pallidioribus ibique praeter nervum medium utrinque obscure uninerviis, flore hermaphrodito (maturo) atro nitido tenuissime puncticulato. Ex Hrbo. *Urville* sine loco natali.

133. P. DISSECTUM. *Lin.* Radice fibrosa; culmo basi procumbente radicante adscendente fasciculato-ramoso (pedali); nodis vaginisque compressis glabris; ligula brevi

membranacea utrinque auriculata; foliis linearibus acuminatis ($1^1/_2$''' latis, inferioribus plus minus palmaribus); racemis 2—3 dissite alternis (1—2-pollicaribus, demum subfalcato-cernuis); axi spicularum latitudine glabro; spiculis subparvis biserialibus brevi-pedicellatis subrotundo ovatis (dorso gibbis); glumis 5-nerviis, lateralibus nervis confluentibus. *Trin.* Icon. t. 124. ⊙ Am. austr.

134. P. BONPLANDIANUM. *Flüg.* (in *H. B.* N. gen. I. 87.) Radice repente; culmis erectis (1—2-pedalibus) simplicibus; nodis pubescentibus vel glabris, vaginis inferioribus villosis; ligula exserta; racemis 6—10 alternis; axi convexiusculo spicularum latitudine; spiculis ovato-lanceolatis biseriatis glabris. ♃ Quito.

135. P. ORBICULARE. *Forst.* (Prodr. 7.) Culmo basi subdecumbenti-ramoso adscendente ($1^1/_2$—2-pedali); foliis sublanceolato-linearibus (ultra palmaribus, 3''' latis) glabris margine incrassato denticulatis; racemis 2—3 dissite alternis ($1^1/_2$—4-pollicaribus); spiculis linealibus vel parvis 2—3—4-serialibus brevissime pedicellatis subrotundis oblongisve; gluma exteriore 3-nervia. P. Kora *Willd. Beauv.* Fl. d'Owar. t. 85. f. 1. Ins. Marianae. N. Holl.

136. P. MAURITANICUM. *Nees.* (*Sieber* Hrbr. Maurit. nr. 44. Fl. mixt. nr. 145.) Culmo gracili erecto sursum longe nudo striato laevi; foliis lanceolatis acuminatis margine scabris (5—6'' longis, 2—3''' latis); basi vel ad exitum vaginae glabris vel pilosis; ligula vix ulla; racemis alternis 2—3 basi pilosis caeterum glabris (2—$3^1/_2$-pollicaribus); spiculis biseriatis axi glabro recto latioribus fere linealibus compressis ovatis vel ovato subrotundis glabris obtusis brevissime pedicellatis; glumis 3-nerviis lateralibus omnino marginalibus. An eadem ac praecedens? Ins. Maurit. Madagasc.

137. P. EXILE. *Rippist* (Ann. of N. hist. 1843.). Glaberrimum; caule filiformi (sub-2-pedali) inferne ramoso; vaginis longissimis; foliis planis lineari-lanceolatis margine scaberrimis; ligula truncata integra; racemis subternis digitatis (3—4-pollicaribus) subsessilibus; axi partiali spiculis singulis angustiore, his parvis subbiserialibus vix linealibus pedicellatis; glumis ovatis 5- et 7—9-nerviis; valvulis minutissimis striatis. ⊙ Sierra Leona.

Semina praestantissimum praebent cibum vario modo parandum.

138. P. AMMODES. *Trin.* (Icon. t. 152.) Culmo e radice bulbosa squamis tomentoso-hirtis tecta caespitosa — erecto tenui simplici (pedali et ultra); vaginis teretiusculis laxiusculis inferioribus pilosis, superioribus glabris; foliis compresso-linearibus vel involutis rigidis glabris vel hirtis ($^3/_4$—$1^1/_2$-pedalibus); racemis 2—4 alternis approximatis (1—2-pollicaribus); axi spiculis angustiore glabro; his subultra linealibus 2—3—4-seriatis brevi pedicellatis obovato-ellipticis obtusiusculis pilosis; glumis 5-nerviis. ♃ Brasil.

139. P. BLEPHANOPHORUM. *R. S.* Culmo erecto (ultra pedali); nodis 5—6 glabris; vaginis teretiusculis; foliis lineari-lanceolatis acuminatis rigidiusculis (3—5'' longis, 2''' latis); racemis subpedunculatis 3—4 basi barbatis ($1^1/_2$—2-pollicaribus); axi spicularum latitudine ciliolato; spiculis subultra linealibus 4-seriatis inaequaliter subbrevi pedicellatis lanceolato-ellipticis acutis margine villosissimis; glumis 3—5-nerviis. *Trin.* Ic. t. 134. P. ciliatum. *H. B.* N. gen. I. t 24. ♃ Brasil. N. Granat.

140. P. SANGUINOLENTUM. *Trin.* (Ic. t. 142.) Radice fibrosa; culmo cum reliquis partibus sanguineo-fuscescente erecto (2-pedali); vaginis compressis, radicalibus basi albo-tomentosis, reliquis glabris; ligula membranacea brevissima; foliis lanceolato-linearibus coriaceis glabris (ultra palmaribus, 3''' latis); racemis 4 alternis ($1^1/_2$—2-pollicaribus); axi glabro latitudine aequali spiculis fere 2-linealibus 2—3-seriatis brevissime pedicellatis lineari-ovato-ellipticis acutiusculis villosulis; glumis 5-nerviis. ♃ Brasil.

141. P. RUFUM. *Nees.* (in litt.) Culmo alto crasso; vaginis foliisque glabris, his linearibus carinatis margine serrulato-scabris, vaginarum ore barbato; racemis pluribus alternis; axi plano flexuoso spiculis geminis duplo angustiore; glumis elliptico-oblongis acutis rufescentibus undique albo-villosulis flosculo longioribus utraque 5-nervia. *Sellow* legit in Brasilia.

142. P. ERIANTHUM. *Nees.* (Agr. bras. 38.) Radice fibrosa; culmis caespitosis basi bulbosis (2—4-pedalibus) erectis simplicibus glabris; vaginis compressiusculis sericeo hirtis, superioribus pubescentibus; ligula membranacea brevissima; foliis sublanceolato-linearibus (7—8'' longis, 3—4''' latis) sericeo-hirtis; racemis 3—9 alternis; axi spiculis angustiore glabro; spiculis subbilinealibus 4-serialibus inaequaliter brevi pedicellatis ovato-ellipticis obtusiusculis villosis; glumis 3-nerviis. *Trin.* Ic. t. 133. Variat: racemis geminis ternisve brevioribus, spiculis solitariis; foliis brevioribus, supremis minimis glabris. An species distincta? ♃ Brasil.

143. P. LACHNEUM. *Nees.* (in litt. et Hrbo. Berol.) Culmo nodis foliisque hirsutis; racemis geminis axi subtriquetro spiculis geminis duplo angustiore; glumis ovato-oblongis subuninerviis tuberculis fuscis piligeris obsitis. Differt a praecedente: foliis angustioribus, glumis magis oblongis, villis tuberculatis. ♃ *Sellow* legit in Brasil.

144. P. LAEVE. *Michx.* (Fl. I. 44.) Culmo erecto (2-pedali et ultra) nodis vaginisque compressis glabris; ligula membranacea productiuscula; foliis linearibus compressis vel superne planis (4—6'' longis, 2—3''' latis) glabris vel basi pilosulis; racemis sub ternis (2—3'' longis); axi spiculis angustiore glabro; spiculis subultra linealibus biserialibus brevi pedicellatis oblongo-orbiculatis; glumis 3-nerviis (lateralibus nervis adeo marginalibus, ut uninerviae videantur). *Lecomte* Jour. de Phys. T. IX. t. 91. ♃ Am. sptr.

145. P. ALTERNANS. *Steud.* Radice valide fibrosa (repente?); culmo erecto (pedali et ultra) toto vaginato; vaginis praesertim margine foliisque basin versus e tuberculis longe plus minus sparsim pilosis; ligula membranacea obsoleta; foliis linearibus brevi acutatis (2—4'' longis, $1^1/_2$—2''' latis); racemis subternis approximato-alternis ($1^1/_2$—2'' longis); axi flexuoso; pedicellis e dentibus rhacheos basi longe pilosae caeterum glabrae solitariis alternis, hinc spiculis solitariis alternis biseriatis ovato-rotundatis obtusis linealibus; glumis 3-nerviis, nervis lateralibus valde marginalibus. Vix prioris var. *Hartmann* hrbr. nr. 40. Louisiana.

146. P. FLORIDANUM. *Michx.* (Fl. Am. sptr. I. 44.) Culmo erecto validulo (pluri-pedali) nodis glabris; vaginis elongatis inferioribus e tuberculis pilosis superioribus glabris; foliis lineari-lanceolatis (usque $1^1/_2$-pedalibus, 3''' latis); inferioribus utrinque pilosis, superioribus plus minus glabratis; racemis erectis paucis (2—3) alternis (2—3-pollicaribus et ultra) basi fasciculo pilorum munitis caeterum glabris; rhachi flexuosa fere duplo angustiore spiculis biseriatis pedicellatis (pedicellis spiculam longitudine subaequantibus) ovatis obtusis distincte marginatis uninerviis, caeterum (sub lente valida) subtilissime striatulis. Species distinctissima, nec cum alia jungenda, sec specimina ex Hrbo. *Dr. Champman.* Florida. Louisiana. Virginia.

147. P. CURTISIANUM. *Steud.* Culmo erecto simplici tenuiculo (pluripedali) superne cum nodis glabro, inferne vaginis elongatis tecto et cum his pilis longis sparis subintricatis tenuissimis munito; ligula brevissima membranacea; foliis lineari-lanceolatis elongatis (6—10'' longis, 1—$1^1/_2$''' latis) undique longe pilosis; racemis (5) dissite alternis patentibus brevi pedicellatis ($1^1/_2$—2'' longis) basi fasciculo pilorum munitis caeterum glabris; rhachi recta fere duplo angustiore spiculis biseriatis brevi-pedicellatis orbiculatis obtusis praeter nervos extreme marginales uninerviis, glabris, (sub lente valida) uti flosculi fertiles tenuissime puncticulatis. Praecedenti similis, sed notis allatis certe distincta. *M. A. Curtis* legit in Carolina.

148. P. LENTIFERUM. *Lam.* (Ill. 175.) Culmo simplici erecto (bipedali et ultra); nodis glabris; vaginis compressiusculis inferioribus sericeo-villosis, culmeis glabris; foliis linearibus planis glabris (6″ longis, 1½‴ latis); racemis 3—6 dissite-alternis (1½—2″ longis); axi glabro angustiore spiculis subultra-linealibus 3—4-seriatis inaequaliter pedicellatis oblongo-orbiculatis utrinque depressis; glumis 3-nerviis. *Trin.* Ic. t. 137. ♃ Am. sptr.

149. P. ADELOGAEUM. *Steud.* Radice validule fibrosa; culmo erecto simplici (pedali) toto vaginato; vaginis compressis striatis ad oras (fugaciter) pilosis, caeterum glabris, ligula vix ulla, serie pilorum densorum brevissimorum notata; foliis e basi subcordata lineari lanceolatis (2—4″ longis, explicatis 2—2½‴ basi latis) striatis glabris; racemis erectis paucis (3) alternis, infimo subremoto, binis superioribus approximatis (1—1½-pollicaribus) cum rhachi flexuosa glabris; hac spiculis parum angustiore, his biseriatis pedicellatis, (pedicellis spicula bis et ultra brevioribus) tumidulis ovatis glabris plus minus distincte trinerviis; gluma nervosa flosculum aequante (fugace). ♃ Herb. *Goering.* sect. II. nr. 168. Java aut Japonia.

150. P. TENAX. *Trin.* (Diss. II. 122.) Culmo toto vaginato; vaginis teretiusculis glabris, suprema elongata; ligula membranacea (1‴ longa) obtusa; foliis linearibus compressis firmis acuminatis (4″ longis, 2‴ latis); racemis sub-4 basi nudis, dissite alternis (3″ longis); axi spicularum latitudine glabro; spiculis subultra linealibus 4-seriatis subaequali-breviter pedicellatis ovato-ellipticis acutiusculis glabris; glumis 3-nerviis, nervo medio obsoleto. N. Zeeland.

151. P. SCUTATUM. *Nees.* (Agr. bras. 45.) Radice fibrosa; culmis erectis simplicibus glabris (1½—2-pedalibus); vaginis compressiusculis inferioribus villosis; ligula margo angustissimus; foliis lineari-lanceolatis acuminatis (6—7″ longis, 3—4‴ latis) villosis; racemis 4—6 dissite alternis basi barbatis (1—3″ longis); axi glabro angustiore spiculis linealibus 3—4-seriatis inaequaliter brevi pedicellatis obovato-subrotundis inferne margine utrinque retusis apice mucronatis glabris; glumis 3-nerviis. ♃ Brasil.

152. P. INAEQUIVALVE. *Raddi* (ex *Nees* Agr. bras. 47.) Radice parva fibrosa; culmo erecto glabro ramoso (2—3-pedali); nodis 5—6 tumidis fuscis; vaginis glabris margine nudis vel ad oras barbatulis; foliis planis, summis basi cordatis glabris (5″ longis, 5‴ latis); spicis pluribus (9—12) alternis subdistantibus; axi planiusculo spicularum fere latitudine; spiculis geminatis (¾‴ longis) ovatis; glumis ellipticis acutiusculis margine pubescentibus, superiore trinervia, inferiore subenervi. ♃ Brasil.

153. P. PLICATULUM. *Michx.* Culmo erecto (2—3-pedali); vaginis radicalibus magis — culmeis minus compressis glabris vel inferioribus pubescentibus; ligula membranacea; foliis linearibus acuminatis (1—3‴ latis, 8—10″ saepe 1½′ longis) glabris pubescentibus vel raro villosis; racemis 3—5—12 dissite alternis (1½—3-pollicaribus); axi glabro vel tenuissime pubescente angustiore spiculis linealibus vel paulo majoribus 3—4-seriatis inaequaliter brevi-pedicellatis ovato- vel obovato-oblongis glabris vel dorso pubescentibus; glumis margine implicato plicato-undulatis, obscure 5-nerviis, nervis lateralibus approximatis. *Trin.* Ic. t. 140. ♃ Am. sept. et austr.

154. P. OXYANTHUM. *Steud.* Culmo glabriusculo; vaginis foliisque hirsutis lanceolatis acuminatis (1½—3″ longis, 3‴ latis) margine tenui-cartilagineis; ligula membranacea obtusa dentata; racemis pluribus (5—10) subdigitatis vel sursum paniculatis (3—4-pollicaribus); axi angustiore spiculis vix linealibus irregulariter alternatim binatis, altera pedicellata altera sessili, pedicello spiculam subaequante, utraque spicula oblongo-lanceolata acuta; gluma 5-nervia flosculisque glabris. *Rengger* legit in Paraguay.

155. P. PUBIFOLIUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 219.) Culmo erecto simplici (pedali et ultra) cum nodis vaginisque glabris; foliis rigidis abbreviatis (vix usque 3″ longis, 1½‴ latis) carinatis intus pubescentibus extus pilosis; racemis 3 alternis; spiculis 3-seriatis obovatis obtusis axi margine scabro duplo latioribus; glumis 3-nerviis glabris; valvulis fuscescentibus nitidis minutissime puncticulatis obovatis obtusissimis glumis parum brevioribus. ♃ Peru.

156. P. ANCYLOCARPUM. *Nees.* (in litt. et Hrbo. Berol.) Caule humili basi repente geniculato; foliis lanceolato-linearibus planis undique-vaginisque margine hirsutis; racemis geminis alternis brevibus basi barbatis; rhachi convexa undata spiculis geminis gibbis duplo angustiore; glumis obovato-subrotundis 5-nerviis, superiore undique, inferiore ad basin puberulis eoque laevi. Quoad spicularum conscriptionem accedit Paspali plicatuli magisque vero P. pubescentis *Michx.* quibusdam exemplis, sed longe alieno est habitu. *Nees.* *Lhotsky* legit in Brasilia.

157. P. DILATATUM. *Poir.* (Enc. V. 35.) Culmo erecto (2—3-pedali); vaginis compressis, radicalibus plus minus villosis, culmeis glabris, ligula membranacea obtusa vel acuta, pilosa vel nuda; foliis (sublancelato-) linearibus, (radicalibus ultra pedalibus, 3‴ latis) racemis 2—10 dissite alternis crassiusculis saepe nutantibus (1½—4 pollicaribus); axi glabro angustiore spiculis sublinealibus 4-seriatis inaequaliter pedicellatis ovatis acutis (depressis) margine villosulis; glumis 5-nerviis. *Trin.* Ic. t. 140. ♃ Am. sptr.

158. P. TRIGLUME. *Steud.* Culmo, nodis, vaginis foliisque glabris, his linearibus brevi acuminatis striatis, ligula brevi setoso-ciliata; racemis alternis remotis (1½—2-pollicaribus) axi angustissimo; spiculis uniseriatis ovato-oblongis acutiusculis glabris (1½-linealibus); glumis ad basin duabus spicula ⅔ brevioribus amplectentibus membranaceis 5-nerviis; gluma superiore et flosculo neutro 5-nerviis subaequalibus; caryopsi ovata glabra tenuissime puncticulata. Oaxaca.

159. P. GLABRUM. *Poir* (l. c. 30.). Culmo erecto gracili (3-pedali); vaginis compressiusculis glabris; ligula membranacea brevi dorso pilosa; foliis linearibus acuminatis (2—3‴ latis, inferioribus subpedalibus); racemis subquinis dissite alternis gracilibus basi brevissime barbatis (3—4-pollicaribus); axi spiculis angustiore glabro; spiculis parvis 3—4-seriatis brevi pedicellatis obovatis pubescentibus; glumis 3-nerviis. P. ischnocaulon. *Trin.* Ic. t. 126. ♃ Am. austr.

160. P. PLURIRACEMOSUM. *Steud.* Culmo erecto gracili (basi ramoso?); vaginis compressiusculis laxis; ligula piloso-setulosa; foliis linearibus elongatis acuminatis glabris margine scabriusculis; racemis plurimis in racemum compositum longissimum (ultra pedalem) dispositis alternis singulis vel geminatis (pollicaribus et ultra) biseriatis; axi spiculis angustiore undique glabro; spiculis vix linealibus brevissime pedicellatis 3—5-nerviis oblongis acutis erectis glabris, basi gluma tertia minima scutelliformi munitis; caryopsi transversim rugosa. Hrbr. *Cuming* nr. 532. 534. Ins. Philipp.

161. P. BORBONICUM. *Steud.* Glaberrimum; culmo simplici erecto (ultra pedali); foliis linearibus acuminatis (4—8″ longis, 1½—2‴ latis) glabris; ligula membranacea longe pilosa; racemis alternis remotiusculis 3—5 sessilibus (bipollicaribus, superioribus brevioribus); axi glabro angustiore spiculis parvis brevi pedicellatis ovato-orbiculatis biseriatis 3—5-nerviis margine rugulosis glabris, achenio glaberrimo nitido. Hrbr. Mus. Paris.

162. P. ORIZAEFORME. *Steud.* Culmo stricto tereti vaginato (uti tota planta) glaberrimo (pluripedali) e vaginis elongatis compressis laxiusculis ramos floriferos emittente apice racemoso-digitatos, racemis 5—6-pollicaribus 6—12 aggregatis subfastigiatis strictis; axi angusto (vix ⅓‴ lato) glabro subflexuoso; spiculis biseriatim alternis sessilibus linealibus oblongis; glumis subaequalibus flosculum supe-

rantibus, medio et ad latera utrinque uninerviis, papyraceis subpellucidis; flosculo apice piloso bivalvi, valvulis coriaceis glabris minutissime puncticulatis. Sec. spec. incompl. ex Hrbo. *Deloche* lectum in Montevideo.

b. Axi partiali spicula singula latiore.

1. Spiculis lanato-villosis. §. 4.

163. P. CARINATUM. *Flüg.* (Paspal. 65.) Culmis erectis ($1^1/_2$—2-pedalibus); vaginis teretiusculis glabris vel subhirsutis; ligula brevissima membranacea subciliari lacera; foliis linearibus plerumque subfiliformi involutis, nunc e tuberculis hirsutissimis nunc pilis raris tantum adspersis, imo glabris; racemis 1—2 subapproximato alternis; axi spiculis paulo latiore, his bilinealibus biserialibus subsessilibus lineari-ellipticis obtusis sericeo-villosis; glumis trinerviis, nervis prorsus lateralibus. P. stellatum *Trin.* Icon. t. 119. (ubi P. carinatum et P. stellatum in descriptione confusa sunt, in icone axis nimis latus depictus est.) ♃ Brasil.

164. P. LANCIFLORUM. *Trin.* (Icon. t. 286.) Culmo erecto (bipedali et ultra); nodis pubescentibus; vaginis teretibus, inferioribus e glandulis hirsutis; ligula membranacea dorso brevi pilosa; foliis linearibus rigidis acuminatis (margine) papilloso hirsutis; racemis 2 conjugatis (rarius 3 digitatis) basi villoso-barbatis; axi expanso (2‴ lato) margine duplicato; spiculis maximis biserialibus sessilibus ovato-lanceolatis acuminatis basi barbatis, glumis 3-nerviis. Brasil.

165. P. STELLATUM. *Flüg.* (l. c. 62.) Culmo erecto (subbipedali); nodis glabris; vaginis teretibus glabris vel hirsutulis; ligula ciliari; foliis planis vel involutis hirsutis vel glabris; racemis solitariis vel binis conjugatis; axi latissimo (3—$3^1/_2$‴) compresso; spiculis linealibus biseriatis subsessilibus (in denticulis stellatim barbatis) ovatis acutis sericeo-villosis; glumis binerviis. P. cujabense *Trin.* Ic. t. 284. (var monostachia nudifolia.) Brasil.

166. P. REMYI. (*Steud.*) Culmo tenui puberulo; spicis geminis conjugatis longiusculis basi pilosis et bibracteatis, bracteis paleaceis brevibus inaequalibus glabris oppositis fulvis; rhacibus planis linearibus late membranaceo marginatis glabris; spiculis biseriatis ellipticis sessilibus; glumis ovalibus acutis margine longe ciliato-setosis, paleis glabris. Inter sequentem et praecedentem dicitur intermedium. P. marginatum. *Remy* Ann. sc. nat. ser. 3. tom 17. 348. non *Trin.* Bolivia. ?

167. P. MEMBRANACEUM. *Lam.* (Ill. t. 43. f. 2.) Culmo adscendente (2—3-pedali) nodis vaginisque teretiusculis glabris; foliis planis lineari-lanceolatis glabris vel pilis rarissimis adspersis; racemis 2—10 alternis; axi latissimo spiculas multoties superante subcymbiformi; spiculis ultra linealibus biseriatis subsessilibus ovato-oblongis acutiusculis sericeo-villosis; glumis binerviis. Ceresia membranacea. *Beauv.* Agr. t. V. fig. 4. ♃ Peru.

168. P. THUNBERGII. *Kunth.* (ubi?) Foliis valde pilosis; spicis alternis; rhachi membranacea; floribus alternis apice pilosis; gluma exteriore plana linea elevata, interiore convexa laevi. P. dissertum. *Thumb.* Jap. 45. non *Lin.* Japon.

169. P. TRACHYCOLEON. *Steud.* Culmo erecto tereti glabro vaginato infra racemum cum rhachi dense piloso (ultra 3-pedali), ad nodos subincrassato; vaginis tuberculato-scabris versus apicem cum foliorum basi pilosis; foliis linearibus glaucescenti-nitidulis adpresso-pilosis; racemis 6—8 alternis; axi latissimo (2‴) membranaceo spiculas multo superante subcymbiformi; spiculis 2—3-seriatis vix linealibus; glumis ovatis sericeo-pilosis, valvulis glabris. Hrbr. *Funck* nr. 742. Venezuela.

170. P. WALTERIANUM. *Schult.* (Mant. 2. 166.) Glabrum; culmo repente; vaginis nudis; foliis brevibus; racemis 3 erectis basi nudis; axi latissimo obtegente spiculas biseriatas subovatas; pedicellis dentiformibus unifloris. P. scrobiculatum *Lin.* sec. *Hasc.* Pl. jav. rar. p. 9. Georgia. Carolina.

170. b. P. HETEROTRICHUM. *Trin.* (Icon. t. 285.) Culmis gracilibus erectis (bipedalibus et ultra); vaginis teretibus glabris; ligula brevissima membranacea barbata; foliis angusto-linearibus (inferioribus 1—2″ longis, $^1/_2$—1‴ latis, culmeis 6—9″ longis); racemis 3—7 alternis; axi latissimo compresso, spiculas fere omnino tegente; spiculis linealibus biserialibus brevissime pedicellatis elliptico-oblongis dorso sericeo-villosis; glumis 3-nerviis. Brasil.

2. Spiculis glabris vel tantum pubescentibus. §. 5.

171. P. ZOLLINGERI. *Steud.* Radice subrepente fibrosa; culmo elato (2—4-pedali) glabro toto vaginis tecto; vaginis compressis elongatis internodia aequantibus glabris; ligula membranacea brevissima quandoque ciliata; foliis lineari-lanceolatis acuminatis glabris praeter marginem scabriusculum laevibus (6—8″ longis, 4—5‴ latis); racemis 8—10 alternis parum remotis (subbipollicaribus), axi glabro spiculis singulis paulo latiore; spiculis biseriatis brevi pedicellulatis, pedicellis axi adnatis persistentibus, ipsis suborbiculatis linea brevioribus parum compressis; glumis glabris obscure 3—5-nerviis; flosculo hermaphrodito nitido castaneo laevissimo. P. scrobiculatum. *Zolling.* hrbr. nr. 48. Java.

172. P. COGNATUM. *Steud.* Radice repente fibrosa; culmo erecto simplici glabro tereti superne nudo ($1^1/_2$—3-pedali); vaginis compressis internodiis subbrevioribus glabris; ligula membranacea brevi pilosula; foliis lineari-lanceolatis acuminatis praeter marginem scabrum laevibus, plus minus compressis, (pedalibus et ultra, explicatis 1 vix ultra 2‴ latis); racemis 5—8 distantibus 1—2″ longis; axi partiali spiculis singulis parum latiore margine pilosulo-scabro; spiculis 2—4 seriatis pedicellatis, pedicellis liberis post lapsum spicularum axin excedentibus; ipsis linea brevioribus suborbiculatis; glumis glabris obscure trinerviis; flosculo hermaphrodito albo minute puncticulato. Praecedenti valde affinis: differt: habitu graciliore, culmo vaginis minus tecto; foliis longioribus angustioribus, axi margine pilosulo. *Zollinger* Hrbr. nr. 192. Java.

173. P. GRACILE. *Rudge.* (Guiana t. 26.) Culmo toto vaginato repente vel erecto (1—6-pedali); nodis glabris; vaginis laxis apice utrinque setaceo-appendiculatis glabris; ligula membranacea breviuscula obtusa vel truncata; foliis lato- vel lanceolato-linearibus acuminatis (2—3 vel 10—12″ longis, 6—8‴ latis) utrinque minutissime tuberculato-pubescentibus; racemis 15—20 vel innumeris, confertim jubato-paniculatis (1—3-pollicaribus); axi spiculis latiore glabro; spiculis parvis biserialibus, brevissime pedicellatis sublanceolato-ellipticis acutis glabris vel pubescentibus; glumis bi- aut inferiore 3-nerviis, nervo marginali prominulo. P. pyramidale. *Nees.* Agr. bras. 77. ♃ Guiana. Brasil.

174. P. PALLIDUM. *H. B.* (N. Gen. I. 88.) Culmo erecto (pedali et ultra) basi parce ramoso, glabro; nodis pubescentibus; vaginis glabris apicem versus subciliatis; foliis planis lineari-lanceolatis pubescentibus margine serrulato-scabris; ligula truncata; racemis 8—15 verticillatis et alternis; axi plana subpuberulo spiculis brevissime pedicellatis ovato-oblongis acutis linealibus glabris biseriatis duplo latiore; glumis 3-nerviis. ♃ Quito. (Non praecedentis var. *Trin.*)

175. P. FIRMUM. *Trin.* (Icon. t. 125.) Culmis simplicibus totis vaginatis (2-pedalibus) erectis; nodis glabris; vaginis carinato-compressis glabris; ligula membranacea obtusa; foliis lanceolato-linearibus glabris; racemis 4—6 alternis, superioribus approximatis, subfastigiatis (3—4-pollicaribus); axi spicula singula latiore (spiculas ambas latitudine aequante) complanata marginibus angustis deflexo; spiculis linealibus biseriatis brevissime pedicellatis

obovato-subrotundis, glumis 5- vel inferiore 7-nerviis. Ins. Mascaren.

176. P. QUADRIFARIUM. *Lam.* (Ill. 178.) Culmo erecto 2—3-pedali); nodis barbatis; vaginis compressiusculis glabris; ligula membranacea obtusa; foliis linearibus attenuato-acuminatis firmis rigidis (2''' latis inferioribus semipalmaribus); racemis 5—12 alternis (ultra pollicaribus); axi spicula singula latiore (quaternas latitudine aequante) dense ciliato; spiculis parvis 4-serialibus inaequaliter brevipedicellatis ellipticis; glumis 3-nerviis. *Trin.* Icon. t. 128. Brasil.

177. P. COMMUTATUM. *Nees.* (Agrostg. bras. p. 59.) Culmo adscendenti-erecto compresso-angulato vaginis tecto ($1^1/_2$—2-pedali); vaginis compressis inferioribus hirsutis superioribus glabris; ligula membranacea brevi rotundata; foliis linearibus attenuato-acuminatis hirsutis vel superioribus tantum ciliatis; racemis 2—4 alternis ($2^1/_2$-pollicaribus); axi spiculis latiore glabro; spiculis parvis biserialibus brevi-pedicellatis obovato-subrotundis glabris; glumis 3—5-nerviis. P. dissectum. *Trin.* Icon. t. 124. ♃ Brasil.

178. P. BISTIPULATUM. *Hochst.* (Hrbr. *Hostm.* sur. nr. 707 a.) Culmo geniculato; vaginis longis laxis striatis; nodis fuscescentibus glabris; ligula in appendices 2 stipulaceas elongata; foliis linearibus acuminatis pilosis; racemis fasciculatis subverticillato-paniculatis inferioribus 7—9, superioribus paucioribus; axi spiculis latiore glabro; spiculis fere linealibus biserialibus oblongis acutis brevissime pedicellatis glumis margine utroque uninerviis. Surinam.

179. P. TECTUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo subgeniculato erecto glabro (pedali et ultra) foliato; vaginis laxis striatis glabris; ligula membranaceo-herbacea exserta rotundata apiculata; foliis linearibus brevi acutatis glabris margine scabris; racemis (4) alternis (subpollicaribus); axi membranaceo spiculas fere tegente; spiculis biseriatis oblongo-ovatis ultra $^1/_2$-linealibus glabris uni- vel cum nervis extreme marginalibus trinerviis, brevipedicellatis. Florida.

180. P. LONGIFOLIUM. *Roxb.* Culmo erecto (3-pedali); nodis vaginisque glabris; ligula membranacea brevi pilosula; foliis compresso-linearibus (1—3' longis, 3''' latis); racemis pluribus (7—20) alternis (2—3-pollicaribus); axi spicula singula (omnibus sub-) latiore glabro; spiculis linealibus vel subparvis 4-serialibus, inaequaliter brevi pedicellatis oblongis, plus minus mucronatis pubescentibus; glumis 3- aut superiore 5-nerviis. *Trin.* Ic. t. 138. Ins. Molucae. Java.

C. Species, quoad magnitudinem absolutam spicularum non distinctae (nec a Trinio nec a me ipso observatae).

I. Axi partiali spicula singula angustiore vel eam aequante.

1. Spiculis glabris. §. 6.

181. P. SCOPARIUM. *Flüg.* (l. c. 125.) Culmo ramoso angulato scabro (3-pedali et ultra) multinodo; vaginis scabris; ligula pilosa; foliis lato-linearibus glabris margine scabris basi carinatis; racemis numerosis (sub-20), inferioribus ramosis; axi partiali (5—9-pollicari) spiculis fere duplo angustiore margine scabro; spiculis biseriatis brevissime pedicellatis remotiusculis; glumis purpurascentibus 5-nerviis. Am. austr.

182. P. KLEINIANUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 209.) Radice repente nodosa squamosa; culmo basi brevissime ramoso erecto humili (2—6-pollicari) cum nodis glaberrimo vaginato; vaginis distichis ore apice piloso-barbatis; ligula brevi membranacea ovata acuminata; foliis rigidis involutis brevibus (pollicaribus) striatis glaberrimis; spicis binis raro ternis erectis adpressis (vix pollicaribus); rhachi flexuosa triquetra glaberrima latitudine aequali spiculis biseriatis ovato-lanceolatis sessilibus adpressis; glumis aequalibus 3-nerviis acutis glaberrimis, valvulis laevissimis inferiore fasciculo pilorum brevissimorum mucronata. P. vaginatum *Swartz* sec. *Thiele* sed vix. ⊙ Peru. Ind. or.

183. P. FUSCESCENS. *Presl.* (l. c. 213.) Culmis adscendentibus basi repentibus ($1^1/_2$-pedalibus) glabris; nodis subbarbatis; vaginis culmum tegentibus glabris vel subhirsutis; foliis scabriusculis margine subhirsutis; ligula brevi ovata acutiuscula; racemis 2—3 alternis ($1^1/_2$—5-pollicaribus); spiculis subtriserialibus lanceolatis acuminatis solitariis pedunculatis rhachi plana fere duplo angustioribus; glumis aequilongis glabris inferiore 3- superiore 5-nervia palea inferiore paulo brevioribus. ♃ Peru.

184. P. POIRETII. *R. S.* (Syst. II. 878.) Culmis caespitosis filiformibus; foliis linearibus basi oreque vaginae subpilosis; racemis sub-3 sessilibus gracilibus; spiculis parvis) pedicellatis ovatis obtusis subcompressis glabris biseriatis; axi angustissimo glabro basi vix piloso. P. gracile *Poir.* Domingo.

185. P. PULCHELLUM. *H. B.* (N. gen. t. 26.) Culmo erecto simplici ($1^1/_2$—2-pedali); nodis pubescentibus; vaginis pubescentibus (vel suprema) glabriusculis; ligula vix conspicua; foliis anguste linearibus convolutis pilosis; racemis sub-3; axi plano glabro latitudine aequante spiculas biseriatas brevissime pedicellatas glabras; glumis inaequalibus 3—5 nerviis inferiore triplo minore. ♃ Am. austr.

186. P. HAENKEANUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 210.) Culmo adscendente inferne repente sulcato glabro ad nodos barbato, folioso (pedali et ultra); foliis planis e basi ovata lanceolatis pubescentibus margine pilosis scabris (2'' longis, $^1/_2$'' latis); vaginis pubescentibus margine ligulisque — brevissimis — pilosis; racemis ternis raro 4nis, alternis approximatis ($1^1/_2$-pollicaribus); axi plano spiculam latitudine aequante glabro; spiculis biseriatis glaberrimis; glumis 3-nerviis. ♃ Peru.

187. P. MINIMUM. *Nees. Meyer.* (N. act. N. C. XVIII. Supl. I. 138.) Radice fibrosa, culmis pulvinatim caespitosis simplicibus vel basi ramosis ($^1/_2$—1-pollicaribus); vaginis subinflatis carinatis plus minus villosis; ligula ovata; foliis planis 7-nerviis culmo brevioribus utrinque e bulbillis pilosis; spicis geminis subalternis basi plerumque vagina inclusis ($1^1/_2$—2''' longis) rhachi convexa spiculis solitariis linea $^1/_2$ paulo longioribus subsessilibus latiore apice obtusiusculo libero; glumis ovalibus 3-nerviis glabris. Praecedentis var? *Nees.* ⊙ Peru.

188. P. DISTICHUM. *Burm.* (Ind. 23.) Culmo basi repente; ligula pilosa; foliis involutis distichis vaginisque glabris; racemis binis conjugatis divaricato-horizontalibus; spiculis biseriatis; axi spiculas solitarias latitudine aequante glabro. *Sieber* hrb. Maur. II. nr. 27. Ind. or. Maurit. (An idem ac: P. vaginatum. *Swartz.* nr. 51.)

189. P. BORYANUM. *Presl.* (l. c. 209.) Radice repente; culmo compresso ubique longe ramoso glaberrimo (10—14-pollicari); vaginis laxis distichis ore suprema pilosis; ligula brevi scariosa, rotundata; foliis elongatis herbaceis canaliculato-planis glaberrimis; spicis binatis (rarissime ternis) patentibus; axi teretiusculo triquetro glaberrimo; spiculis biseriatis secundis imbricatis sessilibus lanceolatis latitudine axeos; glumis membranaceis aequalibus glaberrimis 3-nerviis; paleis lanceolatis acutissimis apice pilosiusculis. ⊙ Luzonia.

190. P. AURICULATUM. *Presl.* (l. c. 217.) Culmo nodisque glaberrimis; foliis planis ex cordata basi linearibus margine scabris, (inferioribus 9'' longis, $^1/_2$'' latis); ligula brevissima truncata fuscescente; vaginis glabris; racemis 2—4 alternis, inferioribus ($3^1/_2$'') longioribus, superioribus brevioribus; axi plano glabro margine scabriusculo, latitudine aequante spiculas orbiculatas obtusissimas biseriales rotundas obtusissimas glaberrimas; glumis 3-nerviis. ♃ Luzonia.

191. P. CARTILAGINEUM. *Presl.* (l. c. 216.) Culmo glaberrimo ramoso; foliis culmum (subpedalem) aequantibus

vel superantibus (1/2'' latis) planis linearibus superne margine scabris caeterum vaginisque glabris; racemis 4—5 (2—2 1/2'' longis) alternis; axi plano glabro margine scabro latitudine aequante spiculas ovatas obtusiusculas biseriales imbricatas; glumis glaberrimis, inferiore membranacea 3-nervia, superiore cartilaginea convexiuscula 3-nervia, sulcis 2 longitudinalibus notata. Ins. Marian. Luzon.

192. P. MACROSPERMUM. *Flügg.* (l. c. 172.) Culmis erectis (3-pedalibus); nodis glabris; vaginis compressis fauce pilosis superioribus glabris inferioribus hirsutulis; foliis linearibus subcarinatis superioribus glabris inferioribus hirsutulis; racemis 2 alternis, axi plano spiculis angustiore (2—3-pollicari); spiculis 3fariam imbricatis ellipticis obtusiusculis; glumis glabris 5-nerviis. ♃ Carolina.

193. P. CONVEXUM. *H. B.* (N. gen. I. 91.) Culmo erecto (1 1/2—2-pedali); vaginis glabris ciliatis; foliis planis utrinque papilloso-hirsutis; racemis subternis alternis; axi plano angustiore spiculis hemisphaericis quadriseriatis; glumis subrotundis obtusis glabris 5-nerviis. ♃ Mexico.

194. P. CASTANEUM. *Remy.* (Ann. sc. nat. 3. ser. VI. 348.) Radice fibrosa; culmo ad nodos geniculato vaginato laevi (pedali); foliis breviusculis acutis e glandulis pilosis, superiore glabro; vaginis longis subhirsutis, basi dilatatis glabris; spicis 2 alternis basi pilosis, inferiore sessili; spiculis obovatis glabris pedicellatis quadriseriatis; pedicellis basi subpilosis; glumis aequalibus membranaceis obtusis; paleis ovalibus coriaceis obtusis castaneis; caryopsi ovata. (Praecedenti dicitur affinis.) Bolivia.

195. P. LENTICULARE. *H. B.* (l. c. 192.) Radice fibrosa; culmo striato nodisque glabris; ligula brevissima; foliis glabris margine cartilagineis scabris inferne basin versus papilloso-pilosis; vaginis ciliatis; racemis numerosis (20—25) paniculatis subalternis; axi plano glabro latitudine aequante spiculas 4-seriatas; glumis subrotundo-ellipticis obtusis uninerviis glabris. ♃ N. Andalus.

2. Spiculis ex parte glabris et pilosis. §. 7.

196. P. REMOTUM. *Remy.* (Ann. sc. nat. 3. ser. VI. 349.) Foliis latiusculis planis acutissimis, margine antrorsum scabris; vaginis laevibus glabris; ligula oblique angusta membranacea glabra; spicis 5—7 alternis, apice sessilibus inferiore longe remota e nodo progrediente pedicellata, basi pilosis 2—3'' longis; spiculis pedicellatis 4-seriatis; rhachi plana glabra laevi; glumis inaequalibus uninerviis, altera minore glabriuscula, altera convexa puberula; valvulis obovatis glabris. Bolivia.

197. P. LONGEPEDUNCULATUM. *Lecont.* (Journ. Phys. I. 91. p. 284.) Culmo erectiusculo apice setaceo elongato glabro; nodis atris glabris; foliis lineari-lanceolatis brevibus glabris margine subserratis cartilagineis vaginisque ciliatis; spicis 1—3 erectis, terminali longissima pedunculata, omnibus basi pilosis; rhachi tenui glabra; flosculis alternis geminisque, altero sessili altero pedunculato; glumis obovatis enerviis parvis aequalibus basi pilosis. P. arenarium. *Schrad.* sec. *Nees.* P. debile. *Mühlbrg.* Descpt. Gram. 91. Carolina.

198. P. EXARATUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 219.) Culmo compresso glabro (3-pedali); vaginis inferne hirsutis caeterum glabris; foliis convolutis margine scabriusculis ore pilosis culmum aequantibus (1—4''' latis) rigidis; racemis pluribus (usque 20) alternis paniculam (7-pollicarem) formantibus; axi plano, margine piloso scabro, latitudine aequante spiculas lanceolatas acutas 4-seriales; glumis oblongis, inferiore pubescente, superiore glabra. ♃ Chili.

199. P. CONSPERSUM. *Schrad.* (in *Schult.* Mant. II. 174.) Culmo erecto crasso glabro (2 1/2-pedali); vaginis papillosis raro piliferis; foliis lineari-lanceolatis firmis margine scabris (pedalibus); racemis pluribus (7—9) alternis; axi margine scabro basi barbato angustiore spiculis 4-serialibus elliptico-ovatis geminis pedicellatis; glumis uninerviis, inferiore glabra superiore pubescente. Brasil.

3. Spiculis pubescentibus, villosis vel asperis. §. 8.

200. P. LEPTOSTACHYUM. *Flügg.* (*H. B.* N. Gen. I. 90.) Culmo erecto (4—5-pedali) multinodo; nodis villosis; ligula pilosa; vaginis laevibus; foliis linearibus glabris planis basi carinatis; racemis pluribus (sub 12) inferioribus remotis, superioribus subverticillatis (5—8-pollicaribus); axi triquetro angustiore spiculis brevissime pedicellatis; glumis lanceolatis pubescentibus 5-nerviis. ⊙ Venezuela.

201. P. MICROSTACHYUM. *Presl.* (l. c. 215.) Culmo compresso tenero vaginisque striatis glabris; foliis e basi cordata linearibus longe acuminatis margine ciliatis ore pilosis; spicis alternis distantibus patentissimis (1/2—1'' longis); axi rariter longissime piloso latitudine aequali spiculis biserialibus alternis ellipsoideis pedicellatis; glumis spiculam aequantibus puberulis ovatis fuscescentibus, inferiore enervia, superiore 3-nervia; valvula inferiore longitudine glumarum 5-nervia puncticulata. Am. austr.?

202. P. PLATYCULMUM. *Pet. Thovar.* (in *Nees* Agrost. bras. 24.) Culmo uninodi compresso; vaginis laeviusculis foliis lanceolato-linearibus obtusis flaccidis pubescentibus; racemis subternis; axi triquetro angustiore spiculis ellipticis acutis pubescentibus. Ins. Maurit.

203. P. MACROPHYLLUM. *H. B.* (N. Gen. I. 92.) Culmo striato nodisque glabris; foliis late linearibus acuminatis basi rotundatis planis glabris ciliatis (pedalibus); vaginis pilosiusculis ciliatis; ligula elongata glabra; racemis 5 sessilibus alternis distantibus, patulis; axi plano membranaceo glabro basi barbato; spiculis geminis pedicellatis 4-seriatis obovatis acutiusculis pilosulis, inferiore concava superiore plana. ♃ N. Granata.

204. P. LENTIGINOSUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 218.) Culmo erecto compresso (1—1 1/2-pedali) inferne ramoso, glabro; vaginis ciliatis; foliis planis basi cordatis et in collo pilosis, margine undulatis et tuberculato-ciliatis; spicis (4—6) alternis solitariis; spiculis binis 4-seriatis ovato-orbiculatis; axi dorso plano piloso-ciliato duplo latioribus; glumis lepidotis pubescentibus 3-nerviis. ♃ Mexico.

205. P. FIMBRIATUM. *H. B.* (l. c. 93.) Radice fibrosa; culmo erecto pedali nodisque glabris; foliis planis late linearibus acuminatis glabris basin versus ciliatis pilosulis, uti vaginae; ligula brevissima glabra; racemis subternis alternis sessilibus; axi plano membranaceo glabro ciliato, latitudine aequante spiculas pedicellatas geminas 4-seriatas; glumis subrotundis uninerviis glabris ciliatis, inferiore obtusa apice mucronata margine utrinque — superiore mutica unilateraliter fimbriato-cilata. ♃ Brasil.

206. P. OBSCURUM. *Nees.* (in litt. et Hrbo. Berol.) Culmo compresso (uninodi?), nodis vaginis foliisque linearibus acutis mox complicatis hirsutissimis; spicis sub-4-nis approximatis fastigiatis; axi triquetro scabro paulo angustiore spiculis contiguis inversis; glumis ovali-oblongis acutiusculis, in toto ambitu pilis densis erecto-incumbentibus purpureo-fuscis apice expallescentibus cinctis. ♃ *Sellow* legit in Brasil.

207. P. PEDUNCULARE. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 218.) Culmo erecto compresso glabro; vaginis glabris; (foliis ignotis); racemis pluribus alternis; axi superne glabro angustiore spiculis pedicellatis 4-fariam imbricatis orbiculato-ovatis acutis; glumis 3-nerviis villosis margine ciliato-lanatis; palea inferiore orbiculata brevissime apiculata, glaberrima uninervia. Am. austr.?

208. P. GARDNERIANUM. *Nees.* (mpt.) Foliis culmo stricto (2-pedali) multo brevioribus glabris, inferioribus confertis planis a basi argute acuminatis, margine cartilagineis strictis, culmeis paucis parvis, vaginis radicalibus basi holosericeis; racemis (3—4) alternis falcatis basi barbatis; pedicellis hirtis sub spicula barbatis; rhachi plana obtuse carinata undata margine setosa spiculis geminatis latitudine aequali, his oblongo-ovalibus; gluma nulla (!); valvula neutra (gluma vulgo superiore) tenui puberula 3-

nervia, nervo medio obsoleto. *Gardner* hrbr. 3503 et 3510. Brasilia.

209. P. COMPACTUM. *Roth.* (N. spec. 36.) Culmo tereti nodisque glabris; vaginis compressis sursum carinatis, setis subulatis sparsis basi tuberculatis asperis; foliis lanceolato-linearibus supra asperrimis subtus laeviusculis margine serrulato-asperis; ligula brevi membranacea incisa; racemis numerosissimis densissime compactis verticillatis fastigiatis; axi 3-quetro dorso plano margine asperrimo latitudine aequali spiculis pedicellatis 4-fariam imbricatis elliptico-lanceolatis obtusis; gluma exteriore dorso aspera 5-costata, interiore 3-costata planiore. Ind. or.

II. Axi partiali spiculis latiore.

1. Spiculis glabris. §. 8.

210. P. CANDIDUM. *H. B.* (N. gen. I. f. 25.) Culmo tereti basi subramoso (2-pedali) glabro; nodis tumidulis pubescentibus; foliis lineari-acuminatis planis utrinque pubescentibus margine serrulato-scabris; vaginis glabris; ligula truncata; racemis numerosis (30—40) verticillatis et alternis patentibus; axi membranaceo acuminato scabro basi piloso duplo latiore spiculis solitariis uniseriatis brevissime pedicellatis ovatis obtusis glabris; gluma (altera saepe decidua) 5-nervia. ♃ Quito.

211. P. DEPAUPERATUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 45.) Culmo adscendente ramoso (pedali) flaccido compresso glaberrimo; nodis barbatis; vaginis ore pilosis; foliis brevibus (1—1¼″ longis) lanceolato-linearibus utrinque hirsutis margine scabris; ligula exserta truncata; racemis 4—5 alternis erectis; axi convexo scabro multinervi duplo latiore spiculis uniserialibus ovalibus glaberrimis; gluma superiore uni-nervia, inferiore brevissima. ♄ Peru.

212. P. LONGIFLORUM. *Presl.* (l. c. 208.) Culmis repentibus ramosis (1—1½-pedalibus) ramis florentibus adscendentibus, nodis hirsutis; vaginis margine oreque pilosis; foliis ex basi ovata lanceolatis brevibus (6—7‴ longis, 1½‴ latis) scabriusculis patentissimis acutis; ligula elongata obtusa glabra; spicis geminis; rhachi lineari plana spiculis fere duplo latiore, his lanceolatis acutis biseriatis solitariis pedicellatis, pedicellis spicula paulo longioribus; glumis aequalibus lanceolatis glaberrimis, inferiore 3- superiore 7-nervia; valvula inferiore ovato-lanceolata glaberrima 2-nervia. A P. disticho *Retz* quoad descriptionem longe diversum. ⊙ Ind. or.

213. P. REPENS. *Berg.* (Act. helv. VII. t. 7). Culmo pedali ramoso geniculato repente; nodis pubescentibus; vaginis laxis internodiis longioribus scabris; ligula breve exserta lacera; foliis lineari-lanceolatis utrinque scaberrimis; racemis paniculatis (20—30); verticillatis et alternis nutantibus; axi (pollicari) canaliculato scabro in acumen nudum producto duplo-triplo latiore spiculis elliptico-lanceolatis bifariam imbricatis glabris; glumis 2—3-nerviis. ♃ Surinam. Guiana.

214. P. ACUMINATUM. *Radd.* (Agrost. bras. 25.) Culmo erecto (ultra pedali) ramosulo; foliis e basi rotundata semicordata lanceolatis glabris margine ciliolato-aculeolatis (sub-3-pollicaribus); vaginis glaberrimis, ligula tenuissima exserta; racemis pluribus alternis; axi lineari plano margine aculeolato latitudine aequante vel superante spiculas solitarias biseriatas vel bifariam imbricatas; glumis lanceolato-acuminatis 5-nerviis glabris. Brasil.

215. P. REDUNCUM. *Nees.* (mpt.) Culmo robustulo basi multinodo dense folioso, e geniculis radicante; foliis planis lanceolato-linearibus vaginisque inferioribus e tuberculis hirsutis; ligula rotundata; racemis pluribus alternis brevibus arcuato-recurvis; rhachi planiuscula margine nuda spiculis 4-seriatis triplo latiore; pedicellis barbatis; spiculis ovalibus; glumis trinerviis tenuissimis glabris fructui subtiliter punctato demum adhaerentibus. ♃ *Sellow* legit in Brasilia.

216. P. FALCATUM. *Nees.* (in litt. et Hrbo. Brasil.) Culmo ramosissimo; foliis angustis acuminatis strictis vaginisque glabris; racemis pluribus alternis falcatis; axi convexo margine setoso, spiculis geminatis triplo latiore; spiculis oblongo-ovalibus; glumis 3-nerviis tenuissimis glabris fructui adhaerentibus. *Sellow* legit in Brasil.

217. P. BOSCIANUM. *Flüg.* (l. c. 170.) Culmo erecto (bipedali et ultra); nodis vaginisque glabris; ligula subexserta; foliis linearibus planis ima basi pilosis caeterum glabris; racemis pluribus (6—7) alternis; axi (2—3-pollicari) recto aut arcuato paulo latiore spiculis irregulariter imbricatis pedicellatis geminis vel sursum solitariis; glumis subrotundis obtusis glabris 5-nerviis. Carolina.

218. P. SUMATRENSE. *Roth.* (N. spec. 35.) Culmo compresso (bipedali et altiore); nodis vaginis foliisque glabris, linearibus rigidis complicatis adpressis; racemis 4-nis unilateralibus remotis (2-pollicaribus) basi setis 4—5 suffultis; axi plano recto glabro, margine argute serrulato, duplo latiore spiculis subrotundo-ellipticis obtusis bifariam imbricatis; glumis sub-3-nerviis glabris. Ind. or.

219. P. PENICILLATUM. *Hook. fil.* (Act. Linn. XX. 171.) Glaberrimum; culmis adscendentibus; foliis ovato- vel elongato-lanceolatis planis; spicis numerosis in panicula subverticillatam dispositis ad axillas ciliatis; rhachi lata undulata; spiculis solitariis serialibus oblongis glaberrimis nitidis. Charles Island.

2. Spiculis pilosis villosis vel asperis. §. 9.

220. P. PRESLII. *Kunth.* (Enum. I. p. 47.) Radice fibrosa; culmo suberecto compresso ramoso glabro (10—12-pollicari), subradicante; nodis vaginisque dense molliter hirsutis ligula brevi truncata; foliis planis (usque 15‴ longis, 1½‴ latis) utrinque pilosis; racemis subternis alternis; axi dorso plano paulo latiore spiculis biserialibus solitariis pedicellatis lanceolatis utrinque acutis; glumis acutis albo-pubescentibus, inferiore 3- superiore 7-nervia; palea inferiore glabra acuta longitudine glumarum. P. pubescens. *Presl.* Rel. Haenk. I. 214. ♃ Peru.

221. P. MOLLICOMUM. *Kunth.* (l. c.) Culmis compressis basi repentibus uno latere alternatim canaliculatis (1—1½-pedalibus), ramosis glaberrimis; foliis angustis acutis (2½″ longis, 2½″ latis) nodis vaginis foliisque molliter hirsutis ligula brevi acutiuscula membranacea glabra; racemis subternatis alternis; axi plano ad ortum barbatulo caeterum margine scabro; spiculis 3-seriatis lanceolatis binatis latiore; glumis ciliatis, inferiore lanceolata 5-nervia acuta. P. molle *Presl.* l. c. 213. ⊙ Luzonia.

222. P. FLEXUOSUM. *Klein.* (*Presl.* l. c. 215.) Culmo erecto basi subramoso cum vaginis elongatis nodisque glabris; foliis basi carinatis margine nervoque medio scabris; ligula ovata; rhachi communi elongata (6—9-pollicari) semitereti angulis oppositis marginatis ad oram racemorum in bracteam excedentibus; racemis pluribus (4—7) dissitis; axi dilatato margine scabro multo latiore spiculis ellipticis 4-seriatis; glumis pubescentibus acutiusculis; valvula superiore obtusissima. Luzonia.

223. P. CONFERTUM, *Lecont.* (Jour. de Phys. 91. 285.) Culmo erecto glabro; foliis longis latiusculis supra scabris; vaginis ad oras nudis; racemis plurimis confertis erectis basi pilosis; axi lato non flexuoso dentibus lateralibus unifloris; spiculis confertis 4-seriatis orbiculatis; seriebus intermediis pedicellatis. ♃ Georgia.

D. *Species quoad sectiones priores vel omnino dubiae.*

1. Digitariaeformes, i. e. racemis confertis fasciculatis vel corymbosis. §. 10.

224. P. CONSANGUINEUM. *Kunth.* (En. p. 46.) Culmis caespitosis substrictis indivisis; foliis planis subtus scabris vaginisque villosis, margine scaberrimis; racemis 6—10 fasciculatis subconfertis; spiculis 4-seriatis glabris interioribus sessilibus. Digitaria consanguinea *Gaudich. Freyc.* it. bot. 410. Ins. Molucc. Sandwic.

225. P. DIGITATUM. *Kunth.* (l. c.) Culmis simplicibus glabris filiformibus (pedalibus); foliis brevibus lanceolatis glabris margine cartilagineo-serratis; vaginis compressis ore-inferioribus ex toto villosis; racemis digitatis sub-4-nis subsessilibus, (2-pollicaribus); spiculis muticis adpressis secundis brevissime pedicellatis; glumis lanceolatis acutis margine ciliatis. Milium digitatum. *Swartz.* ⊙ Jamaica.

226. P. POLYSTACHYUM. *R. Br.* (Prodr. I. 188.) Racemis numerosis confertis; flosculis glabris orbiculatis valvula exteriore glumae 5-nervia; foliis planis laevibus margine simplici denticulato. N. Holl.

227. P. MELANOSPERMUM. *Poir.* (Enc. supl. IV.) 315.) Culmis ramosis erectis (1½-pedalibus) nigrescentibus, nodis incrassatis uti tota planta glaberrimis; foliis planis lato-linearibus, vagina terminali longissima; racemis sub-5-nis sessilibus (2-pollicaribus et ultra) rhachi lineari angusta; spiculis sub-3-serialibus orbiculatis; glumis obtusis rotundatis; semine nigro globuloso. Cayenne.

228. P. ELEGANTULUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 211.) Culmis erectis compressis (1—1½-pedalibus); vaginis inferne hirsutis; foliis rigidis glaberrimis canaliculatis carinatis obtusis angulis ciliatis, culmum cum corymbo superantibus vel aequantibus erectis rigidis obtusis; racemis pluribus (usque 12) corymbosis culmum superantibus; axi triquetro scabro; spiculis biseriatis sessilibus basi fasciculo pilorum stipatis oblongis obtusis linea longioribus, glumis binerviis; valvula inferiore enervia obtusiuscula. ♃ Peru.

229. P. BIFARIUM. *Edgew.* (Jour. Asiat. soc. 1852. 187.) Culmis decumbentibus glabris; vaginis acute carinatis quam internodia multo longioribus; foliis plerumque approximatis bifariis lineari-lanceolatis acutis glaberrimis glaucescentibus angusto marginatis, apicem versus semilatis; ligula membranacea in margine vaginae decurrente; culmis floriferis terminalibus lateribusve paulo elongatis; racemis conjugatis secundis divergentibus; rhachi plana herbaceo-marginata; spiculis 3, pedicellis inaequalibus duorum florum superiorum plus minus rhachi adnatis apice tumidis (spicula cadente) cupuliformibus glabris laevibus, glumis 2 pubescentibus inaequalibus flosculos vix excedentibus; valvulis in fructu induratis lucidis ovatis. Forsan P. brevifolium. *Flüg.* vel Milium filiforme. *Roxb.* Ind. or.

229. b. P. ATTENUATUM. *Presl.* (l. c. 212.) Culmo erecto compresso (usque bipedali), nodisque glabris; vaginis foliisque hirsutis planis rigidiusculis obtusiusculis (9‴ longis); spicis pluribus (7—17) corymbosis; axi 3-quetro scabro; spiculis biserialibus basi nudis oblongis obtusis glaberrimis; glumis binerviis paleam aequantibus. ♃ Peru.

2. Racemis alternis plus minus distantibus. §. 11.

230. P. TOMENTOSUM. *Poir.* (Enc. supl. IV. 308.) Culmo gracili simplici (2-pedali); foliis lato-linearibus elongatis utrinque hirsutis, vaginis nodisque tomentosis; racemis 2 longissimis (5-pollicaribus) altero longe pedunculato; spiculis biseriatis vix pedicellatis alternis ovatis obtusis; rhachi cauleque pilosis, pedunculis tomentosis. —

231. P. COMPRESSUM. *Presl.* (l. c.) Culmo compresso alternatim uno latere canaliculato erecto (½—1-pedali) basi ramoso glaberrimo; nodis fuscis hirsutis; vaginis glabris, margine pilosis; foliis linearibus planis (5—7″ longis, 4‴ latis), margine undulatis et pilosis caeterum glabris; racemis 2—4 alternis (2-pollicaribus); spiculis oblongo-lanceolatis acutiusculis distichis brevissime pedicellatis, axi triquetro flexuoso arcte adpressis; gluma inferiore cartilaginea, superiore membranacea acuta 3-nervia spiculam excedente, quam axis angustiore. P. compressum *Swartz* in *Willd.* hrbr. sed vix P. platycaule. *Poir.* ♃ Mexico.

232. P. MOLLE. *Poir.* (Enc. V. 34.) Culmo debili humili; foliis elongatis angustissimis glaberrimis mollibus; racemis sub-3 alternis abbreviatis; axi angusto filiformi subflexuoso nudo; spiculis biserialibus brevi pedicellatis ovatis obtusis. Ins. St. Thomas.

233. P. FERNANDEZIANUM. *Colla.* (Memoir. Turin. 39. p. 27.) Culmo humili crassiusculo subramoso; foliis anguste lanceolatis acuminatis vaginisque longe ciliatis; spicis geminis erectis, altera pedunculata, altera sessili; rhachide plana 5-nervia subundulata; floribus alternatim ad utrumque rhachidis marginem approximatis ovato-oblongis glabris uni-nerviis acutiusculis. Chili.

234. P. FISSIFOLIUM. *Radd.* (Agrost. bras. p. 26.) Culmo repente radicante ramosulo; nodis vaginisque glabris; ligula brevissima dense ciliata; foliis linearibus emarginato-bifidis vel fissis basi ciliatis; racemis 3—4 alternis pedunculisque filiformibus, inferiore longiore; axi plano flexuoso; spiculis ovatis solitariis alternis sessilibus; glumis obtusis binerviis ciliato-pilosis. Brasil.

235. P. PUBESCENS. *R. Br.* (Prodr. I. 188.) Foliis planis supra pilosis, scabris, margine incrassato denticulato; racemis alternis distinctis sessilibus; spiculis ovatis pubescentibus; gluma exteriore 3-nervia. N. Holl.

236. P. COROMANDELIANUM. *Lam.* (Ill. p. 175.) Culmo recto; vaginis (saepe e fusco purpurascentibus) margine ciliatis ad articulationes villosis; foliis latis glabris; racemis alternis sessilibus subcurvatis; axi semiseptifero; spiculis orbiculatis bifariis glabris; glumis nervis plurimis prominulis medio gibbosis notatis; seminibus rotundis lucide-nigris. P. scrobiculatum. *Lin.?* Ind. or.

237. P. LASIOGONUM. *Link.* (Hort. ber. I. 48.) Culmo basi decumbente debili (subpedali); nodis vaginisque superne margine dense pilosis; foliis pilis longis sparsis in inferioribus confertis obsitis; racemis 3 patentibus flexis (pollicaribus); spiculis biseriatis brevi pedicellatis; gluma altera convexa altera plana, utraque vix acuminata 3-nervia glabra. ⊙ —

238. P. SUPINUM. *Hornm.* (Hort. Hafn. I. 77.) Culmo adscendente; foliis vaginisque pubescenti-pilosis; racemis alternis 2—3; axi lineari flexuoso submembranaceo; spiculis ovalibus, glumis uninerviis. Am. sptr. (An idem ac sequens?)

239. P. DUBIUM. *Dec.* (H. Mosp. p. 130.) Vaginis ad oras et apices villosis; foliis planis utrinque pubescentibus; racemis 3—4 duobus inferioribus longe pedicellatis, duobus superioribus ad apicem rhacheos communis glabrae sessilibus conjugatis; axi suberecto; spiculis subrotundis tenuissime puberulis, glumis subenerviis. ♃ Am. sptr.

240. P. INCERTUM. *R. S.* (Syst. II. 309.) Vaginis ad oras et apicem foliisque planis utrinque villosis; racemis 2 sessilibus uno terminali altero paulo infra apicem; axi flexuoso glabro gracili; spiculis subrotundis, glabris, glumis uninerviis. P. leptostachyum *Dec.* H. monsp. ♃ —

241. P. DIFFORME. *Leconte.* (Jour. Phys. 91. 284.) Culmo glabro obliquo; vaginis basi dorso ciliatis; foliis brevibus glabris; racemis 3—4 erectis basi pilosis; axi flexuoso latiusculo; spiculis orbiculatis majusculis 2—3-seriatis, geminatis vel solitariis brevi pedicellatis. Am. septr.

242. P. LATIFOLIUM. *Leconte* (l. c.). Glabrum, culmo erectiusculo; foliis longis latis ciliatis, vaginis exceptis ad oras nudis; racemis 2—3 alternis erectiusculis basi pilosis; glumis orbiculatis triseriatis, serie intermedia pedicellata; axi angusto, dentibus lateralibus bifloris. ♃ Carolina.

243. P. LECONTEANUM. *Schult.* (Mant. II. 168.) Glabrum; caule erecto; foliis longis latiusculis margine undulosis vaginisque nudis; racemis 4—6 alternis erectis basi pilosis; spiculis biserialibus orbiculatis, axi angusto flexuoso; dentibus unifloris. P. undulatum *Leconte* l. c. Am. sptr.

244. P. ANGUSTIFOLIUM. *Leconte* (l. c. 285.) Glabrum; culmo gracili erecto; foliis angustis longis; vaginis nudis; racemis 2—3 alternis divaricatis secundis basi pilosis;

spiculis orbieulatis biseriatis; axi angusto flexuoso dentibus unifloris. Am. sptr.

245. P. TENUE. *Kunth.* (Enum. I. 57.) Erectum glabrum; foliis longis angustis basi vaginisque ad oras ciliatis; racemis 4—5 alternis patentibus basi pilosis; spiculis orbiculatis 3-seriatis, axi flexuoso angusto dentibus bifloris. P. gracile *Leconte* l. c. ♃ Am. sptr.

246. P. ALTISSIMUM. *Leconte* (l. c.) Glabrum erectum altum; foliis longis basi vaginisque ad oras ciliatis; racemis 4—5 alternis erectis basi pilosis; spiculis magnis orbiculatis biseriatis axi latiusculo, dentibus unifioris. ♃ Am. sptr.

247. P. HIRSUTUM. *Retz.* (Obs. II. p. 7.) Culmis erectis foliosis superne pilosis; foliis vaginisque undique pilosis ore barbatis planis; racemis erectis alternis subbinis; axi membranaceo; spiculis secundis glabris pedicellatis, pedicellis pilosis; glumis 3—5-nerviis laevibus. China.

248. P. RIPARIUM. *Nees.* (Agrostyr. bras. 56.) Culmis e radice fibrosa caespitosis (pedalibus); foliis lineari-lanceolatis flaccidis planis pilosis vaginisque margine pilosis; racemis subsenis alternis; rhachi plana spicularum geminatarum latitudine, glumis suborbiculatis obtusis 5-nerviis subpubescentibus. ⊙ Brasil.

249. P. HETEROPHYLLUM. *Poir.* (Enc. Supl. IV. 315.) Culmo recto simplici (pedali et ultra); foliis inferioribus linearibus brevibus, superioribus lanceolatis; vaginis ore pilosis; racemis alternis sessilibus remotis subquinis; spiculis ovatis subtriseriatis; axi glabro angusto flexuoso. St. Domingo.

250. P. ARUNDINACEUM. *Poir.* (l. c. 310.) Glaberrimum; culmo recto pluripedali; foliis subensiformibus longissimis carina et margine asperis; vaginis fauce nudis; racemis alternis elongatis (6-pollicaribus); axi angusto; spiculis approximatis subtriseriatis pedicellatis alternis ovatis obtusis; glumis subaequalibus compressis. Carolina.

251. P. MILIOIDEUM. *Desv.* (*Poir.* Enc. supl. IV. 315.) Culmo tereti (bipedali et ultra); vaginis longissimis, margine pilosis; foliis superne convoluto-subulatis glabris; ligula membranacea lacera; racemis sub-7 alternis sessilibus longissimis (6—8-pollicaribus); axi angusto subflexuoso; spiculis ovatis subsessilibus 2—3-fariam seriatis vel sparsis; glumis laevissimis subinflatis obtusis. Portorico.

252. P. FORSTERIANUM. *Flügg.* (Pasp. mon. 166.) Culmo sesquipedali et ultra; vaginis glabris; foliis latolinearibus undulatis glabris; racemis sub-4 alternis; axi (2—3-pollicari) flexuoso margine scabro paulo latiore spiculis elliptico-lanceolatis sub-3-fariam imbricatis; glumis 5-nerviis glabris. N. Caledon.

253. P. VARIEGATUM. *Link.* (H. Ber. I. p. 50.) Caule stricto (3—4-pedali); vaginis longissimis; foliis basi pilosis; racemis subsessilibus arrectis basi pilosis, inferioribus longioribus (2-pollicaribus) superioribus minoribus sessilibus; spiculis geminis 4-seriatis ovalibus acutiusculis pubescentibus; gluma altera plana flavescente basi rubra, altera convexa fusco-irronata. ♃ — (P. Lagascae *R. S.* sec. *Trin.* mspt.)

254. P. AFRICANUM. *Beauv.* (*Poir.* Enc. supl. IV. 314.) Culmo erecto compresso molli; foliis e basi rotundata lineari-lanceolatis margine subvillosis, superiorum vaginis ore pilosis longissimis; racemis 2 alternis longissimis (3—4-pollicaribus) filiformibus, altero pedunculato; axi filiformi apice subflexuoso; spiculis orbiculatis duplice serie arcte imbricatis subsessilibus; glumis margine subpubescentibus. Africa.

255. P. LAXUM. *Lam.* (Ill. I. 176.) Culmo flexuoso; foliis glabris ensiformibus; vaginis ore fasciculato-pilosis; racemis alternis laxis inferioribus pedunculatis; axi angusto flexuoso basi villoso; spiculis geminis pedicellatis ovatis uniseriatis. ♃ Am. austr.

256. P. APPENDICULATUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 211.) Culmo erecto ramoso compresso (1½-pedali) nodisque glabris; vaginis ore pilosis; foliis glabris linearibus, margine ciliatis; racemis sub-5 alternis patentibus; axi triquetro e nodulis setoso; spiculis oblongis glaberrimis sessilibus biserialibus axeos scrobiculis immersis, una terminali; glumis tenuissimis. ♃ Panama.

257. P. ERIOPHORUM. *Schult.* (Mant. III. 560.) Foliis latiusculis undulatis glabris; spicis binatis alternis; axi angusto; spiculis 4-serialibus ovatis acutis lanatis; glumis uninerviis. R. lanatum *Spr.* c. p. 271. Riogrande.

258. P. NEMATODES. *Schult.* (Mant. 2. 171.) Repens glabrum; culmo florifero erecto tereti (6—12-pollicari); foliis brevibus processu stipulari ad faucem vaginae; racemis 2—3 sessilibus, secundis erectis; axi submembranaceo subundulato; spiculis alternis solitariis biseriatis; glumis rigidis glabris muticis. Milium filiforme *Roxb.* cfr. P. bifarium. Ind. or.

3. Racemo solitario. §. 13.

259. P. SINGULARE. *Link.* (Hort. Ber. I. 48.) Caule decumbente nodis lanatis; vaginis margine dense foliisque pilosis; racemo solitario (pollicari et ultra); spiculis parvis linealibus; glumis rotundatis 3-nerviis glabris. ⊙ Brasil.

260. P. SPATHACEUM. *Poir.* (Enc. supl. IV. 314.) Culmo glabro compresso; foliis planis lineari-lanceolatis argute ciliatis caeterum glabris; vaginis laxis ore pilosis; racemo solitario (an semper?) breviter pedicellato e folio terminali spathaceo ad vaginam usque fisso, laciniis inaequalibus rectis lanceolatis; spiculis subrotundis subsessilibus alternis vel geminatis. America.

261. P. PILOSUM. *Lam.* (Ill. p. 175.) Culmo gracili villoso flexuoso; foliis elongatis villosissimis; racemo solitario; axi piloso; spiculis ellipticis alternis confertis; gluma exteriore dilatata; seminibus albidis marginatis subtus concavis. —

262. P. COCHINCHINENSE. *Willd.* (*Lour.* Fl. coch. 61.) Culmo tereti gracili suberecto; foliis subulatis elongatis; spica singula lineari simplici longissima glabra erecta; receptaculo communi ad unum latus articulate-excavato arcte includente singulos flosculos; glumis bivalvibus unifloris truncatis cuspidatis. Phleum cochinchinense *Lour.* (an forsan Rottboelliae species?). Cochinchin.

Species indescripta.

P. PUBIFLORUM. *Rupr.* (Bull. Brux. IX. 2. 237. Hrbr. Galeol. nr. 5747.) ♃ Mexico.

ANACHYRIUM. *Nees.* Spiculae in rhachibus dilatatis planis acutis secundae ramosae pedicellis brevibus distachyis, hinc quadrifariae, uniflorae dorso convexae; glumae nullae; valvulae 2 chartaceae muticae, clausae subaequales, inferior amplior acutiuscula arcte amplectens superiorem, 5-nervia, nervis pominentibus; superior paulo brevior obtusa dorso concava 3-nervia marginibus dilatatis inflexis genitalia amplectens; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 basi connati; caryopsis libera plano-convexa ovalis valvulis clausis tecta.

1. A. PASPALOIDES. *Nees.* (mpt.) Culmo tereti (1½-pedali) paucinodo, nodis glabris; vaginis laxiusculis striatis glabris, inferiore aphylla, sequens microphylla; foliis mediis linearibus planis acutis pilis longis hirsutis; lingula in pilos densos soluta; racemis propriis in racemo polystachyo dispositis (18—20) ad originem barbatis. Anachyris. *Nees* in *Hook* Kew. Gard. II. 103. *Gardner* hrbr. nr. 4031. Brasilia.

LEPTOCORYPHIUM. *Nees.* Paniculae laxae radii racemosi simplices; gluma unica valvulae flosculi masculi triandri solitariae aequilonga et conformis, utraque pilosa et ciliata apiceque breviter

membranaceo-hyalina; flosculus superior hermaphroditus calyeis longitudine in fructu persistens; valvulae chartaceae subaequales (inferior superiorem non ita arcte amplectens, quandoque apertae) apice appendice membranaceo-hyalino munitae; germen oblongum apice subtruncatum; styli divergentes breves; stigmata penicillata, lodiculae collaterales cuneiformes bidentatae.

1. L. LANATUM. *Nees.* (Agrost. bras. I. 84.) Culmo erecto; foliis subinvolutis vel facie pilosis, vaginis inferioribus villosulis; paniculae jubatae radiis pseudoverticillatis contractiusculo-erectis spiculis acutis ($1^1/_2$''' longis), gluma valvulaque mascula 5—7-nerviis villoso-lanatis; acutis flosculum superantibus. Variat (an in speciebus distinctis?) spiculis majoribus densius lanatis, foliis complicato-filiformibus vaginisque villosulis. ♃ (*Nees.*) ⊙ *Trin.* Milium lanatum. *R. S.* Paspalum lanatum. *H. B,* N. Gen. I. t. 29. Brasil. Surinam.

2. L. MOLLE. *Nees.* (l. c. p. 85.) Caespite ad basin fibris plurimis capillaribus pallidis munito; culmis gracilibus; foliis complicato- vel convoluto-filiformibus laxis vaginisque totis undique albido villosis, paniculae patulae radiis subfasciculatis (ad basin divisis); glumis 3—5-nerviis villoso-lanatis. ♃ Prov. Minarum Brasil.

3. L. OBTUSUM. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo erecto tereti tenui-striato caeterum laevi glabro (2—3-pedali), simplici basi praesertim foliato; foliis lineari-lanceolatis planis striatis margine et carina e tuberculis pilosis (4—6'' longis, $1^1/_2$—2''' latis), culmeis parvis complicatis; radiis paniculae simplicissimae contracto erectae solitariis-ternis apicem versus paucifloris; pedicellis capillaribus erectis spicula longioribus; spiculis ovatis obtusis (vix ultra 1''' longis), gluma valvulaque neutra flosculum hermaphroditum aequantibus 3—5-nerviis villoso-lanatis. ♃ *Riehl* legit in Louisiana.

MILIUM. *Lin.* Inflorescentia paniculata; spiculae hermaphroditae elliptico-oblongae acutiusculae uniflorae; glumae (herbaceo-) membranaceae flosculum aequantes vel parum superantes; perianthium sessile elliptico- vel lanceolato-oblongum chartaceo-subcoriaceum muticum palea inferiore superiorem obvolvente; lodiculae squamae aut ovatae acutae vel inaequaliter denticulatae, aut cuneiformes emarginatae; ovarium oblongum glabrum; styli 2, stigmata ramoso-plumosa; stamina 3, antherae lineares; caryopsis oblonga compressiuscula libera.

1. M. EFFUSUM. *Lin.* Radice repente perenni; culmo 2—4-pedali; vaginis teretibus glabris, ligula exserta obtusa; foliis lanceolatis acutis (6''—2—3' et ultra longis, 3—4''' latis) glabris, margine scabris; panicula ($^1/_2$-pedali) diffusa, ramis 5—6-fasciculatis alternis horizontalibus demum nutantibus; floribus muticis; glumis 3-nerviis glabris. *Beauv.* t. V. f. 6. *Host.* gram. III. t. 22. *Fl. d.* t. 1143. *E. B.* t. 1106. *Kunth* Supl. t. X. f. 1. ♃ Eur. As. Am. sptr.

2. M. SCHMIDTIANUM. *C. Koch.* (Linn. XXI. 438.) Culmo (4—5-pedali et ultra) foliisque glaberrimis, planis; ligula ovata acuta; radiis semiverticillatis 4—6 inaequalibus multifloris; spiculis asperis; glumis 3-nerviis oblongis acutiusculis aequalibus flosculo obsolete trinervio paulo majoribus. Grusia.

3. M. VERNALE. *Bbrst.* (Fl. I. 53.) Radice annua; culmo erecto vix pedali; vaginis teretibus scabriusculis; foliis lineari-lanceolatis planis scabris (1—2-pollicaribus); paniculae radiis semiverticillatis erecto-patulis; glumis acutis obscure 3-nerviis scabris. ⊙ Caucasia.

4. M. CONFERTUM. *Link.* (Hort. Ber. p. 91.) Radice fibrosa; culmo scabro; foliis anguste linearibus; vaginis scabris; paniculae subsimplicis ramis brevibus arrectis scabris; glumis obtusis nervosis scabris; paleis obtusis levissimis. M. scabrum. *Merlet. Dumort.* Gram. bel. t. 13. f. 49. ⊙ Belgium. Sicilia. Calabria. (M. confertum *Willd.* est: M. effusum *Lin.* var. an etiam haec?)

5. M. MINUTIFLORUM. *Trin.* (Mem. Petr. sc. nat. 1835. I. p. 121.) Culmis erectis simplicibus (1—2-pedalibus); foliis lanceolatis planis margine undulatis vaginisque glabris; paniculae simplicissimae radiis verticillatis patulis inferne pilosis; spiculis pedicellatis solitariis pusillis; glumis 3-nerviis, perianthio acuto. Panicum Perrottetii. *Kunth.* Gram II. t. III. Senegal.

6. M. ROSEUM. *Spr.* (Syst. I. 251.) Culmo erecto; foliis vaginisque laevibus; paniculae pyramidatae ramis capillaribus glabris; glumis coloratis glaberrimis. (Panicum madagascariense *Spr.* sec. *Trin.* mpt.) Ins. Mascaren.

7. M. TOMENTOSUM. *Rottl.* (Act. Berol. IV. 220.) Panicula laxa capillacea; pedicellis unifloris; calycibus bivalvibus striatis membranaceis; flosculis ovalibus parvis. Panicum Brownianum *W. A.* sec. *Nees.* idem ac M. capillare *Roth.* sec. *Spr.* (cfr. Panicum subeglume.) Ind. or.

8. M. MICROSPERMUM. *Lagasc.* (Elench. 2.) Culmo decumbente ramosissimo; panicula patula capillari; floribus muticis. ⊙ Mexico.

9. M. MÜHLENBERGIANUM. *Schult.* (Mant. 2. 178.) Culmo tereti nodoso glabro; foliis lanceolatis acuminatis glabris; vagina elongata superne margine pilosa; ligula brevissima barbaeformi; paniculae ramis alternis solitariis; florum pedicello sub calyce articulato; calyce bi- (quandoque 3-) valvi glumis lanceolatis nervosis (tertia minima); corolla calyce parum minore glabra. Am. septr.

10. M. GLOBOSUM. *Thunb.* (Fl. Jap. 49.) Culmo simplici erecto (pedali et ultra); foliis vaginantibus; vaginis fauce et margine ciliatis lanceolatis striatis scabris marginatis patulis vix digitalibus; panicula patula subovata; pedunculis et pedicellis capillaribus flexuosis, infra apicem cingulo luteo notatis; glumis ovatis obtusis muticis glabris fusco viridibus. Echinochloa globosa *Kunth.* En. I. 73. Agrostis globosa *Poir.* Enc. Supl. I. 257. Nemo hanc speciem ex Hrbo. Thunbergiano forsan illustrandam vidit; nec ego in collectionibus Musei Lugd. Batav. et *Goeringii* speciem graminis detegere potui, in quam Thunbergii diagnosis quadret. Japonia.

11. M. CAPENSE. *Lin.* (Mant. p. 185.) Culmis tenuibus laevibus (3—4-pollicaribus); foliis angustis subtus sparsim pilosis, fauce barbatis; paniculae undique dispersae radiis capillaribus; glumis ovatis subventricosis acuminatis aequilongis; corolla arista terminali curvata spiculas excedente. Agrostis capensis. *Lam.* Pr. b. sp.

12. M. COMPRESSUM. *Poir.* (Enc. supl. I. 259.) Culmis glabris (2—3-pedalibus); vaginis margine superius et ore ciliatis; foliis longissimis angustis; paniculae rectae elongatae (fere pedalis) radiis subverticillatis; glumis inaequalibus, exteriore acutissima, interiore obtusa duplo breviore; semine ovato fusco. Axonopus Poiretii *R. S.* syst. II. 318. Carolina.

13. M. NIGRICANS. *Ruiz Pav.* Culmo elato folioso; foliis ensiformibus longissimis; floribus paniculatis confertis; glumis nitidis nigrescentibus; flosculis incrassatis. (An Sorghi species?) Peru.

14. M. SPARSUM. *Mill.* (Dict. nr. 2.) Culmo erecto tenui (3-pedali); vaginis striatis glabris; foliis abbreviatis; panicula ampla erecta sparsa glumis aristatis. Vera Cruz.

KAMPMANNIA. *Steud.* Panicula coarctata; spiculae monoicae (an dioicae an polygamae?) uniflorae; glumae 2 herbaceo-membranaceae flosculum aequantes vel paulo superantes; flosculus fertilis basi pilis fasciculatis ipso parum brevioribus obvallatus;

valvulae 2 chartaceo-subcoriaceae, inferiore superiorem obvolvente, 5-nervia utraque scabra; pistillum plumosum; caryopsis valvulis arcte cincta oblongo-triquetra apice pistilli basi piloso-coronata; flosculi steriles (certe in specimine suppetente, an ob antheras fugaces?) omnino vacuae, glumae fertilium similes.

1. K. ZEELANDICA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici tereti striato glabro scabriusculo foliato; foliis late laxeque vaginatis mox convolutis elongatis (pedalibus et ultra) rigidis erectis; ligula membranacea brevi; panicula contracta (4—6-pollicari); radiis subverticillatis brevibus erectis; pilis flosculorum spiculas excedentibus. N. Zeeland.

HYSTERICINA. *Steud.* Panicula contractissima capitata; spiculae uniflorae hermaphroditae (an neutris nisi defloratis mixtae?); glumae 2 subaequales carinatae flosculo vix breviores muticae; flosculus basi pilis fasciculatis brevibus munitus bivalvis; valvula inferior subchartaceo-membranacea nervosa infra apicem brevissime (vel vix) bifidum rigidule aristata, superiorem angustiorem tenuiorem amplectens muticam acutatam, achenium involventem teretiusculum laeve glabrum facile a perianthio secedens.

1. H. ALOPECUROIDES. *Steud.* Culmo geniculato glabro tereti (ultra pedali), nodis fuscescentibus lineolis albidulis scabriusculis cinctis; foliis brevibus lanceolatis striatis glabris (1—2″ longis, 1—2½‴ latis); capitulo ovato-oblongo denso (½—¾-pollicari); glumis carina sursum scabriusculis; aristis patentibus rigidis valvulam longitudine parum superantibus. N. Zeeland.

AMPHICARPUM. *Kunth.* Flores hermaphroditi paniculati; paniculae radiis subsolitariis erectis; glumae 2 aequales 5-nerviae ellipticae acutae, inferior parum longior; corolla inclusa elliptica coriaceo-chartacea glaberrima; palea inferior obsolete trinervis; lodiculae squamae obtusae emarginatae; styli 2 elongati; stigmata brevi exserta pectinata atropurpurea; stamina 3. Flores foeminei radicales in singulis pedunculis solitariis (2—3-pollicaribus); glumae 2 multistriatae, inferior paulo longior lineari-oblonga obtusiuscula; superior lanceolato-oblonga acuta; corolla brevi-pedicellata glabra coriacea paleis oblongis acuminatis altera alteram obvolvente; semen oblongum obtusum stylorum basi coronatum arcte inclusum.

1. A. PURSHII. *Kunth.* (Enum. p. 67.) Caespitosum; culmo erecto subsimplici; foliis planis lanceolatis (3-pollicaribus) vaginisque pilosis; ligula barbata. Milium amphicarpum *Pursh* Fl. I. t. 2. N. Caesarea.

OLYRA. *Lin.* Spiculae masculae et foemineae in eadem panicula rarius in distincta, si in eadem masculae in radiis vel racemis inferiores, si in distincta tum superiore; spiculae masculae foemineis angustiores; glumae 2 herbaceo-membranaceae 3-vel superior paulo brevior 2-nervis inferior saepissime caudato-subulata; perianthium nullum vel rarissime unipaleaceum hyalinum; lodiculae squamae 3 (vel raro 2) cuneatae subtruncatae emarginatae; stamina 3; antherae lineares. Spiculae foemineae masculis plerumque pauciores pedicello apice dilatato suffultae; glumae 2 herbaceo-membranaceae 3—7-nerviae, inferior saepissime caudato-subulata; perianthium glumis brevius ellipticum vel ovatum obtusiusculum; palea inferiore superiorem amplectente; lodiculae ut in mari; ovarium oblongum glabrum; styli 2 basi connati; stigmata 2 plumosa.

a. *Spiculae foemineae in racemis superiores.*

1. O. PANICULATA. *Swartz.* Foliis lanceolato-oblongis vel ovato-lanceolatis acuminatis, basi hinc subtrapezoideo-rotundatis; panicula terminali, (interdum insuper axillari); radiis inferne masculis; spicula foeminea terminali subsolitaria; glumis utriusque sexus caudato-subulatis glabris; perianthio foemineo elliptico glabro laevi. Variat: vaginis hirto-pubescentibus. O. latifolia. *Lin. H. B.? Beauv.* Agr. t. 22. f. 7? et: vaginis glabris. O. arundinacea. *H. B.* ♃ Am. austr.

2. O. CAUDATA. *Trin.* (Linn. X. 291.) Foliis ovatis acuminatis basi hinc subtrapezoideo-rotundatis; paniculae radiis fasciculatis simplicissime thyrsoideo-racemosis, spica foeminea solitaria terminatis; glumis masculis acutissimis cum foemineis longe caudato-subulatis, sub lente pubescenti-hirtulis; flosculo foemineo ovato laevi. Peru.

3. O. CORDIFOLIA. *Willd. H. B.* (N. Gen. I. 198.) Foliis ovatis acuminatis basi subcordata subaequali rotundatis; paniculae terminalis radiis inferne masculis; superne paucifoemineis; glumis marium acuminatis, foeminearumque caudato-acuminatis glabris; perianthio foemineo ovato glabro laevi. Variat: vaginis glabris vel villosis, et: spiculis in apicibus ramulorum solitariis. ♃ Am. austr.

4. O. SEMIOVATA. *Trin.* (Mem. Ac. Petr. l. c. 112.) Foliis lanceolato-ovatis basi hinc trapezoideo angulatis, glabris margine hispidulis (9″ longis, 2½—3″ latis); vaginis laxiusculis glabris, ligula brevi truncata; juba paniculari ovato-oblonga terminali (spithaminea) densiuscula, radiis inferne vel inferioribus totis masculis; spicula foeminea terminali solitaria; glumis utriusque sexus caudato-subulatis glabris; perianthio elliptico basi apiceque sericeo-barbato. ♃? Brasil.

5. O. HUMILIS. *Nees.* (Agr. bras. 304.) Rhizomate repente articulato; culmis simplicibus (½—1½-pedalibus) gracilibus; vaginis internodio duplo brevioribus profunde sulcatis altero margine ciliatis, glabris vel pilosulis; ligula brevissima truncata; foliis ovato-oblongis acuminatis (2—3″ longis, ⅔—1″ latis), glaucis, subtus margineque scabris basi in petiolum brevem canaliculatum hirtum contractis; panicula terminali (1—1½-pollicari) angusta contracta; rhachi ramisque laevibus; spiculis foemineis solitariis terminalibus; glumis masculis acuminatis, foemineisque caudatis glabris. ♃ Brasil.

6. O. FASCICULATA. *Trin.* (l. c.) Culmis (4-pedalibus) ad nodos vaginisque glabris; ligula membranacea brevi truncata denticulato-fimbriata; foliis ovatis acuminatis basi aut subaequali cuneato-rotundatis aut trapezoideis, in petiolum brevem attenuatis glabris subtus glaucescentibus (9″ longis, 3″ latis); paniculae terminalis axillariumque radiis fasciculatis simplicissime thyrsoideo-racemosis, inferne masculis, superne paucifoemineis; glumis masculis acutissimis foemineisque subcaudato-acuminatis glabris; perianthio foemineo elliptico-lineari glabro punctulato. Bahia.

7. O. CAPILLATA. *Trin.* (l. c.) Culmo ad nodos pubescente (1½-pedali); vaginis glabris versus marginem hirtulis; ligula membranacea brevi subrepando-truncata; foliis sursum majoribus ovatis vel lanceolato-ovatis acuminatis basi rotundatis, inferioribus cordatis omnibus glabris glaucescentibus; paniculae terminalis radiis inferioribus totis masculis, extremis axillaribusque totis foemineis; glumis masculis capillaceo-caudatis foemineisque subulatis glabris; perianthio foemineo elliptico-lineari glabro laevi. O. floribunda *Trin.* diss. II. p. 250 non *Raddi.* Brasil.

8. O. FILIFORMIS. *Trin.* (l. c.) Culmis gracilibus (2—3-pedalibus) vaginisque glabris; ligula chartacea brevi; foliis sublinearibus (fere 6″ longis, 5—8‴ latis), acuminatis basi inaequali hinc trapezoideo-angulatis in petiolum brevissimum attenuatis, margine hispidulis, supra glaucis subtus scabris; panicula terminali pauciflora angusta (interdum etiam axillaribus filiformi pedunculatis); radiis inferne masculis; spicula foeminea terminali subsolitaria; glumis masculis acutis, foemineisque subulatis glabris; perianthio foemineo elliptico-lineari glabro punctulato. Bahia.

9. O. VENTRICOSA. *Nees.* (Agr. bras. 303.) Culmo recto stricto ad apicem usque vaginato; vaginis arcte convolutis glabris margine limboque apicis ciliatis; ligula nulla; foliis oblongo-lanceolatis vel lanceolatis (6—15″ longis, 2—2½″ latis), glabris margine asperulis; paniculae compositae vel decompositae ramis hirtis, superioribus foemineis ventricosis hirtis paucis vel in apice paniculae confertis vel tota panicula foeminea; glumis herbaceis basi ovato-subrotundis apice abrupte subulatis. ♃ Brasil. (Sequentis var? *Nees Trin.*)

10. O. MICRANTHA. *H. B.* Culmo elato ramoso glabro vaginis tecto; foliis brevissime petiolatis oblongis angustato-acutatis basi rotundato-subcordatis glabris (6—7″ longis, 1½″ latis); ligula elongata ovata (quandoque pollicari); panicula ramosa patula (4—5-pollicari), inferne mascula, superne foeminea; ramis verticillatis ramulisque hirtello pubescentibus; glumis foemineis acuminato-subaristatis hispidulo scabris; valvulis punctato scrobiculatis. *Kunth.* Gram. II. t. 12. ♃ Brasil.

11. O. URVILLEI. *Steud.* Culmo erecto glabro stricto (vix ultra ½‴ crasso) vaginato, apicem versus nudo ibique pubescente; vaginis glabris arctis margine nudis laevibus; foliis brevissime petiolatis oblongo-lanceolatis basi subobliquis apice acutissime acuminatis, glabris subcoriaceis laevibus (2—4″ longis, 1″ latis); ligula subcoriacea oblonga obtusa semiamplexicauli (2—3‴) longa; paniculae terminalis radiis pubescenti-hirtulis, inferioribus masculis, superioribus multi-foemineis; glumis foemineis caudato-subulatis hirtis, valvulis tenuiter scrobiculato punctatis. An binorum praecedentium var? Ex Hrbo. *Urville.* Patria —

12. O. RAMOSISSIMA. *Trin.* (l. c. 116.) Ramis confertis patulis glaberrimis; vaginis glabris; ligula angustissima margo transversalis; foliis lineari-lanceolatis acutiusculis basi parum inaequalibus scabriusculis (1½—3″ longis, 4—6‴ latis); paniculis ramorum terminalibus numerosis inferne masculis, superne plurifoemineis; glumis utriusque sexus acutiusculis, masculis hirsutis inferiore 3- superiore sube-nervi; foemineis glabris, inferiore 7- superiore 5-nervi; perianthio foemineo ovato glabro laevi. Bahia.

13. O. SCABRA. *Nees.* (Agr. bras. 306.) Culmo elato firmo; foliis oblongis acuminatis (7—10″ longis, 2—2¾″ latis) subtus vaginisque scabris; ligula ovata exserta; paniculae compositae racemosae angustae ramis scabris; spiculis foemineis in ramis terminalibus pluribus (2—4) uti masculi glabris. ♃ Brasil.

14. O. LONGIFOLIA. *H. B.* (N. Gen. I. 198.) Culmo ramoso tereti nodis vaginisque glabris; foliis lanceolato-oblongis subcordatis supra glabris subtus scabris; ligula nulla; panicula simplici coarctata (3—4-pollicari); ramis alternis erectis pubescentibus aliis foemineis aliis masculis; glumis in masculis nullis; paleis lanceolatis acuminato-subulatis; glumis in foemineis — quam masculae duplo longioribus — ovatis acuminato-subulatis glabris duplo longioribus quam paleae oblongae obtusiuseulae, inferiore pubescente, superiore glabriuscula. Guiana.

15. O. GLABERRIMA. *Raddi.* (Agr. bras. p. 19.) Foliis oblongis acuminatis basi acutis vaginisque glabris viridibus, (¾—1′ longis, 2—3″ latis); ligula nulla; paniculae racemosae compositae ramis laxis scabris; inferioribus verticillatis plerisque masculis lineari-lanceolatis acuminatis laevibus; spiculis foemineis in ramorum superiorum apicibus solitariis glabris. ♃ Brasil.

16. O. PUBESCENS. *Radd.* (l. c. 19.) Culmo erecto (2—3-pedali); foliis (5—7″ longis, 1½″ latis), lanceolato-oblongis acuminatis basi rotundatis subtus pubescentibus viridibus; vaginis hirtis, ligula nulla; paniculae racemosae compositae ramis strictis, rhachi hirta, spiculis glabris foemineis in ramorum apicibus subsolitariis glabris. ♃ Brasil.

17. O. CILIATIFOLIA. *Radd.* (l. c.) Culmo basi subramoso pilosiusculo; vaginis glabris ore ciliatis; foliis deltoideis (2″ longis sub 1″ latis), acuminatis brevissime petiolatis margine ciliatis; panicula terminali, rhachi hirta; spiculis masculis numerosis, foemineis terminalibus; glumis nervosis glabris; corolla alba pilosa coriacea. ♃ Brasil.

18. O. DIMIDIATA. *Hochst.* (Hrbr. *Hostm.* nr. 786 a.) Vaginis longis striatis laxis, inter strias tenuissime pubescentibus; ligula membranacea fissa; foliis subdimidiatis ovato-oblongis (7—8″ longis, 2—2½″ latis), subtus distincte multi(—13-)nerviis inter nervos primarios subtilissime 7—10-nervatis sparsim minute puberulis, apice acuminatis, basi in petiolum brevissimum hirsutum decurrentibus; florum verticillo terminali (et axillari), radiis (8—10) simplicissimis vel uno alterove verticillatim diviso; radiis a basi masculis, apice dilatato spiculam foemineam articulatim foventibus; glumis masculis oblongo-lanceolatis brevi-subrecurvo acuminatis; foemineisque glabris longe caudato-acuminatis; corolla subsquamoso-rugosa cinereo-albo subnitida. ♃ Surinam.

19. O. OBLIQUIFOLIA. *Steud.* Culmo erecto simplici, vaginis internodia et totum culmum (sursum) tegentibus striatis omnino glabris; ligula vix ulla; foliis oblique ovato-oblongis brevi acuminatis (6″ longis, 1½—2″ latis) pallide viridibus utrinque glabris apicem versus setuloso-ciliatis, basi obtusis pedicello brevissimo rigido asperulo; panicula terminali 3-radiata; radiis simplicibus, inferne masculo-floriferis, spiculis foemineis terminalibus 2—3 longe pedicellatis; glumis masculis pubescentibus acutiusculis; foemineis multoties majoribus striatis pubescentibus apice acuminatis. O. longifolia. *Hochst.* Hrbr. *Kappler* nr. 1472. (non *H. B.*) ♃ Surinam.

20. O. SURINAMENSIS. *Hochst.* (Hrbr. Dr. *Hostmann* nr. 863.) Culmo erecto simplici, vaginis internodia tegentibus striatis scabriusculis margine ciliatis; ligula brevi membranacea; foliis oblongis setaceo-acuminatis (5—7″ longis, 2″ et ultra latis), glaucis tenuissime pubescentibus margine scabris, basi rotundatis levissime subcordatis; pedicello brevi tomentosulo; panicula terminali (4—5-pollicari), contracta, rhachi ramisque pubescentibus; spiculis foemineis solitariis terminalibus, glumis masculis setaceo-acuminatis, foemineis longius caudato-acuminatis; glumis 7-nerviis glabriusculis. ♃ Surinam.

b. *Spicae foemineae in racemis propriis inferis vel paniculae masculae subjectis.*

21. O. FLORIBUNDA. *Radd.* (Agrost. bras. 20.) Culmis caespitosis; foliis (1—2½″ longis, 4—5‴ latis) oblongis obtusis basi aequalibus apice oblique apiculatis; pedunculis terminalibus axillaribusque fasciculatis, aliis subpaniculiferis mere masculis productioribus, aliis racemosis mere foemineis et brevioribus; spiculis 3-linealibus, masculis angusto-lineari-lanceolatis, foemineis ovatis; glumis caudato-subulatis, masculis ciliolatis, foemineis hirsutulis; perianthio foemineo lanceolato. Strephium floribundum. *Nees.* Brasil.

22. O. POLYPODIOIDES. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 117.) Radice sublignosa; culmis pluribus caespitosis suffruticulosis (subpedalibus); nodis pluribus pubescentibus; vaginis inferioribus distantibus superioribus confertis subimbricatis margine hirtis, foliis a medio ad apicem culmi confertis distichis subsessilibus lineari-ovatis obtusis cum mucrone, basi subaequalibus glabris viridibus (6—8‴ longis, 2—2½‴

latis); pedunculis axillaribus, foliorum superiorum subpaniculiferis mere masculis; folii infimi racemoso mere foemineo; glumis masculis acutis, foemineisque caudato-acuminatis glabris; perianthio foemineo ovato-lanceolato. Strephium distichophyllum. *Nees.* ♃ Brasil.

23. O. PAUCIFLORA. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. I. 125.) Foliis oblongo-lanceolatis acutissimis basi hinc trapezoideo-angulatis; pedunculis racemosis, terminalibus masculis, axillaribus foemineis; glumis masculis acutis foemineisque caudato-subulatis glabris; perianthio foemineo obovato glabro. O. axillaris. *Lam.* ill. t. 751. f. 2. Lithachne axillaris. *Beauv.* tab. 24. f. 2. ⊙ Jamaica. Cayenne.

c. *Spicis foemineis interjectis masculis.*

— 24. O. GUINEENSIS. *Steud.* Foliis oblongis basi oblique rotundatis apice acuminatis (4″ longis, $1^1/_2$″ latis) brevissime petiolatis; culmo praesertim ad nodos vaginis margine petiolis dense pilosis; panicula simplici, floribus masculis foemineisque mixtis; glumis foemineis caudato-acuminatis pilosis. *Jardin* legit in Ins. Principis Guineae et varietatem: foliis minoribus (1—3″ longis, 8—10‴ latis) et glumis glabris. Ins. Loss.

Species dubiae.

25. O. OVATA. *Hamilt.* (Prodr. 7.) Culmo elato stricto; foliis petiolatis ovatis utrinque attenuatis acuminatis glabris; vaginis superioribus subpubescentibus; panicula subterminali glumis acutis. Cayenne.

26. O. ORIENTALIS. *Lour.* (Fl. coch. 674.) Culmo trigono erecto (4-pedali); foliis subulatis elongatis semiamplexicaulibus; spicis compositis, spiculis partialibus distichis oblongis erectis, masculis ad basin cujusque foemineae; gluma flosculi masculi aristata; seminibus trigonis scabris. Cochinchina.

EUCHLAENA. *Schrad.* Flores monoici; masculi terminales paniculati; spiculae subgeminae uniflorae; glumae 2, valvulae corollinae totidem tenuiores; stamina 3; foeminei laterales in spica simplici dense involuta cylindrica articulata; spiculae alternae subcompressae uniflorae bivalves; glumae coriaceae exteriore oblique obovata apice truncata clausa marginibus antice apertis, amplectente oppositam interiorem minorem; valvulae corollinae 2 membranaceae gluma minore inclusae; stylus 1 longissimus capillaceus planus apice exsertus; caryopsis glumis induratis arcte inclusa.

1. E. MEXICANA. *Schrad.* (Ind. sem. H. Goett. 1832. Linn. VIII. Lit. 25.) Mexico.

PANICUM. *Lin.* Spiculae biflorae nudae; flore superiore hermaphrodito inferiore 1—2-paleaceo masculo vel neutro mutico membranaceo; glumae 2 inaequales membranaceae concavae muticae; valvulae floris hermaphroditi 2 coriaceae rarissimae (in sectione XVI) membranaceae concavae muticae; inferior superiorem parinerviam amplectens; stamina 3; ovarium glabrum styli 2 terminales elongati; stigmata penicilliformia, pilis simplicibus denticulatis; squamulae 2 carnosae dolabriformes vel truncato-2—3-lobae glabrae collatrales; caryopsis glabra embrioni parallele compressiuscula paleis arcte inclusa libera. — Inflorescentia: racemus, thyrsus, juba vel panicula.

Dispositio specierum.

Sectio I. Cabrera. *Trin.* Racemi simplicissimi digitati; axes pilis aureis ciliati; spiculae subsessiles regulariter biseriales ellipticae minimae vel parvae; gluma inferior pusilla vaga vel nulla. §. 1. nr. 1—7.

Sectio II. Digitaria. *Haller.* Racemi simplices subdigitato- vel jubato approximati; spiculae subsessiles vel pedicellatae plerumque irregulariter (rarissime seriatim) dispositae, plus minus lanceolatae; gluma inferior pusilla, obsoleta, rarius nulla. §. 2. nr. 8—85.

Sectio III. Elytroblepharum. *Steud.* Racemi conjugati; spiculae binae paribus alternis, altera sessilis, altera pedicellata; valvula neutra maxima nervosa dense ciliata. §. 4. nr. 86.

Sectio IV. Urochloa. *Beauv.* Racemi umbellato-digitati; spiculae irregulariter dispositae inaequali pedicellatae ovatae; gluma inferior flosculis dimidio brevior, hermaphroditus subulato-caudatus. §. 5. nr. 87—90.

Sectio V. Orthopogon. *R. Br.* Racemi alterni; spiculae subirregulariter dispositae; glumae flosculis breviores, altera vel utraque necnon subinde flosculus incompletus apice setiferi. §. 6. nr. 91—123.

Sectio VI. Echinochloa. *Beauv.* Racemi alterni vel jubati simplices vel compositi; spiculae brevissime pedicellatae imbricatae 2—6-seriales totae strigoso-hirsutae; flosculus incompletus acuminatus vel plus minus longe caudato-subuliferus. Oplismenus. *Autor.* ex parte. §. 7. nr. 124—166.

Sectio VII. Setaria. *Beauv.* Thyrsus simplex aut compositus, seu racemi (subthyrsiformi-) jubati; spiculae setis involucratae vel stipatae.
- a. Axibus partialibus (interdum non nisi unifloris) productis in setam pedicellum lateraliter emittentem.
  - α. Flosculo seminifero duplo (vel $^1/_4$) breviore quam masculus; ligula membranacea. §. 7. nr. 167—173.
  - β. Flosculo hermaphrodito incompletum subaequante; ligula ciliari. §. 8. nr. 174—181.
- b. Pedicellis ipsis setiferis. §. 9. nr. 182—240.
- c. Setae rhachi communi inordinatim insertae. §. 10. nr. 241.
- d. Species sectionis Setariae minus notae plures dubiae vel jam inter priores forsan recensitae. §. 11. nr. 242—255.

Sectio VIII. Harpostachys. *Trin.* Racemus simplicissimus solitarius (rarissime compositus vel binatus); spiculae subsessiles imbricatae regulariter 1—2—4-seriatae, nonnunquam subdistichae. §. 12. nr. 256—276.

Sectio IX. Diplostachys. *Steud.* Spicae geminae. §. 13. nr. 277—279.

Sectio X. Brachiaria. *Trin.* Racemi simplicissimi alterni; axis partialis angulosus plerumque triqueter; spiculae (glabrae, villosae, lanatae non vero totae strigulosae) sessiles vel brevissime pedicellatae plus minus imbricatae 2—3—4-seriales muticae.
- a. Spiculae pubescentes, pilosae hirsutae vel lanatae. §. 14. nr. 280—316.
- b. Spiculae glabrae, raro subpilosae. §.15. nr. 317—372.

Sectio. XI. Virgaria. *Trin.* Radii alterni jubati vel paniculati manifeste angulosi plerumque triquetri, nunc racemiformes (racemis compositis, pedicellis brevissimis) nunc virgati aut vario modo compositi, pedicellis brevioribus vel longioribus.
- a. Gluma inferior flosculis dimidio magisve brevior (interdum nulla). §. 16. nr. 373—500.
- b. Gluma inferior quam spicula dimidia longior. §. 17. nr. 501—547.
- c. Virgariae in sectiones priores nondum ordinatae.
  - α. Gluma inferior superiorem longitudine aequans vel vix brevior. §. 18. nr. 548—557.
  - β. Gluma inferior quam superior brevior, in aliis minima in aliis $^1/_2$ ad summum $^3/_4$ hujus longitudinem attingente.
    - * Spiculis undique versis. §.19. nr. 558—572.
    - ** Spiculis secundis nutantibus parvis (subfascicularibus, racemo decomposito, ramis linearibus). §. 20. nr. 573.
    - *** Virgariae variae affinitatis dubiae. §. 21. nr. 574—598.

Sectio XII. Miliaria. *Trin.* Radii alterni, jubati, paniculati teretes vel subangulati compositi vel decompositi.
- a. Gluma inferior quam flosculi dimidio vel magis brevior, vel minima interdum nulla.
  - α. Radii angulosi. §. 22. nr. 599—631.
  - β. Radii plus minus teretes. §. 23. nr. 632—676.
- b. Gluma inferior quam dimidia spicula longior.
  - α. Radii subangulosi. §. 24. nr. 677—693.
  - β. Radii teretes. §. 25. nr. 694—706.

Sectio XIII. Species inter Virgarias et Miliarias intermediae.
- a. Species brasilienses aliaeque Neesianae. §. 26. nr. 707—716.
- b. Species variarum regionum. §. 27. nr. 717—737.

Sectio XIV. Tricholaena. *Schrad.* Panicula capillaris, ramis gracilibus solitariis vel fasciculatis; pedicelli articulo phialiformi a spicula solubili terminati; glumae villosae, inferior minima aut in annulum villosum deliquescens, spiculae flores hermaphroditi et masculi demum distincti.
- a. Capenses. §. 28. nr. 738—741.
- b. Canarienses, Arabicae, Abyssinicae, Guineenses. §. 29. nr. 742—748.
- c. Indiae orientalis species. §. 30. nr. 749.
- d. Americanae. §. 31. nr. 750—751.

Sectio XV. Ichnanthus. *Beauv.* Flosculus hermaphroditus basi utrinque canaliculato-scrobiculatus vel auriculato-appendiculatus; spiculae plerumque magnae gluma inferior magna seu dimidia spicula longior. §. 32. nr. 752—767.

Sectio XVI. Isachne. *R. Br.* Panicula vel juba, rarissime racemi alterni; spiculae orbiculato-ovatae, rarissimae oblongae obtusae linea raro longiores saepe minores; flosculus inferior cum hermaphrodito ejusdem formae et substantiae saltim glumis firmior, superior saepe foemineus tantum brevipedicellatus:

a. Flosculo utroque glabro. §. 33. nr. 768—785.
b. Flosculo utroque pubescente. §. 34. nr. 786—795.
c. Flosculo utroque pubescente vel scabro. §. 35. nr. 796—803.

Sectio XVII. Trichachne. *Nees.* Racemi elongati simplices pauci vel plures paniculati; spiculae geminae vel ternae lanceolatae vel ovato-lanceolatae brevius pedicellatae; glumae inaequales, inferior minuta squamaeformis nuda, superior multo major acuminata villosa; valvulae flosculi hermaphroditi membranaceae (non cartilagineae sed flexiles).

* Racemis binis vel ternis. §. 36. nr. 804.
** Racemis pluribus. §. 37. nr. 805—811.

Sectio XVIII. Species quoad sectiones priores, quaedam omnino dubiae. §. 38. nr. 812—851.

Sectio I. Cabrera. *Trin.* Racemi simplicissimi digitati; axes pilis aureis ciliati; spiculae subsessiles regulariter biseriales ellipticae minimae vel parvae; gluma inferior pusilla vaga vel nulla. §. 1.

1. P. HOLOCHRYSUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 195.) Culmo filiformi stricto glabro ramoso (5—6-pollicari); vaginis compressiusculis ampliatis; ligula ciliari; foliis e basi latiore sensim lineari-lanceolatis (vix 1″ longis, 1—1½‴ latis) vaginisque hirsutissimis; racemis 2 subconjugatis vel 3—5 valde approximatis (subpollicaribus), axi spicula subangustiore; spiculis parvis oblongo obovatis acutiusculis hirsutis; gluma inferiore obsoleta vel nulla. Paspalum radiatum *Trin.* cat. dupl. Brasil.

2. P. CHRYSOSTACHYUM. *Trin.* (l. c.) Culmo basi ramoso foliosissimo, (pedali erecto?); vaginis confertissimis carinato-compressis glabris faucem versus tomentoso-pilosulis, ligula brevissima; foliis confertissimis carinato-compressis pungentibus hirsutis (2pollicaribus); racemis 7—10 subdigitato-approximatis (1½″ longis); axi inferne margineque setis aureis papillosis, spiculas superantibus obsito, subangustiore spiculis pusillis obovatis obtusis glabris; gluma inferiore minuta truncata, superiore 5-nervi; flosculo neutro 2—3-nervi. Paspalum chrysostachyum *Nees* Agr. br. 81. *Trin.* Icon. IX. t. 109. ♃ Brasil.

3. P. AUREUM. *Trin.* (l. c.) Culmo saepe ramoso folioso (1½—3-pedali); vaginis carinato-compressis glabris superne ciliatis; ligula brevissima; foliis compresso-linearibus acuminato-attenuatis firmis (6—8″ longis) glabris basi ciliatis; racemis 2—8 subdigitato-approximatis (2—4-pollicaribus); axi spicula sublatiore margine et ad spicularum exortum setis rigidis aureis vestito; spiculis minimis obovatis obtusiusculis glabris vel hirsutis; gluma inferiore pusilla glabra. Paspalum pulchrum *Nees.* Paspalum aureum. *Trin.* Icon. IX. t. 97. Paspalum ramosissimum *Nees. Kunth.* Gram. t. 164. ♃ Brasil.

4. P. IMMERSUM. *Trin.* (l. c. 197.) Culmo simplici vel e basi ramoso; vaginis carinato-compressis glabris; ligula brevissima; foliis lineari-lanceolatis subacuminatis flaccidis glabris vel ciliolatis (6—10″ longis, 4—6‴ latis); racemis 2—5—12 subdigitato approximatis (1—2″ longis et ultra); axi setis rigidis aureis cincto latiore spiculis pusillis ovato-ellipticis obtusiusculis glabris; gluma inferiore nulla, superiore et flosculo neutro dissitissime binerviis. Paspalum immersum. *Nees.* ⊙ Brasil.

5. P. CHRYSODACTYLON. *Trin.* (l. c.) Culmo simplici, vaginis hirsutis vel glabris, ligula brevissima ciliata; foliis linearibus vel lanceolato-linearibus planis vel involutis hirsutis vel glabris, acuminatis rigidiusculis; axi sub spiculis margineque aureo-papilloso-setoso latitudine aequante vel angustiore spiculis parvis obovato-ellipticis seriatim hirtis; gluma inferiore pusilla vaga; superiore 5-nervi. Paspalus canescens. *Nees.* ♃ Brasil.

6. P. CHRYSOBLEPHARE. (*Lagasc* N. gen. et spec. p. 5 sub: Cabrera.) Vaginis apice tuberculato-hispidis; foliis planis (2½″ longis, 2‴ latis) sulcatis utrinque tuberculato-setoso-hispidis; racemis pluribus fastigiatis; rhachi communi villosa; axi 3-quetro sub spiculis margineque setis (viridi-sulphureis) papilloso hispidis; spiculis biseriatis angustiore; glumis ovatis subpubescentibus. Paspalum exasperatum. *Nees.* Fl. bras. II. 81. ♃ Brasil.

7. P. CHRYSITES. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici (raro spicarum lateralium fasciculo aucto) glabro tereti (pedali et ultra) vaginis margine ciliatis; foliis angustis lineari-lanceolatis longe acuminatis nervosis glabris laevibus basi quandoque pilis paucis munitis; ligula margo brevissimus ciliatus; racemis pluribus (4—8) fasciculatis (2—2½-pollicaribus); rhachi triquetra; spiculis alternatim biseriatis pilis aureis ipsas 2—3-plo superantibus simplicibus laevissimis cinctis, minimis (vix ½‴ longis) ovalibus obtusis glabris. *Leprieur* legit in Guiana.

Sect. II. Digitaria. *Haller.* Racemi simplices subdigitato- vel jubato-approximati; spiculae subsessiles vel pedicellatae plerumque irregulariter (rarissime seriatim) dispositae plus minus lanceolatae; gluma inferior pusilla, obsoleta quandoque nulla. §. 2.

8. P. PLATYCARPUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. p. 198.) Culmo ramosissimo erecto (dodrantali); ramis confertis inferne foliosissimis; vaginis teretiusculis carinatis; ligula brevi membranacea lacera; foliis lanceolato-linearibus firmis subpungenti-acuminatis (1—2″ longis, 1½‴ latis) vaginisque glabris vel tenui-puberulis; racemis 2—3-digitatis arcte (biseriatim) floriferis, axi latiore spiculis (ultra linealibus) solitariis lanceolato-ellipticis acutis pubescenti-villosulis; gluma inferiore nulla, superiore minima, quasi in fimbrias soluta. Ins. Bonin.

9. P. GAUDICHAUDII. *Kunth.* (Gram. t. 106.) Culmo erecto simplici (2-pedali et altiore); vaginis teretibus glabris; ligula membranacea brevi; foliis linearibus glaberrimis; racemis 7—16 fasciculato-jubatis (biseriatim) arcte floriferis; spiculis subsessilibus lineari-ellipticis obtusiusculis glabris subultra linealibus; gluma inferiore nulla, superiore pusilla ovato-lanceolata acuta. Digitaria stricta. *Gaudich.* Ins. Marian.

10. P. DENUDATUM. *Kunth.* (Gram. I. 32.) Culmo (1—2-pedali) decumbente? vaginis compressis fauce villosulis; foliis (subpedalibus, 1—3‴ latis) sublinearibus flaccidis pilis raris adspersis; racemis 4—12 fasciculato-jubatis arcte floriferis; spiculis geminis minimis ovalibus glabris; gluma inferiore nulla superiore pusilla; flosculo neutro 7-nervi (*Trin.* 3-nervi *Link*); paleis acutis atropurpureis. —

11. P. SCHRADERI. *Kunth.* (l. c.) Culmo decumbenti-obliquo (sub-2-pedali); vaginis compressis carinatis hirsutis; foliis sublanceolato-linearibus scabriusculis (*Trin.* glabriusculis *Kunth*); racemis pluribus digitatis et fastigiatis vel jubato-fasciculatis arcte floriferis; spiculis geminis parvis lanceolato-oblongis glabris; gluma interiore nulla, superiore pusilla, paleis acutis virentibus. ⊙ —

12. P. PRURIENS. *Trin.* (Icon. VIII. t. 92.) Prostratum ramosum, culmo adscendente (2—3-pedali); foliis lanceolato-linearibus asperrimis, hirsutis pubescentibus vel glabriusculis; racemis 3—7 digitatis vel jubato-fasciculatis laxe floriferis, 3—4-pollicaribus tenuibus; spiculis geminis subultra linealibus lineari-lanceolatis ad latera et nervos (plerumque) pubescentibus, gluma interiore pusilla vel obsoleta, superiore minima glabra vel ad nervos (3) pubescente. Ins. Societatis.

13. P. CORYMBOSUM. *Roxb.* (Fl. Ind. II. 295.) Culmis repentibus natantibus apice emersis ramosis 2—3-

pedalibus; foliis linearibus pilis rigidis albis hirtis; vaginis setosis; racemis pluribus (15) jubato-fasciculatis corymbosis arcte floriferis; spiculis geminis sublinealibus lineari-oblongis acutis ad latera villosulo-pubescentibus; gluma inferiore nulla, superiore minima. Paspalum corymbosum. *Kunth.* En. I. 48. ♃ Ind or.

14. P. DILATATUM. (*Steud.*) Culmo basi repente ramoso vaginisque glabris ore pilosis; foliis lanceolato-linearibus margine undulatis glabris vel sparsim pilosis; racemis pluribus verticillato-corymbosis elongatis ad insertiones hirsutis; spiculis approximatis geminis, altera subsessili, altera brevi pedicellata, pedicellis imberbibus rhachique latiuscula margine serrulato-scabris; gluma inferiore obsoleta, superiore lanceolata 3-nervia flosculo lanceolato acuto 7-nervio triplo breviore, utroque margine pubescente. P. extensum *Nees* in *Wight* hrbr. nr. 1045 et 1047. ⊙ Courtallum.

Prope accedit ad P. pruriens, differt: rhachibus partialibus basi valde hirsutis, pedicello longiore vix dimidiam spiculam aequante, vaginis glabris ore tantum pilis longis consperso; simili ratione a P. horizontali et aegyptiaco differt. P. Pseudosetaria differt: pilis spicularum paria ad basin cingentibus dimidiam earum longitudinem attingentibus; a P. corymboso *Roxb.* vaginis glabris recedit. Caeterum Digitarias nisi cunctas in unam velis conjungere ante omnia summa cura distinguas necesse est, quo effectu denique quod optimum factu sit cognosces. *Nees.* mpt. Hinc etiam qui cum *Trinio* sequentes species jungere velit vix errabit: culmus enim nunc radicans, nunc erectus, foliorum vaginarumque pilositans inconstans, spicularum pubescentia per gradus varios transit in ciliarem; gluma inferior non raro penitus desideratur, interdum in uno eodemque racemo nunc manifesta nunc obsoleta, non minus longitudo glumae superioris inconstans. *Trin.* Act. Petr. l. c. 203.

15. P. SANGUINALE. *Lin.* Culmo basi repente, nodis pilosis; foliis inferioribus subpilosis, vaginis hirsutis, superiore subpilosa, folio scabro; racemis pluribus alternis patulis; rhachi scabra; pedicellis longiusculis bifloris; spiculis ovato-lanceolatis; gluma inferiore minima, superiore flosculis duplo breviore apice subpilosa; gluma neutra oblonga acuta subseptemnervia purpurascente, margine sublanata. *Torr.* Fl. N.York. II. t. 1. 146. *Fl. d.* t. 388. *Schreb.* Gram. I. t. 16. *Host.* Gram. II. t. 17. P. Ornithopus. *Poir.* Digitaria sanguinalis. *Beauv.* Agr. t. 10. f. 12. ⊙ Europ. Afr. Amer.

16. P. UMBRATICOLA. *Kunth.* (En. I. 83.) Caule diffuso debili (2-pedali); vaginis mediis hirsutissimis, inferioribus (et partim superioribus) glabris; foliis pilis longis adpressis, basi undulatis; racemis pluribus alternis (4—5″ longis), patentibus; gluma exteriore minima, interiore flosculis duplo minore superne pilosa; valvula neutra lanceolata 5-nervia margine sublanato purpurascente; valvulis fertilibus lanceolatis acutis subpurpurascentibus. Digitaria sanguinalis var. *Trin.* Digitaria umbrosa. *Link.* En. Hort. I. 227. ⊙ Brasil.

17. P. PSEUDOSETARIA. (*Steud.*) Culmo erecto filiformi (2-pedali et ultra) vaginisque glabris his ore pilosis; foliis linearibus elongatis striatis sparsim longe pilosis; ligula brevi inciso-ciliata; spicis subfasciculato-paniculatis longissimis (4—6-pollicaribus) setaceis strictis basi barbatis; rhachi universali sulcato-angulosa ad spicularum ortum adpresso-pilosa, partialibus subtriquetris margine serrulatis; spiculis ovalibus margine pubescentibus, basi setarum fasciculo extrorsum semiinvolucratis; gluma exteriore minima ovata obtusissima. Digitaria stricta *Roth.* N. pl. sp. 38. Setaria stricta *Kunth.* Ind. or.

18. P. AEGYPTIACUM. *Retz.* (Obscr. 3. 8.) Culmo prope a basi erecto; foliis inferioribus sparsim vaginisque pilosis; vagina superiore glabra, folio scabro; racemis pluribus alternis patentibus; rhachi laeviuscula, pedicellis longiusculis bifloris; spiculis ovato-lanceolatis; gluma inferiore minuta, superiore flosculis 3—4-plo breviore, gluma neutra oblonga 5-nervia virente glabra margine scabra. P. filiforme *Jacq.* obs. III. t. 70. ⊙ Eur. As. Afr. Am.

19. P. CRUCIATUM. *Nees.* (mpt.) Culmo juxta basin repente mox erecto ramoso; foliis vaginisque glabris, infimis sparsim pilosulis; racemis 2—pluribus subalternis, inferioribus patentissimis, rhachi flexuosa margine serrulata; spiculis imbricatis geminis glabris, altera longiuscule pedicellata; gluma inferiore minutissima squamiformi enervia, superiore ovali obtusa trinervia flosculo subtiliter striatulo duplo breviore et nonnihil angustiore; flosculo neutro 7—9-nervio. Variat: statura minore, foliis culmisque angustis ex toto fere glabris racemulis 2—3nis; et: statura majore, foliis latioribus, inferioribus supra pilosis, spicis 8—9, infimis suboppositis. *Royle* hrbr. nr. 28. 29. ⊙ Nepal.

20. P. CILIARE. *Retz.* (l. c. 4. 16.) Culmo basi ramoso radicante; vaginis ad oras pilosis vel omnino glabris; foliis lanceolatis acutis; racemis 4—7 digitatis vel alternatim subverticillatis; rhachi glabra margine scabra; pedicellis robustulis breviusculis; spiculis ovato-lanceolatis; gluma inferiore minima vel nulla, superiore flosculo duplo breviore cum gluma flosculi neutrius 5-nervia margine patenti vel adpresse ciliata. ⊙ *Trin.* ic. XII. t. 144. P. sanguinale var. Syntherisma ciliare. *Schrad.* Fl. ger. I. t. 3. f. 7. Europ. As. Afr.

21. P. ERIOGONUM. *Schrad.* (Pl. H. Goett. fasc. 1.) Caule basi repente, nodis barbatis, foliis pilosis; vagina inferne nudiuscula; racemis alternis pluribus; gluma exteriore minima, interiore flosculo duplo minore; valvula neutra oblonga acuta 7-nervia purpurascente margine lanata; valvulis fertilibus acutis subpurpurascentibus. Digitaria eriogona. *Link.* H. Ber. I. 227. ⊙ — —

22. P. FIMBRIATUM. *Kunth.* (Gram. I. 133.) Caule basi repente, geniculis subbarbatis; vaginis inferioribus pilosis, superioribus saepe glabris; foliis laeviusculis basi sparsim pilosis; racemis alternis 5—7 patentibus; gluma exteriore minima, interiore flosculo duplo minore superne pilosa; valvula neutra lanceolata 5-nervia acuta ciliato-fimbriata. Digitaria fimbriata. *Link.* l. c. Paspalum distans. *Nees.* Agr. bras. 21. *Trin.* Ic. VIII. t. 94. sec. *Trin.* Brasil. Mexic. Californ.

23. P. MICROBACHNE. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 297.) Culmo erecto basi ramoso compresso nodisque glabris, foliis linearibus margine cartilagineis undulatis vaginisque scabris; racemis verticillatis corymbosis, rhachi triquetra scabra ciliata; spicis binis inaequaliter pedicellatis oblongo-lanceolatis; gluma inferiore minutissima superiore lineari trinervia 4plo minore; valvula floris neutrius 5-nervia ciliata. Am. austr.?

24. P. NEESII. *Kunth.* (Gram. I. 55.) Caule basi procumbente ramoso adscendente (pedali) glabro; vaginis basi subpilosis; foliis lineari-lanceolatis acutis planis scabris glabris vel pilosulis (1—2″ longis, $1\frac{1}{2}$—2‴ latis) glaucescentibus; racemis sub quaternis erectis (2—$2\frac{1}{2}$″ longis); spiculis oblongo-lanceolatis margine pubescentibus; gluma inferiore minima ovata obtusa, superiore quam flosculus $\frac{1}{4}$ breviore lanceolata acuminata, acumine membranaceo bifido. P. glaucescens. *Nees* Agr. bras. 100. ⊙ Brasil.

25. P. VILLIFERUM. *Nees.* (Linn. XIX. 687.) Culmo erecto apice nudo; foliis brevibus, vaginis nodisque molliter villosis, folio supremo brevissimo, vaginis infimis lanatis; spicis subverticillato-paniculatis elongatis laxis; spiculis oblongis patulo-pubescentibus; gluma inferiore exigua superiore flosculos aequante valvulaque neutra 5-nerviis. Mexico.

26. P. HORIZONTALE. *Meyer.* (Fl. Esseq. p. 34.) Culmo basi radicante adscendente elatiore (2—3-pedali); vaginis patenti villosissimis; foliis lanceolatis (3—6″ longis, 4—6‴ latis) planis margine villosis; racemis plurimis verticillato-paniculatis patentibus vel horizontalibus; gluma exteriore minutissima, inferiore flosculum dimidio aequante, valvula neutra 5-nervia. P. fenestratum. *Hochst.* hrbr. un.

it. Abyss. nr. 86. *Rich.* Fl. Abyss. II. 361. Am. austr. Ins. Maurit. Abyssin.

27. P. FENESTRATUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 85.) Culmo erecto a basi ramoso (1½—2-pedali) superne piloso; foliis lanceolatis acutis pilosis, margine undulatis; ligula membranacea; vaginis pilosis; spicis 8—12 approximatis alternis aut suboppositis; rhachi triquetra alata, alis denticulato-scabris pilis quibusdam raris longis conspersa; spiculis geminis maxime variis, nunc omnibus glabriusculis nunc una glabriuscula altera dense ciliato-lanata, nunc omnibus ciliato-lanatis; gluma exteriore vix conspicua, interiore dimidiam flosculi longitudinem aequante lanceolata ciliata flosculi neutrius valvula 5-nervia; flore hermaphrodito oblongo acuto tenuissime striato. *Rich.* Tent. Fl. Abys. II. 361. Vix a praecedente diversa.

28. P. ABYSSINICUM. *Hochst.* (l. c. nr. 82.) Culmo basi ramoso (plerumque prostrato radicante adscendente 2—3-pedali et ultra); vaginis foliisque lanceolatis, margine serrulato-scabris papilloso-pilosis, pilis ad nodos recurvis; racemis plurimis paniculatis, erecto-patentibus vel horizontalibus; spiculis glabris in rhachi triquetra alata binis (quandoque ternis, raro solitariis) inaequaliter (altera duplo longius) pedicellatis subacutis; gluma inferiore minima enervia glaberrima, superiore quam flosculus ⅓ breviore 3-nervia; valvula neutra 5-nervia. *Rich.* l. c. Abyssinia.

29. P. ZEYHERI. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 25.) Culmo basi repente adscendente; vaginis patenti-pilosis; foliis lanceolatis margine cartilagineis undatis crenatis pilosis; racemis pluribus (9—12) alternis approximatis subfastigiatis erectis, inferiore subremota; rhachi undulata margine scabra; spiculis geminis approximatis adpressis oblongis; gluma inferiore obsoleta ad squamulam cum pedicello confluentem redacta, superiore quam flosculus dimidio breviore lanceolata 3-nervia seriatim subsericate valvulaque neutra 7-nervia margine lanuginosis. P. horizontale *Meyer* var? *Nees.* Afr. austr.

30. P. COMMUTATUM. *Nees.* (l. c.) Culmo basi radicante ramoso; vaginis ore barbatis foliisque glabris vel parce pilosis angustis; racemis 3—7 subdigitatis erectis; rhachi scabra; spiculis subimbricatis geminatis; gluma inferiore minutissima subrotunda vel truncata enervia, superiore lanceolata flosculo paulo breviore et duplo fere angustiore trinervia quadrifariam dense lanata; valvula neutra 5-nervia, nervis 3 distantibus interstitiis nervorum lateralium dense villosis. Digitaria eriantha. *Steud* Fl. 1829. 468. Digitaria commutata *Schult.* Mant. II. 262. P. Rottleri *Kunth.* Gram. I. 82? Pr. b. sp.

31. P. DIDACTYLUM. *Kunth.* (Enum. I. 84.) Foliis vaginisque glabris; racemis geminatis vel ternis erectis; calycibus lanceolatis pubescentibus. Digitaria didactyla *Willd.* En. p. 91. P. commutatum var. γ. *Nees.* l. c. P. bicorne *Kunth?* sec. *Hassk.* Pl. jav. rar. pag. 12. Ins. Borbon.

32. P. NORFOLKIANUM. *Endlich.* (Prodr. Fl. Norf. 18.) Culmo procumbente ramoso; vaginis laevibus glabris; foliis basi piloso ciliatis; racemis subquaternis approximatis erectis; spiculis geminis approximatis inaequaliter pedicellatis lanceolatis glabris; gluma inferiore exigua ovato-subrotunda subuninervia, superiore flosculis 3-plo breviore ovato-lanceolata membranacea marginata 3-nervia, flosculo neutro 5-nervio. Ins. Norfolk.

33. P. PARLATOREI. (*Steud.*) Culmo adscendente (subpedali) glabro striato, baseos nodo pilis densis lanato, vaginis villis brevibus; foliis linearibus acuminatis canaliculatis subtus subvillosis; spicis 4—6 subterminalibus alternis gracilibus erectis (2—3-pollicaribus); spiculis ovoideis subgeminis altera subsessili altera pedicellata; gluma inferiore minima vel subnulla, superiore oblonga obtusa villosa, nervis 3 purpurascentibus; valvula neutra praecedente parum majore utrinque ad marginem tomentoso-lanata valvulis hermaphroditi 3-nerviis acutiusculis glabris. Digitaria nodosa. *Parlat.* Pl. nov. 39. Ins. Canar.

34. P. TERNATUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 86.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis gracilibus (1—1½-pedalibus); vaginis teretibus glabris vel ore pilosis; foliis lineari-lanceolatis (2—3-pollicaribus) flaccidis glabris; racemis 3—5-patentibus subalternis; rhachi (unilateraliter) membranula pellucida marginata; gluma nulla vel vix pilorum fasciculo notata, superiore quam flosculos ⅓ breviore, valvula neutra 5-nervia, nervis 3 dorsalibus contiguis, interstitiis valvularum omnium pube cinerea incumbente vestitis, margine earundem ciliolato. Cynodon ternatus. *Rich.* Fl. Abyss. II. 405. Abyssinia.

35. P. MUTICUM. *Forsk.* (Fl. Aeg. arab. 20.) Culmo basi repente adscendente tenui ramoso (pedali et ultra); vaginis teretibus glabris; foliis lineari-lanceolatis glaucescentibus (1—2″ longis, 1—2‴ latis); racemis alternis subdistantibus 4—6; spiculis binis inaequaliter altera brevissime altera longitudine spicularum pedicellatis glabris; gluma exteriore minima obtusissima, interiore flosculos aequante; valvula neutra 7-nervia purpurascente glabra. Hrbr. un. it. nr. 95. Aegypt. Arab. Abyssin.

36. P. ARGYROGRAPTUM. *Nees.* (Fl. Afr. 27.) Culmo repente ramoso, vaginis foliisque linearibus glabris acuminatis; racemis subternis alternis approximatis erectis; rhachi scabra, pedicellis longis geminatis 2—3-floris; spiculis lanceolatis; gluma inferiore minutissima truncata, superiore breviore quam flosculus 3-nervi dorso et margine lana argentea incumbente vestita, neutrius valvula 5-nervi, nervis 3 dorsalibus subcontiguis pilis interstitiorum sequentium glumaeque superioris appressis sericeo-argenteis. P. commutati *Nees* var? ♃? Afr. austr.

37. P. DIVERSINERVE. *Nees.* (l. c. 23.) Culmo procumbente ramoso, ramis erectis gracilibus (semipedalibus); racemis geminis vel ternis digitatis alternisve patulis; rhachi flexuosa angusta scabra; pedicellis geminis inaequalibus; spiculis oblongo ovalibus acutis glabris; glumis ovatis, inferiore flosculis fertilibus 4-plo breviore obtusa uninervi, superiore eidem duplo breviore acuta subtrinervi; valvula neutra valide 9-nervi, flosculo hermaphrodito confertim punctato-striato. ♃? Afr. austr.

38. P. ARGYROSTACHYUM. *Steud.* Radice subrepente fibrosa; culmo basi geniculato adscendente (1—3-pedali) compressiusculo striato glabro, nodis fuscis; vaginis striatis glabris internodio brevioribus; ligula membranacea obtusa subaurita; foliis lineari-lanceolatis acutis (2—4″ longis, 1—1½‴ latis); racemis 4—5 tenuibus elongatis (5—7-pollicaribus) erectis tenuibus flaccidulis; rhachi plana (fere uti in Paspalis angustiore) spiculis imbricatis solitariis sessilibus vel binatis quin ternatis in pedicello diviso (racemulos arctissime rhachi adpressos formantibus); glumis inaequalibus brevioribus valvula neutra cum hac adpresse argenteo pilosis; flosculo hermaphrodito fuscescente nitido. Digitaria nr. 260. *Zollinger* hrbr. Praecedenti forsan nimis affine. Java.

39. P. PHAEOCARPUM. *Nees.* (l. c. 22.) Culmo vaginis foliisque glabris his circa ligulam ovatam obtusam barbatis (saepe sanguineis); racemis geminatis ternisve subdigitatis erectis; rhachi rectiuscula scabra; pedicellis geminatis longiusculis inaequalibus; spiculis oblongis obtusis; gluma inferiore obsolete truncata, superiore flosculum subaequante valvulaque neutra 5—7-nerviis subtilissime attrito-sericeis albidis; flosculo fusco subtilissime striato. ⊙ Afr. austr. Am. sptr.

40. P. DIAGONALE. *Nees.* (l. c. 23.) Culmo erecto simplici (2—3-pedali) basi bulboso incrassato; nodis barbatis; vaginis foliisque linearibus (9—12″ longis, 3‴ latis) glabris; ligula brevi transversa obliqua; racemis multis alternis aut subverticillatis elongatis, inferioribus saepe ramosis, ramulis brevissimis 2—6-floris secundis pedicellisque

rhachique hirsutis, pilis spiculas ovales glabras aequantibus vel superantibus; gluma inferiore suppressa, superiore flosculis 4-plo breviore ovata uninervia bidentula valvaque neutra 3-nervia membranaceis; flosculo fertili subtiliter striato, demum castaneo. P. densiglume. *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 97. *Rich.* Tent. Fl. Abyss. II. 370. ♃ Afr. austr. Abyssin.

A P. diagonali *Nees.* diversum videtur Autoribus cit. sed nullam detegere possum notam distinctivam; caeterum species nr. 40 et 41 ob racemos distantes etiam ad Sectionem Virgariam amandari possunt.

41. P. PSEUDO-DURVA. *Nees.* (l. c. 21.) Culmo erecto ad basin repente, geniculis barbatis; foliis lanceolatis brevibus vaginisque glabris; racemis 2—4 digitatis erectis; spiculis solitariis imbricatis; gluma inferiore brevissima retusa amplectente demum evanida, superiore valvulaque neutra aequalibus flosculum acutum brevissimum aequantibus ovalibus latere attrito-sericeis 5—7-nerviis. P. lineare *Roxb.* Fl. ind. et *Schult.* Mant. II. 284. Afr. austr. Ind. or. China.

An planta indica omnino eadem cum africana? cfr. P. parvulum. *Trin.* nost. nr. 53.

42. P. MINUTIFLORUM. *Hochst.* (Hrbr. un. nr. 799.) Culmo erecto simplici vel a basi non incrassata ramoso (2—3-pedali); nodis barbatis; ligula membranacea brevi truncata; vaginis teretibus ore pilosis caeterum cum foliis lineari-lanceolatis (6—8″ longis, 2—3‴ latis) glabris; racemis numerosis paniculatis subverticillatis inaequalibus tenuibus erectis; inferioribus saepe ramulosis, ramulis brevissimis 2—6-floris; spiculis minutis (vix $^1/_3$—$^1/_2$‴ longis), pilis flosculos superantibus involucratis; gluma inferiore vix conspicua vel suppressa; valvula neutra 3-nervia; flosculo fertili subtiliter striato, demum castaneo. *Rich.* Fl. Abyss. II. 362. ⊙? Abyssin.

43. P. GLUMAEPATULUM. *Steud.* Culmo basi decumbente radicante, adscendente debili (6—9-pollicari) cum nodis vaginisque glabris; foliis subdistichis rigidiusculis (quandoque tenuissime pubescentibus) lineari-lanceolatis (sub 1″ longis, 1‴ latis); racemis digitatis erecto patentibus; spiculis solitariis imbricatis sessilibus; glumis parvis spiculae tertiam partem non aequantibus, parum inaequalibus, post spiculae delapsum patenti persistentibus; valvula neutra hermaphroditum aequante margine tenue pubescente cum valvula exteriore omnino enervia. Hrbr. *Cuming.* nr. 550. Ins. Philip.

44. P. STENOTAPHRODES. *Nees.* (mpt.) Culmo adscendente foliisque planis glabris; spicis 3—4 subdigitatis strictis arcte contiguis; rhachi latissima extrorsum carinata biseriatim foveolata; spiculis sessilibus solitariis rhachi adpressis ovato-oblongis; glumis minimis, superiore (rhachi adversa) paulo majore; valvula neutra plana 5-costata glabra. Ins. Choin legit *Cuming.*

45. P. WALLICHIANUM. *Wight. Arn.* (ex *Nees* mpt.) Culmo ramoso basi repente gracili glabro; vaginis latere foliisque supra villosis, his margine undulatis subtus glaucis; racemis pluribus alternis vel verticillatis; rhachi sparsim villosa; pediceliis bifloris laxiusculis; gluma inferiore obsoleta truncata vel oblique unidentata, superiore oblonga flosculos aequante 3-nervia margine subvillosa; valvula neutra 7-nervia ambitu villosula, interstitiis albido-subsericeis. Penins. Ind. or.

46. P. SEROTINUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 203.) Culmo decumbente subdiviso adscendente (1—$1^1/_2$-pedali), nodis pilosis; vaginis laxis foliisque lanceolato-linearibus hirsutis (vel glabris); racemis 3—5 subdigitato-fasciculatis sublaxifloris; spiculis geminis parvis obovato-ellipticis acutis ad nervos pubescentibus (albido-pallidis); gluma inferiore pusilla, superiore flosculis dimidio breviore. Digitaria serotina. *Michx.* Fl. Am. I. 154. Paspalum serotinum. *Flügg.* Carolina.

47. P. GLABRUM. *Gaud.* (Agr. I. 22.) Decumbens subadscendens; culmis (vix pede longioribus) foliisque lanceolato-linearibus (vix unquam ultra pollicaribus) et vaginis glabris; racemis 2—6 subdigitatis laxiuscule floriferis; spiculis geminis linealibus elliptico oblongis acutiusculis pubescentibus; gluma inferiore pusilla vel obsoleta, superiore flosculos subaequante. *Trin.* Ic. XIII. t. 149. Digitaria humifusa. *Pers.* Syn. I. 83. Syntherisma glabrum. *Schrad.* Germ. t. 3. f. 6. ⊙ Europ. Asia. Am. sptr.

48. P. PUBERULUM. *Kunth.* (Gram. I. 32.) Culmo humili, (vix pedali); foliis pilosis; racemis 3 alternis filiformibus divaricatis; spiculis parvis; gluma exteriore vix ulla, interiore parva; valvula neutra oblonga obtusa pube crispula, flosculo fertili aequali; valvulis fertilibus acutiusculis purpurascentibus. ⊙ —

49. P. FILIFORME. *Lin.* Culmo simplici vel rarius inferne ramoso adscendente (1—3-pedali); vaginis inferioribus hirsutis; foliis linearibus versus basin sparsim pilosis; racemis 2—8 approximato-alternis vel subfasciculato-jubatis laxiuscule floriferis; spiculis geminis parvis oblongis acutis glabris vel pilosiusculis; gluma inferiore nulla, superiore flosculis paulo breviore. *Trin.* Ic. t. 148. *Torr.* Fl. N. York. II. t. 147. Digitaria filiformis. *Beauv.* Paspalus filiformis. *Flügg.* Am. sptr. Brasil.

A Panico filiformi *Lin.* distinguitur Paspalus (filiformis) chinensis *Nees.* mpt.: Culmo erecto vaginisque glabris; foliis angustis supra velutino-scabris; racemis 4—5 alternatim approximatis fastigiatis; spiculis geminis ternisve ovali-lanceolatis imbricatis; rhachi plana spiculis paulo latiore; gluma valvulaque neutra aequilongis pubescentibus 3—5-nerviis; flosculo neutro fusco subtilissime punctato. An utraque species ad Paspala revocanda? China.

50. P. BICORNE. *Sieber.* (Hrbr. Maurit. nr. 42 et? *Kunth.* En. I. 83.) Culmo erecto debili simplici filiformi; vaginis teretibus, inferioribus (uti folia) pubescentibus; foliis rigidiusculis angustis lineari-lanceolatis acuminatis, sensim sursum minoribus (inferioribus subpollicaribus, summis vix 5—6‴ longis), glabris vel pubescentibus; racemis 2—3 subconjugatis; spiculis geminis, altera brevius pedicellata, lanceolatis acutis $^3/_4$ linealibus pubescentibus; gluma inferiore minima, superiore flosculis $^1/_3$ breviore; valvula neutra 5—7-nervia. P. subtile *Nees* in *Sieber* Agr. N. Holl. nr. 72. non differt: nisi racemis magis laxifloris. cfr. P. didactylon *Kunth.* Ins. Maurit. N. Holl. An huc ducendum: P. distachyum. *Lin.* Mant. 138? cujus diagnosis: culmis subramosis angustis pedalibus; foliis gramineis brevibus margine scabris; spicis binis terminalibus subaequalibus laevibus secundis; floribus gemino ordine longitudinali ad rhachin sessilibus muticis ovatis laevibus; antheris flavis, pistillis plumosis purpureis. Digitaria distachya. *Pers.* Ind. or.

51. P. DEBILE. *Desf.* (Fl. Atl. I. 59.) Culmo decumbente (bipedali) nodis subpilosis; foliis anguste linearibus glabris; racemis 4—5 jubato-fasciculatis laxifloris; spiculis geminis linearibus elliptico-lanceolatis acuminatis subobsolete pubescentibus; gluma inferiore pusilla, superiore flosculo neutro subcaudato-acuminato parum breviore, hermaphroditum aequante. Paspalum debile *Poir.* Numidia. Ital. infer.

52. P. CONJUGATUM. *Roxb.* (Fl. ind. p. 291.) Subrepens, tenue molle villosum; spicis binis conjugatis secundis; floribus solitariis sessilibus muticis; glumis 3-nerviis; corolla valvula accessoria neutra instructa. Coromandel.

53. P. PARVULUM. *Trin.* (Act. Petr. l. c. 205.) Culmo prostrato pertenui, ramis spithamaeis; foliis lanceolato-linearibus disticho-patentibus brevissimis (5—6″ longis, 1‴ latis), glabris vel sparsim pilosis; racemis 2 conjugatis arctiuscule floriferis; spiculis solitariis (2—3 *Flüg.*) subminimis lanceolato-ellipticis acutiusculis pubescenti-villosulis; gluma inferiore nulla, superiore flosculos aequante. P. Pseudodurva β. *Nees* mpt. Paspalum brevifolium. *Flügg.* Paspalum longiflorum. *Presl.* Rel. Haenk. I. 208? sec. *Trin.* Ind. or.

54. P. OXYANTHUM. *Steud.* Culmo repente ramoso

radicante; ramis adscendentibus humilibus (vix 3—5″ longis) undique tectis vaginis foliorum tumidulis striatis glabris ad oram pilosis margine hinc inde ciliatis; foliis subdistichis lineari-lanceolatis acutis firmulis tenue pubescentibus subtus sparsim pilosis (1″ et ultra longis, vix $^1/_2$—1‴ latis); spicis 8—10, inferioribus alternis; rhachi pilosa; spiculis subalternis lanceolatis acutis; gluma inferiore minutissima vel nulla; superiore et valvula neutra acuminatis trinerviis hermaphroditum superantibus. *Poiteau* legit 1802 in ins. St. Domingo.

55. P. ARISTULATUM. *Steud.* Culmo decumbente ramosissimo ad genicula radicante cum vaginis foliisque piloso; foliis lanceolatis brevibus ($^1/_2$—1″ longis, 1—2‴ latis); racemis digitatis 3—5nis ($1^1/_2$-pollicaribus); spiculis solitariis vel geminis pedicellatis altera sessili; gluma inferiore minima vel nulla, superiore 3-nervia, margine ciliata apice in aristulam brevem acuminata, (aristula 2 lineas longa). Forsan novi generis, sed habitus omnino Digitariae. *Leprieux* legit in Senegalia.

56. P. CONNIVENS. *Trin.* (l. c. 206.) Decumbens totum glabrum; culmo ramoso; vaginis laxis (hirsutis); foliis lanceolato-linearibus abbreviatis patentibus firmulis (pollice brevioribus, lineam latis); racemis 2—3 digitatis laxiuscule floriferis; spiculis geminis ultra linealibus lanceolato-ellipticis acutis; gluma inferiore nulla, superiore flosculos aequante flosculoque neutro 7-nerviis; hermaphrodito pallido acuto. Brasil.

57. P. CUYABENSE. *Trin.* (l. c.) Decumbens repens, culmo adscendente (3-pedali); nodis barbulatis; vaginis inferioribus hirsutis; foliis linearibus scabris; racemis pluribus (sub-10) subfasciculato-jubatis laxiuscule floriferis; spiculis geminis linealibus elliptico-lanceolatis acutis margine puberulis; gluma inferiore nulla, superiore flosculos aequante. Brasil.

58. P. SURINAMENSE. *Hochst.* (Hrbr. *Dr. Hostmann* nr. 1283.) Erectum; culmo firmo valido elato (abscisso 3-pedali); vaginis longissimis basi cum nodis dense molliterque sursum ad vaginas tantum pilosis; foliis linearibus compressis (1′ longis in statu explanato 4—5‴ latis) glabris carina scabriusculis; racemis elongatis (6—9″ longis) strictis fasciculatis (6—8); spiculis solitariis $1^1/_2$-linealibus subsessilibus alternis subimbricatis lanceolatis glabris; gluma inferiore vix ulla (nisi apex explanatus pedicelli brevissimi), superiore 3-nervia flosculum aequante. Surinam.

59. P. VIOLASCENS. *Kunth.* (Gram. I. 33.) Decumbens, culmo subramoso ($1^1/_2$—2-pedali); vaginis glabris vel superne pilosis; foliis linearibus (5-pollicaribus) glabris; racemis 8—13 (raro paucioribus) subfasciculato-jubatis tenuibus laxiuscule floriferis; spiculis parvis geminis lanceolato-ellipticis acutis ad nervos villosulis violaceis; gluma inferiore nulla, superiore flosculos aequante, valvula neutra 7-nervia. Paspalum fuscum. *Presl.* Digitaria violascens. *Link.* ⊙ Brasil.

60. P. MOLLISSIMUM. *Kunth.* (l. c.) Caule decumbente diffuso; foliis linearibus angustis elongatis (1—$1^1/_2$‴ latis, usque 1′ longis); vaginis dense mollissime patenti vel reflexo-pilosis racemis 3—9 filiformibus alternis simplicibus rarius compositis laxe floriferis; spiculis geminis linealibus ovato-ellipticis villosulis; gluma inferiore nulla, superiore flosculos subaequante. Digitaria mollissima *Schrad.* in *Link.* H. Ber. I. 229. ⊙ Am. sptr.

61. P. AUSTRALE. *Spr.* Decumbens, caule adscendente ($1^1/_2$—2-pedali); foliis lanceolato-linearibus vaginisque glabris; racemis pluribus (10—18) subfasciculato-jubatis filiformibus laxiuscule floriferis; spiculis parvis geminis oblongis vel obovato-oblongis acutis margine puberulis; gluma inferiore pusilla, superiore flosculos aequante; flosculo hermaphrodito mucronato. P. striatum *R. Br. Prodr.* I. 192. N. Holl.

62. P. RAMULARE. *Trin.* (Diss. II. 244.) Racemis pluribus (10) laxe jubatis inferioribus compositis laxe floriferis; spiculis perparvis geminis oblongis acutis glabris; gluma inferiore pusilla, superiore flosculis $^1/_3$ breviore; flosculo hermaphrodito mucronato. N. Holl.

63. P. GIBBOSUM *R. Br.* (l. c.) Culmo erecto basi ramoso filiformi superne pubescente; foliis angusto-linearibus ($1^1/_2$—3″ longis, 1‴ latis) glabriusculis; vaginis pubescentibus; racemo solitario erecto arctiuscule florifero; spiculis parvis ternato-fasciculatis unilateralibus subimbricatis acutis intus ad basin gibbis; gluma inferiore nulla superiore floribus breviore sericea; flore hermaphrodito striatulo glabro, neutro unipaleaceo 3-nervio ad utramque marginem dense sericeo. *Kunth.* rev. Gram. t. 105. N. Holl.

64. P. GAYANUM. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 31.) Culmo sesquipedali simplici erecto; vaginis glabris vel hispidulis; ligula ciliari; foliis linearibus (2—3″ longis, $1^1/_2$‴ latis), inferne ciliatis; racemis 2 digitatis laxe floriferis; spiculis subternis linealibus sublanceolato-ovatis acutis villoso-comatis; gluma inferiore minima rotundata, superiore 3-nervi flosculos aequante, valvulaque neutra 3-nervi villosa; flosculo hermaphrodito scabro acuto. Senegambia.

65. P. DIAMESUM. *Steud.* Culmo basi ramoso decumbente adscendente (1—$1^1/_2$-pedali) sursum simplici; vaginis foliis nodisque sparsim e tuberculis longe pilosis; foliis lanceolatis (1″ longis, vix 1‴ latis) glaucescentibus; racemis subquaternis filiformibus digitatis; rhachi subflexuosa epila scabra; spiculis solitariis lanceolato-ovatis sese attingentibus; gluma superiore valide 3-nervia margine lanuginoso-pilosa. Species inter praecedentem et sequentem intermedia. *Leprieur* legit in Senegambia.

66. P. PORRANTHUM. *Steud.* Culmo basi radicante procumbente adscendente (2-pedali et ultra) cum nodis glabro; vaginis laxis foliisque plus minus pilosis, his lineari-lanceolatis altero latere cartilagineo-crenulatis (4—6″ longis, $1^1/_2$—2‴ latis); racemis filiformibus pluribus paniculato alternis patentibus (3—4-pollicaribus); rhachi tenuissima scabra hinc inde pilis longis obsita; spiculis solitariis pedunculatis vel rarius binis altera sessili altera pedunculata, interstitiis ipsas aequantibus, remotis lanceolatis pubescentibus. *Jardin* et *Leprieur* in Senegambia.

Species hujus sectionis quoad affinitatem inter se et cum praecedentibus minus notae.

67. P. BRACHYPHYLLUM. (*Steud.*) Culmo basi declinato radicante, tum adscendente (pedali et ultra); vaginis pilis bulbosis hirsutissimis; foliis (2″ et ultra longis, 3‴ latis) pilosis; racemis 3—4 elongatis alternis patentibus; spiculis purpurascentibus 2-linealibus; gluma exteriore minuta, interiore vix duplo minore quam flosculus superne pilosa; valvula neutra lanceolata 3-nervia acuta margine subpilosa. P. brevifolium. *Kunth.* Gram. I. 32. non *Lin.* Digitaria brevifolia. *Link.* Hort. 225. ⊙ Mexico.

68. P. STIPATUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 297.) Culmis adscendentibus glaberrimis (pedalibus et ultra); vaginis foliisque margine undulatis ($1^1/_2$″ longis, 2‴ latis) tuberculato-villosis; ligula elongata acutiuscula; racemis corymbosis subalternis erecto-patentibus; rhachi flexuosa triquetra scabra; spiculis triseriatis lanceolato-subulatis basi fasciculo pilorum stipatis; gluma inferiore minima, superiore lanceolata acuta ciliata dimidio breviore flore hermaphrodito; valvula neutra ovato-lanceolata acuta ciliata valvulam inferiorem hermaphroditi excedente. ⊙ Mexico. Ins. Luzon?

69. P. RADICOSUM. *Presl.* (l. c.) Culmo repente adscendente (pedali et ultra) semitereti nodisque glabris; vaginis infimis pubescentibus; foliis planis ($2^1/_2$″ longis, vix 2‴ latis) scabris margine undulatis; ligula truncata brevi membranacea; spicis subquaternis alternis corymbosis; rhachi partiali plana margine scabra latitudine spicularum triseriatarum lineari-lanceolatarum; gluma inferiore minima, superiore lineari spicula triplo minore valvulaque neutra

florem hermaphroditum aequante, margine fimbriatis, 3-nerviis. Digitaria repens. *Willd.* Hrb. Luzonia.

70. P. TIMORENSE. *Kunth.* (Enum. I. 83.) Culmis substrictis indivisis; foliis linearibus lanceolatis (pollicaribus) margine vaginisque scabris; racemis 2—3 divaricatis; spiculis linearibus 4-seriatis glabris; interioribus sessilibus. Digitaria propinqua. *Gaudich.* in *Freyc.* it. bot. 410. Paspalum bicorne *Kunth?* sec. *Hassk.* Pl. jav. rar. 12. Ins. Timor.

71. P. ADSCENDENS. *H. B.* Radice fibrosa; culmis basi repentibus caespitosis, ramis adscendentibus (1½—2-pedalibus); nodis pilosis; foliis linearibus planis acuminatis scaberrimis; racemis pluribus (9—10) verticillatis inferioribus distantibus patentibus (½—1-pollicaribus); spiculis geminis altera sessili altera pedicellata subquadriseriatis; gluma inferiore minima, superiore 3-nervia, valvulaque neutra ciliato-pilosis vel lanatis; corolla punctato-scabra. ♃ N. Hispan.

72. P. HETERANTHUM. *Nees. Meyer.* (N. act. N. C. XVII. supl. I. 174.) Culmo sarmentoso repente; vaginis apice pilosis caeterum foliisque glabris; racemis 3—4 corymbosis erectis longis; rhachi undulata margine scabriuscula; spiculis dissitis geminis altera sessili glabra, gluma superiore subciliata, altera longe pedicellata gluma superiore (lanceolata flosculum acuminatum aequante 7-nervia) lateribus hirsuta; flosculo neutro (9-nervio) hirsutissimo. An P. barbatum *Kunth?* ⊙ China.

73. P. BARBATUM. *Kunth.* (Gram. I. 33.) Culmis diffusis repentibus foliis vaginisque glabris; racemis geminatis erecto-patulis; calycibus margine subpubescentibus; corollis setoso-hirsutis. Digitaria barbata. *Willd.* En. 91. Ind. or.

74. P. BIFORME. *Kunth.* (l. c.) Foliis glabris; vaginis margine ciliatis; racemis digitatis subsenis; calycibus lanceolatis glabris, corollis setoso-ciliatis. Digitaria biformis *Willd.* l. c. Ins. Maurit. Borbon.

75. P. DOMINGENSE. *Zucc.* (*Roem.* coll. p. 123.) Culmo simplici tereti glabro, (bipedali et ultra); foliis lineari-lanceolatis vaginisque hirsutissimis; racemis erectis subdigitatis elongatis (3-pollicaribus et ultra); spiculis valde compressis alternis bifariis altero sessili altero pedicellato, rhachi membranaceae flexuosae adpressis. Domingo.

76. P. HAMILTONII. *Kunth.* (En. I. 84.) Caule filiformi basi repente adscendente; vaginis foliisque pilosis; racemis subverticillatis linearibus longissimis; floribus subremotis; rhachi setosa, setis flore 3-plo longioribus. Ins. Antillae.

77. P. ADPRESSUM. *Willd.* (Act. Berol. IV. 193.) Culmo procumbente radicante ramoso; racemis geminatis; calycibus ciliatis adpressis; corollis hirsutis. ♃ Ind. or.

78. P. PARVIFLORUM. *R. Brown.* (Prodr. I. 192.) Foliis linearibus; racemis alternis approximatis filiformibus inferioribus compositis; floribus imberbibus gluma exteriore ovato-lanceolata uninervi, interiore longitudine floris. N. Holl.

79. P. RADIATUM. *R. Br.* (l. c.) Foliis pubescentibus; racemis numerosis approximato alternis indivisis raris divaricatis; floribus imberbibus; gluma exteriore obtusa enervi, interiore flore breviore. N. Holl.

80. P. DIVARICATISSIMUM. *R. Br.* (l. c.) Foliis planis linearibus vaginisque glabris; racemis 6—10 subdigitatis raris divaricatissimis; spiculis lanceolatis; gluma exteriore minutissima enervi interiore quam flosculus breviore, exterioreque flosculi neutrius margine lanatis. N. Holl.

81. P. BROWNEI. *R. S.* (P. villosum. *R. Br.* l. c.) Flosculis linearibus glabris; racemis 2—8 approximato-alternis filiformibus; spiculis distinctis acutis; gluma exteriore minuta glabra, interiore longitudine floris flosculique neutrius exteriore lanatis, disco nudiusculo. N. Holl.

82. P. PAPPOSUM. *R. Br.* (l. c.) Spicis plurimis semiverticillatis filiformibus raris divaricatis; floribus lana copiosa patula tectis; gluma exteriore nulla. N. Holl.

83. P. TENUIFLORUM. *R. Br.* (l. c.) Foliis planis glabris; vaginis pubescentibus; ligula imberbi subincisa; racemis 2—3 digitatis filiformibus modice patentibus; spiculis subimbricatis ovalibus; gluma exteriore obsoletissima, interiore flosculique neutrius exteriore lana brevi adpressa pubescentibus. N. Holl.

84. P. PROPINQUUM. *R. Br.* (l. c. 193.) Culmo repente; vaginis infimis pubescentibus; ligula imberbi subincisa; foliis planiusculis; racemis 2—3 digitatis filiformibus modice patentibus; spiculis subimbricatis ovalibus; gluma exteriore nulla, interiore flosculique neutrius exteriore lana brevi adpressa pubescentibus. N. Holl.

85. P. ADUSTUM. *Nees.* (Agr. bras. 101.) Rhizomate squamoso, fibris validis, stolonifero; culmis caespitosis basi subbulbosis erectis (3—4-pedalibus) strictis cum nodis glabris; vaginis inferioribus longissimis basi strigoso-pilosis reliquis glabris; foliis lineari-elongatis (1½-pedalibus, 2‴ latis) acuminatis coriaceo-rigidis glabris; racemis pluribus fastigiatis erectis; spiculis ternis (abortu binis) linealibus oblongis pubescentibus apicem versus ferrugineo fimbriatis. ♃ Brasil.

Sectio III. Elytroblepharum. *Steud.* Racemi conjugati; spiculae binae paribus alternis, altera sessilis altera pedicellata; valvula neutra maxima nervosa dense ciliata. §. 4.

86. P. EMINENS. *Steud.* Radice —? culmo pluripedali tereti erecto glabro superne longe nudo; foliis —? spicis conjugatis ternis (an semper?) valde elongatis (4—6″ longis); rhachi plana recta medio alba lateribus viridis margine scabro, tota tenuissime puberula; spiculis alternatim binis, altera sessili, altera in pedicello ipsam aequante, bilinealibus compressis; gluma inferiore minuta, superiore tenuissima flosculo neutro arcte adpressa (ita ut facile oculos fugiat); neutro univalvi dense coriaceo-exarate trinervio margine densissime longe purpurascenti ciliato; hermaphrodito breviore acuminato obscure trinervio nitido. *Zollinger* Hrbr. nr. 2783. Java.

Sectio IV. Urochloa. *Beauv.* Racemi umbellato-digitati; spiculae irregulariter dispositae inaequali pedicellatae ovatae; gluma inferior flosculis dimidio brevior; hermaphroditus subulato caudatus; (squamae lodiculares hinc inde in dentem vel lobum acutum productae). §. 5.

87. P. CIMICINUM. *Retz.* (Obs. III. 9.) Culmis erectis vel adscendentibus; vaginis sparsim pilosis; foliis e basi ovata lanceolatis laevibus ciliatis; racemis 2—10 superne floriferis (2½—5-pollicaribus) glabris; spiculis solitariis geminis vel ternis; glumis 3-nerviis superiore margine aequo ciliata; palea exteriore arista terminata, lodiculis hinc inde squamis lanceolato-elongatis. ⊙ Ind or. (Jamaica?)

88. P. BENTHAMI. (*Steud.*) Habitus et folia omnino praecedentis; paniculae ramis numerosis gracilibus, inferioribus verticillatis; spiculis fasciculatis pedicellatis; glumis glabris, superiore margine ciliato floreque masculo mucronatis, hermaphroditi arista florem superante. Urochloa paniculata. *Benth.* in *Hook* Niger Fl. 558. Sierra Leona.

89. P. SEMIALATUM. *R. Br.* (Prodr. I. 192.) Foliis glabriusculis; vaginis infimis sericeis, geniculis barbatis; racemis 2—4 digitatis a basi floriferis (2—4-pollicaribus); axibus villosulis basi barbatis; spiculis geminis-quinis; glumis 5-nervibus acuminatis superiore margine repando-alato ciliolata; flosculo hermaphrodito breviter aristato; lodiculae squamis hinc in dentem brevem productis. N. Holl.

90. P. FASCICULIFLORUM. (*Steud.*) Foliis ovato-lanceolatis ciliatis glabris (2—3″ latis), vaginis pubescen-

tibus; spicis 6—7 rectis digitato-fasciculatis ($2^1/_2$-pollicaribus); spiculis subgeminis pedicellatis majusculis ovatis; gluma superiore margine ciliata; valvula interiore minute aristata. Urochloa fasciculata. *Kunth.* Oplismenus? fasciculatus *R. S.* Panicum fasciculatum. *Lam.* Enc. IV. 741. Jamaica.

Sectio V. Orthopogon. *R. Brown.* Racemi alterni; spiculae subirregulariter dispositae; glumae flosculis breviores, altera vel utraque nec non subinde flosculus incompletus apice setiferi. Oplismenus. *Beauv.* §. 6.

91. P. BURMANNI. *Retz.* (Obs. 3. 10.) Culmis ramosis; foliis ovatis vel lanceolatis glabris vel pilis adspersis vel cum vaginis pubescentibus; racemis 4—5 secundis plus minus arcte floriferis rhachi communi et partialibus spiculisque villoso ciliatis; glumis flosculoque neutro setis attenuatis hispidis terminatis, glumae inferioris seta spicula $^1/_2$—2-plo vel ultra longiore. P. hirtellum *Burm.* Ind. t. 12. fig. 1. Oplismenus Burmanni *Beauv.* Variat: statura majore, axi communi villosiore, racemis superioribus magis approximatis. *Trin.* Ic. t. 193. P. hirtellum. *Host.* Gram. III. t. 52. (spec. cultum). ⊙ Ind. or. Japon.

92. P. HIRTELLUM. *Lin.* (Amoen. V. 391.) Culmo repente adscendente (3″—1′ longo); foliis minoribus undulatis, majoribus strictis; spica composita; rhachi hirsuta; spiculis secundis adpressis alternis; glumis arista terminatis, infima arista multoties spicula longiore vel spicam totam aequante; reliquis aristis flosculis vix duplo longioribus; rhachi partiali a tergo setis tenuibus scabra. India utraque.

93. P. ALBUM. *Poir.* (Enc. IV. supl. 274.) Culmo ramoso; foliis lanceolatis pubescentibus; spicis subsenis approximatis albo hirsutis; rhachi communi scabra rariterve pilosa; glumis tenuiter longeque setigeris; seta glumae inferioris longiore; flosculo neutro univalvi. Orthopogon albus *Nees* mpt. addens: a praecedente diversa species; spiculae magis approximatae crassiores, hirsuties densior alba. Variat: foliis oblongo lanceolatis pilosis vel glabriusculis acutis; vaginis margine ciliatis. Hrbr. *Zollinger* nr. 1598 sub: Oplismenus Burmanni. Java.

94. P. VELUTINUM. *Meyer.* (Esseq. p. 51.) Culmo ramoso basi procumbente adscendente debili (ad geniculos praecipue) tenuissime pubescente; foliis erecto patentibus ($2^1/_2$″ longis, $^1/_2$″ latis) supra pubescentibus subtus velutinis; racemis 5—6 oblongis sessilibus alternis, inferioribus remotis (8—10‴ longis); glumis valvulaque flosculi neutrius aristatis, exterioris arista longiore. ⊙ Cayenne.

95. P. FRANCOI. *Steud.* Culmo erecto ultra pedali tereti superne glabro, inferne versus geniculos vaginisque molliter pubescentibus; foliis ovato-lanceolatis acutis (1″ et ultra longis, 4—5‴ latis), sparsim e tuberculis longiuscule pilosis; ligula brevi membranacea in setulas soluta; racemis 8—10 erecto-patentibus alternis ($^1/_2$-pollicaribus); spiculis secundis imbricatis cum rhachi undique molliter pilosis; glumis valvulaque flosculi neutrius aristatis, arista exteriore longissima (flosculo triplo longiore) intima brevissima flosculum vix aequante. Oplismenus mollissimus. *Hochst.* mspt. *Franco* legit in Oaxaca.

96. P. SETARIUM. *Lam.* (Enc. IV. 741.) Culmo tenui; foliis breviusculis (inferioribus vix 1- superioribus 2-pollicaribus) lanceolatis vaginisque margine pubescenti-ciliatis glabris; racemis brevissimis (2—5‴ longis) remotis arcte floriferis; axi communi et partiali spiculisque glabriusculis; glumis flosculoque neutro setigeris; glumae inferioris seta spiculis bis et ultra longiore. Am. austr.

97. P. IMBECILLE. *Trin.* (Mem. Petrop. l. c. 210.) Culmo tenui (1—$1^1/_2$-pedali); foliis sursum longioribus (2—3 inferioribus 1-pollicaribus) anguste lanceolato-linearibus, vaginisque glabris; racemis brevissimis (2—3-lineali-bus) remotiusculis arcte floriferis; axi communi glabro, partialibus hirsutulis; spiculis glabris ciliatulisve; gluma inferiore setigera; seta (in racemulis inferioribus) longitudine spiculae vel paulo longiore. Orthopogon imbecillis *R. Br. Trin.* Icon. t. 191. ⊙ N. Holl.

98. P. AEMULUM. *R. Br.* (Prodr. 194. sub: Orthopogon.) Foliis lanceolatis vaginisque pilosis; geniculis barbatis, villis subreflexis; spiculis 4—6-floris, floribus hispidis; glumis ambabus aristatis, interioris arista brevissima, flosculo neutro mutico. N. Holl. Ins. Norfolk.

99. P. FLACCIDUM. *R. Br.* (l. c. sub: Orthopogon.) Foliis lanceolatis apice attenuato-glabris; geniculis imberbibus; spiculis 4—6-floris; floribus alternis glabris, geniculis imberbibus; spiculis 4—6-floris; floribus alternis glabris ciliatis; glumis ambabus aristatis, interioris arista valvula dimidio breviore, flosculo neutro mutico. N. Holl.

100. P. UNDULATIFOLIUM. *Arduin.* (Spec. 2. t. 4.) Culmo basi radicante ramuloso adscendente (1—$1^1/_2$-pedali); foliis oblongo-lanceolatis adpresso-pilosis, vaginis patenti-villosis; racemis brevissimis (1—$1^1/_2$-linealibus) remotiusculis arcte floriferis; axi communi hirsuto partiali subnullo nudo; glumis flosculoque neutro setigeris, glumae inferioris seta spicula $1^1/_2$—3-plo longiore. *Trin.* Ic. t. 192. ⊙ Eur. austr. Caucas.

101. P. PSEUDOUNDULATIFOLIUM. *R. S.* (S. Veg. 2. 437.) Culmo basi decumbente ramoso radicante dein erecto simplici (pedali) toto vaginis margine pilosis tecto, nodis glabris; foliis lanceolatis acuminatis (1—4″ longis, 3—6‴ latis) inter pubescentiam brevissimam quandoque sparsim longe pilosis; racemis remotis alternis patentibus; axi communi partialique basi racemorum spicularumque densius piloso; glumis setigeris, setis spiculas duplo superantibus glabris. Hrbr. *Kappler* nr. 1545. Oplismenus pseudoundulatifolius. *Kunth.* An praecedentis var? Cayenne. Surinam. hirtellum *

102. P. GONYRRHIZUM. *Steud.* Culmo longissimo (3-pedali et ultra) pubescente foliato, ad geniculos tumidulo et radices vel stolones steriles simplices vel apice divisos proferente; vaginis dense pubescentibus; foliis ovato-lanceolatis acuminatis (3—4″ longis, 6—9‴ latis) nervosis tenui pubescentibus, marginem versus hinc inde patenti-pilosis; rhachi angulosa pubescente; racemis alternis elongatis (7—8″ longis) densifloris; spiculis densiuscule dispositis patulis, ternis aggregatis, undique tenuissime pubescentibus, glumae inferioris flosculi externi arista hunc 2—3-plo, interiorum vix duplo superante; aristis glumarum superiorum brevissimis, glumis valvulisque distincte nervosis. ♃ Hrbr. *Goering* Sect. II. nr. 199. Java.

103. P. PENINSULANUM. (*Steud.*) Culmo basi repente ramoque elongato; nodis hirtis; vaginis striatis etuberculatis margine et ore foliisque ovato-oblongis basi ciliatis; spicis 8—12 alternis erectis basi compositis approximatis; spiculis confertis; pedicellis longe barbatis; glumis glabris aequalibus, inferiore setigera, superiore obsolete mucronulata, flosculo neutro univalvi. Oplismenus decompositus *Nees.* in *Endl.* Prodr. Fl. Norf. 19. P. compositum *Rottl.* hrbr. Peninsul. Ind. or.

104. P. COMPOSITUM. *Lin.* Culmo repente folioso adscendente filiformi tenero; foliis lanceolatis vaginisque glabris vel his plus minus pubescentibus; racemis contiguis 1—2-pollicaribus laxifloris; axi communi, partiali spiculisque glabris; glumis setigeris, flosculo neutro mucronulato, glumae inferioris seta spiculam $1^1/_2$—2-plo superante. *Trin.* Ic. t. 187? et var. tenuiculmis flaccida t. 188. N. Holl. Ind. or.

105. P. CERTIFICANDUM. (*Steud.*) (Oplismenus indicus *Nees* in *Endl.* Prodr. Fl. Norf. p. 19. et *R. S.* syst. 2. 484.) Culmo basi repente ramosoque laxo, nodis glabris; vaginis foliisque oblongo-lanceolatis dense minutimque pubescentibus supra scaberrimis; spicis paucis subsecundis

* but P. pseudoundul. — [illegible] glumes

elongatis patentibus; spiculis distantibus, inferioribus geminis, superioribus solitariis stricte villosis basi barbatis; gluma inferiore minore pallide setigera, valvula flosculi neutrius mutica. Praeter P. compositum. *Trin.* Ic. t. 187. excl. descript. plurima synonyma Hrbriorum Indic. afferuntur. Ind. or.

106. P. LONGERACEMOSUM. *Steud.* Culmo basin versus ramoso (vel omnino simplici) validulo elatiore (ultra bipedali) cum nodis pubescente; vaginis striatis superne longe pilosis caeterum cum ligula brevissime membranacea ciliatis; foliis lanceolatis brevi densiuscule pubescentibus (3—4″ longis, 2—4‴ latis); racemis plurimis 8—12 in paniculam simplicissimam compositis inaequalibus (usque 3-pollicaribus), superioribus sensim brevioribus omnibus interstitia superantibus; rhachi communi et partialibus pubescentibus; spiculis binis usque ternis puberulis glumis externis arista ipsas superantibus, internis brevissime aristatis. *Zollinger* hrbr. nr. 915 et 719. Java.

107. P. UNDATUM. (*Steud.*) Culmo erecto geniculato pedali et ultra, nodis lanato barbatis; vaginis pilis intricatis et patentibus obsitis; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis inter pubescentiam brevem sparsim longe pilosis; racemis alternis 3—5, (pollicaribus); axi communi partialique ad basin racemorum vel spicularum densius piloso; glumis setigeris, inferioris seta spicula $1\frac{1}{2}$—3 longiore. Oplismenus Jacquini *Sieb.* Hrbr. Maur. nr. 205. *Trin.* Ic. t. 189. B. Andropogon undatus. *Jacq.* Ic. III. t. 361? Pollinia Jacquini *Spr.?* ♃ Ins. Maurit.

108. P. SYLVATICUM. *Lam.* (Enc. IV. 742.) Culmo basi prostrato ramoso adscendente ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); vaginis striatis ore margineque pilosis; foliis lanceolatis acuminatis retrorsum asperulis caeterum glabris (raro puberulis); racemis remotis abbreviatis, superioribus minoribus (2—6‴ longis) arctiuscule paucifloris; axi communi glabro infra spiculas (rarius ex toto) piloso; glumis glabris vel pilosulis cum flosculo neutro setigeris; glumae inferioris seta spicula $1\frac{1}{2}$—2 longiore. *Trin.* Ic. t. 190 A. Variat: axi communi pubescenti hirtulo, partiali setoso piloso. P. compos. *Trin.* Ic. t. 188. Oplismenus africanus. *Beauv.* Agr. t. 11. f. 3. et: axi communi glabro, racemis contiguis. P. compositum var. *Trin.* Ic. t. 190 B. Oplismenus oahuensis. *Nees.* Ins. Societ. Manil. Sandwic. Afr. austr. Brasil.?

109. P. KRAUSSII. (*Steud.*) Culmo repente ramoso; vaginis ad oras hirsutis; foliis lanceolatis pilosiusculis ad marginem serraturis minutissimis scaberrimis; spicis terminalibus solitariis; rhachi simplici glabriuscula 5—6-nodi; spiculis glabris, infimis et summis solitariis, caeteris geminis; glumis et valvulis flosculi masculi vel neutrius 5-nerviis sub apice bifido aristatis; arista glumae inferioris spiculam triplo superante, superioris fere aequali, valvula brevissima. Oplismenus capensis. *Hochst.* Flora 1846. 114. Afr. austr.

110. P. RADDIANUM. (*Steud.*) Culmo basi decumbente radicante adscendente; vaginis hirtis internodio multo longioribus; foliis lanceolatis acuminatis utrinque pubescentibus basi ciliatis; racemis ternis alternis distantibus adpressis ($\frac{1}{2}$″ longis), extremo breviore, supremo longissimo; rhachi universali apice truncata vel nodo terminata, partialibus setosis. Oplismenus brasiliensis *Radd.* Gram. bras. P. sylvaticum *Lam.* var? sec. *Trin.* sed quoad descriptionem vix. Brasil.

111. P. LOLIACEUM. *Lam.* (Ill. I. p. 170.) Culmo basi radicante ramoso, adscendente linea pilosa notato; vaginis margine et collo nodisque villosis; foliis oblongo-lanceolatis supra margineque adpresso-pilosis (2—$2\frac{1}{2}$″ longis, 5—8‴ latis) longe acuminatis; racemis subdenis alternis; rhachi communi glabra, partialibus setoso-pilosis; glumis glabris setigeris, inferioris seta spicula 3—4-plo longiore. Oplismenus hirtellus. *Raddi?* sec. *Nees.* Brasil.

112. P. SANCTAE MARTHAE. *Steud.* Culmo basi decumbente geniculato tum erecto (plus minus pedali) subramoso, vaginato, foliato; vaginis praesertim inferioribus simpliciter vel e tuberculis minimis foliisque pilosis; his e basi amplexicauli-cordata oblongis vel ovatis acuminatis ($\frac{1}{2}$—1″ et ultra longis, 4‴ latis); racemis 4—6 alternis brevibus (3—8‴ longis); rhachi communi et partialibus dense pilosis; glumis inaequalibus pilosis, interiore minore longius, superiore longiore brevius setigeris, flosculo neutro piloso glumis longiore brevi setigero, hermaphrodito oblongo acuto laevissimo nitido albo. Hrbr. *Funck* nr. 437. Sancta Martha Venezuelae.

113. P. BIDENTULUM. (*Steud.*) Culmo basi ramoso piloso, apice adscendente; foliis lanceolatis scabris subtus asperulis subtilissimeque brevi puberulis; spicis 6—8 alternis erecto-patulis; rhachi communi glabra, partialibus setoso-pilosis; spiculis scabris; glumis subovatis subaequalibus flosculo neutro brevioribus, inferiore longe setigera, superiore brevi-seta, valvula neutra mutica 5-nervia bidentula; flosculo fertili lanceolato laevi neutro paulo breviore. Orthopogon Junghuhnii. *Nees* mpt. Java.

114. P. ACUMINATISSIMUM. (*Steud.*) Culmo ramoso adscendente inferne linea pilosa notato, nodis glabris; vaginis margine oreque ciliatis; foliis anguste lanceolatis acuminatissimis scabris (4—$4\frac{1}{2}$″ longis, 3—$3\frac{1}{2}$‴ latis); spicis sub-12 distantibus paucifloris ad originem hirtis, superioribus fasciculatiformibus, rhachibus generali partialibusque una cum spiculis glabris; gluma inferiore majore longe setigera, superiore valvulaque flosculi neutrius univalvis brevi setigeris, setis purpureis. Oplismenus acuminatus. *Nees* mpt. Oplismenus compositus var. *Wight* hrbr. ♃ Penins. Ind. or.

115. P. MINARUM. *Nees.* (Agr. bras. 268 sub: Oplismenus.) Culmo procumbente adscendente (pedali) subsimplici; vaginis e tuberculis setigeris hirsutis; foliis lanceolatis subpetiolatis (4—5″ longis, 4—5‴ latis) supra et margine scaberrimis, subtus tenuissime pubescentibus; racemis 8—10 alternis secundis (vix pollicaribus); rhachi scabra ad basin villosa; spiculis subgeminis imbricatis, inferiorum altera sterili setaeformi; glumis aristatis, inferiore ciliata; flosculo masculo bivalvi mutico. ♃ Brasil.

116. P. PARCIFLORUM. (*Steud.*) Culmis inferne repentibus adscendentibus ($1\frac{1}{2}$—2-pedalibus) teretibus ramosis flaccidis foliosis versus nodos vaginisque pilosis; foliis ex ovata basi lanceolatis (2—$2\frac{1}{2}$″ longis, $\frac{1}{2}$‴ latis) pubescentibus; panicula flaccida e spicis 6 composita; rhachi universali partialibusque elongatis laxis triquetris scabris; spiculis binis remotis; glumis seta valvulaque neutra arista terminatis scabris lanceolatis 5-nerviis. Oplismenus hirtiflorus *Presl.* Rel. Haenk. I. 320. ♃ Acapulco.

117. P. EXILE. (*Steud.*) Culmo repente ramoso adscendente (8-pollicari), ramis versus apicem culmi erectis (3—6″ longis) debilibus flaccidis; vaginis foliisque pilosis, his lanceolatis mollibus margine scabriusculis ($1\frac{1}{2}$—2″ longis, 3—$3\frac{1}{2}$‴ latis); paniculae ramis subfasciculatis spicatis; rhachi communi partialibusque triquetris scabris; spiculis solitariis brevissime pedicellatis lanceolatis; gluma inferiore lanceolata seta spiculam excedente terminata, superiore flosculum hermaphroditum superante; floris neutrius valvula solitaria glumam superiorem aequante; flore hermaphrodito lanceolato-lineari obtuso laevissimo. Oplismenus tenuis. *Presl.* l. c. 319. ♃ Mexico. Panama.

118. P. ISCHNOCAULON. (*Steud.*) Caule tereti basi ramoso radicante; ramis floriferis adscendentibus erectis (9—10-pollicaribus) per lineam vel inferne cum vaginis sparsim pilosis vel glabrescentibus; foliis lanceolatis acuminatis leviter undulatis (usque 4″ longis, 4‴ latis) 7-nerviis pellucidis subtus glaucescentibus, pilosulis vel glabratis; racemis compositis terminalibus axillaribusque, radiis rectangulo-patentibus; spiculis geminatim approximatis vel solitariis alternis secundis; glumis obtusis emarginatis (minute) aristatis pilosis, inferiore breviore uninervia; flosculi

neutri valvula solitaria 3-nervia margine ciliata apice obtusiuscula brevissime ($^1/_2$—$^3/_4$‴) aristulata; hermaphrodito 3-nervio brevissime subcuspidato-acutata. Oplismenus gracilis *Schlecht.* Linn. XXIV. p. 649. Culta in H. Berol.

119. P. BREVISETUM. *Nees.* (mpt. sub: Oplismenus.) Culmo basi radicante ramoso, apice nodis pubescentibus, vaginis margine colloque dense velutino-pubescentibus; foliis anguste lanceolatis acuminatis sessilibus supra scabris subtus velutino puberulis; spicis 6—8 brevibus adpressis ovalibus densifloris; rhachi pubescente imberbi; spiculis minute pubescentibus; gluma inferiore setigera, seta gluma sua subduplo longiore, superiore setaceo-mucronulata; valvula flosculi neutrius solitaria submutica. ⊙ *Cuming* in Hrbo. *Lindley* Guarea.

120. P. SECUNDUM. *Presl.* (l. c. 322 sub: Oplismenus.) Culmo erecto ramoso tereti (ultra 2-pedali) vaginisque hirsutis; foliis ex ovata basi lineari-lanceolatis acutissimis ($3^1/_2$—$5^1/_2$″ longis, 6—9‴ latis) planis multinerviis, superne scabris inferne pilosis; ligula margo angustissimus; spicis alternis secundis paniculatis; spiculis secundis oblongo-lanceolatis; glumis subaequalibus inferiore setigera; flosculi neutrius bipaleacei palea inferiore mutica. Peru.

121. P. CRISTATUM. *Presl.* (l. c. 323 sub: Oplismenus.) Pubescens; culmo basi repente radicante adscendente ramoso (1—$1^1/_2$-pedali), nodis barbatis vaginis ciliatis; foliis ex ovata basi lanceolatis ($1^1/_2$″ longis, 3—4‴ latis), supremis pubescentibus ima basi ciliatis, demum glabratis; ligula barbata; spicis pluribus secundis; rhachi glumis paleaque neutrius floris solitaria bifido-dentatis aristatis pilosissimis. (Oplismenus affinis *Presl* l. c. non differt.) ♃ Mexico. Panama.

122. P. SCHULTESII. (*Steud.*) Culmo ramoso basi purpurascente radicante, sulcato in sulcis piloso; vaginis plus minus pilosis, nodis glabris; foliis ovato-lanceolatis acuminatis undulatis amplexicaulibus pilosis vel pubescentibus ciliatis scaberrimis; rhachi universali pilosa; spicis 6—7 sessilibus ovatis secundis alternis (5—6‴ longis, 12—18-floris); floribus distichis secundis approximatis; glumis pilosis 3-nerviis valvulaque flosculi neutrius aristata, arista glumae exterioris flosculo 6-ies longiore. Oplismenus affinis *Schult.* mant. II. 273. Ins. St. Martha.

123. P. ELATIUS. *Lin. fil.* Culmo erecto rigente (6-pedali); foliis gramineis elongatis; spica composita incurva; rhachi triquetra; spiculis pluribus (12 et ultra) ovato-oblongis rhachi adpressis remotis alternis rarius oppositis undique versis; glumis aristatis, valvula neutra mucronata. Oplismenus elatior. *R. S.* Syst. Veg. II. 484. ⊙ Malabar.

Sectio IV. Echinochloa. *Beauv.* Racemi alterni vel jubati, simplices vel compositi; spiculae brevissime pedicellatae imbricatae 2—6-seriales totae strigoso-hirsutae; flosculus incompletus acuminatus vel plus minus longe caudato-subuliferus. Oplismenus. *Autor.* ex parte. §. 7.

124. P. COLONUM. *Lin.* Culmo basi ramoso (spithamaeo usque ultra pedali), saepe radicante prolifero adscendente; vaginis subcompressis glabris, ligula nulla; foliis lineari-lanceolatis acuminatis (1—3″ longis, 2‴ latis) glabris, margine subundulato-scabris; racemis simpliciter alternis vel oppositis subcontiguis; rhachi communi glabra; spiculis binis ternisve 2—3—6-serialibus ovatis subgibbis (pallide viridibus vel purpurascentibus) plus minus piloso-strigosis; glumis brevi acuminatis. *Trin.* Ic. XIV. t. 160. *Beauv.* Agr. t. X. f. 6. ♃ Ind. or. Am. austr. Afr. sept. et aequin.

125. P. PSEUDOCOLONUM. *Roth.* (N. pl. spec. 47.) Foliis linearibus erectis margine argute serrulatis; spicis alternis secundis breviter pedunculatis basi setis nonnullis munitis approximatis; spiculis sessilibus ovatis ventricosis strigosis trifariam imbricatis. Prioris var. *Trin.* Ind. or.

126. P. MULTISETUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1469.) Caule basi procumbente radicante geniculato ramoso (pedali); vaginis glabris ad oras et margines ciliatis; foliis ovato-lanceolatis ($^1/_2$—1″ longis, 3—4‴ latis) acuminatis margine subundulatis (uti tota planta) glabris; racemis 4—5 erecto-patentibus multi- (15—20-) floris; spiculis subgeminatis secundis, glumis et flosculi neutri valvula aristatis; spiculis basi setis pluribus (quandoque flosculum tertium in setas mutatum simulantibus) stipatis; flore hermaphrodito mutico glabro. Oplismenus multisetus. *Rich.* Tent. Fl. Abyss. II. 377. Abyssin.

127. P. EQUITANS. *Hochst.* (l. c. nr. 1608.) Culmo erecto simplici vel subramoso stricto (pedali et ultra); vaginis glabris vel basi sparsim pilosis subampliatis internodiis brevioribus; nodis foliisque glabris, his linearibus brevi acuminatis rectis culmo fere adpressis (3—5″ longis, vix ultra 1‴ latis) ligula vix ulla, racemis (4—6) alternis interstitiis longioribus (4—7‴ longis); spiculis ovatis acutis pilosis solitariis 2—3 seriatis imbricatis; gluma inferiore ovata acuminata quam flosculi duplo breviore, superiore eos subaequante acuminata; valvula neutra breviter setosa; hermaphrodito laevissimo, brevissime mucronulato. *Rich.* l. c. 265. Abyssin. Senegamb.

128. P. DESERTORUM. *Rich.* (l. c. 365.) Glaucum, glabrum; caule prostrato repente; ramis assurgentibus erectis; foliis lineari-lanceolatis glabris laevibusque; ligula setosa brevissima vix conspicua; spicis pluribus brevibus alternis secundifloris racemum terminalem interruptum formantibus; rhachi flexuosa compressa subtriquetra scabra; spiculis brevissime pedicellatis alternis approximatis; gluma exteriore late ovata obtusa vix mediam spiculam attingente; flore exteriore masculo bipaleaceo; floris hermaphroditi valvula exteriore ovali-oblonga acuta glabra laevi. Prov. Coho Abyssin.

129. P. PROREPENS. (*Steud.*) Radice repente; culmo erecto ramoso compresso; nodis vaginisque glabris; foliis utrinque margineque scabriusculis; spicis pluribus alternis distantibus secundis sessilibus; spiculis secundis triserialibus oblongis; glumis inaequalibus acute mucronatis; valvula hermaphroditi inferiore oblonga longitudinaliter striata rugulosa; flore neutro bivalvi, valvula inferiore mucronata. Oplismenus repens. *Presl.* Rel. Haenk. I. 321. ⊙ Mexico.

130. P. DUBIUM. (*Steud.*) Culmis caespitosis (2—6-pollicaribus) angulatis flexuosis glabris; foliis linearibus acuminato-setaceis vaginisque glabris; paniculae subspicatae compositae ($^1/_2$—2-pollicaris) spicis alternis; spiculis muticis aristatisque hispidis 3—5-nerviis; rhachi sulcato-angulata flexuosa. Echinochloa? dubia. *R. S.* Syst. I. 479. ⊙ Ind. or.

131. P. MARGARITACEUM. *Link.* (Hort. I. 205.) Culmo basi decumbente geniculato nodisque fuscis glabris; vaginis ore pilosis; ligula pilorum series; spicis remotis sessilibus brevibus (8‴ longis); rhachi laevi, spiculis secundis; glumis valvulaque neutra ovalibus muticis nervosis laevibus, valvula superiore fere duplo minore convexiuscula. Panico colono *Lin.* affine. ⊙ —

132. P. DALTONI. *Parlat.* (in *Hook.* Nig. Fl. 185.) Radicis fibris albidis villosulis; culmo adscendente ramoso glabro laevi (pedali et ultra); vaginis compressis striatis glabris; ligula nulla; foliis planis linearibus striatis glabris, margine cartilagineo serrulato scabris; paniculae terminalis subgracilis 2—3-pollicaris subsecundae spicis simplicibus alternis obtusis; spiculis ovatis unilateralibus muticis; rhacheos ramis margine superne sub spicularum insertione setosis; glumis valde inaequalibus, inferiore minima cordato-ovata trinervia, superiore majore ovato-concava 5-nervia; flosculi hermaphroditi valvulis glabris nitidis. P. crus corvi

Hrbr. *Mus. Brit.* sec. *Parlat.* Prom. viridis. Ins. S. Jacob. an? Ind. or.

133. P. HAEMATODES. *Presl.* (Fl. sic. I. p. 63.) Radice fibrosa; culmo compresso; foliis patentibus maculatis; panicula simplici; racemis alternis; rhachi angulata; spiculis secundis binis, altera sessili; glumis ovatis valvulisque hispidis 3-nerviis; gluma inferiore mucronata. P. numidianum *Presl.* gram. sic. 19. non *Desf.* P. colonum *Lin.* var. *Trin.* negante *Presl.* ⊙ Sicil.

134. P. FRUMENTACEUM. *Roxb.* (Fl. ind. I. 307.) Culmis ramosis compressis glabris erectis (2—4-pedalibus); foliis latis margine hispidis; panicula oblonga rigida; racemis numerosis (pollicaribus) alternis geminisve incurvis; floribus ternatis altero sessili altero breviter tertio longius pedicellatis; glumis 3-nerviis cuspidatis vel subulatis; semine ovato acuto glabro. *Trin.* ic. XIV. t. 164? (Descriptio non parum recedit.) Ind. or.

135. P. CUSPIDATUM. *Roxb.* (l. c. 301.) Caespitosum repens, totum glabrum; culmis ramosis (2-pedalibus); foliis linearibus ensiformibus margine coloratis; ligula nulla; racemis simplicibus (sub $^1/_2$-pollicaribus interstitiis paulo longioribus) alternis spiculis binis solitariisque (3—4-serialibus) ultra sesquilinealibus subulato-mucronatis margine strigulosis, seminibus cuspidatis. Bengalia.

136. P. ROYLEANUM. *Nees.* (mspt. et in *Royle* hrbo.) Culmo stricto foliisque linearibus acuminatis (in sicco convolutis) pubescenti-hirtis rigidulis; racemo composito stricto lineari-elongato partialibusque brevibus appressis secundifloris, inferioribus subverticillatis; rhachi communi sulcata, spiculis geminis oblongis scabris basi nudis; glumis acutis, inferiore tricarinata flosculis tertia parte breviore, superiore 5-nervia hispidula flosculo masculo bivalvi parum-hermaphrodito lanceolato asperulo $^1/_3$ longiore. Variat: foliis vaginisque saltim superioribus rhachique pilis brevibus erectis rigidulis vestitis; Nepal. et: vaginis foliis rhachique nudis. P. pyramidale β *Hamilt.* in *Wall.* Cat. nr. 8700. B. ♃ Benglia.

137. P. ZELAYENSE. *H. B.* (N. gen. I. 108 sub: Oplismenus.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis (1—2-pedalibus) ramosis, cum vaginis et foliis glabris, planis linearibus margine serrulatis; spicis sessiilibus (8—10) adpressis alternis cylindricis (1—1$^1/_2$-pollicaribus); rhachi communi glabra, partialibus scabris; spiculis ovatis acuminatis fasciculatis; glumis acuminato-mucronatis hispido-scabris inaequalibus; flore sterili biglumi, inferiore gluma acuminato-mucronata; hermaphroditi valvula inferiore ovata acuta, superiore oblonga obtusa. ♃ Mexico.

138. P. CRUS GALLI. *Lin.* Radice fibrosa, culmis ramosis adscendentibus (1—3-pedalibus) glabris; foliis linearibus vel lineari-lanceolatis utrinque glabris, saepe undulatis; ligula nulla; racemis simplicibus vel compositis (1—3-pollicaribus) conferto-alternis vel jubatis, interstitia superantibus; spiculis binis vel ternis 4—6 serialibus ultra 1—2-linealibus; glumis valvulaque exteriore flosculi neutrius hispidis aristatis vel mucronatis; rhachibus setigeris. *E. B.* t. 876. *Curt.* Fl. Lond. t. 8. *Host.* Gram. II. t. 19 et t. 51 sub: P. stagninum. P. horridum. *Salzm.* Hrbr. Bahiae. Oplismenus crus galli. *Beauv.* Agr. t. XI. f. 2. ⊙ Omnis terrarum orbis.

139. P. STAGNINUM. *Retz.* (Obs. V. 17.) Culmis rectis foliosis (3-pedalibus); foliis linearibus planis laevibus margine scabris; vaginis fauce pilosis; ligula dense longeque ciliata; racemis alternis quam interstitia longioribus (1—2-pollicaribus); spiculis binis 3—4-serialibus bilinealibus brevi-subuligeris. P. mirabile. *Braun.* Oplismenus stagninus. *Kunth.* Ind. or. Aegyptus.

140. P. PICTUM. *Koenig* (Naturf. 23. p. 204.). Culmo basi repente; vaginis foliisque glabris laevibus; nodis inferioribus hirtis; ligula ciliato-lacera; spica composita erecta, partialibus alternis; spiculis ovatis turgidis hirtis; gluma inferiore ovato-orbiculari cucullata mucronata spicula triplo breviore; superiore acuminato-mucronata; flosculi neutrius valvula inferiore breviseta; caryopsi ovata mucronata. P. stagninum *Retz* var? *Trin.* ♃ Ind. or.

141. P. SCABRUM. *Lam.* (Enc. IV. 744.) Culmo erecto stricto vaginisque glabris laevibus; foliis linearibus subulato-acuminatis glaucis scaberrimis; ligula ciliato-lacera; spica composita erecta; spiculis ovato-ellipticis setoso-ciliatis; gluma inferiore ovata acuta spicula dimidia breviore, superiore setigera; flosculi masculi valvula inferiore longe setigera; caryopsi elliptica acuta. Iterum P. stagnini var. *Trin.* Senegambia.

142. P. HISPIDULUM. *Retz.* (ex *Nees* Fl. Afr. austr. 57.) Culmo adscendente ramoso; vaginis foliisque linearibus acuminatis viridibus glabris; ligula nulla; racemo composito erecto; radiis alternis subadpressis basi et ad insertiones spicularum erecto-barbatis; rhachi inferne semitereti striata superne triquetra; spiculis quadrifariis confertis ovatis hispidulis subsessilibus; gluma inferiore spicula triplo breviore late cordata acuta trinervia; superiore brevimucronata vel setigera 5-nervia caudato-setigera; hermaphrodito ovali laevissimo rostellato. P. crus corvi. *Thunb.* fl. jap. P. crus galli var. *Trin.* ⊙ Ind. or. Java. N. Holl. Afr. austr.

143. P. SCINDENS. *Nees* (mpt.) Culmo erecto ramoso prolifero; vaginis compressis acute carinatis foliisque lato-linearibus longis scaberrimis; ligula nulla; spica decomposita erecta densa, partialibus alternis oppositisve, erectis secundis; rhachi triquetra superne tetraquetra scabra; spiculis ovatis turgidis e tuberculis hispidissimis; gluma inferiore orbiculata late cucullata mucronulata spicula triplo breviore; superiore flosculique neutrius bivalvis valvula inferiore paulo longius mucronatis, omnibus 5-nerviis; flosculo hermaphrodito ovato convexo laevi mucrone 3-nervio. St. Louis.

144. P. CAESIUM. *Nees.* (mpt.) Culmo procumbente ramoso; vaginis foliisque linearibus glaucis, his margine scabris; ligula nulla; spica composita erecta, partialibus alternis subadpressis, basi et ad insertiones spicularum barbatis; rhachi inferne semitereti compressa superne triquetra, dorso convexo; spiculis quadrifariis ellipticis hispidis coloratis; glumis ovatis trinerviis; inferiore quam spicula triplo breviore acuta, superiore acuminata; flosculi neutrius bivalvis valvula inferiore longe setigera; caryopsi ovata basi subrostellata. Ceylon.

145. P. LIMOSUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 321 sub: Oplismenus.) Culmis simplicibus adscendentibus erectis compressis (1—1$^1/_2$-pedalibus) nodisque glaberrimis; ligula nulla; foliis (4—6″ longis, 2—3‴ latis) utrinque glabris margine scabris; spicis alternis paniculatis; spiculis secundis ovatis; glumis valvulaque inferiore flosculi neutrius scabris, nervis hispido-ciliatis; valvula hermaphroditi ovati gibbi inferiore longitudinaliter striata; flore neutro bivalvi aristato. Ins. Luzon.

146. P. MURICATUM. *Michx.* (Fl. I. 47.) Culmo procumbente, vaginis foliisque lanceolato-linearibus glabris, his basi e tuberculis subciliatis; ligula nulla; spica composita erecta stricta, partialibus alternis brevibus; rhachi triangulari tuberculata spiculis ovatis turgidis ad nervos echinato-setosis; gluma inferiore orbiculata mucronata 5-nervi, superiore acuminato-mucronata; flosculi neutrius valvula inferiore longe setigera; caryopsi ovata convexa acuta. ⊙ Am. sptr.

147. P. PHYLLANTHUM. *Steud.* Culmo valido tereti cum nodis fuscis glabro (ultra pedali) sursum foliato vaginato; vaginis longis striatis glabris in extrema summitate intus et ligulae loco pilis rectis densis (2‴ longis) obsitis; foliis infra paniculam approximatis (4—5) eamque cingentibus et longe superantibus (usque 1—1$^1/_2$″ longis, 4‴ latis) lineari-lanceolatis subsetoso longe acuminatis; quandoque basin versus e glandulis duriusculis dentiformibus re-

motis decidue pilosis, caeterum praeter marginem scabrum glabris; paniculae dense ovato-oblongae radiis brevibus; axi plus minus piloso; spiculis ovato oblongis (simpliciter vel e tuberculis) pilosis; gluma inferiore ovata acuta spiculam dimidiam — superiore flosculum neutrum subaequante breviter — et hoc longe setigero; hermaphroditi valvula inferiore laevi acutata margine pilosa. Variat: spiculis flavescenti-viridibus et coerulescentibus. Species foliorum situ et ciliis vaginae et ligulae exsertis facile recognoscenda. Ex hrbo. *Deloche,* lectum in Montevideo.

148. P. HISPIDUM. *Mühlbg.* (Gram. 107.) Culmo erecto crasso succulento (3—4-pedali), foliis planis dilatatis, vaginis hispidis; panicula composita nutante, racemis alternis; glumis aristis hispidis terminatis. P. crus galli *Lin.* var *β Ell.* ⊙ Am. sptr.

149. P. SPECTABILE. *Nees.* (Agr. bras. 262.) Culmo erecto crasso profunde striato (3—4-pedali); nodis setoso-hirsutis; vaginis hispidis, ligula ciliato-lacera; foliis lato lanceolato-acuminatis strictis glabris (1—2-pedalibus, pollicem latis); spica decomposita erecta; partialibus alternis subsecundis; spiculis ternis ovatis setoso-ciliatis; gluma inferiore ovata acuta spicula duplo breviore, superiore acuminata setigera; caryopsi ovato-elliptica utrinque acuta. Angola. Brasil.

150. P. SABULICOLUM. *Nees.* (l. c. 258.) Culmo erecto subramoso; vaginis foliisque lineari-elongatis glabris, his margine scaberrimis basique e tuberculis dentiformibus ciliatis; ligula nulla; spica composita vel decomposita erecta stricta, partialibus alternis oppositisve cylindricis densis; rhachi inferne compressa, superne triangulari; spiculis ovatis hirtis; gluma inferiore orbiculato-cucullata longe mucronata trinervi, superiore acuminato-mucronata; flosculi neutrius valvula inferiore longius setigera; caryopsi ovato-elliptica rostrata. P. echinatum. *Sieber.* P. crus galli. *Lin.* var. *Trin.* ⊙ Brasil.

151. P. CRUS CORVI. *Lin.* (ex *Nees* Agrost. brs. p. 258.) Radice fasciculata caespitosa; culmis flaccidis compressis binodosis diphyllis; vaginis ventricosis glabris; foliis lanceolato-linearibus margine undulatis teneribus glabris; rhachi communi compresso-triquetra scabra; spiculis geminis imbricatis linealibus et ultra; gluma inferiore ovato-orbiculata spicula triplo breviore setaceo-mucronata trinervi, superiore ovata cuspidata 5-nervi; flosculo neutro 1—2-valvi, valvula inferiore apice distincte setigera 5—7-nervi. ⊙ Ind. or.

152. P. CRUS PAVONIS. *Nees* (l. c.). Culmo erecto vaginis foliisque glabris, ligula nulla; spica subpaniculata densa cernua interne decomposita, partialibus subverticillatis; rhachi angulata; spiculis glomeratis ovato-ellipticis hispidis; gluma inferiore ovato-orbiculata acuta spicula 3-plo breviore 3-nervia, superiore mucronato-setigera; flosculi neutrius valvula inferiore longe setigera. P. crus galli. *Lin.* var. *Trin.* P. echinatum. *Jacq.* Ecl. II. t. 20. ⊙ Brasil.

153. P. ERIANTHUM. *Poir.* (Enc. supl. IV. 284.) Culmis rectis teretibus (2-pedalibus); foliis longis angustis subconvolutis rigidulis glaberrimis; panicula contracta elongata, ramis capillaribus simplicibus; flosculis ovatis subcompressis; glumis hirtis acutis corollam aequantibus. Carolina.

154. P. HOLCIFORME. *H. B.* (N. gen. I. 107 sub: Oplismenus.) Culmis ramosis; nodis glabris; foliis lato-linearibus utrinque scabris, margine serrulatis; spicis subcoctonis subalternis elongatis; rhachi communi scabra, partialibus pilosis; spiculis subgeminis; glumis hispidis valde inaequalibus, superiore aristata; flore neutro unipaleaceo. ♃ Mexico.

155. P. BONPLANDIANUM. (*Steud.*) Oplismenus polystachyus. *H. B.* l. c.) Culmis ramosis (?) nodis foliisque glabris, late linearibus margine serrulato-scabris; spicis crebris suboppositis approximatis; rhachi communi partialibusque scabris; spiculis subgeminis; glumis hispidis valde inaequalibus, superiore aristata; flore masculo bipaleaceo, palea inferiore aristata. ♃ Orinoco.

156. P. LONGISETUM. *Torr.* (*Sillim.* Jour. 2. 134.) Culmo tereti glabro; foliis lanceolatis (pollicem latis) subglaucis; spica composita subpaniculata densa subnutante; spiculis alternis vel oppositis; gluma exteriore minima, reliquis inaequalibus ovato acuminatis hispidis, singulis longe aristatis. Am. sptr.

157. P. HOMONYMUM. (*Steud.*) Culmo gracili recto; vaginis foliisque lanceolatis plicatis hirsutis; racemo composito, partialibus pluribus alternis vel verticillatis; spiculis secundis alternis solitariis ovalibus, pedicellis brevissimis apice unisetis; glumis obtusis pubescentibus, inferiore quam spicula duplo breviore, superiore valvulaque inferiore flosculi neutrius 5-nerviis, hermaphrodito transversim rugoso. Praecedenti dicitur affine. Hrbr. *Royle* nr. 47. P. Chamaeraphis. *Nees* mpt. non *Trin.* Nepal.

158. P. LANCEOLATUM. *Retz.* (Obs. 5. 17.) Culmis repentibus, prostratis; foliis lanceolatis basi ciliatis; vaginis tuberculato-pilosis; spicis alternis; flosculis secundis geminatis; gluma extima ciliata, longiuscule aristata. Ind. or.

159. P. CHAETIUM. (*Steud.*) Radice fibrosa; culmis teretibus simplicibus glabris; vaginis apicem versus pubescentibus, margine ciliatis; ligula brevissima ciliolata; foliis linearibus (8—10″ longis, 2—3‴ latis) acuminatis utrinque pilosis ciliatis; racemo composito spiciformi; pedicellis supra articulum hirtis; spiculis lanceolatis bilinealibus; gluma inferiore setiformi superiore longe rostrato setigera, flosculi neutri et hermaphroditi valvula inferiore setigeris. Chaetium festucoides. *Nees.* Agr. bras. 270. ♃ Brasil.

160. P. BENGHALENSE. *Spr.* Culmis rectis ad articulos praesertim pilosis, (2—3-pedalibus); vaginis hirsutis, fauce pilis longis mollibus albis obsitis; foliis e basi lata attenuatis acuminatis subpilosis; spicis compositis cylindricis rectis; spiculis numerosis uniserialibus expansis; glumis pilosis acutis; corolla 3-valvi interiore aristata. P. strictum *Roxb.* Fl. ind. I. 306. Ind. or.

161. P. PRATENSE. *Spr.* (Syst. I. 306 sub: Orthopogon.) Foliis linearibus glabris; vaginis pubescentibus; spicis secundis multifloris; rhachi applanata pilosa; flosculis remotiusculis solitariis pilosiusculis longissime aristatis. Ins. Franciae.

162. P. CUBENSE. *Spr.* (l. c. sub: Orthopogon.) Foliis lato-lanceolatis glabriusculis, vaginarum oris pilosis; spicis alternis secundis multifloris; rhachi hirta; flosculis subglutinosis longissimis aristatis. Ins. Cuba.

163. P. NUTTALLIANUM. (*Steud.*) Foliis lanceolatis planiusculis; spica composita; spiculis 5—8-floris; aristis viscidis. Orthopogon parvifolius. *Nutt.* gen. am. Am. sptr.

164. P. CAROLINIANUM. *Spr.* Culmo striato (1½-pedali); nodis glabris; vaginis margine pubescentibus; foliis lineari-lanceolatis acuminatis glabris; ligula brevi barbiformi; spicis alternis erectis (7); pedicellis flosculorum geminis vel solitariis; rhachi flexuosa. ⊙ Am. septr. P. Walteri *Mühlnbg.* descp. 108.

165. P. JAMAICENSE. (*Steud.*) Culmo elato (4—5-pedali); foliis lato-linearibus hispidis (pedalibus); ligula linea pilorum longorum; vaginis ciliato setosis; spicis paniculatis subverticillatis subternis; spiculis secundis; calyce basi setis 2—3 longis stipato; ejus gluma interiore longe aristata. P. aristatum *Macfad.* in *Hook* B. Misc. II. 115. Jamaica.

166. P. SQUARROSUM. *Lam.* (Encycl. IV. 743.) Culmo (pedali) glabro articulato folioso; foliis angusto lanceolatis margine scabriusculis subconvolutis; spicis (10—12) subfasciculatis alternis gracilibus laxissimis; flosculis alternis distantibus sessilibus subulatis scabris; gluma inferiore ovata obtusa brevi glabra; superiore et neutra valvula acutis subulatis scabris, illa aristata. Ind or. (An hujus sectionis?)

Sectio VII. Setaria. *Beauv.* Thyrsus simplex aut compositus, seu racemi (subthyrsiformi-) jubati; spiculae setis involucratae, vel stipatae.

a. *Axibus partialibus (interdum non nisi unifloris) productis in setam pedicellum lateraliter emittentem.*

α. Flosculo seminifero duplo (vel $^1/_4$) breviore quam masculus; ligula membranacea. §. 7.

167. P. CHAMAERAPHIS. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 217.) Culmo erecto (ultra pedali); foliis distichis glabris linearibus (3-pollicaribus, linea angustioribus); thyrso simplicissimo (bipollicari, Hordeum distichum referente); radiolis unifloris; spiculis linearibus obtusiusculis seta ipsis multo longiore suffultis, 3‴ longis angustis albidis glabris; gluma inferiore pusilla tenuissime membranacea truncata enervi; superiore flosculum masculum bivalvem aequante 7-nervi; flosculo seminifero sessili. Chamaeraphis hordeacea. *R. Br.* ♃ N. Holl.

168. P. ASPERUM. *Wight.* (Hrbr. nr. 52 A.) Culmo infra spicam incrassato, cum vaginis foliisque angustis attenuatis setulis muriciformibus exiguis retroversis scaberrimis; panicula spicato-racemosa (2—3-pollicari) composita; spicis partialibus approximatis ($1^1/_2$—1-pollicaribus) patulis 4—8-stachyis; rhachibus propriis apice subuliformi-productis; spiculis alternis distantibus vel solitariis lanceolato-subulatis (majoribus $3^1/_4$‴ longis; gluma superiore in acumen subulatum longiusculum subtile producta. Chamaeraphis aspera *Nees* mpt. Variat: spiculis lanceolatis racemosis, pedunculis spiculas aequantibus; foliis et flosculi neutrius valvula inferiore tuberculatis hirtisque. P. asperum B. *Wight* hrbr. Chamaeraphis depauperata *Nees.* mpt. Ind. or.

169. P. PARADOXUM. *R. Br.* (Prodr. 193 sub: Chamaeraphis.) Culmo repente ($^1/_2$—1-pedali); foliis sublanceolato-linearibus acutiusculis (ultra pollicaribus 1—2‴ latis) glabris; thyrso simplicissimo ($1^1/_2$-pollicari et ultra), radiolis unifloris; spiculis (trilinealibus viridi-purpureo variis) lanceolato-linearibus acuminatis seta ipsis duplo longiore suffultis; gluma inferiore flosculis 4—5-plo breviore obtusa sub-5-nervia, superiore flosculos excedente acuminata multi (15-) nervia; flosculo seminifero brevi-pedicellato. *Kunth* rev. Gram. t. 32. N. Holl.

170. P. ABORTIVUM. *R. Brown.* (l. c.) Culmo decumbente adscendente (bipedali) ramosissimo; foliis linearibus acutis supra scabris margine hispidis (1—3″ longis, 1‴ latis); jubae simplicis racemis (sub 17) laxe sparsis remote floriferis; spiculis lanceolatis acuminatis (sesqui linealibus), terminalibus solis seta suffultis; gluma inferiore pusilla truncata enervi, superiore flosculos excedente acuminata 7-nervia ad nervos medios aculeata; flosculo seminifero brevi pedicellato. *Trin.* ic. XVI. t. 181. N. Holl.

171. P. DUMETORUM. *Rich.* (mpt.) Culmo ramoso tereti glabro foliato (plus quam pedali); foliis vaginis tenuissime striatis glabris, margine ciliatis; ligula brevi membranacea ciliata; foliis lanceolatis acuminatis striatis tenuissime puberulis puncticulatis (superioribus 5—6″ longis, 2—$3^1/_2$‴ latis); panicula simplicissima racemulosa; rhachi pubescente, racemulis brevissimis paucispiculatis; spiculis ovatis acutis, seta unica ipsis 2—3-plo longiore suffultis; gluma inferiore spiculis plus duplo breviore ovata 5-nervia acuta; achenio tenuissime transversim ruguloso. (sec. spec. in Hrbo. *Mougeot.*) Ins. Antillae.

172. P. PARACTAENUM. *Kunth.* (Gram. I. 41.) Panicula simplici, locustis in axeos mucronati (quasi in spinulam terminati) cavitatibus subimmersis illisque adpressis; glumis inaequalibus obtusis, inferiore dimidio breviore; flosculi neutri valvulis herbaceis hermaphroditi coriaceo induratis; nectariis truncatis subfimbriatis; germine emarginato; ligula sericea barbata. Paractaenum novae Hollandiae. *Beauv.* Agr. t. X. f. 6. N. Holl.

173. P. UNISETUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 217. adn.) Culmo erecto, compresso; vaginis glabris; foliis margine scabris utrinque scabriusculis; spicis alternis paniculatis; spiculis basi seta stipatis; paleis flosculi masculi subaequalibus, flosculo seminifero $^1/_4$ longioribus. Urochloa uniseta. *Presl.* Rel. Haenk. I. 319. ♃ Mexico.

β. Flosculo hermaphrodito incompletum subaequante; ligula ciliari. §. 8.

174. P. RESCISSUM. *Trin.* (l. c. p. 218.) Culmo erecto (? 3-pedali); vaginis margine superne hirtis; foliis linearibus attenuato-acuminatis (9—10″ longis, 2‴ latis), ad nervos pilosulis, racemis compositis laxiuscule paniculato-jubatis contractiusculis (pedalibus, e viridi et fusco rubentibus) inferioribus solitariis remotis, superioribus confertis; spiculis linearibus ovalibus mucronulato-acutiusculis solitariis vel geminis; gluma inferiore 3—5-nervia flosculis 3-plo, superiore 5-nervia iisdem duplo breviore; valvula inferiore flosculi neutrius ad nervum medium exarato-retusa, demum fissa. Setaria longiseta. *Beauv.* Fl. Ow. t. 110. f. 2. Guinea.

175. P. INSCULPTUM. *Steud.* Culmo erecto tereti tenuiculo striato glabro, foliato; vaginis ciliato-pilosis, ligula pilosa, foliis lanceolatis acuminatis striatis e tuberculis longe pilosis (3—8″ longis, 2—5‴ latis); panicula e racemis alternis superne confluentibus composita; rhachi communi et partialibus pilosis; spiculis linealibus ovatis acutis glabris; gluma inferiore orbiculari 3—5-nervia flosculis 3—4-plo breviore, superiore 5-nervia flosculis $^1/_4$ breviore; valvula neutra per totam nervi medii longitudinem impresso-excavata longitudine hermaphroditi transversim rugulosi. Praecedenti speciei affinis, sed — si diagnosi fides habenda, vix eadem. *Jardin* legit in Guinea.

176. P. PARACTAENOIDES. *Trin.* (l. c. 219.) Culmo ramoso (3-pedali); vaginis glabris; foliis acuminatis linearibus (8—9-pollicaribus 3‴ latis); racemis compositis laxe paniculatis patentibus; spiculis subsolitariis linealibus ovalibus acutiusculis; seta spiculam paulo excedente; gluma inferiore flosculis duplo breviore 3—5-nervia, superiore iisdem paulo breviore 5-nervia. Ins. Antil.

177. P. EXCURRENS. *Trin.* (l. c. et Ic. VIII. t. 89.) Culmo inferne ramoso (2-pedali et ultra); vaginis glabris; foliis lineari-lanceolatis (8—10″ longis, 4—5‴ latis) sulcato-plicatulis glabris; racemis compositis in jubam angustam laxam contractis (2-pollicaribus); racemulis brevibus (4-linealibus); spiculis ovalibus acutis sesquilinealibus, terminalium seta ipsis (circiter 2 lineas) longiore; gluma inferiore 5-nervia flosculis 3-plo-superiore sub-7-nervia iisdem $^1/_3$ breviore; flosculi neutri bivalvis valvula inferiore 7-nervia, medio retusiuscula; hermaphrodito ruguloso mucronulato. Ind. or. Afr. austr.

178. P. LINDENBERGIANUM. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 47.) Culmo erecto (simplici bipedali) vaginis foliisque linearibus angustis (5—9″ longis, 1—$1^1/_2$‴ latis) acuminatis profunde striatis scabris; racemi decompositi radiis approximatis flexuosis hirtis confertifloris ramulisque apice setigeris; spiculis brevi-pedicellatis ovatis; glumis ovatis obtusis, inferiore spicula subduplo- superiore eadem paulo breviore; hermaphrodito undulato-ruguloso. ♃ Afr. austr.

179. P. NEPALENSE. *Spr.* Culmo gracili erecto (6—12-pollicari infra paniculam); vaginis tuberculatis; foliis elongatis (1′ longis, $^1/_2$—1″ latis) lanceolatis utrinque attenuatis plicatis scabris; racemi ($^1/_2$—1′ longi) decompositi laxi radiis distantibus patulis elongatis; ramulis secundis distantibus flexuosis paucifloris; spiculis brevi-pedicellatis oblongo-lanceolatis acuminatis, infima terminalique cujusque ramuli involucro setaceo longo suffultis; gluma inferiore ovata mucronulata spicula duplo- superiore acuta eadem $^1/_3$ breviore; flosculo hermaphrodito transversim subtiliter undulato, longitudinaliter striato. P. nevrodes. *Schult.* mant. P. nervosum. *Roxb.* Fl. Ind. 314. Ind. or. Afr. austr.

180. P. SULCATUM. *Aubl.* (Guian. I. 50.) Culmo elato (6-pedali) apice pubescente; foliis ($1^1/_2$—2′ longis,

1—2″ latis) lato-lanceolatis utrinque attenuatis plicato-sulcatis glabris; vaginis hirtis; racemis compositis in thyrsum densissimum contractis apice nutantem; spiculis linealibus ovali-lanceolatis acutis; gluma inferiore 5-nervia flosculis dimidio magisve superiore 5-nervia iisdem tertiam partem breviore; flosculi neutri valvula inferiore medio retusa, hermaphrodito tenuissime nugoso. Guian. Brasil.

181. P. POIRETIANUM. *Schult.* (Mant. 2. 229.) Culmo basi radicante vel erecto subramoso glabro (2—4-pedali); foliis latissime lanceolatis (1—2′ longis, 2″ latis) utrinque attenuatis glabris; ligula brevi setoso lacera; vaginis margine ciliatis; racemis compositis thyrsato-jubatis patentissimis (1½—2-pollicaribus); spiculis ovali-lanceolatis acuminatis bilinealibus; gluma inferiore 5-nervia flosculis plus dimidio-superiore septemnervia iisdem tertia parte breviore; flosculi neutri valvula inferiore 5-nervia medio longitudinaliter retusiuscula. P. elongatum. *Poir.* Enc. supl. IV. 278. P. speciosum. *Nees.* Agr. bras. II. 252? Setaria Poiretiana. *Kunth.* Brasil.

b. *Pedicellis ipsis setiferis.* §. 9.

182. P. GLAUCUM. *Lin.* Culmo erecto basi ramoso (pedali — 2—3-pedali) sub inflorescentia anguloso piloso; foliis culmo brevioribus lineari-lanceolatis basi longe pilosis, quandoque nudis; racemo spicato cylindrico; involucello pluriseto; setis spicula 2—4-ter longioribus; spiculis subbifloris; flosculo hermaphrodito undulato rugoso. Variat: foliis lato-lanceolatis culmum superantibus et forsan species sequentes vel plures non nisi varietates sunt unius ejusdemque speciei polymorphae. *Trin.* Ic. XVII. t. 195. *Host.* Gram. II. t. 16. *Leers* Hrborn. t. 2. f. 2. *Schreb.* Gram. t. 25. Totus fere terrarum orbis.

183. P. TEJUCENSE. *Nees.* (Agr. bras. 243.) Culmo erecto ramoso glabro sub inflorescentia tereti-striato; vaginis glabris; foliis culmo brevioribus lanceolato-linearibus supra villosis; racemo elongato cylindrico; involucellis 2—3-floris quam spiculae (parvae) 2—3-plo longioribus; flosculo hermaphrodito transversim rugoso. An P. geniculatum *Poir?* sec. *Nees.* Brasil. Sumatr.

184. P. ALOPECUROIDEUM. *Schreb. Koeng.* (Hrbr.) Culmo erecto ramoso glabro sub racemo ancipiti; vaginis margine villosis; foliis lineari-lanceolatis culmo brevioribus supra villosis; racemo simplici; involucellis unifloris pallidis spicula longioribus; flosculo hermaphrodito transversim profunde rugoso. P. corrugatum. *Ell.* sec. *Trin.* P. flavum. *Nees.* Agr. bras. 238. Setaria flava. *Kunth.* Gram I. 46. ⊙ Brasil. Ind. or.

185. P. PSILOCAULUM. (*Steud.*) Culmo adscendente ramoso (7—9-pollicari); foliis interne pilosis margine scabris; spica filiformi cylindrica; involucro multiseto spiculis solitariis brevissime pedicellatis multo longiore; flore neutro bivalvi, hermaphrodito transversim undulato. P. glaucum var. *Trin.* Ic. t. 196 A. P. imberbe *Poir.* sec. *Trin.* Setaria gracilis *H. B.* N. Gen. I. 109. Setaria imberbis *Kunth.* Am. austr.

186. P. PENICILLATUM. *Willd.* (*Nees* l. c. 242.) Culmo erecto glabro sub racemo angulato-sulcato; foliis culmo brevioribus lineari-elongatis supra glaucis scabris; racemo spicato denso; involucellis unifloris spiculis 4-plo longioribus; flosculo hermaphrodito undulato-rugoso, neutro bivalvi. Setaria glauca β elongata. *Kunth.* Gram. II. t. 118. Brasil. Afr. austr.

187. P. VENTENATII. *Kunth.* (l. c. I. t. 37 sub: Setaria.) Culmo erecto ramoso compressiusculo glabro, nodis pubescentibus; foliis anguste linearibus scabriusculis; spicis in ramis elongatis solitariis cylindricis; flore hermaphrodito undulato-rugoso; setis longis purpurascentibus. Cenchrus parviflorus. *Poir.* Enc. 6. 52. Pennisetum domingense. *Spr.?* Prioris var. *Trin.* mpt. Portorico. Domingo?

188. P. BERTERONIANUM. *Schult.* (Mant. 2. 276. obs. sub: Setaria.) Culmo glabro tereti striato ramoso; vaginis glabris; ligula brevi pilosa; foliis lineari-lanceolatis acuminatis nervosis supra scabris, subtus glabris, margine scaberrimis basi sparsim pilosis; thyrso tereti (2-pollicari); involucellis 9—12 setosis unifloris, setis flavicantibus demum fuscescentibus retrorsum asperis flosculo 1½—4-plo longioribus; valvulis corollae ovato-lanceolatis elegantissime transverse rugosis apice fuscescentibus. An? P. corrugatum. *Ell.* Domingo.

189. P. IMBERBE. *Poir.* (Enc. supl. IV. 891.) Culmo tenui flaccido basi procumbente radicante ramoso adscendente (subpedali) compresso glabro; ligula truncata minute ciliata; foliis culmo brevioribus angustis linearibus scabris nudis vel pilis longis adspersis; racemo simplici angusto, involucellis subbifloris quam spiculae brevioribus (vel duplo longioribus *Trin.*); flosculo hermaphrodito undulato rugoso. P. glaucum var. *Trin.* Ic. t. 196 B. Variat: involucellis spiculisque purpurascentibus. Setaria purpurascens. *H. B.* N. gen. I. 196. ⊙ Am. austr.

190. P. RUBIGINOSUM. *Steud.* Caule filiformi geniculato infra spicam dense villoso caeterum cum nodis foliisque glabro; vaginis ore longe pilosis; foliis angustissimis (3—4″ longis, ½—¾‴ latis); thyrso recto angusto; involucellis multisetosis unifloris, setis flosculos duplo superantibus ferrugineo-rubiginosis; gluma utraque flosculo dimidio breviore obtusa; hermaphrodito tenuissime transversim striato. Hrbr. *Cuming* nr. 551. Ins. Philip.

191. P. CHRYSOCHAETUM. *Steud.* Culmo, nodis foliisque glabris; vagina apice ligulaque ciliatis; foliis anguste linearibus apice convoluto-setaceis; racemo simplici (3-pollicari) denso; involucellis aureo-luteis inaequalibus unifloris spicula multo longioribus; flosculo hermaphrodito laevissimo (ex Hrbo. *Lenormand*). Ins. Borbon.

192. P. HELVOLUM. *Lin. fil.* (Supl. 107.) Culmo ramoso (usque 6-pedali), ramis sterilibus brevioribus; foliis versus basin supra pilis albis longioribus fere pollicaribus patentibus; spica simplici spithamaea, flosculis inordinatis; involucellis unifloris, setis fasciculatis helvolis; flosculo hermaphrodito longitudinaliter (nec transversim) striato. Pennisetum helvolum. *R. Br.* Prodr. 195. Ind. or. N. Holl.

193. P. NIGRIROSTRE. *Nees.* (Fl. Afr. 55.) Culmo gracili recto basi compresso (pedali) infra thyrsum anguloso hirto; foliis internodio brevioribus (1—2″ longis) supra cum vaginis nodisque pilosis, raro glabrescentibus; thyrso spicato denso (vix pollicari); involucellis subunifloris spicula paulo longioribus pallidis; flosculo masculo bivalvi; hermaphrodito confertim subtiliter striato, transversim undulato, rostro nigro acuminato. ⊙ Afr. austr.

194. P. VULPISETUM. *Lam.* (Enc. IV. 745.) Culmo elato (usque 4-pedali); foliis planis elongatis; thyrso composito densiusculo; setis longissimis; spicis crebris subdivisis; spiculis linearibus sparsis imbricatis; rhachibus setiferis; flosculis glabris muticis laxiusculis. Domingo.

195. P. DASYURUM. *Nees.* (Agr. bras. 241.) Culmo basi radicante, superne ramoso (2-pedali et ultra); ligula truncata ciliata lacera; vaginis glabris; foliis culmo brevioribus linearibus attenuatis supra glaucis, margine baseos remote pilosis vel glabratis, racemo spicato elongato; involucellis unifloris, vix usque duplo longioribus quam spiculae ovatae acutae glabrae; flosculo fertili transversim undulato-rugoso. P. geniculatum *Trin.* Pennisetum geniculatum *Jacq.* Ecl. t. 28. Variat: spiculis brevioribus oblongo-cylindraceis setis duplo longioribus. P. Pseudoholcus *Steud.* Setaria ambigua *Schrad.* Linn. 1838. 430. An species distincta? ⊙ Am. austr. Afr. austr. Japonia?

196. P. CHRYSANTHUM. *Steud.* Radice valida fibrosa; culmo erecto geniculato glabro late striato (2—3-pedali et ultra); vaginis longissimis, glabris, inferioribus ad oras longe dissite pilosis; ligula brevissima membranacea ciliata; foliis anguste linearibus acuminatis glabris; thyrso conferto simplici elongato (4—5-pollicari); involucellis unifloris pluri-

(8-) setis; setis aureo flavis tenuissime asperulis vix duplo longioribus quam spiculae ovotae glabrae obtusae; gluma inferiore quam flosculum $^2/_3$ breviore, superiore id aequante; hermaphrodito undulato-rugoso. Setaria aurea. *Hochst.* hrbr. un. it. 409. Pennisetum aureum. *Rich.* Fl. Abyss. II. 376. Abyssin. Ins. Philip. Hrbr. *Cuming.* nr. 561.

197. P. RARIFLORUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 313 sub: Setaria.) Culmo basi repetito adscendente ramoso compresso; vaginis ore ciliatis; foliis scabris (2″ longis, 2‴ latis) planis acutis; ligula ciliari; panicula spicata interrupta (2—2$^1/_2$-pollicari); involucro subuniseto spicula solitaria duplo longiore; glumis spicula brevioribus inferiore 3-superiore 5-nervia; valvula hermaphrodita inferiore evidenter transverse undulato-striata; flore neutro unipaleaceo. P. dissitiflorum. *Steud.* Nmcltr. ⊙ Acapulco.

198. O. GLOBULARE. *Presl.* (l. c. 314 sub: Setaria.) Culmo basi ramoso basi decumbente adscendente compresso vaginisque glabris; foliis planis utrinque scabris internodio longioribus; thyrso simplici erecto tereti; involucro uniseto spiculis ovato-globosis solitariis longiore; glumis glabris rotundato-ovatis, inferiore 3- superiore apiculata 9-nervia; valvula hermaphrodita inferiore transversim undulata; flore masculo bivalvi, valvula inferiore apiculata. Ins. Philip.

199. P. VIRIDE. *Lin.* Culmo basi decumbente vel erecto ramoso (1$^1/_2$—2-pedali et ultra) infra thyrsum scabriusculo; foliis sublanceolato- vel latiuscule linearibus; vaginis pubescentibus; thyrso plus minus composito cylindrico arcto; involucelli subbiflori setis spicula plus minus longioribus sursum hispidis; gluma inferiore flosculis triplo breviore, superiore eos aequante; hermaphrodito tenuissime ruguloso. E. Bot. t. 875. *Host.* Gram. 2. t. 14. *Trin.* Ic. t. 203. Setaria viridis. *Beauv.* Agr. t. XIV. f. 3. Variat: panicula spicaeformi contracta, setis involucrantibus paucis spiculas ut plurimum subaequantibus rarius superantibus. P. muticum. *Hort. Lips.* ⊙ Eur. As. Amer.

200. P. VIRIDESCENS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto basi ramoso (1—1$^1/_2$-pedali) laevi, infra thyrsum simplicem gracilem (1—1$^1/_2$-pollicarem) scabriusculo; foliis lineari-lanceolatis acuminatis vaginisque glabris; involucelli subbiflori setis spicula 2—3-plo longioribus hispidis; gluma inferiore flosculis triplo breviore, superiore eos subaequante (parum breviore); hermaphrodito trinervio laevi. Prioris var? Hrbr. *Fortune* nr. 2. China bor.

201. P. PURPURASCENS. *H. B.* (N. gen. I. 110, sub: Setaria.) Culmo erecto ramoso; foliis inferne margineque scabris; thyrso cylindraceo; involucro multiseto, spiculis solitariis paulo longiore; glumis glabris; valvula inferiore hermaphroditi transversim undulata; flore masculo bivalvi. P. imberbe var. *Trin.* ⊙ Am. austr.

202. P. CHONDRACHNE. *Steud.* Culmo (sursum certe) erecto simplici, foliato teretiusculo striato cum nodis fuscis glabris; vaginis margine ciliato-pilosis caeterum glabris; ligula e fasciculis pilosis (vaginarum striarum interiorum apice correspondentibus) formata; foliis lineari-lanceolatis lenge acuminatis ($^1/_2$—1-pedalibus et ultra, 3—4‴ latis); panicula simplicissima racemosa (plus minus pedali); racemis alternis solitariis brevibus (vix pollicaribus) erecto-patulis; spiculis solitariis brevi pedicellatis, pedicellis setam solitariam spicula subtriplo longiorem emittentibus; glumis subcoriaceis, inferiore 3-nervia superiore sub-5-nervia duplo breviore, hac dimidium hermaphroditum flosculum laevissimum glabrum superante. Ex Hrbo. Musei Lugd. Batav. Japonia.

203. P. RUDIMENTOSUM. *Steud.* Culmo erecto elatiore (3-pedali) validiore infra racemum piloso caeterum cum nodis, vaginis foliisque glaberrimis; ligula densa pilorum series; foliis linearibus acuminatis (6—12″ longis, 1—1$^1/_2$‴ latis) subconvolutis; racemo spicato subcylindraceo (2—5-pollicari), involucellis unilateraliter pauci-(3—6-)setosis; setis inaequalibus flosculos aequantibus vel superantibus; spiculis solitariis, saepe rudimentario uno alterove auctis; gluma inferiore minima; superiore flosculo dimidio breviore 3—5-nervio, neutro hermaphroditum tenui punctato-rugulosum aequante. ♃? *Leprieur* legit in Senegalia.

204. P. ITALICUM. *Lin.* Culmo erecto tereti (2—4-pedali et altiore); foliis lato lineari-lanceolatis margine cartilagineis scaberrimis; ligula pilorum series; vaginis pilis adspersis; thyrso composito cylindraceo arcto erecto vel nutante basi saepe interrupto; spiculis ovatis muticis; involucello 2—3-setoso, setis retrorsum scabris variae longitudinis; gluma inferiore flosculis 3-plo, superiore iisdem paulo breviore; hermaphrodito tenuissime punctato-ruguloso. *Host.* Gram. IV. t. 14. *Trin.* Ic. t. 200. Variat: thyrso mediocri, setis longioribus. P. germanicum *Willd. Trin.* Ic. t. 199. et: setis spicula 4—5-plo longioribus: P. macrochaetum. *Link.* Pennisetum macrochaetum *Jacq.* Ecl. t. 25. porro: thyrso setisque purpurascentibus. P. maritimum. *Poir.* denique: setis minutis vel nullis. P. compactum *Kit.* ⊙ Eur. Asia. Amer. N. Holl.

205. P. ITIERI. *Delil.* (Ind. sem. H. monsp. 1849 sub: Setaria.) Culmo cubitali (in descriptione: florifero capillaceo declinato sub anthesesi in filum plusquam duplo longiorem terminatum) [sic!]; foliis latis membranaceis (in descriptione: capillaceis convolutis) deorsum scabris; vaginis laevibus; ligula membranacea; panicula setosa alopecuroidea nutante (spithamaea) compacta firma; rhachi pilosa; glumis nervosulis glabris. S. italica major. *Itier.* Aegyptus.

206. P. SCHEELII. (*Steud.*) Radice fibrosa; culmo erecto (3-pedali) compresso striato glabro, angulis scabriusculis; nodis barbatis; foliis planis lato-linearibus acutato-subulatis uninerviis striatis marginatis scaberrimis pubescentibus; vaginis laevibus, pilis patentibus dense pubescentibus, ore barbatis; panicula spiciformi (pedali) e spicis pluribus multifloris composita lanceolata laxiuscula acuta; rhachi angulata villosa scabra spicis brevissime pedicellatis ovatis glabris; involucro setoso unilaterali; setis aristaeformibus elongatis spicula 5—6-ies longioribus. Setaria polystachya. *Scheele* Linn. XXII. 339. Alopecurus geniculatus. *Lindh?* Texas.

207. P. SPHAEROCARPUM. *Salzm.* Culmo erecto simplici foliato (pluri-pedali) glabro versus apicem scabro; vaginis margine et ore ciliatis; ligula membranacea brevi setuloso-ciliata; foliis lanceolatis (5—6″ longis, 4—6‴ latis) glabris margine scabris; thyrso elongato (5-pollicari) laxo subinterrupto; axibus in setam elongatis pedicellisque ipsis setigeris, setis flosculis 4—5-plo longioribus; gluma inferiore flosculo duplo, superiore eo parum breviore; flosculo hermaphrodito subgloboso ruguloso. Variat: culmo elatiore; foliis multo majoribus pedalibus et ultra pollice latioribus, thyrsoque altiore et dilatatiore. Bahia. Paraguay.

208. P. AMPHIBOLUM. *Steud.* Culmo erecto glabro (pluri-pedali); vaginis ore ligulaque piloso-setosis; foliis glabris elongatis (1—1$^1/_2$′ longis, 4—7‴ latis) lanceolatis acuminatis infra ad nervos margineque scabriusculis, glabris subglauco-viridibus; racemo composito elongato (pedali) sursum attenuato, basi subinterrupto; radiis brevibus adpressis; axibus partialibus in setas elongatis; involucellis infra spiculas 2—3-setosis; setis flosculos 4—5-plo superantibus; gluma inferiore flosculo duplo, superiore eo parum breviore; hermaphrodito ovato subacuto transversim tenuissime ruguloso. P. intermedium. *Salzm.* hrbr. Bahia.

209. P. GLOBULIFERUM. *Steud.* Culmo erecto tereti striato glabro laevi apicem versus asperulo, (pluripedali); nodis fuscis glabris; vaginis internodio brevioribus striatis glabris; foliis angustis linearibus (6—12″ longis, $^1/_2$—1$^1/_2$‴ latis) supra adpresse et intus supra vaginam dense exserte pilosis subtus glabris; ligula brevi membranacea pilosa; floribus in spica simplici interrupta subglomerato-confertis; radiolis (pedicellis communibus) brevissimis 3—6-floris; in-

volucellis flores 2—3-plo superantibus; gluma inferiore ovato-rotundata acutata flosculo duplo, superiore eo parum breviore; hermaphrodito ovato mucronulato transversim tenuissime ruguloso. Praecedenti affinis, sed facile distinguenda. Ex Hrbo. *Deloche*, lectum in Montevideo.

210. P. PUMILUM. *Link.* (Enum. 65.) Culmo inferne decumbente ramoso compresso; foliis angusto-linearibus scaberrimis; vaginis e tuberculis hirsutis; thyrso composito subcylindrico; racemulis partialibus brevissimis dense aggregatis; involucellis subnullis; gluma inferiore spicula 3-superiore eadem 2-plo breviore; hermaphrodito subtilissime transversim ruguloso. *Nees* Fl. Afr. 52. P. italicum. *Lin.* var. *Trin.* ⊙ — —

211. P. SEMIRUGOSUM. *Nees.* (Agr. bras. 243.) Culmis caespitosis erectis basi ramosis, (6—12-pollicaribus) glabris sub thyrso scabris; vaginis glabriusculis margine orisque ciliatis; thyrso subcomposito cylindrico arcto; involucelli triflori setis binis inaequalibus retrorsum scabris spicula subtriplo longioribus; gluma inferiore 3-nervia flosculis 2—3-plo, superiore 5-nervia iisdem $^1/_3$ vel magis breviore; flosculo neutro bivalvi; hermaphrodito basi undulato-rugoso, apice laevi. ⊙ Brasil.

212. P. SCANDENS. *Trin.* (Icon. t. 201.) Culmo decumbente vel adscendente subcompresso glabro fasciculato-ramoso basi repente; vaginis striatis, superioribus pubescentibus; thyrso subcomposito cylindrico ovato; involucello 1—2—3-setoso spiculam glabram 2—4-plo superante; setis deorsum hispidis; gluma inferiore flosculo triplo breviore, superiore id aequante; hermaphrodito ruguloso. Setaria scandens *Schrad.* et S. tenuissima *Schrad.* Brasil.

213. P. APARINE. *Steud.* Culmo decumbente ramoso, adscendente subcompresso; vaginis laxis striatis glabris vel cum foliis plus minus pubescenti-pilosis; ligula margo setulosus; foliis lineari-lanceolatis acuminatis (1—1$^1/_2$″ longis, 1$^1/_2$—2‴ latis); spicis simplicibus laxiusculis brevibus ($^1/_2$-pollicaribus); involucris sub-6-setosis unifloris; setis flosculos multoties excedentibus retrorsum hispidis (sese adhaerentibus); gluma inferiore flosculo plus duplo breviore; hermaphrodito longitudinaliter 2—4 striato, et transversim minutissime ruguloso. *Jardin* legit in Senegambia, *Despreaux* in Ins. Canar.

214. P. ANTILLARUM. *Poir.* (Enc. supl. IV. 275.) Culmo gracili tereti glaberrimo ramoso; foliis angusto-linearibus striatis acutis supra vaginisque pilosis, subtus glabris; thyrso gracili elongato (3-pollicari et ultra); involucellis glabris inaequalibus; flosculis sessilibus glabris parvis. Ins. Antill.

215. P. VERTICILLATUM. *Lin.* Culmis caespitosis erectiusculis (1—1$^1/_2$-pedalibus) apicem versus retrorsum scabris; vaginis glabris sursum margine piloso-ciliatis; ligula pilorum series; foliis lineari-lanceolatis (2—3″ longis, 2—4‴ latis) scabris quandoque sparsim pilosis; thyrso subcomposito subverticillato cylindrico; involucellis uni- (infimis saepe 2—3-) setis unifloris, spicula ovata paulo vel 2—3-plo longioribus deorsum hispidis; gluma inferiore flosculis 3-plo breviore, superiore eos aequante; hermaphrodito laeviusculo vel tenuissime punctulato-ruguloso. *E. Bot.* t. 874. *Host.* Gram. IV. t. 13. *Trin.* Ic. t. 202. ⊙ Eur. As. Afr. Am.

Setaria nubica. *Link* sec. *Trin.* *Schimperus* et *Kotschyus* nil nisi P. verticillatum verum et P. respiciens *Hochst.* quod omnino differt, e tribu Setariae ad nos miserunt, quod ad S. nubicam *Link* referri posset.

216. P. RESPICIENS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1654.) Culmo erecto elato (3—7-pedali) simplici vel vix ramoso glabro ad nodos parum incrassato; vaginis laxiusculis glabris; ligula rigide pilosa; foliis linearibus acuminatis flaccidulis (pedalibus et ultra, 2—4‴ latis) retrorsum scabris; thyrso plus minus composito (4-pollicari) denso; involucellis unisetis retrorsum denticulato-scabris, spiculas ovatas 2—4-plo superantibus; gluma inferiore flosculis triplo breviore, superiore eos aequante 3-neutro 5—7-nervio, hermaphrodito tenuissime granulato subundulato ruguloso. Pennisetum respiciens. *Rich.* Fl. Abyss. II. 379. Abyssinia. Java. *Hrbr. Zolling.* nr. 2729.

217. P. ROTTLERI. *Spr.* (Syst. Veg. I. 304 sub: Setaria.) Foliis latiusculis hirsutis; thyrso cylindrico spicato laxiusculo; setis involucri flosculos superantibus deorsum hispidis; corollis nervosis; seminibus rugulosis. P. verticillatum *Rottl.* P. intermedium *Roth.* Nov. pl. spec. 47. Ind. or.

218. P. CHINENSE. *Trin.* (Mem. Petrop. l. c. 225.) Culmo elato (4—5-pedali); nodis vaginisque glabris; ligula dense ciliari; foliis lato-linearibus (1$^1/_2$′ longis, 8—12‴ latis) scabriusculis; thyrsis compositis interruptis laxis; racemis glomerulifloris; pedicellis fasciculatis brevissimis; involucellis unisetis spicula oblongo-orbiculari subduplo longioribus, retrorsum hispidis; spiculis arcte imbricatis sublinealibus; gluma inferiore flosculis 5-plo — superiore iisdem paulo breviore; hermaphrodito tenuissime ruguloso. China.

219. P. BASISETUM. *Steud.* Culmo erecto simplici (2-pedali) glabro; ad nodos (inferiores) piloso-pubescente; vaginis ore — inferioribus etiam margine barbatis; ligula margo ciliatus; foliis linearibus acuminatis (3—5″ longis, 1$^1/_2$—2‴ latis) pilosiusculis; panicula racemosa; racemis distichis alternis basi fasciculato-setosis; involucro spicularum uniseto spiculas pluries superante; spiculis ovatis; gluma inferiore ipsis triplo breviore ovata obtusa 3-nervia, superiore quam flosculus breviore 5-nervia; hermaphrodito transversim rugoso-striato. *Jardin* legit in Guinea.

220. P. RARISETUM. *Steud.* Radice repente stolonifera; culmo basi geniculato tunc erecto (ultra pedali) simplici cum nodis glabro; vaginis ore (margineque) pilosis; ligula margo setosus; foliis latiuscule lanceolatis acuminatis (2—4″ longis, medio 3—4‴ latis), pilis longiusculis dissitis deciduis conspersis; paniculae contractae racemis basi distichis, superne confluentibus; involucro spicularum uniseto flexuoso scabro; gluma inferiore ovata obtusa obscure nervosa flosculo triplo breviore; superiore 5-nervia subaequante hermaphroditum tenuissime longitudinaliter (nec transverse rugoso) striatum. Simillimum praecedenti, sed vix tantum var. ♃ Ins. Borbonia et var. minor. Ins. Maurit. *Sieber* hrbr. mixt. nr. 144.

221. P. PAUCISETUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi radicante prostrato subramoso vel simplici sursum erecto foliato tereti striato glabro (2-pedali); nodis fuscis pubescentibus; vaginis arctis, supremis et infima margine glabris, mediis ibi ciliatis; foliis lanceolatis valide nervosis acutis margine (plus minus ad nervos) scabris, basi (fere in petiolum) angustatis (4—6″ longis, 4—10‴ latis); panicula stricta contracta vel effusa laxa; radiis erectis triquetris alternatim racemulosis; setis ad basin spicularum solitariis rigidulis (saepe flosculum incompletum emittentibus) spiculas sessiles vel brevissime pedicellatas superantibus; glumis inaequalibus, inferiore ovata obtusa spicula triplo breviore obscure 3-nervia, superiore valvula neutra breviore cum hac hermaphroditum subaequante 5—7-nervia (nervis viridibus), hermaphrodito acuto transversim striatulo ruguloso apice quandoque subpiloso. Hrbr. *Goering.* Sect. II. nr. 448. Japonia.

222. P. PROLISETUM. *Steud.* Culmo elatiore tereti glabro, foliato; vaginis laxis ad oras pilosis; foliis lato-lanceolatis nervosis margine scabris; panicula subcontracta (fere usque pedali) radiis irregulariter dispositis subsolitariis superioribus approximatis, racemulosis erectis; setis ad basin spicularum ipsas superantibus saepissime spiculas incompletas emittentibus; spiculis vix linealibus glabris; gluma inferiore ovata obtusa 3-nervia spicula triplo superiore flosculo neutro $^1/_3$ breviore, cum hoc 5—7-nervio, hermaphrodito laevi vel tenuissime transversim striatulo. Ins. Principis Afr. occ.

223. P. COMOSUM. *Steud.* Culmo elatiore validulo profunde tenui-striato foliato, infra thyrsum scabro; vaginis margine et ore pilosis; foliis basi cordato-amplexicaulibus elongatis (ultra pedalibus, 6—8''' latis) acuminatis glabris; ligula ciliata; thyrso elongato (6—7-pollicari); radiis inferioribus subaequalibus apiculatis, in pseudopaniculam fastigiatam elongatis; rhachi pilosa; radiis rigidulis plurifloris; flosculis subsessilibus, setis 4—5 spiculam parum superantibus involucratis, plurimis abortientibus; caryopsi ovata tenuissime puncticulata. *Cuming* legit in Ins. Philip.

224. P. CAUDATUM. *Lam.* (Enc. IV. 746.) Culmo folioso subinde basi ramoso (2—3-pedali); foliis planis linearibus vel sublanceolatis angustis pubescentibus vel subtus et ad vaginae apicem subvillosis; thyrso composito gracili apice caudiformi; racemulis brevibus; spiculis alternis remotiusculis sensim minoribus; rhachidibus setiferis; glumis laevibus. Sequentis var. *Trin.* Ic. t. 96 f. c. Am. austr.

225. P. SETOSUM. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. 139.) Culmo erecto simplici tereti glabro foliato (2—4-pedali); foliis sublanceolato-linearibus elongatis ($^1/_2$-pedalibus, 8—12''' latis) pubescentibus vel glabris scabris; vaginis glabriusculis; ligula membranacea ciliata; panicula spicaeformi (9—10-pollicari); involucro uniseto spiculis solitariis multo longiore; glumis glabris; valvula inferiore hermaphroditi transversim undulata; flore neutro bipaleaceo. *Trin.* Ic. t. 96. fig. A. Setaria macrostachya. *H. B.* Am. austr.

226. P. RESTITUTUM. (*Steud.*) Culmo erecto (bipedali) nodisque glabris; foliis linearibus acutis (7—8'' longis, 3—4''' latis), utrinque vaginisque pilosis ciliatis; ligula lacera longissime pilosa; spicis numerosis alternis ($^1/_2$—1-pollicaribus) sensim sursum minoribus; rhachi communi flexuosa pilosa; involucro bisetoso spiculis unilateralibus solitariis geminisve longiore; glumis glabris; valvulis hermaphroditi nervosis. Setaria elongata *Spr.* in *Schult.* mant. II. 280. P. setosum *Sw.* var. *Trin.* mpt. Domingo.

227. P. AMPLIFOLIUM. *Steud.* Culmo erecto elato glabro ad nodos pubescente; ligula setarum annulus; vaginis striatis glabris; foliis longissimis ($1^1/_2$' longis, 1'' latis) lanceolatis acuminatis tenuiter striatis glabris margine scabris; paniculae spicaeformis elongatae (fere pedalis) ramis brevibus adpressis erectis; involucro bisetoso multoties longiore spiculis vix linealibus; flosculi neutrius gluma inferiore ovata obtusa flosculo duplo breviore 3-nervia, superiore eum subaequante 5-nervia; valvula hermaphroditi tenuissime transversim striatula. Setaria macrostachya. *Hochst.* in Hrbr. *Kappleri* nr. 1411. ♃ Surinam.

228. P. MACROURUM. *Trin.* (Panic. 227.) Culmo erecto ramoso (?) scabro (orgyali); nodis pubescentibus; foliis lato-linearibus planis acuminatis striatis utrinque scabris, cartilagineo-serrulatis; vaginis apice pubescentibus; ligula margo ciliato-pubescens; panicula densa cylindrica (subpedali) spicaeformi subnutante; rhachi villosa angulata; involucro uniseto spiculis solitariis multo longiore; glumis 5-nerviis inaequalibus subrotundis obtusiusculis, inferiore duplo breviore, superiore subaequante hermaphroditum, hujus valvula inferiore transversim undulata. Setaria composita. *H. B.* N. gen. I. 91. Idem ac P. setosum. *Sw.* sec. *Trin.* Am. austr.

229. P. SCABRIFOLIUM. *Nees.* (Agr. bras. 146.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto tereti striato (2—4-pedali); nodis (8) glabris; vaginis scabris margine orisque ciliatis; foliis lanceolato-linearibus acuminatis utrinque scabris (fere 1' longis, 4—8''' latis); thyrso decomposito laxiusculo ($^1/_2$-pedali); rhachi hirsuta; involucellis subbifloris 2—4-setis coloratis (purpurascentibus); glumis glabris flosculo brevioribus, inferiore duplo minore suborbiculari acutiuscula 5-superiore ovato-subrotunda 7-nervia; hermaphrodito transversim undulato. *Kunth* Gram. II. t. 212. Iterum P. setosi *Sw.* var. *Trin.* ♃ Brasil.

230. P. IMPRSSUM. *Nees.* (l. c.) Culmo erecto stricto subramoso (pedali et ultra) nodisque glabris; vaginis subventricosis glabris margine oreque villosis; ligula truncata lacera; foliis lineari-lanceolatis strictis, ($^1/_2$' longis, $^1/_2$'' latis) scabriusculis margine scaberrimis; racemo decomposito patulo spicaeformi basi vaginato; rhachi hirsuta; involucellis bifloris bisetis pallidis spicula 8-ies longioribus; glumis ovato-subrotundis glabris 5-nerviis, inferiore paulo minore; flosculi hermaphroditi obsolete transversim undulati valvula inferiore basi impressa laeviuscula. ♃ Brasil.

231. P. MEGAPHYLLUM. *Steud.* Culmo arundinaceo elato glabro; vaginis longissimis glabris in petiolos (5-pollicares) elongatis; foliis lato-lanceolatis longissimis (sine petiolo $1^1/_2$' et ultra longis, 2—$2^1/_2$'' latis) acuminatis striatis glabris inferne ad nervos scabriusculis, margine scaberrimis; panicula longissima ($1^1/_2$-pedali); radiis abbreviatis erecto-patentibus (1—2'' longis); radiolis in setam elongatis, lateraliter floriferis; spiculis solitariis ovatis acutis; glumis — inferiore quam superior vix duplo breviore — cum hermaphrodito striatis, valvula hujus laevi. *Jardin* legit in Guinea.

232. P. PHYLLOMACRUM. *Steud.* Culmo erecto valido elongato (4-pedali et ultra), inferne anguloso; vaginis elongatis (pedalibus et ultra), margine praesertim pilosis, apice solutis; ligula densa pilorum series; foliis longissimis (usque bipedalibus, 2—3''' latis) linearibus striatis carina margineque scaberrimis; panicula elongata (ultra pedali); radiis racemosis subverticillatis inaequalibus (1—3'' longis) a basi floriferis; spiculis solitariis; pedicellis plerumque in setam ipsas 2—3-plo superantes elongatis; gluma exteriore flosculo duplo, interiore eo parum breviore; utraque vix striata, hermaphrodito laevi. ♃ *Jardin* legit in Guinea.

233. P. FLABELLATUM. *Steud.* Culmo erecto stricto (pluripedali) cum vaginis foliisque pubescentibus; ligula densa pilorum series; foliis lanceolatis basi attenuatis apice acuminatis (superioribus 7—9'' longis, 5—12''' latis) plicato-striatis margine scabris; panicula elongata (6—8-pollicari) contracta, radiis abbreviatis erectis; spiculis basi aristatis, quandoque nonnullis nudis; setis parum excedentibus spiculas ovato-lanceolatas glabras; gluma inferiore flosculo 3-plo breviore ovata obtusa, superiore flosculo fere duplo breviore 3-nervia, neutro hermaphroditum acutum laevem vel tenuissime punctulatum aequante. Agrostis flabellata. *Salzm.* Bahia.

234. P. LACHNEUM. *Nees.* (Agr. bras. 146.) Culmo erecto (2-pedali et ultra) ramoso nodisque glabris; vaginis sursum molliter villosis; foliis lanceolato-linearibus (6—8'' longis, 6—7''' latis) acuminatis utrinque pubescentibus; racemo erecto decomposito cylindraceo-conico; rhachi villosa; involucellis bifloris bisetis, setis spicula 3—4-plo longioribus retrorsum scaberrimis; glumis glabris 3-nerviis, inferiore flosculis 3-plo, superiore 2-plo breviore; hermaphrodito transversim undulato, neutro bivalvi. ♃ Brasil.

235. P. LEIOPHYLLUM. *Nees.* (l. c. 249.) Culmo basi procumbente radicante, ramoso (1—2-pedali) glabro, nodis tumentibus, superioribus interdum sericeis; vaginis foliisque glabris, his lanceolatis (7'' longis, 9''' latis) basi rotundatis, rigidulis glabris, margine scabris; racemo erecto composito coarctato acuminato (7'' et ultra longo) ramis (6—7''' longis) approximatis; rhachi villosa; pedicellis subsecundis subbifloris; involucellis unisetis sub singula spicula, ista duplo longioribus; flosculo inferiore masculo bivalvi; hermaphrodito transversim undulato. ♃ Brasil.

236. P. CERNUUM. *H. B.* (N. gen. I. 111. sub: Setaria.) Culmo erecto ramoso (? 3-pedali) striato pilosiusculo; foliis interne subpubescentibus, linearibus planis acuminatis, margine scabris; vaginis ore pilosis caeterum glabris; ligula margo pilosus; panicula simplici spicaeformi cylindracea cernua (6—7-pollicari), radiis abbreviatis approximatis pilosis; involucro uniseto vel nullo, spiculis solitariis longiore; glumis ovatis acutis glabris inferiore duplo breviore, superiore

florem masculum bivalvem aequante 5-nervia; hermaphrodito transversim striato. ⊙ Quito.

237. P. CRUX ARDEAE. *Willd.* (*Nees* l. c. 253.) Culmo ramoso glabro; vaginis apice annulo villoso cinctis; foliis anguste lanceolatis utrinque attenuatis scabris; racemo subdecomposito ramisque secundis verticillatis erectis; spiculis brevissime pedicellatis subsolitariis erectis, plerisque seta longiore ad insertionem pedicelli stipatis. Am. austr.

238. P. SAGITTAEFOLIUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. 1655.) Radice fibrosa; culmo erecto ramoso elato (sub-3-pedali); vaginis margine et ad oras longe patenti-pilosis; foliis ad exitum vaginae longissime (2—4″) petiolatis, basi in lacinias 2 sagittatas (pollicares) divisis, caeterum lanceolato-linearibus acutatis (4—6-pollicaribus); panicula laxa; racemis secundis laxifloris; involucellis unisetis unifloris; setis 3—4-plo longioribus quam spiculae ovatae glabrae; gluma exteriore flosculo 3-plo, interiore dimidio breviore; valvula flosculi neutri spiculam aequante; hermaphrodito transversim ruguloso. Pennisetum sagittaefolium. *Rich.* Fl. Abyss. II. 379. Setaria sagittaefolia. *Walp.* Ann. III. 721. ⊙? Abyssinia.

Species inter Gramina foliis sagittatis petiolatisque distinctissima; folia caeterum petiolata in Graminibus exceptis Bambusaceis rarissima in Panicis sequentibus obvia sunt: P. Riedelii *Kunth.* P. subpetiolatum *Steud.* P. petiolatum *Nees.* P. megaphyllum *Steud.* P. rariflorum *Lam.* quod vero forsan ad Bambusaceas referendum.

239. P. PANICULIFERUM. *Steud.* Culmo glabro elatiore; vaginis glabris superne et ore pilosis; foliis (culmeis) longissimis (1′ et ultra longis, 2—4‴ latis) acuminatis glabris, margine scaberrimis; ligula pilorum series; paniculae diffusae radiis racemiformibus; pedicellis spicularum brevissimis apice vel basi setiferis; setis plus minus caducis spiculas 2—3-plo superantibus; spiculis solitariis purpurascentibus; gluma inferiore quam spicula duplo breviore obtusa 3- superiore 3—5-nervia; valvulis laevissimis. Oaxaca.

240. P. LENE. *Steud.* Culmo elato, tereti glabro; foliis amplis lanceolatis acuminatis (1—2-pedalibus, 1—1½″ latis) basi in petiolum attenuatis cum vagina soluta (etiam petiolum mentiente) subarticulatis; vaginis margine glabris ore cum ligula membranacea longe pilosis; lamina striata molliter pilosa margine vix scabriuscula; panicula elongata (1½-pedali); radiis inferioribus remotioribus composito racemosis, racemulisque brevibus (¼—½-pollicaribus) scabriusculis angulosis; pedicellis spicula brevioribus unisetulosis saepissime etiam nudis; setis flosculos 4-plo superantibus; spicula ovato-lanceolata lineali; gluma inferiore duplo breviore, superiore et flore neutro subaequalibus tenuissime nervosis, hermaphrodito acuto tenuissime transversim ruguloso. An sequentis, cui proxima, var? *Zollinger* hrbr. nr. 815. Java.

240. b. P. AMPLISSIMUM. *Steud.* Culmo elato; foliis culmeis lanceolatis acuminatis (1′ et ultra longis, 1″ latis) plicatis retrorsum praesertim margine scabris; vaginis sursum, margine et ore pilosis; ligula pilorum series; panicula decomposita amplissima (fere 2′ alta); radiis repetito racemosis; pedicellis spicula brevioribus basi setiferis rarius nudis; setis 2—3-plo longioribus spicula ovato-lanceolata glabra; gluma inferiore duplo breviore, superiore et flore neutro inaequalibus 3—5-nerviis; hermaphrodito transversim ruguloso. Hrbr. *Cuming* nr. 583. Ins. Phillip.

c. *Setae rhachi communi inordinatim insertae.* §. 10.

241. P. BRACHIARIAEFORME. *Steud.* Radice fibrosa; culmo prostrato diffuse ramoso hinc inde radicante glabro; vaginis inferioribus et ad geniculos radicantes ampliatis striatis glabris; ligula nulla; foliis linearibus glabris vel basi pilosis scabriusculis flaccidis; racemis in axi communi alternis simplicibus brevibus (½-pollicaribus) basi vel per totam longitudinem setis inordinatim munitis; gluma inferiore flosculis duplo breviore, superiore valvulam neutram aequante et cum hac sparsim et margine setulosa; hermaphrodito apiculato ovato glaberrimo laevissimo. Afr. occid.

d. *Species sectionis Setaria minus notae, plures dubiae vel jam inter priores forsan recensitae.* §. 11.

242. P. LINKII. (*Steud.*) Culmo erecto (2-pedali) inferne- cum nodis valde incrassatis approximatis radicantibus; vaginis brevibus superne pubescentibus; ligula pilosa; foliis caule multo longioribus (6—7″ longis, 4‴ latis) scabris basi subpilosis; racemo brevi (2-pollicari) inter folia recondito, racemulis dense aggregatis; setis spicula lineali 2—3-plo longioribus; gluma exteriore flosculis duplo minore, exteriore et valvula neutra lanceolatis obtusiusculis nervosis; valvulis flosculi fertilis laevissimis. Setaria longifolia. *Link.* H. Berol. 220. ♃ — —

243. P. LAEVIGATUM. *Mühlbrg.* (Descript. p. 100, sub: Setaria.) Foliis lineari-lanceolatis nervosis vaginaque striata glabris; ligula brevi barbaeformi; involucellis petiolo pubescenti insidentibus apice purpureis 5—10, calyce nervoso glabro 3-plo longioribus; semine albo rugoso. Am. sptr.

244. P. WILLDENOWII. (*Steud.*) Culmo repente radicante; foliis cordato-lanceolatis subtus vaginarumque oris pilosis, racemis subpaniculatis confertis erectis; setis subternis gracilibus laevibus; flosculis ovatis acutis nervosis glabris. Setaria luxurians. *Willd.* hrbr. *Spr.* Syst. I. 305. Ind. or.

245. P. OCREATUM. *Willd.* hrbr. Culmo erecto; foliis cordato-lanceolatis amplexicaulibus basi vaginarumque ore ciliatis; racemis paniculatis remotis; setis gracilibus glomeratis glabris; flosculis ovatis nervosis laevibus secundis. Setaria ocreata. *Spr.* l. c. Ind. or.

246. P. MAURITIANUM. *Spr.* (l. c. sub: Setaria.) Foliis lato-lanceolatis pilosiusculis, nodis barbatis; spicis paniculatis secundis subfasciculatis; ramis pilosis; setis flexuosis sursum hispidis; flosculis ovatis nervosis acutis scabriusculis; seminibus rugulosis. Ins. Mauritius.

247. P. FLORIBUNDUM. *Willd.* hrb. (*Spr.* l. c. sub: Setaria.) Foliis lato-lanceolatis pilosiusculis; vaginis glabris; racemis paniculatis confertis divaricatis; rhachi angulata flosculisque ovatis obtusiusculis nervosis glabris. Ind. or.

248. P. UTRICULATUM. (*Steud.*) (*Spr.* l. c. p. 33. sub: Setaria vaginata.) Culmo foliisque laevibus; racemo spicato elongato vaginato; setis subsolitariis sursum asperis flexuosis; flosculis acutis glabris nervosis. Rio grande.

249. P. PURPUREUM. *R. P.* (Fl. per. I. 48.) Culmo tereti ramoso; spica tereti; involucris 1—2-setis inaequalibus flosculo majoribus unifloris. Peru.

250. P. TOMENTOSUM. *Roxb.* (Fl. ind. p. 303.) Caespitosum delicatulum; culmis adscendentibus suberectis; foliis molliter longe pilosis; vaginis fauce barbatis; racemis compositis e spicis 10—12 oblongis alternis 6—8-floris; involucellis setosis intermixtis hispidis; semine ovato transversim rugoso. Ind. or.

251. P. ROTHII. *Spr.* Culmo ad geniculos radicante adscendente ramoso; nodis villosis; foliis lanceolato-linearibus undulatis piloso-hirtis; ligula brevissima barbata; racemis alternis secundis (4—8) fastigiatis breviter pedunculatis; spiculis subsessilibus ovatis mucronatis hirtis basi pilorum fasciculo munitis; flosculi hermaphroditi corolla transversim rugosa. P. hirtum. *Roth.* n. pl. p. 46. Ind. or.

252. P. JAHNII. (*Steud.*) Culmo subramoso (1—1½-pedali); foliis lanceolatis (2—5″ longis, 3—4‴ latis) utrinque glaberrimis margine asperis; spicis alternis inferioribus pedunculatis; spiculis basi setosis; seminibus semiglobosis glaberrimis. P. brevifolium *Jahn.* Syllog. Ratisb. I. 193. Ind. or.

253. P. CANESCENS. *Roth.* (l. c. 54.) Culmo (1½—2-pedali) inferne ramoso cum nodis foliisque lineari-lanceolatis villoso-canescentibus; ligula barba pilosa; paniculae racemis alternis laxis elongatis secundis simplicibus; pedicellis cum rhachi pilosis apice fasciculo setarum spiculam

muniente terminatis; spicis ovalibus mucronatis pilosis; calycis gluma exteriore cordato ovata spiculam basi involvente brevi mucronata dorso aspera. Ind. or.

255. P. DISTICHUM. *Lam.* (Enc. IV. 741.) Culmo subcompresso ($1^1/_2$-pedali); foliis (radicalibus equitantibus) longiusculis (4—5''' latis) superne sparsim adpresso pilosis; vaginis margine ciliatis; spicis pluribus (20—25) fere distichis in paniculam subsimplicem approximatis; rhachi pilosa; floribus subgeminatis subpedicellatis ovatis glabris muticis; glumis glabris, hermaphrodito laevi; involucro uniseto. ♃ Ind. occ. Am. austr.

Sect. VIII. Harpostachys. *Trin.* Racemus simplicissimus solitarius (rarissime basi compositus vel binatus); spiculae subsessiles imbricatae regulariter 1—2—4-seriatae, nonnunquam subdistichae. §. 11.

256. P. DECUMBENS. *R. S.* Culmo decumbente ramoso rarius ad nodos basi radicante (pedali) glabro; vaginis carinatis ampliatis collo vel totis cum nodis villosis; foliis lanceolatis pubescentibus; racemo (plus minus pollicari) solitario (rarissime geminato); axi angusto glabro arcte florifero; spiculis geminis parvis vel minimis orbiculato obovatis glabris; gluma inferiore flosculis 4-plo superiore iisdem subduplo breviore; hermaphrodito punctulato striato. *Kunth.* Gram. I. t. 16. *Trin.* Ic. XIII. t. 146. Paspalum decumbens *Swartz.* Fl. ind. 138. ⊙ Guian. Brasil. Jamaica.

257. P. MONOSTACHYUM. *H. B.* (N. gen. I. 96.) Culmo erecto ($1^1/_2$—3-pedali) ad nodos et infra racemos pubescente; foliis lanceolato-linearibus (6—12'' longis, 3—6''' latis), pubescentibus; racemo (2—6-pollicari) solitario, axi spiculam latitudine aequante glabro; spiculis geminis plus minus sesqui-linealibus ovato-ellipticis glabris, oblique 4-serialibus inferioribus laxis, superioribus arcte imbricatis; gluma inferiore nunc brevissima nunc flosculis subduplo-superiore iisdem paulo breviore; hermaphrodito punctato-striato. *Kunth.* Gram. t. 104. P. cultratum *Trin.* ic. XIII. t. 145. Thrasya cultrata *Nees.* ♃ Brasil.

258. P. MONOBOTRYS. *Trin.* mpt. Culmo ramoso (2-pedali) glabro vaginato; vaginis margine ciliatis, ore longe barbatis, foliis linearibus acutis (3—6'' longis, 1—2''' latis) undique (— margine longius ciliato-) hirsutis; pedunculis e vaginis superioribus solitariis elongatis filiformibus striatis pubescentibus monostachyis; racemo solitario (3-pollicari) axi spiculis parum angustiore, his ovato oblongis uniseriatis imbricatis; gluma inferiore minima ovata acuta, superiore flosculum aequante, hermaphrodito tenuissime puncticulato puberulo vel glabreacente. P. monostachyum *Salzm.* Hrbr. Bahia.

259. P. THRASYA. *Trin.* (Mem. Petr. sc. nat. I. 228.) Culmo erecto ($1^1/_2$-pedali), ramoso glabro; nodis pilosis; foliis linearibus planis utrinque pubescentibus; vaginis glabris ligula ciliata; racemo (2—3-pollicari) falcato solitario; axi spicula latiore compresso ciliato; spiculis solitariis ultra linealibus lanceolato-ovatis villosis; gluma inferiore minutissima, superiore (pilis flavidis) hirsuta, flosculos aequante; flosculi masculi valvula inferiore fissa, lacinia utraque superne hirsuta infra apicem emittente pilum longiorem filiformem; hermaphrodito superne barbato. Thrasya paspaloides. *H. B.* N. gen. I. t. 39. *Kunth.* Supl. t. X. f. 3. ♃ Panama. Orinoco.

260. P. CANALICULATUM. *Nees.* (in litt. et *Wight* hrbo.) Culmo gracili adscendente; foliis lineari-acuminatis planis vaginisque pilosis; racemo angusto laxo basi composito, ramulis adpressis paucifloris tenuibus; spiculis in ramulis inferioribus alternis, in rhachi superiore geminis fasciculatisve ovato-lanceolatis glabris, glumis subaequalibus obtusis flosculos duplo superantibus, majore bivalvi, valvula inferiore in medio profunde introrsum plicata, superiore lata marginibus inflexis; flosculo hermaphrodito minore lanceolato acuminato transversim ruguloso-aspero. Species singularis praecedenti quoad floris structuram accedens, minime vero habitu. *Nees.* P. Myurum *Wight.* hrbr. Aira interrupta. *Rottl. Klein.* Hrbr. ♃ Ind. or.

261. P. THRASYOIDES. *Trin.* (Ic. XVII. t. 151.) Radice fibrosa caespitifera; culmo (1—$1^1/_2$-pedali) gracili erecto simplici, pubescente; vaginis apicem versus vel totis hirsutis; foliis lineari-acuminatis (2'' et ultra longis, 1''' latis) jubis longis undique hirsutis; racemo (2—3-pollicari) solitario falcato; axi spicula latiore compresso ciliato; spiculis solitariis 1—$1^1/_2$-linealibus lanceolato ovatis apice barbatis; gluma inferiore pusilla, superiore flosculis dimidio breviore; flosculi masculi valvula inferiore fissa, laciniis barbatis muticis. Thrasya hirsuta. *Nees.* Agr. bras. 94. *Kunth.* Gram. t. 102. Brasil.

262. P. PETROSUM. *Trin.* (Ic. XXIV. t. 280.) Culmo gracili elato (3—4-pedali); vaginis subcarinatis glabris ciliolatis; foliis subcoriaceis angustissimis compresso involutis glabris; racemo (6—10-pollicari) solitario; axi spicula latiore compresso glabro; spiculis solitariis sub-3-linealibus ovato-lanceolatis villosis basi torulo auctis; gluma interiore minutissima, superiore flosculos aequante; flosculi masculi valvula inferiore bipartito-fissa; hermaphrodito apice barbato. Brasil.

263. P. ANSATUM. *Trin.* (Ic. XXIV. t. 279.) Culmo tenui adscendente ima basi ramoso (vix pedali); vaginis glabris ciliatis; foliis angusto sublanceolato-linearibus rariuscule-pilosis, radicalibus longioribus (1—2-pollicaribus, lineam latis) culmeis brevissimis; racemo ($1^1/_2$-pollicari) recto; axi membranaceo spicula latiore cucullato-concavo glabro; spiculis solitariis sesquilinealibus oblongis pilosulis; glumis flosculos aequantibus angustis, interiore curvata ad curvaturam barbata, superiore superne villoso ciliata; flosculo hermaphrodito acuminato. Brasil.

264. P. REPANDUM. *Nees.* (Agr. bras. 98.) Culmo erecto (2-pedali) sursum pubescente; vaginis hirtis superne molliter pilosis; foliis linearibus (6—7'' longis, 2—3''' latis) acuminatis hirsutis; racemo solitario vel geminato (subpollicari); axi latitudine spiculae glabro; spiculis solitariis vel binis bilinealibus obovato-ellipticis glabris; gluma inferiore flosculis $^1/_3$ breviore, superiore eosdem aequante. ♃ Brasil.

265. P. ECHINOLAENA. *Nees.* (l. c. 128.) Culmo basi decumbente ramoso ($1^1/_2$-pedali); foliis e basi subcordata (lineari-) lanceolatis obtusiusculis ($1^1/_2$'' longis, usque 3''' latis) glabris hirtis vel hirsutis; racemo (sub-pollicari) solitario; axi spiculis angustiore hirsuto vel glabro; spiculis solitariis 3—4-linealibus ovato-lanceolatis; glumis (praesertim inferiore) flosculo longioribus, superiore longissime acuminata flosculique masculi valvula inferiore glanduloso-tuberculatis hirsutis. Echinochloa scabra. *H. B.* N. gen. t. 38. Cenchrus marginalis. *Rudg.* Guian. t. 25. Variat: culmo toto vaginis hirsutis tecto, foliis margine e glandulis deciduis setulosis. ♃ Brasil. Guiana.

266. P. JACOBINAE. *Steud.* Culmo basi ramoso erecto rigidulo (pedali) undique vaginis hirsutis tecto foliato; ligula margo ciliaris; foliis e basi subcordata lineari-lanceolatis erectis rigidulis (2'' longis, 2—3''' latis) apice subpungenti acutis undique villosis; racemo secundo solitario ($^3/_4$-pollicari); axi spiculis multo angustiore spiculisque undique piloso-hirtis, glumis flosculo longioribus inferiore subacuminata, valvula exteriore neutra apice pilosa, hermaphrodito laevissimo. Jacobine, Am. austr.

267. P. SCLEROCHLOA. *Trin.* (Ic. XXIV. t. 283.) Culmo decumbente adscendente ramoso rigido; vaginis compressis glabris; foliis lineari-lanceolatis firmis acutis ($1^1/_2$—3'' longis, 3''' latis); racemo (bipollicari) stricto solitario; axi spicula angustiore glabro; spiculis solitariis bilinealibus cuneato-oblongis glabris; glumis carinatis

flosculos aequantibus, hermaphrodito superne retuso-attenuato. Brasil.

268. P. ERIOCHRYSOIDES. *Nees.* (Agr. bras. 103.) Radice subbulbosa; culmo erecto tenui simplici ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); vaginis radicalibus sericeo-pubescentibus, culmeis superne villosulis; foliis fasciculorum subinvolutis (7—8-pollicaribus), culmeis linearibus (1—2-pollicaribus) pilosis; racemo ($1\frac{1}{2}$—3-pollicari subnutante) solitario, axi angusto puberulo arcte florifero; spiculis solitariis sub-3-linealibus lanceolatis (ferrugineo-) hirsutissimis; glumis dense hirsutis, inferiore obtusiuscula denticulata 3-nervia flosculo $\frac{1}{3}$ breviore, superiore acuminata 5-nervia flosculum superante; hermaphrodito acuminato albo laevi. P. ferrugineum. *Trin.* ic. VIII. t. 90. ♃ Brasil.

269. P. ROTTBOELLIOIDES. *H. B.* (N. gen. I. t. 32.) Culmo erecto tenui (2- et ultra pedali); vaginis inferioribus glandulis pilisque adspersis, superioribus glabris; foliis sublanceolato-linearibus firmis (2—3-pollicaribus, 2‴ latis) plus minus pilosis; racemo solitario erecto (5—6-pollicari); axi angusto glabriusculo arctiuscule florifero; spiculis solitariis sesquilinealibus ovato-lanceolatis praesertim inferne (fulvo-) hirsutis; gluma inferiore truncata basi et ad margines hirsuta, flosculis $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{4}$ breviore, superiore eosdem excedente bifida basi hirsuta; hermaphrodito acuto apice hispidulo. *Trin.* Ic. XXIV. t. 281. P. Lolium *Nees. Trin.* l. c. t. 282. ♃ Orinoco. Brasil.

270. P. EXARATUM. *Trin.* (Ic. XVII. t. 194.) Culmo pertenui simplici; vaginis radicalibus squamaeformibus pubescentibus culmeis glabris; foliis setaceis rigidiusculis glabris ($1\frac{1}{2}$—3″ longis); racemo solitario erecto vel subnutante (subpollicari); axi angustissimo glabro distiche et laxiuscule florifero; spiculis solitariis sesquilinealibus, lineari-oblongis (albido-) villosis; glumis acutis 5-nerviis flosculos subaequantibus villosis. P. pappophorum. *Nees* var *Trin.* ♃ Brasil.

271. P. PAPPOPHORUM. *Nees.* (Agrost. bras. 104.) Radice repente multiculmi; culmo ramoso adscendente nodis hirtis; vaginis glabris altero margine ciliatis; ligula truncata ciliato-lacera; racemo solitario erecto ($1\frac{1}{2}$-pollicari); spiculis distichis in dentibus axis sessilibus solitariis imbricatis sesquilinealibus oblongis; glumis (pallido-) villosis, inferiore lineari spathulata infra apicem — superiore apice barbata; flosculo neutro bivalvi margine hirsuto, dorso excavato; flosculo fertili cuspidato laevi. ♃ Brasil.

272. P. MONODACTYLUM. *Nees.* (Fl. afr. austr. I. 21.) Culmo erecto simplici (subpedali); vaginis pilosulis vel glabris; foliis convoluto-setaceis rigidulis (2—4-pollicaribus); racemo solitario elongato (3-pollicari et ultra); axi flexuoso; spiculis geminis imbricatis; gluma inferiore obsoleta, superiore flosculoque neutro (flavicanti-aureo-) sericeo hirsutis. Afr. austr.

273. P. LOLIIFORME. *Hochst.* (Hrbr. Dr. *Hostmann* nr. 1071.) Radice fibrosa; culmo adscendente pertenui glabro; vaginis inferioribus foliisque lanceolatis (1—2″ longis, $1\frac{1}{2}$—2‴ latis) papilloso-pilosis, superioribus adpressis foliisque abbreviatis glabris angustissimis; racemo solitario erecto glaucescente (2-pollicari); spiculis distichis ovato-lanceolatis acutis nitidis; gluma inferiore nulla (ejus loco pilorum fasciculus), superiore et valvula neutra flosculo sub brevioribus pellucidis, hermaphrodito viridi glauco nitido. Surinam.

Species hujus sectionis Novae Hollandiae, plurimae non satis notae.

274. P. PHLEOIDES. *R. Br.* (Prodr. 189.) Culmo basi ramoso foliisque planis glabris; spica cylindraceo-oblonga; floribus imbricatis ovatis acutis pubescentibus. N. Holl.

275. P. MYOSUROIDES. *R. Br.* (l. c.) Culmo repente foliis planis glabris; spica cylindracea; floribus imbricatis ovatis obtusiusculis glabris. N. Holl.

276. P. ARCUATUM. *R. Br.* (l. c.) Culmo erecto foliisque planis glabris; spica cylindracea racemosa; floribus imbricatis oblongis curvatis hispidulis. N. Holl.

Sect. IX. Diplostachys. *Steud.* Spicis geminis. §. 13.

Cfr. infra sub sectione Trichachne: P. didymostachyum. *Steud.*

277. P. PASPALIFORME. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 296.) Culmo adscendente (pedali) ramoso compresso glaberrimo; nodis barbatis; vaginis ore pilosis; foliis e basi ovata linearibus planis glabris (4—5″ longis, 3‴ latis) margine scabris; ligula brevissima truncata; spicis 2 conjugatis erectis; rhachi plana latiore spiculis ovatis acutis biseriatis; gluma inferiore spicula dimidia breviore ovata acuta enervia, superiore ovata acuminata pubescente 3-nervia; floris neutrius valvula ovata acuta glabra 3-nervia; floris hermaphroditi valvula inferiore ovata acuta minutissime seriatim tuberculata. Peru.

278. P. PSEUDOPASPALUM. *Nees.* (Semina H. Vratisl. 1850.) Culmo obliquo nodisque compressis glabris; foliis lanceolato-linearibus acuminatis ciliatis supra sparsim villosis; ligula margineque vaginarum hirsutis; spicis binis alternis sessilibus unilateralibus; spiculis geminis abortu bifariis; rhachi convexa subtus concava spiculis angustiore laevi; gluma inferiore in spiculis inferioribus flosculis 3—4-plo breviore ovata obtusa, in superioribus sensim majore caudato-cuspidata; gluma superiore ovata convexa trinervia, valvulaque flosculi sterilis plana 5-nervia pubescentibus; flosculo hermaphrodito subtilissime ruguloso. — —

279. P. POLYRRHIZON. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 296.) Culmo basi repente radicante adscendente (pedali et ultra) striato glabro; nodis vaginis foliisque hirsutis; ligula margo brevissimus; foliis planis linearibus ($2\frac{1}{2}$″ longis, $1\frac{1}{2}$‴ latis); spicis subbinis alternis secundis; spiculis ovatis acutis biserialibus imbricatis, rhachi plana scabriuscula latioribus; gluma inferiore minima rotundata subpersistente, superiore valvulaque floris neutrius inferiore aequalibus ovatis 3-nerviis puberulis; valvula floris neutrius superiore multo minore lanceolata; hermaphrodito ovato acutiusculo. ♃ California.

Sectio X. Brachiaria. *Trin.* Racemi simplicissimi alterni; axis partialis angulosus plerumque triqueter; spiculae (glabrae, villosae, lanatae non vero totae strigulosae) sessiles vel brevissime pedicellatae plus minus imbricatae 2—3—4-seriales muticae.

a. *Spiculae pubescentes, pilosae, hirsutae vel lanatae.* §. 14.

Plures hujus sectionis species quoad spicularum villositatem ad sectionem XIV: Tricholaena propius accedere videntur; sed racemis alternis et pedicellis non articulatis primo intuitu differunt, nec cum his in genus distinctum collocandae sunt. Paucae etiam inter hanc et sequentem sectionem ambigunt. cfr. P. ramuliflorum *Hochst.* P. vaginaeflorum. *Steud.* P. pilosum. *Sw.*

280. P. HOLOSERICEUM. *R. Br.* (Prodr. I. 190.) Radice crassa annua caespitifera; culmo erecto tenui superne nodisque hirsuto-pubescente (vix pedali); vaginis glanduloso-piliferis; foliis sublanceolato-linearibus pilosis (1″ longis, 1‴ latis); racemis subsex brevibus (4‴ longis) pauci- (2—3-) floris ad axin hirsutum alternis interstitiis subbrevioribus; spiculis solitariis laxis linealibus oblongis brevicaudatis lanato-comatis; gluma inferiore aciculato-caudata flosculis dimidio breviore; hermaphrodito mucronato-aciculato punctulato striato, superne ad margines villos aliquot emittente. *Trin.* Ic. t. 173. *Kunth.* Gram. I. t. 18. N. Holl.

281. P. GOSSYPINUM. *Rich.* (Tent. Fl. Abyss. II. 366.) Radice perenni caespitifera; culmo basi squamis (vaginis veterum foliorum?) dense sericeis striatis vestito (1—$1\frac{1}{2}$-pedali); foliis lineari-lanceolatis rigidiusculis acutis piloso-glandulosis pubescentibus margine subcartilagineo-serrulato scabris (1—$1\frac{1}{2}$″ longis, 1‴ et ultra latis), glauco-viridibus; vaginis margine densius ciliatis; racemis pluribus (6—8,

lineas 3—5 longis) 4—10 spiculatis alternis interstitia subaequantibus subsecundis; rhachi flexuosa pilosa; spiculis solitariis (rarius geminis) linealibus oblongo-ovatis dense longeque purpurascenti-sericeis; gluma exteriore ovali-oblonga acuta mediam flosculorum partem attingente vel superante, interiore ovali-acuminata flosculos aequante; flosculo exteriore masculo bivalvi; hermaphrodito ovoideo acuto glabro granulato-striato. Eriochloa (Tricholaena) purpurascens. *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 174. Panicum holosericeum *Nees.* Fl. Afr. austr. I. 30 non *R. Br.* ♃ Pr. b. sp. Abyssin.

282. P. ARGENTEUM. *R. Br.* (Prodr. I. 190.) Culmo (vix pedali) vaginisque inferioribus pubescentibus, foliis sublinearibus (pollice brevioribus lineam latis) margine cartilagineo-serrulatis vaginisque pubescentibus; racemis (semipollicaribus) alternis (5) paucifloris interstitia subaequantibus ad axin tenerrime pubescentibus; spiculis solitariis laxis linealibus turbinatis lanato-comatis; gluma inferiore flosculis triplo breviore, neutro bivalvi, mutico hermaphrodito mucronulato-acuto, tenerrime punctulato. *Trin.* Ic. XV. t. 170. N. Holl.

283. P. COMATUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. abys. nr. 1196.) Radice fibrosa tenui; culmo erecto tenui plus minus ramoso (pedali et ultra); vaginis teretibus nodis foliisque pubescenti villosis; ligula margo membranaceus villosus; foliis (lato) lanceolatis (1—1 ½″ longis, 2—4‴ latis) margine cartilagineis altero undulato altero serrulato-ciliato; racemis (½—1-pollicaribus) alternis interstitio longioribus submultifloris ad axin communem et partialem pubescentibus; spiculis solitariis vel binis linealibus ex toto-apice corona pilorum lanatis; gluma inferiore flosculo (plus) duplo breviore ovata obtusa vel acutiuscula; superiore et neutra obtusis; hermaphrodito ovato-acuto tenuissime longitudinaliter striatulo-puncticulato. *Rich.* Fl. Abyss. II. 376. An praecedentis var? ⊙ Abyssin.

284. P. GRACILE. *R. Br.* (l. c.) Foliis subinvolutis glabris; spicis approximatis paucifloris racemosis rhachi apice nuda aristaeformi; floribus subimbricatis ovatis glabris; flosculo hermaphrodito tenuiter rugoso. N. Holl.

285. P. PUBINODE. *Hochst.* (l. c. nr. 1855.) Radice fibrosa; culmis erectis simplicibus, sparsim ad nodos densius pubescenti-villosis; ligula series pilorum; foliis erectis lanceolato-linearibus (1—3″ longis, 1—2‴ latis) cum vaginis e tuberculis pilosis, margine retrorsum scabris; racemis (½—¾″ longis), alternis interstitio longioribus ad axin pubescentibus; spiculis solitariis vix ultra semilinealibus ovatis pilosis; gluma inferiore vix ulla superiore neutram valvulam subaequante utraque 3-nervia, hermaphrodito ovato-lanceolato laevi. Abyssin.

286. P. SERRATUM. *R. Br.* (l. c. 193.) Culmo basi ramoso, erecto (ultra pedali); vaginis inferioribus pubescentibus, foliis sublanceolato-linearibus strictis compressis vel planis (1—1 ½″ longis, 1—2‴ latis), glabris margine indurato serrulatis; racemis (sub-5) alternis interstitia aequantibus patulis; spiculis solitariis subimbricatis linealibus oblongis obtusis villoso-pilosis; gluma inferiore flosculis dimidio breviore; hermaphrodito adunco-mucronato punctatulo. *Kunth.* Gram. t. 19. P. scopuliferum. *Trin.* Ic. XIV. t. 165. ♃ Afr. austr.

287. P. PERFORATUM. *Nees.* (Agr. bras. 126.) Culmo erecto simplici (1—1 ½-pedali); vaginis internodio brevioribus compressis villosis; foliis linearibus planis erectis (1 ½—4 ½″ longis, 2‴ latis) utrinque cano-molliter villosis; racemis (6—8 interdum subcompositis, plus minus sesquipollicaribus) alternis interstitia aequantibus; spiculis alternis vel geminis laxiuscule imbricatis sublinealibus ellipticis obtusiusculis hirsutis; gluma inferiore flosculis ¾ et ultra breviore, glandulis nigris adpressis, hermaphrodito acutiusculo superne pilis sparsis obsito. *Trin.* ic. XV. t. 175. ♃ Brasil.

288. P. TRACHYSTACHYUM. *Nees.* (l. c. 125.) Culmo compresso simplici erecto (2-pedali) infra racemos pubescente caeterum uti nodi et vaginae glabro; foliis filiformi-compressis apice basique pilosis; racemis (ultra pollicaribus) alternis interstitia aequantibus (6—8) ad axin hirsutum; spiculis geminis laxiusculis subultralinealibus ellipticis obtusis hirsutis; gluma inferiore minuta obtusa; superiore ovato-lanceolata obsolete 5-nervia flosculum aequante; hermaphrodito obtusiusculo apice pubescente. *Trin.* Ic. XIV. t. 167. ♃ Brasil.

289. P. BRACHYSTACHYUM. *Trin.* (Ic. XIV. t. 157.) Culmo erecto firmo (pedali) superne pubescente; vaginis glabris; foliis lanceolato-linearibus pilosulis, (½″ longis, 1‴ latis); spiculis geminis solitariisque pectinato-imbricatis ovatis acutis hirsutis ultralinealibus; gluma inferiore flosculis dimidio breviore; hermaphrodito acuto laevi. ♃ Brasil.

290. P. FALCIFERUM. *Trin.* (Icon. XIII. t. 147.) Culmo gracili simplici (2-pedali); vaginis glabris; foliis anguste linearibus subinvolutis (3—4″ longis, 1—1 ½‴ latis) glabris; racemis (subpollicaribus, 4) alternis interstitia subaequantibus falcatis; spiculis solitariis imbricatis subultralinealibus oblongis obtusiusculis dorso margineque hirsuto-pilosis; gluma inferiore obtusa glabra multinervi flosculo ⅓ breviore; hermaphrodito mucronulato laevi. Guiana.

291. P. PULCHELLUM. *Radd.* Culmo adscendenti-repente tenui (pedali); vaginis internodio brevioribus villoso-pubescentibus; ligula truncata fimbriata; foliis oblique ovatis (1″ longis, ½″ latis) acuminatis amplexicaulibus supra pilosis subtus pubescentibus; racemis alternis (4—5‴ longis) brevibus interstitia subaequantibus; spiculis geminis laxiuscule imbricatis parvis ovalibus acutis pilosis; rhachi hirta; gluma inferiore flosculis dimidio breviore, neutro bivalvi, hermaphrodito acutiusculo brevi. *Trin.* ic. XV. t. 178. ♃ Brasil.

292. P. ISACHNE. *Roth.* (N. pl. sp. 54.) Culmo repente radicante ramoso adscendente (pedali); nodis barbatis; vaginis pilosis ad oras barbatis; ligula barba pilorum; foliis lanceolatis (½—1-pollicaribus) utrinque pubescentibus; racemis alternis adpressis secundis bifariam laxe imbricatis; inferioribus geminis rarius ternis; spiculis pedicellatis ovalibus pilosis; gluma inferiore minutissima cordata; flosculo hermaphrodito obtuso laevi. Ind. or. et: P. caucasicum. *Trin.* ic. XXII. t. 262. Caucas.

293. P. VELUTINOSUM. *Nees.* (Agr. bras. 121.) Totum pubescenti-molle; culmo basi ramoso repente adscendente (½—1-pedali); vaginis internodia aequantibus, ligula ciliae brevissimae; foliis lanceolatis (1 ½—2″ longis, 4—5‴ latis); racemis (subpollicaribus) inferioribus alternis interstitiis longioribus; spiculis geminis vel solitariis ovatis acutis subultra linealibus pubescenti-pilosis; gluma inferiore flosculo dimidio breviore, hermaphrodito pusillo mucronato. *Trin.* Ic. t. 180. Hrbr. Galeot. nr. 5710. Brasil. Mexico.

294. P. DISTICHOPHYLLUM. *Trin.* (l. c. t. 182.) Culmo inferne contracto-ramoso, adscendente (pedali), cum vaginis inferioribus pubescente; foliis compresso sublanceolato-linearibus cartilagineo-marginatis serrulatis rigidulis; racemis (7—8 subpollicaribus) alternis, interstitiis longioribus; spiculis geminis solitariisque laxiusculis linealibus obovato-oblongis acutiusculis pilosis, irregulariter distichis; gluma inferiore flosculis subdimidio breviore; hermaphrodito acutiusculo punctulato-rugosulo. P. cartilagineum *Nees.* Agr. bras. 112. ♃ Brasil.

295. P. BALANITES. *Trin.* (Linn. X. 297.) Foliis amplexicaulibus lanceolatis inferne ciliatis; radiis racemiformibus simplicissimis alternis contractis; pedicellis brevissimis; spiculis bilinealibus elliptico-ovalibus obtusiusculis pubescentibus; glumis 5-nerviis, interiore flosculis paulo breviore, hermaphrodito obtusiusculo laevi. Fluv. Amazon.

296. P. HELOPUS. *Trin.* (Ic. t. 183.) Culmo 1—2-

pedali decumbente radicante adscendente; nodis barbatis; vaginis pilosis; racemis confertiusculo alternis interstitiis multo longioribus (1—2″ longis); spiculis subsolitariis, laxiuscule imbricatis fere bilinealibus ovatis acutis dense pubescenti-pilosis; gluma inferiore flosculis 4-plo breviore; hermaphrodito aciculato ruguloso. P. hirsutum *Koenig.* Urochloa pubescens *Kunth.* En. p. 74. Ind. or. N. Holl.

297. P. SERICATUM. *Scheele.* (Linn. XXII. 341 sub: P. sericeum). Radice fibrosa caespitosa; culmo erecto compresso striato glabro simplici (2—3-pedali); nodis tomentosis; vaginis laevibus basi pubescentibus, ore barbatis; foliis planis elongato subulato-acutatis laevibus supra pilosis subtus glabris; spicis alternis linearibus multifloris remotis rhachi adpressis; rhachi inarticulata plana ciliata spiculis angustiore; pedicellis brevissimis apicem versus incrassatis, pilis albis longis hirsutissimis; spiculis ovoideo-oblongis sericeis bifloris; gluma unica membranacea ovata trinervia sericea mucronata flosculo hermaphrodito longiore; flosculo neutro unipaleaceo membranaceo glumam forma et magnitudine aequante; hermaphrodito ovoideo. Texas.

298. P. PHLEIFORME. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 302.) Culmis caespitosis simplicibus erectis (3—17″ longis) glabris; foliis linearibus planis elongatis (6″ longis, 2‴ latis), margine scabriusculis, superne sparsim pilosis; ligula exserta brevi truncata; vaginis glaberrimis; racemo spicato contiguo (1—4-pollicari) utrinque acuto (virescenti-flavido); rhachi angulata glabra; pedunculis bifloris; spiculis lanceolato-ovatis brevissime pedicellatis; gluma inferiore flosculo breviore ovato-lanceolata acuta, superiore obtusa hispida flosculum aequante; valvula neutra solitaria hispida, hermaphroditi laevissima neutra breviore. Mexico.

299. P. LEPTOSTACHYUM. *Presl.* (l. c. 311.) Culmo repente radicante; ramis erectis (8—10″ longis) teretibus; nodis barbatis; linea internodiorum longitudinali alternatim decurrente pilosa; vaginis hirsutis inferne glabris; foliis ovato-lanceolatis subciliatis (1½″ longis, 7‴ latis); spicis alternis, raro oppositis pluribus (7—20); rhachibus angustissimis; spiculis parvis (¾‴ longis) secundis biseriatis ovato-lanceolatis acutis; gluma inferiore spicula breviore superioreque et valvula inferiore flosculi neutrius trinerviis hirsutis; valvula inferiore hermaphroditi laevissima. ♃ Mexico.

300. P. GROSSARIUM. *Lin.* (ex *Nees* Agr. bras. 110, non *Autor.*) Culmo ramoso basi repente; foliis subperfoliatis lanceolato-acuminatis basi vaginisque ciliatis; racemo composito, partialibus alternis secundis imbricatis; spiculis geminis ovatis mucronatis, pedicellis brevissimis apice setigeris; glumis inaequalibus obtusis pubescentibus; caryopsi transversim rugulosa. Ind. or.

301. P. CUMINGIANUM. *Steud.* Culmo erecto (sursum saltim) simplici, cum nodis vaginis foliisque omnino glabris; his lanceolato-acuminatis (4—7″ longis, 1½—3‴ latis) margine vix scabriusculis; racemis alternis (7—12) irregulariter 2—3-seriatis, sursum praesertim approximatis (½—¾-pollicaribus); gluma inferiore ovata acuminata spiculam dimidiam aequante, superiore et neutra subaequalibus acutis 3—5-nerviis, ad nervos praesertim setuloso pubescentibus; caryopsi plano-convexa obtusissime longitudinaliter striata, marginata. *Cuming* Hrbr. nr. 570 et 422. Ins. Philpp.

302. P. LENTIGERUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 299.) Culmo tereti ramoso inferne repente, uno latere alternatim pubescente (8—9-pollicari); innovationibus longissimis (usque 1½-pedalibus); nodis villosis; vaginis pubescentibus; foliis lanceolatis basi ovatis fere cordato-excisis (1½″ longis, ½″ latis), in petiolum brevissimum attenuatis; paniculae radiis alternis (vix pollicaribus) secundis; spiculis biserialibus aristatis lanceolatis acutis pilosis; glumis acutis, inferiore 3-nervia spicula dimidio breviore, superiore 7-nervia, dorso granulis 2 notata; hermaphroditi valvula inferiore membranacea binervia, nervis asperis. Am. austr.?

303. P. VIRESCENS. *Poir.* (Enc. IV. 278.) Glaberrimum; culmo gracili ramoso ad nodos valde geniculato; foliis linearibus (3″ longis, 2‴ latis) subtus scabriusculis; panicula brevi recta e racemis alternis subsimplicibus; gluma inferiore minima, superiore et neutro flosculum aequante. — —

304. P. OBTECTUM. *Presl.* (l. c. 301.) Culmo erecto tereti (1—1½-pedali) ramoso; ramis adpressis; vaginis superne dorso et toto margine foliisque e tuberculis pilosis, foliis ex ovata basi linearibus; ligula membranacea truncata; spicis 1—3 alternis erectis; rhachi plana glabra; spiculis 4-seriatis ovato-lanceolatis acutis; glumis 3-nerviis valvulaque flosculi neutrius solitaria 5-nervia aequilongis pilosiusculis, margine piloso-ciliatis; gluma hermaphroditi inferiore glaberrima 5-nervia. Mexico.

305. P. PAUPERULUM. *Steud.* Radice nodosa lignescente; culmis basi prostratis ramosis geniculatis adscendentibus (6—8-pollicaribus) cum vaginis foliisque puberulis; his lanceolatis abbreviatis (½—1″ longis, 1—2‴ latis) acutis margine serrulato-asperis adultis, uno latere crenulatis; racemo composito, racemulis alternis subunilateralibus pauci- summis subuni-floris; spiculis laxis subalternis ovatis pubescentibus; gluma inferiore flosculo 2—3-plo breviore, superiore et valvula neutra eum aequante 3—5-nerviis; hermaphrodito transversim tenuissime striato-punctato. ♃ *Leprieur* legit in Senegambia.

306. P. DESPREAUXII. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmis geniculato-erectis (½—1-pedalibus) glabris; vaginis foliisque tenuissime puberulis vel glabratis, his (rufo-glaucescentibus) lineari-lanceolatis (1½—2″ longis, vix 1‴ latis); racemo composito; racemulis subdistichis alternis 9—15-floris; pedicellis inferioribus sub-3- superioribus 1-spiculatis; spiculis ovatis acutiusculis piloso-pubescentibus; gluma inferiore flosculo 3-plo breviore 3-nervia, superiore neutrum aequante 5-nervia; hermaphrodito tenuissime (sub lente valida) puncticulato, obscure longitudinaliter 3-striato. *Leprieur* legit in Senegambia.

307. P. CANARAE. *Steud.* Radice fibrosa; culmis basi radicantibus pluribus vel solitariis (½—1-pedalibus) adscendentibus erectis tenuibus glabris; foliis ovato- vel oblongo-lanceolatis (½—1½″ longis, 3—6‴ latis) acutis nervosis ciliatis, vaginisque pilosis; racemo composito, racemulis solitariis vel binatis alternis unilateralibus, uni- vel biseriatis; spiculis ovatis (vix ultra ½ linealibus) pilosis; glumis costato 3—5-nerviis subaequalibus longitudine hermaphroditi orbiculato-compressi tenuissime argenteo-puncticulati. Paspalum costatum. *Hochst.* Hrbr. *Hohenack.* nr. 635. Provincia Canara Ind. or.

208. P. MUSEI. *Steud.* Culmo basi radicante ramoso erecto (1½-pedali) cum nodis, vaginis foliisque glabris; foliis lineari-lanceolatis (3—4″ longis, 1—1½‴ latis); racemo composito, racemis partialibus 5—7 alternis interstitia aequantibus (½—¾″ longis), summis confluentibus; spiculis distichis alternis piloso-hirtis ovatis acutiusculis; gluma inferiore 2—3-plo minore, superiore et flosculo neutro subpellucidis tenui 3—5-nerviis; hermaphrodito tenuissime longitudinaliter multistriato. Ex hrbo. Musei Par. Guiana.

309. P. SORGHUM. *Delil.* (?) Radice fibrosa; culmo erecto stricto (1½—2-pedali) cum nodis vaginis foliisque omnino glabris; foliis linearibus acuminatis angustis (3—5″ longis, 1‴ latis) erectis; racemo composito; partialibus 4—5 alternis interstitia subaequantibus, summis confluentibus; spiculis imbricatis irregulariter seriatis ovatis acutiusculis hirto-pilosis; gluma inferiore 3-plo minore uni- superiore 3-nervia; hermaphrodito laevissimo vix conspicue tristriato. Ex Hrbo. *Despreaux* lectum in Aegypto. (An vera planta *Delilei?*)

310. P. WIGHTII. *Nees.* (Fl. Afr. I. 29.) Radice fibrosa; culmo basi procumbente ramoso adscendente (1—2-pedali) ad nodos tumidulos geniculato, piloso-scabro; vaginis tere-

tibus tuberculis minutis piligeris adspersis; foliis lineari-lanceolatis ($1^1/_2$'' longis, 1—$1^3/_4$''' latis) glabris vel cum vaginis pilosis; racemo composito, partialibus 5—8 alternis interstitio majoribus ($^1/_2$—$^3/_4$'' longis), inferioribus plerumque geminis, altero minore; spiculis distichis raro geminis in eodem pedicello, ovali-oblongis; gluma inferiore minuta squamaeformi, superiore flosculique neutrius valvula inferiore 5-nerviis obtusiusculis villosis; hermaprodito oblongo obtuso 3-nervio laevissimo. Afr. austr. Abyssin. (Hrbr. un. it. nr. 1868.)

P. erucaeforme *Smith* (*Sibt.* Fl. graec. t. 59) — si fides habenda specimini caucasio a *Trinio* designato non differt nisi: foliis brevioribus lanceolatis vaginisque ex toto molliter pilosis. P. caucasicum. *Trin.* Ic. gr. fasc. 22. Caucas. Italia.

311. P. LEPTOMERUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 311.) Culmo repente adscendente compresso (3—7-pollicari) flaccido cum nodis glabro; vaginis laxiusculis striatis margine ciliatis caeterum glabris; foliis cordato-linearibus ($1^1/_2$—2'' longis, 2''' latis) planis margine scabris basi ciliatis; spicis 7—9 alternis patentibus ($^1/_2$-pollicaribus); spiculis ovatis scabriusculis secundis binatis breviter pedicellatis minutis obtusis; glumis inaequalibus, inferiore uni- superiore valvulaque neutrius 3-nerviis; hermaphrodito ovato obtusiusculo laevi. — —

312. P. MILIIFORME. *Presl.* (l. c. 300.) Culmo procumbente geniculato ramoso glabro, ramis patentibus, (pedali et ultra); nodis rufescentibus pilosis; vaginis dorso pilosis ore dense ciliatis; ligula brevissima truncata pilosa; foliis e basi rotundata linearibus pilosis (2—3'' longis, 3''' latis); spicis 3—5 alternis sessilibus, (pollicaribus et ultra); spiculis oblongis lanceolatis acutis secundis ($1^1/_2$-linealibus) sessilibus; gluma inferiore ovata acuta flosculo breviore, superiore valvulaque neutrius lanceolatis acutis subaequilongis; hermaphroditi valvula inferiore obsolete 3-nervia transversim seriatim tuberculato-punctata. Ins. Luzon.

313. P. MULTINODE. *Presl.* (l. c. 303.) Culmo repente adscendente e nodis radicante, tereti glaberrimo (pedali); vaginis tuberculato-hirsutis ciliatis; foliis e basi rotundata linearibus (1—$1^1/_2$'' longis, 2''' latis) pilosis divaricatis; panicula erecta patente rara, ramis alternis virgatis triquetris scabriusculis spicigeris; spicis brevibus (ex 3—5 spiculis conflatis); spiculis solitariis subsessilibus lanceolatis utrinque acutis; glumis inaequalibus ovato-lanceolatis obtusiusculis spicula brevioribus, (fuscescentibus); valvula flosculi neutrius lanceolata 9-nervia obtusiuscula apice ciliata aequante hermaphroditum minutissime punctatum apice hirsutulum, caeterum levissimum. P. nodosum. *Kunth.* Ins. Luzon.

314. P. ARNOTTIANUM. *Nees.* (mpt.) Culmo basi repente ramoso; vaginis tuberculatis hirtisve; foliis lanceolatis acuminatis subpilosis, basi ciliatis; spica subdecomposita, partialibus alternis oppositisve interruptis; spiculis subfasciculatim spicatis ternis quaternisve oblongo-lanceolatis hemigamis; glumis inaequalibus acutis utraque subpubescente flosculis breviore, inferiore 5-nervia, superiore valvulaque neutrius 7-nerviis, hermaphrodito transversim rimuloso. P. antidotale var. Hrbr. *Wight.* ♃ Ind. or. Ceylon. Java.

315. P. XANTHORRHIZUM. *Steud.* Radice fibrosa flavida caespitifera; culmo erecto (pedali) vaginis tecto, foliisque compressiusculis, striatis, lineari-lanceolatis (4—5'' longis, 1—2''' latis) acuminato-angustatis (margine altero quandoque undulatis) undique glabris; spicis alternis (6—7), rhachi angulosa, ad basin spicarum parce pilosa; spiculis inordinatim subtriseriatis, ovatis acutiusculis (vix 1''' longis), gluma inferiore minima, superiore flosculoque neutro 3-nerviis ad nervos pilosulis, tegentibus hermaphroditum laevissimum. Hrbr. *Goering.* Sect. II. nr. 153. Java? an Japonia.

316. P. TUBERCULIFLORUM. *Steud.* Radice tenuifibrosa; culmo basi geniculato simplici vel semel diviso adscendente (bi-pedali vel ultra) striato glabro apice pubescente, nodis tenuissime pubescentibus; foliis lineari-lanceolatis angustato-acuminatis cum vaginis obsolete vel tenuissime pubescentibus (4—6'' longis, 2''' latis); racemis subsecundis 4—6; rhachi dense villosa; spiculis biseriatis unilateralibus breviter pedicellatis apice pedicellorum in tuberculum in summitate brevissime membranaceo annulatum incrassatis, pedicello dense-spiculis ipsis leviter pilosis demum glabratis $1^1/_2$-linearibus tumidis; gluma inferiore nulla superiore flosculum neutrum aequante cum hoc 3—5-nervata; hermaphrodito glabro minutissime puncticulato. Ex Hrbo. Musei Lugd. Batav. Japonia.

b. *Spiculis glabris, (raro subpilosis).* §. 15.

317. P. RARUM. *R. Br.* (Prodr. 189.) Culmo (pedali) ramoso; vaginis excepto margine glabris; foliis angustissimis linearibus (3—4'' longis) glabris, hinc inde glandulis adspersis; racemis brevissimis 1—2-floris alternis; spiculis linealibus obovato-oblongis acutiusculis glabris brevissime pedicellatis; gluma inferiore flosculis dimidio breviore; hermaphrodito acuto rugoso. *Trin.* Ic. t. 200. *Kunth.* Gram. t. 15. N. Holl.

318. P. SPINESCENS. *R. Br.* (l. c. 193.) Culmo repente; vaginis retrorsum laeviusculis; foliis planis glabris; panicula patente lanceolata e spicis alternis raris; floribus lanceolatis acuminatis semicoloratis; rhacheos apice nudo aristaeformi; flosculo exteriore masculo, interiore foemineo minore. N. Holl.

319. P. MICHAUXII. *R. S.* (Syst. II. 427. nota.) Culmo tomentoso-villoso; rhachi glumisque dense mollissimeque pubescentibus; spicis sub-7 solitariis alternis simplicissimis; glumis solitariis distincteque alternis (?) ovalibus muticis bifloris; flore altero masculo, altero hermaphrodito. P. molle. *Michx.* Eriachne mollis. *Kunth.* Monachne unilateralis. *Beauv.* Agr. t. 10. f. 9. Georgia. Florida.

Genus: Glandiloba. *Rafin.* Polygama; calyx biglumis; corolla mascula uniglumis; glandula ad basin seminis biloba. *Seringe* Bull. bot. p. 220. Character Monachne: panicula composita; glumae subaequales villosae flosculis longiores; flosculus inferior univalvis masculus, valvula membranacea hyalina, stamina inter glumam superiorem et valvulam; flosculus superior hermaphroditus bivalvis, valvulae coriaceo-induratae integrae; semen bicorne liberum valvulis persistentibus inclusum.

320. P. FLAVIDUM. *Retz.* (Obs. IV. 15.) Culmo debili erecto simplici (1—$1^1/_2$-pedali); vaginis — foliisque linearibus (2—3'' longis, 1—2''' latis) — glabris; racemis 6—12 alternis, (inferioribus) interstitiis multo brevioribus, sensim brevioribus (3—10''' longis); spiculis solitariis bifariis linealibus subrotundo-oblongis acutiusculis glabris; gluma inferiore rotundata flosculis dimidio — superiore iis paulo breviore; hermaphrodito apice adunco ruguloso. P. granulare. *Lam.* P. distans. *Trin.* Ic. t. 172. Variat: culmo firmiore; foliis elongatis $^1/_2$—1-pedalibus, racemis magis approximatis; et culmo basi decumbente radicante. Ind. or. Ins. Phil. Mascar.

321. P. FLUITANS. *Lin.* (ex *Nees* Agr. bras. 115.) Culmo vaginis foliisque lineari-attenuatis laevibus; spica composita, particularibus alternis adpressis muticis; spiculis bifariis ellipticis hinc planiusculis; gluma inferiore brevissime truncata, superiore obovata rotundata flosculis parum breviore; flosculo inferiore neutro univalvi; caryopsi elliptica acuta subtilissime rugulosa. P. brizoides. *Spr.* ♃ Ind. or.

322. P. COMMIXTUM. *Steud.* Radice valide fibrosa subcaespitifera; culmis erectiusculis vel curvatis ramulosis (pedalibus); foliis radicalibus et culmeis strictiusculis angustis planiusculis vel complicatis (1—3'' longis, explicatis vix ultra $^1/_2$''' latis) glabris vaginis margine et ore cum ligula brevissima ciliatis; racemis alternis, inferioribus remotioribus interstitiis multo brevioribus; rhachi asperula, post lapsum spicularum flexuosa; spiculis pedicellatis uniseriatis glabris ovatis parvis ($^1/_2$''' longis); pedicello apice subhypocrateriformi dilatato; gluma inferiore ovata obtusa spiculam dimidiam aequante distincte 3—5-nervia; superiore

valvulam neutram aequante; hermaphrodito submucronulato glabro tenuissime (vix conspicue) puncticulato. Port. Jack. N. Holl.

323. P. BRIZOIDES. *Jacq.* (Ecl. I. t. 2 et? *Lin.* ex *Nees* l. c.) Culmo vaginis foliisque lineari-attenuatis glabris; spica composita, partialibus alternis adpressis distantibus muticis; spiculis bifariis ovatis ventricosis; gluma utraque ovata, inferiore flosculis 3-plo — superiore paulo breviore; flosculo masculo bivalvi, caryopsi ovata obtusa laevi. (Iterum P. fluitans *Retz* var. *Trin.*) ♃ Ind. or.

324. P. BRIZAEFORME. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 302.) Culmo simplici compresso cum nodis vaginisque glaberrimis; ligula ciliata; foliis superne scabris; spicis pluribus alternis distantibus secundis; rhachi communi glabra, partialibus margine scabris; spiculis biserialibus ovatis acutis; gluma inferiore ovato-rotundata, truncata, multo breviore superiore 5-nervia acutiuscula, paulo breviore valvulis hermaphroditis transverse rugosis, inferiore acuta; flosculo masculo bivalvi. P. brizoides. *Lin.* sec. *Thiele* et *Hassk.* Ins. Luzon.

325. P. OBTUSIFOLIUM. *Poir.* (Enc. supl. IV. 275.) Totum glabrum; culmo basi repente geniculato ramoso; foliis linearibus patentibus subobtusis latiusculis; spicis rhachi membranaceae partim immersis alternis (pollicaribus) adpressis; flosculis bifariis duplice seriatis, gluma inferiore superiore et valvula neutra multo minore. *Delil.* Aeg. t. 5. Delta Aegypti.

326. P. JUBIFLORUM. *Trin.* (Diss. II. p. 139.) Culmo glabro (2—3-pedali); spica composita stricta; racemis inferioribus pollicaribus alternis vel fasciculato-sparsis interstitiis multo brevioribus; spiculis solitariis biseriatim imbricatis linealibus oblongis acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculi dimidio breviore; hermaphrodito mucronulato acuto ruguloso. N. Holl.

327. P. MUCRONATUM. *Roth.* (N. pl. spec. 45.) Culmo vaginis foliisque lineari-attenuatis glabris; spica composita, partialibus alternis adpressis rhachi excurrente mucronatis; spiculis bifariis ellipticis hinc planiusculis striatis; gluma utraque flosculis multo breviore retusa, inferiore brevissima; flosculo inferiore neutro univalvi; caryopsi elliptica planiuscula transversim rugulosa. Ind. or.

328. P. CAREYANUM. *Nees.* (Agr. bras. 118.) Culmo repente; foliis ovato-lanceolatis molliter pubescentibus; spica composita, radiis (6—12) secundifloris alternis; spiculis solitariis ovatis glabris subsessilibus; flosculo neutro bivalvi; hermaphrodito oblongo transversim ruguloso. P. grossarium. *Roxb.* non *Lin.* Ind. or.

329. P. UNCINATUM. *Radd. Trin.* (Panic. 240.) Foliis oblongo-lanceolatis glabriusculis vel subtus adpresso pilosis; racemo composito, racemulis alternis (sub-pollicaribus) interstitiis plerumque brevioribus; spiculis binis solitariisque laxis subsesquilinealibus ovatis acutiusculis, racemorum inferiorum glabris, superiorum ad glumam majorem glanduloso-echinatis; gluma inferiore flosculos subaequante, hermaphrodito acutiusculo laevi. P. heteranthum *Link.* H. Berol. I. 212. Echinolaena Trinii. *Zolling.* et *Moritz.* Verz. 104. nr. 823. Am. austr. Brasil. Java.

330. P. SINGULARE. *Steud.* Radice fibrosa; culmo geniculato ramoso rigido striato cum vaginis foliisque brevissime asperulo-pubescentibus, (vaginis foliisque praeter pubescentiam saepe e glandulis pilosis); foliis e vaginis solutis oriundis brevibus ($^1/_2$—1″ longis, 1‴ latis) lanceolatis acutis rigidis; racemo e racemulis brevissimis adpressis composito (ut fere simplex racemus videatur); gluma inferiore fere totam spiculae basin amplectente ipsa 3—4-plo breviore; superiore et valvula neutra subaequalibus striatis glabris; hermaphrodito pubescenti-sericeo. An eadem ac sequens species; sed pubescentia videtur diversa. Portus Jackson.

331. P. STRICTUM. *R. Br.* Culmo basi decumbente stricto-ramoso (1—2-pedali); vaginis refracto-pilosis vel glabriusculis; foliis linearibus planis vel margine involutis rigidis (1—3-pollicaribus); racemis 6—8 alternis (2—6‴ longis) interstitia subaequantibus; spiculis subsolitariis laxiusculis sublinealibus (sublanceolato-) ovalibus obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis 4—5-plo breviore; hermaphrodito acutiusculo sericeo-pubescente. *Trin.* Ic. XV. t. 179. N. Holl.

332. P. TENERUM. *Beyr.* (*Trin.* Act. Petr. 1835. p. 341.) Culmo filiformi tenaci ($1^1/_2$-pedali) simplici nodisque glabris; vaginis fauce villosulis vel omnino glabris; ligula brevissima; foliis erectis angustissimis planis ($^1/_2$‴ latis) vel subinvolutis glabris; racemis alternis (3—5-linealibus) interstitia aequantibus; spiculis solitariis laxiusculis (sub-) linealibus ovali-lanceolatis acutis glabris (basi villis aliquot munitis); gluma inferiore flosculis dimidio fere breviore; hermaphrodito acutiusculo laevi. Georg. Am.

333. P. PASPALOIDES. *Pers.* Culmo basi radicante (1—2-pedali) toto vaginis tecto, interioribus abbreviatis aphyllis, superioribus laxis glabris; foliis sublinearibus subdistichis (8—10″ longis, 2—3‴ latis); racemis alternis geminisve (10—20) adpressis interstitiis paulo longioribus (pollicaribus); spiculis solitariis biseriatim imbricatis sublinealibus oblongis mucronulatis glabris; gluma inferiore truncata flosculis $^2/_3$ breviore; hermaphrodito mucronato laevi vel tenui-ruguloso. P. truncatum. *Trin.* Ic. XIV. t. 168. P. carnosum. *Salzm.* Hrbr. Bahia. ♃ Ind. occ. Bras. Aegypt. Arab. Ins. Mascar. Canar.

334. P. CONTROVERSUM. *Steud.* Culmo basi ramoso erecto (1—2-pedali) ejus interstitiis a vaginis teretibus uti nodi patenti-pilosis margine dense ciliatis liberis glabris; ligula pilorum densi fasciculi; foliis lanceolatis inaequalibus (1—3″ longis, 3—4‴ latis) utrinque praesertim margine pilosis; racemis alternis (5—8) interstitiis multo longioribus (10—15‴ longis); rhachi basi dense pilosa caeterum pilis sparsis longis obsita; spiculis solitariis biseriatim imbricatis sesquilinealibus oblongis acutis glabris brevissime pedicellatis; gluma inferiore ovato-rotundata obtusa flosculis $^2/_3$ breviore; inferiore et neutro superante hermaphroditum distincte mucronatum tenue rugulosum. P. geminatum. *Hochst.* hrbr. un. it. abyss. nr. 61 non *Forsk.* P. Hochstetterianum. *Rich.* Fl. Abyss. II. 369. Abyssin.

335. P. SUBQUADRIPARUM. *Trin.* (Ic. XVI. t. 186.) Culmo adscendente ramoso (pedali et ultra) vaginis glabris vel ciliatis et sparsim e glandulis pilosis; foliis linearilanceolatis (1—4″ longis, 2—3‴ latis), glabris vel sparsim pilosis; racemis alternis interstitiis paulo longioribus (subpollicaribus); spiculis solitariis laxiuscule imbricatis subultra linealibus lanceolato-oblongis acutissimis glabris; gluma inferiore flosculis dimidio breviore; hermaphrodito obtusiusculo punctulato-rugoso. Ind. or. Ins. Marian.

336. P. PLANTAGINEUM. *Link.* (Hort. I. 206.) Culmo inferne ramoso (2-pedali); vaginis tenuissime ciliatis; foliis sublanceolatis (2—4″ longis, 4—6‴ latis) glabris; racemis (8) alternis interstitiis paulo longioribus ($1^1/_2$-pollicaribus); spiculis solitariis laxiuscule imbricatis bilinealibus elliptico-ovatis obtusiusculis vel acutiusculis glabris, biserialibus; glumis tenui 5—7-nerviis, inferiore apice subrotundata flosculis 2—3-plo breviore; hermaphrodito obtusiusculo punctato-ruguloso. P. Leandri. *Trin.* ic. XXVIII. t. 335. ⊙ Brasil.

337. P. POLYPHYLLUM. *R. Br.* (Prodr. I. 190.) Culmo decumbente (? 2-pedali) cum vaginis e glandulis pusillis piloso; foliis lineari-lanceolatis (3″ longis, 2—3‴ latis) utrinque pubescenti-villosis margine denticulatis; racemis alternis interstitiis paulo longioribus (1—$1^1/_2$-pollicaribus); spiculis solitariis laxis linealibus obovato oblongis acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculis dimidio breviore; hermaphrodito acuto punctato-striato. *Trin.* ic. XV. t. 177. N. Holl.

338. P. LONGEBRACHIATUM. *Steud.* Culmo elato

glabro, vaginis elongatis glabris margine et ore pilosis; ligula membranacea brevi obtusa; foliis subconvolutis longe acuminatis (pedalibus); racemis alternis subapproximatis simplicissimis elongatis (5—6-pollicaribus); rhachi communi partialibusque triquetris scabris; spiculis irregulariter 2—3-seriatis brevi-pedicellatis ovatis glabris obtusis linealibus; gluma inferiore nulla, superiore ovato obtusissima uni- vel obscure 3-nervia aequante hermaphroditum obtusum glabrum laevem. ♃ Guiana.

339. P. DESPICIENS. *Link.* (Hort. Ber. I. 207.) Culmo basi decumbente dein erecto ramoso; nodis fuscis; vaginis laxis laevibus superne et ad oras sparsim pilosis; foliis linearibus (2—3″ longis, 4‴ latis); spicis remotiusculis subsessilibus brevibus (5‴ longis) divaricatis, supremis approximatis; spiculis geminis subpedicellatis nutantibus secundis, glumis valvulaque neutra ovalibus nervosis laevibus acutis. P. decipiens. *Kunth.* et *Steudel* Nmcltr. ⊙ — —

340. P. OBTUSUM. *H. B.* (N. gen. I. 98.) Culmo inferne ramoso erecto (pedali); vaginis glabris; foliis linearibus rigidiusculis (2—3″ longis, 1½‴ latis) supra puberulis; racemis (4—7) alternis interstitiis paulo longioribus (2—3-pollicaribus); spiculis geminis laxiusculis sesquilinealibus obovatis obtusis glabris sub-4-serialibus; gluma inferiore 5-nervia flosculis ⅕ breviore superiore 7-nervia eosdem subaequante; hermaphrodito obtusiusculo laeviusculo, tenuissime (sub lente) puncticulato. *Kunth.* Gram. t. 116. Am. austr.

341. P. JAVANICUM. *Poir.* (Enc. supl. IV. 274.) Culmo simplici (2-pedali), nodis vaginisque pilosis; foliis linearibus utrinque tuberculato-pilosis (7—8″ longis, 3‴ latis); racemis 3—5 alternis interstitiis longioribus (2-pollicaribus et ultra); spiculis subsolitariis laxiuscule imbricatis magnis ovato-oblongis acutis glabris biserialibus; gluma inferiore flosculis 4-plo breviore; hermaphrodito acuto obtuso aciculato ruguloso. Urochloa panicoides *Kunth.* rev. gram. t. 14. *Beauv.* Agr. t. XI. fig. 1. Java. Ins. Macao.

342. P. AMPHIBIUM. *Steud.* Radicis fibris validis elongatis multifibrillosis; culmo basi supra radices squamis aliquot striatis pilosis obtusis amplexis (1—2-pollicaribus) erecto elato (3—5-pedali) tereti valido fistuloso vaginato folioso e vaginis soluto glabro; nodis vaginisque inferioribus dense superioribus laxius e tuberculis pilosis; foliis lanceolatis acutis puberulis margine scabris apice acutis (2—5″ longis, 2—4‴ latis) erecto patentibus; racemis alternis remotis vel approximatis 1—1½-pollicaribus; rhachibus (racemorum fere uti in Paspalis) planiusculis; spiculis pedicellatis solitariis vel alternis, pedicellis setulis aliquot pilosis, spiculis ovatis acutiusculis sublinealibus; gluma inferiore ipsis 4—5plo breviore, superiore et valvula neutra vix nervosa; hermaphrodito obtuso transversim tenuissime ruguloso. Praesedenti certe affinis species an var? Hrbr. *Zollinger* nr. 416. Java.

343. P. AMBIGUUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 243.) Culmo prostrato ramoso, nodis puberulis; foliis lanceolato-linearibus glabriusculis, subtus minutissime pilosis (usque 5″ longis, 3‴ latis); racemis (3) alternis interstitiis longioribus (1—1½-pollicaribus); spiculis geminis laxiuscule imbricatis fere bilinealibus ovato-lanceolatis acutis glabris; glumis 5-nerviis inferiore ovata acutissima flosculis ¼—⅕ breviore; hermaphrodito obtuso aciculato tenuissime punctato. Urochloa paspaloides. *Presl.* rel. Haenk. I. 318. Ins. Manil.

344. P. GLUMARE. *Trin.* (l. c.) Culmo ramoso (1—2-pedali) vaginis foliisque pubescentibus linearibus (8—9″ longis, 2—3‴ latis), superioribus racemos superantibus; his alternis interstitiis longioribus (1½-pollicaribus); spiculis geminis solitariisque laxiusculis subultralinealibus lanceolato-ovatis acutis glabris; gluma inferiore flosculis parum breviore; hermaphrodito obtusiusculo aciculato punctulato-subruguloso. Urochloa glabra. *Brogn.* it bot. ♃ N. Zeeland.

345. P. NUMIDIANUM *Lam.* (Enc. IV. 749.) Culmo erecto subramoso (3-pedali); geniculis pedunculisque hirsutis; foliis lanceolato-linearibus (4—9″ longis, 2—4‴ latis); racemis (7—12) alternis elongatis, interstitiis longioribus (1½—3-pollicaribus), inferioribus (saepius) subcompositis; spiculis geminis solitariisque laxiuscule et subirregulariter imbricatis vel fasciculatis ultra linealibus ovali oblongis obtusis (post flosculum hermaphroditum evolutum acutiusculis) glabris (albidis vel rubro-versicoloribus); hermaphrodito cuspidato tenuissime puncticulato. Variat: vaginis, rhachi ramisque plus minus hirsutis vel glabris. *Trin.* Ic. XV. t. 174. Afric. sept. et austr. Brasil.

346. P. GUADALOUPENSE. *Steud.* Culmo erecto glabro (pluripedali) nodis dense villosis; vaginis striatis sparsim praesertim ad margines pilosis; ligula pilorum series; foliis lanceolatis acuminatis, margine tenui ciliolatis; paniculae patentis lucidae radiis geminis vel solitariis alternis remotis superioribus magis approximatis, interstitia superantibus (1—2-pollicaribus); spiculis secundis solitariis brevi pedicellatis in radiis basi pilosis non longe a basi insertis linealibus albis et rubro-coerulescenti variis; gluma inferiore spicula plus duplo breviore, superiore flosculum neutrum subaequante et cum hoc 3—5-nervia parum longioribus hermaphrodito acutiusculo laevissimo. Praecedenti affine differt: statura et spiculis minoribus, nodis dense sericeis, hermaphrodito laevissimo. Ins. Guadaloupe.

347. P. MEYERIANUM. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 32.) Culmo sarmentoso-procumbente adscendente (2—3-pedali) ramoso; ligula brevissima; foliis e basi amplectente lanceolato-acuminatis (8—10″ longis, 5‴ latis) rigidiusculis glabris scabriusculis; racemi (5-pollicaris) decompositi pyramidalis radiis infimis oppositis ternisve, reliquis alternis; racemulis brevibus paucifloris subsecundis; pedicellis brevissimis 1—2-floris glabris approximatis; spiculis ovatis linearibus glabris; gluma inferiore brevissima truncata repando-dentata; flosculo masculo bivalvi, valvula inferiore glumaque superiore 5-nerviis laevibus; hermaphrodito his breviore laevissimo. Afr. austr.

348. P. DISTANS. *Salzm.* (Hrbr. Bahien.) Culmo (sursum certe) simplici erecto glabro (2-pedali); vaginis laxiusculis margine — vel inferioribus ex toto pilosis; foliis basi cordata amplexicaulibus lanceolatis (2″ longis, 4—7‴ latis) glabris, margine tenuissime setuloso-scabris; racemis alternis elongatis (1½—3″ longis) distantibus interstitia superantibus; spiculis solitariis alternis bilinealibus et ultra glabris ovatis obtusiusculis; gluma superiore et inferiore spiculam basi amplectentibus, utraque flosculis 2—3-plo breviore; flosculo neutro bivalvi, valvulis 3—5-nerviis, hermaphrodito tenuissime puncticulato aspero. Bahia.

349. P. ADSPERSUM. *Trin.* (Icon. XV. 169.) Culmo plus minus ramoso decumbente adscendente (1—2-pedali); vaginis pubescenti-ciliatis; foliis (oblongo-) lanceolatis (1½—2″ longis, 3—5‴ latis) glabris; racemis (3—6) confertiuscule-alternis interstitiis longioribus (1½-pollicaribus); spiculis geminis solitariisque laxis vel interrupte et irregulariter subimbricatis linealibus obovato-oblongis acuminatis glabris vel obsolete pubescentibus; gluma inferiore flosculis triplo breviore; hermaphrodito acutiusculo punctato-ruguloso. Domingo.

350. P. INSULARUM. *Steud.* Culmo tenui striato glabro (uti videtur ex abscisso parum ultra pedali) foliato; ligula pilorum series; vaginis margine ciliatis foliis amplexicauli-cordatis ovatis acutis brevibus (5—7‴ longis, 3‴ latis) rigidulis margine plus minus undulato-plicatis acutis (saepissime in lacinias superne fissis), basi rigidule ciliatis raro nudis; racemis 6—8 confertiuscule alternis interstitiis longioribus (5—8‴ longis); rhachi rhacheolisque angulosis pilosulis; spiculis binis vel solitariis irregulariter alternis ovatis acutis ½‴ vix superantibus glabris; gluma inferiore minuta subhyalina obtusa flosculo 4—5-plo breviore; gluma

superiore valvulaque neutra aequalibus 3—5-nerviis viridibus tegentibus hermaphroditum obtusiusculum punctulato rugulosum. An praecedentis an P. prostrati *Lam.* var. minor? Ins. Antillae minores.

351. P. EXASPERATUM. *Nees.* (mpt.) Foliis lanceolatis longissime acuminatis (5—6″ longis, $^1/_2$‴ latis) utrinque nervoso-venosis, in nervis cum vaginis dense e tuberculis hirsutis; racemo composito, partialibus alternis rhachi pedicellisque setosis; spiculis geminis glabris interiore sterili lanceolata; glumis inaequalibus mucronatis, inferiore duplo breviore subrotunda 3-nervia, superiore spiculam aequante ovata 7-nervia laxe venoso-reticulata; flosculis neutrius valvulis subaequalibus; caryopsi grosse transversim rugosa longe mucronata lutescente. Guinea.

352. P. PYRAMIDALE. *Lam.* (Encycl. IV. 745.) Culmo folioso glabro (2—3-pedali); vaginis glabris vel glanduloso-pilosis; foliis sublanceolatis vel linearibus (5—12″ longis, $2^1/_2$—6‴ latis); racemis plurimis basi barbatis confertoalternis et subverticillato-fasciculatis interstitiis multo longioribus (1—$1^1/_2$″ longis); spiculis geminis solitariisve laxiusculis linealibus oblongis mucronatis glabris; gluma inferiore flosculis dimidio breviore; hermaphrodito mucronato vel aciculato ruguloso vel laevi. *Kunth.* Gram. t. 23. Bengal.

353. P. LEPTOCHLOA. *Nees.* (mpt.) Culmo foliisque linearibus elongatis glabris, geniculis luteis; racemo composito denso; partialibus approximatis alternis strictis basi hirtis; rhachi sulcata; spiculis solitariis geminisve brevi pedicellatis ovato lanceolatis polygamis; glumis cuspidatis, inferiore paulo minore 3-nervia; carina hispido-scabra, superiore 5-nervia, flosculi bivalvis valvula inferiore 3-nervia laevi; hermaphrodito masculo duplo breviore valvula infera emarginata. Panici verticillati *Lam* var? differt: spicis nec verticillatis nec patentibus, nervisque glumarum et valvularum praeter carinam glumae infimae glabris. Leptochloa? panicoides. *Wight* hrbr. nr. 125. ♃ Peninsula Ind. or.

354. P. SEMIVERTICILLATUM. *Rottl.* (in *Ainslee* Mat. med. Hindost. ed. I. p. 219.) Culmo basi infracto radicante dein erecto, vaginis glabris foliisque e basi rotundata lanceolatis glabris margine scabris; ligula dense hirsuta; racemo decomposito, partialibus per interstitia subverticillatis sparsisque pedunculatis; racemulis brevibus appressis a basi densifloris; rhachibus pilosis; spiculis secundis confertis geminis ternisve obovatis basi a gluma inferiore truncata constrictis glabris; gluma superiore flosculo paulo breviore obtusa flosculique neutrius bivalvis inferiore valvula 7-nerviis; flosculo hermaphrodito brevi mucronato transversim rugoso, dorso obtuso tricarinato. *Nees* mpt. ⊙ Ind. or.

355. P. PUNCTULATUM. *Arnott.* (mspt. in *Wight* hrbr. nr. 2039.) Culmo erecto ramoso nodis barbatis, vaginis inferioribus foliisque linearibus subtus tuberculatis pilosisque; racemo decomposito aut toto composito, partialibus alternis, racemulis brevibus erectis a basi densifloris; pedicellis bifloris brevibus patenti-pilosis; spiculis secundis imbricatis ovato-oblongis acutis glabris, gluma inferiore subtriplo breviore ovata cuspidata membranacea uninervia, superiore valvulaque flosculi inferioris masculae aut neutrius 5-nerviis flosculo fertili obtuso transversim subtiliter ruguloso dorso obtuse tricarinato. ♃ Ins. Zeylon.

356. P. BRACHYLACHNUM. *Steud.* Culmo geniculato ramoso (pedali) cum vaginis foliisque tenuissime molliter pubescente, his lanceolatis acutis planis (1—$1^1/_2$″ longis, 1—2″ latis); racemis simplicissimis alternis pauci- (6—9-) floris; spiculis solitariis alternis remotiusculis ovatis acutiusculis glabris sessilibus vel brevissime pedicellatis; gluma inferiore spicula $^2/_3$ breviore valvulaque neutra eam aequante 5-nervia; hermaphrodito transversim tenui ruguloso. *Leprieur* Hrbr. Senegalia.

357. P. PROSTRATUM. *Lam.* (Enc. IV. 745.) Culmo repente ramoso (1—2-pedali), nodis pubescentibus; vaginis aut totis glabris aut ciliatis; foliis e basi cordata lanceolatis basi plerumque ciliatis (1—2-pollicaribus); racemis (4—15) conferto-alternis interstitiis multo longioribus ($^1/_2$—1-pollicaribus); spiculis geminis solitariisque plus minus laxis sublinealibus ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis quadruplo breviore; hermaphrodito cuspidato-mucronato punctato-striato subruguloso. Variat: pedicellis plus minus setigeris, setis vagis. P. prostratum. *Trin.* Ic. XVI. t. 185. A. P. procumbens. *Nees.* Agr. bras. 109. P. setigerum. *Retz.* et: pedicellis nudis. P. caespitosum. *Sw.* culmo flaccido foliisque angustioribus. *Trin.* l. c. t. 185. B. foliis margine subcartilagineo-serratis. *Trin.* l. c. 184. Ind. or. occ. Java. Aegypt. N. Holl.

358. P. COCCOSPERMUM. (*Steud.*) Pubescenti-tomentosum; culmo procumbente ramoso basi repente; foliis ovato-lanceolatis margine undulatis serrulato-setosis; racemo simplici vel composito partialibusque alternis secundis; spiculis solitariis subsessilibus vel geminis pedicellatis oblongis basi nudis; glumis inaequalibus, inferiore ovata acuta flosculis duplo minore, superiore flosculique neutrius bivalvis valvula inferiore acutiusculis 5-nerviis; hermaphrodito oblongo-lanceolato granulato-striato. P. vestitum. *Nees* mpt. Variat: racemo simplici, spiculis solitariis. Hrbr. *Royle* nr. 44 et: racemo subcomposito, spiculis plerisque geminis. *Royle* Hrbr. nr. 43. Ind. or.

Statura et habitu praecedentis, ejus tamen varietatibus accenseri nequit propter fructus structuram longe diversam et glumam inferiorem majorem; spicularum partes fere ut in P. nano *Nees*, sed circumscriptione angustiores sunt spiculae nec fructus rugosus, sed granulis parvis in densas series secundum longitudinem dispositis striatus. P. hirsutum *Koenig* idem videri posset, sed racemi partiales in nostro omnino secundi sunt; fructus obiter inspectus rugulosus quidem videtur, re vera autem est uti eum descripsimus, tum flosculus inferior semper neuter nec masculus. P. villosum. *Lam.* forsan hujus est synonymum. *Nees.*

359. P. NILAGIRICUM. *Steud.* Culmo basi prostrato radicante ramoso adscendente (2—3-pedali) foliato angulato pubescente ad nodos densius pilosa; vaginis striatis elongatis (folio plerumque longioribus) pubescentibus; foliis lanceolatis pilosis plerumque uno- rarius utroque latere plicatulo-undulatis (1—$1^1/_3$″ longis, 2—$2^1/_2$‴ latis); paniculae ($1^1/_2$—3-pollicaris) radiis alternis, inferioribus binatis, superioribus solitariis patentibus 10—15-spiculatis; rhachi pilosa; spiculis glabris ovatis apice subgibbis $^1/_2$-linealibus et ultra; gluma inferiore minuta spicula 4-ple breviore, superiore valvulam neutram subaequante cum hac ex medio circiter sursum versus 3—5-nervia glabra; caryopsi longitudinaliter tenuissime striatulo puncticulata. P. Careyanum *Hochst.* in Hrbo. *Hohenakr.* nr. 919. Montes Nilagiri.

360. P. NANUM. *Nees.* (mpt.) Culmo humili erecto (3—4-pollicari); foliis ovato-oblongis acuminatis uti omnes partes pubescentibus; racemo composito partialibusque alternis secundis; spiculis solitariis subsessilibus ovalibus; glumis inaequalibus, inferiore ovata acuta flosculis duplo minore, superiore flosculique neutrius bivalvis valvula inferiore 5-nerviis, hermaphrodito transversim ruguloso. A Panico prostrato *Lam.* nimis forte affini differt: culmo erecto, statura minore, spiculis paulo majoribus magis ovalibus viridulis densius pubescentibus alternatim dispositis, in racemulos partiales 8—4-floros, quorum 3—4 (3—4‴ longi) racemum spiciformem formant. *Royle* hrbr. nr. 45. Nepal.

361. P. THOUARSIANUM. *Nees.* (mpt.) Culmo ramoso basi repente; foliis mollibus lanceolatis basi amplectentibus ibique patulo-ciliatis; racemo composito et decomposito, partialibus alternis secundis, spiculis subgeminis ovatis, pedicellis nudis; glumis inaequalibus muricato-asperis, exteriore dimidio breviore ovata acuta; flosculo neutro obtuso 5-nervio, fertili oblongo laevi. *Petit-Thouars* in Hrbo. *Willd.* sine loco natali.

362. P. PEREGRINUM. (*Steud.*) Culmo ramoso pergracili; vaginis foliis rhachibusque tuberculato-patenti-pilosis; foliis linearibus acutis vaginisque quam internodio multo brevioribus; racemo composito, partialibus alternis patentissimis paucis paucifloris; spiculis geminis alternisve oblongis glabris; glumis inaequalibus, inferiore fere triplo breviore, superiore flosculique neutrius bivalvis valvula inferiore apice subsphacelatis; flosculo hermaphrodito subtilissime punctato striato. P. sparsum *Nees* mpt. *Pet. Th.* in *Willd.* hrbo. sine loco natali.

363. P. ARABICUM. *Nees.* (in litt. Panicum nr. 807 et 963. Hrb. un. it. aegypt. arab.) Culmo basi decumbente prolifero ramoso, erecto uti tota planta undique glaberrimo, glaucescente; vaginis internodio brevioribus; ligula vix ulla; foliis lineari-lanceolatis acuminatis (2—4″ longis, 1—1½‴ latis); racemis (5—8) alternis (4—8‴ longis) inferioribus interstitiis brevioribus, superioribus ea aequantibus, summis confluentibus; spiculis solitariis biseriatim imbricatis linealibus oblongis acutiusculis glabris; gluma inferiore ovato-subrotunda obtusa flosculo subduplo — snperiore eo vix breviore, hermaphrodito laeviusculo vel vix conspicue medio ruguloso. ♃ Arab. felix.

364. P. SEMIUNDULATUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyss. nr. 289.) Radice fibrosa caespitifera; culmis adscendentibus basi subramosis (½—1-pedalibus et ultra); vaginis pubescentibus; foliis oblongo-ovatis (½″ longis, 3—4‴ latis) nervosis margine altero cartilagineo-undulatis, altero serrulatis; racemis alternis (6—10) patentibus quam interstitia longioribus; rhachibus pilis sparsis longis obsitis; spiculis singulis secundis ovatis subgibbis obtusiusculis; gluma inferiore flosculo multo (¾) breviore, superiore et neutro id superante; hermaphrodito obtuso laevissimo. Variat: vaginis foliisque angustioribus glabriusculis. Hrbr. un. nr. 1833. Abyssinia.

365. P. OBTUSIFLORUM. *Hochst.* (l. c. nr. 1553.) Radice fibrosa; fibris validis; culmo erecto simplici glabro (1½—3-pedali) firmo; foliis rigidis lanceolatis acuminatis (3—4″ longis, 2—3‴ latis) margine scabris, utrinque subhirtellis; vaginis tuberculato pilosis; ligula nulla (raro marginato-membranacea brevissima. *Rich.*) racemis alternis erectis crassis (pollicaribus et ultra) subsecundis 5—8; rhachi triquetra partialibusque pilosis asperisque; spiculis numerosis irregulariter subtriseriatis fere bilinealibus ovatis turgidis obtusis; gluma inferiore totam spiculam basi amplectente truncata valvulisque flosculi neutrius cartilagineis hermaphroditum superantibus; hoc laevissimo nitido obtuso. ♃ *Rich.* Fl. Abyss. II. 367. Abyssinia.

366. P. BRIZANTHUM. *Hochst.* (l. c. nr. 89.) Rhizomate horizontali; culmo erecto basi parum incrassato, sursum subramoso (2—5-pedali et ultra) fere toto tecto vaginis longissimis sparsim glandulis majusculis piliferis obsitis, margine dense ciliatis; foliis lanceolatis longe acuminatis (1—2-pedalibus, 3—5‴ latis); glabris margine cartilagineo setoso-denticulatis; racemis alternis secundis interstitiis multo longioribus (2—3-pollicaribus); rhachi communi — praesertim infra racemos — partialibusque e tuberculis pilosis; spiculis solitariis uniserialibus ovato oblongis tumidulis obtusis bilinealibus; gluma inferiore spiculam subamplectente ovata obtusa; inferiore et neutro eo parum breviore, hermaphrodito laevissimo obtuso apice subinflexo. P. monostichum. *H. Ber.* ♃ Abyssin. Nepal.

367. P. QUADRIFARIUM. *Hochst.* (l. c. nr. 206.) Radice sublignosa valide fibrosa; culmo erecto basi (plerumque) procumbente radicante (3—4-pedali), uti tota planta glaucescente striato glaberrimo; foliis lineari-lanceolatis (8—10-pollicaribus, 1½—2½‴ latis) apice convoluto-acuminatis margine minutissime denticulato-scabris; ligula margo pilosus; vaginis glabris vel superne pilosis; racemis alternis, inferioribus interstitiis brevioribus, superioribus longioribus (4—8‴ longis); rhachi partiali infra spiculas setoso-piloso; spiculis irregulariter 4-fariam imbricatis plus minus pilosis vel glabris acutiusculis; gluma inferiore ovata acuta flosculis duplo et plus breviore, superiore et neutro eos aequante (hinc inde pilis raris adspersis); hermaphrodito obtuso laevissimo. *Rich.* Fl. Abyss. II. 367.) ♃ Abyssin. Senegal.

368. P. ATROVIOLACEUM. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 368.) Culmo erecto (2—3-pedali) firmo; foliis lato-linearibus acutis margine denticulato scabris caeterum glabris; ligula brevi setoso-pilosa, vaginis ore ciliatis; racemo longo paniculato pyramidali; ramis a basi racemi ad apicem decrescentibus, inferioribus longioribus (3—4-pollicaribus); rhachi compressa denticulato-scabra; spiculis atro-violaceis in ramulos laterales breves conglomeratis, breviter pedicellatis; gluma exteriore lato-ovali obtusa 5-nervia dense ciliata; interiore elliptica obtusa brevissime apiculata dense ciliata 5-nervia laevi; floris hermaphroditi valvula exteriore elliptica laevissima. Abyssin.

369. P. RHACHITRICHUM. *Hochst.* (Flora 1844. p. 254.) Culmo erecto ramoso (1½—2-pedali), nodis puberulis; vaginis glabris; foliis lanceolatis acuminatis (4—6″ longis, 4—8‴ latis) nervosis, supra e tuberculis adpresse pilosis, margine scabris; ligula margo barbatus; paniculae subpyramidatae (6—8-pollicaris) radiis brevi pedicellatis erecto subpatentibus alternis; rhachi communi superne partialibusque pilosis, pilis spiculas superantibus, spiculis pedicellatis, (pedicellis his minoribus vel aequalibus pilosulis) oblongo ovatis acutiusculis glabris (raro vix conspicue pubescentibus); gluma inferiore ovato-subrotunda spicula triplo breviore, superiore ea parum breviore, neutro eas aequante; hermaphrodito brevissime acuminato transversim ruguloso. Nubia et teste *Parlator.* in *Hook.* Nig. Fl. 187. Ins. St. Jacobi Prom. virid.

370. P. JUNGHUHNIANUM. *Nees.* (mpt.) Culmo basi repente flaccido compresso nodisque glabris; foliis linearilanceolatis utrinque attenuatis planis vaginisque pilosis; spica decomposita, partialibus subfalcatis alternis oppositisve laxis, propriis brevibus oligostachyis; rhachibus angustis triquetris; spiculis geminis solitariisve pedicellatis lanceolatis hemigamis; gluma inferiore obsoleta, superiore spicula duplo breviore oblonga obtusa apice subciliata; valvula neutrius 5-nervia margine subciliata; hermaphrodito laevi colorato. Differt ab omnibus hujus sectionis: spica seu potius racemo composito, partialibus infimis divisis, hinc fasciculatis. Java.

371. P. DRUMMONDII. *Nees.* (mpt.) Caule erecto simplici valido; vaginis foliisque oblongo-lanceolatis subcordatis glabris, his margine cartilagineo-serrulatis; racemo decomposito denso elongato, ramulis partialibus brevissimis 4—8-stachyis fasciculiformibus secundis a basi confertifloris; pedicellis brevissimis geminis; spiculis oblongo-lanceolatis compressis acuminatis; glumis parum inaequalibus carinatis; flosculo neutro bivalvi, hermaphrodito dimidiato-ovato obtuso laevi glumis plus duplo breviore. *Drumond* legit in N. Orleans.

372. P. GYMNOCARPUM. *Elliot.* (Bot. Carol. 117.) Culmo angulato; foliis cordato-lanceolatis serratis; spicis paniculatis approximatis; spiculis biseriatis paucifloris; glumis calycis aequalibus patentibus acuminatis corolla multo longioribus, rudimento flosculi neutro. Georgia.

An hujus sectionis? est Phanopyrum *Rafin* (in *Sering.* Bull. bot. p. 220). Calyx triglumis aequalis patens trinervius; corolla biglumis minima.

372b. P. INFIDUM. *Steud.* Radice repente; culmo plus minus ramoso ad genicula radicante et plerumque ramoso vaginato foliato (½—2-pedali) subglaucescente; vaginis striatis sparsim — ad marginem semper ciliato-pilosis; ligula ovata obtusa apice ciliata; foliis lanceolatis erecto-patentibus sparsim pilosis nervosis margine scabris (1½—3″ longis, 1—2‴ latis); racemis alternis 3—4-pollicaribus

et ultra; spiculis laxe imbricatis subbinis altera sessili altera brevi pedicellata, ovato-lanceolatis acutiusculis sublinealibus; gluma inferiore vix ulla, superiore et valvula neutra inter se aequalibus 5-nerviis brevi aciculatis aequantibus hermaphroditum oblongum brevi aciculatum glabrum laevem. P. distachyum. *Zolling.* hrbr. nr. 238 et forsan *Lin.?* caeterum etiam P. ambiguo. *Trin.* cognata species. Java et sec. syn. *Lin.* Ind. or.

Sectio XI. Virgaria. *Trin.* Radii alterni jubati vel paniculati manifeste angulosi (plerumque 3-quetri) nunc racemiformes (racemis compositis, pedicellis brevissimis); nunc virgati aut vario modo compositi et decompositi, pedicellis brevioribus vel longioribus.

Radioli in radiis racemiformibus interdum brevissimi et biflori hos tum simplices mentiuntur; sed in his spicula inferior non ex eodem cum superiore basi sed ex axi partiali ipso supra ejusdem basin prodit. Itaque ubi in definitionibus de pedicellorum longitudine agitur horum semper in racemulis infimi nec terminales intelligendi sunt. Radii in Virgariis semper distincte angulosi, praesertim in re dubia jubae vel paniculae superiores. Ubi vero nihilo minus de specie quaerenda dubia manent, inspiciendae erunt Miliariae radiis subangulosis. *Trin.*

a. *Gluma inferiore flosculis dimidio magisve breviore (interdum nulla, rarissime longiore, cfr. P. stoloniferum).* §. 16.

373. P. OBSEPTUM. *Trin.* (Diss. II. 149.) Culmo decumbente subsimplici ($^1/_2$—1-pedali et ultra); nodis barbatulis, vaginis glabris; foliis angusto-linearibus (1—3″ longis, $^1/_2$—1‴ latis) strictiusculis glabris, superioribus aequantibus vel superantibus racemos; radiis subracemiformibus simpliciusculis alternis contractis; pedicellis spicula brevioribus; spiculis subultra linealibus lanceolato-ovatis acutis glabris; gluma inferiore flosculis 4—5-plo breviore enervi, superiore 7-nervia; hermaphrodito acuto tenuissime striato. N. Holl.

374. P. LANIFLORUM. *Nees.* (in *Hook* Lond. Journ. II. 410.) Culmo simplici erecto, nodis glabris; foliis linearibus margine undulatis supra subtilissime puberulis, ligula ovata obtusa convoluta; racemo composito contracto, radiis internodiis longioribus flexuosis alternis glabris; pedicellis geminis inaequalibus; spiculis linealibus subovatis lana increscenti-fastigiata rufescente vestitis; gluma inferiore flosculis 4—5-plo breviore lanceolata hermaphroditoque flosculo mucronato puncticulato glabris. ♃ *Mitchells* Expedit. nr. 68. Australasia.

375. P. FLORIDANUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 248.) Culmo gracili ad nodos villosulo (4-pedali) vaginis glabris vel molliter villosulis; foliis sublanceolato-linearibus (7—9″ longis, 2—4‴ latis) basin versus villosulis; radiis racemiformibus simpliciusculis alternis contractis; pedicellis brevissimis; spiculis fere bilinealibus ovatis obtusiusculis glabris; gluma inferiore nunc minima nullave nunc flosculis 2—3-plo breviore, superiore 5-nervi; hermaphrodito obtusiusculo laevi. Florida.

376. P. ALABAMENSE. *Trin.* Radice fibrosa in rhizoma parvum lignosum incrassata; culmo erecto glabro striato (3—4-pedali), nodis inferioribus pilosis superioribus nudis; vaginis sparsim ad oras dense pilosis elongatis solutis, inferioribus in pseudopetiolum (3—4-pollicarem) complicatis; foliis planis elongatis (pedalibus et ultra, 3—4‴ latis) rore glauco attlatis; radiis alternis interrupte racemosis laxifloris; spiculis pedicellatis plerumque binis approximatis ultra linealibus ovatis obtusis; gluma inferiore minima, superiore valvulam neutram aequante 3—5-nervia; hermaphrodito obtusiuscule laevi. ♃ Lincolnton. Am. sptr.

Neque in scriptis impressis neque in manucriptis *Trinii* hanc speciem inveni indicatam; est desumpta e schedula Herbarii *M. A. Curtis* cum specimine cum *Kampmannio* communicato. Nec P. alabamense *Nees.* quod in Catalogo scripto indicatum inveni, mihi innotuit.

377. P. MEGISTON. *Schult.* (Mant. II. 248.) Culmo ramoso elato (20—30-pedali); vaginis tuberculato-setosis; ligula brevi truncata ciliata; foliis lato lanceolato-linearibus (pedem et ultra longis, pollicem et ultra latis) glabris; panicula ($1^1/_2$-pedali) virgata, radiis racemiformibus simpliciusculis verticillatis patentissimis; pedicellis brevissimis; spiculis sesquilinealibus ovato-oblongis acutiusculis glabris turgidis remotis; gluma inferiore flosculis 3—5plo breviore 4- superiore 9-nervia; hermaphrodito acuto laevi. P. altissimum. *Meyer.* Fl. Esseq. 63. (non *Dec.*) ♃ Guiana. Brasil.

378. P. PROXIMUM. (*Steud.*) Culmo erecto elatiore (ut videtur 3—4-pedali); vaginis laxis, infima folio brevissimo appendiculato, reliquis foliatis, omnibus e tuberculis setosis, setis rigidis deciduis puncta excavata relinquentibus; foliis lanceolatis striatis subtus margineque scabriusculis (4—8″ longis, 4—5‴ latis); ligula membranacea lacera ciliata; panicula erecta (fere pedali) virgata; radiis verticillatis simplicibus erectis axi subadpressis; spiculis remotis solitariis vel geminis, altero sessili altero pedicellato (vix linearibus) ovatis acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculis 3-plo breviore ovato-rotundata obtusa 3-nervia, superiore et flosculo neutro exarato-5-nervia; hermaphrodito acuto laevissimo nitido. Vix praecedentis videtur var. minor. Museum Paris. Guiana.

379. P. TUBERCULATUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 307.) Culmo erecto tereti simplici (?) glabro; vaginis tuberculato-setosis; foliis e basi rotundata lineari-lanceolatis glabris (9″ longis, 10‴ latis) margine scabris; ligula brevi truncata glaberrima; paniculae (ultra pedalis) ramis verticillatis simplicibus; spiculis subsecundis distantibus binatis ovoideis, altera sessili, altera breviter pedicellata; gluma inferiore ovato-rotundata, superiore 5-nervia et palea neutra inferiore ovata acuta laevissima; flore neutro bivalvi, longitudine hermaphroditi. (Idem ac P. altissimum. *Meyer* sec. *Trin.* an recte?) Ins. Luzon.

380. P. PLICATUM. *Lam.* (Enc. IV. 736.) Culmo basi saepe ramoso, articulato glabro (3—4-pedali); foliis lanceolatis (9—15″ longis, 5—7‴ latis) plicato-costatis pilis rariusculis hirtis; radiis racemiformibus (2—3-pollicaribus) simpliciusculis jubato sparsis patentibus; pedicellis brevissimis; spiculis linealibus ovalibus acutis glabris; gluma inferiore 3-nervia flosculis 4-plo superiore iisdem $^1/_4$ breviore; hermaphrodito acutiusculo (mutico vel cuspidulato) demum ruguloso. *Trin.* ic. XIX. t. 223. Variat: foliis latioribus (2″ latis), racemis minus dense confertis. P. palmifolium *Poir.* P. plicatum *Jacq.* Ecl. t. 1. ♃ Ind. or. Ins. Mascaren.

381. P. RACEMIFERUM. *Steud.* Culmo basi ramoso radicante geniculato ($1^1/_2$—2-pedali) ad nodos praesertim cum vaginis e tuberculis minutis piloso; foliis lineari-lanceolatis (2—4″ longis, $1^1/_2$—3‴ latis) glabris margine scabris (saepe plicatis); ligula margo ciliaris; paniculae (3—4-pollicaris) radiis sparsis plerumque singulis simplicissimis (ad spicularum insertiones) longe pilosis erecto-patulis; spiculis singulis inaequaliter pedicellatis subunilateralibus remotiusculis $^3/_4$—1-linealibus ovatis acutiusculis glabris, fusco viridibus; gluma inferiore flosculis subtriplo breviore ovata obtusiuscula vel acutiuscula sub-3-nervia; superiore valvulaque flosculi masculi eam aequante 3—5-nervia; hermaphrodito obtuso paulo breviore undique transversim rugoso. Praecedenti forsan nimis affine. Cayenne.

382. P. COSTATUM. *Roxb.* (Fl. ind. p. 315.) Culmo repente adscendente (3—6-pedali), infra racemos hirto, nodis barbulatis; vaginis e tuberculis piliferis; ligula ciliari; foliis lanceolatis plicato costatis (5—8″ longis, $^1/_2$—1‴ latis) hirtis; panicula composita; radiis racemiformibus (pollice brevioribus) simpliciusculis patenti-confertissimis; pedicellis brevissimis; spiculis linealibus ovalibus acutis glabris; gluma inferiore 3-nervia flosculis 4-plo superiore 5-nervia iisdem subduplo breviore; hermaphrodito mucronato acuto ruguloso. Ins. Mascaren.

383. P. MARGINATUM. *R. Br.* (Prodr. p. 190.) Culmo procumbente ramoso (pedali); nodis pubescentibus; vaginis

glabris vel tuberculoso piliferis; foliis lanceolato-linearibus (2—5″ longis, 2—2½‴ latis) glabris supra asperulis; radiis racemiformibus simpliciusculis vel compositis alternis vel jubatis; pedicellis brevissimis; spiculis ultralinealibus lanceolato-ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis 4-plo magisve breviore enervi, superiore 5-nervia; hermaphrodito acutiusculo sericeo-pubescente. *Trin.* Ic. XVIII. t. 209. N. Holl.

384. P. PERDENSUM. *Steud.* Culmo (sursum certe) erecto tereti valido (pluripedali) glabro; nodis fuscis glabris; vaginis elongatis striatis glabris, altero latere margine ciliatis; ligula membranacea glabra; foliis a basi auriculato-cordata (intus fusco-notata) margine longe pilosa, lato lineari-lanceolatis (1′ longis, 7—8‴ latis, inferioribus quae desunt, forsan majoribus), apice angustato acuminatis; panicula thyrsiformi angustata decomposita elongata (ultra pedali); racemis basi remotioribus longioribus (3-pollicaribus), sensim magis approximatis brevioribus demum in racemum subsimplicem terminatis; radiolis brevibus a basi unilateraliter dense floriferis angulosis scabriusculis; pedicellis spicularum propriis brevissimis; spiculis ovato lanceolatis acutatis glabris; gluma inferiore flosculi basin amplectente (saepe remotiuscula), ovata acuta flosculo quadruplo breviore, superiore flosculum neutrum vel masculum fere aequante et cum hujus valvula 3-nervia ad nervos scabriuscula, hermaphroditum laevem fere duplo superante. Cum praecedente sequenti forsan nimis affine. Ex specimine Hrbrii. *Deloche* lecto in Montevideo.

385. P. EXCELSUM. *Nees.* (Agrost. bras. 180.) Culmo tereti simplici (6-pedali) stricto; vaginis glabris; foliis lanceolato-linearibus longe acuminatis (1½—2′ longis, ½—1″ latis) glabris; panicula contractissima decomposita 1—2′ longa; radiis racemiformibus simpliciusculis confertissimo-jubatis adpresso contractis; pedicellis spicula paulo brevioribus; spiculis sublinealibus lineari-subellipticis obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis 2—3-plo breviore 3-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. ♃ Brasil.

386. P. STOLONIFERUM. *Poir.* Culmo repente (½—1-pedali et ultra); ramis erectis; vaginis plus minus ciliatis; foliis ovato-lanceolatis glabris vel interdum subtus brevi sparsim pilosis; radiis racemiformibus simpliciusculis alternis jubatis cum racemulis contractis illisve plus minus patentibus; pedicellis brevissimis; spiculis linealibus ovato-lanceolatis acutissimis glabris, fusco viridibus; gluma inferiore flosculis 2—3-plo breviore 3-nervia, inferiore iis parum breviore 5-nervia; hermaphrodito (neutro dimidio minore) acutiusculo laevi. Variat: statura majore; foliis (2—4″ longis, 6—10‴ latis) racemis confertissime jubatis. P. frondescens. *Meyer.* P. stoloniferum var. major. *Kunth.* Gram. t. 108. et: statura minore, foliis 4—12‴ longis, ½—3‴ latis racemis plus minus patentibus distinctius alternis. P. stoloniferum. *Kunth.* l. c. t. 22. P. ctenodes. *Trin.* Ic. XV. t. 171. P. umbrosum. *Salzm.* Surinam. Guiana. Brasil.

Memorabilem vidi varietatem in Guiana lectam ex Hrbo. Parisiensi, in qua gluma inferior spicula dimidia est longior; caeterum planta omnibus notis eadem.

387. P. LEPRIEURII. *Steud.* Culmo ramoso radicante cum vaginis nodisque densius pilosis; foliis oblongo-lanceolatis subpubescentibus vel glabris margine tenuissime scabris (1″ longis, 2—3‴ latis); paniculae terminalis radiis secundis ad ortum subfasciculato-pilosis; spiculis vix linealibus lanceolatis glabris; gluma inferiore spiculam dimidiam subaequante, superiore et valvula neutra exserte 3-nerviis superantibus hermaphroditum laevem acutum. P. stoloniferum *Hochst.* Hrbr. *Kappler* nr. 1500. Surinam et *Leprieur* in Cayenne. Forsan praecedentis var. ♃

388. P. KEGELII. *Steud.* Caule basi ramoso ramis adscendentibus erectis glabris vaginatis foliatisque, vaginis margine et ore dense pilosis; foliis nunc brevissime supra vaginae os pedicellatis, nunc vagina soluta et complicata longe apice refracto-pedicellatis, e basi latiore (4‴) lanceolatis et in acumen subulatum subpungentem terminatis, supra glabris, subtus pubescentibus; paniculae contractae densae radiis inferioribus remotiusculis, superioribus approximatis sensim brevioribus (longioribus vix ½-pollicaribus); spiculis secundis vix linealibus lanceolatis acutis glabris; gluma inferiore spicula triplo breviore ovata, superiore et valvula neutra subaequalibus 3—5-nerviis, nervis conspicuis glabris; hermaphrodito laevissimo valvula neutra fere duplo breviore. An iterum forma Panici stoloniferi? Guatemala.

389. P. PALUDICOLA. *Nees.* (Agr. bras. 179.) Culmo erecto tereti simplici aut ramoso (3-pedali); vaginis glabris; foliis cordato-lanceolatis amplexicaulibus glabriusculis vel pilosiusculis; racemo decomposito denso lanceolato (7—8-pollicari, medio 1—1½″ lato); radiis racemiformibus simpliciusculis jubatis racemulisque contractis; pedicellis brevissimis; spiculis subsesquilinealibus lanceolatis acuminatis glabris; gluma inferiore flosculis 2—3-plo breviore 3- superiore iisdem paulo minore 5-nervia; hermaphrodito quam neutrum paulo breviore, acuto laevi. P. frondescens. *Trin.* Ic. XIX. t. 288 (non descriptio). Brasil. Variat: foliis angustioribus, juba minus densa. Ins. Manil. Java. et racemo densissimo contracto. Guadaloup.

390. P. RAMULIFLORUM. *Hochst.* (Pl. *Kappler* surin. nr. 1523.) Culmo geniculato radicante adscendente (1½-pedali) simplici cum nodis glabro; vaginis margine et ad oras pilosis; ligula membranacea brevissima ciliata, foliis lineari-lanceolatis acuminatis (3—4″ longis, 1—2‴ latis) glabris, margine laevibus; paniculae (4—5-pollicaris) radiis inferioribus remotis racemiformibus (½—1½-pollicaribus) erecto-patentibus strictis, superioribus approximatis brevibus; spiculis minutis (vix ½-linealibus) fusco-viridibus glabris; gluma inferiore flosculo plus duplo breviore, superiore et flosculi neutrius obtusis subenerviis nitidis hermaphrodito laevi. Surinam. *Funck.* Hrbr. nr. 691. Venezuela. Variat: ramulis paniculae densifloris. Agrostis nigrescens. *Salzm.* Bahia. Surinam. Guadaloup.

P. ramuliflorum. *Hochst.* P. vaginaeflorum. *Steud.* P. pilosum. *Sw.* etiam ad Brachiarias referri possunt.

391. P. OXYPHYLLUM. *Hochst.* (Hrbr. *Hohenack.* Ind. or. nr. 627.) Culmo ramoso vel rarius simplici (ultra pedali) glabro; vaginis striatis margine oreque pilosis; foliis lanceolatis acutissimis striatis sparsim pilosis vel glabris (1—2″ longis, 3‴ latis); paniculae patentis (3—5-pollicaris) radiis solitariis remotiusculis paniculatis, superioribus magis approximatis racemiformibus; spiculis vix linealibus ovatis obtusiusculis glabris; glumis inaequalibus flosculo brevioribus valvulaque neutrius 2—3-nerviis, hermaphroditum nitidum laevissimum, parum superantibus. Prvinc. Canara.

392. P. PILOSUM. *Swartz.* (Fl. ind. occ. 141.) Culmo basi decumbente vel erecto ramuloso (subbipedali) ramis divaricatis; vaginis margine sparsim piloso-ciliatis; foliis e basi ovata vel subcordata lineari-lanceolatis (1—8″ longis, 4—6‴ latis); racemo composito jubato; radiis racemiformibus simpliciusculis solitariis, alternis vel suboppositis erecto patulis (1—2″ longis, tota juba 8—10-pollicari); rhachibus pilis plus minus adspersis; pedicellis brevissimis, spiculis minimis ovalibus obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis duplo breviore 3- vel cum superiore 5-nervia; hermaphrodito acuto laevi. *Trin.* Ic. XVIII. t. 213. P. pilisparsum *Meyer. Hochst.* in *Kappl.* Hrb. 1621. P. apiculatum. *Salzm.* Guiana. Brasil. Otaheiti. Ind. or.

393. P. CALACCANZENSE. *Steud.* Culmo basi ramoso (ultra pedali); vaginis margine dense ciliatis; foliis (oblongo-) lanceolatis basi subcordato-amplexicaulibus ibique longe sparsim pilosis margine subciliato-scabris apice acuminatis (1—1½″ longis, 2—6‴ latis); radiis solitariis vel 2—3-nis racemiformibus a basi floriferis (subpollicari-

bus) alternis spiculis basi pilis longis munitis vix linealibus ovatis brevissime subgibbo acutis, brevissime pedicellatis; gluma inferiore flosculis triplo breviore ovata obtusa subenervia, superiore flosculo sublongiore 5—7-nervia; hermaphrodito tenuissime transversim rugoso. Praecedenti simillimum, sed notis allatis satis diversum. Hrbr. *Cuming* nr. 498. Ins. Luzon.

394. P. TENUICULMUM. *Meyer.* (Esseq. p. 58.) Radice repente; culmo compresso erecto, quandoque basi repente, tenui (1—2½-pedali); foliis linearibus planis acuminatis laxis glabris (4—6″ longis, 3‴ latis); vaginis apicem versus vel totis vel ore ciliatis caeterum glabris; racemo composito elongato; radiis alternis ante anthesin appressis nudis triquetris; spiculis subfasciculatis subovatis obtusis minimis; gluma inferiore 5-nervia, neutrius flosculi valvula inferiore 3-nervia. P. agrostidiforme *Raddi* non *Lam.* ♃ Surinam. Brasil. Jamaica.

395. P. LAXUM. *Swartz.* (Fl. Ind. 157.) Culmo filiformi flaccido (2—4-pedali), compressiusculo laxissimo subdiviso striato laevi; foliis lato lineari-lanceolatis patentibus laevibus; vaginis arctis laevibus; panicula simplici nutante radiis capillaribus subdivisis patentibus erectiusculis flexuosis; spiculis minutissimis pedicellatis adpressis approximatis ovatis laete virentibus; gluma exteriore dimidio breviore cum interiore et valvulis ovatis concavis striatis, margine obtuse carinatis (sub lente) ciliatis. ♃ Jamaica.

Hanc et praecedentem speciem jungit *Trinius* Ic. XVIII sub: P. laxum, sequente diagnosi: culmo nunc tenui debili nunc firmiore simplici vel ramoso, (1—3-pedali); vaginis glabris vel superne ciliatis; foliis planis vel compressis lanceolato-linearibus (4—6″ longis, 1—3‴ latis) glabris; radiis racemiformibus simpliciusculis vel compositis alternis vel jubatis patentibus vel cum radiolis plus minus contractis; pedicellis brevissimis; spiculis minimis lanceolato-ovalibus obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis plus duplo breviore 1—3- superiore 3—5-nervia; hermaphrodito obtusiusculo apice subbarbatulo laevi. P. nigrescens. *Salzm.* Ind. occ. Brasil.

396. P. PSILANTHUM. *Steud.* Culmo gracili subcompresso striatulo glabro (pluri? pedali) foliato; vaginis nodisque glabris; ligula brevi ciliari; foliis lineari lanceolatis ima basi intus supra ligulam puberulis, caeterum glaberrimis (4—7″ longis, 2—2½‴ latis); panicula elongata (6—8-pollicari) laxa pubente ovata; radiis solitariis alternis (quibusdam oppositis) racemuliferis; racemulis pauci- (5—10-) floris strictulis interruptis apice confluentibus; spiculis minutis ½-linealibus pedicellatis sessilibusque ovatis laete virentibus glabris; gluma exteriore ovata acuta flosculo dimidio breviore 3—5-nervia, superiore cum valvula neutra hermaphroditum superante 3-nervia (saepe cum 2 accessoriis obscuris); fertili ovato obtuso laevi. Sec. spec. ex Hrbo. *Deloche* lectum in Montevideo.

397. P. ACUTIGLUMUM. *Steud.* Culmo erecto (pluripedali) nodisque glabris, vaginis tumidulis margine pilosis caeterum glabris; foliis (culmeis) lanceolato-acuminatis (3—6″ longis, 2—4‴ latis) sparsim et margine e glandulis pilosis; thyrso gracili angusto (8—10-pollicari) basi in racemos adpressos diviso, sursum continuo; pedicellis spicula brevioribus; spiculis lanceolatis acutis glabris; gluma inferiore ovata flosculis multoties breviore tenui, superiore flosculum aequante acuminata 3—5-nervia, neutro simili longius acuminato, hermaphrodito laevi glabro. Hrbr. *Cuming* nr. 2287. Ins. Philipp.

398. P. GIBBUM. *Ell.* (Bot. Carol. et Georg. 116.) Culmo inferne contracto-ramoso (3-pedali); vaginis ciliatis; foliis lanceolato-linearibus (8—9″ et ultra longis, 3—6‴ latis) glabris; juba thyrsoidea (8—10-pollicari) contracta, radiis subracemiformibus simpliciusculis vel compositis; pedicellis spiculam aequantibus; spiculis bilinealibus lanceolato- vel elliptico-ovatis acutis vel obtusiusculis glabris, saepe a parte glumae superioris 11-nervia gibbis, inferiore flosculo 4-plo breviore 3-nervio; hermaphrodito quam neutra duplo minore obtusiusculo laevi. Am. sptr.

399. P. STRIATUM. *Lam.* (Enc. IV. 748.) Radice fibrosa; culmis pluribus erectis (digitalibus usque 1½-pedalibus) gracilibus undique vaginatis; vaginis striatis pilosis; foliis lanceolatis marginatis molliter pilosis, ore barbatis (1″ longis, 2—3‴ latis); panicula oblonga gracili patente (6-pollicari); radiis alternis glabris capillaribus; floribus magnis glabris; glumis viridibus pulchre striatis valvulaque 9-nerviis. Eadem species ac praecedens teste *Trinio*, ex descriptione vix. Carolina.

400. P. CURTISII. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto tenui tereti striato cum nodis glabro (1½-pedali); vaginis foliisque inferioribus dense pilosis; ligula parva ciliari; foliis lanceolatis inferioribus brevioribus, saepe oblongo-lanceolatis, superioribus longioribus, striatis glabrescentibus (1—3″ longis, 1½—2‴ latis) patentibus rigidulis; panicula laxa pauciflora, radiis geminis vel solitariis cum rhachi communi triquetris et flexuosis; (radiolis vel) pedicellis longioribus spiculis linealibus ovatis obtusis glabris; gluma inferiore spiculam subamplectente submembranacea, ipsa 3-plo breviore; superiore cum valvula neutra 7-nerviis superantibus hermaphroditum laevem. *M. A. Curtis* sub: P. nervosum. *Mühlbrg.* var. legit in Carolina.

401. P. ANGUSTISSIMUM. *Hochst.* (Hrbr. *Kappler* nr. 1499.) Culmo (sursum certe) erecto stricto tereti cum nodis foliis vaginisque glabris; foliis linearibus angustissimis (2—5″ longis, vix ultra 1‴ latis); panicula angustissime spicata (2—4-pollicari); radiis racemosis abbreviatis rhachi adpressis vel ex parte adnatis; spiculis ovatis oblongis obtusiusculis (vix ¾ lineas superantibus); gluma inferiore spicula dimidia longiore, superiore et flosculi neutrius 5—7-nervia longioribus; hermaphrodito glabro. A sequente vix differt nisi gluma inferiore majore, spiculis ipsis minoribus. Surinam et ex Hrbo. *Cuming* nr. 1668. Ins. Philipp.

402. P. INUNDATUM. *Kunth.* (Gram. I. 34.) Culmo basi crasso (digiti ambitu, 3-pedali) foliisque glabris; juba spicata lineari-attenuata; rhachi pedunculis communibus adnatis decurrentibus maxime angulosa; pedicellis imbricatis brevibus curvatis sparsis subbifloris; spiculis lanceolatis nervoso-angulatis glaberrimis; gluma inferiore ovata obtusa tenuissime plurinervia, superiore et masculi valvula inferiore 9-nerviis, hermaphrodito ⅓—¼ breviore laevi. P. uliginosum. *Roth.* N. pl. spec. 52. Ind. or. ♃

403. P. INTERRUPTUM. *Willd.* (Spec. I. 351.) Culmo sub aqua natante crasso adscendente (pluripedali); vaginis emersis in laminas continuis folii angusti glabri; ligula membranacea exserta; racemo composito cylindraceo erecto (½-pedali et ultra) superne spicularum casu saepe interrupto; racemulis parvis rhachi communi totis vel basi adnatis, apicem versus confluentibus; spiculis oblongis glabris (raro pilosis) nervoso-striatis; gluma inferiore subrotunda perfoliata; flosculo neutro bivalvi, valvula inferiore 7-nervia, hermaphroditum superante. Idem ac praecedens sec. *Nees.* ♃ Afr. austr. Ind. or. Japan. Java.

404. P. SPICAEFORME. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1825.) Culmo erecto simplici gracili (spithamaeo); foliis parvulis angustis glabris erectis; panicula contracta spicaeformi tereti brevi; spiculis pedicellatis conglomeratis glabris; gluma inferiore parvula ovali acuta 5-nervia, nervis viridibus, interiore ovali longiore 5-costata, costis laevibus viridibus; floris hermaphroditi valvula exteriore laevi glabra. *Rich.* Tent. Fl. Abyss. II. 359. Vix dubie praecedentis var. ⊙? Abyssin.

405. P. STRUMOSUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 311.) Culmo erecto tereti (subpedali); nodis vaginisque glabris, foliis lineari elongatis glabris margine scabriusculis; racemo spicaeformi simplici continuo (5-pollicari); spiculis pedicellatis subternis ovato-lanceolatis basi obliquis; gluma inferiore late ovata spicula dimidio breviore 7-nervia acuta, superiore ovato-lanceolata 9-nervia acuta piloso-hispida basi strumosa; floris neutrius valvula inferiore longitudine glumae superioris ovato-lanceolata 7-nervia versus apicem

piloso-hispida acuta, hermaphrodito oblongo gluma superiore breviore; valvula inferiore nitida acuta. California.

406. P. FALSUM. *Steud.* Culmo erecto simplici cum nodis glabro (pedali et ultra); vaginis striatis sparsim e papillis pilosis; foliis linearibus acuminatis glabris; panicula stricta erecta contracta (4—5-pollicari), radiis simplicibus racemiformibus; pedicellis spicula brevioribus; gluma inferiore minutissima, superiore et valvula neutra lanceolatis acutis (fere 2-linealibus) nervosis undique subfasciculato-pilosis; flosculo hermaphrodito fusco obscure nervoso glabro nitido, gluma breviore. Spiculae pili flosculos excedentes Sacchari habitum aemulant. Ins. Cuba.

407. P. BRACHYANTHUM. *Steud.* Culmo tenui basi radicante, geniculato subramoso (pedali et ultra) vaginis striatis glabriusculis margine plus minus distincte ciliatis; foliis planis linearibus acuminatis glabris (3″ longis, $^3/_4$‴ latis); panicula depauperata simplicissima; radiis solitariis vel binatis basi longe nudis versus apicem remote 2—3-spiculatis; spiculis ovatis acutiusculis undique setuloso-pilosis; gluma inferiore minuta vel nulla, superiore et valvula neutra aequalibus 3—5-nerviis includentibus hermaphroditum acutiusculum oblongum laeve. *Vinzent* Coll. nr. 124. Texas.

408. P. CURVATUM. *Lin.* Culmo gracili erecto vel adscendente (pedali); foliis lanceolato-linearibus ($1^1/_2$—2″ longis, $1^1/_2$‴ latis) acuminatis supra subpilosis, vaginis margine ciliatis; racemi compositi radiis (4—8) flexuosis erectis; pedicellis spiculam aequantibus vel superantibus unifloris; spiculis oblongo-lanceolatis, (praesertim fructiferis) incurvis nervoso-striatis ultra linealibus glabris; gluma inferiore minuta ovata subenervia superiore 11-nervia, flosculoque utroque univalvi 5-nervio paulo longioribus hermaphrodito ovato laevi. *Nees* Fl. Afr. I. 50. Ind. or. Afr. austr.

409. P. CORIOPHORUM. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 107.) Culmo erecto tereti ($1^1/_2$-pedali), nodis imberbibus; vaginis glabris internodio brevioribus; foliis lineari-lanceolatis (2—3″ longis, 2—3‴ latis) rigido membranaceis striato 7-nerviis glabris; paniculae erectae patulae (5—6-pollicaris) radiis fere a basi subdecompositis; pedicellis spiculam plus minus aequantibus; spiculis cernuis linealibus ovalibus gibbis acutiusculis glabris; gluma inferiore minuta, superiore 11-nervia, flore neutro bipaleaceo duplo majore; hermaphrodito acutiusculo laevi. Praecedentis var? *Trin.* Madagascar.

410. P. BARBINODE. *Trin.* (Icon. XXVII. t. 318.) Culmo basi ramoso (3-pedali); nodis dense candide barbatis; vaginis compressis subsericeis; ligula tomentoso-ciliari; foliis latiuscule linearibus (7—9″ longis, 4—5‴ latis) jubae (8—10-pollicaris) radiis racemiformibus simpliciusculis vel compositis alternis vel sparsis patentibus; pedicellis brevissimis; spiculis linealibus ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis 3—4-plo breviore subenervia, superiore 5-nervia, hermaphrodito obtusiusculo punctulato. Brasil.

411. P. EQUINUM. *Salzm.* Culmo erecto elato; vaginis papilloso-pilosis, ore barbatis; ligula villoso-ciliata; foliis lanceolatis brevissime ciliatis sparsim pilosis (3—7″ longis, 5—6‴ latis); paniculae amplae (8—10-pollicaris) radiis racemiformibus simplicibus fasciculatis vel sparsis solitariis, basi dense- ad rhachim sparsim pilosis; spiculis in rhacheolis brevissimis pedicellatis vel subsessilibus vel immediate e rhachi aggregatis vel una alterave solitaria sparsa, linealibus ovato-oblongis glabris; gluma inferiore spiculis 3—4-plo breviore subenervia, quandoque nulla; superiore et valvula flosculi neutrius ovatis obtusis 5-nerviis; hermaphroditi valvulis obtusissimis laevibus glabris. *Salzmann* in Bahia et *Rengger* in Paraguay.

412. P. FUSCUM. *Swartz.* (Fl. Ind. 156.) Culmo procumbente vel erecto basi ramoso (1—2-pedali) nodis puberulis vel barbatis; foliis latiuscule lanceolato-linearibus (3—8″ longis, 4—6‴ latis) glabris; paniculae pedunculatae radiis subracemiformibus plerumque a basi compositis subverticillatis vel sparsis, nunc cum racemulis contractiusculis nunc plus minus patentibus; pedicellis brevissimis vel spiculam aequantibus; spiculis linealibus oblongis acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculis subdimidio breviore 3- superiore 5-nervia; hermaphrodito obtusiusculo ruguloso. Variat: racemulis simplicibus racemisque contractioribus; vaginis glabriusculis vel tantum villosulis. *Trin.* Ic. XVIII. t. 206. et: racemulis subcompositis racemisque patentibus, vaginis hirsutis. P. fasciculatum. *Sw.* P. fastigiatum. *Poir.* Ind. occ. Brasil.

413. P. HERMAPHRODITUM. *Steud.* Culmo erecto ramoso vel simplici glabro (ultra pedali); nodis unilateraliter pilosis caeterum glabris; vaginis margine ciliatis, superioribus quandoque undique pilosis; foliis lanceolatis ($1^1/_2$—3″ longis, $2^1/_2$—$4^1/_2$‴ latis) striatis tenuissime asperulo-pilosulis; ligula membranacea fissa; paniculae radiis racemiformibus compositis alternis; pedicellis brevibus subaequantibus spiculas (fuscescentes) vix $^3/_4$-lineales dimidiato-ovatas; gluma inferiore spiculam dimidiam vix aequante, superiore ea breviore neutraque hermaphrodito longiore 3-nervia, hoc laevissimo nitido. Hrbr. *Cuming* nr. 554. Ins. Philp.

414. P. COMPRESSUM. *Bivon.* (Stirp. sic. nr. 35.) Culmo compresso ultra pedali, nodis barbatulis; vaginis foliisque pubescentibus, his sublanceolato-linearibus pubescentibus (2—3″ longis, $1^1/_2$‴ latis); panicula (1—2-palmari) strictiuscula, radiis subracemiformibus simpliciusculis vel a basi compositis verticillatis patulis; pedicellis spicula brevioribus; spiculis linealibus elliptico ovalibus acutiusculis (sub lente) pilosulis; gluma inferiore flosculis subtriplo breviore 1—3-superiore 7-nervia; hermaphrodito acutiusculo ruguloso. Sicilia.

415. P. JEJUNUM. *Trin.* (Act. Petr. 1838. add. p. 108.) Culmo simplici compresso (8—16-pollicari); vaginis glabris; ligula brevissima pilosa; foliis linearibus vel subconvolutis glabris (2—10″ longis, $^1/_2$—$1^1/_2$‴ latis); paniculae (2—6-pollicaris) radiis subracemiformibus superius compositis, alternis radiolisque subglomerulifloris contractis; pedicellis spicula brevioribus; spiculis sublinealibus lanceolato-ovatis acutis glabris; glumis acutis, inferiore flosculis dimidio breviore 3- superiore 3—5-nervia, hermaphrodito mucronato acutissimo laevi. Louisiana.

416. P. ARVENSE. *Kunth.* (Gram. t. 109.) Culmo procumbente radicante dichotome ramoso (2-pedali et ultra), nodis barbatis, geniculato; vaginis glabris superne ciliatis; ligula ciliari; foliis lanceolatis multinerviis glabris (4—6″ longis, 4—6‴ latis), margine scabris; panicula pyramidata; radiis subracemiformibus a basi brevi compositis radiolisque patulis; pedicellis spiculam aequantibus pilo uno alterove munitis; spiculis geminis ultra linealibus ovato-ellipticis acutis molliter pilosis; gluma inferiore flosculis 3-plo breviore 5- superiore 7-nervia; hermaphrodito mucronulato ruguloso. Senegal.

417. P. TRACHYPUS. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 258.) Culmo subramoso ($1^1/_2$-pedali?) vaginis superne tenui tuberculosis; foliis e basi cordata lanceolatis (4″ longis, 6—7‴ latis) glabris; paniculae seu jubae (4-pollicaris, viridi-flavescentis) radiis subracemiformibus a basi brevi-compositis, alternis radiisque patulis; pedicellis brevissimis; spiculis linealibus obovatis submucronulatis pubescentibus, geminis, altera subsessili altera brevi-pedicellata; gluma inferiore flosculis 3—4-plo breviore superiore 5-nervi; hermaphrodito mucronato-ruguloso. Nepal.

418. P. SIMPLEX. *Rottl.* (in *Trin.* l. c.) Culmo debili simplici compresso (ultra pedali); ligula ciliari; vaginis cum foliis angusto-lanceolato-linearibus (5″ longis, 1‴ vix latioribus) glabris; paniculae sublineari-contractae radiis subracemiformibus, paulo superius parce compositis (paucifloris) alternis, radiolisque contractis; pedicellis spicula (plerum-

que paulo) longioribus; spiculis remotis subsesquilinealibus ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculo subdimidio breviore 5- superiore 11-nervia; hermaphrodito quam neutrum paulo minore acuto laevi. Ind. or.

419. P. TRICHOLAENOIDES. *Steud.* Culmo erecto tereti tenuissime striato (pluripedali, flavescenti viridi) cum nodis vaginisque glabro; foliis lineari-lanceolatis (pedalibus, $1^1/_2$—2''' latis) subtus praesertim vaginam versus pilosis; ligula brevissime piloso-ciliata; paniculae elongatae (pedalis) radiis solitariis vel unilateraliter fasciculatis erecto-patulis flexuosis racemuliferis; racemulis paucifloris; spiculis inaequaliter pedicellatis; pedicellis apice subcyathiformi excavatis et pilis longiusculis persistentibus cinctis; spiculis ovatis vix ultra $^1/_2$''' longis turgidulis; gluma inferiore ovata acuminata dimidiam spiculam aequante 3—5-nervia, superiore eam aequante 5-nervia; flosculo hermaphrodito obtuso laevi neutro breviore. (Pedicellorum constructione haec species ad Tricholaenam, genus minime admittendum, accedit.) Ex Herbo. *Deloche* lectum in Montevideo.

420. P. NUDIGLUME. *Hochst.* (Flora 1844. 253.) Culmis ex radice pluribus erectis (1—$2^1/_2$-pedalibus) cum vaginis striatis puberulis; foliis (lineari-) lanceolatis (1—2'' longis, 3—5''' latis) acuminatis utrinque brevissime (tactu potius quam visu) velutino-pubescentibus basi auriculato-cordatis ciliatis sursum margine scabris; ligula brevissima pilosa; paniculae laxae rarius ramulis pedicellisque pubescentibus; pedicellis inaequalibus spiculam aequantibus vel duplo superantibus; spiculis linealibus solitariis et geminatis ovatis acutis glabris; gluma inferiore flosculo 3-plo breviore ovato-rotundata, superiore flosculos aequante, neutrius valvula huic simillima, omnibus 5—7-nerviis; hermaphrodito transversim ruguloso glabro. *Rich.* Fl. Abyss. II. 372. Abyssinia. Variat: culmo simplici vel ramoso, foliisque margine crenulato-serrulatis. P. Ruprechti. *Fenzl.* Nubia.

421. P. MITE. *Steud.* Culmo ramoso toto vaginis subampliatis striatis glabris tecto; nodis dense villoso-tomentosis; foliis e basi subauriculata angustata lanceolatis (4—6'' longis, 4—5''' latis) acuminatis tactu (tomento minutissimo vel sub lente valida vix conspicuo) mollibus, margine laevibus; paniculae (3—4-pollicaris) radiis subracemiformibus compositis irregulariter verticillatis; radiolis flexuosis angulatis; pedicellis brevibus; spiculis ovatis parvis glabris; gluma inferiore minuta ovata obtusa; superiore ovato-oblonga aequante flosculi masculi valvulam, utraque 5—7-nervia, hermaphrodito his parum breviore laevi. Nubia.

422. P. SCHIMPERIANUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1853.) Culmo erecto (simplici? bipedali et ultra) toto vaginis subampliatis striatis dense piloso-hirsutis tecto, nodis pilosis; foliis e basi subauriculato-angustata lanceolatis (4—6'' longis, 3—5''' latis) glaucis tenuissime puberulis (vix glabris uti in *Rich.*); ligula piloso-setosa; paniculae (4-pollicaris) pyramidatae radiis erectis racemiformibus simplicibus alternis vel 2—3 fasciculatis; pedicellis spiculas (ultra-) lineales aequantibus raro superantibus pilis quibusdam conspersis; gluma inferiore minuta spiculam quasi annulato-cingente, superiore et valvula neutra ovato-lanceolatis acutis 3—5-nerviis subaequalibus, hermaphrodito his parum breviore laevi (vix tenuissime striato, uti) *Rich.* Fl. Abyss. II. 371. Prioris forsan var? Abyssin.

423. P. OZOGONUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo geniculato ad nodos prolifero ramoso (ultra pedali); vaginis e glandulis pilosis; foliis e basi amplexicauli-cordata lanceolatis (1—2'' longis, $1^1/_2$—3''' latis) acutis tenuissime pubescentibus; paniculis in ramis terminalibus ($1^1/_2$—3'' longis) radiis alternis solitariis erectis fere a basi floriferis, radiolis brevibus paucifloris; spiculis solitariis pedicellatis sessilibusque alternis vel geminis ovatis pubescentibus; gluma inferiore ovata obtusa, quandoque brevissime mucronulata, superiore valvulam neutram aequante 3—5-nervia; hermaphrodito transversim ruguloso. *Leprieur* legit in Senegalia.

424. P. DIFFUSUM. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. 160.) Culmo tereti subfiliformi ramoso, nodis inferioribus barbatis; ramis (interdum fasciculatis) plerumque elongatis; foliis linearibus erectis striatis laevibus longis, vaginis collo et fauce pilosis; panicula racemosa angusta, radiis subracemiformibus, superius parce compositis (subpaucifloris) alternis patentibus; radiolis contractis, pedicellis spiculam superantibus vel aequantibus; spiculis linealibus ovalibus ovatisque acutis glabris; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 5- superiore 11—13-nervia; hermaphrodito quam neutrum paulo minore acutiusculo laevi. *Trin.* Ic. XXII. t. 263 (non P. debile *Poir.* nec P. divaricatum *Michx.*). Ind. occ. Brasil.

425. P. CHAUVINII. *Steud.* Caule procumbente tereti glabro geniculato et divaricato-ramoso, ramis erecto adscendentibus; vaginis glabris vel hinc inde margineque pilosulis; ligula membranacea pilosa; foliis erecto- vel horizontaliter patentibus lanceolatis acuminatis laete viridibus glabris tenui-striatis (3—4'' longis, 2—3''' latis); paniculis in apice ramorum parvis simplicibus, rhachi radiolisque acute angulatis; spiculis turgidis ($1^1/_2$-linealibus); gluma inferiore ovato-cordata 5-nervia flosculo 3-plo breviore, superiore et valvula neutra ovatis concavis 5—7-nerviis nitidulis glabris paulo longioribus hermaphrodito longitudinaliter nervoso summo apice barbatulo. Ex Hrbo. *Chauvin* lectum a *Duchaissingio* in Guadeloupe.

426. P. PETIVERII. *Trin.* (Icon. XV. t. 176.) Culmo decumbente ramoso (1—$1^1/_2$-pedali); ligula ciliari; foliis lineari-lanceolatis (1—5'' longis, 1—3''' latis) vaginisque glabris vel pubescentibus; radiis aut subracemosis et simpliciusculis aut subvirgatis et a basi compositis alternis vel jubatis patentibus; pedicellis spicula brevioribus; spiculis linealibus ovalibus plus minus acutis pubescentibus; gluma inferiore flosculis duplo breviore 3- superiore 5—7-nervia; hermaphrodito minute mucronulato ruguloso. (P. remotum *Retz.* sec. *Trin.* sed vix.) ♃ Ind. or.

427. P. REMOTUM. *Retz.* (Obs. IV. 17.) Culmo ramoso basi repente adscendente, apice gracili; foliis linearibus (2''' latis) acuminatis vaginisque glabris; racemo decomposito laxo, partialibus alternis tenuibus secundis scabris; spiculis geminis distantibus ovalibus puberulis; pedicellis longiusculis nudis, glumis inaequalibus obtusis, inferiore duplo breviore; flosculo neutro bivalvi; hermaphrodito oblongo mutico transversim leviter undulato-rugoso longitudinaliter confertim striato glumam superiorem aequante. (A praecedente diversum. *Nees.* in litt.) ⊙ Penins. Ind. or.

428. P. REGULARE. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 41.) Culmo ramoso subtilissime pubescente; nodis sericeis fuscis; foliis lanceolato-linearibus (5—6'' longis, 3—4''' latis) acuminatis glaucescentibus vaginisque molliter velutinis; paniculae patentissimae (6-pollicaris) radiis alternis flexuosis a basi racemiferis pedicellisque pubescenti-villosulis basi tomentosis; spiculis ellipticis acutis patenti-pubescentibus; gluma inferiore ovata obtusa; hermaphrodito undulato ruguloso. P. Petiverii. *Trin.* Ic. XV. t. 176. f. C? Guinea.

429. P. KOTSCHYANUM. *Hochst.* (Hrbr. Nub. un. it. nr. 254.) Culmo subprolifero ramoso erecto (1—$1^1/_2$-pedali); ligula ciliari; foliis lanceolatis abbreviatis ($^1/_2$—$1^1/_2$'' longis raro ultra, $1^1/_2$—3''' latis) vaginisque glabris vel pubescentibus; pedicellis inaequalibus spicula longioribus vel brevioribus; spiculis linea brevioribus ovalibus obtusiusculis pilosis; gluma inferiore flosculis duplo breviore tenuissime 5-nervia, superiore et valvula mascula oblonga 3—5-nervia, hermaphroditi valvula interiore plana basi pubescente, exteriore concava minute mucronata tenuissime puncticulata. Iterum Panico Petiverii valde vel nimis affinis species. Nubia.

430. P. INDUTUM. *Steud.* Culmo simplici vel ramoso cum vaginis, foliis paniculaeque radiis villosis; foliis lineari-

lanceolatis altero latere crenulatis; paniculae radiis subsecundis composito racemosis; racemulis paucifloris; spiculis ovatis vix linealibus; glumis inaequalibus, inferiore spiculam dimidiam superiore eam omnino aequante; hermaphrodito flosculo laevi ovato acutiusculo. *Jardin* legit ad fluv. Gabon Guineae.

431. P. MEGASTACHYUM. *Nees.* (Agr. bras. 154.) Totum gilvum; culmo erecto tereti glabro (6—8-pedali) florifero-ramoso, ligula ciliari; foliis lanceolato-linearibus (6—10″ longis, 3—6‴ latis) vaginisque glabris; paniculae (ultra pedalis) radiis subracemiformi virgatis, plerumque a basi compositis dissitifloris radiolisque patentibus; pedicellis spicula brevioribus cum axi radiisque pubescentibus; spiculis subbilinealibus ovalibus acutiusculis glabris; gluma inferiore basi fusco-purpureo maculata flosculis duplo breviore 3- superiore 5-nervia; hermaphrodito acuto punctulato. Variat: pedicellis basi et apice longe barbatis, glumis 5-nerviis immaculatis. ♃ Brasil.

432. P. COGNATUM. *Schult.* (Mant. II. 235.) Culmo contracto-ramoso adscendente geniculato-nodoso ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); nodis vaginisque glabris; ligula membranacea obtusa brevi; foliis anguste-lanceolatis (3—4″ longis, 1‴ et ultra latis); paniculae (8—9-pollicaris) radiis subsimplicibus virgatis subfastigiatis radiolisque (potius pedicellis longissimis) patentibus; spiculis linealibus ovali-lanceolatis acutis (junioribus) villosulis; gluma inferiore minima vel nulla, superiore 5—7-nervia; hermaphrodito acuto basi tandem fuscescente. P. fragile. *Kunth.* En. I. 105.) Am. septr.

433. P. SPANIANTHUM. *Steud.* Caule basi geniculato tunc erecto tereti striato glabro vaginato foliato; vaginis infimis laxis solutis, superiore arcta, omnibus cum foliis molliter pilosis, ligula margo pilosus, foliis lineari-lanceolatis acuminatis (6″ longis, 1—$1\frac{1}{2}$‴ latis); paniculae lucidissimae erecto-patentis elongatae (7—9-pollicaris) radiis remotiusculis irregulariter verticillatis strictis subangulosis, radiolis paucis capillaribus pauci- vel unifloris; spiculis ovatis acutis, glabris; gluma inferiore spiculam dimidiam aequante obtuse 3—5-nervia, superiore neutrum subaequante, utrisque acutis 5—7-nerviis glabris, paulo superantibus hermaphroditum laevissimum nitidum. *Urville* legit ubi?

434. P. URVILLEANUM. *Kunth.* (Gram. t. 15.) Totum sericeo- et strigilloso-pubescens; culmo inferne ramoso (1—$1\frac{1}{2}$-pedali); ligula dense ciliari; foliis angusto-linearibus rigidis (8—10″ longis, 1‴ latis) pilosis; paniculae (pedalis lucidissimae) radiis subvirgatis superne compositis radiolisque patentibus; pedicellis spicula brevioribus vel subaequalibus; spiculis sub-3-linealibus ovalibus acutis sericeo pubescentibus; gluma inferiore flosculis duplo breviore 7- superiore 15-nervia; hermaphrodito quam neutrum parum minore acutiusculo, margine inferiore ciliato. Chili.

435. P. SUBALBIDUM. *Kunth.* (l. c. t. 112.) Culmo ramoso elato (2—3-pedali) ad nodos imberbes geniculato; foliis latiusculo-linearibus (8—10″ longis, 5‴ latis) vaginisque glabris; ligula brevi membranacea ciliolata; jubae lucidae (8—9-pollicaris) radiis virgatis paulo superius compositis patentibus; radiolis contractis; pedicellis spiculas plus minus aequantibus; spiculis linealibus ovalibus acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculis 3-plo breviore sub-1- superiore 7-nervia; hermaphrodito quam neutrum parum breviore acutiusculo laevi. Senegal.

436. P. ALBIDULUM. *Steud.* Radice fibrosa albida; culmo ramoso (1—$1\frac{1}{2}$-pedali) uti tota planta glaucescente, ad nodos geniculato glabro; foliis e basi amplexicauli lineari-lanceolatis ($1\frac{1}{2}$—3″ longis, $1\frac{1}{2}$—2‴ latis), vaginisque glabris, his ore pilosis; ligula vix ulla nisi pili brevissimi; paniculae patentis (3-pollicaris) radiis solitariis (raro binatis) supra basin divisis; radiolis 2—3-floris; pedicellis spiculas aequantibus vel superantibus; spiculis vix linealibus ovatis acutiusculis deciduis; gluma inferiore flosculis plus duplo breviore subuninervia, acutiuscula superiore indistincte 5—7-nervia, hermaphrodito laevissimo quam neutrum parum breviore 7-nervio. P. subalbidum. *Hochst.* Hrb. Nub. un. it. nr. 42. Vix prioris var. Nubia.

437. P. COGNATISSIMUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi ramoso (1—$1\frac{1}{2}$-pedali) cum tota planta subglaucescente glabro, ad nodos geniculato, nodis pubescentibus; foliis e basi amplexicauli lanceolatis ($1\frac{1}{2}$—2″ longis, $1\frac{1}{2}$—3‴ latis) vix puberulis vel glabris, margine scabris; margine vaginarum ad oras ligulaque pilosis; paniculae suberectae radiis solitariis raro binis subracemiformibus; flosculis plerumque binis altero pedicellato altero sessili; gluma inferiore flosculis $\frac{2}{3}$ breviore rotundata obtusa subuninervia, superiore neutrum aequante cum hoc 3—5-nervia; hermaphrodito transversim ruguloso. Vix prioris var. *Leprieur* legit in Senegambia.

438. P. LASIANTHUM. *Trin.* (Ic. XXI. t. 245.) Culmo minute pubescente (sub-2-pedali); vaginis teretibus margine dense breve-ciliatis ad oras barbatis; ligula obsolete ciliari; foliis (2—3″ longis, $\frac{1}{2}$″ latis) e basi compressa subamplexicauli lanceolatis glabris vel pubescentibus, jubae (8—10-pollicaris) lucidae radiis virgatis superius compositis, radiolisque patentibus; pedicellis variae longitudinis spiculas plus minus aequantibus; spiculis linealibus oblongo-obovatis plus minus obtusis tuberculato-hirtulis; gluma inferiore flosculo fere duplo breviore 1- superiore 3-nervia iisdem parum minore; hermaphrodito acuto tenerrime ruguloso. Brasil.

439. P. LATIFOLIUM. *Lin.* Radice sublignescente longe fibrosa substolonifera; culmo erecto simplici (1—2-pedali) toto vaginato; vaginis omnino vel saltim ad margines patenti-pilosis; foliis e basi cordata amplexicauli oblongo-lanceolatis acutis 11—15-nerviis et inter nervos validiores tenui-multinerviis (2—4″ longis, usque 1″ latis), margine semper plus minus pilosis; panicula 2—4-pollicari simplici erecta demum patente; radiis plerumque solitariis simplicibus remoti-floris; spiculis inaequaliter pedicellatis 1—$1\frac{1}{2}$‴ longis plus minus pubescentibus; gluma inferiore ovata acutiuscula flosculo $\frac{2}{3}$ breviore, superiore multinervia flosculum subaequante, sterili bivalvi triandro vel neutro; hermaphrodito oblongo obtuso laevissimo. Sec. specimina e civitate Ohio et Missouri et diagnosin *Asa Gray* Man. 612. P. Walteri *Poir* sec. *Gray.* sed vix *Trinii.* P. latifolium. *Trin.* Panic. p. 262. ex parte. Am. septr.

P. latifolium *Siebr.* Hrbr. mart. supl. nr. 7 (in mea collectione deficiens) distincta dicitur species: P. Kohautianum. *Presl.* Bot. Bemerk. p. 119. sine diagnosi adducta.

440. P. MACULATUM. *Aubl.* (Fl. Guian. I. 51.) Caule erecto (2- quandoque usque 10-pedali scandente) simplici vel ramoso, vaginato; vaginis omnino vel margine vel ad oras tantum pilosis vel omnino glabris in petiolum brevissimum (vix linealem) quandoque immediate in folia terminatis, his ovato-lanceolatis tenuissime et aequaliter conferte nervoso-striatis pallide vel (adultioribus) fusco-viridibus quandoque albido vel brunneo-maculatis (3″ longis, 7—10‴ latis), acuminatis; paniculae radiis acute triquetris plus minus scabris valde inaequalibus nunc remotis divaricato-quin reflexo-patentibus, nunc magis approximatis abbreviatis; spiculis pedicellatis ovatis turgidulis glabris ultra linealibus; gluma inferiore ovata concava obscure 5-nervia spicula triplo breviore, superiore simili plus duplo majore 7-nervia; flosculo neutro bivalvi, valvula inferiore omnino glumae superiori simili et cum glumis apice brevissime pilosis; superiore multo minore, hermaphrodito ovato obtuso laevissimo ad valvulam inferiorem adhaerente. Sec. specimina a *Leprieur* in Guyana et *Kapplero* in Surinam lecta.

441. P. DIVARICATUM. *Lin.* Culmo alto rigido filiformi laevi ramosissimo divaricatissimo; foliis lineari-lan-

ceolatis paniculis brevibus depauperatis muticis subsimplicibus; pedicellis bifidis altero longiore. ♃ Jamaica.

Trinius Paniceae p. 262 hanc, utrasque species praecedentes et sequentem in unam eandemque conjungit. *Neesius* vero Agr. bras. P. divaricatum *Lin.* dubie cum latifolio *Lin.* conjungit, et specimina P. maculati à *Leprieurio* in Guiana lecta pro P. divaricato *H. B.* declarat; res mihi adhuc dubia.

442. P. RUSCIFOLIUM. *H. B.* (N. Gen. I. 101.) Culmo erecto tereti nitido cum nodis glabro, racemoso; foliis planis ovato-oblongis subdimidiato-cordatis membranaceis pubescentibus margine scabris (bipollicaribus); vaginis striatis pubescentibus longitudine nodorum; ligula abbreviata apice rotundata lateribus pilosa; panicula simplici depauperata ($1^1/_2$-pollicari), radiis patentibus pubescentibus; spiculis subglobosis sparsis; glumis subrotundis obtusis apice piloso-ciliatis, inferiore duplo breviore; flosculo neutro bivalvi, hermaphroditi valvula nitida glabra apice pilosiuscula. P. latifolium. *Lin.* var. *Schlecht.* Linn. VI. 33. Mexico.

443. P. AGGLUTINANS. *Kunth.* (Enum. I. 120.) Culmo ramoso glabro; foliis lineari-lanceolatis pilosis margine scabris; panicula ramosa, ramis patentibus pubescentibus; spiculis ovatis; glumis inaequalibus ciliatis; flore masculo bivalvi. P. glutinosum *Lam.* Ill. t. 43. f. 3. P. latifolium *Lin.* var. *Trin.* Am. austr.

444. P. SUBPETIOLATUM. *Steud.* Culmo erecto subramoso cum nodis glabro (pluripedali); vaginis internodio brevioribus margine ciliato-pilosis; ligula brevi membranacea subdentata; foliis e vagina in petiolum brevem (1—$1^1/_2$''' longum) tortum angustatis, acutis striatulis margine scabris, glabris subtus pallidioribus; racemis e vaginis superioribus uno alterove elongatis dissitifloris; paniculae terminalis radiis paucis racemosis; pedicellis spiculas fere bilineales oblongos aequantibus; gluma inferiore spicula dimidia vix breviore 3—5- superiore eam aequante 5—7-nervia; hermaphrodito obtusiusculo glaberrimo laevissimo. P. petiolatum. *Salzm.* nec *Nees.* Bahia.

445. P. ANCEPS. *Michx.* (Fl. Am. I. 48.) Culmo compresso simplici (3—4-pedali); vaginis pilosiusculis; foliis lanceolato-linearibus (fere pedalibus, $^1/_2$'' latis) glabris; paniculae subpedalis radiis virgatis a basi compositis patulis, radiolis plerumque contractiusculis; spiculis sub ultra linealibus subarcuato ovato-lanceolatis acuminatis glabris; gluma inferiore flosculis subduplo breviore 3- superiore eos aequante 7-nervia; hermaphrodito quam neutrum $^1/_3$ breviore obtuso apice brevissime (saepe vix conspicue) barbulato laevi. ♃ Am. sptr.

446. P. LONGIFOLIUM. *Torr.* (Fl. Am. 149.) Culmo basi erecto-ramuloso (2-pedali); vaginis glabris; ligula ciliari; foliis inferioribus sublanceolato-linearibus (6—9'' longis, 2''' latis) superioribus linearibus glabris, apice attenuato-acuminatis; paniculae lucidissimae (6—9-pollicaris) radiis virgatis (exceptis infimis) fere a basi compositis, alternis, radiolis contractiusculis; pedicellis spiculam aequantibus vel paulo superantibus; spiculis linealibus sublanceolato-ovatis, acuminatis glabris; gluma inferiore flosculis duplo breviore 3- superiore 5-nervia; hermaphrodito quam neuter $^1/_4$ minore obtusiusculo apice obsolete 2—4 cuspidulato laevi. *Trin.* Act. Petr. 1838 supl. 104. Am. sptr.

447. P. SPARSUM. *Rottl.* (in *Wight* Hrbo. nr. 37.) Culmo teretiusculo crassiusculo altero latere profunde canaliculato laevissimo; vaginis margine ciliatis; foliis e basi obtusa lanceolato-linearibus acuminatis supra margineque scabris; ligula hirsuta; panicula decomposita contracta densa, rhachi inferne canaliculata, ramis subfasciculatis racemoso-compositis; pedicellis bifloris brevibus; spiculis ovatis acutis glabris polygamis; glumis inaequalibus margine membranaceis acutis, inferiore dimidio minore 3-nervia, superiore 7-nervia conformi, hermaphrodito breviore oblongo laevissimo. *Nees.* ♃ Milium arundinaceum. *Koenig* in *Rottl.* hrbo. Ind. or.

448. P. RIVULARE. *Trin.* (Icon. XXII. t. 264.) Culmo simplici (4—6-pedali); vaginis glabris; foliis linearibus longissimis (interdum 3—4-pedalibus) herbaceis compresso concavis planis (5''' latis) vel subcoriaceis, his multo angustioribus; paniculae jubatae (1—2-pedalis fusco-viridis) radiis racemoso-virgatis solitariis vel aliquot pseudoverticillatis ($^1/_2$—1'' longis), exceptis infimis a basi compositis racemulisque contractis; pedicellis brevissimis; spiculis sublinealibus lineari-ellipticis obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis duplo breviore 3- superiore iisdem paulo minore 3—5-nervia; hermaphrodito acutiusculo apice subbarbulato laevi. ♃ Brasil.

449. P. GRUMOSUM. *Nees.* (Agr. bras. 182.) Culmo simplici vel superne ramoso (3—4-pedali); ligula brevi membranacea; foliis latiuscule lanceolato-linearibus strictis ($^1/_2$—1' longis, 4—7''' latis) vaginisque glabris; paniculae 9—12-pollicaris) radiis racemiformi-virgatis a basi compositis jubatis, racemulisque patulis; pedicellis brevissimis; spiculis linealibus ovato-ellipticis obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis 2—3-plo breviore 3- superiore 5-nervi; hermaphrodito acutiusculo laevi. ♃ Brasil.

450. P. AURITUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 305.) Culmo compresso simplici vel subramoso (2—3-pedali); foliis basi auriculata subamplexicaulibus lanceolato-linearibus (1—8'' longis, 5—6''' latis) vaginisque glabris; jubae (8—12'' altae) radiis subracemiformi-virgatis a basi compositis alternis patulis; racemulis contractis; pedicellis spicula brevioribus vel aequilongis; spiculis linearibus elliptico lanceolatis acutis glabris; gluma inferiore flosculis plus dimidio breviore 1—3- superiore 3-nervia; hermaphrodito acuto mucronulato laevi. Ins. Luzon. Mexico.

451. P. HASSKARLII. (*Steud.*) Caule longe repente, immerso subnutante, ramosissimo nodoso (3—6' longo) ad nodos radices fibrosas dense tomentosas ferente; ramis basi adscendentibus dein erectis crassis glabris (4—6-pedalibus); vaginis teretibus supra hiantibus nervoso-striatis junioribus sparsim pilosis; ligula brevi tenuissima hyalina membranacea ciliata; foliis patentibus planis elongato lineari-lanceolatis basi auriculato-cordatis apice nutantibus acuminatis (9—15'' longis, 7—10''' latis) nervosis, supra tenuissime pubentibus vel hirtis apicem versus strigulososcabris demum glabratis; margine cartilagineis basi ciliatis; panicula terminali contracta spicaeformi cylindrica (6—12-pollicari); radiis inferioribus elongatis pedunculatis, superioribus sensim diminutis subsecundis; spiculis lineari-lanceolatis, distichis; gluma inferiore minima subrotundo-ovata dorso aculeolata brevissime mucronulata, superiore ovato-lanceolata acuminata mucronulata obsolete 5-nervia; flosculo neutro bivalvi. P. auritum. *Hassk.* Fl. Javae 22. sed vix eadem ac praecedens. Java.

452. P. TJICOYAENSE. *Steud.* Culmo elatiore (usque 4-pedali) tereti striato glabro; vaginis internodia (2—4-pedalia) superantibus amplis striatis (sursum praesertim) pilis densis subadpressis vestitis, demum solutis et pseudopedunculos latos aemulantibus; ligula pilorum fasciculi; foliis planis e basi rotundata lato-lanceolatis praeter nervum medium tenuissime nervosis plus minus adpresso pilosis acuminatis (pedalibus et ultra, 6—8''' latis) margine scaberrimis; panicula terminali subovato-oblonga (fere pedali); radiis inaequalibus irregulariter (inferne subverticillato) dispositis iterum subpaniculatis, radiolis pauci- (2—7-) spiculatis; spiculis oblongis (ad summum $^3/_4$-linealibus) glabris; gluma inferiore ovata vel oblonga spicula duplo breviore obsolete 3-nervia, superiore et valvula neutra subaequalibus distinctius 3-nerviis, hermaphrodito laevissimo. Ad praecedentem prope videtur accedere, sed vix dubie diversa. Hrbr. *Zollinger* nr. 338. In sylvaticis prope Tjikoya Javae.

453. P. PYCNANTHUM. *Steud.* Caule tereti striato cum tota planta glaberrimo (pluripedali); nodis fuscis; va-

ginis striatis; foliis ex ima basi intus pilosa subauriculata lanceolatis (superioribus 8—9″ longis, 5—6‴ latis) striatis margine scabris; panicula racemo so-composita pyramidato-contracta (pedali); racemis inferioribus remotioribus interstitio longioribus (3-pollicaribus) sensim magis approximatis et brevioribus erectis strictis a basi floriferis, racemulis brevibus 2—6-floris; spiculis saepe binatis altera sessili altera pedicellata subsecundis vel undique versis parvis (3/4‴ longis) obtusis; gluma inferiore flosculo 2—3-plo breviore tenuissime 5-nervia, superiore flosculum neutrum conforme subaequante 5—7-nervia, hermaphrodito parum breviore laevi. Hrbr. *Deloche* ex Monte Video.

454. P. POLYGONATUM. *Schrad.* (in *Schult.* Mant. II. 256.) Culmo basi repente ramoso (1—3-pedali) nodis barbatis; foliis e basi ovata lanceolatis (7—8″ longis, 4—5‴ latis) firmis adpresso-pilosis; vaginis hirsutiusculis vel brevi ciliatis; paniculae (4—8-pollicaris) jubatae radiis subracemiformi virgatis (plerumque pilis adspersis) a basi compositis radiolisque patulis; pedicellis brevissimis; spiculis parvis vel subminimis ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis duplo vel magis breviore 1—3- superiore 5-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi, apice scabriusculo). Guiana. Brasil. Peru.

455. P. POTAMICUM. *Trin.* (Panic. 265.) Culmo basi decumbente radicante ramoso (1—1 1/2-pedali); nodis barbatis; vaginis superne dense subpectinato-ciliatis; foliis e basi amplexicauli-cordata lanceolatis glabris (1 1/2—2″ longis, 2—3‴ latis); paniculae seu jubae (3—8-pollicaris) radiis racemoso-subvirgatis (plerumque pilis adspersis) a basi compositis cum racemulis patentissimis; pedicellis brevissimis; spiculis minimis ovalibus obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis duplo breviore 3- superiore 5-nervia, hermaphrodito acuto laevi. P. dubium *Lam.* differt tantum glumis aequalibus. *Nees* ex *Trin.* l. c. Brasil.

456. P. HYGROPHILUM. *Salzm.* Culmo ramoso geniculato cum nodis glabro (2-pedali); vaginis ore vix puberulis; foliis lineari-lanceolatis brevi acutis glabris margine scabriusculis (2—4″ longis, 1—2‴ latis); ligula vix ulla nisi pili brevissimi; paniculae radiis alternis vel subverticillatis supra basin divisis, radiolis racemosis; spiculis solitariis alternis pedicellatis linealibus oblongis acutis glabris; gluma inferiore vaginante spicula plus dimidio breviore acuta obscure 5-nervia, superiore cum valvula neutra aequali 5—7-nerviis; hermaphrodito quam neutro 1/3 breviore laevissimo. Bahia.

457. P. AGROSTOIDES. *Mhlbrg. Spr.* (R. S. II. 456.) Culmo compresso erecto (sub-2-pedali) florifero ramoso; foliis sublanceolato-linearibus (8—10″ longis, 2‴ latis) vaginisque glabris; paniculae pyramidatae (3—8-pollicaris) radiis racemoso-subvirgatis plerumque a basi decompositis alternis cum racemulis primariis patentibus, secundariis contractiusculis; pedicellis brevibus vel brevissimis; spiculis linea brevioribus ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 3- superiore 5-nervia, hermaphrodito obtuso laevi apice barbatulo. *Trin.* Ic. XXII. t. 261. P. agrostidiforme. *Lam. Torr.* Fl. of N. York. II. t. 148. Am. sptr.

Duae hic latere videntur species; altera laxior panicula patente, spiculis ovalibus, radiis solitariis, genuina planta *Mühlenbergii;* altera strictior, panicula contracta, radiis 2—3-nis; spiculis oblongo-lanceolatis acuminatis. *Nees.* Fl. bras. 187.

458. P. ELONGATUM. *Pursh.* (Fl. Am. I. 69.) Glabrum; culmo erecto compresso (4—5-pedali); vaginis collo subbarbatis; foliis elongatis; paniculis pyramidatis lateralibus geminis elongato-pedunculatis terminalibusque; ramulis alternis divaricatis; glumis alternis oblongis acutis, pedicellatis coloratis. New. Jersey usque Virgin. (Species insignis videtur, quam *Pursh* et *Neesius* cum praecedente *Trin.* cum P. virgato *Lin.* jungunt, *Asa Gray* vero omnino negligit.)

459. P. GIGANTEUM. *Scheele* (Linn. XXII. 340.). Culmo tereti glabro laevi simplici fistuloso (4-pedali); vaginis glabris striatis ore nudis; ligula brevissima truncata glabra; foliis planis glabris laevibus longissimis acutato-subulatis subtus carinatis supra canaliculatis (1—2′ longis, 3‴ latis); panicula terminali pyramidata supradecomposita (1 1/2—2-pedali); rhachii radiis pedunculisque angulatis scabris; radiis infimis fasciculatis, reliquis 2—3-nis raro solitariis flexuosis capillaribus; spiculis in ramulis adpressis racemosis pedunculatis ovoideo-oblongis bifloris (purpurascentibus); glumis e basi ovata lanceolato-acuminatis, inferiore duplo breviore 3- superiore 7-nervia flosculum inferiorem paulo superante. Texas.

460. P. PAMPLEMOUSSENSE. *Steud.* Culmo tereti glabro striato pluripedali, vaginato, vaginis laxiusculis glabris ad nodos pilosulis; ligula membranacea fissa pilosa; foliis planis erectis elongatis lanceolatis longe acuminatis (pedalibus et ultra); panicula amplissima subpyramidato contracta (1 1/2-pedali), glabra; radiis verticillatis, verticillis inferioribus remotis; radiis erectis contracto-paniculatis (inferioribus fere usque pedalibus); radiolis capillaribus erectis, spiculis subbinis inaequaliter altero brevius altero longius pedicellatis, pedicellis apice excavatis; spiculis 3/4—1-linealibus glabris, oblongis; gluma inferiore spiculae basin amplectente, superiore et flosculo neutro aequalibus obscure nervosis parum superantibus hermaphroditum apice adunculum glabrum transversim tenuissime rugulosum. *Urville* legit ad Pamplemousse Ins. Maurit.

461. P. PSEUDOAGROSTIS. *Steud.* Radice fibrosa alba; culmo erecto stricto (2—3-pedali) glabro, laevi, foliato; vaginis glabris striatis; ligula brevi membranacea truncata; foliis linearibus basi pilosis (2—3″ longis, 1 1/2—2‴ latis) altero latere undulatis; paniculae pyramidatae (3—4-pollicaris) radiis verticillatis racemosis cum axi sparsim pilosis; spiculis minimis lanceolatis pilosis demum glabratis; gluma inferiore nulla; superiore et valvula neutra subcoalitis aequalibus 3—5-nerviis, hermaphrodito laevi. *Leprieur* legit in Senegalia.

462. P. GLABRESCENS. *Steud.* Radice fibrosa subrepente; culmo subfistuloso erecto (2-pedali) uti tota planta glabro, paucinodo nodis fuscis; ligula membranacea brevi ciliata; foliis lineari-lanceolatis acuminatis (8—12″ longis, 2‴ latis) margine scabriusculis; paniculae laxiusculae (6—8-pollicaris) radiis subverticillatis erectis ramosis virgatis; pedicellis spicula oblongo-lanceolata acuta lineali glabra longioribus, gluma inferiore amplectente ovata acuta flosculo quadruplo breviore uninervia, superiore et valvula neutra eam aequante 5—7-nerviis hermaphrodito laevissimo. Sequenti nimis affinis. *Leprieur* legit in Senegal.

463. P. FISTULOSUM. *Hochst.* (Hrbr. *Kappler* nr. 1434.) Culmo erecto fistuloso elato cum nodis glabro; vaginis striatis ad oras pilosis; ligula pilorum series; foliis lineari-lanceolatis (8—10″ longis, 3—5‴ latis) piloso-pubescentibus acuminatis; paniculae (6—7-pollicaris) radiis subverticillatis virgatis erectis ramosis, pedicellis spicula lanceolata acuta glabra multo longioribus; gluma inferiore subtriquetro-ovata flosculis 4-plo breviore enervia, superiore eos aequante cum neutra 5-nervia, hermaphrodito quam neutrum parum breviore acuto laevi. Surinam.

464. P. PROLIFERUM. *Lam.* (Enc. IV. 747.) Culmo ramoso (1—3-pedali) ramis jubiferis; vaginis compressiusculis glabris; ligula ciliari; foliis (plerumque lato-) linearibus, glabris; radiis racemoso subvirgatis a basi decompositis paniculato-jubatis demum cum radiolis primariis patentissimis, tertiariis semper contractis; pedicellis spiculam plerumque subaequantibus, spiculis linealibus (vel paulo majoribus) lanceolato-ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis 3—4-plo breviore subenervia, superiore 3—5-nervia; hermaphrodito — quam neutrum paulo minore acuto laevi. Variat: foliis majoribus 9—12″ longis, 5—10‴ latis et minoribus vix digitalibus 2‴ latis. Am. sptr.

465. P. PALUDOSUM. *Roxb.* (Fl. ind. 310.) Culmo (2—3-pedali) ramoso geniculato toto vaginato; ligula ciliari; foliis compressiusculis (6—8″ longis, 2‴ latis) linearibus glaucescentibus vaginisque glabris; paniculae (8—9-pollicaris, pallidae) radiis racemoso virgatis, paulo superius decompositis radiolisque contractiusculis; pedicellis spiculam subaequantibus vel longioribus; spiculis sesquilinealibus ovato-lanceolatis acuminatis glabris; gluma inferiore flosculis 5—6-plo breviore enervia, superiore 7—9-nervia, hermaphrodito quam neutrum $^1/_3$ breviore acuto laevi. P. natans *Koenig. Trin.* diss. II. 237. Ind. or.

466. P. HYGROCHARIS. *Steud.* Culmis basi horizontaliter repentibus adscendentibus, emersis 1—1$^1/_2$-pedalibus; foliis lanceolato-linearibus acutis glabris margine subscabris (3—4″ longis, 2‴ latis); ligula brevissima membranacea setoso-dissecta; vaginis subinflatis striatis glabris; paniculae parce ramosae radiis solitariis vel binis triquetris scabris breviter divisis; spiculis pedicellatis solitariis vel binis vix linearibus ovatis acutis; gluma inferiore orbiculata basi involuta obtusissima spicula 4-plo breviore, superiore elliptico lanceolata acuta 9-nervia; flore masculo bivalvi; hermaphroditi valvula exteriore laevissima glabra. P. paludosum. *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 1786. P. aquaticum. *Rich.* Tent. Fl. Abyss. II. 373. non *Poir.* Abyssin.

467. P. EXTENSUM. *Steud.* Culmo elatiore; vaginis (superioribus certe) pilosis; foliis glabris lineari-lanceolatis brevi-acuminatis (3—4″ longis, 2—3‴ latis) margine scabris; panicula ampla terminali (pedali et ultra) erecto-patente laxa; radiis solitariis vel binis alternis canaliculato-triquetris radiolosis piloso-scabriusculis; pedicellis 1—2-floris spicula longioribus; spiculis vix linearibus ovatis acutiusculis glabris; gluma inferiore ovato-obtusa spicula triplo breviore, superiore et neutra subaequalibus 5-nerviis glabris; caryopsi hinc plana hinc convexa marginulata. Panico cayenensi et pedunculari quoad habitum similis, sed gluma inferiore satis diversa. Hrbr. *Cuming.* nr. 652 et? 2409. Ins. Philip.

468. P. MOLINIOIDES. *Trin.* (Panic. 287.) Culmo stricto (3—4-pedali) vaginis nitido-glaberrimis (colore aeneo) margine pulcherrime ciliatis; ligula brevissima margo transversalis; foliis e basi involuta linearibus (1$^1/_2$—2′ longis, 4—6‴ latis) glabris rigidis; paniculae (purpureo-fuscae pedalis) radiis racemoso-virgatis (8—10-pollicaribus) a basi decompositis patulis; racemulis plus minus contractis; pedicellis spicula brevioribus aliis longioribus; spiculis minimis oblongis acutiusculis vel obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis fere dimidio breviore 3- superiore 5-nervia; hermaphrodito obtusiusculo. ♃ Brasil.

469. P. MAXIMUM. *Jacq.* (Ic. rar. I. t. 13.) Culmo glabro (2—5-pedali) nodis (plerumque) sericeo barbatis; foliis sublanceolato-linearibus (1$^1/_2$′ longis, 4—10‴ latis) glabriusculis; paniculae radiis virgatis plerumque superius decompositis patentibus, radiolis contractiusculis; pedicellis brevibus vel spiculam aequantibus; spiculis subsesquilinealibus ellipticis acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculis 3-plo magisve breviore e- vel obsolete 3-nervia, hermaphrodito acuto ruguloso. Variat: radice tuberosa, foliis angustioribus, rugis hermaphroditi tenuioribus. P. gongylodes *Jacq.* Ecl. t. 21. P. poaeforme *Willd.* sec. *Trin.* ♃ Ind. or. et occ.

470. P. ALTISSIMUM. *Dec. Brouss.* (in *Kunth.* En. I. 103.) Culmo elato (3—4-pedali); nodis vaginis foliisque elongato-linearibus glaberrimis glaucescentibus; foliis elongato linearibus (1—1$^1/_2$′ longis, 3‴ latis) acuminatis; paniculae elongatae (ultra pedalis) laxissimae radiis solitariis vel unilateraliter fasciculatis, alternis elongatis ($^1/_2$-pedalibus et ultra) erecto-patulis racemosis dissitifloris; pedicellis pubescentibus inaequalibus; spiculis ultra linealibus ovato-oblongis apice puberulis; gluma inferiore flosculis vix duplo breviore ovato-oblonga herbacea apice obscure 7-nervia; hermaphrodito laevi vel obscure transversim puncticulato striato. (Sec. specimen cultum a beato *Panzero* communicatum.) P. gongylodes. *Jacq.* Ecl. III. t. 21. sec. *Nees.* Am. austr.

471. P. DENSEPILOSUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici erecto foliato (3-pedali et ultra), cum vaginis internodio aequalibus vel brevioribus dense e tuberculis pilosis; ligula fasciculi pilorum striis interioribus vaginarum continui; foliis (pedalibus et ultra, 2—3‴ latis) sparsim pilosis lanceolatis longe acuminatis, margine scabris; panicula contracta erecta ($^1/_2$-pedali), radiis inordinatim alternis plerumque solitariis plus minus approximatis stricte erectis triquetris asperrimis, versus apicem radiolosis, radiolis paucifloris; spiculis inaequaliter pedicellatis, pedicellis plerumque longioribus; spiculis glabris ovatis 1$^1/_2$-linealibus acutis; gluma inferiore spiculam amplectente (quandoque fissa ut glumae inferiores duae appareant) spicula triplo — superiore ea parum breviore, utraque cum flosculo neutro 3—5-nervia, hermaphrodito laevi. Sequenti simillima. Japan.

472. P. HIRSUTISSIMUM. *Steud.* Culmo erecto (2—4-pedali) cum vaginis internodio parum brevioribus praesertim ad nodos e tuberculis hirsutissimo; ligula membranacea alba fissa; vaginis involventibus rudimenta ramorum foliorumque in seta vel foliola extra vaginam in axillis conspicua (an semper?); foliis sparsim e tuberculis pilosis scabris subtus pallidis ($^1/_2$—1$^1/_2$′ longis, 3‴ latis); paniculae (5—7-pollicaris) radiis subverticillato-fasciculatis erectis racemosis; pedicellis glaberrimis spiculam aequantibus vel superantibus; spiculis 1—1$^1/_2$-linealibus ovatis obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculo 3-plo breviore obliqua obtusa vel acuminata cum superiore eos aequante subenervia; hermaphrodito obtuso tenuissime puncticulato-rugoso. P. maximum et hirsutissimum *Nees.* Fl. Afr. 36. Afr. austr.

473. P. PORPHYRRHIZOS. *Steud.* Culmo erecto (3—4-pedali) ad nodos glaberrimos purpurascenti striato; vaginis internodio fere duplo brevioribus tuberculis pilosis, pilis mox deciduis adspersis; ligula brevi membranacea lacera; foliis compressis (1—1$^1/_2$-pedalibus, explanatis 2—3‴ latis) acuminatis glaberrimis; paniculae (pedalis et ultra) radiis subverticillato fasciculatis alternis erectis racemosis; pedicellis glaberrimis capillaribus, spicula nunc multo brevioribus nunc longioribus; spiculis linealibus ovatis acuminatis glaberrimis; gluma inferiore spicula $^2/_3$ breviore, nunc obtusa nunc brevi acuminata uninervia, superiore eam aequante cum valvula neutra valide 5-nervia, hermaphrodito laevissimo. P. maximum. *Hochst.* hrbr. un. it. nr. 1230. P. jumentorum. *Rich.* Tent. Fl. Abyss. II. 373. P. laeve. *Lam?* Variat: statura minore. P. confine. *Hochst.* l. c. nr. 1808. Abyssinia.

474. P. LIMNAEUM. (*Steud.*) Caule basi procumbente paludicolo (6—10-pedali) submerso glaberrimo laevi nodoso articulato geniculato deorsum ad nodos radicante, internodiis hinc basi vaginarum emarcidarum cinctis, rore glaucescentibus (2—3 sursum 4—6″ longis); caule dein adscendente fistuloso ramoso vaginato internodiis brevioribus solis radiis expositis rubentibus; vaginis robustis convolutis intense viridibus (5—6″ longis) basin versus densissime superne laxius pilosis; ligula brevi ($^7/_{10}$-lineali) truncata tenuissime membranaceo-hyalina apice ciliato-lacera; foliis patentibus planis lineari-lanceolatis longe acuminatis basi auriculato subcordato-contractis (5—9″ longis, $^1/_2$—$^3/_4$‴ latis), glaberrimis margine cartilagineo scaberrimis; panicula terminali longe (usque 13″) pedunculata erecta stricta patente (7—10″ alta, 6—7″ lata) in angulis radiorum superiorum pilosa; radiis scabris subtriquetris; spiculis ellipticis utrinque acutis glabris viridibus dorso atropurpureis, glumis inaequalibus, inferiore minuta late ovata acuta apice ciliata, nervo medio tenui viridi versus margines

rosoa ($^1/_5$''' longa), superiore membranacea tenui ovato-oblonga acuta 5-nervia; flosculo neutro conformi 3—5-nervio, hermaphrodito late ovato acuto 3-nervio, tuberculis subglobosis longitudinaliter seriatis minutis verrucosulo. P. sarmentosum *Hassk.* Pl. jav. rar. 17. an etiam *Roxb.* quem *Hassk.* citat suamque speciem cum P. tuberculato *Presl.* dubie conjungit. Java.

474b. P. PICTIGLUMA. *Steud.* Culmo basi repente adscendente ramoso (7—8-pedali), nodis hirsutissimis; vaginis e tuberculis hirsutis; foliis ensiformibus (6—8'' longis 4—5'' latis) basi pubescentibus margine scabris; panicula racemosa decomposita elongata patente; radiis angulato flexuosis scabris basi hirsutis, radiolis brevissimis pedicellisque pilosis; spiculis alternis e viridi-purpurascentibus, gluma inferiore minima uni-superiore 5-nervia; hermaphrodito longitudinaliter striato-punctato. P. purpurascens. *Raddi* Agr. bras. 47. P. coloratum *Lin.* var? *Nees.* ♃ Brasil.

475. P. EBURNEUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 268.) Culmo ramoso (2-pedali et ultra); foliis e basi amplexicauli linearibus (1' et ultra longis, 4''' latis) vaginisque glabris; paniculae (spithamineae) multiflorae radiis subvirgatis a basi (de-)compositis radiolisque patulis; pedicellis spiculam subaequantibus; spiculis (e viridi et fusco-purpureo variis) subultra linealibus ovali-ellipticis mucronulato-acutis glabris; gluma inferiore flosculis 3-plo breviore subobsolete 3-superiore 7-nervia; hermaphrodito, quam neuter paulo minore mucronulato laevi (tenuissime striato.) Nepal.

476. P. ARENARIUM *Brot.* (Phytogr. Lus. I. t. 6.) Glaucescens; culmo basi repente stolonifero ramoso sursum simplici ($1^1/_2$—2-pedali); ligula ciliari; foliis (angusto-lanceolato-linearibus basi plus minus pilosis, inferioribus brevioribus patulis rigidis (2—5'' longis, raro ultra 1''' latis; vaginis sulcato striatis plus minus praesertim margine molliter pilosis; paniculae (3—8-pollicaris) radiis virgatis paulo superius decompositis vel subsimplicibus erectis vel patulis radiolis plus minus contractis, pedicellis brevibus; spiculis linearibus ovatis acutis glabris; gluma inferiore flosculis sub 4-plo breviore sub-enervia, superiore 7-nervia; hermaphrodito quam neutrum paulo minore acuto laevi. P. repens. *Trin.* Diss. II. 233. et? *Lin.* ♃ Eur. austr. Ins. Canar. Afr. bor. Pr. b. sp.

477. P. ATTENUATUM. *Willd.* Culmo ramoso ($1^1/_2$—2-pedali); ligula ciliari; vaginis compressis, foliisque sublanceolato-linearibus (5—8'' longis, 2—4''' latis) glabris; radiis virgatis plerumque a basi decompositis paniculato-jubatis, radiolis secundariis contractis; pedicellis brevibus vel spiculam aequantibus; spiculis linealibus ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis 3-plo vel fere dimidio breviore 1—3-superiore 9—11—13-nervia; hermaphrodito acuto laevi. *Jacq.* Eclog. t. 33. P. ramosum. *Lin.* sec. *Tausch.* Flora 1837. 99. Guiana.

478. P. COLORATUM. *Lin.* Mant. Culmo basi geniculato-procumbente e radice ramoso (1—2-pedali); vaginis teretibus glandulis adspersis pilosulis; ligula ciliari; foliis linearibus (5—8'' longis, 2—3''' latis) inferne pilis adspersis; paniculae (subspithamineae) radiis solitariis binisve subvirgatis filiformibus plerumque paulo superius decompositis radiolisque patentibus; pedicellis brevibus vel spiculam aequantibus; spicis subultra linealibus ovatis acutis glabris; gluma inferiore flosculis 3-plo breviore 1—3—5-superiore 7-nervia, hermaphrodito acutiusculo laevi. *Beauv.* Agr. t. X. fig. 2. *Jacq.* Icon. I. t. 12. ⊙ Aegypt. Pr. b. sp.

479. P. CONVOLUTUM. *Beauv.* (et *Nees* Agr. bras. 173.) Culmo erecto stricto simplici nodisque glabris; foliis convolutis strictis (8—9'' longis) patentibus basi vaginisque ore molliter villosis; panicula racemosa angusta; ramis alternis contractis flexuosis; spiculis ovatis acutis glabris nervoso-striatis (flavescentibus); gluma inferiore rotundata 5-superiore 9-nervia; hermaphrodito acuto laevi. Guinea. Ins. Luzon.

480. P. PRAELONGUM. *Steud.* Culmo erecto subarundinaceo elongato (3-pedali et ultra) glaberrimo et glaucescente; nodis vaginisque ad oras pilosis; foliis linearibus praelongis longe acuminatis et convolutis inferius planis ($1^1/_2$—2-pedalibus, 1—2''' latis) supremo involvente paniculam erectam contractam (fere pedalem); radiis inferioribus congestis superioribus solitariis elongatis simplicibus racemosis flexuosis rhachi fere adpressis basi nudis; spiculis alternis pedicellatis, pedicellis nunc longioribus nunc brevioribus spicula ovata lineali glaberrima; gluma inferiore ovata acutiuscula enervia, superiore valvulam neutram aequante utraque obscure nervosa, hermaphrodito transversim tenui rugosa. Herb. *Lenormand.* Guinea.

481. P. CHLOROTICUM. *Nees.* (Agr. bras. 164.) Culmo ramoso (ultra pedali); vaginis compressis glabris; ligula ciliari; foliis sublanceolato-linearibus glabris vel basi pilosis; paniculae jubatae radiis racemoso-virgatis plerumque a basi decompositis patulis; radiolis tertiariis contractis; pedicellis spicula brevioribus vel eam aequantibus; spiculis sublinealibus ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis 4-plo breviore obsolete 1—3- superiore 7—9-nervia; hermaphrodito quam neutrum paulo minore mucronato laevi. Variat: panicula densiore, spiculis linealibus, foliis (semipedalibus) 4—5''' latis basi pilosis. Setaria brachiata *Kunth.* Agr. syn. p. 155. et: culmo crassiore succulento, panicula densiore spiculis linea brevioribus. P. alternatum. *Willd.* var. *Trin.* Brasil.

482. P. MILIOIDES. *Nees.* (Agr. bras. 175.) Culmo simplici compresso (ultra pedali); vaginis glabris; ligula membranacea brevissima; foliis linearibus (4—9'' longis, 1—2''' latis); paniculae (3—4-pollicaris) radiis superius compositis alternis patentibus, radiolis contractis pedicellisque brevissimis; spiculis fere linealibus sublanceolato-ovalibus acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculis 2—3-plo breviore 5-nervia; hermaphrodito quam neutrum paulo minore acuto punctulato. Variat: statura majore; spiculis $1^1/_2$ linealibus subovalis, flosculo hermaphrodito magis acuminato. ♃ Brasil.

483. P. MILIARE. *Lam.* (Ill. p. 173.) Culmo subramoso (3—4-pedali) glabro foliato; foliis latolanceolatis deorsum scabris vaginaque glabris; paniculae (8—9-pollicaris) laxae flaccidae radiis filiformibus angulatis; floribus in pedicello communi geminatis, partialibus inaequalibus; semine ovato glabro 5-striato. *Roxb.* Fl. Ind. or. 311. (non P. alternatum *Willd.*) Ind. or.

484. P. MELICARIUM. *Michx.* (Fl. Am. I. p. 50.) Culmo debili cum tota planta glaberrimo; foliis angustis elongatis; paniculae gracilis longae radiis paucis adpressis; glumis membranaceis valvulas subaequantibus lanceolatis; valvulis pallide viridibus. P. nudum. *Walt.* Carolina. Georgia.

485. P. LAETUM. *Kunth.* (Revis. Gram. t. 113.) Culmo procumbente ramoso, ramis fasciculato-ternis adscendentibus geniculatis; foliis sublanceolato-linearibus (3—5''' longis, $2^1/_2$''' latis) subtus-vaginisque patentissimis hirsuto-pilosis (raro glabratis); paniculae ramosae radiis subvirgatis a basi decompositis radiolisque patentibus: pedicellis spicula longioribus; spiculis ultra linealibus auctis glabris; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 5—7-superiore 9-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. Senegal.

486. P. OAXACENSE. *Steud.* Culmo erecto elato (sursum certe simplici) cum nodis vaginisque glabris; foliis lanceolato-linearibus acuminato-attenuatis (6—8'' longis, 4—6''' latis, glabris vel superne adpresso pilosis; paniculae (6—10-pollicaris) laxae diffusae radiis filiformibus elongatis ramosis, radiolis in pedicello communi bispiculatis; pedicellis spicula nunc brevioribus nunc parum longioribus; gluma inferiore ovata obtusiuscula 5-nervia nitida glabra; valvula neutra indurata (hinc Isachnidem aemu-

lante) caryopsi ovata subgibba laevi nitida ultra lineali. Oaxaca.

487. P. ELEPHANTIPES. *Nees.* (Agr. bras. 165.) Culmo crasso subsimplici (6-pedali) vaginis teretibus glabris; ligula ciliari; foliis ($1^1/_2$' longis, 1'' latis) latolinearibus glabris basi ciliatis; paniculae (ultra pedalis) densae radiis virgatis plerumque a basi decompositis radiolisque patentibus; pedicellis spiculam aequantibus vel parum superantibus; spiculis fere bilinealibus ovali-lanceolatis acuminatis glabris; gluma inferiore flosculis 4-plo breviore uni-superiore 5-nervia; hermaphrodito quam neutrum parum minore acuminato laevi. Brasilia.

488. P. PRAEGNANS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto geniculato simplici (plus minus pedali) nodisque glabris; vaginis margine et sursum praesertim ore pilosis; foliis lanceolatis subpungenti-acuminatis ($1^1/_2$—3'' longis, 2—5''' latis) nervosis pubescentibus vel subglabris; ligula membranacea obtusa brevi; spiculis ultra linealibus ovatis turgidis subgibbis; gluma inferiore ovata obtusa apice lanuginoso-pilosa; hermaphrodito obtusiusculo laevi. P. fruticosum. *Salzm.* Oaxaca. Bahia.

489. P. JUNCEUM. *Nees.* (Agr. bras. 159.) Totum subcoriaceo-firmum; culmo erecto-ramuloso (3—5-pedali); ramis supra genicula oriundis basi vaginis aphyllis equitantibus chartaceis involutis divisis in ramulos valde attenuatos cirrhiformes; ligula brevi membranacea ciliolata; foliis linearibus (8—10'' longis, 3—4''' latis) strictis rigidis apice saepe involutis, vaginisque glabris; paniculae erectae vel nutantis ($^1/_2$ pedalis) radiis virgatis, fere a basi decompositis, radiolis contractiusculis; pedicellis brevibus (apice barbatis); spiculis linealibus ovatis acutiusculis vel subacuminatis glabris; gluma inferiore flosculis duplo breviore — vel ob cuspidem suam nonnihil longiore — 3—5-superiore 5—7-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. ♄ ♃ Brasil.

490. P. RETROFLEXUM. *Steud.* Culmo geniculato glabro ad nodos subgibbo-tumidulos pubescente; vaginis foliisque brevi-pilosis, his e basi amplexicauli subcordata lanceolatis subreflexis acutis rigidulis ($1^1/_2$—2'' longis, 3—4''' latis); ligula ciliari; paniculis axillaribus et terminalibus laxifloris; radiis capillaribus flexuosis basi plus minus nudis simplicibus; pedicellis pluries longioribus spiculis ovatis obliquis obtusis glabris; gluma inferiore flosculo plus duplo breviore, superiore et flosculo neutro 5-nerviis, hermaphrodito tenuissime transversim lineolato (ex Hrbo. Musei Paris.) Guiana.

491. P. SETARIOIDES. *Steud.* Culmo geniculato glabro (pluripedali); vaginis longis striatis margine et ore pilosis, ligula nulla praeter summos vaginae pilos; foliis linearibus acuminatis elongatis (pedalibus et ultra, 2—3''' latis) glabris margine scabris; paniculae elongatae (fere pedalis) axi piloso ad basin radiorum pedicellorumque setis irregulariter obsito (ut Setariam aemulet); radiis irregularibus racemosis rectis: spiculis secundis plerumque ternis rarius binis vel solitariis sibi approximatis in pedicellis brevibus inaequaliter persistentibus; spiculis ipsis ovatis acutiusculis rariter et evanescenti-pilosis linealibus, facile deciduis; gluma inferiore spicula 3—4-plo breviore, superiore flosculum neutrum aequante et cum hoc brevi acuminata 3-nervia; hermaphrodito laevi vel vix conspicue longitudinaliter striatulo. (Ex Hrbo. Mus. Paris.) Guiana.

492. P. TRICHOCONDYLUM. *Steud.* Culmo erecto parum geniculato (pluripedali) striato ad nodos piloso; vaginis striatis glabris ad margines hinc inde tenui pilosis; ligula brevi membranacea sublaciniata apice ciliolata; foliis striatis lanceolatis acuminatis glabris (vel sparsim pilis raris munitis,) 2—5'' longis, $1^1/_2$—3''' latis), margine scabris; panicula patenti-erecta (4—6-pollicari); radiis subverticillatis inaequalibus asperulis plus minus supra basin nudam racemuloso floriferis; racemulis rectis 1—3-spiculatis; spiculis paulo infra basin in pedicello pilis aliquot (1—2) tenuissimis caducissimis (vel plane deficientibus?) munitis obtusiusculis vel acutiusculis glabris; gluma inferiore spicula $^2/_3$ breviore obtusa obscure 3—5-nervia, superiore flosculum sterilem masculum aequante, cum hoc 3—5-nervia, utraque glabra hermaphroditum tenui transversim striatulo-punctatum superante. *Duchaising* legit in Ins. Guadaloup.

493. P. LIGULARE. *Nees.* (Agr. bras. 196.) Culmo simplici (ultra 3-pedali); vaginis glabris; ligula maxima (4-lineali) firma laciniata; foliis sublanceolato-linearibus (9—12'' longis, vix 2''' latis) distiche patentibus (imo reflexis) subcoriaceis glabris vel supra pubescentibus; paniculae (pedalis et ultra) radiis subvirgatis fere a basi decompositis (rarifloris) verticillatis patentibus, radiolis elongatis patulis; pedicellis spicula brevioribus vel aequalibus; spiculis bilinealibus ovali-lanceolatis acuminatis glabris (purpurascentibus); glumis 5—7-nerviis, inferiore flosculis duplo breviore, hermaphrodito quam masculum $^1/_3$ minore obtusiusculo striatulo. ♃ Brasil.

494. P. EFFUSUM. *R. Br.* (Prodr. 191.) Culmo simplici (2-pedali), nodis praesertim infimo barbatis; vaginis e glandulis pusillis hirtis; ligula ciliari; foliis linearibus (7—9'' longis, 2''' latis) firmulis hirtis; paniculae (pedalis et ultra) radiis virgatis, inferioribus a basi — superioribus superne decompositis radiolisque patulis; pedicellis variae longitudinis; spiculis linea subbrevioribus ovalibus mucronato-subacuminatis glabris; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 3-superiore 5—7-nervia; hermaphrodito quam neutrum paulo minore. *Trin.* Ic. XXI. t. 244. N. Holl.

495. P. TAURINUM. *Steud.* Culmo erecto arundinaceo stricto glabro; vaginis longis strictis undique glabris, summis paniculam ante expansionem plenariam involventibus; ligula vix ulla; foliis elongatis (ultra pedalibus, medio 5''' latis) lineari-lanceolatis longe acuminatis margine scaberrimis; panicula subpyramidata (5—8'' alta); radiis acute triquetris irregulariter dispositis erecto-patentibus simplicibus vel ramuloso racemosis ad ramificationes et ad florum basin setosis (ut Setariam aemulet); spiculis solitariis usque ternis in glomerulis aggregatis ex pedicellis brevissimis apice excavatis deciduis; spiculis ovatis acutis linealibus; gluma inferiore ovata acuta spicula 3—4-plo breviore submarginata caeterum enervia; superiore spiculam aequante ovata concava acuminata 5-nervia margine superne ciliolata, neutra valvula plana simili, hermaphrodito laevissimo glabro. Tauria.

496. P. NEESIANUM. *Wight Arn.* (in Hrbo. *Wight* nr. 2040.) Culmo laxo ramoso compresso tenui ramoso, ad genicula laxe barbato; vaginis foliisque linearibus e tuberculis hirsutis, his margine edentulo; panicula angusta, radiis alternis adpressis spatio a basi racemoso-decompositis; pedicellis spicula longioribus; spiculis ovato-oblongis cuspidatis glabris; glumis valvulaque inferiore flosculi neutrius acuminatis nervosis; gluma inferiore spicula $^1/_3$—$^1/_2$ breviore tota herbacea 5-nervia, superiore neutriusque valvula inferiore 7—9-nerviis; hermaphrodito neutro paulo breviore obtuso laevissimo. *Nees.* mpt. P. coloratum β hirsutum. *Nees* in Hrbo. *Lindl.* ♃ Ceylon.

497. P. MULTIBRACHIATUM. *Hochst.* (Hrbr. Ind. or. a *Hohenack.* edit. nr. 916.) Culmo basi subprostrato ramoso radicante fere undique vaginato, infra paniculam nudo tereti glabro (6—14-pollicari); vaginis foliisque e tuberculis minutissimis plus minus pilosis; ligula tenui membranacea exserta; foliis lineari-lanceolatis margine plerumque plicato-undulatis hinc inde in axillis foliolis minimis quasi stipulatis; paniculae lucidae strictulae (2'' longae, 1—$1^1/_2$'' latae) radiis inferioribus 4—5-nato verticillatis, superioribus sparsis, omnibus erectis simplicibus racemosis; rhachi radiisque sparsim tenuissime longe pilosis; spiculis inaequaliter pedicellatis, pedicellis ipsis longioribus vel brevioribus; spiculis e viridi et violaceo variis ovato-lanceolatis $^3/_4$ linealibus acutis; glumis parum inaequali-

bus distincte 5—7-nerviis; flosculo hermaphrodito glumis breviore obscure longitudinaliter striatulo. In montibus Nilagiri.

498. P. CAESIOGLAUCUM. *Nees.* (mpt. sub: P. caesium) Culmo simplici vaginis foliisque latiusculo linearibus caesioglaucis, supra e tuberculis pilosis; panicula virgata oblonga racemoso-decomposita, radiis radiolisque triquetris patulis rhachique tereti villosis; spiculis linea subbrevioribus ovato-oblongis acutiusculis glabris hemiologamis; gluma inferiore late ovata obtusa 5-nervia, superiore acuta 7-nervia duplo breviore; flosculi neutrius valvula inferiore isti subconformi tenuiore bivalvi; hermaphrodito laevi mucronato. Java.

499. P. ABLUDENS. *Roth.* (N. pl. spec. 53.) Culmo erecto filiformi ramoso (1—1½-pedali) nodisque et vaginis glabris, his margine membranaceis; foliis elongatis attenuatis linearibus sursum scabris; ligula brevi membranacea; panicula subcontracta stricta, radiis inaequalibus basi villosis radiolisque 3—4-nis fasciculatis alternis; spiculis pedicellatis ovatis exiguis; calycis gluma solitaria concava dorso striata sulcata et villosa; flosculo neutro bivalvi (cujus valvula exterior glumam alteram mentitur) apice pubescente; hermaphrodito glabro. P. paradoxum *Roth.* mspt. Ind. or.

500. P. VACILLANS. *Steud.* Culmo cum nodis foliisque glabris; his (culmeis) lanceolatis acuminatis (5—6″ longis ad 6—7‴ latis) margine vix scabriusculis; panicula contracta erecta (5—8-pollicari); radiis subfasciculato alternis erectis subpatulis fere a basi compositis radiolis racemosis; flosculis nunc sessilibus nunc pedicellatis; spiculis linea brevioribus ovato-oblongis acutiusculis, cinereo-brunneis glabris; gluma inferiore spiculam dimidiam nunc aequante nunc superante ovata vel ovato-oblonga acutiuscula 3—5-superiore hermaphrodito paulo breviore obscure nervosa. Species cum sequente inter hanc et sequentem sectionem intermedia. Hrbr. *Cuming.* nr. 679. Ins. Philip.

500b. P. ANABAPTISTUM. *Steud.* Glaucescens; culmo erecto (pluripedali) cum nodis vaginis foliisque glaberrimis; ligula pilorum series; foliis linearibus angustis elongatis (fere 1′ longis, 1—1½‴ latis); paniculae lucidae longae (fere pedalis) radiis solitariis vel binis inaequalibus laxis subnutantibus supra basin divisis, radiolis subracemosis, spiculis inaequaliter pedicellatis lanceolatis demum patentibus, glabris; gluma inferiore spiculam dimidiam aequante vel superante acuminata 3—5-nervia; superiore et valvula flosculi neutrius subaequalibus 5—7-nerviis acuminatis, hermaphrodito obtusiusculo laevi. P. oxyanthum. *Steud.* olim in Hrbo. *Lenorm.* minime nr. 54. *Leprieur* legit in Senegalia.

b. *Gluma inferiore quam spicula dimidia longiore.* §. 17.

501. P. AMARUM. *Ell.* (Bot. of Carol. 120.) Culmo toto vaginato (1½-pedali); vaginis teretibus glabris margine ciliolatis fauce barbatulis; foliis attenuato linearibus subcoriaceis glaucis plus minus involutis (9—12″ longis, 2‴ latis) jubae angustatae (spithmeae) radiis racemiformibus simpliciusculis alternis; pedicellis brevibus; spiculis ultra linealibus ovatis acuminatis glabris; gluma inferiore flosculos subaequante vel paulo breviore 5—7-superiore 7-nervia; hermaphrodito obtusiusculo laevi. Am. sptr.

Haec species et sequentes: P. scoparium. *Lam.* P. geniculatum. *Mhlbrg.* P. dichotomum. *Lin.* P. villosum *Ell.* P. strigosum *Mhlbrg.* P. ciliatum. *Ell* cum charactere: glandulae 2 albae ad basin seminis constituunt Genus: Dileucadon. *Rafin. Seringe* Bull. bot. p. 220.

502. P. DIGITARIOIDES. *Carpenter* (mspt.) Culmo robusto tamen flaccido laevi striato fistuloso (3—4-pedali) nodis submersis radicantibus, vaginis submersis laxis; ligula margo fimbriatus; foliis crassiusculis (6—8″ longis, 5—6‴ latis) excepto margine laevibus apicem versus acuminatis striatis; panicula dense adpressa, radiis alternis angulosis laevibus, inferioribus distantibus (2″ longis) superioribus sensim brevioribus, magis approximatis; spiculis in ramulis brevibus approximatis alternis adpressis 5—7-floris lanceolato-ovatis acutis pallide viridibus; gluma inferiore lanceolato-ovato superiorem ½—⅔ aequante membranacea trinervia basi spiculam cingente; superiore flosculum neutrum fere aequante 5-nervia acuta; valvula flosculi neutrius 3-nervia interiore subaequali hyalina, utraque acuta: hermaphrodito coriaceo-membranaceo neutro paulo breviore. P. carinatum. *Torr.* mpt. non *Presl.* Am. sptr.

503. P. LATISSIMUM. *Mik.* (*Spr.* Entd. II. 87.) Culmo tereti fistuloso (3—5-pedali); vaginis teretiusculis glabris aut superne hirtis; foliis amplexicaulibus lato-linearivel ovato-lanceolatis (ultra pedalibus 1—3″ latis); jubae lanceolatae (pedalis) radiis racemiformibus simpliciusculis demum patentibus; pedicellis brevissimis; spiculis linealibus ovalibus acutiusculis vel obtusiusculis glabris vel plus minus pubescentibus; gluma inferiore flosculis cirtiter ⅓ breviore 5-superiore 3—7-nervia; hermaphrodito acuto laevi. *Trin.* ic. XVIII. t. 208. Var. fol. latioribus: P. secundum *Trin.* ic. XXVII. t. 324. Brasil.

504. P. UNQUICULATUM. *Trin.* (Panic. 275.) Culmo subsimplici (2-pedali) ad nodos puberulo; vaginis teretibus glabris, superioribus ad margines tenui-villosulis; ligula vix ulla; foliis compresso-linealibus erectis firmis glabris (10″ longis, 1‴ latis); radiis a basi interrupte compositis subpaniculatis radiolisque 2—3-floris patulis; pedicellis spicula brevioribus vel aequalibus; spiculis bilinealibus ellipticis obtusiusculis glabris; glumis 5-nerviis, inferiore flosculis circiter ¼ breviore; hermaphrodito subaduncoobtusiusculo laevi apice interne tenuissime barbatulo. P. deustum. *Thunb.* ex *Trin.* mpt. Pr. b. sp.

505. P. LEPTOCAULON. *Trin.* (l. c.) Culmo obliquo (decumbente?) tenui (1½-pedali) ad nodos puberulo ramoso, ramis elongatis contractiusculis strictis; vaginis teretibus glabris ad oras tenui-villosulis; ligula brevissima ciliolata, foliis e basi cordata amplexicauli sublanceolato-linearibus (8—10″ longis, 2—3‴ latis) patentibus glabris; paniculae subpauciflorae (3-pollicaris) radiis a basi compositis alternis patulis, inferioribus 6—9-linealibus 4—5-floris, superioribus subunifloris; pedicellis spicula brevioribus vel eam subaequantibus; spiculis bilinealibus ovatis acutis glabris; gluma inferiore flosculis ⅓—¼ breviore 5-superiore 7-nervia, hermaphrodito acuto laevi tenuissime barbulato. Afr. orient.

506. P. TENELLUM *Lam.* (Enc. IV. 753.) Culmo tenui ramuloso (½—1-pedali); vaginis internodio multo brevioribus glabris; ligula brevi membranacea; foliis angusto linearibus subdistichis glabris (1″ longis, 1‴ latis); paniculae (1—1½-pollicaris) radiis tenuissimis simpliciusculis vel a basi parce compositis alternis patentibus; radiolis patulis; pedicellis spiculam plus minus aequantibus; spiculis minimis ovalibus obtusiusculis glabris; glumis sub-5-nerviis flosculos aequantibus, superiore caduca; hermaphrodito acuto laevi. Ind. occ. Afr. aequin.

506b. P. PSEUDORYZOIDES. *Steud.* Culmo erecto simplici vel subramoso stricto (pluri? pedali) cum nodis foliisque glabris; vaginis margine ciliatis; ligula membranacea brevi; foliis arcte amplexicaulibus lanceolatis acuminatis (3″ longis, 3—4‴ latis) margine ciliolato-denticulato scabris; panicula pauciracemosa, racemis subsimplicibus remotifloris, spiculis ovato-oblongis 2-linealibus plerumque binis, altera brevi-altera longius pedicellata; glumis parum inaequalibus spicula ⅓ brevioribus cum valvula neutra obscure nervosis; flosculo hermaphrodito laevissimo. P. oryzoides. *Salzm.* non *Swartz.* An? P. zizanioides. *H. B.* var. minor? Bahia.

507. P. ZIZANIODES. *H. B.* (N. gen. I. 100.) Culmo basi repente patule ramoso (2—3-pedali); vaginis teretibus ciliatis superne saepe hirsutulis; ligula brevissima membranacea; foliis e basi cordata lanceolatis (4—7″ longis, 8, 10—15‴ latis); paniculae (8—12-pollicaris) lucidae radiis subvirgatis a basi compositis vel simpliciusculis alternis radiolisque patentibus hisve contractiusculis; pedicellis

(valde) brevibus; spiculis ultra bilinealibus turgidulis ovalibus plus minus acutis glabris; gluma inferiore flosculis $^1/_3$—$^1/_4$ breviore 3—5-superiore 5-nervia; hermaphrodito aciculato laevi. Jamaic. Guiana.

508. P. PERFOLIATUM. *Nees.* (Agr. bras. 142.) Culmo erecto vaginis tecto (pluri-pedali) nodisque glabris; foliis oblongo-lanceolatis cordatis amplexicaulibus (6—7″ longis, $1^1/_4$″ latis) longe acuminatis glabris ciliatis; paniculae terminalis (4—6-pollicaris) dichotomae strictae rhachi subtriquetra flexuosa; spiculis approximatis sessilibus subgeminatis obtusis; glumis aequalibus obovato-ellipticis 7—9-nerviis pubescentibus, flosculis glumas aequantibus, inferiore neutro univalvi subcartilagineo, hermaphrodito ovato obtuso glabro. ♃ Brasil.

509. P. CORYMBIFERUM. *Nees.* (mspt. sub. P. corymbosum, sed non *Roxb.*) Culmo ramoso apice fasciculatim diviso; nodis sericeo-canis; vaginis glabris; foliis glaucis linearibus attenuatis basi cordatis et magine hirsutis; racemis compositis subfastigiatis, radiis alternis flexuosis erectis; pedicellis subbifloris, altero elongato; gluma inferiore vix $^1/_4$ minore; flosculis aequalibus glumas paulo superantibus, masculo bivalvi. *Forbes* legit in Delagoa Bay.

510. P. ROHRII *Nees.* (mspt.) Culmo ramoso; foliis lanceolatis valde acuminatis cordatis amplexicaulibus (6—10″ longis, 8—9‴ latis) vaginisque e tuberculis hirsutis; panicula terminali vaginata, in radios longos in apice racematim decompositis soluta; spiculis sessilibus solitariis vel geminatis obtusis, altera pedicellata; glumis subaequalibus pubescentibus, inferiore 3-nervia, superiore et valvula neutra 5-nerviis. Ex plantis *Rohrii* in Hrbo. *Lehmann.* Ind. occ.

511. P. LANATUM. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. 168.) Culmo ramoso geniculato pubescente tereti (4—6-pedali), ramis divaricatis hirsutis foliatis; foliis ovato-lanceolatis acuminatis (semipedalibus) striatis lanuginoso hirsutis mollibus; vaginis antice apertis hirsutissimis; panicula terminali composita erecta ($^1/_2$-pedali), radiis patentibus flexuosis glabris; spiculis pedicellatis ovatis glabris magis remotis, pedicellis capillaribus; glumis inaequalibus, exteriore dimidio breviore ovata obtusa apice villosa, interiore ovata striata concava leviter carinata apice villosa; valvulis ovatis pallidioribus. ♃ Jamaica.

512. P. REVERSIPILUM. *Steud.* Radice fibrosa pilosa, subcaespitifera; culmo erecto (pedali et ultra) vaginato simplici vel subramoso cum vaginis plus minus dense et longe velutino pilosis, pilis reversis ad nodos erectis; ligula pilorum series; foliis angustis 7-nerviis sursum complicatis pilosiusculis; panicula erecta ramosa radiis remotis patentibus solitariis vel binis remotiuscule spiciferis pilosis; spiculis pedicellatis, pedicellis apice crateriformi-dilatatis, spiculis ipsis ovatis acutiusculis $1^1/_2$ linealibus, undique piloso-lanatis; gluma inferiore spiculam dimidiam subaequante superiore et valvula neutra 3-nervia subaequalibus superantibus hermaphroditum laevem. Praecedenti similis. *Urville* legit prope Conception Chili.

513. P. BALBISIANUM. *Schult.* (Mant. II. 254.) Culmo compresso erecto ramoso glabro; foliis e basi subamplexicauli lanceolatis acuminatis (3—4″ longis, 6—8‴ latis) supra basin sparsim e papillis pilosis, margine serrulato-ciliatis; panicula (3—4-pollicari) subsimplici, ramis patentibus alternis (3—4-pollicaribus) scabris; flosculis pedicellatis nunc solitariis, nunc geminis, nunc ternis sessilibus; spiculis ovato-lancealatis acuminatis; gluma inferiore reliquis duplo minore 3-superiore et neutra 5-nervia; hermaphrodito transversim ruguloso. Domingo.

514. P. OVULIFERUM. *Trin.* (Ic. XIX. t. 222.) Culmo ramoso (3-pedali); vaginis e glandulis pusillis hirsutis; ligula brevissima membranacea; foliis lanceolatis (2—4″ longis, 3—6‴ latis) plus minus pilosis; paniculae (8—10-pollicaris) ramis virgatis plerumque a basi parce compositis, radiolisque patentibus vel his contractiusculis, paucifloris; pedicellis spiculam subaequantibus vel longioribus; spiculis ultralinearibus obovato-ellipticis obtusiusculis vel acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculis sub-$^1/_3$ breviore 3-superiore 7-nervia; hermaphrodito obtuso, raro mucronulato laevi. Brasil.

515. P. RHIGIOPHYLLUM. *Steud.* Culmo compresso apice foliato et ex axillis supremis paniculifero; paniculis partialibus approximatis in paniculam communem foliatam conjunctis; vaginis e tuberculis hirsutissimis; foliis lanceolatis rigidis longissime subpungenti acuminatis glabris paniculam superantibus (7—12″ longis, 2—3‴ latis); paniculis patentissimis lucidis, radiis longissime nudis, radiolis pauci- vel uni-floris; pedicellis pluries longioribus spiculis acutis deciduo-hirsutis linealibus; gluma inferiore $^1/_3$ breviore, superiore et valvula neutra subaequalibus acutis 3—5-nerviis hermaphroditum laevissimum obtusum superantibus. P. rigens. *Salzm.* Hrbr. Bahia.

516. P. PROBANDUM. (*Steud.*) Culmo ramoso ($1^1/_2$—2-pedali); foliis lanceolatis (2—3″ longis, 3—5‴ latis) vaginisque pubescentibus (varo glabriusculis); paniculae (6—8-pollicaris) radiis subvirgatis superne compositis patentibus; radiolis brevibus contractis; pedicellis brevissimis; spiculis linea brevioribus obovatis submucronulatis tuberculato-pubescentibus; gluma inferiore dimidia spicula longiore 3-superiore flosculis parum breviore 5-nervia hermaphrodito mucronulato laeviusculo. P. puberulum. *Trin.* Mem. Petrop. l. c. 277. non *Kunth.* Brasil.

517. P. SELLOWII. *Nees.* (Agr. bras. 153.) Radice repente culmo erecto ($1^1/_2$—2-pedali) a basi dichotomo ramoso vaginis pubescentibus demum glabris, margine ciliatis; ligula brevissima nuda; foliis (3—$3^1/_2$″ longis, 7—8‴ latis) oblongo-acuminatis basi rotundatis pilosis subtus pubescentibus; racemo decomposito contracto, ramis elongatis pedunculis subbifloribus; spiculis parvis obovatis pubescentibus; gluma inferiore flosculo 3-plo minore ovata obtusa uninervia; superiore flosculo neutro vix breviore 5-nervio, hermaphrodito minute puncticulato-rugoso. Prioris var? *Trin.* ♃ Brasil.

518. P. DISCOLOR. *Trin.* (Ic. XX. t. 231.) Culmo alto (4—6-pedali) vaginis glabris vel sparsim pilosis; foliis lanceolatis (6—7″ longis, 5—7‴ latis) glabris subtus pruinoso glaucis; paniculae (subpedalis) ramis virgatis inferioribus sursum subdecompositis patentibus, radiolis contractiusculis; pedicellis spiculam aequantibus vel superantibus; spiculis subultra-linealibus ovalibus obtusiusculis glabris apice minute barbatis; gluma inferiore flosculis paulo breviore 3-superiore 5-nervia; hermaphrodito submucronulato minutissime punctulato. P. Phragmites *Nees.* Agr. bras. 130. ♃ Brasil.

519. P. BUNOPHILUM. *Steud.* Culmo erecto simplici? (pluri-pedali) vaginato foliato; inferne glabro paniculam versus pubescente; vaginis striatis glabris margine intricato-ciliatis ore pilosis; ligula membranacea brevi in lacinias pilis ipsa longioribus terminatas fissa; foliis e basi angusta lanceolatis acuminatis striatis utrinque pilosulis (6—9″ longis, 4—7‴ latis); paniculae (subpedalis) patentis radiis alternatim fasciculatis inaequalibus simplicibus vel divisis; spiculis pedicellatis surum ultra linearibus ovatis obtusiusculis glabris; glumis subaequalibus 3—5-nerviis flosculum neutrum parvum tenuiorem superantibus hermaphroditum laevissimum aequantibus. Vix praecedentis var. P. jumentorum *Salzm.* non *Pers.* Bahia.

520. P. RUGULOSUM. *Trin.* (Ic. XX. t. 238.) Culmo basi procumbente (2—3-pedali); vaginis margine apiceque pubesentibus ligula brevissima minute ciliata; foliis ovato-lanceoatis subamplexicaulibus (8—10‴ latis), infra subvelutinosis glaucis; jubae radiis virgatis brevi-barbatis strictiusculis superne compositis, radiolisque breviusculis paucifloris patulis; pedicellis spiculam aequantibus vel superantibus; spiculis linealibus obovato-oblongis vel sub-

rotundis obtusis glabris; gluma inferiore flosculis $^1/_4$—$^1/_3$ breviore 3-superiore 5-nervi; hermaphrodito apice adunco tenui-ruguloso. P. Beyrichii *Kunth* Rev. gram. t. 27. ♃ Brasil.

521. P. VIRGATUM. *Lin.* Culmo simplici (2—3-pedali); nodis glabris vel barbatulis; vaginis teretibus glabris; ligula membranacea brevissima nuda vel dorso villosa; foliis (sublanceolato-) linearibus (8—12″ longis, 2—3‴ latis) firmulis glabris; paniculae (8—12-pollicaris) radiis virgatis nunc superius nunc fere a basi lucide decompositis patentibus; pedicellis spiculas subaequantibus; spiculis linea longioribus ovalibus acuminatis glabris; gluma inferiore dimidia spicula longiore vel flosculos subaequante 3—5-superiore 5—7-nervia; hermaphrodito (quam neutrum paulo minore) plus minus obtuso laevi. *Trin.* Ic. XIX. t. 228. *Beauv.* Agr. t. X. f. 1. Am. septr

522. P. CAYENNENSE. *Lam.* (Ill. 173.) Culmo confertim-ramoso, ramis vaginis involucratis, teretibus hirsutis; ligula ciliari; foliis linearibus (8—12″ longis, 3—4‴ latis), strictis patulis glabris vel hirsutulis; paniculis in summo culmo pluribus (8—10″ altis); radiis a basi compositis vel subdecompositis, radiolisque patentissimis; pedicellis spiculis (multo-) longioribus; spiculis ultra linealibus obovato-ovalibus mucronato-acutis hirsutiusculis vel glabris; gluma inferiore flosculis $^1/_4$—$^1/_3$ breviore 3—5-superiore 7-nervia; hermaphrodito quam masculum $^1/_4$ minore obtuso laevi. P. scoparium. *Rudg.* Guian t. 21. P. Rudgei. *R. S. Nees.* ♃ Guian. Brasil.

523. P. PEDUNCULARE. *Willd.* hrbr. Culmo debili ($1^1/_2$—2-pedali) simplici vel a basi ramoso; vaginis foliisque linearibus molliter hirsutis; paniculis axillaribus terminalibusque capillari-setaceis patulis elongatis; ramis ramulisque 3-quetris; pedicellis patentibus unifloris; rhachi pilosa; spiculis linealibus ovatis acutis glabris; glumis inaequalibus ovatis brevi-mucronulatis; flosculo neuto bivalvi; caryopsi suborbiculari. P. cayennense *Nees* Agr. bras. 195. (non praecedens; an re vera hujus sectionis?) Brasil.

524. P. PROBOSCIDEUM. *Trin.* (Ic. XXVII. t. 322.) Culmo stricto-erecto (3-pedali); nodis pubescentibus, vaginis totis vel margine hirsutis; ligula ciliari; foliis lanceolato-linearibus (8—12″ longis, 4—6‴ latis) margine saepe involutis; paniculae (8—12-pollicaris) erecto-strictae radiis non longe supra basin subdecompositis radiolisque patulis vel his contractis; pedicellis spiculam subaequantibus vel brevioribus; spiculis 3-linealibus lanceolato-ovalibus acuminatis glabris; gluma inferiore flosculis $^1/_3$—$^1/_4$ breviore 9-superiore eosdem excedente 13—15-nervia; hermaphrodito quam neutrum $^1/_3$ minore, obtuso basi utrinque squamuloso-tomentoso (squamulis linearibus planis pellucidis mucronulatis. P. olyroides. *H. B.* (sec. *Trin.* mpt.) Brasil. N. Andalus.

525. P. CAMPESTRE. *Nees.* (Agr. bras. 197.) Culmo geniculato-decumbente ($1^1/_2$ pedali) pubescente contracte ramoso; ligula ciliari; foliis linearibus (8—12″ longis, 2‴ et ultra latis) vaginisque pubescenti-pilosis; paniculae capillaris recto-patentis radiis a basi decompositis, pedicellis spicula plerumque longioribus; spiculis linealibus ovalibus acutissimis superne hirsutiusculis; gluma inferiore flosculis plerumque $^1/_3$ breviore 5—7-superiore 7—9-nervia; hermaphrodito- quam neutrum subbreviore — obtusiusculo striatulo. *Trin.* Ic. XX. t. 229. ♃ Brasil.

526. P. SUBPELLUCIDUM. *Steud.* Culmo basi radicante simplici (pedali), pubescente; vaginis pilolis; foliis e basi amplexicauli oblongo-suboblique lanceolatis tenuissime striatis subpellucides (1—$1^3/_4$″ longis, 2—$3^1/_2$‴ latis) margine tenuissime ciliolato-asperis; paniculae terminalis simplicissimae depauperatae radiis paucifloris racemosis; spiculis brevi-pedicellatis, lanceolatis ultra linealibus pubescentibus; gluma inferiore spiculam dimidiam aequante saepius superante, superiore 5 nervia acuminata, subaequante valvulam neutram, hermaphrodito laevissimo nitido $^1/_3$ longiore. P. agrostideum. var. *Salzm.* Bahia.

526b. P. DISPERSUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 282.) Culmo decumbente patenti ramoso (pedali); vaginis teretibus superne ciliatis; ligula brevissima dense ciliari; foliis lanceolato-ovatis plus minus amplexicaulibus ($1^1/_2$—2″ longis, 4—8‴ latis) glabris vel dorso pilosis; paniculae (3—8-pollicaris) diffuso-lucidae radiis subvirgatis supra basin decompositis; pedicellis spiculam aequantibus vel longioribus; spiculis subbilinealibus obovato-oblongis obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis $^1/_3$ breviore sub-1-superiore 3-nervia; hermaphrodito acuto tenuissime ruguloso, fulvo. Bahia.

527. P. HEMIGNOSTUM. *Steud.* Foliis (superioribus) e basi amplexicauli cordata ovato-lanceolatis ($1^1/_2$—$2^1/_2$″ longis, 6‴ latis) tenuissime adpresse sparsim pubescentibus; paniculis terminulibus axillaribusque laxiusculis; radiis racemiformibus subcompositis; pedicellis (nisi sint radioli ipsi) spicula brevioribus; spiculis ultra linealibus ovato-lanceolatis glabris; gluma inferiore lanceolata $^1/_3$ breviore quam superior et neutra valvula, utraque ovato-lanceolata acuta 5-nervia, superante hermaphroditum laevem obtusum. Paraguay.

528. P. MILIACEAM. *Lin.* Culmo erecto-ramoso ($1^1/_2$—2-pedali); vaginis subcompressis hirsutis; ligula ciliari; foliis lanceolato-linearibus (5—8″ longis, 3—6‴ latis) glabriusculis vel hirtis; paniculae (4—8-pollicaris) radiis superius subdecompositis patulis, radiolis contractiusculis; pedicellis brevibus, spiculis subbilinealibus ovatis acuminatis glabris; gluma inferiore dimidia spicula longiore 5—7-superiore 7—11-nervia; hermaphrodito — quam neutrum paulo breviore — acutiusculo laevi. P. asperrimum. *Lagasc.* Ind. or. occ. Japon.

529. P. SUMATRENSE. *Roth.* (N. pl. sp. 50.) Culmo erecto cum nodis vaginisque et foliis linearibus praelongis glaberrimis; panicula erecta elongata laxiore, fructifera subnutante; spiculis ovato-acuminatis; gluma exteriore cordato-subrotunda subenervi spiculam basi involvente. Praecedenti simillima. Sumatra.

530. P. CALLOSUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyss. nr. 1713.) Culmo erecto simplici (2—3-pedali) glabro; foliis elongatis (ultra 1′ longis, 3—4‴ latis) lanceolato-linearibus acutis; vaginis margine ciliatis, ore dense pilosis caeterum glabris; ligula barbata; panicula elongata erecto-stricta subcontracta (1—$1^1/_2$-pedali), radiis inferioribus fasciculato-confertis, superioribus alternis omnibus radiolisque elongatis strictis; piloso-scabris; pedicellis inaequalibus spiculas superantibus; spiculis solitariis ovatis acutis glabris (e viridi et pallide purpureo variis); gluma inferiore ovata spiculam dimidiam superante, superiore et valvulis neutris subaequalibus acuminatis 5—7-nerviis hermaphrodito obtuso laevi. *Rich.* Fl. Abyss. II. 374. Abyssin.

531. P. ANTIDOTALE. *Retz.* (Obs. IV. 17.) Culmo ramosissimo (8-pedali); vaginis ore barbatulis; ligula brevi membraneacea ciliata; foliis latiusculo-linearibus (8—12″ longis, 3—6‴ latis) glaucescentibus glabris; paniculae contractiusculae flaccidulae (fere pedalis) radiis virgatis 2—4 subverticillatis, inferioribus non longe supra basin decompositis radiolisque patulis; pedicellis brevibus et brevissimis; spiculis linealibus ovatis acutis glabris in radiolis breviusculis subimbricatis; gluma inferiore dimidia spicula plerumque longiore 3—5-superiore 7-nervia, hermaphrodito quam neutrum paulo minore, acutiusculo laevi. Ind. or.

532. P. FUNCKIANUM. *Steud.* Radice validule fibrosa culmo erecto tereti foliato glabro toto vaginato (ultra pedali), vaginis striatis foliisque glabris vel supra ligulam brevem ciliatam pilosis, lineari-lanceolatis acuminatis rigidulis (6—9″ longis, 2‴ et ultra latis); panicula in vagina extrema basi recondita elongata (pedali) radiis longissimis

per interstitia longa verticillatis, superioribus sparsis alternis, omnibus scabris inferne longissime nudis, apicem versus in radiolos paucos (2—5) divisis unifloros (hinc pedicellis longissimis); spiculis solitariis bilinealibus subcurvulis; gluma inferiore spicula dimidia nunc parum breviore nunc parum longiore cum superiore valvulam neutram aequante et hac ipsa distinctissime 3—7-nerviis, flosculo hermaphrodito oblongo acutiusculo laevi vel sub lente validissima tenuissime striatulo, valvula inferiore basi margine (ubi superiorem amplectitur) setuloso-pilosa. *Funck* hrbr. nr. 112. Guanaguana Columbiae.

533. P. PRESLII. *Kunth.* Culmo erecto simplici tereti glabro striato (bipedali) inferne plurinodo e nodis radicante; vaginis deorsum hirsutis ad oras barbatis; ligula pilorum series; foliis longissimis margine involutis canaliculatis; panicula erecta flexuosa contracta (6-pollicari); rhachi striata glaberrima, radiis alternis solitariis teretiusculis radiolis angulatis brevibus unifloris glaberrimis; spiculis maximis (3‴ longis) ovoideis acutis; glumis inaequalibus externe hirsutissimis, inferiore flosculo $^1/_3$ breviore, rotundato ovata acuta submembranacea extus longe hirsuta; flore masculo bivalvi, valvula inferiore hirsutissima; hermaphrodito glaberrimo ovato acutiusculo. P. megastachyum. *Presl.* Rel. Haenk. I. 305. Peru.

534. P. MOLLICOMUM. *Kunth.* Radice fibrosa, caespitifera; culmis erectis basi ramosis teretibus (6-pollicaribus); nodis vaginis foliisque piloso-pubescentibus; ligula pilorum series; foliis planis rigidis (vix 2″ longis, 2‴ latis); panicula simplici patente basi vagina suprema tecta (vix $1^1/_2$-pollicari) erecta; rhachi rhacheolisque triquetris hirsutulis vel pubescentibus; spiculis fuscescenti-viridulis obovatis obtusis vix linealibus; glumis inaequalibus pubescentibus, inferiore duplo breviore ovata obtusa 7-nervia, superiore hermaphrodito paulo breviore, neutro bivalvi; hermaphrodito puncticulato-rugoso. P. lanuginosum. *Presl.* l. c. 306. Peru.

535. P. INSULICOLA. (*Steud.*) Culmo adscendente foliisque e basi cordata lanceolatis glabris, his basi ciliatis; paniculae contractae lanceolatae radiis alternis approximatis racemosis; racemulis brevibus densis; spiculis lanceolato-oblongis geminis, altera subsessili; gluma inferiore breviore obtusa, superiore acuminata; flosculo neutro bivalvi. P. javanicum. *Nees* et *Blum.* (non *Poir*). Panico antidotali *Retz* et tenui *Roxb.* simile. Ins. Java. Zeylon.

536. P. CARINATUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 309.) Culmo basi prostrato (pedali), nodis barbatulis; foliis lanceolatis (2″ longis, 4‴ latis) pilosis (demum glabris); ligula membranacea brevi truncata; paniculae (4—5-pollicaris) radiis paulo superius decompositis solitariis alternis, radiolisque sparsim pilosis vel basi fasciculo pilorum barbatis patulis; spiculis compressiusculis obovoideis obliquis glabris; glumis 3-nerviis, inferiore spicula dimidio paulo longiore; hermaphrodito acutiusculo laevi carinato. Ins. Luzon. Java?

537. P. LUZONIENSE. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 308.) Caule compresso ramoso prostrato geniculato (3—5-pollicari) cum vaginis foliisque piloso; ramis patulis, nodis barbatis, vaginis internodio duplo longioribus; ligula brevi truncata pilosa; foliis e basi rotundata acutiusculis (9—12‴ longis, $1^1/_2$‴ latis); panicula composita secunda (3—5-pollicari) patentissima; rhachi angulata rhacheolisque pilosis; spiculis solitariis pedicellatis fuscescentibus obtusiusculis linealibus; glumis glabris, inferiore ovata acuta flosculis breviore; superiore ovata lanceolata flosculos subaequante; flosculo neutro bivalvi, hermaphrodito laevissimo. Ins. Luzon.

537b. P. MOVAIENSE. (*Steud.*) Repens; culmis teretibus glabris, nodis pilosis, inferioribus radicantibus; vaginis inferioribus pilosis, superioribus glabris margine tantum ciliatis arcte culmum involventibus, fauce ciliata; ligula ciliata; foliis quasi petiolatis planis, basi pilis longis barbatis caeterum glabris scaberrimis, margine serrulatis (2—4″ longis, 3—4‴ latis); paniculis subdecompositis secundis, ramis secundis racemosis vel solitariis sessilibus, vel 1—2 pedicellatis adjunctis; rhachi scabro-angulosa, rhachilla scabro-pubescente; spiculis solitariis, omnibus brevi pedicellatis ad apicem pedicelli articulatis bifloris; glumis 2; exteriore minima ovata apice membranacea, interiore ovata acuta 3—5-nervia extus pilosa; flosculo masculo vel neutro bivalvi, valvula exteriore quam gluma inferior paulo longiore 3-nervia ciliata apice et margine hyalina acutiuscula, interiore hyalina oblonga 2-nervia; hermaphroditi valvulis lucidis obtusis laevissimis. P. concinnum. *Edgew.* in As. Jour. 1852 p. 179. non *Nees.* Prope Movai, Bandae Ind. or.

538. P. TRIFLORUM. *Edgew.* (l. c.) Annuum repens molliter pubescens; culmis decumbentibus semiteretibus pubescentibus; vaginis laxis; ligula brevi ciliata; foliis oblongo linearibus basi subcordatis, apice breviter acuminatis quandoque latiusculis; panicula pauciramosa tomentosa, racemis rectis subalternis divergentibus; rhachi et rhachilla excavatis, dorso tomentoso, angulis scabris pedicellis pilosis, setis paucis fulcratis; spiculis binis vel solitariis, uno subsessili late ovatis acutis trifloris (raro bifloris); glumis 2, exteriore subdecurrente hyalina obscure trinervia caeteras basi amplectente, interiore late ovata 5-nervia; floribus 2 (vel uno) neutro, flore masculo inter neutros, flore inferiore neutro 1- rarius 2-valvi, valvula exteriore 5-nervia acuta, interiore hyalina oblonga, margine involuta bidentata; floris hermaphroditi valvulis rugosis exteriore concava 3-nervia, nervis prominentibus glabris, acutiuscula. In saxosis prope Banda Ind. or.

539. P. CONCINNUM. *Nees* mpt. Viride, culmo tereti sulcato elatiore glabro, sursum (infra paniculam) villosulo; vaginis laxis hiantibus foliisque villosulis, his basi rotundatis lanceolato-acuminatis, margine scabriusculis (8—12″ longis, 4—6‴ latis); paniculae amplae (fere pedalis) decompositae oblongae radiis subverticillatis valde inaequalibus gracilibus flexuosis fere a basi divisis inferne compositis, apice simplicibus plus minus villosis, radiolis glabrescentibus; spiculis ($^2/_3$‴ longis) ovali oblongis obtusiusculis in radiis simpliciter spicatis subsessilibus vel pedicellatis glabris nitidulis (ferrugineis); glumis parum inaequalibus, inferiore spiculam dimidiam nunc aequante nunc superante ovata 3-nervia, superiore ovali 5-nervia; hermaphroditi apice subgibbo obscure striato laevi. P. microgrostum. *Steud.* in litt. ad amicos. Hrbr. *Cuming* nr. 2284. Ins. Malacca.

540. P. MANGALORICUM. *Steud.* Culmo erecto basi ramoso radicante (2—3-pedali) cum tota planta glaberrimo; nodis incrassatis; foliis viridi glaucescentibus, basi subcordatis pilisque aliquot inspersis, lanceolatis longe acuminatis (3—5″ longis, 3—4‴ latis), margine scabris; panicula erecta patente (7—10-pollicari), radiis fasciculatis solitariisque ramosis erecto-patentibus; radiolis plus minus flexuosis 1—2-spiculatis; spiculis ovatis acutiusculis; gluma inferiore spiculam dimidiam superante 3-nervia, superiore flosculum neutrum hermaphroditumque aequante, hoc glaberrimo nitido laevi. P. serrulatum *Hochst.* in hrbo. indico *Hohenack.* nr. 366 (non *Roxb.*). Prope Mangalore.

541. P. PELLITUM. *Trin.* (Ic. t. 337 in statu humili.) Villositate maxime varians, lanatum albo canescens, pilosulum e flavo-viride, vel glabrum fuscescens; culmo contracto ramoso (1—2-pedali); ligula ciliari; foliis linearibus (3—9″ longis, 2—4‴ latis); paniculae (5—9-pollicaris) densioris vel lucidulae radiis solitariis —4-nis a basi decompositis, radiolisque patulis; pedicellis spiculam aequantibus vel longioribus; spiculis linea brevioribus ovalibus acutis lanatis (vel glabris); hermaphrodito quam neutrum

paulo minore acutiusculo laevi. Eriachne montana. *Gaudich.* Gen. t. 26. Ins. Oldaahu.

542. P. MUSCARIUM. *Trin.* (Ic. XX. t. 235.) Culmo adscendente filiformi (1/2-pedali et ultra); vaginis ad fissuram pilosis; foliis linearibus angustis (3″ longis, vix 1‴ latis), sparsim e glandulis longe pilosis; paniculae tenerae (2—3-pollicaris) radiis inferioribus pluribus, superioribus solitariis, a basi decompositis radiolisque subcapillaribus patentibus; pedicellis spicula longioribus; spiculis minimis lanceolato-ovalibus glabris; glumis flosculos aequantibus 3-nerviis; hermaphrodito quam neutrum paulo minore, obtuso laevi. Sierra Leona.

543. P. LEPTANTHUM. *Steud.* Culmo stricto elatiore cum vaginis foliisque glaberrimis; foliis culmeis angustissimis linearibus (4—6″ longis, 1‴ latis); panicula contractiuscula elongata (1/2—1-pedali); radiis fasciculatis erectis, radiolis tenuissimis erecto-patulis; spiculis alternis pedicellatis vel subsessilibus minutissimis; glumis 2 parum inaequalibus spiculam dimidiam superantibus pellucidis enerviis post florescentiam persistentibus; flosculo neutro 3—5-nervio, hermaphrodito laevi. Hrbr. *Cuming* nr. 1669. Ins. Philip.

544. P. AEQUINERVE. *Nees.* (Fl. Afr. I. 40.) Culmis gracilibus ramosis, vaginis foliisque lanceolato-linearibus planis basi rotundatis (2—2 1/2″ longis, 2 1/2‴ latis) acuminatis e tuberculis villosis; ligula series pilorum; paniculae laxae (2—3-pollicaris) radiis solitariis vel geminis alternis subvirgatis infra medium florigeris villosis; radiolis distantibus paucifloris; pedicellis 1—2-floris; spiculis ultra linealibus oblongis; glumis aequalibus subulato-acuminatis 7-nerviis punctulatis puberulisque; flosculi neutri bivalvis valvula inferiore glumis simili 7-nervia, superiore brevi; hermaphrodito oblongo mucronato laevissimo glumis paulo breviore. Afr. austr.

545. P. LEIOGONUM. *Delil.* (in *Poir.* Enc. supl. IV. 281. ex recens. *Nees* mpt.) Culmis ramosis divaricatis (filiformibus, ramis divaricato-flexuosis *Poir*), axillis vaginis foliisque glabris (basi vaginisque subpilosis *Poir*) foliis linearibus (angustissimis patentibus margine subreplicatis pollicaribus *Poir*); paniculae striatae radiis alternis distantibus brevi a basi divisis scabris; pedunculis bi- uni-floris; spiculis ovatis turgidis; glumis aequalibus subulato-acuminatis glabris, inferiore 7—9-nervia, superiore flosculique masculi bivalvis valvulae inferiori conformibus 9—11-nerviis, superiore oblonga ciliata. Variat: foliis perbrevibus (2—4‴ longis); paniculae parvae vix pollicaris radiis subglomeratis. Aegyptus.

546. P. AXIPILIUM. *Steud.* Culmo basi ramoso tenero (subpedali) ad paniculam usque glabro, infra paniculam rhachique communi patenti-piloso; vaginis adpressis, margine pilosis; foliis amplexicaulibus cordatis oblongo-ovatis acuminatis (1″ longis, 1/2—3/4″ latis) striatis, (basi) margine sparsim in lamina e tuberculis pilosis; panicula patente laxa (1—2-pollicari), radiis irregulariter dispositis patentibus epilosis, petiolis longioribus spiculis parvis oblique ovatis pilosis demum glabris; gluma utraque valvulaque neutra subaequalibus 3—5-nerviis, hermaphrodito laevissimo lacteonitente. Ex Hrbo. Paris. Guiana.

547. P. STREPTOSTACHYS. *Spr.* (Syst. Veget. I. p. 316.) Radice fibrosa; culmo erecto vaginato (2-pedali et ultra); vaginis dense hirsutis; ligula vix ulla; foliis e basi cordata amplexicauli late lanceolatis acutis (1/2—1-pedalibus, 3—6‴ latis) utrinque hirsutulis; pedunculis axillaribus elongatis hirsutis apice paniculatis; paniculis solitariis vel binis ex axillis, radiis rigidulis simplicibus vel divisis solitariis vel binis laxifloris; spiculis alternis inaequaliter validule pedicellatis oblongis obtusis (1 1/2-linealibus); glumis parum inaequalibus spiculam fere aequantibus 3-nerviis pubescentibus demum glabratis, flosculo neutro consimili parum longiore; hermaphrodito parum breviore obtuso. Streptostachys asperifolia. *Desv.* Journ. de Bot. 1813. p. 72. Streptostachys hirsuta. *Beauv.* Agr. t. X. fig. 11. Isachne Streptostachys. *Nees.* in Hrbo. *Mougeot.* Am. aequin.

Descriptio secundum specimina a *Leprieurio* in Guyana lecta. Autor generis Streptostachys l. c. requirit: „ramos dissimiles, alios steriles, alios fertiles et spiculas steriles oblongas arcuato falcatas spathellis imbricatis“ quae in nostris speciminibus omnino desunt ad iconem — caeterum praestantissimam *Belvisii* — vero degeneratio morbosa videntur. Quid vero „panicula sessili“ *Desv.* sibi velit vix videndum, forsan legendum: „paniculis axillaribus.“ De identitate plantae neque *Neesio* neque mihi est dubium; flosculus neuter induratus sed semper sterilis, Isachnem aemulat.

c. *Virgariae in sectiones priores nondum exacte referendae sec. Nees* (Agr. bras. 131.) *dispositae.*

α. Gluma inferior superiorem longitudine aequans vel vix brevior. §. 18.

548. P. ATURENSE. *Humb. Borpl.* (N. gen. I. t. 33.) Culmo erecto triquetro (1 1/2—3-pedali) simplici glabro; vaginis margine ciliatis nodos subaequantibus; foliis lanceolatis interne pilosis margine ciliatis; panicula simplici oblonga (2—3-pollicari) coarctata, radiis alternis axique glabris; spiculis oblongo-lanceolatis magnis acuminatis; glumis subaequalibus 3—5-nerviis glabris; flosculo neutro bivalvi, margine ciliato. ♃ Orinoco. Columbia.

549. P. ISOCALYCINUM. *Meyer* (Fl. Esseq. 59.). Culmo basi procumbente ramoso, adscendente (3—4-pedali) glabro; foliis lato-lanceolatis (1/2′ longis, 6—8‴ latis) firmis patenti-erectis margine scabris; vaginis glabris vel ore molliter pilosis; paniculae racemosae subsimplicis radiis subverticillatis basi fasciculis pilorum mollium stipatis; spiculis oblongis acuminatis magnis; glumis aequalibus uti flosculum neutrum univalve 7—9-nerviis, nervis punctis minutis elevatis caeterum glabris; flosculo hermaphrodito nitido glabro. ⊙ Guiana.

550. P. SUBARISTULATUM. *Steud.* Culmo erecto (simplici, an basi ramoso? ultra pedali) cum vaginis et inflorescentia pilosis; foliis amplexicauli-subcordatis oblongo-lanceolatis (1 1/2—2″ longis, 3‴ latis) acutis margine scabris, (subrufescentibus); paniculis axillaribus et terminali; radiis solitariis alternis paucifloris undique cum spiculis pilosis; spiculis (clausis) lanceolatis, demum patentibus ultra linealibus; glumis fere aequalibus subaristulato-acuminatis 3-nerviis subpellucidis; flosculo neutro bivalvi; valvula inferiore glumas subaequante obtusa 5-nervia, superiore minore tenuiore; flosculo hermaphrodito laevi vel tenuissime longitudinaliter striato. P. agrostideum. *Salzm.* Bahia. Guyana.

551. P. BLEPHAROPHORUM. *Presl.* (Reliq. Haenk. I. 312.) Culmo ramoso compresso glabro; nodis glaberrimis; vaginis foliisque hirsutis ciliatis; his e basi cordata lanceolato-linearibus (3—4″ longis, 6‴ latis); ligula margo brevissimus; panicula coarctata simplici; ramis alternis glabris (fasciculatis uno longiore reliquis brevioribus 1—2 spiculas gerentibus), pedicellis filiformibus; spiculis lanceolatis acuminatis (3‴ longis); glumis 7-nerviis acuminatis, inferiore paulo majore; floris neutrius valvula inferiore lanato-ciliata; superiore multo minore; floris hermaphroditi valvula inferiore ovato-lanceolata, laevissima acutissima. ♃ Mexico.

552. P. VIRIDIFLORUM. *Nees.* (Agr. bras. 135.) Culmo adscendente ramoso; foliis lanceolatis superne pilosis margine ciliatis; racemo subsimplici coarctato, radiis alternis basi divisis; spiculis lanceolatis magnis; glumis aequalibus 7—9-nerviis; flosculo neutro bivalvi limbo villoso. P. aturense. *H. B.* var? *Trin.* Am. austr.

553. P. MAXIMILIANI. *Schrad.* (in *Schult.* Mant. II. 255.) Culmo erecto tereti simplici (1 1/2-pedali) pubescente tecto vaginis villoso-pubescentibus ciliatis; ligula capillacea multipartita; foliis ovato-lanceolatis basi cordata amplexicaulibus undulatis pubescentibus (3—4″ longis, 1″ fere latis); panicula racemosa (6—8-pollicari); radiis alternis

patulis; spiculis oblongis obtusis bilinealibus nervosis; glumis subaequilongis oblongo-lanceolatis apice subbarbatis, inferiore 3- superiore 5-nervia, hermaphrodito glabro laevi. ♃ Brasil.

554. P. PETIOLATUM. *Nees.* (l. c. 140.) Culmo procumbente nodisque lanuginoso-villosis; foliis ovato-oblongis acuminatis (3½″ longis, 1″ et ultra latis), basi contractis in petiolum (2—3‴ longum), attenuatis glabris margine albido lanuginosis; paniculis axillaribus terminalibusque racemosis; axi ramisque lanuginoso-villosis; spiculis oblongis magnis; glumis subaequalibus oblongo-lanceolatis 5—7-nerviis apice obtusiusculo pubescentibus, valvulis flosculi masculi 5—7-nerviis, hermaphrodito nitido laevi. Brasil.

555. P. AXILLARE. *Nees.* (l. c. 141.) Culmo basi procumbente simplici vel ramoso radicante adscendente (pedali et ultra) nodisque pubescenti-scabris; vaginis internodiis brevioribus, ore setoso-ciliatis; ligula brevi ciliari; foliis cordato-oblongis (2—3″ longis, 1″ latis) acuminatis basi amplexicaulibus, supra pilosis; paniculis racemosis axillaribus terminalibusque compositis; radiis alternis strictis; spiculis mediocribus lanceolatis ad nervos scabris, caeterum glabris; glumis subaequalibus 3-nerviis; flosculi masculi valvula inferiore oblonga obtusa 5-nervia, superiore duplo breviore, hermaphrodito laevi. Brasil.

556. P. VAGINAEFLORUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi radicante geniculato erecto glabro (1—2-pedali) undique vaginis tecto; vaginis solubilibus (demum fere petiolum formantibus) villosis; foliis e basi cordata lanceolatis acuminatis (4—8″ longis, 4—7‴ latis) utrinque hirsutis; paniculis axillaribus terminalique composita e racemis subsimplicibus remotiusculis laxis; pedicellis brevibus vel nullis; spiculis sesquilinealibus oblongo-ovatis obtusis villosis; gluma inferiore flosculo vix breviore ovato-oblonga acutiuscula, hermaphrodito laevi. Guiana.

557. P. FUSCO-VIRIDE. *Steud.* Culmo erecto (sursum certe simplici, plus quam pedali), cum nodis fuscis glabro striato; vaginis striatis glabris vel margine et ore pilosulis; foliis oblongo-lanceolatis apice subproductis obtusis, basi tortis et in petiolum brevem angustatis, dense nervosis glabris margine scabris (4—5″ longis, 6—9‴ latis, fusco-viridibus); panicula contracta elongata (fere pedali); radiis subfasciculatis elongatis in radiolos paucifloros erectos et in petiolos tenues divisis; spiculis in apice petiolorum inaequalium solitariis (1½-linealibus) glabris; glumis subaequalibus flosculo parum brevioribus cum flosculo neutro (3—5-nerviis), hermaphrodito laevi. Ex Hrbo. *Urville* sine addito loco natali.

β. Gluma inferiore quam superior breviore in aliis minima, in aliis ½ ad summum ¾ hujus longitudinem attingente.

* Spiculis undique versis. §. 19.

558. P. FASCICULATUM. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. 145.) Culmo adscendente plus minus ramoso, sub panicula villosulo; nodis hirsutis, vaginis tuberculato-villosis; foliis lanceolatis margine scabris; panicula radiis racemosis subfastigiatis secundis; pedicellis gracilibus brevibus 2—4-floris, basi pilosulis; spiculis obovatis brevi mucronulatis reticulatis glabris; gluma inferiore late ovata margine membranacea 3-nervia, superiore neutriusque flosculi valvula inferiore 5-nerviis duplo longioribus; hermaphrodito subruguloso. P. fuscum. *Swastz β. Trin.* Ind. occ. Brasil.

559. P. FLAVESCENS. *Swartz.* (l. c. 158.) Culmo simplici tereti pubescente (3—4-pedali); vaginis subhirtis; foliis longis latis patentibus laevibus; paniculae terminalis erectae simplicis ramis subfastigiatis, infimis oppositis; spiculis approximatis secundis (?) ovatis obtusis glabris flavescentibus; pedicellis bifloris; glumis ovatis obtusis concavis, exteriore 3-plo interiore minore, striatis pellucidis. P. fastigiatum var. *Nees.* Jamaica.

560. P. CARTHAGENENSE. *Swartz.* (l. c. 148.) Radice fibrosa longa; culmo prostrato ramosissimo sulcato glabro; ramis e vaginis pubescentibus foliorum fasciculatis; foliis basi rotundatis lanceolatis acuminatis (2—3-pollicaribus), striatulis glabris, margine quandoque undulatis; spicis paniculatis undique in ramis terminalibus (pollicaribus), saepe in vaginis occultis; spiculis secundis ovatis acutis (viridi-fuscis). P. fastigiatum *Sw.* var. *Nees.* Variat: culmo stricto erecto dichotomo, foliis latioribus, vaginis glabris. P. spithamineum. *Willd.* hrb. Carthagena. Am. austr.

561. P. ORYZOIDES. *Swartz.* (l. c. 162.) Culmo erecto simplici tereti glabro (3—4-pedali); nodis vaginis sulcato-striatis foliisque oblongis basi rotundatis subpetiolatis glabris; panicula racemosa (pedali) radiis erectis alternis subflexuosis glabris; pedunculis subbifloris; spiculis magnis (maximis fere in genere) glabris ovato-ellipticis sulcatis. Jamaica.

562. P. MERTENSII. *Flügge* (in *Roth.* N. pl. sp. 48.). Foliis lineari-subulatis (pedalibus et ultra) margine scabris; vaginis strigis basi bulbosis adspersis; ligula membranacea ciliata; paniculae (subpedalis) oblongae radiis strictis verticillatis simplicibus vel subcompositis basi subpubescentibus; pedicellis geminis valde inaequalibus unifloris; gluma inferiore cordato-subrotunda mucrone obtuso terminata 3-nervia, nervo dorsali aspero, superiore ovata valvulam neutram subaequante cum hac 7-nervia; hermaphrodito ovato obtuso brevissime obtuse mucronato. Ind. or.

563. P. HEYNII. *Roth.* (l. c. 49.) Vaginis margine et ad oras pilosis; foliis argute serratis; paniculae oblongae ramis strictis basi pilosis superioribus subfasciculatis vel solitariis alternis, infimis verticillatis flexuosis asperis; pedicellis alternis solitariis; gluma inferiore cordata obtusa spiculam involvente. Praecedenti affinis. Ind. or.

564. P. VIMINEUM. *Schrad.* (in *Nees* Agr. bras. 157.) Culmo erecto simplici (3-pedali) tecto vaginis ore pilosis; ligula capillaceo-multipartita; foliis lanceolato-linearibus firmis (5—7″ longis, ½″ latis) subtus leviter pubescenti-hirtis; racemis compositis terminalibus axillaribusque villoso-pubescentibus patulis; pedunculis bifloris; spiculis oblongis nervosis pilosis; glumis inaequalibus pilis adspersis; valvulis flosculi neutrius et hermaphroditi glabris. ♃ Bahia.

565. P. RUDE. *Nees.* (l. c. 158.) Culmo erecto (3—4-pedali) pubescente; vaginis glabris margine nudis; foliis ovato-lanceolatis (1′ longis, 1½″ latis) acuminatis strictis glabris basi villoso-ciliatis; panicula racemosa stricta (1—1½-pedali) pyramidata; radiis patulis villosulis; pedicellis subsecundis inferioribus 3-floris; spiculis ovatis obtusiusculis glabris; glumis ovatis, inferiore dimidio breviore obtusa 3- superiore 5-nervia; hermaphrodito laevissimo obtuso. ♃ Brasil.

566. P. DECOLORANS. *H. B.* (N. gen. I, 100.) Culmo erecto (4-pedali) simplici nodisque glabris; vaginis purpurascentibus) margine ciliatis, ligula margo ciliaris; foliis planis linearibus glabris margine scabris; paniculae (8—9-pollicaris) axi radiisque triquetris scabris; spiculis geminis, altera longe altera brevi pedicellata, ovatis acutis; glumis inaequalibus glabris, inferiore duplo breviore; flosculi masculi valvula 9-nervia; hermaphrodito acutiusculo nitido glabro. ♃ Mexico.

567. P. HAENKEANUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 304.) Culmo erecto simplici praeter nodos glabros pubescenti-piloso; vaginis pilosis; foliis e basi ovata lanceolato-linearibus margine scabris undulatis hirsutis; panicula ramosa; ramis fasciculatis ramulosis; spiculis lanceolatis solitariis sparsis; gluma inferiore ovata acuta spicula breviore, superiore ovato-lanceolata acuta glabra spiculam aequante; flosculo neutro univalvi, hermaphroditi palea inferiore brevissima. Mexico.

568. P. BULBOSUM. *H. B.* (N. gen. I. 99.) Radice bulbosa, fibris crassiusculis; culmo erecto (3—4-pedali) nodis vaginisque glabris; foliis linearibus supra pilosis margine scabris; paniculae ramosae radiis scabris alternis

oppositisque erectis subadpressis; spiculis geminis, altera sessili altera pedunculata — pedicello hispido — ovatis acutis subquadrifariam imbricatis; gluma inferiore duplo breviore flore neutro bivalvi. ♃ N. Hispan.

569. P. AVENACEUM. *H. B.* (l. c. 99.) Radice bulbosa culmo (4—6-pedali) tereti nodisque glabris; foliis linearibus acuminatis planis serrulato-scabris supra pilosis; ligula margo pilosus; panicula (pedali) ramosa patula, radiis elongatis 3-quetris scabris basi pilosis; radiolis abbreviatis spicaeformibus; spiculis geminis, altera sessili altera pedicellata, ovatis acutis; gluma inferiore duplo breviore, superiore valvulis masculis simillima glabris. ♃ Quito.

570. P. SPRETUM. *Schult.* (Mant. II. 248.) Culmo striato (bipedali) nodisque glabris; vaginis inferioribus pilosis; foliis lineari-lanceolatis, radicalibus abbreviatis; ligula alba barbiformi; panicula terminali contracta ramosissima densa; ramis glabris ternis ramulisque flexuosis; spiculis puberulis parvulis; gluma inferiore minima, superiore et neutra valvula ovatis obtusis (acutis) multinerviis. Panicum nr. 37. *Mhlbrg.* desc. p. 125. N. Anglia.

571. P. DENSUM. *Mhlbrg.* (l. c.) Culmo crasso pubescente, nodis pilosis; vaginis elongatis striatis foliisque lanceolatis nervosis margine pilosis pubescentibus; ligula pilifera; panicula densa multiflora, pedunculis pedicellisque subglabris; spiculis pubescentibus; gluma inferiore minima ovata acuta, superiore et valvula mascula obovata. Am. sptr.

572. P. RIGIDULUM. *Bosc.* (ex *Nees* Agr. br. 163.) Culmo foliisque linearibus glabris his margine serrulato-scabris; panicula racemosa supradecomposita; rhachi hinc canaliculata, ramis compressis; spiculis lanceolatis acuminatis glabris; flosculo masculo bivalvi 5-nervio. P. agrostoides. *Mhlbrg.* sec. *Trin.* Am. sptr.?

** Spiculis secundis nutantibus parvis (subfasciculatis, racemo decomposito, ramis linearibus). §. 20.

573. P. CONDENSATUM. *Bertol.* (Op. sc. Bol. 1819. 3. p. 408.) Culmo decumbente longissimo erecto infirmo ramoso glabro; foliis cordato-lato-lanceolatis amplexicaulibus acuminatis glabris; panicula racemosa densiflora elongata; ramis alternis strictissimis secundifloris; pedicellis brevissimis unifloris; spiculis minutis; glumis lanceolatis inferiore breviore, superiore valvulam neutram aequante; hermaphrodito his parum breviore dorso scabriusculo. Brasil.

*** Virgariae variae, quarum affinitas dubia. §. 21.

574. P. NEPHELOPHILUM. *Gaudich.* (Freyc. it. 411.) Culmis caespitosis; foliis glabris; vaginis villosis; panicula ramosa effusa, ramis verticillatis ramulisque capillaceis; spiculis ovalibus acutiusculis glabris. (Affine: P. Myurus *Lam.*) Ins. Sandwic.

575. P. POLYSTACHYUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 312.) Culmo erecto compresso ramoso nodisque glabris; foliis late cordato-linearibus margine scabris, basi vaginisque ciliatis; spicis paniculaeformibus creberrimis verticillatis patentibus; spiculis lanceolatis secundis; glumis inaequalibus; valvula floris masculi acuminata superante florem hermaphroditum acutum. (Iterum P. Myuro *Lam.* afffne *Trin.*) ♃ Peru.

576. P. MOLLE. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. I. 143.) Culmo basi subramoso adscendente (2—3-pedali) crasso pubescente; foliis e basi rotundata lato-lanceolatis molliter villosis; vaginis arctis striatis pubescentibus; spicis paniculatis alternis secundis patentibus; spiculis 2—3-seriatis approximatis brevi pedicellatis secundis oblongis majusculis. Surinam. Jamaica.

577. P. SCABRIUSCULUM. *Ell.* (Bot. I. 121.) Culmo erecto majusculo foliisque subtus scabriusculis; panicula majuscula pyramidata patente; floribus ovatis acutis glabris. (P. virgato *Lin.* affine.) Am. septr.

578. P. MULTIFLORUM. *Poir.* (Enc. supl. IV. 282.) Culmo recto validiore — uti tota planta — glaberrimo; foliis lato-linearibus glauco-viridibus elongatis laevissimis; panicula densissima multiflora, ramis subflexuosis asperis; flosculis omnibus pedicellatis alternis. Carolina.

579. P. DENSIFLORUM. *Willd.* (*Spr.* S. V. I. 320.) Culmo ramoso; vaginis nodisque hirsutis; foliis linearibus cuspidatis ciliatis; paniculae contractae ramis angulatis scabris; flosculis membranaceis ovatis fuscis glabris. Orinoco.

580. P. CONGLOMERATUM. *Lin.* Culmis prostratis filiformibus ramosissimis radicantibus; vaginis internodio brevioribus; foliis lanceolatis laevibus; racemo terminali spicato secundo subovato; flosculis alternis secundis saepe binis in eodem dente racemi inferioris. Ind. or.

581. P. HIRTICAULUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 308.) Culmo erecto ramoso compresso (1—1½-pedali); vaginis foliisque elongatis (4—5″ longis, 4—5‴ latis) tuberculato-hirsutis; nodis dense sursum barbatis; panicula erecta (5-pollicari) patente composita; rhachi scabra; spiculis pedicellatis solitariis oblongis acutis; glumis inaequalibus acutissimis, inferiore ovata 3—5- superiore duplo longiore ovata 7-nervia; floris neutrius palea inferiore ovata 7-nervia quam superior multo minore; hermaphrodito spicula breviore ovali laevi. (P. jumentorum affine dicitur.) ⊙ Mexico.

582. P. HIRSUTUM. *Swartz.* (Fl. Ind. I. 173.) Culmo tereti, simplici (4—5-pedali), folioso vaginisque striatis, setoso-hirsutis; foliis lanceolatis latiusculis erectis acuminatis (2-pedalibus); panicula erecta, composita capillari patente (pedali), radiis verticillatis capillaribus, sub lente asperis; spiculis pedicellatis remotiusculis parvis pallide viridibus, ovatis acuminatis concavis striatis, exteriore dimidio breviore; valvulis ovatis acutis. P. dasytrichum. *Spr.* (Panico maximo affine dicitur.) Jamaica. Domingo.

583. P. SABULORUM. *Lam.* (Enc. V. 744.) Culmo ramoso folioso (pedali et ultra); foliis lanceolato-linearibus (2—3‴ latis) rectis planis culmo adpressis; vaginis margine pilosis; folio supremo spathaceo; panicula ramosa flexuosa mediocri; glumis ovalibus obtusis striatis glabris. Montevideo.

584. P. MÜHLENBERGIANUM. *Schult.* (Mant. II. 230.) Culmo a basi ramoso vel dichtomo (8—10-pollicari) glabro, nodis sursum vaginisque margine pilosis; foliis linearibus nervosis glabris; paniculae ramis solitariis a basi ramulosis, pedicellis flexuosis subpubescentibus; gluma inferiore minima obtusa; superiore et valvula neutrius aequalibus ovatis acutis corollam aequantibus, glabris. Panicum nr. 27. *Mhlbrg.* descpt. 118. Georgia.

585. P. CILIATIFOLIUM. *Kunth.* Culmo decumbente basi caespitoso, (palmari); nodis glabris; foliis e basi subcordata lanceolatis, margine vaginisque ciliatis; ligula nulla; panicula terminali pauciflora patente; ramis flexuosis pilosis, ramulis glabris; glumis aequalibus nervosis, tertia (an masculo?) ovata purpurascente acuta corollam aequante. P. ciliatum. *Ell.* Bot. 126. Am. sptr.

586. P. ENSIFOLIUM. *Ell.* (l. c.) Parvulum glabrum; foliis ovato-lanceolatis acutissimis patentibus; panicula parvula pauciflora; spiculis subovatis pubescentibus. ♃ Georgia.

587. P. FESTUCOIDES. *Poir.* (Enc. supl. IV. 283.) Culmo elato valido; foliis arundinaceis longissimis acuminatis glabris; vaginis fauce et margine subpilosis; panicula inter folia dua suprema sessili subdiffusa glabra; ramis parum ramosis, ramulis adpressis; flosculis alteris subpedicellatis muticis glaberrimis; glumis inaequalibus scariosis obtusis, corolla brevioribus nervosis. Ind. or.

588. P. NEGLECTUM. *R. S.* (S. Veg. II. 451.) Culmo rigido erecto ramosissimo (1—2-pedali) ad apicem fere vaginato; ramis patentibus; vaginis glabris profunde striatis; foliis planis glaberrimis apice convolutis rigidibus pungentibus (1—1½″ longis) patentibus vel reflexis; panicula brevi; racemulis brevibus nutantibus pedicellisque hispidis;

glumis subaequalibus ovatis acutis glabris, valvulaque neutra 7—9-nervia. ♃ Africa.

588b. P. GRACILENTUM. *Poir.* (l. c. 276.) Culmo simplici debili striato; vaginis laxis striatis foliisque gramineis angustis glabris; racemo spicato subpaniculato (pollicari), ramis alternis simplicibus et geminatis axi adpressis inaequalibus; spiculis lanceolatis acutis breviter pedicellatis vel sessilibus; corolla calyce vix longiore. — —

589. P. PLEIOPHYLLUM. *Link.* (H. Berol. I. 208.) Ramis junioribus foliisque — basi rotundatis — dense pubescentibus; spicis remotiusculis compositis arrectis; rhachi pubescente scabra, spiculis non secundis; gluma et valvula neutra oblongis nervosis margine lanato-pubescentibus. — —

Species Novae Hollandiae vel ad Virgariam vel ad Miliariam referendae, subpaniculatae, spicis alternis divisis; floribus muticis.

590. P. AIROIDES. *R. Br.* (Prodr. N. Holl. 190.) Culmo foliisque glabris planis, vaginis collo barbatis; panicula subeffusa; floribus ovatis muticis hinc gibbis acutis glabris; flosculo exteriore masculo hermaphroditum superante; valvula interiore apice ciliata. N. Holl.

591. P. PUBIGERUM. *R. S.* (P. pubescens. *R. Br.* l. c.) Culmis foliisque pubescentibus mollibus, marginibus simplicibus scabris; panicula patente lanceolata, ramis strictis parum divisis; pedunculis bifloris, pedicellis inaequalibus; rhachibus glumisque villosis mucronatis. N. Holl.

592. P. FOLIOSUM. *R. Br.* (l. c.) Culmo ramoso, foliis lanceolatis undulatis marginatis utrinque pilosis; panicula patente lanceolata; ramis strictis parum divisis vel simplicibus; rhachibus villosis; glumis pubescentibus acutis. N. Holl.

593. P. PAUCIFLORUM. *R. Br.* (l. c.) Foliis linearibus planis vaginisque pilosis; panicula simplicissima rara; ramis patentibus paucifloris; floribus solitariis acuminatis glabris. N. Holl.

594. P. PYGMAEUM. *R. Br.* (l. c.) Culmo repente, ramis adscendentibus pilosis; foliis lanceolatis ciliatis; panicula patente rara e racemis subsimplicibus; rhachibus subflexuosis; floribus ovalibus acutiusculis glabris. N. Holl.

595. P. MINUTUM. *R. Br.* (l. c.) Culmo multiplici erectiusculo villoso; foliis lato-lanceolatis pilosiusculis; panicula effusa rara; ramis parum divisis paucifloris; rhachibus villosis; floribus obovatis pubescentibus. N. Holl.

596. P. BICOLOR. *R. Br.* (l. c.) Foliis villosissimis linearibus; panicula lanceolata; ramis paucifloris; floribus ovatis acutis glabris; flosculo neuto bivalvi. N. Holl.

597. P. DECOMPOSITUM. *R. Br.* (l. c.) Foliis vaginisque glabris; geniculis imberbibus; panicula decomposita patente capillari; floribus acutis nudis. Eadem ac sequens, sec. *Nees* in *Hook.* Lond. Journ. II. 410. N. Holl.

598. P. LAEVICAULE. *Lindl.* (Ann. sc. nat. XV. 64.) Foliis vaginis geniculisque glabris laevibus; panicula composita contracta capillari; radiis pedicellisque flexuosis; spiculis acutis glabris; gluma exteriore rotundata laxa, interiore 5-nervia. N. Holl.

Sectio XII. Miliaria. *Trin.* Rami alterni paniculati vel jubati teretes vel subangulosi, angulis irregularibus obtusis, compositi vel decompositi.

Si de charactere hujus sectionis dubia obstant de radiis so. teretibus, radii superiores prae reliquis consultandi sunt. Species enumeratae sunt secundum radios simplices, parum vel magis compositos.

a. *Gluma inferior quam flosculi dimidio vel magis brevior, vel minima interdum nulla.*

α. Radii angulosi. §. 22.

599. P. ACICULARE. *Poir.* (Enc. Supl. IV. 274.) Culmo erecto tenuissimo firmo (5—6-pollicari) superne ramosissimo; foliis setaceis strictis erectis laete viridibus glabris (pollicaribus); pedunculis inter folia solitariis simplicissimis 1—3-floris; pedicellis spiculam aequantibus; spiculis linea brevioribus obovato-oblongis obtusis (cum mucronulo) sub lente puberulis; gluma inferiore flosculis 3—4-plo breviore sub 3- superiore 5-nervia; hermaphrodito obtusiusculo tenuissime striato. Ind. or.

600. P. SUBUNIFLORUM. *Bosc.* (in *Spr.* Syst. I. 312.) Culmo ramoso; vaginis striatis glabris; foliis convoluto setaceis rigidis basi ciliatis; panicula pauperrima vaginata erecta; flosculis obtusis nervosis pubescentibus. Idem ac praecedens sec. *Nees.* Agr. bras. 235. an recte? Carolina.

601. P. SPRENGELII. *Kunth.* (Gram. I. 39.) Culmo basi ramoso glabro spithamaeo; foliis linearibus subconvolutis hirsuto-ciliatis; panicula pauciflora erecta longe pedunculata; spiculis ovatis acutis glaberrimis striatis. P. Mühlenbergii. *Spr.* l. c. 314. P. acuminatum. *Mühlbrg.* Descr. 125. Am. sptr.

602. P. CARICOIDES. *Nees.* (Agr. bras. 108.) Radice fibrosa subrepente caespitosa; culmis erectis filiformibus (8—10″ altis) glabris in ramos aliquot divisis; foliis subulato-linearibus (1—3″ longis, vix ½‴ latis) rigidulis glabriusculis vel pilis minutis adspersis, pedunculis fasciculatis simpliciusculis paucifloris; pedicellis apice barbatis vel nudis spiculam subaequantibus; spiculis linea brevioribus ovalibus obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 3—5- superiore sub-7-nervia, hermaphrodito acuto laevi. P. junciforme *Steud.* in litt. ♃ Brasil. Guyana.

603. P. DICHOTOMUM. *Lin.* Radice fibrosa tenui; culmo erecto basi simplici sursum dichotomo ramoso (½-pedali, arbusculam refert statura inferne simplici superne fasciculata *Lin.*); foliis radicalibus lato-lanceolatis (1—2-pollicaribus) pubescentibus, basin versus e callis ciliatis; vaginis pilosis; panicula simplici capillari laxa pauciflora; spiculis parvis ovato-subpungentibus; gluma inferiore orbiculata vaginante spicula subquadruplo breviore, superiore 7-nervia. *Spr.* Act. Petrop. II. t. 4. A sequente specie certe diversa. ♃ Am. sptr.

604. P. DEPAUPERATUM. *Mhlbrg.* (Gram. 112.) Culmo erecto (vix pedali) simplici vel ex ima basi florifero-ramoso, nodis barbatulis; ligula clliari; foliis linearibus (3—4″ longis, 1‴ latis) erectis compressis vel subinvolutis; paniculae simplicissimae radiis 4—5 dissite 2—3-floris alternis subcontractis; spiculis 1½-linealibus ovatis acuminatis glabris; gluma inferiore flosculis 3-plo breviore 3—5- superiore 7-nervia, hermaphrodito quam neutrum paulo minore submucronulata obtusiusculo laevi vel interdum striatulo subrugoso. *Trin.* Act. Petr. l. c. 286. An omnino eadem ac planta *Torreyi* Fl. unit. stat. 144? Am. sptr.

605. P. INVOLUTUM. *Torr.* (l. c.) Radice perenni; culmo caespitoso simplici vel basi subramoso (pedali); foliis erectis subrigidis angustissimis demum involutis subhirsutis; panicula terminali (raro ad basin culmi etiam laterali) pauciflora; radiis flexuosis 10—20-spiculatis; spiculis acuminatis gluma inferiore patente latiore acuminata; valvula superiore flosculi neutrius angustissima dimidio quam inferior breviore. ♃ Am. sptr

606. P. RECTUM. *R. S.* (Syst. 2. 457.) Vaginis longissime pilosis vel demum glabratis; foliis linearibus strictis sensim acutissimis supra striatis scabris subtus pilosis vel glabratis; panicula solitaria folio terminali breviore, ramis simplicibus flexuosis; spiculis alternis pedunculatis obovatis turgidis; gluma inferiore 3—4-plo minore quam superior valvulaque neutra multistriatis; hermaphrodito nitido albo laevi. Idem ac P. depauperatum *Mühlbrg.* sec. *Trin.* Act. Petr. 1838 supl. p. 105. P. strictum *Pursh.* Fl. I. 69. Am. sptr.

607. P. XANTHOPHYSUM. *Gray.* (Ann. Lyc. Noveb. III. 233.) Caule simplici vel basi ramuloso (pedali); vaginis plus minus pilosis; ligula in cilias soluta; foliis e basi subamplexicauli lanceolatis (1—6″ longis, 4—6‴ latis)

albo nervosis glabris vel basi ciliatis; paniculae linearis angustae (3—4-pollicaris) radiis simplicibus paucifloris alternis contractis; pedicellis spiculam aequantibus vel paulo longioribus; spiculis sesquilineariibus obovatis mucronato-obtusiusculis puberulis; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 3- superiore 9-nervia, hermaphrodito obtuso submucronulato laevi nitido. *Torr.* Fl. N. York. II. t. 148. Am. sptr.

608. P. PEDUNCULATUM. *Torr.* (Fl. unit. stat. 141.) Radice perenni; culmo erecto tereti (3—4-pedali) sursum ramoso; foliis lato-lanceolatis (6″ longis, 6—8‴ latis) acute attenuatis margine scabris supra subpilosis; vaginis papilloso-hispidis; panicula longe (4—6″) pedunculata composita glabra; spiculis ovatis glabris; gluma inferiore obtusa vel emarginata adpressa, superiore 7-nervia; flore neutro bivalvi, valvula superiore dimidio quam inferior breviore. Sequentis var? *Trin.* Am. sptr.

609. P. CLANDESTINUM. *Lin.* Culmo 3—4-pedali ramoso, ramis plerumque floriferis nodis glabris; vaginis glabris vel e glandulis hirsutis; ligula brevissima obsoleta; foliis e basi cordata lato-lanceolatis (6″ longis, 1—1½″ latis); jubae (non nisi serius nec totae exsertae 1—2-pollicaris) radiis simpliciusculis vel a basi parce compositis alternis patulis; pedicellis spicula plerumque brevioribus; spiculis 1½-linealibus obovato-ellipticis acutiusculis puberulis; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 1—3- superiore 9-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. ♃ Am. sptr.

610. P. WALTERI. *Poir.* (Enc. Supl. IV. 282.) Culmo (1½-pedali) simplici vel ramuloso, nodis nudis vel barbatis; ligula ciliari; foliis e basi cordata (ovato- vel simpliciter) lanceolatis (3—5″ longis, 1—1½″ latis, interdum multo angustioribus); jubae (e vagina suprema brevius vel longius exsertae 3-pollicaris) radiis fere a basi compositis radiolisque (sub-) patentibus; pedicellis spicula plerumque brevioribus; spiculis 1½-linealibus obovatis (turgidis) obtusis pubescentibus; gluma inferiore flosculis fere 3-plo breviore 1—3- superiore 7—9-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. (cfr. P. scoparium *Michx.* et latifolium *Lin.*) Am. sptr.

611. P. LINEATUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 287.) Culmo prostrato ramoso (1½-pedali) superne cum nodis vaginisque pubescente; ligula ciliari; foliis lanceolatis (2″ longis, 4—5‴ latis) pubescentibus; paniculae (2-pollicaris) radiis a basi compositis, radiolisque contractiusculis, axi communi pilis brevibus (clavulatis, quasi pedicellis abortivis) adsperso; pedicellis spicula paulo brevioribus; spiculis linealibus (vel longioribus) elliptico-ovatis acutis glabris; gluma inferiore flosculis subduplo breviore sub-5- superiore 7—9-nervia; hermaphrodito quam neutrum nonnihil breviore mucronulato acutiusculo laevi. *Trin.* ic. XX. t. 233. ♃ Senegamb.

612. P. HYMENIOCHILUM. *Nees.* (Fl. Afr. aust. I. 46.) Culmo procumbente ramoso multinodo undique pubescente; vaginis tuberculatis; foliis cordato-lanceolatis (1″ longis, 2½‴ latis) cartilagineo-denticulatis pubescentibus; paniculae ovalis demum divaricatae radiis alternis rigidulis rhachique pubescentibus subglandulosis; pedunculis bifloris longiusculis; gluma inferiore e basi latiore lanceolata uninervia flosculis duplo breviore, superiore eos aequante obtusa tenuiter 9-nervia margine hyalina, hermaphrodito masculo breviore laevi mucronulato. Afr. austr.

613. P. ROSTELLATUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 288.) Culmo decumbente radicante ramoso; ramis (6—8-pollicaribus) floriferis infra paniculam pilosulis; vaginis glabriusculis vel hirto-pubescentibus; ligula inter pilos faucis obsoleta; foliis e basi cordata (ovato-) lanceolatis hirto-puberulis ciliolatis (1½—2″ longis, 4—6‴ latis); paniculae strictiusculae radiis a basi compositis solitariis — ternis flexuosis patulis; pedicellis spiculam subaequantibus; spiculis sublinealibus ovalibus mucronatis glabriusculis; gluma inferiore flosculis 2—3-plo breviore 1- superiore 7-nervia; hermaphrodito mucrone (paleas plerumque excedente) munito laevi. Brasil.

614. P. STIGMOSUM. *Trin.* (Ic. XIX. t. 225.) Culmo geniculato-adscendente ramoso vel simplici, ligula ciliari; foliis lanceolatis glabris vel cum vaginis pilis brevibus adspersis (½—3″ longis, 4—7‴ latis); jubae panicularis radiis a basi compositis radiolisque patentibus; pedicellis spiculam plus minus aequantibus; spiculis linealibus obovatis obtusis glabris vel puberulis; gluma inferiore flosculis subduplo breviore 3—5- superiore 7—9-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. Brasil.

615. P. VISCIDUM. *Ell.* (Bot. I. 123.) Totum canescens; culmo crassiusculo ramuloso infra nodos annulatim glabro caeterum pubescente; vaginis pubescentibus vel dorso glabratis; ligula dense ciliari; foliis sublineari-lanceolatis acuminatis (3—4″ longis, 4—5‴ latis) undique pubescentibus; jubae (3-pollicaris) radiis a basi subdecompositis radiolisque minus patentibus; pedicellis spiculam aequantibus vel longioribus; spiculis linealibus obovatis submucronato-acutiusculis pubescentibus; gluma inferiore flosculis 4—5-plo breviore subenervia, superiore 7-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. ♃ Am. sptr.

616. P. PSILOPODIUM. *Trin.* (Diss. II. 217.) Culmo geniculato foliifero-ramuloso (1—1½-pedali); vaginis glabris; ligula brevi ciliari-lacera; foliis (sublanceolato-) linearibus (3—4″ longis, 2—3‴ latis) glabris; paniculae (6—8-pollicaris) radiis paulo superius compositis et decompositis radiolisque patulis; pedicellis spiculam aequantibus vel longioribus; spiculis linealibus ovalibus mucronatis glabris; gluma inferiore flosculis subtriplo breviore 2—5- superiore 11-nervia; hermaphrodito mucronulato laevi. Ind. or.

617. P. COURTALLENSE. *Nees* et *Wall.* (mpt.) Culmo basi repente nodisque glabris; vaginis margine ore- foliisque cordato-lanceolatis ciliatis; panicula capillari erecta; rhachi radiisque scabriusculis prope a medio divisis, pedicellis longis, spiculis ovalibus sub fructu fere obovatis setulis raris adspersis; glumis sub apice mucronatis flosculisque subaequalibus, inferiore gluma subquinquenervia, superiore flosculique neutrius univalvis valvula 5-nerviis. Hrbr. *Wight* nr. 1011, 1012, 1013. Ind. or.

618. P. BREVIFOLIUM. *Lin.* Culmo florifero-ramoso basi subrepente vel erecto (1—2-pedali); vaginis hirsuto-pubescentibus; foliis ovali-lanceolatis (1—3″ longis, 3—7‴ latis) glabriusculis ciliolatis aut minute pubescentibus; jubae (5—8-pollicaris) radiis a basi subdecompositis radiolisque patentibus; pedicellis spicula (multo-) longioribus; spiculis minimis obovatis acutiusculis (interdum tenui-obsolete) pubescentibus; gluma inferiore flosculis duplo breviore 1- superiore 3(—5-)nervia; hermaphrodito acuto laevi. An? P. trichoides. *Swartz.* Am. austr.

619. P. FLEXUOSUM. *Retz.* (Obs. IV. 16.) Culmo decumbente ramoso (subpedali) pubescente, geniculis reflexo-barbatis; foliis angustis (2″ longis) linearibus, vaginisque (etuberculato-) pilosis; panicula (vix pollicari) ovato patente; ramis capillaribus flexuosis; spiculis majusculis sublanuginosis; gluma inferiore orbiculata, superiore et flosculi masculi valvula inferiore 7-nerviis. Ind. or.

620. P. SPARSICOMUM. *Nees.* (in litt.) Culmo ramoso repente flexuoso; foliis lanceolatis (1—1½″ longis, 2¼‴ latis) cum nodis vaginisque molliter velutino-pubescentibus; panicula capillari patente glabra, radiis a basi fasciculatim divisis radiolisque sparsis; spiculis oblongo-lanceolatis utrinque acutis gibbosulis puberulis; flosculo neutro bivalvi glumaque superiore 5-nerviis, inferiore gluma ovata 3-nervia quam spicula duplo breviore, hermaphrodito subtiliter punctulato. Praecedenti et P. trichoidi similis. P. trigonum. *Wight.* olim. Agrostis zeylonica. *Klein.* Hrbr. ♃ Ins. Ceylon.

621. P. CAPILLARE. *Lin.* Culmo inferne paniculato-

ramoso (1—2-pedali); vaginis compressis hirsutissimis; foliis sublinearibus (7—19″ longis, 2—3‴ latis) strictiusculis pilosis; paniculae 6—9-pollicaris) radiis virgatis plerumque paulo superius decompositis radiolisque superne patentibus; pedicellis longissimis; spiculis linealibus ovalibus acuminatis glabris; gluma inferiore flosculis duplo breviore 3—5- superiore sub-7-nervia; hermaphrodito quam neutrum fere ¼ minore acutiusculo laevi. ♃ Am. sptr. Brasil.

622. P. HUMILE. *Nees.* (mpt.) Culmo humili (1—5-pollicari paucinodo foliisque linearibus planis glabris; vaginis margine ciliatis; panicula capillari erecta densa patente, radiis a basi fasciculatim divisis subdichotomis undatis scabris, mediis oppositis vel verticillatis; pedicellis elongatis unifloris; spiculis ovatis glabris; glumis subaequalibus et flosculi neutrius valvula inferiore mucronato-acutis, sursum 3-nerviis, carina scabriusculis; fructu ovali obtuso laevi. ⊙ Ceylon.

623. P. AUTUMNALE. *Bosc.* (ex *Nees* Agr. bras. 199.) Culmo ramoso vaginis foliisque linearibus glabris; panicula capillari erecta ampla pauciflora; radiis a basi simpliciter racemosis; pedicellis longissimis strictis; ramificationibus barbatis; spiculis lanceolatis acutis pubescenti-scabris obsolete nervoso-striatis; gluma inferiore obtusa minima. Am. sptr.

624. P. LATICOMUM. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 43.) Culmo erecto gracili laxe ramoso; vaginis e tuberculis patenti pilosis; foliis lato-lanceolatis acuminatis (1—3″ longis, 3—6‴ latis) supra sparsim pilosis; paniculae capillaris amplae (6—8-pollicaris), radiis ad basin 2—3-fidis, medio ramosis, radiolisque sparsis patentibus; pedicellis longis et longissimis; spiculis oblongo-lanceolatis utrinque acutis gibbulosis glabris linea brevioribus; gluma inferiore ovata spicula duplo breviore 3- superiore et neutra 5-nervia; hermaphrodito neutrum subaequante subtiliter punctulato. Afr. austr.

625. P. REFLEXOPILUM. *Steud.* Culmo geniculato pubescente; vaginis foliisque (partim e tuberculis) pilosis; nodis dense pilis reflexis albidis villosis; foliis (culmeis) lanceolatis acutis basi subcordato-amplexicaulibus (2—3″ longis, 4—6‴ latis) margine scabriusculis; ligula pilorum series; paniculae capillaris (3-pollicaris) radiis fasciculato-subverticillatis inaequalibus erecto-patentibus pedicellis spicula (multoties) longioribus; rhachi praesertim ad ramificationes pilosa; spiculis ovatis parum ultra semilinealibus, pubescentibus; gluma inferiore spicula duplo breviore 3- superiore et neutra 5—7-nervia subaequali; hermaphroditi valvula laevissima. Oaxaca.

626. P. OVALIFOLIUM. *Poir.* Culmo repente dichotomo; vaginis margine fimbriatis caeterum glabriusculis; foliis ovatis supra hirsutis subtus e tuberculis minutis pubescenti-scabris; paniculae rigidulae erectae capillaris rhachi radiisque flexuosis glabris, his prope a basi racemosis, radiolis elongatis subbifloris; spiculis subovalibus utrinque acutis altero latere gibbis glumis aequalibus, inferiore oblongo-lanceolata plana adpressa, superiore ovata, neutro flosculo bivalvi, hermaphrodito laevi. *Beauv.* Fl. d'Ow. t. 110. f. 1. P. guineense. *Desv.* Guinea.

627. P. GRACILESCENS. *Poir.* (Enc. supl. IV. 279.) Foliis lanceolatis asperis denticulatis ultimo elongato longe vaginato; paniculae (6-pollicaris) ramis oppositis et alternis elongatis glaberrimis, ramulis capillaribus subflexuosis; spiculis parvis obtusis; gluma inferiore minima. Carolina.

628. P. ATROSANGUINEUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyss. nr. 1709.) Culmo erecto simplici vel basi vel sursum ramoso (1—1½-pedali) cum vaginis teretibus foliisque lanceolatis (1½—2½″ longis, 3‴ latis) e tuberculis pilosis; ligula vix ulla; paniculae (2—4-pollicaris) radiis solitariis supra basin ramosis radiolisque patentibus; pedicellis longissimis; spiculis terminalibus solitariis ovato-oblongis acutiusculis ultralinealibus glabris; gluma inferiore ovata acuta cum superiore et neutra 5-nervia; hermaphrodito laevi, achenio atro. *Rich.* Fl. Abyss. II. 375. ⊙? Abyssin.

629. P. MELINIS. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 291.) Culmo basi decumbente repente ramoso 1½—2-pedali); vaginis cum foliis compressiusculis (2—4″ longis, 2—3‴ latis) sublanceolato-linearibus hirsuto-pubescentibus viscidulis; paniculae (3—8-pollicaris) radiis a basi decompositis contractiusculis, pedicellis spicula plerumque brevioribus; spiculis sublinealibus elliptico-linearibus, e flosculi neutrius apice bidentato plerumque setam emittentibus glabris; gluma inferiore minima, superiore (emarginata) 7-nervia; hermaphrodito acuto brevi. Melinis minutiflora. *Beauv.* Agr. t. 11. f. 4. Suardia picta *Schrnk.* H. Monac. t. 38. ♃ Brasil.

Character Generis Melinis: Gluma inferior minutissima, integra; superior 3—4-plo major apice emarginato-cordato mucronata; flosculus inferior univalvis, valvula apice subbilaciniata inter lacinias longe setigera; floris hermaphroditi valvulae 2 coriaceo-induratae, inferior subbidentata mutica.

630. P. SUBEGLUME. *Trin.* (l. c. 292.) Culmo (2-pedali et ultra) erecto; vaginis superne glandulis adspersis; ligula membranacea brevi; foliis lanceolato-linearibus pubescenti-pilosulis; paniculae (½-pedalis) ramosissimae radiis virgatis fere a basi subdecompositis contractis, radiolis patulis; pedicellis spicula (multo) longioribus; spiculis vix linealibus lineari- vel lanceolato-ellipticis obtusiusculis sub lente pubescentibus; gluma inferiore nulla superiore pusilla obsoleta; hermaphrodito acuto laevi. Milium capillare *Roth.* Ind. or.

631. P. PRIONITIS. *Nees.* (Agr. bras. 162.) Culmo cylindrico strictissimo (6-pedali); nodis albo-pruinosis; vaginis glaberrimis laevibus; ligula nulla; foliis angusto-linearibus rigidissimis canaliculatis margine argute serratis glabris, (1½—2″ longis, 2—3‴ latis); paniculis terminalibus lateralibusque racemosis supradecompositis patulis; radiolis tertialibus contractis; pedicellis spicula brevioribus; spiculis sublinealibus ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis 2—3-plo breviore 3—5- superiore 5-nervia; hermaphrodito acuto laevi fusco. ♄ Brasil.

β. Radiis plus minus teretibus. §. 23.

632. P. ANGUSTUM. *Trin.* (Ic. XXVIII. t. 334.) Culmis erectis (4—9-pollicaribus) simplicibus vel basi contracto-ramosis; vaginis glabris; foliis linearibus (1—3″ longis, linea angustioribus, saepius atropurpurascentibus); thyrsi (½—2-pollicaris ex atropurpureo fusci et viridi varii) radiis simpliciusculis brevissimis contractis; pedicellis spicula brevioribus; spiculis vix linealibus elliptico-ovatis acutis superne pilis adspersis; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 3- superiore 7-nervia; hermaphrodito quam neutrum parum minore acutiusculo laevi. Nepal.

633. P. INDICUM. *Lin.* Culmo prostrato tenui ramoso (½—2-pedali); vaginis glabris; foliis linearibus (2—8″ longis, plus minus lineam latis) glabris vel superne pilis adspersis; thyrsi angustissimi (½—ultra pedalis glaucescentis) radiis simplicibus brevissimis (potius pedicellis ipsis) spicula brevioribus; spiculis ultra linealibus ovatis acutis glabris vel superne strigulosis; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 3- superiore (eosdem non nihil excedente) 7—11-nervia; hermaphrodito quam neutrum ¼ breviore adunco-mucronato laevi. Hrbr. *Zollinger* nr. 2231? Ind. or. Ins. Philip.

634. P. CONTRACTUM. *Wight Arn.* (in Hrbo. *Wight* nr. 29.) Radice fasciculari perenni; culmo gracili ramoso glabro, foliis anguste linearibus strictis elongatis glabris; racemo subcylindrico subsimplici elongato; spiculis subfasciculatis imbricatis ovalibus obtusis nervoso-costatis glabris vel hispidulis hemigamis; flosculo neutro bivalvi, gluma inferiore cordata obtusa amplectente fructuque spicula triplo fere brevioribus. P. indicum var. A. *Trin.* Ic. XVII. t. 197. *Nees.* mpt. Ind. or. China.

635. P. DECIPIENS. *Nees.* (Agr. bras. 193.) Culmo basi repente simplici compresso, (ultra-pedali); vaginis glabris; ligula brevissima membranacea; foliis sublanceolato-linearibus (2—3″ longis, 2—3‴ latis) glabris; paniculae lineari-angustae (1½—2-pollicaris) radiis fere a basi compositis contractis pedicellisque brevissimis; spiculis linealibus sublanceolato ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis 3-plo breviore 1- superiore iisdem paulo minore 3-nervia; hermaphrodito mucronulato laevi. P. fallax. *Kunth.* En. II. 95. Brasil.

636. P. PTERIGODIUM. *Trin.* (Diss. II. 95.) Culmo tenui (plus minus pedali); vaginis ore barbatis; ligula ciliata; foliis involutis (3-pollicaribus) glabris; paniculae angustatae (1—2-pollicaris) radiis fere a basi compositis contractis; pedicellis spiculam plerumque aequantibus; spiculis parvis rotundato-oblongis obtusiusculis glabris; glumis flosculis 3—4-plo brevioribus subenerviis (inferiore obsolete 1-, superiore sub-3-nervia); hermaphrodito acutiusculo laevi. Otachyrium junceum *Nees* Agr. bras. 272. Brasil.

637. P. MACRANTHUM. *Trin.* (Diss. II. 209.) Culmo (decumbente?) simplici vel ramoso; vaginis glabris, ligula nulla; foliis sublanceolato-linearibus (4—7″ longis, 3—5‴ latis) glabris vel piloso-pubescentibus; paniculae patentis radiis verticillatis (infimis 5-nis) simplicibus superne floriferis; pedicellis spicula brevioribus; spiculis trilinealibus ovalibus acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculis 2—4-plo breviore 1—3- superiore iisdem parum minore 5-nervia; hermaphrodito acutiusculo pubescente. P. vaginatum *Nees* Agr. bras. 156. ♃ Brasil.

638. P. SCIUROTIS. *Trin.* (Diss. II. 228.) Culmo (pedali) ramosissimo ramis diffusis vaginisque glabris vel hirtis; foliis numerosis ovatis (1—2″ longis, ½—¾″ latis) hirtis; panicula (2—3-pollicari) subturbinata folio supremo involucrata; radiis a basi decompositis radiolisque patentibus; pedicellis spicula brevioribus vel eandem aequantibus; spiculis parvis obovato-ovalibus obtusiusculis vel acutiusculis glabris vel tenerrime pubescentibus; gluma inferiore flosculis 3-plo breviore 1- superiore 5-nervia; hermaphrodito mucronato brevi. ♃ Brasil.

639. P. CORDIFOLIUM. *Steud.* Culmo basi ramoso (pedali) pubescente; vaginis foliisque hirsutis, his cordato-amplexicaulibus ovato-oblongis acutiusculis margine undulatis (1″ longis, 5‴ latis) paniculae (2—3-pollicaris) primum erectae dein patentis rhachi communi longe pilosa, radiis capillaribus decompositis flexuosis; pedicellis spicula nunc longioribus nunc brevioribus; spiculis parvis obovato-oblongis basi subgibbis apice acutiusculis hirto-pubescentibus vel glabrescentibus; gluma inferiore spiculis 3—4-plo breviore, superiore flosculum subaequante 3-nervia, hermaphrodito obscure longitudinaliter striato. P. hirto *Lam.* videtur affine. In Paraguay legit beat. *Rengger.*

640. P. GUAYAQUILENSE. *Steud.* Culmo erecto (simplici?) foliato; vaginis striatis margine praesertim tenui pilosulis; ligula brevissima membranacea; foliis e basi subcordata lanceolatis acuminatis sparsim pilosis (3—4″ longis, 4‴ latis); panicula basi folii supremi vagina involucrata erecta (5-pollicari), radiis verticillatis strictis capillaribus subflexuosis fere a basi divisis in radiolos paucifloros, pedicellis (radiolis secundariis) plus minus elongatis, certe pluries superantibus spiculas minimas (vix ½‴ longis) ovatas subgibbas; gluma inferiore minutissima vel nulla, superiore et valvula neutra aequalibus 3—5-nerviis tegentibus hermaphroditum ovatum glabrum laevem. *Jameson* Hrbr. nr. 560. Guayaquil.

641. P. TRICHOPIPTUM. *Steud.* Culmo basi ramoso, subprocumbente adscendente saepius ad nodos glabros radicante (plus quam pedali) geniculato; vaginis margine piloso-ciliatis; foliis e basi amplexicauli-cordata ovato oblongis acutis (1—1½″ longis, ¾—1″ latis) margine scabris basi e tuberculis ciliatis; paniculae amplae (4—6″) lucidae radiis paniculato-divisis radiolis capillaribus paucifloris; pedicellis spicula solitaria longioribus; spiculis parvis subgibbis, gluma inferiore minuta vel nulla; superiore flosculum neutrum aequante trinervia glabra hermaphroditum laevem superante. P. diffusum *Salzm.* Panico hirto. *Lam.* affine. Bahia. Senegamb. Guadaloupe.

642. P. UMBELLATUM. *Trin.* (Diss. II. 238.) Culmo repente adscendente (1½ pedali) glabro; vaginis internodio duplo brevioribus altero margine tenuissime pubescentibus, ore barbatis; ligula brevissima ciliolata; foliis e basi subcordata lanceolatis acuminatis (vix 1″ longis, 1—2‴ latis) rigidulis patentissimis margine ciliatis; paniculae capillaris pilosae radiis subracemiformibus simpliciusculis vel paulo superius compositis subverticillatis sparsisque patulis; pedicellis spiculam plus minus aequantibus; spiculis sublinealibus ovalibus mucronulato-acutis glabris; gluma inferiore minima, superiore 3-nervia; hermaphrodito obtuso laevi. P. repens *Nees* Agr. bras. 171. vix *Lin.* P. serpens. *Kunth.* Ind. or. *Sieb.* hrb. Maurit. nr. 54. Ind. or. Ins. Maurit.

643. P. CHNOODES. *Trin.* (Icon. XXI. t. 247.) Culmo simplici (1½ pedali), superne cum vaginis foliis axique communi mollissime lanatis; ligula membranacea; foliis sublanceolato-linearibus rigidulis (7—8″ longis, 2—4‴ latis); paniculae (3—8-pollicaris) radiis superius compositis patentibus; radiolis contractiusculis vel patulis; pedicellis spiculam aequantibus vel paulo longioribus; spiculis linealibus oblongis obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis duplo breviore 3-superiore 5-nervia; hermaphrodito acuto laevi. Brasil.

644. P. PUNGENS. *Trin.* (Ic. XXI. t. 248.) Culmo simplici erecto (1½ pedali); vaginis infimis imbricatis, hiantibus, lanatis; ligula nulla; foliis linearibus coriaceis subconcavo-planis vel margine involutis (radicalibus 8—9″ longis, sensim minoribus, 2—3‴ latis) coriaceis strictis pungentibus glaucis; paniculae (palmaris) radiis superius compositis radiolisque patulis vel his contractiusculis; pedicellis spiculam aequantibus vel longioribus; spiculis linealibus oblongis acutiusculis vel obtusiusculis glabris; hermaphrodito quam neutrum paulo minore striatulo. Brasil.

645. P. LOREUM. *Trin.* (Ic. I. 246.) Culmis caespitosis erectis (simplicibus (2—4-pedalibus) basi vaginis radicalibus squamiformibus tectis; foliis linearibus (8—10″ longis, 1½—2‴ latis) planis vel subinvolutis coriaceis glabris; paniculae (8—9-pollicaris) capillaris radiis superius compositis radiolisque flexuosis patulis vel contractiusculis; pedicellis spicula longioribus; spiculis linealibus oblongis obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis duplo breviore 1—3-superiore 3—5-nervia; hermaphrodito acuto laevi. ♃ Brasil.

646. P. ACUMINATUM. *Swartz.* (Fl. ind. occ. 152.) Culmo decumbente ramosissimo (8—10-pollicari) ramisque brevibus confertis subfastigiatis erectis foliosissimis tomentoso-hirsutis; foliis brevibus (6—12‴ longis, 1—2‴ latis) lineari-lanceolatis strictis vaginisque villoso-pubescentibus; paniculae jubalis (subpollicaris) pauperculae radiis fere a basi compositis capillaribus (foliis plus minus obvallatis), radiolisque patentibus; pedicellis spicula paulo longioribus; spiculis linea brevioribus ovalibus obtusiusculis brevi-pilosis; gluma inferiore flosculis 3—4—5-plo breviore sub-3-superiore 9-nervia; hermaphrodito obtusiusculo laevi. Ind. occ. Jamaic.

647. P. MADAGASCARIENSE. *Spr.* (Syst. I. 317.) Culmo geniculato-adscendente erecto-ramoso (2-pedali); ligula ciliari; foliis linearibus strictiusculis compressis vel planis (4—6″ longis, 1—2‴ latis) vaginisque teretibus glabris; paniculae (8—10-pollicaris) radiis superne decompositis patentissimis, radiolis tenuissimis patulis; pedicellis spicula longioribus, spiculis sublinealibus elliptico-ovalibus

acutiusculis glabris (ex amethystino viridique variis); gluma inferiore minutissima, superiore 5-nervia; hermaphrodito acuto laevi. P. airoides. *Flüg.* Ins. Mascar.

648. P. HEBOTES. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 301.) Culmo tenui compresso ramuloso (1½—2-pedali) cum vaginis pubescente; ligula brevissima subciliari; foliis lanceolatis dissitis patentibus (3—5″ longis, 3—5‴ latis) glabris; paniculae (4—5-pollicaris) tenerae radiis pubescentibus a basi compositis radiolisque patentibus; pedicellis spicula paulo longioribus; spiculis vix linealibus ovalibus acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculis duplo breviore sub-3-superiore 7-nervia; hermaphrodito acuto laevi. Brasil.

649. P. PUBESCENS. *Michx.* (Fl. I. p. 49.) Culmo erecto simplici vel ramoso foliato molliter pubescente; nodis retrorsum hirsutis; ligula elongata barbata; foliis linearilanceolatis nervosis utrinque hirsutis ciliatis; paniculae parvae radiis flexuosis subsolitariis alternis pubescentibus divisis; spiculis subgloboso-ovatis, vel pyriformibus nervosis pubescentibus; gluma inferiore minuta. (Decript. sec. *Torrey* Fl. I. 144.) ♃ Am. sptr.

Hujus speciei diagnosis a *Trinio* (Mem. Petr. l. c. 302. squt. data tam vaga et notis vere diagnosticis destituta est, ut ad plures species referri possit; species 7 sequentes oculatissimo illo Graminum scrutatori sunt tantum superioris varietates, quibus tamen consentientibus *Torreyo*, *Neesio* et *Kunthio* specierum valorem servare naturae magis convenire videbatur.

650. P. ANGUSTIFOLIUM. *Ell.* (Bot. 129.) Culmo gracili flaccido ramoso foliisque lanceolato-linearibus cum vaginis glabris (vel pilosiusculis); ligula truncato-lacera ciliata; panicula contracta flexuosa; radiis a basi compositis; pedicellis (plerumque) spiculas superantibus; spiculis ellipticis obtusis glabris; gluma inferiore flosculis 3-plo breviore triangulari. P. nitidum γ gracile *Torr.* ♃ Am. sptr.

651. P. CONSANGUINEUM. *Kunth.* Culmo erecto subramoso uti tota planta villoso; foliis erectis planis rigidis; panicula pauciflora; floribus obovatis. P. villosum. *Ell.* Bot. 124. P. pubescens γ *Trin.* ♃ Am. sptr.

652. P. LANUGINOSUM. *Ell.* (l. c. 123.) Culmo ramoso foliisque angusto lanceolatis pubescentibus; vaginis collo villosis; panicula diffusa capillari; spiculis ovalibus parvulis. P. pubescens var. b. α *Trin.* ♃ Georgia. Am. sptr.

653. P. LAXIFLORUM. *Lam.* (Enc. IV. 748.) Culmo humili subsimplici; foliis lineari-lanceolatis planis inferioribus vaginisque lanatis, lana cinguloque ad basin vaginae reversa; ligula brevi truncato-lacera; panicula capillari erecta flexuosa; radiis a basi racematim divisis rhachique villosulis; gluma inferiore orbiculato-ovata 4-plo breviore. Idem ac praecedens. *Trin.* P. nitidum var. ciliatum. *Torr.* ⊙ Am. sptr.

654. P. HETEROPHYLLUM. *Bosc.* (*Nees* Agr. bras. 227.) Culmo simplici flaccido glabro; nodis vaginisque inferioribus pubescentibus; foliis inferioribus lanceolatis superioribus linearibus remotis holosericeo-pubescentibus, ligula angustissima; paniculae capillaris contractae radiis fasciculatim divisis; radiolis elongatis; spiculis ellipticis obtusis pubescentibus; gluma inferiore orbiculata spicula sextuplo breviore. P. pubescens var. b. β. *Trin.* l. c. Am. sptr.

655. P. ENSLINI. *Trin.* (*Nees* l. c.) Culmis simplicibus caespitosis strictis foliisque lanceolatis strictis glabris, his basi vaginisque margine villoso-ciliatis; paniculae contractae radiis a basi divisis subflexuosis subracemosis, radiolis elongatis: spiculis ultralinealibus ellipticis obtusis villosulis; gluma inferiore ovata flosculis 3-plo breviore. P. pubescens var. α. a. *Trin.* l. c. Am. sptr.

656. P. LEUCOBLEPHARUM. *Trin.* (*Nees* l. c. 229.) Culmo erecto cum nodis foliisque lanceolato-acuminatis rigidulis glabris his basi amplectentibus margineque basin versus e granulis ciliatis; ligula nulla; paniculae capillaris flexuosae pilosae patulae radiis a basi fasciculatim divisis; spiculis suborbiculatis vix linealibus plano convexis laevibus glabris; gluma inferiore suborbiculata flosculo 3-plo breviore. P. nitidum d. pilosum. *Torr.* P. pauciflorum. *Ell?* sec. *Gray.* Am. sptr.

657. P. XALAPENSE. *H. B.* (N. gen. I. 103.) Culmo erecto (subpedali) ramoso glabro, nodis lanatis; foliis linearibus acuminatis utrinque pilosis margine ciliato-scabris; vaginis hirsuto-pilosis; panicula ramosa divaricata (bipollicari), ramis patentibus alternis pilosis; spiculis ovatis obtusis pilosis; gluma inferiore minima, superiore oblongo-elliptica obtusa uti valvula neutra, hermaphrodito oblongo glabro. ♃ Mexico.

658. P. ACUTATUM. *Steud.* Culmo basi ramoso, subgeniculato teretiusculo tenuissime (sub lente valida) pubescente, vaginis striatis margine ciliatis ligula brevimembranacea ciliata; foliis lanceolatis stricto erectis subpungenti acuminatis (1—2″ longis, medio 1—1½‴ latis) striatis glabris; paniculae simplicis parvae (vix ultra pollicaris) radiis teretibus flexuosis paucifloris; spiculis turgidulo ovatis acutiusculis; glumis pubescentibus inferiore spiculam dimidiam-superiore flosculum neutrum aequante, his 5—7-nerviis, hermaphrodito glabro nitido longitudinaliter tenuissime (sub lente valida) striato. *Urville* legit prope Conception. Chili.

659. P. NITIDUM. *Lam.* (Enc. IV. 749.) Culmo tenui erecto foliifero-ramoso (pedali et ultra); ligula brevissima lacera; foliis (lineari-) lanceolatis (1½—3″ longis inferioribus brevioribus saepe ovato-lanceolatis); paniculae lucidae (2—3-pollicaris) radiis fere a basi parum compositis radiolisque (plus minus) patentibus; pedicellis spicula longioribus; spiculis (sub-) linealibus elliptico-ovatis obtusiusculis glabris (plerumque purpurascentibus); gluma inferiore flosculis subtriplo breviore 1-superiore 7-nervia; hermaphrodito obtusiusculo laevi vel tenerrime striatulo. P. lancearium. *Trin.* var. spiculis majoribus. (Sec. *Trin.* nec *Michx.* nec *Torr.* nec *Nees.*) Am. sptr.

660. P. VERRUCOSUM. *Mhlbrg.* (Decr. uber. p. 113.) Culmo debili simplici aut ramuloso; vaginis teretiusculis internodio dimidio brevioribus; ligula brevissima ciliari; foliis sublanceolato-linearibus (2—3″ longis, 1½‴ latis) glabris; paniculae (3—8-pollicaris) lucidae radiis subcapillaribus paulo superius compositis, radiolis contractiusculis; pedicellis spiculam aequantibus vel paulo longioribus; spiculis parvis ovalibus acutis verrucosulis (subfuscescendo-viridibus); glumis obsolete nervosis vel enerviis, inferiore flosculis 4-plo breviore; hermaphrodito mucronato acuto laevi. Am. sptr.

661. P. CHAMAELONCHE. *Trin.* (diss. II. 342.) Culmo tenuissimo (digitali) inferne erecto-ramoso; foliis linearilanceolatis (½″ longis, 1‴ latis) strictiusculis; panicula tenera folium ipsam aequante involucrata (semi-pollicari); radiis a basi parum compositis radiolisque simplicibus pusillis ovalibus obtusiusculis glabris; gluma inpatulis; pedicellis spicula plerumque longioribus; spiculis feriore flosculis sub-3-plo breviore 1-superore 5-nervia; hermaphrodito mucronulato laevi. Am. sptr.

662. P. NODIFLORUM. *Lam.* (Enc. IV. 744.) Culmo subfiliformi ramosissimo (8—12-pollicari); ramis floriferis; foliis numerosis (½—1″ longis, ½—1‴ latis) linearilanceolatis pubescentibus; ligula longe barbata; paniculae radiis a basi decompositis radiolisque patulis; pedicellis spicula multo longioribus; spiculis pusillis oblongis acutiusculis pubescentibus; gluma inferiore flosculis subtriplo breviore enervia superiore 5-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. P. ramulosum *Michx.* P. pauciflorum *Ell?* Am. sptr.

663. P. BARBATULUM. *Michx.* (Fl. am. I. 49.) Parvulum; culmo gracili subramoso; nodis annulatim barbatis; foliis lanceolato-linearibus nitidule glabris, ad collum spar-

sim pilosis; panicula parva capillari composite ramosa; floribus brevi ovatis. Praecedentis var? (A variis Autoribus ad varias species relatam plantulam intactam servare rectius ducimus, quam dubia augere.) Am. sptr.

664. P. IGNORATUM. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 20.) Culmo erecto (2-pedali) simplici glabro; ligula ciliari; foliis anguste linearibus (10—12″ longis, ½‴ latis) glabris; paniculae (4—6-pollicaris) radiis a basi compositis radiolisque contractiusculis; pedicellis spicula longioribus; spiculis 1½ linealibus obovato-ellipticis obtusiusculis sericeo-pubescentibus; gluma inferiore nulla, superiore paleaque inferiore flosculi masculi aequalibus 5-nerviis; hermaphrodito acutiusculo apice ciliatulo. Antenanthia villosa. *Beauv.* Agr. t. X. f. 7. Aulaxanthus ciliatus. *Ell.* Bot. I. 102. Carolina.

665. P. RUFUM. *Kunth.* (Gram. I. 35.) Culmo erecto; foliis glaberrimis; panicula majuscula subadpressa villis calycis rufis. Aulaxanthus rufus. *Ell.* l. c. Praecedentis var? Am. sptr.

666. P. MONACHNE. *Trin.* (*Spr.* Entd. II. 86.) Culmo ramoso (ultra pedali); vaginis glabris; ligula ciliari; foliis linearibus subinvolutis firmis (7—9-pollicaribus) glabris; paniculae strictiusculae (8-pollicaris) radiis superius decompositis radiolisque capillaribus patentibus; pedicellis spicula longioribus; spiculis linealibus ovalibus obtusiusculis glabris; gluma inferiore minutissima vel nulla, superiore enervia; hermaphrodito acuto laevi. Ins. Mascar.

667. P. POLYCOMUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 306.) Culmis caespitosis (8—10-pollicaribus) erectis filiformibus longe florifero-ramosis; vaginis hirsutis rarius glabris; foliis sublanceolato-linearibus (6—8‴ longis ½‴ latis) hirsutis vel demum glabris; paniculae (1½-pollicaris) tenerae radiis fere a basi compositis radiolisque patentibus; pedicellis spicula (multo) longioribus; spiculis pusillis obovatis mucronulato-obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis 2—3-plo breviore, superiore iisdem paulo breviore 7-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. Guiana.

668. P. RADICANS. *Retz.* (Obs. IV. 18.) Culmo basi procumbente radicante sursum erecto florifero-ramoso (pedali); vaginis ad margines longe pilosis; ligula membranacea brevi; foliis lanceolatis (1½—3″ longis, 3—4‴ latis) pubescentibus, basin versus e glandulis longe ciliatis, demum saepe glabratis; paniculae (semipedalis) lucidissimae radiis superius decompositis basi callosis cum radiolis capillaribus et patentibus; pedicellis spicula longioribus; spiculis minimis subrotundis (hinc gibbis) obtusiusculis glabris; glumis 3-nerviis, inferiore flosculis subdimidio superiore iisdem quartam partem breviore; hermaphrodito subadunco-mucronato laevi. P. gibbum. *Steud.* in litt. Hrbr. *Cuming* nr. 493. P. accrescens *Trin.* Ic. VIII. t. 88. Ind. or. Ins. Philip. Guiana.

669. P. DIFFORME. *Roth.* (N. pl. sp. 52.) Culmo filiformi ramoso; foliis lanceolatis punctato pellucidis utrinque pilis sparsis subadpressis, basi cum vaginis ciliatis; panicula capillari contracta subnutante; pedicellis (brevibus) subfasciculatis; spiculis obovatis obtusissimis pilosis, hinc ventricosis; gluma interiore obovata obtusissima naviculari; hermaphrodito glaberrimo. Ind. or.

670. P. ACROANTHUM. *Steud.* Culmo basi radicante tunc erecto simplici vel ramoso geniculato glaberrimo (plus minus bipedali); vaginis multistriatis, ad margines tenuissime pectinato-ciliatis; internodio brevioribus; ligula membranacea brevi lacera; foliis lanceolato-linearibus nervosis (nervo medio elatiore) glabris margine scabris (3—5″ longis, vix ultra 4‴ latis); panicula laxissima patente; radiis solitariis laxe paniculatis, radiolis capillaribus strictis apicem versus bis raro ter bifloris, flosculo altero subsessili vel brevius-altero longius pedicellato; spiculis parvis (½ linealibus) gluma inferiore flosculo triplo breviore, superiore eum aequante 3-raro 5-nervia hermaphrodito ovato laevi. Hrbr. Mus. Lugd. Batav. (sub. Milium globosum. *Thunb.* quod non est.) Japonia.

Adsunt specimina panicula (morbosa?) diversa, nempe contracta, basi vaginae infimae inclusa; spiculis lanceolatis, flore hermaphrodito obsoleto, faciem Vilfae aemulantia, sed certe cassu quodam in evolutione retenta. Genuina planta Panico bisulcato *Thunb.* est proxima, sed vix eadem.

671. P. COMMELINAEFOLIUM. *Rudge* (Guian. t. 28.) Culmo toto vaginato (2—3-pedali); vaginis glabris vel superne ciliatis; foliis e basi cordata lanceolatis (4″ longis, 4—7‴ latis) praesertim subtus tenerrime pubescentibus; paniculae (pedalis et ultra) diffusissimae radiis a basi decompositis radiolisque patentissimis; pedicellis spicula multo longioribus; spiculis pusillis obovato-ovalibus acutiusculis glabris; glumainferiore minima, superiore 3—5-nervia; hermaphrodito acutiusculo tenerrime striatulo. Guiana. Brasil.

672. P. CHAETOPHORUM. *R. S.* Culmo repente ramis adscendenti-erectis tenuibus; nodis barbatulis; foliis lanceolatis (2—4″ longis, 3—4‴ latis) glabris basi cum vaginis superne ciliatis; paniculae (7—9-pollicaris subtilissimae radiis superius parce compositis radiolisque subsimplicibus longissime capilliferis patentibus; pedicellis spicula multo longioribus; spiculis subminimis turbinato-subrotundis superne hirsutis; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 3-superiore iisdem paulo breviore 2-nervia; hermaphrodito (gibbo) oblique mucronato punctulato. P. setigerum *Beauv.* Fl. d'Owar. t. 49. Agr. t. X. fig. 3. Oware.

673. P. SICCANEUM. *Trin.* (Linn. X. 298.) Foliis convoluto-compressis angustissimis glabris; radiis paniculae brevissimis simplicissimis 1—3-floris alternis patentissimis (teretibus an angulosis?); pedicellis spicula sublongioribus; spiculis minimis ovalibus mucronulato-acutissimis pilosulis; gluma inferiore flosculis plus duplo breviore, uni-superiore 5-nervia; hermaphrodito subadunco-mucronulato. Fluv. Amazon.

674. P. TRUNCATUM. *Nees.* (Agr. bras. 215.) Culmo simplici erecto (2—3-pedali) firmo ad apicem fere vaginis tecto; nodis hirsutis; vaginis scabris margine subtiliter ciliolatis, ore truncatis barbatis; ligula brevi truncata pilosa; foliis linearibus elongatis (pede longioribus vix lineam latis (4‴ latis *Nees* mpt.) acutis demum complicato-filiformibus scabris; paniculae (4—8-pollicaris) radiis flexuosis tenuibus suboppositis alternisve (purpurascentibus); radiolis inferioribus 3—4-superioribus 1—2-floris; pedicellis spicula longioribus; spiculis ultra linealibus ovatis subcordatis; glumis aequalibus obtusissimis flosculo 2—3-plo brevioribus glabris apice barbatulis, inferiore 3-superiore duplo latiore 5-nervia; hermaphrodito acuto laevi. Otachyrium truncatum. *Nees* mpt. ♃ Brasil.

675. P. DREGEANUM. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 42.) Culmo simplici erecto (1½—2-pedali); nodis substrigillosis; vaginis praesertim ad margines pilosis et ciliatis ore barba strigosa cinctis; foliis angustis attenuatis convolutis rigidis pilosis et ciliatis; paniculae capillaris oblongo-lanceolatae densae radiis subadpressis usque ad basin divisis subverticillatis, radiolis pedicellisque tenuissimis unifloris flexuosis glabris; spiculis vix ultralinealibus ovatis acutis glabris (flavescentibus apice purpureis); glumis 7-nerviis inferiore flosculo dimidio breviore carinata ad carinam scabra; hermaphrodito quam masculus bivalvis breviore laevi. Afr. austr.

676. P. ECKLONII. *Nees.* (l. c. 43.) Culmo erecto simplici (½ pedali); foliis planis vaginisque tuberculatis hirsutis; paniculae erectae radiis alternis gracilibus a basi fere divisis glabriusculis; spiculis ovalibus linealibus glabris (viridi-purpurascentibus); gluma inferiore flosculo 3—4-plo breviore oblique truncata cum superiore eodem ¼ breviore et valvula neutrius praemorso-dentatis; hermaphrodito mucronulato laevi. ♃ Afr. austr.

b. *Gluma inferiore quam dimidia spicula longiore.*
α. Radiis subangulosis. §. 24.

677. P. NATALENSE. *Hochst.* (Flora 1846. p. 113.) Radice caespitifera; culmo erecto glabro (1—1½-pedali), vaginis striatis foliisque glaberrimis, his culmum subaequantibus (vel brevioribus) convoluto-setaceis rigidis; paniculae ovato-lanceolatae (spithameae vel brevioris) radiis alternis, radiolis pedicellisque flexuosis glabris; spiculis subrotundo-ovatis acutis (vix linealibus) glaberrimis; glumis parum inaequalibus, inferiore spicula parum breviore ovata 5-nervia, superiore spiculam subaequante valde concava 5—7-nervia; flosculo inferiore masculo bivalvi diandro, valvula inferiore glumae superiori simili 5—7-nervia; superiore pellucida binervia; flosculo hermaphrodito acuto candido laevi. Port Natal. Afr. austr.

678. P. TRINII. *Kunth.* Culmo erecto (ultrapedali) simplici, nodis pubescentibus, vaginis sulcato striatis radicalibus sericeo-pubescentibus superioribus margine pubescentibus; foliis sublanceolato-linearibus (6—10″ longis, 4—6‴ latis) margine saepe involutis rigidis glabris; thyrsi cylindracei (3—4″ alti, 3—4‴ lati) radiis a basi compositis densis contractis, pedicellisque brevissimis; spiculis bilinealibus ovalibus acutiusculis pilis adspersis; gluma inferiore flosculis parum breviore 3—5-superiore 5-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi apice saepe obsolete barbulato. P. rigidifolium. *Trin.* ic. XVIII. t. 214. Brasil.

679. P. TURGIDUM. *Forsk.* Totum glaucescens; culmo basi decumbente ramosissimo subcoriaceo, ad ramificatiores turgido vaginis amplis confertis plerumque efoliatis squamaeformibus amplis obvallato, ligula obsoleta ciliari; foliis involutis abbreviatis (2—3″ longis vix 1‴ latis); paniculae (2—3-pollicaris) radiis a basi compositis alternis radiolisque erecto-patulis; pedicellis spicula brevioribus vel longioribus; spiculis sesquilinealibus ovalibus vel oblongis acutiusculis glabris; glumis flosculos aequantibus valvulisque flosculi neutrius 5—9-nerviis; hermaphrodito quam masculum paulo minore apice subadunco laevi. ♃ ♄ *Trin.* Ic. XIX. t. 227. Aegyptus. Arab. Abyssin.

680. P. NUBICUM. *Steud.* Culmo erecto (3—4-pedali) ramoso; vaginis longis herbaceis apice longe barbatis; ligula membranacea barbata; foliis planis elongatis (pedalibus 2—4‴ latis) lineari-lanceolatis acuminatis; paniculae elongatae (6—9-pollicaris) radiis fere a basi compositis patulis; pedicellis spicula brevioribus et longioribus; spiculis sesquilinealibus ovalibus vel oblongis acutiusculis glabris; glumis flosculos aequantibus valvalisque flosculi masculi 5—9-nerviis, hermaphrodito quam masculum paulo minore obtusiusculo laevi. P. turgidum. *Hochst.* hrb. un. it. Nub. nr. 29. Praecedenti simile ejusque forsam var. sed habitu et notis allatis facile dignoscitur. ♃ Nubia.

681. P. MESOCOMUM. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 34.) Culmo sarmentoso ramoso geniculato elongato; vaginis glabris ore ligulaque ciliatis; foliis convolutis brevibus (a ¼ usque 2″ longis, vix 1‴ latis) distantibus glabris; racemi compositi contracti radiis internodia aequantibus; pedicellis alternis spicula brevioribus; spiculis ovatis subtrilinealibus; glumis aequalibus, superiore flosculique masculi valvula inferiore in medio fastigiato villosis; hermaphrodito laevi. ♃ Afr. austr.

682. P. RACEMOSUM. *Spr.* (Syst. V. I. p. 313.) Culmo basi repente simplici (subpedali); vaginis villis deorsum versis villosis; ligula ciliari; foliis involutis subdistichis rigidulis (5—9″ longis); racemi compositi radiis simpliciusculis alternis contractis; pedicellis brevissimis vel brevibus; spiculis ultra bilinealibus oblongis obtusis tomentoso-villosis (turgidis); gluma inferiore flosculis circiter ¼ breviore 7—9-superiore 13-nervia; flosculi masculi valvula inferiore glumis simillima 11-nervia; hermaphrodito acuto laevi. P. reptans *Kunth.* rev. Gram. t. 21. Monachne racemosa. *Beauv.* Agr. t. X. f. 10. Brasil.

683. P. DEMISSUM. *Trin.* (Ic. XXVII. t. 319.) Culmo decumbente (spithamineo) diffuse ramoso pubescenti-villoso tecto vaginis subcarinatis hirtis; ligula ciliari; foliis e basi subovata lineari-lanceolatis (1—2″ longis, 2—3‴ latis) patentibus firmis glabris vel ciliatis; paniculae (2-pollicaris) radiis a basi compositis patentibus radiolisque et axi hirto-pubescentibus; pedicellis brevissimis; spiculis linealibus ovalibus obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis ⅓ breviore 5-superiore 7—9-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. Variat: culmo altiore, panicula latiore, foliis undique pubescentibus, et: culmo breviore decumbente, paniculis angustis paucifloris; foliis glabriusculis basi ciliato-barbatis. *Nees.* Brasil.

684. P. INCOMTUM. *Trin.* (Ic. XX. t. 232.) Culmo (sub bipedali) infra paniculam pubescente; vaginis glabris apice pubescentibus; ligula ciliari; foliis lato-linearibus (8—9″ longis, 6‴ latis) glabris; paniculae densiusculae (7—9-pollicaris) radiis a basi decompositis radiolisque patentibus; pedicellis spicula brevioribus; spiculis linea brevioribus ovalibus obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculis ⅓ breviore 3-superiore 5-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. Ins. Manill.

685. P. TRINERVE. *Trin.* (Ic. XIX. t. 226.) Culmo gracili simplici (3-pedali); vaginis glabris; ligula membranacea lineali; foliis linearibus erectis rigidulis asperiusculis (subpedalibus, 2‴ latis); paniculae (7—9-pollicaris) radiis superius decompositis radiolisque patulis; pedicellis spicula plerumque brevioribus; spiculis linea majoribus ovalibus acutiusculis glabris; glumis 3-nerviis inaequalibus inferiore flosculis ⅓, superiore parum breviore; hermaphrodito quam neutrum bivalve sublongiore acutiusculo laevi. Brasil.

686. P. RAMOSISSIMUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 312.) Culmo decumbente dense et contracto-ramosissimo; ramis (pedalibus) iterum ramosissimis foliosissimis glabris vel pube rara adspersis; foliis lanceolato-linearibus (1—2″ et ultra longis, 1—2‴ latis); jubis numerosis (1½—3-pollicaribus) e vagina ramorum suprema; radiis a basi compositis pubescentibus patentibus vel demum reflexis; radiolis contractiusculis vel patulis; pedicellis brevibus vel spiculam aequantibus; spiculis sublinealibus ovalibus acutiusculis glabris; gluma inferiore flosculo ⅓ breviore 3—5-superiore 7—9-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. P. parvifolium γ 2. *Nees* Agr. bras. 225. ♃ Brasil.

687. P. POLYGONOIDES. *Lam.* (Enc. IV. 752.) Culmo basi radicante adscendente (5—10-pollicari) dichotomo-ramoso; foliis e basi amplexicauli-cordata oblongo-lanceolatis (¾—⁵/₄″ longis, 2—3‴ latis) striatis margine subserrulato-plicatis pilosis demum glabrescentibus; vaginis (praesertim superioribus) piloso-villosis; ligula membranacea ciliata; panicula patente lucida glabra, radiis capillaribus sparsifloris; pedicellis spicula ovata obtusiuscula ½ lineali glabra plus minus longioribus; gluma inferiore flosculo ⅓ breviore 3—5-superiore 7-nervia, nervis obscuris; hermaphrodito laevi. An prioris var? (sec. spec. a *Leprieur* lecto in) Cayenne.

688. P. PARVIFOLIUM. *Lam.* (Enc. IV. 752.) Culmis oblique- vel decumbenti-adscendentibus tenuibus (4—18-pollicaribus) simplicibus vel ramosis; vaginis glabris vel margine pilosis; ligula ciliari; foliis numerosis e basi sub cordata lanceolatis (5—9—12‴ longis, 1—3‴ latis) glabris vel pubescentibus; jubae (½—1½-pollicaris) ovatae lucidissimae radiis a basi compositis radiolisque patentibus; pedicellis spiculam plerumque aequantibus; spiculis parvis vel subminimis oblongis obtusiusculis glabris; gluma inferiore flosculo ⅓ breviore 3-superiore 5-nervia; hermaphrodito acutiusculo laevi. ♃ Brasil.

689. P. MALACCENSE. *Trin.* (Diss. II. 204.) Culmo repente ramoso (vix 3—4-pollicari); vaginis (basi) hirsutis; foliis cordato-ovatis numerosis (3—5‴ longis, 3—4‴ latis) glabris; paniculae (semipollicaris) ovatae radiis a basi com-

positis radiolisque patentibus; pedicellis spiculam subaequantibus; spiculis pusillis ovalibus acutiusculis pubescentibus, gluma inferiore flosculis paulo breviore 3-superiore sub-5-nervia; hermaphrodito quam neuter univalvis paulo minore obtusiusculo laevi. Ind. or.

690. P. CALVESCENS. *Nees.* (Agr. bras. p. 189.) Culmo basi radicante gracili ramuloso (1—2-pedali) juniore villoso; ligula brevi ciliolata; foliis sublineari-lanceolatis (6—7″ longis, 5—6‴ latis) junioribus vaginisque margine villosis; paniculae (7—9-pollicaris) radiis a basi decompositis fasciculato-verticillatis radiolisque patentibus; pedicellis spicula paulo longioribus; spiculis ultralinealibus elliptico-ovalibus obtusis glabris; gluma inferiore flosculis vix breviore 3-superiore 5-nervia; hermaphrodito quam neuter parum minore obtuso laevi. Variat: vaginis foliisque holosericeo pubescentibus, spiculis paulo majoribus. Brasil.

691. P. RUPESTRE. *Trin.* (Icon. XX. t. 239.) Culmo erecto stricto simplici aut contracto-ramoso (1—1½-pedali); vaginis teretibus glabris rarius pilosis; ligula brevissima membranacea glabra vel ciliari; foliis subuliformi involutis erectis subpungentibus (2—4″ longis) glabris vel pubescentibus; paniculae ovatae (palmaris) radiis (fere) a basi barbata compositis radiolisque capillaribus patentibus; pedicellis spicula (multo) longioribus; spiculis linealibus oblongis obtusiusculis pubescentibus; gluma inferiore flosculis ¼—⅓ breviore 3-vel uti superiore 5-nervia; hermaphrodito acuto laevi. ♃ Brasil.

692. P. GLUTINOSUM. *Swartz.* (Fl. ind. occ. 174.) Culmo subsimplici (3—6-pedali) nodisque glabro; foliis e basi lanceolatis (9—12″ longis, 1″ latis) glabris; paniculae (pedalis) lucidissimae radiis compresso-teretiusculis superne compositis basi brevi barbatis radiolisque tenuissimis (2—3-floris) patentibus; pedicellis spiculis (multo) longioribus; spiculis subultra linealibus obovatis obtusiusculis glutinosis; gluma inferiore flosculis vix breviore 5-superiore 7—9-nervia; hermaphrodito obtuso laevi apice obsolete pubescente. P. fuscum *Sieb.* fl. mart. nr. 29. P. divaricatum *Jacq.* sec. *Tausch* Flora 1837. 98. sec. *Presl.* Bot. Bmrkg. I. 20. Brasil.

693. P. FLUVIICOLA. *Steud.* Radice valida fibrosa subcaespitifera; culmo geniculato undique cum tota planta glaberrimo (2-pedali et ultra) foliato; foliis angustis elongatis (4—8″ longis, basi vix 1‴ longis) convolutis (in siccis circinnato curvatis) ligula setulosa; panicula composita ampliuscula (6—8-pollicari) ovata: radiis verticillatis divisis patulae erectis, radiolis capillaribus, pedicellis spicula longioribus; gluma inferiore flosculis ⅓ breviore, superiore eos subaequante utraque subenervia; hermaphroditi valvula inferiore subrostrata, superiore glaberrima. ♃ Ad fluvium Gabon legit *Jardin* in Guinea.

β. Radiis teretibus. §. 25.

694. P. PROCURRENS. *Nees.* (Agr. bras. 130.) Culmo prostrato tenui inferne ramoso (subpedali); vaginis e glandulis pilosis; ligula ciliari; foliis sublanceolato-linearibus (1½—2″ longis, 2‴ latis) margine cartilagineis vaginisque villosis; paniculae (1½—2 pollicaris) axi communi villosa; radiis medio brevi et contracto compositis apice unifloris tenuissimis patulis; pedicellis brevissimis; spiculis 1½ linealibus ovalibus acutiusculis; gluma inferiore flosculis ⅓ breviore 3-superiore 5-nervia; utraque plus minus dense et longe hirsuta; hermaphrodito quam neutrum bivalve breviore obtusiusculo laevi. ♃ Brasil.

695. P. TRISTACHYOIDES. *Trin.* (Act. Petr. 1838. supl. 107.) Culmo tereti glabro (bipedali?) vaginis supremis glabris; ligula brevissima ciliari; paniculae secundae (4—6-pollicaris) axi tenui glabro; radiis (superioribus solitariis) inferioribus semiverticillatis sub medium contractiusculo-compositis; radiolis apice 2—3-floris pedicellisque brevibus hirsutis; spiculis 3-linealibus ovato-lanceolatis acutis ad nervos rigido-hirsutis; gluma inferiore flosculis ⅓ breviore 3- superiore sub-5-nervia; hermaphrodito neutro paulo minore acuto laevi. Sierra Leona.

696. P. HIRTUM. *Lam.* (Enc. IV. 741.) Culmo basi repente, ramoso (½—1-pedali); nodis barbatis; vaginis pilosis; ligula ciliari; foliis (1—2″ longis, 5—6‴ latis) cordato-lanceolatis; paniculae (7—12-pollicaris) lucidae radiis simpliciusculis vel basi subcompositis patentibus; pedicellis spicula plerumque longioribus; spiculis minimis (superne gibbo-) ovalibus acutiusculis hirsutis (cernuis); glumis flosculos aequantibus inferiore 3-superiore 7-nervia; hermaphrodito (quam neuter bivalvis paulo minore) apice adunco laevi. *Kunth.* Rev. Gram. t. 24. ⊙ Brasil.

697. P. LITIGOSUM. *Steud.* Caule ramoso ad nodos basi radicante, ramis geniculatis erectis fere totis vaginis margine ciliatis caeterum glabris tectis (sine panicula 4—7-pollicaribus); ligula vix ulla; foliis basi rotundata arcte amplexicaulibus ibique ciliatis cordatis ovatis, oblongis vel oblongo-lanceolatis, multinerviis inter nervos saepe striis clavatis notatis hincque rugulosis caeterum in lamina ipsa glabris (1—2″ longis, 4—8‴ latis) apice acutis; nodis ramorum nigris vix pubescentibus; panicula terminali erecta (6-pollicari) lucida; radiis fasciculatis, oppositis vel solitariis capillaribus erecto-patentibus flexuosis paucispiculatis; pedicellis spicula longioribus apice unifloris; spiculis minimis ovalibus plus minus gibbis erectis glabris acutiusculis; glumis flosculos aequantibus nitidule viridibus (levissime aeneo-nitentibus) 3—5-nerviis, hermaphrodito laevissimo. Praecedenti satis similis sed uti videtur specie pluribus notis diversa. P. diffusum *Salzm.* ex parte non *Swartz.* Bahia.

698. P. DIFFUSULUM. *Salzm.* Radice fibrosa tenui; culmo depresso ramoso cum ramis, nodis vaginis, foliis axibusque panicularum patenti pilosis; foliis e basi amplexicauli cordata ovatis vel oblongo ovatis tenuibus subpellucidis acutiusculis multinerviis (½—1″ longis, 3—5‴ latis); paniculis terminalibus et axillaribus paucifloris; radiis alternis brevibus diffusis, pedicellis longioribus vel brevioribus spiculis parvis ovatis obtusis puberulis; gluma inferiore minima, superiore et valvula neutra subaequalibus vix nervosis; hermaphrodito laevissimo. Praecedenti simillimum sed vix var. Bahia.

699. P. TUMESCENS. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 316.) Culmo patulo-ramoso (1½—2-pedali); vaginis lanceolato-ampliatis (medio tumescentibus) carinato-compressis glabris vel margine ciliolatis; foliis compressis e basi cordata latiusculo-linearibus (4—8″ longis, 3—4‴ latis) margine ciliatis; paniculae lucidulae (3—4-pollicaris spadiceo-fuscescentis) radiis fere a basi compositis radiolisque patulis vel his contractis; pedicellis spiculam aequantibus vel paulo longioribus; spiculis 4-linealibus lanceolato-ovalibus acutiusculis villoso marginatis; glumis flosculos aequantibus (utraque vel superiore sola circumcirca ad nervum marginalem subamethystino-villosa), inferiore latiore 7—9- superiore 5-nervia; masculo bivalvi, valvula inferiore villoso-marginata; hermaphrodito acuto laevi. Brasil.

700. P. RENGGERI. *Steud.* Culmo prolifero-ramoso diffuso, rigido (pluri-bipedali), tecto vaginis striatis ore nodisque plus minus pilosis; ligula vix ulla; foliis lanceolatis (1—2″ longis, 1—4‴ latis) basi soluta subcordato-auriculatis glabris; paniculae ovatae laxae rariflorae radiis flexuosis glabris pedicellis inaequalibus flosculos subaequantibus vel superantibus; spiculis bilinealibus ovato-lanceolatis glabris; glumis aequalibus ovato-oblongis herbaceis (5—7-nerviis apice acumine brevi obtusiusculo subrecurvis, valvula neutra omnino simili; hermaphrodito laevi obtusiusculo mucronulato glumis breviore. Paraguay. Bahia.

701. P. ARNACITES. *Trin.* (Ic. XXVII. t. 317.) Culmo erecto tenuissimo simplici (ultrapedali); nodis barbatis; vaginis radicalibus squamaeformibus, culmeis pilosis; ligula

ciliari utrinque membranaceo-aurita; foliis angustissimis canaliculato-subinvolutis erectis rigidulis (spithamineis, superioribus brevissimis) inferioribus pilosis; paniculae lucidae (2—3-pollicaris) radiis simpliciusculis vel a basi parce compositis alternis contorto-patentibus; pedicellis spicula longioribus; spiculis bilinealibus ellipticis obtusis lanatis; gluma inferiore flosculis $^1/_3$ breviore 3—5- superiore 5-nervia; hermaphrodito acuto (saepe adunco-mucronulato laevi). Brasil.

702. P. AURICOMUM. *Nees.* (Agr. bras. 221.) Culmo (pedali) tenui in medio ramoso ramis adpressis dense foliosis; nodis glabris; vaginis compressiusculis glabris; foliis angustissime linearibus acuminatis (inaequalibus $^1/_2$—2″ longis) superne glaucescentibus glabris; ligula brevi villis cincta; paniculae (1—1$^1/_2$-pollicaris) radiis capillaribus superius subdecompositis radiolisque patulis; pedicellis spicula longioribus; spiculis minimis ellipticis acutiusculis hirtulo-pubescentibus; gluma inferiore flosculis $^1/_4$ breviore 3- superiore 5-nervia; hermaphrodito mucronato laevi. ♃ Brasil.

703. P. KAPPLERI. *Steud.* Culmo basi ramosissimo; ramis adscendentibus (florentibus $^1/_2$—pedalibus) cum nodis vaginisque glabris; ligula membranacea obtusa; foliis lanceolatis fere pungenti acuminatis (1″ longis, 1‴ latis) glaucescentibus patenti-pilosis margine scabris; panicula capillari patente, radiis solitariis in axillis pilosis caeterum glabris, alternis vel sparsis, radiolis paucifloris in pedicellos spicula multoties longiores divisis unifloris; spiculis minutissimis glabris subgibbis; gluma inferiore spiculam dimidiam plus minus aequante, superiore cum flosculo neutro — quo parum brevior — 5-nervia; hermaphrodito laevi. P. micranthum. *Hochst.* Hrbr. Surin. *Kappl.* nr. 477. vix *H. B.* Surinam.

704. P. SUBULATUM. *Spr.* (I. 319. *Kunth.* Gram. t. 167.) Culmo adscendente (1$^1/_2$-pedali) plus minus ramoso, ramis contractis subfastigiatis floriferis; vaginis glabris; ligula margo angustissimus; foliis copiosis nunc setaceo-involutis nunc planis linearibus (1—2$^1/_2$″ longis, 1—1$^1/_2$‴ latis); paniculae tenerae lucidae (1—1$^1/_2$—3-pollicaris) radiis nunc simplicibus nunc a basi compositis vel decompositis alternis vel sparsis; pedicellis spicula longioribus; spiculis parvis subrotundo-ovalibus obtusis glabris puberulis; gluma inferiore flosculis $^1/_3$ breviore 3- superiore 5-nervia; hermaphrodito subadunco laevi. P. stenocludium *Trin.* Ic. XX. t. 240. P. setifolium et distichophyllum *Nees.* ♃ Brasil.

705. P. HOCHSTETTERI. *Steud.* Culmo erecto simplici vel supra basin ramoso glabro gracili; ligula membrana hyalina minima fugax; foliis lineari lanceolatis (1—3″ longis, 1—3‴ latis) margine scabris junioribus cum vaginis sparsim pilosis; paniculae ovatae (1—1$^1/_2$-pollicaris) radiis flexuosis glabris laevibus, pedicellis spicula longioribus; spiculis ovatis (sparsim) patenti-pilosis viridi- et purpureo-variis; gluma inferiore spicula dimidia longiore ovata acuta 3-superiore et valvula mascula oblongis acutis 5-nerviis; hermaphrodito his breviore laevi obtusiusculo. P. patens. *Hochst.* Hrbr. un. it. Abyss. nr. 115. (vix *Lin.*) P. trichanthum. *Rich.* Fl. Abyss. II. 375. ⊙ Abyssin.

707. P. CYANESCENS. *Nees.* Radice repente; culmis erectis (pedalibus et ultra) subramosis nodisque glabris, vaginis internodio longioribus glabris margine nudis; ligula brevi ciliata; foliis lanceolato linearibus (1—3$^1/_2$″ longis, 2—2$^1/_2$‴ latis) strictis scabris; paniculis terminalibus et lateralibus (2$^1/_2$—3-pollicaribus) capillaribus ambitu subrotundis; radiis fasciculatis strictiusculis radiolis subflexuosis; spiculis minimis globosis glabris (e viridi et violaceo variis) gluma inferiore spicula dimidia parum majore ovato-orbiculata obtusiuscula 3-nervia, superiore flosculos aequante 5-nervia; hermaphrodito obtuso laevi. ♃ Brasil.

Sectio XIII. Inter Virgariam et Miliariam intermediae species. §. 26.

a. *Species (brasilienses aliaeque) a Neesio sub sectione: Effusae, enumeratae, quae sectioni Miliariae Trin. maxima ex parte reliquae Virgariis correspondent.*

Character sectionis Neesianae sequens: Inflorescentia vere paniculata, ramis gracilibus a basi vel spatio remotiore in ramulosos solutis patulis vel divaricatis, pedicellis saepe bifloris elongatis; spiculae in paucis magnae, plerisque mediocres, aliis minimae vel acutae nervosae vel obovatae et subglobosae; glumae in sequentibus semper inaequales.

707. P. MELICOIDES. *Poir.* (Enc. IV. 284. ex *Nees* l. c. 191.) Culmo erecto (2—3-pedali) simplici glabro; vaginis basi pubescentibus foliis lanceolatis brevibus (1″ et ultra longis, 3‴ latis) glabris basi margine pubescenti-villosis; panicula racemosa (3—4-pollicari) erecta subcylindrica obtusa densa, inferne laxiore; radiis subfasciculatis pubescentibus, spiculis ovatis; glumis subaequalibus membranaceis (basi flavescentibus apice purpurascentibus inferiore ovato-lanceolata 3- superiore paulo longiore ovato-oblonga 5-nervia, flosculo masculo bivalvi, hermaphrodito pedicello gibboso utrinque excavato imposito obtuso laeviusculo. Brasil.

709. P. TRICHANTHUM. *Nees.* (l. c. 210.) Culmo basi radicante erecto cum nodis vaginisque — excepto margine ciliato — glabris; foliis cordato-lanceolatis supra pilosulis subtus minute pubescentibus (4—5″ longis, 4—6‴ latis); ligula brevi ciliata; panicula capillari erecta, rhachi glabra, ramis a basi subfasciculatim divisis, basi brevi pilorum annulo barbatis; spiculis obovato-oblongis glabris; flosculo neutro univalvi. P. trichodes. *H. B.* ♃? Mexico. Brasil.

710. P. ESENBECKII. (*Steud.*) Culmo filiformi repente adscendente ramoso; vaginis arctis scabris apice truncatis ore ciliatis; ligula margo brevissimus fimbriatus; foliis ovato-cuneiformibus abbreviatis (vix pollicaribus) basi et apice subtruncatis, subtus scabris, margine baseos ciliatis; paniculis axillaribus folio brevioribus paucifloris; spiculis ellipticis gibbis hispidulis; gluma inferiore obsoletissima, superiore ovato-oblonga 3-nervi scabra, valvula flosculi neutrius simili; hermaphrodito glabro transversim ruguloso. P. laterale. *Nees* l. c. 212. vix vero sequens. ♃ Brasil.

710. P. LATERALE. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 305.) Culmo recto glaberrimo ramoso (2-pedali et ultra) ramis brevibus (1$^1/_2$-pollicaribus) divaricato-patentibus; vaginis distantibus laxiusculis scabris, ligula obtusa (longa quidem 2‴ sed non exserta); foliis e basi ovata lanceolatis obtusiusculis margine ciliatis (1″ longis, basi 3‴ latis); paniculis terminalibus patentissimis (2 ex folii supremi vagina, altera sessili, altera longe pedunculata); rhachi glaberrima, spiculis solitariis ellipticis; gluma inferiore brevissima, superiore ovali pubescente flosculum aequante; flosculo neutro unipaleaceo, valvula flosculo hermaphrodito laevi longiore, ellipsoidea laevissima. ♃ Peru.

712. P. DIVERGENS. *H. B.* (N. gen. I. 102.) Culmo erecto tereti ramoso glabro; foliis e basi rotundata lineari-lanceolatis margine et subtus tuberculato-hirtis basi vaginisque densius ciliatis; panicula erecta capillari flexuosa patente; radiis a basi fasciculato-divisis; spiculis obovatis obtusis pubescentibus (subglutinosis); gluma inferiore ovata spicula quadruplo breviore; superiore obovata obtusa, hermaphrodito glabro. ♃ Quito.

713. P. MICRANTHUM. *H. B.* (N. gen. I. 105.) Culmo basi ramoso tenui stricto glabro; foliis lineari-lanceolatis acuminatis erectis strictis glaucis supra pilosis, margine scabris; panicula capillari ad ramificationes pilosa; ramis trans basin divisis; spiculis minutis subglobosis glabriusculis, gluma inferiore quam spicula parum breviore. Variat, an distincta species: micranthum, spiculis linea brevioribus, panicula densiore culmo basi longe repente, vaginis undique

foliis in margine valde cartilagineo-tuberculatis, nec nisi ad oras pilosis. ♃ Am. austr. Brasil.

714. P. LINDLEYANUM. *Nees.* (mpt.) Culmo ramoso diffuso filiformi; foliis linearibus vaginisque e tuberculis patenti-villosis; paniculis compositis parvis glabris, radiis a basi fasciculatim divisis paucifloris glabris flexuosis; pedicellis longis; spiculis ovatis; glumis aequalibus ovatis nervosis hirsutis; flosculo inferiore masculo oblongo obtuso tricostato glabro; hermaphrodito duplo breviore ovato-gibbo tuberculato. Ex Hrbo. *Lindley.* Sierra Leona.

715. P. LUXURIANS. *Willd.* hrbr. (ex *Nees* Agr. bras. 233.) Culmo ramoso filiformi repente glabro; vaginis e tuberculis subvillosis margine ciliatis; foliis lanceolatis (7—9″ longis, 1—1½‴ latis) acutiusculis utrinque e tuberculis villosis; ligula in setas soluta; paniculis compositis angustis glabris; spiculis ovatis obtusis glabris; glumis subaequalibus; flosculo hermaphrodito hispido. Ins. Luzonia.

716. P. LYCOPODIOIDES. *Nees.* (l. c. 236.) Caule procumbente ramis adscendentibus simplicibus vel fasciculatis; foliis ovato-lanceolatis subimbricatis (4 lineas longis), patenti-erectis vaginisque villosis vel glabris; spiculis subgeminis ovato-oblongis acutis glabriusculis; gluma inferiore spicula parum breviore. P. lycopodioides *Bory.* Ins. Borbon.

b. *Miliariae variae partim quoad sectionem dubiae, multae forsan potius Virgariae.* §. 27.

717. P. AQUATICUM. *Poir.* (Enc. supl. IV. 281.) Culmo simplici (pedali et ultra) glabro compresso subgeniculato; foliis linearibus planis acutis glabris, vel superne sparsim pilosis; panicula erecta parum composita, floribus alternis pedicellatis; gluma inferiore minima, superiore et valvula neutra aequalibus acutis, hermaphrodito obtuso. Porto Rico.

718. P. SETACEUM. *Mhlbrg.* (descpt. 99.) Culmis caespitosis erectis dichotomis (8—10-pollicaribus) subpubescentibus; vaginis exasperatis; ligula brevissima barbiformi; foliis alternis setaceis basi pilosis pungentibus; floribus in pedunculis solitariis unifloris rarius in panicula terminali; gluma superiore et valvula mascula obovatis nervosis glabris vel pubescentibus. Am. sept. Georgia.

719. M. MICROCARPUM. *Mhlbrg.* (l. c. 111.) Culmo simplici (bi-pedali), nodis glabris; vaginis striatis margine pilosis; foliis lanceolato-linearibus nervosis margine undulatis scabris subcartilagineis basi ciliatis; ligula nulla; panicula erecta ramosissima rhachi glabra flexuosa; ramis geminis basi nodosis; gluma inferiore minima obtusa ovata (purpurea); superiore et masculi valvula aequalibus subpubescentibus. ♃ Am. sptr.

720. P. RARIPILUM. *Kunth.* (Gram. I. t. 114.) Caulibus decumbentibus procumbentibus ramosis nodisque glabris; foliis e basi rotundata lanceolatis acutis planis rigidulo-membranaceis glaucescenti-viridibus utrinque vaginisque superne molliter pilosis; glumis inaequalibus; flore neuto bipaleaceo, hermaphrodito laeviusculo. Affine P. parvifolio *Lam.* Senegambia.

721. P. GLAUCESCENS. *H. B.* (N. gen. I. 104.) Culmis simplicibus erectis nodisque glabris; vaginis dorso pilosis (vel glabris) apicem versus ciliatis; foliis e basi rotundata lineari-lanceolatis subtus scabris glaucescentibus margine cartilagineo-serrulatis; ligula brevissima ciliata; panicula ramosissima (3-pollicari) ramis alternis patulis pilosiusculis; spiculis subglobosis parvis; glumis aequalibus ovatis obtusis; flore neutro biglumi; hermaphrodito nitido glabro. ♃ N. Andalusia.

722. P. RIGIDIFOLIUM. *Kunth.* Culmo humili firmo glabro; foliis duris (pollicaribus) lanceolatis apice involutis; vaginis ore pilosis; panicula simplici (1—2-pollicari), ramis brevibus; glumis ovato-concavis muticis. Agrostis rigidifolia. *Poir* Enc. supl. I. 257. Domingo.

723. P. MILLEGRANA. *Poir.* (l. c. IV. 278.) Culmo debili glabro; foliis lineari lanceolatis patentissimis glabris vel subtus et basi pilis raris adspersis; panicula patente elongata, ramis ramulisque setaceis unifloris subverticillatis; flosculis minimis obtusis in apice ramulorum. Am. austr.

724. P. NERVOSUM. *Lam.* (Enc. IV. 748.) Culmo erecto (pedali) toto folioso vaginis striatis tecto; foliis ensiformibus amplexicaulibus subdistichis (3—6″ longis, basi 5—6‴ latis) nervosis hirsutis; panicula capillari mediocri; spiculis parvis pedicellatis subrotundo ellipticis glabris. (Panico trichoidi proximum.) Guiana.

725. P. CAESPITITIUM. *Lam.* (Enc. IV. 743.) Culmo simplici (pedali) filiformi; foliis elongatis angustissimis (fere setaceis) superne convolutis subvillosis; paniculae capillaris ramis alternis (3—5) laxis; spiculis pedicellatis raris acuminatis. P. diffusum. *Swartz?* ⊙ Am. bor.

726. P. BOBARTII. *Lam.* (l. c. 748.) Culmo suberecto (subpedali) multinodo; foliis lineari-lanceolatis (4—5‴ latis) vaginisque hirsutissimis; folio supremo spathaceo; panicula composita capillacea; spiculis parvis oblongis acutis. Am. sptr.

727. P. TORRIDUM. *Gaudich.* (*Freyc.* it. 411.) Culmis elongatis foliisque sericeo-pubescentibus flavescentibus; panicula ramosa subeffusa. Ins. Sandwic.

728. P. SCOPARIUM. *Michx.* (Fl. Am. bor. 49.) Molliter pilosum; culmo simplici (1½-pedali); foliis distantibus brevibus (6‴ longis) ovali-lanceolatis acutis; panicula erecta (4—5-pollicari) ramosissima; rhachi ramisque villosis, pedunculis setaceis; glumis turgidis obovatis pubescentibus. P. Walteri. *Poir.* var. *Trin.* Am. sptr.

729. P. MACILENTUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 310.) Culmo ramoso procumbente radicante glaberrimo (6-pollicari); nodis hirsutis; vaginis pilosis; foliis brevibus (6—7‴ longis, ½‴ latis) lanceolatis mollibus pilosis; panicula patente simplici, ramis alternis; rhachi glabra; spiculis subglobosis; glumis ovatis acutiusculis aequilongis; flore neutro bipaleaceo, palea inferiore cartilaginea; flore hermaphrodito subgloboso apiculato pubescente. Ins. Luzon.

730. P. POAEMORPHUM. *Presl.* (l. c.) Culmo compresso basi decumbente dein erecto (8—10-pollicari) inferne glabro; vaginis foliisque planis anguste linearibus scabriusculis; panicula simplici (2—4-pollicari) apice nutante; spiculis brevi pedicellatis solitariis (vix ½‴ longis) ovatis compressis; glumis aequalibus uninerviis carinatis scabris; palea floris neutrius solitaria inferioreque flosculi hermaphroditi tuberculato scabris aequalibus. ♃ Peru.

731. P. VENTRICOSUM. *Lam.* (Enc. IV. 745.) Culmo basi repente folioso (subpedali) subinde ramoso, nodis hispidis pilis reflexis; foliis planis (2—2½‴ latis) glabris vel villosis; panicula mediocri ramosa; spiculis ventricosis obtusis nervosis subhispidis. India.

732. P. TRIGONUM. *Retz.* Culmo prostrato radicante folioso (8—10-pollicari); foliis angustis glabris; panicula parva erecta, pedunculis raris parum flexuosis bifloris; glumis inaequalibus obtusis hispidis unifloris, seminibus trigonis. P. patens *Burm.* Ind. t. 10. f. 2. Ind. or.

733. P. BOSCII. *Poir.* (Enc. IV. 278.) Culmo recto gracili basi geniculato glabro; foliis lanceolatis acuminatis (3″ longis, 5—7‴ latis) erectis glabris margine denticulatis; vaginis fauce reflexo-pilosis; paniculae brevis subpubescentis ramis singulis apice terminatis spicula majuscula; glumis nervosis concavis obtusis subpubescentibus. Carolina.

734. P. POLYNEURON. (*Steud.*) Radice perenni; culmo simplici cum nodis glabro; foliis lato-lanceolatis basi cordatis (6—7″ longis, 1″ latis) glabris margine subciliatis; vaginis internodio brevioribus; ligula nulla; panicula ramosissima pedunculata vel sessili (4—5-pollicari) decomposita; radiis flexuosis patentibus multifloris; spiculis oblongis linealibus; gluma inferiore acuta subpatente dimidio breviore quam superior obtusa subpubescens prominenti-7-nervia; flore abortivo antherifero cum valvula superiore

subherbacea eumque subaequante. P. nervosum. *Mühlbrg.* Gram. p. 116. *Torr.* Fl. N. Am. I. 143. ♃ Am. septr.

735. P. MACROCARPON. *Torr.* (Fl. N. Am. I. 143.) Culmo stricto simplici (3-pedali); foliis lineari-lanceolatis erectis (4″ longis) subtus subpilosis, interioribus margine ciliatis; nodis glabris; vaginis hispidis margine villosis; panicula subcomposita glabra; ramis paucis flexuosis parum divisis; spiculis ovato-globosis valde nervosis; gluma inferiore latissima carinata duplo breviore quam superior et valvula neutra. ♃ Am. septr.

736. P. HYDROPHILUM. *Schult.* (Mant. II. 237.) Culmo compresso subpubescente; foliis lineari lanceolatis nervosis acuminatis; vaginis ore pubescentibus-excepta infima hirsuta-glabris; foliis lineari-lanceolatis nervosis acuminatis; panicula contracta, ramis erectis, pedicellis sub calyce nodosis angulatis glabris flexuosis; glumis acutis glabris nervosis. P. aquaticum *Mhlbrg.* desc. 126. Am. sptr.

737. P. TREMULUM. *Spr.* Culmo compresso dichotomo striato tenui; vaginis elongatis remotis; foliisque lineari-lanceolatis acuminatis glabris; panicula depauperata terminali; ramis 3 alternis flexuosis 2—3-floris; pedicellis sub calyce nodosis; glumis oblongis obtusis glabris nervosis. Panicum nr. 39. *Mhlbrg.* desc. Am. sptr.

Sectio XIV. Tricholaena. *Schrad.* Panicula capillaris; ramis gracilibus solitariis vel fasciculatis; pedicelli articulo phialiformi a spicula solubili terminati; gluma villosa inferior minima aut in annulum villosum deliquescens; spiculae flores hermaphroditi et masculi demum distichi.

a. *Capenses.* §. 28.

738. P. TONSUM. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 16. sub: Tricholaena.) Radice fibrosa; culmo (1—1½-pedali) basi ramoso ad genicula infracta villoso; vaginis e tuberculis hirtis ore barbatis; foliis linearibus (3—4″ longis, 1—1½‴ latis) acuminatis glaucis rigidulis scabris; paniculae laxae sparifloraе radiis flexuosis pubescentibus; spiculis bilinealibus (albidis); gluma inferiore minima, superiore valvulaque inferiore flosculi masculi infra apicem bifidum setigeris, lanatis, lana media longiore apicem setamque vix superante incumbente; hermaphrodito masculo ⅓ breviore laevi glabro. ♃ Afr. austr.

739. P. ROSEUM. *Nees.* (l. c. sub: Tricholaena.) Culmo ramoso firmiore ad genicula barbato; vaginis subglabris; foliis linearibus vel convoluto-setaceis viridibus glabris vel basi ciliatis; paniculae densiflorae radiis subsecundis flexuosis pubescentibus; spiculis (purpurascentibus) subbilinealibus; gluma superiore valvulaque inferiore flosculi masculi infra apicem bifidum setigeris lanatis; lana media longiore apicem setamque (longiusculam) superante fastigiata patula. Prioris var? ♃ Afr. austr.

740. P. CAPENSE. *Lichtst.* (*Nees* l. c. 19.) Culmo basi ramoso ad genicula subsericea infracto (subpruinoso) glauco; foliis linearibus (2—2½″ longis, 1—1½‴ latis) acuminatis rigidulis supra subvelutinis subtus glabris, glaucis; paniculae (2—3-pollicaris) radiis simplicibus vel fasciculatis capillaribus patentissimis; pedicellis 2—3-nis; spiculis linealibus, gluma superiore et valvula inferiore flosculi masculi ex apice retuso brevissime mucronulatis patulo-pubescenti-villosis; hermaphrodito breviore acuto laevi. ♃ Afr. austr.

741. P. AMMOPHILUM. (*Steud.*) Culmo rigido basi ramoso, multinodo; internodiis infimis hirtis, nodis pruinosis aut puberulis; foliis linearibus rigidis glaucis; panicula oblonga contracta; gluma inferiore obsoletissima, superiore valvulaque flosculi masculi inferiore (purpureis) infra apicem obtuse emarginatum brevissime mucronulatis pubescentibus. Tricholaena arenaria. *Nees.* l. c. 20. ♃ Afr. austr.

b. *Species Canaricenses Arabicae Abyssinicae Guineae.* §. 29.

742. P. TENERIFFAE. *R. Brown.* Culmo basi ramoso (1—2-pedali) rigido firmo glaucescente praesertim ad vaginas et nodos pubescente; ligula brevissima membranacea piloso-ciliata; foliis involutis linearibus (½—3″ longis) glabris vel pubescentibus; paniculae (2—4 pollicaris) radiis a basi compositis cum radiolis patentibus; pedicellis flexuosis spiculam aequantibus vel superantibus; spiculis ultra linealibus sublanceolato-ovalibus acutis sericeo-villosis, villis spicula plus duplo longioribus; gluma inferiore obsoleta, superiore subenervia; hermaphrodito quam masculus paulo breviore acuto laevi. *Kunth.* Supl. t. X. f. 2. ♃ Ins. Canar. Ital. infer. Afr. septr. Arabia.

743. P. SUFFRUTESCENS. *Steud.* Culmis basi ramosissimis lignescentibus pruinoso-glaucescentibus vaginis emarcidis tectis adscendentibus tenuibus (vix pedalibus), glabris vel cum vaginis tenuissime pubescentibus; foliis abbreviatis (vix ½-pollicaribus) convolutis acutissime pungentibus; ligula minuta ciliari; paniculae (2-pollicaris) radiis a basi compositis radiolisque patentibus; pedicellis flexuosis spicula longioribus; spiculis linealibus ovatis acutis, villis spicula longioribus involucratis; gluma inferiore obsoleta, superiore subenervia; hermaphrodito quam masculus vix breviore acuto laevi. P. Tereriffae var. minor. *Hochst. Steud.* hrbr. un. it nr. 759. ♃ Arabia fel.

744. P. SPHACELATUM. (*Steud.*) Culmis elevatis; foliis glabris lanceolato-linearibus planis (3—5″ longis, 3—4‴ latis); vaginarum ore geniculisque barbatis; panicula ramosa floribunda; gluma inferiore oblonga hyalina pilosa quam spicula 2—3-plo breviore, superiore longiore valvulaque floris masculi inferiore hyalino-albidis dorso longe piliferis, acumine fusco glabro antice ciliato, sub apice longe setifero. Tricholaena sphacelata *Benth.* in *Hook.* Nig. Fl. 559. Saccharum sphacelatum. *Walp.* Am. 3. p. 793. Guinea.

745. P. LEUCANTHUM. *Hochst.* (hrbr. un. it. nr. 1818 sub: Tricholaena.) Culmo erecto simplici vel ramoso, basi noduloso, glaucescente glabro folioso, stricto (1½—2-pedali); vaginis adpressis glabris; ligula series pilorum brevissima; foliis angustis subconvolutis rigidulis (2—5″ longis, ½—¾‴ latis) glabris glaucis; paniculae (3—3½-pollicaris) radiis a basi subcompositis radiolisque erecto-patentibus; pedicellis subflexuosis vel arcuatis spicula (¾-lineali) longioribus; villis spiculam duplo superantibus; gluma inferiore vix ulla, superiore flosculum masculum vel neutrum subaequante (utraque apice saepe colorata), hermaphrodito laevissimo. Abyssin.

746. P. MACROTRICHUM. (*Steud.*) Culmo erecto simplici vel basi subramoso (2-pedali et ultra) sparsim — ad nodos dense — piloso, vaginis foliisque e tuberculis minimis pilosis; ligula vix ulla pilis raris brevissimis notata; foliis lanceolata-linearibus planis (2—2½″ longis, 2—2½‴ latis); paniculae (3-pollicaris) radiis erecto-patentibus a basi compositis; pedicellis spicula brevioribus; spiculis ovato-lanceolatis patulis 1½ linealibus; villis (purpurascentibus) spiculam 2—3-plo superantibus; gluma inferiore minima, superiore masculum vel neutrum subaequante; hermaphrodito tenuissimo laevi. Tricholaena longiseta. *Hochst.* hrbr. un. it 1803. *Rich.* Fl. Abyss. II. 446. Saccharum longisetum. *Walp.* Ann. 3. p. 797. Abyssin.

747. P. INSIGNE. *Steud.* (Nmcltr. 258.) Culmo basi prolifero ramoso adscendente strictiusculo (1—1½-pedali) subglaucescente; vaginis e tuberculis minimis pilosis; ligula pilorum annulus; foliis convolutis (1—3-pollicaribus) rigidiusculis strictis basi sparsim pilosis; paniculae (2—3-pollicaris) radiis contractiusculis capillaribus subcompositis; pedicellis flexuosis spicula (plerumque) brevioribus; spiculis sesquilinealibus undique villis strictis ipsis subduplo longioribus pallide violaceo-rufescentibus tectis et basi involucratis; flosculo masculo bivalvi multo longiore hermaphrodito ovato-

lanceolato glabro in gluma superiore masculam valvulam aequante recondito. Tricholaena grandiflora. *Hochst.* hrbr. un. it. nr. 1053. Tricholaena roseae *Nees* nimis affinis. *Rich.* Fl. Abyss. II. 445. Saccharum grandiflorum. *Walp.* Ann. 3. p. 792. ♃ Abyssin.

748. P. BRAUNII. (*Steud.*) Culmis basi procumbentibus radicantibus multinerviis ad nodos facillime fragilibus; foliis planis latis; panicula ampla multiflora; spiculis amplis. Tricholaena fragilis. *Braun* Flora 1841. p. 276. Abyssin.

Culta e seminibus a *Schimpero* missis, species vero in ejus Herbariis quantum ex macra diagnosi concludere licet, non obvia.

c. *Species Indiae orientalis.* §. 30.

749. P. MEGALANTHUM. (*Steud.*) Culmo a basi infracta erecto; foliis linearibus viridibus, vaginis geniculisque pubescentibus; panicula densiuscula; spiculis magnis (3''' longis); gluma superiore valvulaque flosculi masculi infra apicem bilobum setigeris lanatis, lana media longiore apicem superante seta (2—2½ lineali) breviore fastigiata connivente; gluma inferiore a flosculo masculo evidenter distante oblonga truncata subconvoluta. Tricholaena Wightii *Nees* mpt. Hrbr. *Wight.* nr. 1097. ♃ Courtallum.

d. *Species Americanae.* §. 31.

750. P. FUSCIFLORUM. *Steud.* Culmo basi vaginis et culmis annotinis subbulboso incrassato erecto stricto glabro rigido (2-pedali) inferne foliato; vaginis striatis glabris ore pilosis; foliis erectis strictis (½—1½-pedalibus rigidis convolutis striatis; panicula erecta subcontracta laxa; radiis subverticillatis, supremis solitariis capillaribus racemosis, radiolis (pedicellis) unispicatis, spicula longioribus; glumis et flosculo neutro aequalibus undique pilosis; flosculo hermaphrodito vix longiore fusco brunneo acuto glabro. *Leprieur* legit in Guyana.

751. P. DUCHAISSINGII. *Steud.* Culmo basi ramoso vel simplici tereti glabro foliato (ultra pedali); vaginis laxis striatis glabris vel sparsim et margine pilosis; foliis lanceolatis acutis glabris margine scabriusculis (4—5'' longis, 1—2''' latis) panicula contracta erecta et subnutante (5—8-pollicari); rhachi scaberrima, radiis semi verticillatis elongatis racemosis, pedicellis (radiolis) unispicatis spicularum longitudine; gluma inferiore minuta tenui; superiore flosculoqne neutro subaequalibus obscure 3—5-nerviis a basi ad apicem villis longis dense obsitis, dorso viridibus; flosculo hermaphrodito multo breviore brunneo, achaenio oblongo laevi mucronato. *Duchaissing* legit in Guadaloupe.

Sectio XV. Ichnanthus. *Beauv.* Flosculus hermaphroditus basi utrinque canaliculato-scrobiculatus vel auriculato-appendiculatus; spiculae plerumque magnae; gluma inferior magna seu dimidia spicula longior. §. 32.

752. P. NEMOROSUM. *Swartz.* (Fl. Ind. I. 150.) Culmo decumbente ramoso (1—2-pedali), vaginis pilis teneris adspersis margine ciliatis; foliis ovali-lanceolatis glabriusculis sparsim uti vaginae pilosis (1½—2'' longis, 6''' latis); paniculae radiis simpliciusculis brevibus paucifloris; spiculis brevi-pedicellatis sesqui-linealibus ovalibus acutis glabris; glumis trinerviis, inferiore flosculis parum breviore, superiore ad carinam sursum denticulata; hermaphrodito quam masculus ¼ breviore laevi basi utrinque scrobiculato, appendicibus nullis. *Trin.* Ic. XVIII. t. 210. Brasil. Ind. occ.

753. P. PALLENS. *Swartz.* (l. c.) Culmo repente ramoso; vaginis ciliatis, ligula brevi lacero-ciliata; foliis numerosis ovato-lanceolatis (2—5'' longis, 4—12''' latis) vel lanceolatis; paniculae ovatae radiis compositis; spiculis brevi- vel longiuscule-pedicellatis 1½—2-linealibus (clausis) lanceolato-ovalibus acuminatis glabris; gluma inferiore (saepe caudata) flosculis ¼ breviore 5-superiore flosculos superante 5—7-nervia; hermaphrodito quam neuter ¼ breviore laevi basi utrinque scrobiculato; appendicibus nullis. Variat: culmo pedali; spiculis 1½ linealibus; gluma inferiore acuminata quam neuter breviore, foliis latioribus. *Trin.* Ic. XVIII. t. 211. vel: spiculis ultra bilinealibus laxioribus; gluma inferiore caudatula, foliis angustioribus. *Trin.* l. c. t. 212. denique: culmo 4—6-pedali, spiculis subultra bilinealibus, glumae inferioris cauda neutrum aequante vel superante; foliis longioribus lanceolatis. Ind. occ. Brasil.

754. P. CANDICANS. *Nees.* (Agr. bras. 133.) Culmo ramoso superne puberulo; vaginis pubescentibus; ligula membranacea brevissima; foliis numerosis lanceolatis (3—4'' longis, 4—6''' latis) pubescentibus; paniculae (4-pollicaris) radiis subracemiformibus vel compositis cum axi pubescentibus; spiculis subaequaliter brevi-pedicellatis bilinearibus (clausis), lanceolatis et acuminatis ad glumas superne hirsutis; glumis (superiore saltim) flosculos excedentibus, inferiore 3-vel uti superior 5-nervia; hermaphrodito paulo minore laevi basi utrinque scrobiculato, appendicibus nullis vel brevibus angustissimis. P. pallens. δ. *Trin.* Ic. t. 212. B. P. agrostoides. *Salzm.* P. Bertolonianum *Schult.* Mant. 2. 240. P. acutiflorum. *Steud.* in Hrbo. *Lenorm.* Brasil.

755. P. POLYTHYRSUM. *Nees.* (in Hrbo. *Mougeot.* sine diagnosi.) Culmo basi decumbente radicante ramoso cum ramis compresso, ad nodos vaginisque plus minus pilosis; ligula vix ulla; foliis e basi amplexicauli-subcordata ovato-lanceolatis (1—2'' longis, 3—4''' latis) acuminatis plus minus pilosis; paniculis terminalibus et axillaribus, radiis subracemosis secundis; spiculis inaequaliter pedicellatis 1½—2-linealibus lanceolatis acuminatis; glumis plus minus pubescentibus subsetaceo-acuminatis flosculos excedentibus 3—5-nerviis; hermaphrodito ⅓—½ breviore oblongo laeviusculo glabro. Sub praecedente P. agrostoides *Salzm.* hrbr. cujus forsan var. Bahia. Guyana gall.

756. P. PLANOTIS. *Trin.* (Panic. 322.) Culmo erecto (?) ramoso pubescente (1½—2-pedali); vaginis undique pilosulo-pubescentibus; ligula ciliari; foliis lanceolatis (4—6'' longis, 6—8''' latis) glabris vel (subtus) pubescentibus; paniculae radiis solitariis vel congesto-subverticillatis radiolisque cum axi pubescentibus; spiculis subinaequaliter breviter pedicellatis bilinealibus ovalibus acutiusculis vel obtusiusculis glabris vel pilis adspersis, vel apice tomentoso barbatulis; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 3-superiore 5-nervia, hermaphrodito masculum subaequante laevi; appendicibus aut nullis aut flosculo 2—4-plo brevioribus. Bahia.

757. P. INCONSTANS. *Trin.* (l. c.) Culmo plus minus ramoso gracili (2—4-pedali); vaginis junioribus pubescentibus, adultis glabris; ligula membranacea brevissima ciliata; foliis lineari-lanceolatis (1—2 vel 3—5'' longis, 2—4 vel 6''' latis) glabris vel subtus pubescentibus; paniculae (3—8-pollicaris) radiis simpliciusculis vel compositis; spiculis parum inaequali-vel brevi-pedicellatis bilinealibus (clausis) ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis ⅓-vel ½ breviore nunc obtusiuscula nunc acuminata 3-vel cum superiore 5-nervia; hermaphrodito quam neuter vix vel parum minore laevi; appendicibus brevissimis. P. pallens ζ *Trin.* diss. Brasil.

758. P. BAMBUSIFLORUM. *Trin.* (Diss. II. 188.) Culmo 4—6-pedali erecto superne ramoso; vaginis glabris; ligula membranacea brevissima crenulata; foliis lanceolatis (4—9'' longis, 8—12''' latis) utrinque asperis (infra quandoque pruinoso-glaucis); paniculae (3—8-pollicaris) radiis compositis vel decompositis; spiculis confertis subaequaliter brevissime pedicellatis subultra bilinealibus (clausis) ovalibus acutiusculis, superne hirsutis vel glabris; glumis flosculis vix vel parum brevioribus, inferiore caudatula 3—5-superiore 5—7-nervia; hermaphrodito masculum subaequante laevi; appendicibus brevissimis. P. penicillatum. *Nees.* Agr. bras. nr. 30. (nec 101.) Brasil.

759. P. HOFFMANNSEGGII. *R. S.* (Syst. II. 450.)

Culmo a basi florifero-ramoso; vaginis patenti-villosis vel pubescentibus; foliis lanceolatis (1—2½″ longis, 3—5‴ latis) praesertim subtus pubescentibus; paniculis terminalibus et axillaribus (3—8-pollicaribus); radiis decompositis radiolisque hirsutissimis; spiculis longe- vel brevi-pedicellatis 1—1½ linealibus ovalibus acutis patenti-pilosis; glumis flosculos subaequantibus vel inferiore 3-nervia paulo breviore, superiore 5-nervia; hermaphrodito neutro breviore laevi; appendicibus ipso 3—4-plo brevioribus. *Trin.* Ic. XIX. t. 219. Brasil.

760. P. LEIOCARPUM. (*Spr.*) *Nees.* Agr. bras. 147.) Culmo basi repente ramis obliquis vel erectis (1—2-pedalibus); vaginis mollissime denseque lanatis; foliis lanceolatis (3—8″ longis, ½—1″ latis) superne pilis raris adspersis subtus densius molliter adpresse tenuiter villosulis; paniculae (8—14-pollicaris) radiis compositis; spiculis latis altera longius altera brevius pedicellata, bilinealibus (clausis) ovalibus acutis glabris; gluma inferiore flosculis ⅓—½ breviore 3-superiore 5-nervia, hermaphrodito quam neuter paulo minore laevi; appendicibus ipso 3—4-plo brevioribus. (Ichnanthus leiocarpus *Kunth.* Rev. gram. t. 168?) Brasil.

761. P. CYNOTIS. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 325.) Culmo decumbente inferne radicante (1½-pedali) florifero ramoso; vaginis totis vel margine pubescentibus; paniculae (2—3-pollicaris) radiis tenuibus compositis, radiolis brevibus subbifloris; spiculis laxiusculis inaequaliter pedicellatis 1½—2-linealibus (clausis) ovalibus acuminatis glabris; gluma inferiore caudatula flosculis ¼ breviore 3-superiore eosdem subexcedente 5-nervia; hermaphrodito quam neuter paulo minore laevi, appendicibus ipso 3-plo brevioribus. Brasil.

762. P. MARTIANUM. *Nees.* (Agr. bras. 158.) Culmo erecto vel adscendente (1—3—5-pedali) saepe inferne ramoso; ligula brevius vel longius biaurita; foliis lanceolatis vel lanceolato-ovatis (3—9‴ longis, ½—1—2″ latis) glabris vel obsolete pubescentibus; vaginis glabris vel ciliatis vel totis tomentoso-lanatis; paniculae (3—10-pollicaris) radiis compositis; spiculis laxis, altera brevi-altera longe pedicellata; bilinealibus (clausis) lineari-ovalibus obtusiusculis (rarius acutis) glabris; gluma inferiore flosculis ⅓—¼ breviore 3-superiore 5-nervia; hermaphrodito masculum aequante laevi; appendicibus ipso fere ⅓ brevioribus. P. almadense *Nees. Trin.* Ic. XIX. t. 217. (An praecedentis var?) Brasil.

763. P. LAGOTIS. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 326. Culmo simplici vel ramoso (2-pedali); vaginis ciliatis, ligula ciliari; foliis lanceolato-ovatis (3—4″ longis, 9—20‴ latis) glabris; pedunculis terminalibus vel e vaginis superioribus axillaribus cum paniculae depauperatae axi radiisque simpliciusculis pubescentibus; spiculis laxis altera perbrevi-altera longius-pedicellata, trilinealibus (clausis) lineari-ovatis acutis glabris; gluma inferiore flosculis dimidio breviore 3-superiore 5—7-nervia; hermaphrodito neutrum subaequante laevi; appendicibus ipso ½ brevioribus. Brasil.

764. P. MAYNENSE. *Trin.* (Linn. X. 298.) Foliis lanceolato-ovatis vaginisque hirsutissimis; paniculae radiis simpliciusculis (brevibus, paucifloris); spiculis brevissime pedicellatis sesquilinearibus ovalibus plus minus acutis pilosis; gluma inferiore flosculis dimidio vel paulo breviore 3-superiore 5-nervia; hermaphrodito flosculo neutro paulo breviore laevi, basi utrinque scrobiculato; appendicibus nullis. Peru.

765. P. GLABERRIMUM. (*Steud.*) Culmo simplici erecto (2-pedali et ultra) cum tota planta glaberrimo; foliis elongatis linearibus longe attenato-acuminatis (1′ longis, 2‴ latis) nervosis et inter nervos tenuissime striatis; ligula cum ore vaginarum interne piloso ciliata; paniculae laxissimae elongatae (pedalis) radiis solitariis valde remotis simpliciter racemoso- remoto- paucifloris; pedicellis 1—2-floris; glumis ovatis striatis acuminatis superiore paulo longiore flosculos superantibus, inferiore hos sub- vel non-aequante; flosculo hermaphrodito glabro laevi. Cultum ex H. Berol. sem. 1840. sub: Ichnantus glaber. *Link.* Am. sptr.

766. P. ICHNANTHUS. *Nees.* Culmo simplici (bipedali) puberulo; vaginis glabris vel pubescentibus; ligula brevissima membranacea lacera; foliis ovalibus (3—6″ longis, 1½—2″ latis) reticulatis glabris; racemi compositi lanceolato-contracti radiis approximatis subcompositis; spiculis laxiusculis inferioribus subinaequali brevi pedicellatis, quadrilinealibus (clausis) lanceolato-ovalibus subacuminatis glabris; gluma inferiore flosculis ⅓ breviore 7—9-superiore 9—11-nervia; hermaphrodito neutrum subaequante villoso; appendicibus dimidio flosculo longioribus. Ichnanthus panicoides. *Beauv.* Agr. t. XII. f. 1. *Kunth.* Rev. Gram. t. 34. Guiana. Brasil.

767. P. RIEDELII. *Trin.* (Ic. XXVII. t. 323.) Culmo erecto simplici (1½ pedali), nodis villosis; vaginis inferioribus dense canescendo-villosis, reliquis glabris vel villosulis; ligula longe ciliari; foliis in petiolum (saepe ½—1-pollicarem) compressum attenuatis lanceolatis (2—6″ longis, 3—4, 7—9‴ latis); jubae (interdum dimidiam culmi partem aequante) radiis compositis; spiculis laxiusculis altera brevi-altera longius pedicellata 2½ linealibus (clausis) lineari-ovalibus obtusiusculis glabris; glumis 7-nerviis, inferiore flosculis vix ⅓ breviore; hermaphrodito neutrum aequante laevi; appendicibus ipso ⅓—¼ brevioribus. Brasil.

Sectio XVI. Isachne. *B. Brown.* Panicula vel juba rarissime racemi alterni; spiculae orbiculato-obovatae rarissime oblongae obtusae linea raro longiores saepe minores; flosculus inferior cum hermaphrodito ejusdem formae et substantiae saltim glumis firmior, superior saepe foemineus tantum brevipedicellatus interdum pubescens.

a. *Flosculo utroque glabro.* §. 33.

768. P. PILULIFERUM. *Nees.* (mpt. et in Hrbo. *Lehmann* sub: Isache.) Culmo firmo erecto basi repente; vaginis striatis margine setoso-ciliatis; foliis lineari-lanceolatis asperis; panicula ovali subcapillari, ramis alternis racemoso-subdecompositis sulcatis flexuosisque; spiculis globosis, setuloso-muricatis; flosculis aequalibus glabris. Ind. or.

769. P. ANTIPODUM. *Spr.* Culmo (ultra pedali) plus minus ramoso; vaginis superne ciliatulis; ligula ciliata; foliis lanceolato-linearibus (1½—3—4″ longis, 2—3‴ latis) asperis; jubae (2—3-pollicaris) radiis solitariis vel binis teretiusculis supra basin compositis; pedicellis spicula plerumque paulo longioribus; spiculis linealibus obovatis vel obovato-subrotundis; glumis laeviusculis vel superne substriguloso-asperis; obsolete 7-nerviis. Isachne australis. *R. Br.* (Prdr. I. 196.) N. Holl. Ind. or.

770. P. TRICARINATUM. *Roth.* (N. pl. sp. 57. sub: Isachne.) Culmo oblique adscendente (pedali) tecto vaginis laxis margine ciliatis; ligula margo barbatus; foliis lato-lanceolatis margine argute serrulatis ciliatis glabris; panicula capillari subeffusa intra ramos longe pilosa; ramis subverticillatis dichotomis flexuosis cum ramulis alternis unifloris nudis; spiculis parvis ovalibus apice subattenuatis; glumis aequalibus concavis brevissime mucronulatis exterriore laevi, interiore ventricosa tricarinata aspera; corollis obtusissimis glabris. Ind. or.

771. P. ADSTANS. *Steud.* Culmo basi repente vix ramoso (6—8-pollicari); vaginis margine et ore pilosis caeterum nodisque glabris; foliis abbreviatis lanceolatis obtusiusculis crassiusculis rigidulis (½—2″ longis, 1—2‴ latis) subpuncticulato-margineque subcartilagineo tenuissime-scabriusculis; paniculae simpliciusculae (1—2-pollicaris) patulae radiis racemulosis; pedicellis flosculo longioribus; spiculis parvis (¾-linealibus) ovato-subrotundis sub-

gibbis glabris; gluma inferiore flosculo et superiore vix breviore, utraque obscure nervosa; hermaphrodito apice (sub lente valida) setuloso-pubescente caeterum glabro laevi. Vix praecedentis cui proxima varietas. Hrbr. *Cuming* nr. 2288. Malacca.

772. P. RIGENS. *Swartz.* (Fl. ind. occ. 154.) Culmo prostrato ramoso tereti glabro (pedali); vaginis superne ligulaque brevissima ciliatis; foliis sublanceolato-ovalibus semiamplexicaulibus (1½″ longis, 1½‴ latis) subpungentibus distichis patentibus subtus glaucis; paniculae jubatae patentis (1½—2-pollicaris) radiis angulatis rigidis pedicellisque brevibus; spiculis parvis obovatis (atropurpureis); glumis superne sub lente strigillosis. (P. divaricatum. *Lin.* sec. *Tausch* in Flora 1837. 98.) Ind. occ.

773. P. ARUNDINACEUM. *Swartz.* (l. c. 166.) Culmo erecto (4—6-pedali) ramoso; vaginis glabris vel superne ciliatis; ligula ciliari; foliis lanceolatis acuminatis (6—9″ longis, 8—10‴ latis) subtus glaucescentibus; paniculae jubatae densiusculae (7—8-pollicaris) radiis teretibus tenuibus; pedicellis brevissimis; spiculis pusillis obovato-subrotundis; glumis laevibus seu superne substrigillosis. Ins. Martinic.

774. P. MENERITANUM. *Spr.* (Syst. V. I. 321.) Culmis gracilibus rectis (2-pedalibus) tectis vaginis glabris vel tuberculatis et superne hirsutis; ligula obsoleta vel ciliari; foliis lanceolato-linearibus (4—5″ longis, 3‴ latis) glaucescentibus glabris vel supra scabris, infra hirtis; paniculae patulae (8—9-pollicaris) radiis teretiusculis pedicellisque elongatis capillaribus; spiculis parvis obovatis; glumis laeviusculis. P. biflorum. *Lam.* Isachne Mauritana *Sieb.* Hrbr. Maur. nr. 32 et? *Kunth* Rev. Gram. I. t. 33. Ins. Maurit.

775. P. LEPIDOTUM. *Steud.* Caule ramoso tereti tenui glabro (subpedali); nodis quandoque sublepidoto adspersis; vaginis basi piloso-ciliatis; ligula setoso-pilosa longiuscula; foliis planis linearibus (1—2″ longis, 1‴ latis), acutis sublepidoto-scabriusculis; paniculae ovatae patentis radiis solitariis ramosis; pedicellis flosculos aequantibus vel superantibus unifloris; glumis flosculis parum brevioribus 7-nerviis ovatis obtusissimis; valvulis utriusque flosculi coriaceis glabris, inferiore foemineo vel neutro semper sterili. Hrbr. *Goering* nr. 9. Japonia.

776. P. RHIGNON. (*Steud.*) Culmis humilibus caespitosis; foliis confertis lanceolatis striatis vaginisque e tuberculis setoso-ciliatis; paniculae parvae racemosae compositae radiis strictis patulis oligostachyis; spiculis alternis brevipedicellatis obovatis; flosculis glabris aequalibus, inferiore foemineo, superiore masculo; glumis patulis, inferiore mucronata, superiore obtusa. Variat: culmo apice simpliciter racemoso. = Isachne rigida. *Nees* mpt. Java.

777. P. PANGERANGENSE. *Zolling. Moritz* (Verz. p. 162. Hrbr. nr. 1917. sub Isachne.) Radice subrepente caespitifera; culmis humilibus simplicibus vel ramosis (1—2-pollicaribus vix longioribus) undique vaginis hirsutis tectis; foliis distichis lanceolatis acuminatis duriuscule rigidis concinne nervosis, margine setoso-ciliatis, post lapsum setularum denticulatis (½—¾″ longis, 1—2‴ latis); paniculae simplicis radiis solitariis vel binis pauci-(2—6-)floris; spiculis brevi-pedicellatis obovatis obtusis; glumis flosculos subaequantibus (non patulis) glabris striatulis vix mucronulatis; hermaphroditis subaequalibus glabris obtuse mucronatis. Forsan P. Zollingeri *Steud.* (nr. 797.) var? In monte Pangerango Java.

778. P. SALZMANNI. *Trin.* (mpt.) Culmo basi radicante adscendente geniculato (ultra pedali) vaginato, vaginis margine brevi ciliatis caeterum cum nodis glabris; ligula ciliari; foliis lanceolatis brevissime strigilloso scabris (2—2½″ longis, 1½—2½‴ latis); paniculae patulae lucidae radiis sparsis solitariis paucifloris capillaribus; pedicellis flosculo plerumque longioribus; spiculis ovato-rotundatis parvis, glumis flosculum utrumque glabrum aequantibus. P. brizoides. *Salzm.* Hrbr. Bahia.

779. P. GONATODES. *Steud.* Caule debili geniculato (1½-pedali) cum tota planta glaberrimo; vaginis internodio brevioribus (hinc inde ad nodos ciliatis) demum solutis et convolutis quasi petiolum formantibus; foliis lanceolatis acuminatis striatulis (3″ longis, 1½—2½‴ latis) patentiaus vel reflexis; paniculae e suprema vagina prodeuntis radiis primariis fasciculatis, longe indivisis et nudis filiformibus, sursum divisis in radiolos vel pedicellos capillares flexuosos unifloros; spiculis ovatis parvis (vix ½ linealibus); glumis ovatis obtusis aequalibus nervosis, flosculis vix brevioribus, his aequalibus obtusis laevibus tenuissime striatulis. *Urville* legit in N. Zeeland.

780. P. HYSTRIX. *Steud.* Caule debili erecto ramoso (pedali et ultra) striato glabro; vaginis laxis striatis glabris vel ore pilosis; foliis anguste linearibus planis nervosis pilis minimis asperulis (1—3‴ longis, ½-vix 1‴ latis) erectis; panicula erecta diffusa patente, radiis radiolisque capillaribus, his pedicellos formantibus quam flosculi solitarii longiores; spiculis parvis (vix ½ linealibus), glumis undique pilis ipsas longitudine superantibus patentissimis rigidulis albis munitis flosculos superantibus, his subaequalibus laevibus. *Jardin* legit in Ins. Loss.

781. P. JARDINI. *Steud.* Caule basi repente radicante tunc adscendente erecto tereti glabro vix striato (2-pedali et ultra); vaginis striatis margine ciliatis; foliis lanceolatis striatis asperulis margine scabris (2—3″ longis, 3—4‴ latis), acuminatis, basi papillosis et papillis deciduo-pilosis; paniculis axillaribus et terminalibus, radiis longissimis parum divisis, radiolis capillaribus unifloris; spiculis ovato gibbis ½ linealibus; glumis flosculos vix aequantibus setuloso-hirtis; flosculo altero sterili minore, altero ovato subtriquetro, utroque glabro, tenuissime transversim puncticulato-striato. *Jardin* legit in Guinea. T = P. [illegible]

782. P. HORTICOLUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmis pluribus basi geniculatis erectis (ultra pedalibus) subramosis, vaginis hirsutis ad ora et nodos dense pilosis tectis; foliis lanceolatis acuminatis dense striatis hirsuto-pubescentibus (1—2½″ longis, 3—4‴ latis); ligula pilorum series; paniculis (axillaribus et) terminalibus patentibus; radiis alternis ramulosis capillaribus; pedicellis unifloris flosculo plerumque longioribus; spiculis basi distincte nodulosis; glumis multistriatis hirsutulis flosculum utrumque glabrum superantibus. Isachne prostrata. *Hort. Berol.* Patria?

783. P. NODIBARBATUM. *Hochst.* (Hrbr. *Hohnkr.* Ind. or. nr. 1275.) Caule adscendente simplici (pedali) glabro ad nodos piloso barbato; vaginis striatis margine ciliatis caeterum glabris; ligula margo ciliatus; foliis e basi subamplexicauli rotundata lanceolatis acutis (1½″ longis, 2—2½‴ latis) sparsim pilosis vel glabrescentibus; panicula patente ovata; radiis radiolisque capillaribus flexuosis apice unispiculatis; spiculis glabris; glumis valvulisque neutris flosculos laeves superantibus. Montes Nilagiri.

784. P. METZII. *Hochst.* (Hrbr. *Hohnkr.* nr. 1276.) Culmo basi decumbente radicante adscendente simplici (pedali) ad nodos subtumidulos pubescente; vaginis striatis margine vel undique cum foliis pilosis; ligula brevi membranacea pilosa; foliis oblongo- vel ovato-lanceolatis apice brevi acutis vel obtusiusculis, basi subcordato-amplexicaulibus, margine subcartilagineo-albidis; panicula patente ovata, radiis radiolisque angulatis pilosis; spiculis sessilibus et pedicellatis, gluma flosculoque neutro pilosis, hermaphroditis glabris. Montes Nilagiri.

785. P. BRACHYGLUME. *Hochst.* (Hrbr. *Hohnkr.* Ind. or. nr. 1283.) Radice fibrosa; culmo debili (3—6-pollicari) simplici vel ramoso glabro ad nodos puberulo; vaginis striatis ore pilosulis; foliis lanceolatis parvis (½—¾-pollicaribus, ¾—1‴ latis) acutis striatis glabris; racemo composito (1—2-pollicari) racemulis alternis paucifloris interstitiis

plerumque brevioribus erectis vel rhachi adpressis; spiculis parvis (vix ultra $^1/_2$ linealibus); glumis subaequalibus ovatis acutis dorso laete viridibus margine albidis quam hermaphroditi oblongi obtusiusculi laevissimi duplo brevioribus. Habitus omnino Brachiariae. Montes Nilagiri.

b. *Flosculo superiore pubescente vel setuloso.* §. 34.

786. P. BATAVICUM. (*Steud.*) Culmo basi longe repente apice adscendente; foliis lanceolatis scabris cartilagineo marginatis; paniculae ovali-oblongae patulae radiis ante medium divisis pedicellisque undatis; spiculis obovato-globosis monoicis flosculis aequalibus, inferiore abortu masculo laevi superiore foemineo gibboso apice subhispido, glumis 7-nerviis, flosculo fertili apicem versus margine setuloso. Isachne javana. *Nees.* Java.

787. P. TRACHYSPERMUM. *Nees.* (Agr. bras. 212.) Culmo basi repente ramoso adscendente (2-pedali; vaginis tuberculato-hirsutis; ligula ciliari; foliis ovali-lanceolatis (1″ et ultra longis, 4—5‴ latis) praesertim supra et ad nervos strigilloso-asperis; jubae basi vaginae supremae involucratae (1—2-pollicaris) radiis teretiusculis pedicellisque breviusculis; glumis junioribus plus minus hirsutis, adultis laevigatis, inferiore 5-superiore 7-nervia; flosculo inferiore (masculo?) chartaceo viridulo acutiusculo superiorem hermaphroditum albentem obtusum tergo hispidulum superante. Brasil.

788. P. DISPAR. *Trin.* (Ic. VIII. t. 86. sub Isachne.) Culmo basi repente ramoso (semipedali); ramis floriferis; vaginis glabris vel margine ciliolatis; ligula membranacea brevissima ciliatula; foliis cordato-ovatis amplexicaulibus ($^1/_2$—1″ longis, 4—5‴ latis) scabriusculis albo marginatis; jubae panicularis (subbipollicaris) radiis teretiusculis pedicellisque breviusculis; spiculis linearibus elliptico-obovatis; glumis laevibus superne hispidulis, inferiore 5-superiore 7—9-nervia; flosculo inferiore masculo herbaceo chartaceo superiore pubescente. Nepal.

789. P. MINUTULUM. *Gaudich.* (in *Freyc.* it. 410.) Culmo tenui repente ramosissimo diffuso; ramis floriferis; vaginis superne ciliatis; ligula ciliata; foliis lanceolatis (4—12‴ longis, 1—2‴ latis) hirto-pilosulis; paniculae jubalis (1—2-pollicaris) radiis teretiusculis pedicellisque brevibus; spiculis semilinealibus obovato-subrotundis; glumis laevibus seu sub lente puberulis; flosculo masculo sessili glabro; foemineo stipitato hemisphaerico molliter pubescente. Isachne minutula. *Kunth.* Rev. Gramm. t. 717. Ins. Marian. Guinea.

790. P. BENJAMINI. (*Steud.*) Culmo erectiusculo tenui tecto vaginis laevibus margine ciliatis; ligula margo barbatus; foliis lineari-lanceolatis asperis; paniculae subeffusae ramis capillaribus subverticillatis cum ramulis asperis flexuosis; pedicellis alternis; spiculis minutis ovalibus obtusissimis; glumis subaequalibus enerviis diaphanis obtusis dorso subpubescentibus; flosculo exteriore oblongo masculo glabro; interiore fertili subrotundo ventricoso dorso pubescente. Isachne miliacea. *Roth.* N. pl. spec. 58. Ind. or.

791. P. BELLUM. (*Steud.* Nmcltr. 253.) Culmo debili filiformi fere toto tecto vaginis laxis margine ciliatis; ligula nulla; foliis lato-lanceolatis (subpollicaribus) flaccidis eleganter striatis, margine argute serrulato-ciliatis, basi longe pilosis; paniculae subeffusae capillaris ramis verticillatis flexuosis; spiculis minutissimis ovali-subrotundis; glumis aequalibus obtusis subenerviis; flosculo masculo ex oblongo ovali, hermaphrodito ovali pubescente. Isachne pulchella. *Roth.* l. c. Ind or.

792. P. KUNTHIANUM. *Wight* et *Arn.* (in Hrbo. *Wight.*) Culmo repente; foliis ovato-lanceolatis subcordatis vaginisque tuberculatis hirsutisque; ligula setosa; panicula parva ovali rigida (vix pollicari) e ramulis alternis 4—5 patentibus sub-6-floris; pedicellis 2 inferioribus subbifloris, 2 superioribus unifloris; spiculis minimis ovatis monoicis, inferiore flosculo hermaphrodito-masculo laevi, superiore stipitato foemineo hirto; glumis flosculos superantibus apicem versus e tuberculis hirsutis. Isachne Kunthiana. *Nees.* mpt. P. obliquum. *Zolling.* hrbr. nr. 271? Penins. Ind. or. Java?

793. P. SIMPLICIUSCULUM. *Wight* et *Arn.* (in Hrbo. *Wight* nr. 2044.) Culmo filiformi humili (spithameo) ramoso glabro nodis pubescentibus; vaginis foliisque lanceolatis parvis glabris (6‴ longis, 1‴ latis); paniculae racemosae angustae (3-pollicaris) radiis brevissimis densifloris alternis erecto-patulis a basi tetrastachyis supremis 1—2 stachyis; spiculis brevi pedicellatis ovatis parvis; glumis subaequalibus subrotundis, inferiore 3-superiore 5-nervia; flosculo inferiore hermaphrodito ovato laevi, superiore pedicellato foemineo aut neutro minore hispidulo. Isachne hispidula. *Nees.* mpt. Ceylon.

794. P. PERPUSILLUM. *Arn.* (mpt. sub: Isachne.) Culmo filiformi ramosissimo glabro pusillo; nodis oreque vaginarum barbatis; foliis linearibus angustis; panicula subsimplici pauciflora; spiculis ovalibus; glumis flosculis duplo brevioribus obtusis, flosculis oblongis, superiore pubescente. *Nees* mpt. ♃ Ceylon.

795. P. CUSPIDIGLUMA. (*Steud.*) Culmo ramoso; vaginis glabris; foliis oblongis supra subpilosis ($^3/_4$—1$^1/_2$″ longis, 3—4‴ latis); racemo composito angusto glabro, radiis alternis 4—2-floris; spiculis ovatis monoicis; flosculo inferiore hermaphrodito, masculo laevi, superiore stipulato foemineo apicem versus sparsim hispidulo; glumis cuspidatis glabris. Isachne Neesiana. Hrbr. *Arn.* nr. 2045. Ceylon.

c. *Flosculo utroque pubescente vel scabro.* §. 35.

796. P. ALBENS. *Trin.* (Ic. Gram. VIII. t. 85. sub: Isachne.) Culmo (tripedali) basi ramoso repente; vaginis glabris; ligula brevissima rigido-ciliata; foliis lanceolatis (2—5″ longis, 5‴ latis) pallide glaucescentibus (albo-marginatis) asperiusculis; jubae (6—8-pollicaris) radiis tenuissimis; pedicellis brevibus; spiculis semilinealibus subrotundis; glumis laevibus flosculo utroque hermaphrodito pubescente. Nepal.

797. P. ZOLLINGERI. *Steud.* Culmo tereti glabro simplici vel ramoso foliato (ultra pedali) cum vaginis striato, his glabris ad oras ciliatis; ligula pilorum series; foliis lanceolatis acutis glauco-viridibus nervosis laeviusculis margine scabris (5—8″ longis, 4—5‴ latis); paniculae amplae ($^1/_2$—1-pedalis) compositae radiis irregulariter dispositis subverticillaribus et solitariis erecto-patentibus racemoso-paniculatis radiolisque teretibus glabris, his paucis vel unifloris; pedicellis spiculas semper saepius multoties superantibus; spiculis glabris ovatis obtusis; flosculis (sub lente) minute setuloso-scabris. *Zollinger* Hrbr. nr. 880. Java.

798. P. RHABDINUM. (*Steud.*) Culmo basi repente, adscendente; foliis lanceolatis scabris cartilagineo-marginatis; paniculae virgatae radiis spatio brevi racemoso-compositis angustis strictiusculis; spiculis ovato subrotundis apice fastigiatis; flosculis pubescenti-scabris, inferiore paulo longiore masculo, superiore foemineo; glumis tuberculato asperulis apice contracto obtuso mucronatis glabris. Isachne virgata. *Nees* mpt. Java.

799. P. STENANTHUM. (*Steud.*) Culmo adscendente ramoso; foliis lineari-lanceolatis subtus vaginisque pubescenti-scabris glaucis; panicula contracta; radiis solitariis racemifloris; spiculis oblongis; glumis glabris apice convoluto-attenuatis obtusiusculis; flosculo inferiore hermaphrodito, superiore foemineo pedicellato, utroque fructiferoque sparsim puberulo. Isachne angusta. *Nees* in *Willd.* Hrbr. et mpt. *Petit-Thouars* legit in? Madagasc.

800. P. MYOSOTIS. *Nees.* (in *Hook.* Kew. Gard. misc. II. 98. sub: Isachne.) Culmis caespitosis humilibus (vix pollicaribus) repentibus adscendentibus ramosis; foliis confertis lanceolatis striatis vaginisque e tuberculis hirsutis; paniculae parvae racemoso-compositae radiis rigidulis

5—2—1-floris; spiculis minimis (vix magnitudine seminis Papaveris) longiuscule pedicellatis globosis; flosculis scabris aequalibus conformibusque, inferiore hermaphrodito masculo, superiore foemineo; glumis patentibus oblongis hispidis, flosculum aequantibus patentissimis. Hrbr. *Cuming* nr. 947. Ins. Philip.

801. P. WALKERI *Arn.* (in Hrbo. *Wight.* nr. 2046 sub. Isachne.) Culmo erecto foliatoglabro (pluripedali); vaginis margine et ore pilosis; foliis lanceolato-linearibus cartilagineo-marginatis subtus pubescentibus; panicula ampla capillari rariflora, ramis pedicellisque elongatis laevibus, apicem versus dissite floriferis; spiculis grandiusculis obovatis perfecte bifloris, glumis flosculos subaequantibus, flosculoque utroque apicem versus setis fugacibus subhispidis. *Nees.* mpt. *Hohnkr.* hrbr. Ind. or. nr. 1280. ♃ Ind. or. Ceylon.

802. P. SAXATILE. *Steud.* Radice repente fibrosa; culmis erectis vel basi procumbentibus radicantibus adscendentibus ramosis glabris vaginatis et foliatis (1—2-pedalibus) viridi glaucescentibus; vaginis margine sursum cum ligula brevimembranacea setuloso-pilosis; foliis alternis distichis patentibus lanceolatis strictis acuminatis rigidulis scabris (2—4″ longis, 2—3‴ latis); panicula patente ovata (3—4 pollicari); radiis inordinatim dispositis tenuibus angulosis vel subteretibus paucifloris; glumis tenuibus laevibus obscure 5-nerviis; flosculis sparsim minute setuloso-scabris. Hrbr. *Zolling.* nr. 3493. An? P. albens. *Trin.*? Var. flosculis demum glabratis. *Zolling.* hrbr. nr. 1604. In saxosis montium Java.

803. P. OLIGOSTACHYUM. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis erectis (5—8-pollicaribus) teretibus glabris; vaginis arctis striatis glabris; ligula fissa albo-membranaceo; foliis angustis strictis glabris vix scabriusculis acutis; panicula depauperata racemiformi, radiis brevibus 2—4-floris; spiculis linealibus; glumis flosculos subaquantibus acutis; flosculo utroque fertili oblongo acutiusculo tenuissime puberulo. *Urvill.* legit prope Conception Chili.

Sectio XVII. Trichachne. *Nees.* Racemi elongati simplices, pauci vel plures paniculati; spiculae geminae vel ternae lanceolatae vel ovato-lanceolatae, brevius pedicellatae; glumae inaequales, inferior minuta squamaeformis nuda, superior multo major acuminata villosa; valvulae flosculi hermaphroditi membranaceae; (non cartilagineae sed flexiles).

* Racemis binis vel ternis. §. 37.

804. P. DIDYMOSTACHYUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto (1—2-pedali) striato glabro; vaginis foliisque lanceolatis brevibus (2″ longis, 1‴ latis) margine e glandulis hirsutis; spicis 2-raro 3-nis terminalibus approximatis (2—4-pollicaribus); spiculis inaequaliter pedicellatis; pedicellis articulo phialiformi a spicula solubili terminatis (uti in Tricholaenis); gluma inferiore minutissima (rarius nulla), superiore dense argenteo-sericeo pilosa, pilis elongatis; flosculo hermaphrodito subcoriaceo glabro ovato acuminato. *Leprieur* legit in Senegambia.

** Racemis pluribus. §. 38.

805. P. LEUCOPHAEUM. *H. B.* (N. gen. I. 97 sub. Panicum). Culmo erecto elato 2—6-pedali) nodisque scabris; foliis linearibus acuminatis utrinque margineque scabris (8—15″ longis, 2—4‴ latis); vaginis laxis e tuberculis pilosis; ligula abbreviata rotundata; racemis numerosis densis verticillatis subfastigiatis; pedicellis brevibus vel spiculam aequantibus; spiculis 2—3-linealibus lineari-lanceolatis dense lanatis. *Trin.* Ic. XIX. t. 220. Andropogon insularis *Lin.* Trichachne insularis. *Nees.* Agr. bras. 86. Milium villosum. *Swartz.* Milium hirsutum. *Beauv.* Agr. t. V. f. 5. Am. austr.

806. P. SACCHARIFLORUM. *Nees.* (l. c. sub. Trichachne.) Radice crassa sericeo-squamata fibrillifera; culmis pluribus erectis strictis simplicibus laevibus glabris (2—2½-pedalibus); foliis linearibus acuminatis (6—8″ longis, vix 2‴ latis) concoloribus vaginisque glabris; ligula ovata acutiuscula; racemis contractis (1½—2″ longis) erecto-subadpressis, inferioribus et superioribus subalternis, mediis subverticillatis; spiculis lanceolatis pedicellum longiorem superantibus dense lanatis. Acicarpha sacchariflora. *Radd.* Agr. bras. t. 1. f. 4. Agrostis argentea. *Salzm.* Hrbr. Praecedentis var. *Trin. Kunth.* ♃ Brasil.

807. P. RECALVUM. *Nees* (l. c. 88 sub Trichachne). Culmo basi stolonifero adscendente (3—4-pedali); vaginis hirsutis; ligula truncata; foliis lineari-lanceolatis (3—5″ longis, 3—4‴ latis) erecto-patentibus firmis nervosis, margine cartilagineo-scabris; racemo composito subfastigiato (4—5-pollicari); rhachi scabra, radiis trigonis; spiculis linearibus lanceolatis dorso glabris geminis inaequaliter breve pedicellatis; gluma inferiore minutissima truncata, superiore lanceolata acuta uninervia, subduplo breviore quam valvula neutra lanceolata 7-nervia margine ciliata; hermaphrodito quam neuter paulo breviore, subtilissime punctato acuminato. ♃ Brasil.

809. P. TENNERRIMUM. *Kunth.* Culmo ramosissimo filiformi (½—1-pedali); vaginis laevibus ore longe barbatis; ligula ovata acutiuscula (saepe lacera); foliis linearibus (1½—2″ longis, 1‴ latis) acuminatis patentibus supra pubescenti-scabris, subtus laevibus; racemis terminalibus, partialibus paucis (3—6) adpressis fastigiatis; spiculis lanceolatis imbricatis ultra linealibus geminis inaequaliter brevipedicellatis; gluma inferiore brevissima ovato-lanceolata uninervia, superiore acuta neutra lanceolata argenteo-lanata, hermaphrodito brevi acuminato. Trichachne tenuis *Nees.* l. c. A. P. leucophaeo *H. B.* quocum jungit *Trinius* diversum videtur. ♃ Brasil.

810. P. VESTITUM. *Kunth.* Culmo erecto firmo (3-pedali); foliis sublanceolato-linearibus pilosis; vaginis brevi hirsutis, radicalibus dense fulvo-hirsutis; racemo laxo, ramis elongatis, inferioribus oppositis, superioribus alternis subfastigiatis pedicellis spicula plerumque brevioribus; spiculis bilinealibus lanceolato-ovatis acutis villosis; gluma inferiore minuta, superiore flosculis parum breviore 7-nervia; hermaphrodito acuto obsolete striatulo. Trichachne velutina *Nees* l. c. 90. ♃ Brasil.

811. P. PHAEOTRIX. *Trin.* (Icon. VIII. t. 91.) Culmo erecto gracili (2—3-pedali); foliis filiformi involutis (8—12″ longis) vaginisque glabris; racemis 4—6 subdigitato-alternis laxe floriferis (5—6″ longis); spiculis geminis vel ternis linealibus ovato-ellipticis ferrugineo-hirsutis; gluma inferiore minutissima vel nulla superiore flosculo dimidio breviore; flosculo neutro bivalvi. Trichachne ferruginea. *Nees.* l. c. P. ferrugineum. *Kunth.* Rev. Gr. t. 165. ♃ Brasil.

Sectio XVIII. Species quoad sectiones priores quaedam omnino dubiae. §. 39.

812. P. BAMBUSOIDES. *Hamilt.* (Prodr. 10.) Culmo arborescente divaricato-ramoso; ramis apice foliosis; foliis lanceolato-elongatis vaginis subpubescentibus; panicula ramoso-divaricata laxa; floribus solitariis; pedunculo elongato scabriusculo. ♄ Portorico.

813. P. SORGHOIDEUM. *Hamilt.* (l. c.) Caule aborescente ramoso; foliis lato-lanceolatis subtus puberulis; paniculae ramosae radiis subfasciculatis. ♄ Portorico.

814. P. VIVIPARUM. *Nees.* (in litt.) Culmo humili ramoso; foliis lineari-lanceolatis planis, panicula brevi ramosa flexuosa; spiculis oblongis acutis, glumis acutis; caryopsi lanceolata laevi apicem versus hispidula. Ad habitum P. capillari accedit, sed florescentia distans. *Nees* in Hrbr. *Lehmann.* ♃ Guinea.

814b. P. RAMOSUM. *Lin.* (Mant. 29.) Caule erecto ra-

moso laevi (pedali) vaginis laevibus fauce margineque ciliatis; paniculae ramis simplicibus triquetris canaliculatis; floribus pedicellatis 2—3-nis, inferiore pedicello brevissimo; gluma exteriore brevi membranacea amplectente; superiore et neutrius valvula ovatis. cfr. P. attenuatum. *Willd.* India.

815. P. NOTATUM. *Retz.* (Obs. IV. 18.) Culmo gracillimo lato, nodis nigris; vaginis internodio brevioribus ore barbatis; foliis lanceolatis acuminatis (5″ longis, 7—9‴ latis) ciliatis; panicula pedali patente; radiis scabris, axillis nigro-notatis; spiculis parvis oblongis acutis sparsis solitariis vel geminis pedicellatis; valvulis interioribus aequalibus purpureis, exteriore albida, omnibus lanceolatis. Sumatra.

816. P. EUCHROUM. (*Steud.*) Culmo ramoso laevi, nodis inferis crassis; foliis cordato-lanceolatis vaginisque margine tuberculatis setoso-ciliatis; paniculae ramis elongatis primum erectis dein patentibus subverticillatis alternisque, spatio a basi divisis paucifloris filiformibus, axillis nigris, radiis capillaribus, pedicellis unifloris; spiculis ovalibus; glumis subaequalibus obtusis coloratis, inferiore paulo minore 3—5-nervia ciliata, superiore valvulaque flosculi neutrius univalvis 5-nerviis, hermaphrodito obtuso laevi. P. Arnottianum *Nees* mpt. non supra nr. 314. P. notatum *Wight* hrb. nr. 21. (ex parte.) P. montanum *Roxb?* P. Neesianum *Wight.* hrbr. ♃ Ind. or.

817. P. ISCHAEMOIDES. *Retz.* (l. c. 17.) Culmo erecto simplici elato; vaginis margine tomentosis; foliis distichis rigidis; panicula erecto contracta; radiis paucis rectis adpressis ad medium usque nudis; floribus geminis altero pedicellato; gluma interiore brevissima acuta truncata. Malabar. Variat? culmo humili vix spithameo; foliis validis rigidis, racemulo terminali simplici 7-floro, spiculis inferis geminis. *Nees.* Brasilia.

818. P. PATENS. *Lin.* Culmo radicante geniculato glabro; foliis lineari-lanceolatis; panicula oblonga flexuosa patente capillari; spicis complanatis viridibus, vetustioribus fuscopurpurascentibus. *Burm.* Ind. t. 10. f. 3. Hippagrostis. *Rumph* Amb. VI. t. 5. f. 2. Ind. or. Lusitania. (!)

Species vix dubie delenda. Citata enim figura *Burmanni* est Panicum trigonum. *Retz.* fig. 3, quae male in textu Panici patentis nomine inscripta ad P. lineare *Lin.* (Cynodon Dactylon) pertinet; et synonymum *Rumphii* Oplismeni est species. *Nees* in litt.

819. P. AEQUATUM. *Nees.* (mspt.) Culmo ramoso repente; vaginis margine ciliatis; foliis cordato-ovatis cuspidatis puberulis; panicula brevi ovali subdecomposita, rhachi ramulisque rigidulis glabris, his flavo-cicatricosis a basi fasciculato-racemosis; glumis flosculisque aequalibus, flosculo inferiore masculo bivalvi, superiore hermaphrodito dorso hispidulo. P. patens *Roxb.* Fl. Ind. ed. Wall. I. 308 (non *Lin.*) *Kunth.* Syn. p. 126. Ind. or. Nepal.

820. P. ROXBURGHII. *Spr.* Culmo ramoso ad genicula radicante adscendente (1—2-pedali); foliis basi cordatis elongatis molliter pilosis; paniculis oblongis (longitudine plantam subaequantibus) ramis expansis capillaribus; spiculis solitariis remotis parvis ovalibus; valvulis secundis calycis recurvis et acutis; corolla 3-valvi (?) semine ovali glabro 5-nervi. P. tenellum. *Roxb.* Fl. Ind. I. 309. Ind. or.

821. P. BROWNEANUM. *Wight. Arn.* (in *Wight* hrbo. nr. 50.) Vaginis villosis; foliis linearibus velutinis; panicula capillari contracta, axillis longe barbatis; pedicellis unifloris; spiculis ovalibus hemigamis; glumis aequalibus exiguis squamaeformibus; valvula flosculi neutrius 5-nervia interstitiis sericeis; hermaphrodito laeviusculo. Milium tomentosum *Koenig.* ex Herbario *Rottler.* non *Willd* in Act. Berol. ⊙? Ind. or.

822. P. SERRULATUM. *Roxb.* (l. c.) Culmis erectis ramosis (2—4-pedalibus); foliis basi subcordatis ensiformibus apice attenuatis margine serrulatis; vaginis glabris; panicula erecta spicaeformi; ramis erectis linearibus ramosis subremotis; spiculis lanceolatis glumis acutissimis; corolla singula hermaphrodita; semine oblongo glabro. Ind. or.

823. P. ULIGINOSUM. *Roxb.* (l. c.) Culmis erectis ramosis basi radicantibus glabris (2—3-pedalibus); foliis brevibus acutis subpubescentibus; vaginis fauce barbatis; panicula erecta ovata tenui; ramis compressis; floribus solitariis polygamis; glumis cuspidatis. Ind. or.

824. P. SARMENTOSUM. *Roxb.* (l. c. 311.) Culmis teretibus, sarmentis ramosissimis suberectis e geniculis floriferis; foliis ensiformibus (6—12″ longis, $^1/_2$—$^3/_4$″ latis) margine hispidis; paniculae patentis ramis pluribus solitariis alternis compositis glabris; spiculis solitariis numerosis pedicellatis; glumis glabris obtusis, flore altero neutro, altero hermaphrodito. An P. limnaeum. (*Steud.*) Ind. or.

825. P. TENUE. *Roxb.* (l. c.) Culmo (basi subinde radicante decumbente) adscendente ramoso (1—6-pedali); foliis magnis superne pilosis margine aciculis acutis; vaginis pilosis fauce barbatis; paniculae erectae rarae racemis subsecundis alternis compositis; floribus geminatis in pedicello communi piloso; pedicellis partialibus inaequalibus; glumis multinerviis; semine ovato transversim undulato. Ind. or.

826. P. ASPERATUM. *Kunth.* Erectum vel adscendens pilis rigidis scabrum; foliis lanceolatis plicatis (6—12″ longis, 1—2″ latis); panicula oblonga laxa, ramis inferioribus remotis; spiculis brevibus unilateralibus solitariis vel 2—3-nis, pedicellis inaequalibus; flosculo masculo univalvi, hermaphrodito rugoso. P. plicatum *Roxb.* l. c. Ind. or.

827. P. FORBESIANUM. *Nees.* (mpt.) Culmo erecto basi lignescente, foliis late linearibus elongatis nervoso-striatis glabris in nervis et margine scabris, vaginis margine oreque dense lanatis; racemo composito elongato spiciformi, ramis approximatis brevibus basi subdivisis; spiculis secundis alternis solitariis ovalibus poly-vel homiologamis, pedicellis brevissimis, inferioribus terminalique sub spicula unisetis; glumis acutiusculis glabris inferiore spicula duplo breviore, superiore 9-nervia; valvula flosculi maximi bivalvis inferiore 7-nervia; hermaphrodito rugoso. *Royle* herbr. nr. 31. Nepal.

828. P. GLAREAE. *Ferd. Müller.* (Linn. XXV. 445.) Culmis caespitosis (pedalibus et ultra) cum foliis vaginis et ligulis glabris, his planiusculis apicem versus involutis (2—4″ longis); ligula elongata membranacea; spicis alternis, multifloris approximatis parum divisis denique modice patentibus, in paniculam oligostachyam congestis; spiculis lanceolatis muticis sericeo villosulis subviolaceis; gluma exteriore glabra lanceolata acuta quam valvula 4—5-ies breviore. Panico coenicolo (mihi ignoto) dicitur affine. N. Holl. austr.

829. P. MONTANUM. *Roxb.* (l. c. 315.) Culmo erecto (3—4-pedali sublignoso) glabro; foliis lanceolatis nervo inaequaliter divisis longitudinaliter striatis, inferne ad faucem vaginae ciliatis; paniculae oblongae (12—18-pollicaris) ramis capillaribus rectis; spiculis parvis ovatis remotis; semine glabro dorso trinervi. ♃ Ind. or.

830. P. CARTILAGINEUM. *Mhlbrg.* (Desc. 28.) Culmo pubescente humili (5-pollicari), nodis glabris; foliis lanceolatis nervosis margine cartilagineis; vaginis pubescentibus, ligula barbiformi; paniculae erectiusculae terminalis ramis solitariis alternis flexuosis glabris a basi divisis; glumis ovatis obtusis pubescentibus. Georgia.

831. P. ERIOPHORUM. *Schult.* Vaginis pilosis; foliis lato-lanceolatis rigidis pilosiusculis; paniculae erectae diffusae ramis capillaribus; spiculis ovato-oblongis nervosis acutiusculis glabris. P. lanuginosum. *Bosc.* in *Spr.* S. V. I. 319. Georgia.

832. P. PATENTISSIMUM. *Poir.* (Enc. menth. Supl. IV. 283.) Culmo tereti laevi nodisque fuscis glabris; vaginis ore margineque pilosis; foliis lato-lanceolatis (6″ longis, 6‴ latis) ciliatis; panicula ampla (15—18″ longa, 10″ lata) diffusa patentissima glaberrima, ramis filiformibus subverticillatis distantibus; spiculis ovatis obtusis; glaberrimis parvis. Domingo. Mexico.

833. P. MULTINERVE. *Poir.* (l. c. 279.) Culmo

erecto glabro procero; vagina fauce nigro-maculata; foliis lato-lanceolatis elongatis (6—7″ longis, 1″ et ultra latis) acuminatis confertis amplexicaulibus subcoriaceis valde nervosis; panicula (6—8-pollicari) glabra diffusa erecta, ramis numerosis filiformibus; spiculis alternis pedicellatis (virdi-flavescentibus); gluma inferiore minima superiore et mascula valvula ovatis obtusis. Ins. Antill.

834. P. ORNATUM. *Hamilt.* (Prodr. 11.) Culmo elato ramoso villosulo; foliis cordato-lanceolatis pubescentibus, nodis verticillato-pilosis; paniculae ramis villosis; spiculis alternis pubescentibus. Portorico.

835. P. PORTORICENSE. *Hamilt.* (l. c.) Culmis flexuosis subfasciculatis apice ramosis; nodis nudis; foliis lineari-lanceolatis glaberrimis basi ciliatis; panicula subsessili subramosa divaricata, rariflora; spiculis ovatis pilosiusculis. Portorico.

836. P. AURICULATUM. *Willd.* (*Spr.* S. V. I. 322.) Foliis cordato-auriculatis lanceolatis basi ciliatis; paniculae ramis strictis; flosculis parvis lanceolatis acuminatis glabris nervosis. Am. austr.

837. P. BISULCATUM. *Thunb.* (N. Act. Ups. VII. 141.) Culmo tereti glabro (2 pedali et ultra) ramoso; vaginis duplicato-sulcatis glabris margine ciliatis; foliis lineari-ensiformibus nervosis glabris (spithamaeis, 5—6‴ latis); nervo medio flavescente; panicula decomposita ampla patentissima ramis capillaribus simplicibus flexuosis glabris, flosculis geminis pedicello altero brevissimo, altero longitudine floris; calycibus 3-nerviis. P. grossarium. *Thunb.* Fl. Jap. 48. non *Lin.* Japon.

838. P. CONFERTUM. *Poir.* (Enc. supl. IV. 279.) Culmo glabro striato subangulato; vaginis superne liberis convolutis ore barbatis; foliis elongato-lanceolatis (6″ longis, 4—5‴ latis) nervosis glabris; panicula erecta lanceolata glaberrima, ramis rigidiusculis capillaribus apice confertis; spiculis subangulatis pedicellatis sessilibusque viridi flavicantibus; valvulis obtusis. Ins. Antill.

839. P. SPECIOSUM. *Walt.* (Fl. Carol. 32.) Panicula elongata erecta geniculata; ramis verticillatis simplicibus brevibus; floribus solitariis subsessilibus. Carolina.

840. P. MEGAPOTAMICUM. *Spr.* (cur. post. 34.) Culmo angulato foliisque convolutis glabris; paniculae ramis patentibus, flosculis brevissime pedicellatis glabris acutis nervosis; corollis lucidis. Rio grande.

841. P. ACUTIFLORUM. *Poir.* (Enc. supl. IV. 282.) Culmo debili striato foliisque oblongo-lanceolatis glabris; vaginis subpubescentibus; panicula laxiuscula terminali simplici patentiuscula; floribus parvis alternis acutis oblongis, glumis inaequalibus brevibus submucronatis.

842. P. RAFINESQUEANUM. *Schult.* (Mant. II. 257.) Foliis lanceolatis patentibus basi ciliatis; panicula pubescente; pedunculis flexuosis; glumis ciliatis. N. Caesarea.

843. P. LAMARCKII. *Kunth.* (Gram. I. 41.) Culmo geniculato reclinato ramosissimo; foliis glabris planis; spicis brevissimis; glumis ovatis concavis vix acutis, longitudine fere corollae. Panico virgato *Lin.* dicitur affine. Agrostis panicoides. *Lam.* ill. 162. — —

844. P. BERMUDIANUM. (*Steud.*) Culmo compresso foliisque laxis glabris; paniculae contractae radiis flexuosis; flosculis majusculis striato-costatis. P. aquaticum *Bosc.* in *Spr.* Syst. II. 319. Ins. Bermud.

845. P. BRACHIATUM. *Bosc.* (in *Spr.* l. c.) Culmo erecto ramoso; foliis elongatis margine asperis; paniculae ramosissimae strictae radiis scabris; flosculis parvis ovatis acutis nervosis scabris. Ins. Bermud.

846. P. VIOLACEUM. *Klein.* (in Linn. IX. 307.) Totum coloratum violaceum; culmo basi diffuso radicante adscendente ramosissimo; caulibus bifloris (sic! an bifoliis?); valvulis carinatis obtusis, altera tertia parte breviore; flosculis hermaphroditis et masculis globoso-nervoso striatis; panicula capillari virgata, basi conferta. Aira violacea. *Willd.* hrbr. fol. 1832. Ind. or.

847. P. FUGAX. *Koenig.* (Naturf. 23. p. 209.) Culmo decumbente; paniculis celerrime emarcidis. — —.

848. P. SCABERRIMUM. *Lagasc.* (Elench. p. 2.) Radice tuberosa; panicula erecto-patente; ramulis trigonis strictis deorsum scaberrimis; glumis bifloris. P. ligulare *Nees*? ♃ Mexico.

849. P. SERICEUM. *Ait.* (Hort. Kew. 2. p. 139.) Spica tereti; involucris setaceis villosis unifloris longitudine flosculorum; foliis planis. Pennisetum uniflorum. *H. B?* ex *Spr.* ⊙ Ind. or.

850. P. HIANS. *Ell.* (Bot. I. 118.) Culmo gracili decumbente; foliis linearibus basi ciliatis; paniculae subracemosae radiis patentibus; flosculis nervosis acutis, neutrius valvula elongata hiante. P. divaricatum. *Michx.* Fl. Am. p. 50. P. debile *Poir. Kunth.* En. 2. 100. Am. septr.

Forma est generis: Steinchisma *Rafin.* cum charactere: Calyx 3-glumis, gluma interior major; corolla biglumis; flos neuter hians. *Sering.* Bull. Bot. 220.

De speciebus nomine tantum notis cfr. Nomencl. et *Wall.* Catalog. nr. 8680—8748 quarum vix dubie plures sub aliis nominibus sunt descriptae. Praeterea extant nomina:

P. rariflorum. *Rupr.* Bullet. Brux. IX. 2. 240. Hrbr. Galeot. nr. 5733. ♃ Mexico. P. sciaphilum. *Rupr.* l. c. Hrbr. Geoleot. nr. 5759. ♃ Mexico.

HELOPUS. *Trin.* Racemus compositus vel decompositus; rami secundiflori; spiculae cum pedicello mediante toro calloso articulatae; calyx uniflorus biglumis flosculo longior; glumae muticae vel subaristulatae subaequales flosculo longiores; flosculus bivalvis apice cuspidato-aristatus cartilagineus, arista persistente; ludiculae collaterales truncatae; caryopsis flosculo indurato inclusa,

Conferat. adnotatio ad genus Paspalum, supra. p. 16.

1. H. ANNULATUS. *Flügg.* (Monogr. 133. sub: Paspalum.) Culmo decumbente, nodis pubescentibus, superne glabro; foliis linearibus angustis planis (culmeis 1—1½″ longis, vix ultra 1‴ latis), margine laeviusculis; spiculis pluribus (8—15) alternis quandoque geminatis; rhachi triquetra glabra spiculis quadruplo angustiore (4—6-pollicari); radiis (1—2-pollicaribus) triquetris glabris vel vix pubescentibus; spiculis geminis in pedicello subbifido, altera nempe spicula brevissime, altera longius pedicellata; pedicellis scabriusculis apice capitaliformibus, annulo nigricante cinctis; spiculis supremis solitariis, omnibus ovato-lanceolatis acutis pilosis; glumis muticis subaequalibus (virentibus vel violaceis), longioribus valvula exteriore oblonga obtusa brevi mucronata. Milium ramosum. *Retz.* Agrostis ramosa *Poir.* Ind. or.

Vereor, ne plurimae-nisi omnes-extra Ind. or. lectae species sub Helopus annulatus enumeratae ad unam alteramve sequentium pertineant.

2. H. GLOBOSUS. (*Steud.*) Culmo simplici erecto (pedali et ultra); vaginis fauce et margine ciliatis; foliis laneolatis striatis scabris marginatis patulis (vix digitalibus); panicula patula subovata; pedunculis pedicellisque capillaribus flexuosis, infra apicem cingulo luteo notatis; glumis ovatis obtusis muticis glabris fuscoviridibus. Milium globosum. *Thunb.* Fl. jap. 49. Eriochloa japonica. *Kunth.* Praecedenti dicitur affinis. Japonia.

3. H. PUNCTATUS. *Nees.* (Argr. bras. 16.) Culmo erecto (1—3-pedali) superne nodisque pubescentibus; vaginis excepta fauce subpilosa glabris; foliis lanceolato-linearibus (6—10″ longis, 3—5‴ latis) glabris; racemis pluribus (5—12) sparsis sessilibus; axi communi (3—6-pollicari) angulato, partialibusque dense pubescentibus; pedicellis apice clavulatis (capituliformibus linea atropurpurea cinctis); spiculis subbilinealibus acuminatis. 2—4-serialibus laxiuscule imbriatis longe pilosis, glumis aristulatis. Paspalum

punctatum. *Flügg.* Mong. 127. *Trin.* Ic. XIII. t. 153. Eriochloa punctata. *Hamilt. Kunth.* Piptatherum punctatum. *Beauv.* Agr. t. V. fig. 11. Ind. occ. Am. austr.

4. H. ACUMINATUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 221. sub: Piptatherum.) Culmo tenui humiliore (vix $^1/_2$-pedali); foliis planis angustis margine scabris, nodis vaginisque collo holosericeis, rhachi pubescente; spiculis omnibus solitariis; glumis inaequalibus pilosis 3-nerviis, inferiore mucrone longiore ($^1/_3$ glumae aequante) terminata, utraque valvula inferiore punctato-corrugata longiore. ♃ Mexico.

5. H. NUBICUS. *Steud.* Caespitosus, culmis erectis supra basin simplicibus vel ramosis ($^1/_2$—1-pedalibus) vaginatis ad summitatem usque glabris; vaginis striatulis glabris; ligula ciliata; foliis planis lanceolatis acuminatis (1—1$^1/_2$″ longis, 1—2‴ latis) glabris; racemis simplicibus (3—6) alternis, (excepto ultimo pedunculato) sessilibus vel brevissime pedunculatis; spiculis unilateralibus subbiseriatis ultra linealibus subadpresso pilosis ovato lanceolatis plerumque solitariis raro binatis; pedicellis nudis, toro viridi nudo; glumis subaequalibus utraque brevi altera longius aristulata, parum longioribus valvula inferiore ovata obtusa aristulata. H. annulatus. *Hochst.* hrbr. un. it. nr. 382. Nubia.

6. H. ACROTRICHUS. *Steud.* Culmo basi ramoso subcaespitoso (1$^1/_2$—2-pedali et ultra) ad summitatem usque tenui pubescente; vaginis laxiusculis striatis (cum foliis plus minus) tenui-pubescentibus; ligula brevi dense ciliata; foliis planis lanceolatis acuminatis margine vix scaberulis (2—5″ longis, 1$^1/_2$—2$^1/_2$‴ latis); racemis 6—10 alternis breviter pedunculatis; spiculis solitariis vel (in inferiore racemorum parte) binatis et tunc altera brevissime altera longius pedicellata; pedicellis apice pilis longis simplicibus, post spicularum delapsum persistentibus cinctis; spiculis vix ultra linealibus ovato-lanceolatis pilosis, glumis muticis flosculi valvulam superiorem obtusam laevem mucronulatam parum superantibus. Panicum fatmense. *Hochst. Steud.* Hrbr. un. arab. nr. 806. Nubia. Variat: statura debiliore altiore et partibus omnibus magis vel omnino glabris. H. annulatus. Hrbr. un. it. Abyss. nr. 1748. *Rich.* Fl. Abyss. II. 370. Abyssinia.

7. H. SUCCINCTUS. *Trin.* Culmo prostrato adscendente (6—12-pollicari) ramoso; vaginis pubescentibus, ligula ciliari; foliis sublanceolato-linearibus (1—2″ longis, 1‴ et ultra latis) pubescentibus; racemis sub-6 alternis sessilibus; axi communi (1$^1/_2$—3-pollicari) triquetro; spiculis ultralinealibus acutissimis 4—2-serialibus laxiusculis; pedicellis pubescentibus pilis apicis brevissimis attenuatis; glumis breviter aristulatis. Paspalum succinctum. *Trin.* Ic. XIII. t. 156. Eriochloa succincta. *Kunth.* En. I. 73. Astracan.

8. H. TRIDENTATUS. *Trin.* Culmo abbreviato 6—9-pollicari) adscendente ramosissimo; vaginis pubescentibus; ligula ciliari; foliis e basi cordata lanceolatis (8—20‴ longis, 1$^1/_2$‴ latis) glabris; racemis subternis alternis sessilibus; axi communi partialibusque hirsuto-pubescentibus; pedicellorum pilis attenuatis, spiculis bilinealibus tridentato-mucronatis biserialibus subimbricatis; glumis ultra medium pilosis aristulatis, inferiore apice tridentata, dente medio productiore. Paspalum tridentatum. *Trin.* Mem. Petr. l. c. 132. Am. austr.

9. H. BARBATUS. *Trin.* (*Spr.* Entd. II. 49.) Culmo basi repente vel adscendenti-erecto ramoso (subpedali); vaginis excepta fauce glabris, ligula submembranacea obsoleta; foliis basi rotundata semiamplexicaulibus (oblongo-) linearibus obtusis (1—2-raro 6—7″ longis, 3—7‴ latis) ciliolatis; racemis 2—3-subconjugatis vel alternis sessilibus, axi communi partialibusque et pedicellis brevissimis glabris; spiculis ultralinealibus acutis biserialibus subimbricatis vel remotis; glumis 5—7-nerviis; perianthio punctulato striato apice barbatulo. Paspalum obtusifolium *Trin.* ic. X. t. 115. Ind. or.

10. H. BRACHYSTACHYS. *Trin.* (Ic. XXIV. t. 277.) Culmo erecto (2-pedali et ultra) ad nodos barbulatos et infra racemos pubescente, interdum squarroso-ramoso; vaginis glabris vel sparsim pilosis; ligula ciliari; foliis linearibus vel fasciculorum angustissimis plus minus involutis pubescentibus vel glabris; racemis 2—4 alternis sessilibus; axi communi partialibusque hirsuto-pubescentibus; spiculis subsesquilinealibus acutissimis biserialibus imbricatis; glumis 3—5-nerviis; perianthio barbatulo tenuissime transversim ruguloso, glumis paulo breviore. Eriochloa distachya *H. B.* N. gen. t. 30. ♃ Am. austr.

11. H. GRANDIFLORUS. *Trin.* (Ic. XXIV. t. 278.) Culmo simplici vel basi ramoso erecto (3—5-pedali) molliter pubescente; ligula brevissima dorso pilosa; foliis linearibus vaginisque pubescentibus; racemis 3—6 alternis subsessilibus; axi communi partialibusque hirsuto-pubescentibus; pedicellis brevissimis villosis; spiculis bilinealibus acutis biserialibus imbricatis; glumis obsolete 3-nerviis, perianthio illis $^1/_3$ breviore punctulato, barbulato. Paspalum ctenostachyam *Trin.* Brasil.

12. H. TRICHOPUS. *Hochst.* (Flora 1844. 254. Hrb. un. it. 1656.) Culmo basi decumbente mox erecto glabro (2—3-pedali), vaginis papilloso hispidis; foliis lanceolatis (5—8″ longis, 5—7‴ latis) piloso-hispidis; ligula membranaceo apice pilosa; racemis 6—12 alternis sessilibus; axi communi partialibusque pilosis; spiculis linealibus subrotundo ovatis acuminatis biseriatis imbricatis, pedicellisque brevissimis patenti-pilosis; gluma inferiore spicula paulo breviore et multo angustiore apice denticulato-truncata, superiore ovato-acuminata flosculis longiore septemnervia; flosculo masculo bivalvi, valvula inferiore ovato-acuta 5-nervia, superiore pellucida binervia; hermaphroditi paleis subrotundis chartaceis ruguloso striolatis. Panicum papillosum. *Fenzl* Hrbr. Fl. aeth. *Kotsch.* nr. 74. Panicum trichopodum. *Rich.* Fl. Abyss. II. 369. ♃ Nubia. Abyssin.

13. H. POLYSTACHYUS. *Trin.* Culmo (1$^1/_2$ pedali) pubescente apicem versus uti nodi villoso; foliis planis margine scabris; vaginis glabriusculis; ligula lanato-ciliata; spicis numerosis alternis approximatis; rhachi communi lanata; spiculis subdistichis; pedicellis linealibus, involucelli pilis spiculis duplo brevioribus persistentibus; glumis ovato-oblongis piloso-sericeis, inferiore spicula duplo breviore; paleis glaberrimis inferiore mucronata. Eriochloa polystachya. *H. B.* N. gen. I. f. 31. ♃ Panicum flavescens. *Sieb.* Fl. mart. nr. 384. sec. *Presl.* Bot. Bmrkg. 120. Guayaquil.

14. H. BOLBODES. *Hochst.* (Hrbr. Abyss. nr. 2021.) Rhizomate bulboso incrassato pilis sericeis dense tecto radices fibrosas emittente; caule erecto (2—3-pedali) simplici vaginato folioso; vaginis laxiusculis foliisque glanduloso pilosis scabriusculis; ligula pilosa; foliis lanceolatis acutis (3—4″ longis, medio 2—3‴ latis) nervosis; paniculae radiis alternis, rhachi pilosa scabra; spiculis secundis inordinatim subbiseriatis, glumis flosculoque neutro similibus 3—5-nerviis, hermaphrodito obtuso apiculato transversim rugoso. Abyssin.

15. H. VILLOSUS. *Nees.* Culmo glabro (3-pedali); foliis subscabridis caeterum glabris striatis (interioribus 4—5 superioribus 1—2″ longis, 1—2‴ latis); racemis 3—4 alternis, rhachi communi et partialibus hirsutis; spiculis biseriatis imbricatis secundis; glumis aequalibus ovatis acutis villosis pallidis linea 3-plici elevata viridi-notatis. Paspalum villosum. *Thunb.* fl. jap. t. 8. Japon.

16. H. KUNTHII. *Trin.* Culmo erecto (3—4-pedali) dense molliter pubescente; vaginis glabris; foliis linearilanceolatis acuminatis utrinque pubescentibus margine scabris; ligula margo brevissimus lanato-ciliatus; paniculae pyramidatae racemis numerosis simplicibus; rhachi angulata pedicellisque lanatis; spiculis geminis unilateraliter approximatis; glumis membranaceis subaequalibus ovato-oblongis,

pilosis, infra apicem glabris, exteriore brevissime aristata; corollae — calyce $^1/_3$ brevioris — paleis ellipticis tenuissime punctatis exteriore obsolete 3-nervia apice hispidula aristata, interiore mutica enervia glaberrima. Eriochloa Kunthii. *Meyer* Esseq. 47. ♃ Guiana.

17. H. COGNATUS. *Steud.* Culmo erecto (pluripedali) inferne glabro, infra paniculam rhachique pubescente; nodis (subaurantiaco-fuscis) brevissime puberulis; vaginis foliisque striatis glabris; ligula brevissime membranacea secundum nervos vaginae pilorum fasciculis ciliata; foliis lineari-lanceolatis acuminatis glabris (4—6″ longis, 3—4‴ latis); paniculae contractae racemis numerosis simplicibus; spiculis solitariis imbricatis unilateralibus obovatis acutis pilosis; glumis aequalibus infra apicem nudis, caeterum sericeo pilosis; corollae calyce $^1/_3$ brevioris valvulis laevibus vel tenuissime puncticulatis aequalibus marginatis, inferiore brevissime aristulata, arista inclusa. Eriochloa punctata *Hochst.* in Hrbo. *Hostm.* nr. 319. Eriochloa polystachya *Salzm.* et Agrostis decipiens *Salzm.* Hrbr. Bahia. Surinam.

18. H. JAVANICUS. *Steud.* Radice validule fibrosa; culmo valido geniculato ad geniculos pubescentes incrassato ramoso (2—3-pedali) longe vaginato; vaginis laxiusculis striatis glabris; ligula membranacea ciliolata; foliis planis striatis glabris (3—5″ longis, 2‴ et ultra latis) lanceolatis acutis; paniculae patulae rhachi radiolisque pilosulis; spiculis solitariis remotiusculis $1^1/_2$-linealibus cum nodulo orbiculari distincto articulatis facile deciduis; glumis inaequalibus, ultra medium a basi longe pilosis, apice nudis 3-nerviis acuminatis hermaphroditum (sub lente) scabridum apice et in aristula tenuissime pilosulum superantibus. Holcus? nr. 2784. Hrbr. *Zollinger.* Java.

19. H. SANGUINALIS. *Nees.* Culmo (basi subinde repente $1^1/_2$-pedali) erecto foliisque elongatis angustis glabris; racemis 4—8 subdigitato-fastigiatis, rhachi trigona glabra spiculis ovato-lanceolatis 2—3-nis inaequaliter pedicellatis. Panicum sanguinale *Burm.* Fl. Ind. t. 10. f. 1. Ind. or.

RELCHELA. *Steud.* Panicula; calyx biglumis biflorus; glumae aequales flosculis longiores; flosculorum alter pedicellatus alter sessilis; valvulae flosculi pedicellati neutri duae basi subconnatae ibique pilosae subcoriaceae aequales oblongae obtusiusculae vacuae; flosculus sessilis multo tenuior brevior hermaphroditus, valvulis subaequalibus; stamina 2, stylus bifidus; achenium oblongum apice pilosulum.

R. PANICOIDES. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto tereti foliato glabro (1—2-pedali); vaginis laxiusculis striatis glabris; ligula hyalina oblonga exserta obtusa plerumque fissa; foliis lanceolatis acuminatis margine vix scabriusculis (2—4″ longis, $1^1/_2$‴ latis); panicula contracta (1—3-pollicari); radiis erectis divisis; spiculis pedicellatis scabriusculis; glumis patentibus aequalibus acutis dorso viridibus, margine albo-membranaceo pellucidis, apice violascentibus; valvulis flosculi neutrius fere ad medium connatis (sub lente validissima) tenuissime pilosuloscabris. *Lechler* Hrbr. nr. 435. Arigue Chili.

Genus Hymenachnidi *Nees* proximum, sed et ab hoc et a Panico — nisi forte cum Isachnidi velis jungere — distinctum. *Lechleram* nominaveram in litt. ad amicos, cum vero serius a *Miquelio* aliud genus speciosius hoc nomine ex Xanthoxylearum familia sit decoratum, per anagramma in Relchelam meum est mutatum.

HYMENACHNE. *Beauv.* Racemus paniculato-spicatus, elongatus, radii conferti; glumae inaequales, inferior multo brevior, superior acuminata; flosculi 2, inferior neuter subbivalvis valvula inferior acuminata, superior minor vel plane deficiens; flosculus superior hermaphroditus neutro brevior membranaceo-coriaceus (nec induratus) in fructu persistens muticus; lodiculae ovatae apice rotundatae; ovarium simplex; stylus bipartitus; stigmata subaspergilliformia; semen liberum.

1. H. FLUVIATILIS. *Nees.* (Agr. bras. 273.) Culmo erecto subsimplici superne attenuato tereti glabro striato laevi; nodis inferioribus subbulbosis fibris subverticillatis radicantibus, reliquis remotis fuscis; vaginis amplis laxis hiantibus submembranaceis glabris striatis laevibus; ligula rotundata denticulato-incisa; foliis linearibus planis laevibus elongatis (8—10″ longis, 3—4‴ latis) vix margine scabris; racemo composito spicaeformi gracili inferne subinterrupto; rhachi angulata scabra; ramis brevissimis (2—3‴) strictis adpressis; spiculis linealibus apice subulatis flavescentibus; glumis inaequalibus, inferiore duplo minore ovata obtusiuscula 5-nervia glabra; superiore e basi ovata ventricosa in apicem subulatum attenuata 7-nervia, dorso pilis brevibus hispido; flosculi neutrius valvula inferiore glumae simillima glabra, superiore subulata; hermaphrodito neutro duplo breviore obtuso laevi. Panicum vilfoides *Trin.* Brasil.

2. H. CAMPESTRIS. *Nees.* (l. c. 274.) Culmo erecto simplici tereti striato glabro, nodis fuscis; vaginis cylindricis arctis striatis internodia aequantibus glabris, ore pubescentibus; ligula truncata incisa fusca; foliis linearibus acuminatis (fere pedalibus, 3—4‴ latis) ad ligulam villosis, margine scabris; racemo spicaeformi composito elongato (ultra pedali) denso apice cernuo; rhachi inferne subtereti hinc sulcata et laevi, superne bisulcata scabriuscula; ramulis gracilibus alternis rhachi adpressis 3—4‴ longis a basi florigeris; pedunculis adpressis gracilibus longitudine fere spicularum, his lanceolatis acuminatis compressiusculis ($1^1/_2$‴ longis, viridi-purpureo-variis); gluma inferiore duplo breviore ovata obtusiuscula glabra 5-nervia, superiore lanceolata acuminata nervis 7 purpureis, margine villosa ciliata; valvula flosculi neutrius huic simili 5—7-nervia; caryopsi flosculo neutro duplo minore lanceolata albida laevi. Panicum camporum *Kunth.* En. I. 88. Brasil.

3. H. INTERRUPTA. *Steud.* Culmo basi vaginis laxis membranaceis incrassato e nodis radicante simplici vaginato pluri-pedali glabro; vaginis striatis internodia plus minus aequantibus; ligula membranacea abbreviata obtusa; foliis basi vix cordatis et hic (plus minus ultra) ciliatis lanceolatis striatis margine scabriusculis (5—10″ longis, 3—4‴ latis); paniculae ramosae contractae radiis inferioribus distinctis erectis ($^1/_2$-pollicaribus) sensim in spicam continuam confluentibus a basi floriferis; spiculis brevissime pedicellatis sublinealibus; rhachi angulata laevi insertione pedicellorum denticulata; glumis valde inaequalibus; inferiore minima ovata acuta tenuiore enervia, superiore robustiore 5-nervia acuminata glabra, parum breviore valvula inferiore simillima acuminata; flosculo hermaphrodito fere duplo breviore, hujus valvula inferiore subcartilaginea acuta laevissima. Hrbr. *Zollinger* nr. 3590. H. fluviatili *Nees* forsan nimis affinis. In paludibus Javae.

4. H. MYURUS. *Beauv.* (Agr. t. 10. fig. 8.) Culmo erecto striato tereti glabro stricto elato, nodis fuscis; vaginis internodio brevioribus arctis cylindricis striatis glabris margine nudis; foliis cordatis amplexicaulibus lanceolato-elongatis longe attenuatis ($1—1^1/_2$-pedalibus, $1^1/_2$—2″ latis), margine serrulato-scabris, (superne) punctis minutis elevatis adspersis, venis basi valde arcuatis; racemo terminali decomposito cylindrico erecto elongato (pedali) ad basin quandoque interrupto; rhachi angulata sulcata glabra vix scabra; spiculis lanceolatis subulatis glabris pallidis subnitentibus; gluma inferiore triplo breviore ovato-orbiculata acutiuscula tenerrima membranacea, uninervia, superiore lanceolata apice subulata trinervia, margine versus apicem scabra; flosculi neutrius valvula simili parum lon-

giore; flosculo hermaphrodito glumam superiorem aequante lanceolato acutiusculo subchartaceo albido. Panicum Myurus *Meyer* Fl. Esseq. 50. Agrostis monostachya *Poir.* Enc. Supl. I. 256. Sporobolus villosus *Hochst.* hrbr. *Hostm.* nr. 141. non *Kunth.* ♃ Surinam. Brasil.

5. H. AMPLEXICAULIS. *Nees.* (l. c.) Vaginis oblongis tumidulis; foliis angustis lanceolatis basi cordatis venosis acutis ($^1/_2$—1-pedalibus, 3''' latis) superioribus rectis; venis valde curvatis; ligulis totis fissis; panicula spicaeformi longissima. Panicum amplexicaule. *Rudge* Guian. t. 27. An eadem ac praecedens? Guiana.

6. H. MYOSURUS. *Nees.* (l. c.) Culmo recto folioso glabro (2-pedali et ultra) foliis angustis longiusculis convolutis; panicula lineari longissima; racemulis lateralibus brevissimis strictis; glumis minimis acutis. Panicum Myosurus *Rich.* Act. Par. I. 106. Panicum Myurus *Lam.* Enc. IV. 748. non *Meyer.* An revera species distincta? Guinea.

7. H.? PHALAROIDES. *Nees.* (l. c.) Radice repente; culmo tereti striato basi geniculato (pedali); foliis linearibus planis striatis subpubescentibus; racemo (fere pollicari) compacto spicato cylindraceo; spiculis subunifloris pedicellatis undique imbricatis subrecurvis; gluma inferiore minima, superiore et valvula neutra longitudinaliter striatis, basi subventricosis apice villoso barbatis. Panicum phalaroides. *R. S.* Syst. II. 452. Java.

PENNISETUM. *Richard.* Thyrsus simplex; spiculae lanceolatae acutae setis arcte involucratae coronantibus ipsarum — vel pedicelli basin, intra involucellum solitariae vel 2—4 sessiles vel pedicellatae; involucro cum spiculis deciduo; involucri setae inaequales in plerisque spiculam superantes hispidae vel plumosae; glumae 2 vel inferiore suppressa solitariae; flosculus inferior neuter vel masculus 1—2-valvis muticus vel rarius caudulatus; flosculus superior hermaphroditus ovato-lanceolatus acutus vel acuminatus membranaceus vel chartaceus demum glumis firmior; lodiculae nullae aut extra valvulam superiorem sitae; ovarium glabrum; styli inferne plerumque connati; stigmata plumosa; stamina 3 antherae lineares; caryopsis oblonga.

Schlechtendal in Linn. XXV. p. 558. Genera: Pennicillaria *Beauv.* Pennisetum *Beauv.* Gymnothrix *Beauv.* Cenchrus *Lin.* Anthephora *Schreb.* in Tribum conjungit ita definitum: Gramina ramosa plerumque annua inflorescentia spicata ex axi continuo (haud articulato, interdum flexuoso) et ramulis brevibus brevissimisve apice involucratis unam pluresve spiculas bifloras, denique cum involucro pedunculoque (an semper?) deciduas gerente; spiculae glumis spathaceis 2 parvis suffultae; flos inferus neuter uniglumis vel masculus biglumis, superus hermaphroditus biglumis, glumis haud aristatis; stamina 3; stigmata 2.

Pennicillaria: involucrum spiculas spiculamve longitudine non attingens vel aequans, e setis crassis scabris exteris brevioribus, interioribus parce et decidue plumosis; (antherae apice barbatae).

Pennisetum: involucrum spiculas longius vel longissime superans e setis tenuibus, exterioribus scabris brevioribus, interioribus plumosis (quasi intertextis), una reliquis longiore et validiore.

Gymnothrix: involucrum spiculam longe superans e setis tenuibus, exterioribus brevioribus, omnibus scabris, una reliquis longiore et validiore (nullis plumosis).

Haec tria Genera sub Penniseto Rich. a nobis sunt conjuncta, reliqua duo separata.

Cenchrus: involucrum spiculas superans, dein indurescens et eas includens, e setis exterioribus rigidis scabris, interioribus in squamas latas profunde partitas mutatis.

Anthephora: involucrum spiculas aequans dein indurescens et eas includens, e squamis 4 lanceolatis cum totidem dentibus reflexis alternantibus.

Sect. I. Ipsa spicula basi setis rarissime villis involucrata. Gymnothrix. *Beauv.*

a. *Involucella hispida*

1. P. COMPRESSUM. *R. Br.* (Prodr. I. 195.) Culmo compresso; foliis canaliculatis vaginisque glabris; spica cylindracea simplici; involucellis pedunculatis unifloris completis; spiculis lanceolato-subulatis; flosculo hermaphrodito laevi; stylis basi connatis. N. Holl.

Pennisetum ab *Urvilleo* in N. Hollandia lectum omnino idem est ac: P. japonicum *Trin.* an P. compressum *R. Br.* eadem species?

2. P. JAPONICUM. *Trin.* (Icon. II. t. 19.) Rhizomate lignoso; culmo erecto simplici ($1^1/_2$—$2^1/_2$-pedali) infra thyrsum piloso; vaginis glabris, ligula brevissima; foliis linearibus compressis acuminatis glabris, radicalibus longissimis; thyrso laxiusculo (6—9-pollicari ex atropurpureo et glauco-vario vel viridi) subnutante; axi angulato sulcato piloso; pedicellis apice incrassatis setiferis; spiculis lineari-oblongis acutis (3''' longis); gluma inferiore pusilla (vix conspicua) rotundata, superiore flosculo subduplo breviore ovata acuta 3—5- valvula neutra 7—9-nervia; hermaphrodito lanceolato acuto. Cenchrus purpurascens. *Thunb.* ♃ *Goering* hrbr. 392. Setaria atroseta. *Steud.* olim in litt. Herbr. *Fortune* A. nr. 12. Japon. China.

3. P. HORDEIFORME. *Spr.* Culmo tereti infra thyrsum villoso (2-pedali et ultra); foliis linearibus striatis glabris culmo longioribus; racemo spicato simplici (5—8-pollicari); rhachi striata villosa; pedunculis sparsis basi gibbis uni- rarius bi-floris erecto patulis villosis terminatis in aristas 12—16 verticillatas inaequales tortuosas scabras (purpureas) flosculo 3-plo longiores; gluma inferiore minima ovata obtusa, superiore ovata acuta. Panicum hordeiforme *Thunb.* jap. t. 9. Gymnothrix Thouarsii *Beauv.* Agr. t. 13. f. 6. Japan. Ind. or.

Has species 1—3 sub una eademque sc. P. compressum jungit *Trin.* Mem. Petr. l. c. 176 cum diagnosi: thyrso solitario densiusculo (palmari vel breviore); involucellis 1—2-floris pedicellatis, setis hispidis inaequalibus; spicula solitaria sensim sub-3-plo longioribus; gluma inferiore pusilla, superiore flosculis duplo breviore; hermaphrodito acutissime neutrum univalvem acuminatum aequante; foliis angusto linearibus glabris.

4. P. ALOPECUROS. *Nees.* (mspt. sub: Gymnothrix.) Foliis anguste linearibus basi utrinque barbatis; spica elongata basi interrupta; involucri inaequalis subsessilis uniflori setis majoribus spicula dimidio duplove longioribus, reliquis aequantibus brevioribusve; gluma inferiore ovata spicula 6-plo, superiore ovato-oblonga eadem duplo breviore, hac basi 5-nervia, flosculo neutro 9-nervio; stylis alte connatis. Gymnothrix cenchroides *Wight* hrbr. nr. 66. Cenchrus hordeiformis *Rottl.* hrbr. Ind. or.

5. P. PAUPERUM. *Nees.* (mpt. sub: Gymnothrix.) Culmo ramosissimo subfruticoso, ramis gracilibus; foliis linearibus angustis vaginisque glabris; spicis axillaribus terminalibusque gracilibus pedunculatis simplicibus subfasciculatis; involucellis paucisetis, spiculam lanceolatam acutam subaequantibus scabris; glumis brevibus ovatis, inferiore spicula plus quadruplo, superiore eadem plus duplo breviore. Habitus alienus laxus fere Digitariae. Ins. Albamarle inter ins. Gallipagos Peru.

6. P. NERVOSUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 177.) Culmo erecto simplici striato ($1^1/_2$—2-pedali); nodis vaginisque glabris; ligula brevissima ciliari; foliis lato-linearibus (8—12'' longis, 4—6''' latis) glabris; thyrso solitario denso (5—8-pollicari, gilvescente vel purpurascente); involucellis sessilibus; setis hispidis inaequalibus spicula 3-lineali sensim $^1/_3$—$^1/_4$ longioribus; gluma inferiore flosculis $^3/_4$—$^2/_3$ breviore acuta uninervia, superiore et valvula neutra caudulata crasse 7—9-nervia; hermaphroditi palea inferiore tenue 5-nervia, superiore apice subcaudato brevi-bifida; stylis liberis. Gymnothrix nervosa. *Nees.* Agr. bras. 277. ♃ Brasil.

7. P. MACROSTACHYUM. *Trin.* (l. c.) Culmo geniculato-adscendente (2—3-pedali); vaginis glabris, ligula brevissima truncata; foliis lineari-lanceolatis (1' longis, 6—8''' latis), acuminatis glabris; thyrso denso (6—8-pollicari fulvescente) apice nutante; involucellis sessilibus, setis hispidulis aequalibus spicula 4-plo longioribus; gluma inferiore minima enervia obtusa, superiore flosculis duplo

breviore uninervia acuta; hermaphrodito acuminato neutrum univalvem parum superante. Gymnothrix macrostachya *Brongn.* It. *Duper* bot. t. XI. Ins. Molucc.

8. P. PERUVIANUM. *Trin.* (Linn. X. 295.) Foliis lato-lineari-lanceolatis glabris; thyrso densiusculo (subpedali); involucellis brevi-pedicellatis, setis scabriusculis subaequalibus, spicula 5—6-ies longioribus; gluma inferiore minima, superiore flosculis subduplo breviore; hermaphrodito caudulato masculum bivalvem cuspidatum aequante. Praecedenti maxime affine. Andes Peru.

9. P. MARCOURUM. *Trin.* (l. c.) Culmo (3-pedali) simplici; vaginis glabris vel sparsim et breviter pilosis; foliis angusto-linearibus (1′ longis, 2—3‴ latis) glabris rigidiusculis (siccis involutis); thyrso solitario denso (6—10-pollicari, flavescente); involucellis sessilibus; setis hispidis spiculas bilineales parum superantibus; gluma inferiore minutissima vel obsoleta, superiore brevissima; hermaphrodito acuto neutrum univalvem acutum aequante. Gymnothrix caudata. *Schrad.* Pr. b. sp.

10. P. ALOPECUROIDES. *Steud.* (Flora 1829. 472.) Culmo 1—2-pedali, nodis vaginisque faucem versus ciliatis foliisque glabris linearibus (6—8″ longis, 1‴ et ultra latis) compressis carinatis; thyrso solitario denso (1½—3-pollicari, saepe purpurascente); involucellis sessilibus; setis hispidis inaequalibus spicula sesquilineali (sensim duplo) longioribus; gluma inferiore nulla, superiore eroso-truncata enervia minima; flosculo neutro 1—3-nervio caudato-setigero longiore, hermaphrodito rostrato acuminato, palea inferiore 5—7-nervia; stylis basi connatis. Gymnothrix purpurascens. *Schrad. Schult.* Mant. II. 283. Afr. austr.

11. P. ARTICULARE. *Trin.* (Ic. XXIV. t. 287.) Culmo decumbenti-ramosissimo foliosissimo; nodis vaginisque glabris vel his tenuissime pilosis; ligula ciliari; foliis angusto linearibus subtus sparsim pilosis scabriusculis; thyrso solitario densiusculo (2—3-pollicari); involucellis sessilibus; setis hispidis inaequalibus spicula 2—3-lineali sensim 2—3-plo longioribus; glumis acutissimis flosculis subduplo brevioribus, inferiore 1- superiore paulo longiore 3-nervia neutrum vel masculum bivalvem subaequante, valvula hujus inferiore 5-nervia; hermaphrodito acuminato; stylis basi connatis. Ins. Nucahio.

12. P. PARVIFLORUM. *Trin.* (Ic. XXIV. t. 288.) Culmo decumbente ramoso (1½—2-pedali), nodis vaginisque glabris vel his fauce ciliatis; ligula ciliari; foliis linearibus (5—9″ longis, 1—2½‴ latis) sub lente brevi-pilosis; thyrso solitario vel e vaginis aliquot fasciculato-pedunculatis (4—8-pollicaribus) densis angustis; involucellis sessilibus; setis parcis hispidis inaequalibus spicula vix lineali longioribus, unica longissima; gluma inferiore nulla, superiore flosculis longiore 5-nervia brevi-aciculari, neutro vel masculo bivalvi minore hujus valvula inferiore subcuspidata 5-nervia; hermaphrodito obtusiusculo brevi. Sierra Leona.

13. P. LATIFOLIUM. *Spr.* Culmo simplici elato (4—5-pedali); nodis strigilloso-barbatis; vaginis superioribus glabris; foliis lato-lanceolatis in petiolum attenuatis (1—2′ longis, 1″ et ultra latis) glabris; thyrsis aliquot e vaginis superioribus fasciculato-pedunculatis densis (1½—2-pollicaribus); involucellis sessilibus, setis hispidis inaequalibus (superne purpurascentibus) spiculam sub-3-linealem aequantibus unica plus duplo longiore; gluma inferiore minima, superiore flosculis subtriplo breviore, hermaphrodito acuto quam neutrum acuminatum univalve breviore; stylis liberis. Gymnothrix latifolia. *Schult.* mant. 3. 601. Montevideo.

14. P. CRINITUM. *Spr.* Culmo erecto ramoso (6—8-pedali) alternatim latere canaliculato; foliis linearibus planis serrulatis et nodis vaginisque glabris; thyrso solitario denso (6—8-pollicari); involucro sessili spiculam aequante, setis scabris unica reliquis duplo longiore; glumis valde inaequalibus, inferiore 3-plo breviore ovata, superiore hermaphroditum aequante ovato-oblonga 3-nervia, paleis hermaphroditi ovato-oblongis acuminatis. Gymnothrix crinita. *H. B.* N. gen. I. 112. ⊙ Mexico.

15. P. KARWINSKYI. *Schrad.* (Linn. XII. 431.) Radice dense caespitosa; culmis erectis filiformibus teretibus simplicibus (1½-pedalibus); foliis angusto-linearibus cuspidato-acuminatis firmis papilloso-pilosis; spica cylindrica (1½—2-pollicari); involucri sessilis setis rigidis hispido-scabris spiculas (flavas) superantibus; flore inferiore masculo; valvula inferiore utriusque floris cuspidato-acuminata 3-nervia; stylis liberis; rhachi pubescenti hirta. ♃? Mexico.

16. P. NIGRICANS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 315. sub: Gymnothrix.) Rhizomate perpendiculari e nodis radicante; culmis ramosis striatis nodisque glaberrimis; foliis interne pilosis margine scabris angustissime linearibus vel convolutis (?); spica solitaria (5—5½″ longa); involucro multiseto spiculam subaequante; glumis inaequalibus, inferiore ovata acuta uninervia, superiore 4-plo majore; flore hermaphrodito breviore, 5-nervia. ⊙ ♃ Ins. Luzon.

17. P. HOHENACKERI. *Hochst.* (Hrbr. *Hohenack.* nr. 930.) Radice valide fibrosa; culmo erecto simplici stricto (2-pedali et ultra) glabro basi cum vaginis late vaginantibus compressis striatis glabris ore et ima basi densiusculo pilosis; foliis angustis complicatis (expansis vix 1‴ latis) rigidis glaberrimis longe angustato-setaceis culmo fere aequalibus et brevioribus, margine scabriusculis; ligula margo pilosus; spica solitaria laxiuscula (3—4-pollicari); setis involucrantibus inaequalibus spicula partim brevioribus partim longioribus; spiculis sessilibus (2½‴ longis); gluma inferiore spicula 4-plo breviore ovato-lanceolata obscure 3-nervia, superiore flosculo aequilonga apice 3-nervia glauca, valvula hermaphroditi laevi glaberrima; stylo longiuscule exserto. ♃ In montibus Nilagiri.

18. P. TRISTACHYUM. *H. B.* (N. gen. I. t. 638. sub: Gymnothrix.) Culmo erecto 6—12-pedali) ramoso alternatim inter nodos glabros canaliculato; foliis lanceolato-linearibus acuminatis planis interne margineque scabris; ligula brevissima pilosa; spicis ternis longe pedunculatis (2—3-pollicaribus); involucri setis scabris spicula 2—3-plo longioribus inaequalibus (purpurascentibus); glumis valde inaequalibus, inferiore subrotunda flosculo 4—5-plo breviore, superiore ovata illa duplo longiore; hermaphroditi paleis subaequalibus ovato-oblongis 5-nerviis glabriusculis. ♃ Quito.

19. P. PRESLII. *Trin.* Culmo erecto tereti (2-pedali) cum nodis glaberrimo; foliis lanceolatis planis (9″ longis, 1½″ latis) utrinque margineque scabris; ligula margo barbatus; spicis ternatis (raro binis vel rarissime solitariis 5-pollicaribus) longe pedunculatis; involucro spiculam superante (flavescente); glumis valde inaequalibus, superiore flosculum hermaphroditum excedente. Gymnothrix latifolia. *Presl.* Rel. Haenk. I. 316. Peru.

20. P. DOMINGENSE. *Spr.* Culmo ramoso vaginis tumidulis fere tecto cum his glabro; foliis convolutis subulatis rigidis (vix ½-pollicaribus); spica solitaria (2-pollicari) simplicissima; involucro spiculam subbilinealem 3—4-plo superante, setis inaequalibus scabris flexuosis unica reliquis 2—3-plo longiore; glumis inaequalibus ovato-lanceolatis acutis, inferiore uni- superiore duplo majore dimidiam spiculam aequante 3-nervia; valvulis utriusque floris subaequalibus acuminatis, ambis quandoque hermaphroditis. Gymnothrix domingensis *Spr.* in *Schult.* Mant. II. 284. cfr. Panicum Ventenati *Kunth.* Domingo.

21. P. HORDEOIDES. *Lam.* (Ill. p. 875 sub: Panicum.) Culmo ramoso (1½—2-pedali) folioso articulato; ramis rectis; foliis acutis (2‴ latis) subtus et ad marginem vaginarum pilosissimis; spicis elongatis teretibus (albicantibus); involucellis setosis spicula vix duplo longioribus. Sierra Leona.

22. P. GLAUCIFOLIUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abys. nr. 390.) Culmo ramoso rigido (basi) glaberrimo nitido (2—4-pedali), nodis inferioribus tumidis glabris, superioribus pilosis; vaginis foliisque glabris, his linearibus acuminatis (6—9″ longis, 3—6‴ latis); spicis e vaginis pluribus nunc solitariis nunc binis (subbipollicaribus); involucri setis inaequalibus scabris, unica reliquis longiore superantibus spiculam $1^1/_2$—2-linealem; glumis subaequalibus spicula plus duplo brevioribus ovatis acutis subhyalinis, valvula neutra 7-nervia acuta oblongo-ovata aequante hermaphroditum valvulae neutrae similem obscure nervosum. Gymnothrix cladodes. *Hochst.* l. c. nr. 1084. Abyssin.

23. P. GIGANTEUM. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 382.) Radice perenni; culmo erecto robusto (5—6-pedali); foliis lanceolatis margine scabris; ligula brevissima setosa; vaginis glabris laevibusque; spica cylindrica densa (8—10-pollicari); spiculis vix pedicellatis solitariis; involucri setis spiculam parum superantibus, simpliciter denticulato-scabris; gluma inferiore minima ovali acuta, interiore multo longiore lanceolata acuta, floris exterioris incompleti hermaphroditi seu masculi valvula exteriore elliptica apice acuminata 5-nervia scabra; floris interioris hermaphroditi stylis crassis hirsutis. Prope Adoam Abyssin.

24. P. SCHIMPERI. *Hochst.* (l. c. nr. 287 sub: Gymnothrix.) Caespitosum radicis crassae fibris validis; culmis erectis simplicibus (3-pedalibus) uti tota planta glaucescentibus, vaginisque adpressis pilosis; foliis angustissimis convolutis erectis rigidis pungentibus elongatis (radicalibus subpedalibus culmeis 4—6-pollicaribus) sparsim pilosis; thyrso solitario (3—4-pollicari) denso, spiculis lanceolatis (ultra-) linealibus; involucelli sessilis setis scabris inaequalibus spiculam aequantibus usque duplo superantibus; gluma inferiore minuta, superiore ovato-lanceolata acuminata flosculum dimidium subaequante; valvula neutra lanceolata 3-nervia superante hermaphroditi paleas uninervias acuminatas. ♃ Abyssin. (P. hordeiformi *Spr.* simillima: differt vaginis foliisque pilosis, an specie?)

Cum hac specie jungit clbms *Rich.* Fl. Abyss. II. 381. P. glabrum et P. adoense nostra, quae vero uti ex diagnosibus apparet valorem specificum jure sibi vindicant.

25. P. RIPARIUM. *Hochst.* (l. c. nr. 84.) Culmo basi radicante ramosissimo folioso (1—$2^1/_2$-pedali), ramis diffusis cum vaginis ore villosis et foliis glabris, angusto-linearibus acuminatis (2—4″ longis, $^1/_2$—$1^1/_2$‴ latis); thyrso laxo basi interrupto ($2^1/_2$—4-pollicari); spiculis bilinealibus ovato-lanceolatis acutis; involucelli sessilis setis scabris spiculam aequantibus vel dimidio superantibus; glumis inaequalibus inferiore minima ovata obtusissima quandoque obsoleta, superiore ovato-oblonga hyalina acuta flosculo plus duplo breviore; valvula masculi mucronulata parum breviore quam paleae hermaphroditi acuminatae laeves. *Rich.* Fl. Abyss. II. 381. ♃ Abyssin.

26. P. RIPARIOIDES. *Hochst.* (l. c. nr. 93.) Culmo basi radicante ramoso, ramis erectis, folioso ($1^1/_2$—3-pedali) glabro; vaginis ore sparsim pilosis foliisque glabris angusto-linearibus acuminatis; thyrso laxiusculo (4—5-pollicari); spiculis ultra linealibus ovato-lanceolatis acutis; involucelli sessilis setis scabriusculis inaequalibus spiculam aequantibus usque plus duplo superantibus; gluma inferiore minuta ovato-subrotunda obtusa, superiore ovato-oblonga spiculam dimidiam fere aequante; flosculi masculi bivalvis valvula exteriore obscure 3—5-nervia spiculam aequante, interiore hyalina breviore; hermaphroditi paleis ovato-lanceolatis laevibus. Abyssin.

27. P. GLABRUM. *Hochst.* (l. c. nr. 11 sub: Gymnothrix.) Glaberrimum; culmo erecto basi radicante ramoso (3—4-pedali); vaginis basi subampliatis; foliis angusto-linearibus subconvolutis valde inaequalibus (culmeis saepe pedalibus, ramorum saepe vix pollicaribus); thyrso solitario densiusculo (2—3-pollicari); spiculis $1^1/_2$-linealibus ovato-lanceolatis acutis; involucelli sessilis setis vix scabriusculis spiculam aequantibus et plus duplo superantibus; gluma inferiore minuta obtusa, superiore ovata acuminata spicula dimidia breviore; flosculi masculi valvula apice 3—5-nervia aequante hermaphroditum acutum laevem. Panicum atrichum. *Steud.* Nmcltr. Abyssin.

28. P. ADOENSE. *Hochst.* (l. c. nr. 94 sub: Gymnothrix.) Culmo basi radicante ramoso (1—$1^1/_2$-pedali); cum vaginis foliisque glabris; foliis angusto-linearibus acuminatis (2—4″ longis, vix linea latioribus); thyrso abbreviato (pollice parum longiore), denso oblongo; spiculis parvis (linea brevioribus) oblongo-lanceolatis, gluma inferiore minuta, superiore spiculam dimidiam superante ovato lanceolata; valvula masculi apice 3-nervia aequante hermaphroditi glumas acutas laeves. Abyssin.

29. P. OVALE. *Ruprecht.* (In *Kotschy* Fl. ath. nr. 199.) Glaucescens, ramosum; culmo geniculato (1—$1^1/_2$-pedali) cum nodis vaginisque glabro; foliis linearibus acuminatis (3—6″ longis, 1—$3^1/_2$‴ latis) margine praesertim basi setuloso-scabris, quandoque omnino laevibus; thyrso densissimo subovato (1—$1^1/_2$-pollicari); spiculis sub-3-linealibus oblongo-lanceolatis arcte involucratis setis inaequalibus eas aequantibus vel 3-plo superantibus scabris; gluma inferiore vix ulla, superiore 7—9-nervia ovato lanceolata acuminata, aequante valvulam inferiorem flosculi neutrius 5-nerviam; hermaphrodito laevi mucronato-acuminato. Nubia.

30. P. LONGISTYLUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyss. nr. 65.) Culmo basi radicante ramoso, ad apicem foliato (vix pedali) glabro uti tota planta glaucescente; vaginis ad oras pubescentibus; foliis lanceolato-linearibus acutis (3—4″ longis, 1—3‴ latis) glabris margine laevibus; thyrso denso oblongo-ovato (subpollicari); spiculis (in genere) maximis semipollicaribus lanceolatis subcurvatis; involucelli setis scabris spiculas superantibus; gluma exteriore minuta ovata, interiore multo longiore hyalina ovata acutata, 3-plo breviore; valvula neutra 9-nervia ovato lanceolata fere aequantem hermaphroditum acuminatum; stylis longissime exsertis. Abyssinia.

31. P. HUMILE. *Hochst.* (l. c. nr. 1372.) Culmo humili (6—9-pollicari) basi subcaespitoso folioso; vaginis foliisque glabris, his angustissimis linearibus (2—$3^1/_2$-pollicaribus vix semilineam latis); thyrso densiusculo oblongo ($^1/_2$—$^3/_4$-pollicari); spiculis ultra linealibus oblongo-lanceolatis; involucelli setis scabris spiculam subdimidio superantibus; spiculis lanceolatis angustis (ultra) bilinealibus (ob antheras per valvulas conspicuis fusco-purpurascentibus); glumis subaequalibus hyalinis ovato-lanceolatis spicula $^1/_3$—$^1/_4$ brevioribus; flosculo neutro apice 3—5-nervio hermaphroditum aequante, utroque diaphano. *Rich.* Tent. Fl. Abyss. II. 383. Abyssinia.

32. P. QUARTINIANUM. *Rich.* (l. c. 384.) Caule basi repente subterraneo horizontali; culmis erectis (2-pedalibus); foliis caulinis linearibus rigidiusculis semiplicatis acutis glabris retrorsum margine scaberrimis; ligula brevissima sericeo-tomentosa; vaginis glabris laevibusque: spica gracili violacea setosa (5—6-pollicari); spiculis solitariis subsessilibus; involucri spicula longioris setis inaequalibus uniserialibus simpliciter denticulatis (nec plumosis); gluma inferiore vix conspicua acuta; florum valvula exteriore apice acuminata 5-nervia glabra laevi. Prov. Chire Abyssin.

33. P. IMBERBE. *Edgew.* (As. Jour. 1852. p. 184.) Erectum ramosum; culmis nodisque glaberrimis; vaginis glabris; ligula brevi lacero-ciliata; foliis subpetiolatis pilis paucis barbatis latiusculis acuminatissimis, utrinque glabris supra scabris, subtus laevibus, margine serrulatis; spicis terminalibus axillaribusque cylindricis laxis; rhachi compressa utrinque (pedicellis adnatis?) alatis, involucris sessilibus, setis basi connexis subsimplici serie inaequalibus,

una caeteris plus duplo longiore; spicula solitaria uniflora; glumis 2 intense purpureo-rubris glabris, exteriore longiore acuta, interiore 3-dentata marginibus involutis hyalinis; valvulis pallidis acutis apice ciliatis demum induratis semen amplectentibus. Gurhrampur Ind. or.

b. *Involucelli setae una alterave vel plurimae plumosae. Pennisetum.*

34. P. BENTHAMI. (*Steud.*) Culmo elato subramoso basi decumbente radicante dein erecto (6—8-pedali et ultra); vaginis striatis glabris vel pilosis laevibus vel scabriusculis; geniculis barbatis vel lanatis; foliis scaberrimis ad margines serrulato-spinulosis, ad oras vaginarum barbatis (2—3′ longis, 1″ latis); spica densiflora elongata (ultra pedali, albida vel flavescente), rhachi pilis mollibus albidis dense villosa; involucri setis exterioribus numerosis flores breviter superantibus, interiorum unica basi longe plumosa; gluma inferiore minuta, superiore floribus multo breviore; flore neutro univalvi 5-nervia; stylis basi connatis. P. macrostachyum. *Benth.* in *Hook.* Nig. Fl. 563. (non *Trin.*) P. purpurei *Schum. Thonn* (mihi ignoto) dicitur forsan var. Fernando Po Guineae.

35. P. DICHOTOMUM. *Delil.* (Aegypt. t. 8. f. 1.) Culmo decumbente basi ramoso (1—3-pedali) uti tota planta viridulo vel stramineo pallente; vaginis sulcatis glabris, interioribus solutis emarcidis; ligula ciliari; foliis involutis rigidulis ($^1/_2$—2-pollicaribus) glabris superne scabris; thyrso solitario densiusculo ($1^1/_2$—$2^1/_2$-pollicari); involucellis sessilibus unifloris; setis parum inaequalibus spicula paulo longioribus, interioribus aliquot (vel vix una pluribus) plumosulis; gluma inferiore flosculis paulo breviore uni- superiore 7-nervia aequante masculum bivalvem et hermaphroditum acutissimum. ♃ Phalaris setacea *Forsk.* Aegypt. Arab. Ind. or.

36. P. VILLOSUM. *R. Brown.* (*Fresen.* Mus. Senkenb. II. 134.) Culmo basi ramoso geniculato vaginis villosis (inferioribus mox marcescentibus) tecto foliisque glaucescentibus; foliis linearibus elongatis culmum excedentibus (3—6″ longis, vix 1‴ latis) sparsim villosis; thyrso ovato densissimo; involucri setis inaequalibus spiculam 2—3-plo superantibus, basi villis densis plumosis; spiculis solitariis raro binatis lanceolatis acutis 4-linealibus; gluma inferiore minuta truncata denticulata, superiore ovato-lanceolata acutissima spiculam dimidiam aequante; flosculo neutro hermaphroditum superante apice 3—5-nervio; stylo longissime exserto. *Rich.* Fl. Abyss. II. 387. Abyssin.

37. P. ARANEOSUM. *Edgew.* (As. Journ. 1852. p. 180.) Erectum; culmis geniculatis radicantibus nodisque glabris; vaginis inferioribus pubescentibus glabris; ligula ciliato-membranacea; foliis latiusculis planis glabris, prope basin pilis perpaucis longis sparsis barbellatis, subtus laevibus supra scabris, margine serrulatis; spicis terminalibus; involucris multisetosis duplici serie, setis exterioribus minoribus, interioribus valde inaequalibus, prope medium pilis longis araneosis coalitis apice nudis hispidis, uno caeteris duplo longiore (8—9-lineali) bispiculato; spicula altera sessili biflora, altera pedicellata prius florente uniflora; floris sessilis gluma exteriore flore duplo breviore hyalina longissima araneoso-ciliata, altero flore superante hyalina 3—5-nervia apice breviter mucronata; flore inferiore neutro vel masculo 1—2-valvi, valvula exteriore truncata hyalina apice ciliolata glumam aemulante 3-nervia glanduloso-punctata, valvula altera oblonga hyalina apice ciliata, plerumque carente; floris hermaphroditi valvulis lucidis subacutis apice ciliolatis. In montosis circa Banda Ind. or.

38. P. INCOMPTUM. *Nees* (mpt.) Culmo dense vaginato; vaginis foliisque linearibus culmo longioribus tuberculatis hirsutisque; spica solitaria cylindrica; spiculis geminis involucro duplo brevioribus; setis involucri interioribus basi latiore dense plumosis flexuosis pallidis, una reliquis dimidio longiore rigidiore; glumis subaequalibus spicula duplo brevioribus uninerviis, infera angustiore; flosculo masculo bivalvi. *Royle* hrbr. nr. 55. Nepal.

39. P. ELEGANS. *Nees.* (mpt.) Culmo simplici infra spicam hirsutissimo; spica cylindraceo-attenuata longa densissima, patente; involucri setis basi dense molliterque ciliatis, ciliis crispatis, unica reliquis multo longiore; spicula solitaria involucro duplo breviore; gluma inferiore apice tridentata plurinervia; flosculo fertili lanceolato laevissimo. Sierra Leona.

40. P. MOLLISSIMUM. *Hochst.* (Flora 1844. 253.) Culmo erecto ramoso sursum et ad nodos piloso; vaginis tumidulis dense- foliisque sparsim papilloso-pilosis, his lanceolatis acutis erectis (3—5″ longis, 3—5‴ latis); ligula pilosa; thyrso cylindrico densissimo (2—3-pollicari); involucri densi setis villoso-plumosis spiculam dimidio superantibus; spicula oblonga acuta subbilineali, glumis subaequalibus ovatis acutis tenuibus, spicula triplo brevioribus; flosculi neutrius valvulis laevibus aequantibus hermaphroditum apice nervosum. P. elegans. *Rupr.* (in *Kotschy* hrbr. aeth. nr. 234. non *Nees.*) Nubia. Aethiopia.

41. P. FASCICULATUM. *Trin.* (Panic. 181.) Culmo inferne fasciculato-ramoso (subpedali), ramis adscendentibus floriferis; nodis barbatis; vaginis glabris superne ciliatis; ligula brevissima ciliari; foliis linearibus compressis (4—5″ longis, explanatis vix 1‴ latis) glabris; thyrso solitario laxo (2—3-pollicari); involucellis pedicellatis univel fasciculato 2—3-floris; pedicellis involucri lanatis; setis inaequalibus spicula 2—3-lineali subduplo longioribus, interioribus plumosis, intima elongata; gluma inferiore obtusa flosculis fere duplo- superiore auriculata trinervia iisdem paulo breviore; hermaphrodito caudato cuspidato masculum bivalvem acutissimum aequante; stylis basi connatis. P. sinaicum *Decaisn.* Florul. sin. 9. ♃ Persia. Caucas. Arab. petr.

42. P. TENERIFFAE. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo basi ramoso, ramis adscendentibus floriferis; nodis glabris; vaginis ad oras foliisque basi longe pilosis, his planis lineari-lanceolatis acutis (1—2″ longis, $^1/_2$—1‴ latis); thyrso laxiusculo solitario (1—2-pollicari); involucellis sessilibus 1—2-floris; setis spicula duplo longioribus pluribus unilateraliter dense plumosis; glumis 5-nerviis; valvula hermaphrodita apicem versus 3-nervia basi laevi. *Jardin* legit in Teneriffa.

43. P. PRIEURII. *Kunth.* (Gram. t. 119.) Culmo ramoso; foliis linearibus interne sulcatis scabris externe vaginisque striatis scabriusculis; spica cylindracea; spiculis solitariis vel geminis involucro multo brevioribus; gluma superiore 3-nervia, inferiore nulla; flosculo sterili univalvi 5-nervio; hermaphrodito acuminato punctulato-scabriusculo; stylis basi connatis. Senegal.

44. P. RAMOSISSIMUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo a basi ramosissimo geniculato (pedali); vaginis ampliatis margine et ore longe pilosis; foliis lineari-lanceolatis acutis (2—4″ longis, 1—$1^1/_2$‴ latis) e glandulis (deciduis in pagina punctos excavatos relinquentibus) pilosis; thyrsis laxiusculis (pollicaribus); involucellis sessilibus subbifloris; setis parum inaequalibus spicula longioribus (subrufescentibus), interioribus numerosis plumosis; spicula solitaria; flosculo inferiore neutro, superiore hermaphrodito utroque glaberrimo acuminato laevissimo. Variat: setis involucri paucis, pluribus non plumosis. *Jardin* legit in Guinea.

45. P. CENCHROIEDS. *Rich.* (in *Pers.* syn. I. 72.) Culmo ramoso (pedali et ultra); vaginis glabris vel superne e glandulis pilosis; foliis linearibus (4—5″ longis, 1‴ latis) glabris vel basi pilosis; thyrso solitario densiusculo (1—2-pollicari); involucellis (sub-) sessilibus 2—3-floris; setis inaequalibus spicula bilineali sensim longioribus, interioribus plumosis, intima longiore crassiore; gluma inferiore flosculo duplo — superiore eodem $^1/_3$—$^1/_4$ breviore; hermaphrodito acutissimo masculum bivalvem aequante; stylis

inferne connatis. *Beauv.* Agr. t. 13. f. 5. P. distylum *Guss.* sec. *Parlator.* Cenchrus ciliaris. *Lin.* Afr. austr, Ins. Canar. Am. austr.

46. P. PHALARIFORME. *Steud.* Culmo erecto fistuloso (pluripedali) ad nodos — infra spicam dense — annulato-piloso; vaginis glabris ad oras pilosis; ligula pilorum series; foliis linearibus acuminatis glabris vel ima basi sparsim setosis (6—10″ longis, 3—5‴ latis); spica cylindracea densissima (2—3-pollicari); spiculis imbricatis pedicellatis; pedicellis pilosis 1—3-spiculatis; involucri setis flosculos aequantibus nudis et plumosis; flosculis binis, inferiore masculo, superiore hermaphrodito; gluma 5—7-nervia. Ind. or.

47. P. ELATUM. *Hochst.* (mpt.) Culmo supra radicem valido-fibrosam incrassato erecto ramoso (2—3-pedali) cum tota planta glaucescente; vaginis striatis, ad oras pubescentibus; foliis abbreviatis, inferioribus longioribus (2—4″ culmeis vix 1″ longis) plus minus convolutis rigidulis glabris; thyrso simplici lineari (4—5-pollicari) laxiusculo; spiculis pedicellatis; involucellis basi villosis setis inaequalibus flosculum solitarium vel geminum aequantibus vel duplo superantibus; spicula ultra bilineali; glumis parum inaequalibus flosculo $^1/_2$—$^1/_3$ brevioribus ovatis acutis hyalinis; flosculo masculo trinervio superante hermaphroditum laevem acuminatum. P. asperifolium. Hrbr. un. it. arab. nr. 308. ♃ Arabia petr.

48. P. PETRAEUM. *Steud.* Culmo basi ramoso geniculato (1—2-pedali); nodis subtumidis pilosis, vaginis margine pellucido membranaceis ad oras longe pilosis; foliis angusto-linearibus (2—3″ longis, 1‴ latis) acuminatis sparsim deciduo-pilosis; thyrso oblongo densiusculo (1—1$^1/_2$-pollicari); involucellis trifloris dense setosis, setis interioribus plumosis, unica validiore longiore (omnibus rufescentibus); spiculis lanceolatis bilinealibus setis duplo brevioribus; glumis subaequalibus ovatis acutis spicula duplo brevioribus; flosculo hermaphrodito laevi 5-nervio neutrum superante. P. rufescens. *Hochst.* hrbr. un. it. arab. nr. 153. vix vero Cenchrus rufescens. *Desf.* qui forsan: P. lanuginosi *Hochst.* var major. Arab. petr. Persia. (*Kotschy* hrb. nr. 170.)

49. P. PURPURASCENS. *H. B.* (N. gen. I. 113.) Culmo erecto ramoso (4—5-pedali) nodisque glabro, alternatim canaliculato; foliis linearibus planis inferne margineque scabris basi ciliatis; vaginis piloso-ciliatis; thyrso solitario suberecto (6—8-pollicari) spiculis oblongis; setis involucri eas duplo superantibus, unica longissima; purpurascentibus); glumis valde inaequalibus inferiore ovata enervia quadruplo breviore, superiore oblongo-ovata 7-nervia masculum subaequante, superante hermaphroditum. P. setosum. *Rich. Trin.* Ic. II. t. 20. Ind. occ. Mexico.

50. P. RICHARDI. *Kunth.* (Gram. tab. 39.) Foliis planis glabriusculis; vaginis glabris; thyrso elongato cylindrico; spiculis involucro dimidio brevioribus bifloris; flore masculo bipaleaceo, palea inferiore glumaque superiore 5—7-nerviis externe scabriusculis; stylis liberis. Cayenne. Brasil.

Hanc speciem cum tribus sequentibus 51, 52, 58 sub nomine P. setosum in unam jungit clbrms *Trinius* (Panic. p. 183) sequente diagnosi: Culmo plus minus ramoso 2-pedali; vaginis glabris, ligula ciliari et plerumque pilis longis exsertis stipata; foliis facie asperis saepe compressis lanceolato-linearibus; thyrso gilvescente vel plus minus purpurascente solitario plerumque e vagina una alterave interdum e pluribus simul aliquot fasciculato-pedunculatis densis palmaribus — spithamaeis; involucellis sessilibus unifloris; setis inaequalibus spicula sensim duplo longioribus, interioribus plumosis, intima elongata; gluma inferiore flosculis 2—3-plo breviore vel minima vel nulla, superiore iisdem paulo longiore; hermaphrodito apice barbatulo masculo vel neutro 1—2-valvi $^1/_3$ minore.

51. P. UNIFLORUM. *H. B.* (N. gen. t. 34.) Culmo erecto simplici glabro (5—6-pedali) alternatim canaliculato; vaginis pubescentibus ore pilosis; foliis linearibus interne margineque scabris basi ciliatis; thyrso erecto solitario gracili (4—5-pollicari); spiculis solitariis dense imbricatis oblongis unifloris involucro brevioribus; glumis subaequalibus oblongis 5-nerviis apice 3-dentatis superantibus hermaphroditum. ♃ N. Andalusia.

52. P. BREVE. *Nees.* (Agr. bras. 281.) Radice fibrosa; culmis basi subnodosis vaginis aridis tectis (1$^1/_2$—2-pedalibus) glabris superne ramosis; foliis linearibus subtus glabris (6—8″ longis, 1$^1/_2$‴ latis), facie e tuberculis pilosis rigidiusculis margine scabris; thyrso solitario oblongo (3″ longo, $^1/_2$″ lato) denso; spiculis solitariis, involucri setis inaequalibus illas aequantibus vel duplo superantibus; glumis valde inaequalibus, inferiore lanceolata enervia 4-plo breviore quam superior ovato-oblonga acuta obtuse 5—7-nervia, aequans flosculum masculum bivalvem hermaphrodito laevi longiorem. ⊙ Brasil.

53. P. FLAVESCENS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 316.) Culmo erecto striolato canaliculato (ultra 2-pedali) cum nodis glaberrimo; ligula margo ciliaris; foliis inferne glabriusculis margine scabris, superne tuberculatis villosis (7″ longis, 4‴ latis); spica solitaria (4—5-pollicari) densa erecta molli; spiculis solitariis bifloris involucro brevioribus, setis exterioribus inaequalibus spicula sublongioribus scabris, interioribus ad dimidium usque ciliatis flavescentibus; glumis valde inaequalibus, superiore ovata 5-nervia apice tridentata mucronata inferiorem ovato-lanceolatam duplo superante; flosculo masculo bivalvi, valvula inferiore ovata obsolete 5-nervia acuminata superiore diaphana breviore; hermaphrodito flosculo laevissimo glaberrimo flavescente. ♃ Mexico.

54. P. CILIATUM. *Parlat.* (l. c.) Radicis fibris crassiusculis rufescentibus subpubescentibus; culmo erecto ramoso tereti striato (1$^1/_2$—2-pedali) glabro ad nodos pubescenti-tomentoso; foliis linearibus planis striatis elongatis (1$^1/_2$—2‴ latis) basin versus longiuscule villoso-ciliatis; ligula brevi ciliato-lacera; panicula spicaeformi densa elongata (1$^1/_2$—3-pollicari); rhachi glabra denticulata; spiculis solitariis parvis alternis sessilibus bifloris; involucri setis exterioribus paucis brevibus setaceis, interioribus basi plumosis, omnibus spicula longioribus, altera longissima; glumis inaequalibus, inferiore minore lineari-oblonga acuta hyalino-membranacea enervi, superiore spiculam subaequante oblongo lanceolata acuta 5-nervia. Ins. St. Vincenti Prom. viridis.

55. P. HIRSUTUM. *Nees.* (Agr. bras. 284.) Culmis pluribus erectis (3—4-pedalibus) apice divisis; vaginis e tuberculis sparsim pilosis vel glabris; foliis linearibus ($^3/_4$—1′ longis, 2—3″ latis) acuminatis tuberculato hirsutis; thyrso solitario cylindrico denso (4—5-pollicari); spiculis inferioribus geminis, superioribus solitariis linealibus; involucri setis inaequalibus basi villoso-plumosis, spicula 6—7-ies longioribus; gluma unica ovata acuta, valvula neutra apice 3-dentata hermaphroditum laevem parum superante. ♃ Brasil.

56. P. PALLIDUM. *Nees.* (l. c. 285.) Culmo simplici; foliis linearibus (6—8″ longis, 3$^1/_2$—4‴ latis) vaginisque tuberculato-hirsutis; thyrso solitario cylindrico denso (4-pollicari et ultra) stricto; spiculis solitariis involucro multo (10-ies) brevioribus; gluma valvulaque neutra apice 3-dentatis, ex apice setigeris. ♃ Brasil.

57. P. GRACILE. *Benth.* (in *Hook.* Niger Fl. 564.) Caule basi decumbente ramoso glabro, ramis erectis (vix $^1/_2$-pedalibus); foliis angustis scabriusculis; spica tenui (1$^1/_2$—2-pollicari, purpurascente); spiculis solitariis glabris vel apice scabro-puberulis; involucri setis exterioribus paucis, interioribusque pilosis pluribus spiculam subaequantibus, una longissima; flore masculo bivalvi, valvula exteriore glumaque superiore 3-nerviis. Sierra Leona.

58. P. VIOLACEUM. *Rich.* (*Pers.* Synps. I. 72.) Culmo ramoso; foliis vaginisque pilosis; spica cylindracea; involucris sessilibus spiculam bifloram subaequantibus; flore utroque bivalvi superne scabriusculo, superiore hermaphro-

dito 5-nervio, inferiore masculo trinervio; gluma unica minuta; stylis connatis. *Kunth.* Gram. t. 48. Senegamb.

59. P. IMPLICATUM. *Steud.* Culmo ramoso e vaginis glabris florifero; foliis lanceolatis tenuibus striatis acuminatis glabris; thyrsis — in petiolis filiformibus geniculatis (2—5″ longis) — laxiusculis (pollicaribus); spiculis subdistichis; involucri setis dense intricato-plumosis apice longe nudis spiculas longe superantibus; his 1—2-floris; spiculis intra involucrum pedicellatis; glumis tenuissimis pellucidis 5-nerviis flosculos superantibus; neutro enervio, hermaphrodito tenuissime 5-nervio. *Leprieur* legit in Senegambria.

60. P. PENTASTACHYUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 315.) Culmo super radicem valide fibrosam bulboso incrassato elato (2—4-pedali); vaginis glabris; ligula membranacea brevi; foliis elongatis (pedalibus et ultra 1—3—5‴ latis) acuminatis subtus praesertim basin versus pilosis, margine scabris; thyrso laxiusculo (flavescente vel purpurascente, 6—7-pollicari) basi interrupto; spiculis breviter pedicellatis, pedicello villoso; involucellis basi plumosis, setis inaequalibus flosculos parum superantibus; flosculis intra involucellos 5-nis brevi pedicellatis, lateralibus masculis vel neutris, intermedio hermaphrodito; hujus glumis 2, altera tenui hyalina, altera membranacea; valvula exteriore apicem versus 3—5-nervia; stigmate bifido piloso longe exserto. *Rich.* Fl. Abyss. II. 387. ♃ Abyssin.

61. P. TENUISPICULATUM. *Steud.* Culmo erecto geniculato ramoso glabro; vaginis longis glabratis vel margine et ore cum foliis pilosis; his lineari-lanceolatis acuminatis (4—9″ longis, 1—1½‴ latis; thyrso elongato subsecundo (5—6-pollicari); primum albo, demum coerulescenti rufo; spiculis in rhacheos dentibus sessilibus facile deciduis; involucellis basi plumosis, setis inaequalibus flosculos 2—4-plo superantibus; flosculo intra involucella unico sessili tenuissimo brevi; gluma superiore valvulam neutram aequante apice bidentata, hac acuminata multo superante hermaphroditum acutum laevissimum. *Jardin* legit in Guinea.

62. P. BREVIFLORUM. *Steud.* Culmo ramoso cum nodis glabro; vaginis apice et foliis basi sparsim pilosis vel glabratis; foliis angustis lineari-lanceolatis (3—5″ longis vix ultra 1‴ latis); thyrso laxiusculo (2—3″ alto); spiculis subsessilibus; involucellis duriusculis parce plumosis; setis inaequalibus flosculum solitarium superantibus; flosculo ovato brevi (vix lineali); gluma superiore aequante valvulam flosculi neutrius, utraque tenuissima pellucida ovata acuta 5-nervia; valvula inferiore hermaphroditi ovato-acuminata obscure 3—5-nervia tenuissime puncticulato-puberula. *Leprieur* legit in Senegambia.

63. P. COGNATUM. *Steud.* Culmo erecto (ramoso? pluripedali?) ad nodos annulato-piloso, infra spicam dense pubescente; vaginis sursum margine et ad oras pilosis; foliis lineari-lanceolatis (3—4″ longis, basi 2‴ latis) glabris vel basi sparsim pilosis, margine scabris; thyrso denso contracto cylindrico (4—5-pollicari pallide violaceo-rufescente); involucellis flosculos aequantibus fere omnibus plumosis 1—2-floris, flore secundo (si adest) incompleto; gluma inferiore valvulam neutram laevem subaequante; hermaphrodito laevi apice trinervio neutrum parum superante. Sequenti similis, sed tenuior, involucellum minus dense lanato-plumosum et multo brevius. *Leprieur* legit in Senegambia.

64. P. AMOENUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 641.) Culmo erecto ramoso (3-pedali) ramisque rectis glabris; vaginis striatis ad oram pilosis; foliis lanceolato-linearibus acuminatis (1½—4″ longis, 1½—4‴ latis) striatis glabris margine scabris; ligula membranacea fimbriata; thyrso denso 3-pollicari, laete violaceo-rufescente; involucellis flosculos superantibus densis lanato-plumosis 3—5-floris; flosculis lateralibus incompletis neutris vel masculis medio intra involucrum pedicellato completo; gluma inferiore nulla, superiore aequante valvulam neutrius apice tenuissime 3—5-nervia; hermaphrodito laevi valvulis neutris duplo breviore, apice tenuissime breviter pilosa. Abyssin.

Vereor ne alia species sub P. amoenum sit descripta in *Richard* Tent. Fl. Abyss. 386. Annuum; culmo erecto bipedali simplici; foliis lanceolatis acutissimis retrorsum scabris, ima basi interne pilis quibusdam mollibus conspersis; ligula brevi membranacea dissecto-fimbriata; vaginis glabris laevibusque; spica elongata tereti acuta violacea; spiculis solitariis pedicellatis in centro involucri e setis dense lanuginoso-pinnatis violaceis constantis; pedicello pilis lanuginosis albis onusto; gluma inferiore nulla (?) interiore elliptica apice dissecta tenuissima; floris exterioris unipaleacei palea elliptica tenuiter 5-nervia punctato hirtella; floris hermaphroditi palea externa 5-nervia, apice lacerato tridenta. P. Dilloni *Steud.* Prov. Chire. Abyssin.

65. P. LANUGINOSUM. *Hochst.* (Hrbr. nub. un. it. 394.) Culmo ramoso basi subcaespitoso (½—1-pedali) viridi-glaucescente; vaginis ore pilosis; foliis lineari-lanceolatis (2—4″ longis, 2—3‴ latis) acutis basi pilis mollibus adspersis scabriusculis; ligula brevi-membranacea fimbriata; thyrso subracemoso (1—2-pollicari) infra spiculas plerumque distinctas lanuginoso; involucelli setis dense lanato-plumosis spicula subduplo longioribus, flosculo intra involucrum pedicellato; glumis nullis (?), flore masculo bivalvi, valvula superiore apice 3—5-nervia hermaphroditum cartilagineum laevem superante. Nubia. Ins. Prom. virid. Variat: culmo altiore (2—3-pedali) thyrso longiore (4—5-pollicari) rufescente. P. lanuginosum var. majus. *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 793. *Rich.* Fl. Abyss. II. 385. Abyssin.

66. P. RUPPELII. *Steud.* Culmo e basi crassa caespitosa foliata elato glabro glaucescente (3—5-pedali); vaginis ad oras ciliatis glabris; foliis angustissimis convolutis longissimis (1½—2-pedalibus, ¼—½‴ latis), glaucescentibus glabris rigidiusculis; thyrso elongato (subpedali) laxo; spiculis pedicellatis, pedicellis villosis; involucellis basi plumosis; setis inaequalibus flosculos 2—5-plo superantibus; flosculis intra involucella ternis, binis inferioribus masculis, supremo hermaphrodito; stylis longiuscule exsertis. P. macrostachyum. *Fresen. Hochst.* hrb. un. it Abyss. nr. 72. *Rich.* Tent. Fl. Abyss. II. 386. (nec *Trin.*) Variat: culmo humiliore; foliis brevioribus planis; thyrso breviore; involucellis 1—3-floris. P. macrostachyum. Hrbr. un. it. arab. nr. 100. Arabia petr.

67. P. MYURUS. *Parlat.* (in *Hook.* Nig. Fl. 183.) Culmo erecto tereti striato glaberrimo, apice ramoso; vaginis laxis striatis glabris; ligula setarum series; foliis planis late (2—3‴) linearibus acuminatis superne et margine scabris; panicula terminali spicaeformi densiflora elongata (2—3½-pollicari) subgracili; spiculis approximatis alternis sessilibus solitariis; involucri setis exterioribus paucis brevibus inaequalibus scabris, interioribus basi plumoso-sublanatis inaequalibus maxima parte spicula longioribus; spicula intra involucrum breviter pedicellata basi lanuginosa biflora; glumis valde inaequalibus, inferiore spicula ⅓ minore ovata acuta 3-nervia, superiore flosculo longiore oblongo-lanceolata acuminata mucronato aristulata 5-nervia, nervis obsolete purpurascentibus. Penniseto lanuginoso *Hochst.* dicitur affine. Ins. St. Jacob Prom. virid.

68. P. TRIFLORUM. *Nees.* (mpt. *Royle* Hrbr. nr. 59.) Culmo elatiore glabro; foliis linearibus elongatis hirsutis margine scaberrimis; spica solitaria cylindrica elongata; spiculis inferioribus in communi pedunculo ternis fasciculatis (fasciculum involucro cinctum et interspersum sistentibus) superioribus solitariis involucro brevi-pedunculato duplo brevioribus; setis involucri pluribus simplicibus scabris, interioribus basi plumosis tuberculatisque flexuosis purpurascentibus, uno paulo majore; glumis inaequalibus, superiore setigera spicula ¼—⅓ breviore; flosculo masculo bivalvi, valvula inferiore setaceo mucronata. ♃ Nepal.

69. P. INTERTEXTUM. *Parlat.* (Bot. Zeit. 1851. p. 878.) Culmo ($^3/_4$-pedali) vaginis et nodis infimis sparsim-ligula dense pilosis; floribus spicatis; rhachi subtriquetra subflexuosa; involucro brevi-setoso-setis ad medium usque et altius plumosis-bispiculato, spicula altera sessili altera longe pedicellata, utraque flore masculo vel neutro et hermaphrodito biglumi; pedicello flosculi sterilis apice plumoso-setosa. Ins. Magno Prom. virid.

Sectio II. Spiculae intra involucrum pedicellatae basi nudae, ad pedicelli sui basin involucellata. Penicillaria. *Beauv.*

70. P. TYPHOIDEUM. *Rich.* (in *Pers.* Synop. 72.) Culmo erecto ramoso (3-pedali) superne infra thyrsum pubescente; nodis glabris vel pilosis; foliis lanceolato-linearibus vaginisque tuberculato-pilosis (in cultis glabrescentibus); thyrso cylindraceo (1—3-pollicari), pedicello involucri spicularumque nunc longiore nunc breviore; involucri 2—3-flori setis interioribus plus minus plumosis; spiculis subbilinealibus; gluma utraque obsoleta vel pusilla; hermaphrodito acuto masculum vel neutrum bivalvem excedente; stylis inferne connatis. *Delil.* Aegyt. t. 8. f. 3. Penicillaria spicata. *Willd. Beauv.* Agr. t. XIII. f. 3. *Kunth.* Supl. t. XI. f. 1. Holcus spicatus. *Lin.* Penicillaria involucrata. *Schult.?* Panicum coeruleum. *Mill.* ⊙ Aegypt. Arab. Nubia. Ind. or.

Haec species a *Schlechtendalio* Linn. XXV. 559. magis ex scriptorum verbis quam ex ipsius naturae observatione in plures species ab autore vero nullis notis diagnosticis illustratas, sed tantum synonymis copiosis ornatas dirimitur, nempe: 1. Penicillaria typhoides. *Pluck.* t. 32. f. 4. Alopeeurus typhoides. *Gmel.* syst. Pennisetum typhoideum *Rich* in *Pers.* Penicillaria spicata. *Beauv.* Panicum spicatum. *Roxb.* Fl. ind. Penicillaria Pluckenetii. *Link.* Hort. P. elongata. *Schrad.* Pennisetum Linnaei *Hort.* 2. Penicillaria nigritarum. *Schlcht.* Pennisetum typhoideum. *Delil. Brunn.* Holcus spicatus. *Lin.* ex parte. Panicum americanum. *Clus.* pl. hist. lib. VI. p. 216. 3. Penicillaria spicata. *Willd.* Panicum coeruleum indicum. *Bauh.* hist. II. 441. Penicillaria Pluckenetii H. Berol. Penic. elongata. *Schrad.* 4. Penicillaria Sieberiana. *Schlcht.* Pennisetum typhoideum. *Sieber* hrb. ag. 5. Penicillaria involucrata. *Schlcht.* Panicum involucratum. *Roxb.* Fl. ind. — Vix dubiae omnes tantum formae partim cultura partim ex loco natali nec vero specie diversae.

71. P. MEGASTACHYUM. *Steud.* Culmo erecto fere toto vaginato infra spicam dense piloso, nodis densissime annulato pilosis; ligula brevis pilorum series; foliis lanceolatis apice acutissime attenuatis, adpresse pubescentibus (usque 1′ longis, 6—7‴ latis); spica densissima cylindraceo-ovata obtusa ($1^1/_2$—2″ longa, 7—8‴ lata); pedicello involucri spiculis parum longiore longe piloso, involucelli setis scabris, interioribus plumosis; spiculis $1^1/_2$-linealibus; gluma utraque minutissima vel obsoleta; flosculo neutro bivalvi, valvulis basi laevibus versus apicem nervosis, plus minus pilosis, hermaphroditum glabrum superantibus; caryopsi apice (ob valvulam inflexam) foveolata. Penicillaria macrostachya. *Hort. monsp.* — —

72. P. CEREALE. *Trin.* (Panic. 185.) Culmo elato (5—6-pedali) infra thyrsum tennerrime pubescente; thyrso cylindrico densissimo (8—9-pollicari); involucri 2—4-flori pedicello ipsius fere longitudine villoso; setis interioribus plumosis; pedicellis spicularum intra involucrum brevibus glabris clavatis; gluma inferiore minuta, superiore 3-nervia hermaphroditoque obtuso — margine membranaceo — hyalino ciliato — neutrum univalvem villosum subaequantibus; caryopsi oblongo-subrotunda vel obovata, scutello suo tertiam partem longiore. China.

73. P. CHINENSE. *Nees.* (mpt. sub: Penicillaria.) Culmo superne hirsuto; foliis scabris; racemo cylindraceo; pedicellis spiculam aequantibus rhachique superne hirsutis; involucri uniflori setis omnibus simplicibus scabris, interioribus spicula multo longioribus, flosculo inferiore neutro univalvi. Prioris var. *Trin.* mpt. China ad Macao et in Insulis.

Species minus notae, nonnullae forsan ad jam supra expositas reducendae.

74. P. ASPERIFOLIUM. *Kunth.* (Gram. I. 49.) Foliis retrorsum asperis; spicis elongatis cylindraceis; involucris breviter pedicellatis; spicula solitaria uniflora; glumis inaequalibus, superiore paleaque inferiore breviter aristatis; stylis inferne connatis. Cenchrus asperifolius *Desf.* Fl. atl. 2. 388. Barbaria.

75. P. BORBONICUM. *Kunth.* (l. c. t. 41.) Culmo ramoso; foliis linearibus interne margineque scabris; vaginis glabris; spica cylindracea; spiculis involucro multo brevioribus; flore sterili bipaleaceo, palea inferiore glumaque superiore 5-nerviis apice scabriusculis; stylis liberis. Panicum longisetum. *Poir.* Enc. supl. IV. 275. Ins. Borbonia.

76. P. LINNAEI. *Kunth.* (En. I, 163.) Totum villosum; foliis latitudine digiti utrinque cum vaginis pilosis; spica tereti digitali compressa; involucellis setaceis fasciculatis bifloris, pedunculis villosis seminibus nigro-splendentibus. Alopecurus indicus. *Lin. Pluck.* almag. t. 92. f. 5. (Synonyma *Kunthii* reliqua dubia.) Ind. or.

77. P. HAMILTONII. (*Steud.*) Culmo erecto; foliis linearibus subscabris vaginisque glaberrimis faucibus barbatis; spicis longissimis longe barbatis, involucris pilosis. P. alopecuroides. *Hamilt.* prodr. 11. ⊙ Ind. occ.

78. P. ERUBESCENS. *Link.* (Hort. Ber. I. 215.) Culmo (pedali) basi caespitoso, vaginis laevigatis ad oras longe pilosis; foliis abbreviatis (vix pollicaribus) compressis supra et margine scaberrimis; thyrso undique imbricato; involucelli setis spicula lineali 3—4-plo longioribus purpurascentibus scabris; glumis subaequalibus parum brevioribus valvula neutra subaequante, hermaphroditum brevi aristata; stylo bipartito. ♃ Amer.

79. P. BARBATUM. *Schult.* (Mant. II. 147.) Culmis (3—4-pedalibus) sursum ramosissimis; foliis lanceolatis (1—$1^1/_2$″ longis) glabris margine hispidis, vaginis fauce sparsim pilosis; spicis terminalibus cylindricis laxis (3—4-pollicaribus); involucri setis simplicibus et plumosis floribus duplo longioribus (rufo-fuscis); seminibus glabris. Panicum barbatum. *Roxb.* Fl. ind. 285. ⊙ Ind. or.

80. P. HOLCOIDES. *Schult.* (l. c. 148.) Culmis ramosis erectis (2—4-pedalibus) glabris; vaginis fauce barbatis; involucellis numerosis sparsis unifloris, setis alternatim longioribus lanatis et brevioribus glabris; floribus subinde polygamis; gluma inferiore minuta, superiore apice 3-dentata cum valvula neutra hermaphroditum glabrum aequante. Panicum holcoides. *Roxb.* l. c. 288. Ind. or.

81. P. ASPERUM. *Schult.* (l. c. 149.) Culmo (2-pedali) scabro; vagina asperrima; foliis culmum fere aequantibus; spica simplici, setis scabris flore multo longioribus. Panicum asperum. *Link.* En. I. 75. Pr. b. sp.

82. P. AUREUM. *Link.* (H. Berol. I. 215.) Culmo compresso (2-pedali), nodis inferne approximatis; foliis caulem longe superantibus basi margine longe ciliatis; spica (1—2-pollicari) undique imbricata; involucri setis scabris elongatis (4—6‴ longis, stramineis) strictissimis; gluma inferiore duplo minore quam superior neutrum et hermaphroditum fere aequante; valvulis omnibus mollibus membranaceis laxis. ♃ Ind. or.

83. P. NEPALENSE. *Spreng.* (Syst. I. 303.) Culmo glabro; foliis elongatis scabris; vaginis ore pilosis; flosculis undique imbricatis glabris nervosis; sterilibus duobus fertili assidentibus; setis involucri scabris coloratis flosculos superantibus; spicae elongatae rhachi villosa. An P. triflorum *Nees.* Nepal.

84. P. RUFESCENS. *Spr.* (l. c. 302.) Culmo procumbente scabro; foliis glabris; thyrso elongato denso; involucris confertis setiformibus (rufescentibus) inferne plumoso-villosis; calyce uni-, bi-floro, corollis violaceis. An P. lanuginosum *Hochst.* an P. amoenum. *Hochst?* Cenchrus rufescens. *Desf.* Fl. Atl. III. 388. Afr. bor.

85. P. VAHLII. *Kunth.* (Gram. I. 40.) Caule pedali; foliis glabris planis (2″ et ultra longis); spicae tripollicaris spiculis approximatis ovatis in rhachi flexuoso sessilibus solitariis, involucri laciniis setaceo multifidis rigidiusculis; calyce bivalvi setigero. Cenchrus setigerus. *Vahl.* En. 2. 395. Arabia.

86. P. SIEBERI. *Kunth.* (l. c. 50.) Culmo ramoso (1—1½-pedali) geniculato adscendente; vaginis glabris; foliis linearibus (6—8″ longis, 2—3‴ latis) utrinque et margine scaberrimis; spica subcylindrica (2—3-pollicari; rhachi glabra; involucri setis basi plumosis calyce 4-plo longioribus; glumis inaequalibus, exteriore breviore obtusa fimbriata, interiore 3-nervia aequante flosculum neutrum; hermaphroditi valvulis acutis apice fimbriatis. Setaria geniculata. *Sieber.* Hrbr. Martinica.

87. P. VERSICOLOR. *Schrad.* (Linn. XII. 432.) Culmo ramoso; foliis vaginisque villosis; spica cylindrica obtusa laxa; involucro spiculas superante; flore inferiore masculo, superiore hermaphrodito; valvula inferiore hermaphroditi acuminata apice 3-nervia et scabriuscula, masculi superiore breviore obtusa 2—3-dentata tenuiore enervia; stylo solitario, stigmate bifidio. — —

Species indescripta.

P. DISTACHYUM. *Rupr.* (Bullet. Brux. IX. 2. p. 242.) ♃ Hrbr. *Galeot.* nr. 5680. ♃ Vera crux.

CENCHRUS. *Lin.* Thyrsus simplex; spiculae intra involucrum 1—5 sessiles; glumae 2, (vel inferiore supressa gluma unica) membranaceae acutae; inferior parva uni-superior flosculis paulo magisve brevior 3—5-nervia; flosculus inferior neuter vel masculus membranaceus 1—2-valvis; flosculus superior hermaphroditus subchartaceus; valvula superior inferiorem arcte amplectens; involucrum constans e laciniis coriaceis setoso- aut spinoso-partitis, basi in discum solidum plus minus connatis; caryopsis oblonga duriuscula, scutello suo 2—4-tam partem breviore. (Genus a Penniseto vix diversum, nisi setis involucri magis induratis latioribus basi plus minus connatis.)

a. *Pennisetiformia, involucellis elongatis minus rigidis saepissime interioribus plumosis.*

1. C. LONGIFOLIUS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Nub. nr. 190.) Glaucescens; culmo basi subbulboso incrassato (2-pedali) simpliciusculo vel ramoso; nodis plus minus pilosis; vaginis inferioribus tuberculato-pilosis mox glabratis margine vel ad oras ciliato pilosis; ligula ciliari; foliis lanceolato-linearibus (6—9″ longis, 3‴ latis); thyrso simplici (3-pollicari) densissimo; involucelli setis basi duris plus minus piloso-plumosis 3-floris; glumis parum inaequalibus subhyalinis, inferiore uni-superiore trinervia; flosculo neutro 5-nervio hermaphroditum laevem aequante. Pennisetum longifolium. *Fenzl.* in *Kotschy* Fl. aeth. nr. 52. Nubia.

2. C. MACROSTACHYUS. *Hochst.* (l. c. nr. 4.) Viridi-glaucescens; culmo basi geniculato-ramoso, erecto (2-pedali) cum nodis vaginisque ore tantum pilosis glabris; ligula ciliari; foliis (sublanceolato-) linearibus scabriusculis (2—4″ longis, 1—1½‴ latis); thyrso simplici (3—4-pollicari) laxiusculo; involucelli breviter pedicellati 3-flori setis basi duris, intimis piloso-plumosis; glumis parum inaequalibus hyalinis; flosculi neutri valvulis 3-nerviis longioribus hermaphrodito acutissimo laevi. Variat: setis pallide flavescentibus vel purpurascentibus. Nubia.

3. C. PENNISETIFORMIS. *Hochst. Steud.* (Hrbr. un. it arab. nr. 973 et 974.) Culmo basi ramoso caespitoso (6—8-pollicari vel pedali et ultra); vaginis inferioribus papilloso-pubescentibus (vel superioribus glabratis) margine et ad oras piloso ciliatis; foliis linearibus (1½—3″ longis, ½—1‴ latis) acuminatis plus minus pubescentibus vel ciliatis; thyrso laxiusculo (pollicari); involucri 3-flori setis basi vix coalitis parum ampliatis intimis plumosis tenuibus; glumis 2 hyalinis ovatis acutis flosculo dimidio longioribus, subaequalibus; flosculo neutro bivalvi, valvulis 3—5-nerviis aequantibus hermaphroditi valvulas tenui membranaceas 1—3-raro enervias. C. echinoides *Wight* sec. *Nees* in litt. Arabia felix.

4. C. PYCNOSTACHYUS. *Steud.* Culmo arundinaceo elato ad nodos sericeo-piloso, caeterum glabro ad spicam usque vaginato; vaginis glabris supremis spicam basi involucrantibus, ore margineque pilosis; foliis lanceolatis acuminatis (½—1′ longis, ½″ latis) glabris laevibus; thyrso densissimo cylindraceo (½—1-pedali); axi solido, spiculis solitariis undique tecto; pedicellis brevibus dense pilosis (vix 1‴ longis); involucellis setotis intimis plumosis flosculos — excepto unico longissimo — aequantibus; flosculis binis altero masculo, altero hermaphrodito; achenio subobliquе globoso brunneo nitido. ♃? *Jardin* legit in Guinea.

5. C. AUSTRALIS. *R. Br.* (Prodr. 196.) Involucris unifloris 8—10-partitis; laciniis subulatis plumoso-ciliatis apice denticulis retrorsis; spica simplici elongata. N. Holl.

6. C. ANOMOPLEXIS. *Labil.* (N. Caled. t. 19.) Involucro sub-10-partito; laciniis subulatis pilosis, denticulis ad apicem retrorsis, unica caeteris longiore; spiculis solitariis — ternis. Prioris var. latifolia. *Spr.* negante *Labil.* N. Holl.

7. C. MULTIFLORUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 318.) Culmis erectis (ultra 2-pedalibus) cum vaginis foliisque hirsutis; ligula brevissima pilosa; foliis planis (6—7″ longis, 4‴ latis) rigidiusculis; spica cylindracea (4-pollicari) undique imbricata; involucro triseriali, seriei intimae inferne villoso spiculas quaternas superante, seta una longissima; glumis glabris inaequalibus; inferiore ovata 5-nervia, superiore 7-nervia acuta; valvula inferiore hermaphroditi ovato-lanceolato versus apicem 3-nervia; flore neutro unipaleaceo. Mexico.

8. C. RAMOSISSIMUS. *Poir.* (Enc. Supl. V. 51.) Caule frutescente, ramis dichotomis laevibus; vaginis ore nudis; foliis glabris longe acuminatis subasperis; spicis cylindricis longissimis (3—4-pollicaribus); spiculis sessilibus alternis subquadrifloris; involucellis mollibus sericeis setaceis flore longioribus. Pennisetum dichotomum *Delil.* sec. *Spr.* sed vix. Aegyptus.

b. *Cenchri veri; involucellis rigidis saepe muricato setosis.*

9. C. ECHINATUS. *Lin.* Culmo basi procumbente radicante ramoso glabro (1½—3-pedali); vaginis foliisque scabris, illis ad faucem villosis, his basi pilosis lanceolato-linearibus attenuatis (4—6—10″ longis, 2—3 quandoque 10‴ latis); racemo laxiusculo (2—4-pollicari); spiculis patulis; involucelli 1—4-flori lacinis ad basin usque liberis erectis inferioribus minoribus squarrosis pungentibus, interioribus quandoque villosis; gluma inferiore saepe minima enervia, superiore flosculis ⅓ breviore 3—5-nervia, neutro univalvi 7-nervio hermaphroditum scabriusculum aequante. *Schreb.* Gram. t. 23. fig. 1. *Gaertn.* Fruct. t. 80. fig. 6. *Beauv.* Agrost. t. XIII. fig. 11. Forma hujus speciei est: C. limensis *Nees* et *Meyer* teste *Nees* in litt. Amer. Afr. Ind. or.

Ab hac specie differre contendit cbls. *Tausch.* C. echinatum *Cav.* Ic. V. t. 762. (quem sub: C. Cavanillesii *Tausch.* Flora 1837. p. 97. ita determinat:) Spica laxiuscula, involucris sub-8-fidis pilosis basin versus aculeatis setosisque, aculeis setisque erecto-adpressis. Brasil.

10. C. DACTYLOLEPIS. *Steud.* Culmo elatiore (pluripedali); vaginis laxiusculis laevibus ad faucem excepta ligula basi membranacea apice densissime brevi pilosa nudis; foliis lanceolato-linearibus longe acuminato-attenuatis scabriusculis (7—12″ longis, 3—4‴ latis); racemo laxiusculo (2—3-pollicari); spiculis amplis patulis 3—4-floris; involucelli laciniis exterioribus setosis rigidis retrorsum scabris, interioribus dilatatis irregulariter palmato-trilobis

pubescente-villosis laciniis apice subrecurvatis; glumis flosculis parum brevioribus 3—5-nerviis; flosculo neutro univalvi tenuissime (apice plus conspicue) 5—7-nervio hermaphrodito laevi tenuissime punctulato longiore. C. echinatus *Hochst.* Hrbr. *Hustm.* nr. 12. a. Surinam.

11. C. PUNGENS. *H. B.* (N. gen. I. 115.) Culmis caespitosis procumbentibus ramosis diffusis (8—9-pollicaribus); foliis linearibus acuminatis rigidis glabriusculis; vaginis margine pubescentibus; thyrso oblongo-cylindrico ($1^1/_2$ pollicari); involucro bifloro subnovemfido coriaceo, laciniis lanceolatis acuminato-pungentibus margine pilosis intermixtis setis rigidis scabris flosculis parum longioribus; gluma inferiore minima, superiore acuminata 5-nervia; flosculo neutro vel masculo bivalvi aequante hermaphroditi paleas ovato-oblongas acuminatas 5-nervias nitidas. ⊙ Peru.

12. C. TRIBULOIDES. *Lin.* Culmis ramosis glabris (geniculis atropurpureis); foliis e basi subcordata lanceolatis glabris, vaginis margine pilosis; spicae (bipollicaris) spiculis alternis fructiferis subglobosis; involucri (1—3-flori) laciniis basi subturbinato-connatis squarrosis spiniformibus, interioribus villosis. C. spinifex. *Cav.* Ic. V. t. 461. ⊙ Amer. sept. Brasil.

Species duas cognatas ita disposuit *Schlechtendal* Linn. XXV. 169: a. C. pungens. *H. B.* Glaucescens purpurascens; caulibus pluribus longe prostratis adscendentibus ramosis subteretibus cum nodis glaberrimis laevissimis (2-pedalibus et ultra) ad nodos inferiores radicantibus; vaginis compressis glabris margine tenui albido membranaceo glabro vel superne dissite piloso; lamina basi quasi cordata, inferne 3—4‴ lata, plus minus complicata, sensim a basi ad apicem acutissimum attenuata margine et carina scabra vagina duplo longiore: spicis in omnibus ramis terminalibus dein pedunculatis; rhachi compresso trigona flexuosa; involucro indurascente basi conica inermi rhachi insidente, tunc globoso-incrassato villoso spinis armato (quarum inferiores breviores deorsum, superiores et marginales undique versae inferne patentim pilosae sunt); fissura involucri media altero latere altius intrante, quasi bipartitum est involucrum ibidemque spicula una posita est, quae longius emergit, extus ab altera involucri parte in margine trispinosa (vel tripartita) cingitur; altera vero involucri pars quadri spinosa margine gaudens spinis geminis divaricatis, secundam spiculam ex parte arcte includit; spiculae glumis 2 involucrantibus, extera minore dimidiam spiculam aequante acuminata, uninervia, interiore longiore apice obtusiuscula 5-nervia; flore sterili biglumi quam fertilis paulo breviore albo hyalina; floris fertilis valde acuminati gluma extera praesertim apicem versus evidenter 7-nervia, basi elevato-hippocrepio bicarinata: spicula secunda paulo minore caeterum simili. C. tribuloides. *Drege* sem. amer. (sec. spec. culta.) b. C. spinifex. *Cav.* Praecedente minor (1—$1^1/_2$ pedalis) debilior gracilior minus procumbens fere erectus basi tantum radicans; vaginis angustioribus margine densius semperque pilosis; involucro persimili sed minore 2—3 spiculas fovente eodem modo tripartita, partitione unoque margine trispinosa, spinis divaricatis; spicula media magis libere prostante paulo majore, lateralibus utrinque ab involucri parte arcto involutis; glumis bracteantibus 2, extera minuta hyalino-albida enervia, altera interna late ovata acuta reliquis partibus spiculae breviore apice 5-nervia; floris sterilis gluma exteriore late ovata acuminata superne 5-nervia, interna hyalino alba. Ex seminibus Horti Madritensis.

13. C. LAPPACEUS. *Tausch.* (Flora 1837. p. 97.) Spica densa; involucris sub-8-fidis pilosis basin versus aculeotis setosisque; aculeis erectis involucro longioribus retrorsum aculeolatis. — —

14. C. AGRIMONOIDES. *Trin.* (Diss. II. 72.) Culmo valido decumbente ramoso (2-pedali et ultra); vaginis foliisque glabris, his lanceolatis (8—10″ longis, 5—7‴ latis) strictis supra scabriusculis margine hispidis; thyrso laxo (3—5-pollicari); spiculis reflexis; involucelli uniflori laciniis inferne turbinato-connatis, exterioribus setaceis brevissimis squarrosis, interioribus subuliformibus conniventibus villosulis, gluma inferiore parva uni- superiore flosculis $^1/_3$ breviore 5-nervia; flosculo masculo bivalvi, valvula inferiore 7-nervia hermaphroditum aequante. C. fusiformis. *Nees.* N. act. N. C. XVII. supl. 1. 170. ♃ Ins. Owahu.

15. C. LANIFLORUS. *Steud.* Culmo erecto glabro (pluripedali) striatulo; vaginis pilis minutissimis adspersis, striatis elongatis; sursum margine pilosis; ligula fasciculato-pilosa; foliis lanceolatis longe attenuatis scabriusculis, margine subinvolutis (fere pedalibus 2—$2^1/_2$‴ latis); spica simplicissima (4—5-pollicari) recta; rhachi parum flexuosa lanata, spiculis 1—2-floris brevissimis pedicellis dense lanatis; involucri setis exterioribus rigidis scabris interioribus dense plumosis; flosculis glabris, glumis subaequalibus membranaceis subpellucidis distincte 5-nerviis, valvulis acutis glabris laevibus. *Urville* ex Insula Taiti.

16. C. MYOSUROIDES. *H. B.* (N. gen. t. 35.) Culmo erecto (6-pedali) nodisque glabris; foliis anguste linearibus convolutis rigidis scabris; vaginis glabris ore pilosis; thyrso cylindrico recto (3—5-pollicari); spiculis dense imbricatis; involucri cartilaginei laciniis 12—16 subulatis rigidis spiculam solitariam aequantibus; glumis ovatis superiore 3-plo longiore 3-nervia, neutri valvula unica 5-nervia; hermaphroditi palea inferiore 7- superiore 2-nervia. ⊙ Peru. Cuba.

17. C. HETEROCHAETUS. *Steud.* Culmo geniculato ramoso vaginato foliato glabro tereti infra spicam angulato striato; vaginis glabris apice plerumque solutis cum ligula brevi pilosis; foliis lanceolatis acuminato-attenuatis margine scabriusculis (4—6″ longis, $1^1/_2$—2‴ latis); spica simplici 1—2-pollicari, recta; rhachi angulata, spiculis 1—2-floris in pedicellis brevibus pilosis; involucri setis extimis simplicimis setosis vix pungentibus, interioribus lanceolatis brevioribus rigidioribus intimis lato-lanceolatis validis saepius curvatis. *Urville* legit sine addita Patria?

18. C. ALOPECUROIDES. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 317.) Culmis erectis (ultra2-pedalibus); vaginis glabris, ore pilosis; ligula brevissima pilosa; foliis planis (5—6″ longis, 3‴ latis) margine serrulato-scabris superne villosis, demum glabriusculis; spica cylindracea recta (3—4-pollicari); involucro multifido scabro spiculam solitariam superante; gluma inferiore ovata diaphana acuminata uninervia dimidio breviore quam superior 7-nervia; flosculo neutro univalvi. —

19. C. PILOSUS. *H. B.* (N. gen. t. 36.) Culmo erecto simplici (6-pollicari) nodisque glabris; foliis linearibus acuminato-pungentibus pilosis; thyrso oblongo cylindrico (pollicari); involucro 3 floro 10—12-fido piloso, basi setoso; laciniis lanceolato-linearibus rigidis pungentibus setis lacinias superantibus; glumis ovato-lanceolatis acuminatis glabris inaequalibus, flore neutro univalvi. N. Barcellona.

20. C. VAGINATUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo ramoso (pedali et ultra) geniculato glabro, parum foliato; ramis vaginatis et foliatis; vaginis versus apicem ramorum 3—5-imbricatis tumescentibus striatis glabris apice et margine ciliato-pilosis subabrupte foliiferis, foliis planis vel complicatis (2—3″ longis, 1—2‴ latis) striatis glabris; thyrsis in apice ramorum vagina summa involucratis demum exsertis oblongis (vix ultra pollicaribus) spicis brevi pedicellatis majusculis; involucri laciniis basi in conum coalitis, superioribus lato-lanceolatis, villosis unifloris, flosculo parum longioribus; gluma superiore et valvula neutra ovatis acutis pellucidis 5-nerviis, hermaphrodito basi binervio apice acuminato. — Culta in horto Paris. sub: Cenchrus tribuloides macrocarpus. —

21. C. INFLEXUS. *R. Br.* (Prodr. I. 195.) Thyrso simplici cylindraceo; involucris unifloris profunde 6—7-fidis, laciniis angusto-lanceolatis margine nudis, fructiferis flexis. N. Holl.

22. C. CALYCULATUS. *Cav.* (Ic. V. t. 463.) Culmo erecto simplici (2-pedali et ultra); vaginis fauce tomentosis; foliis lanceolatis; thyrso glomerato (semipedali) e capitulis spinosis tomentosis; involucri 2—4-flori laciniis sub-12 subulatis compressis (excepto apice) tomentosis, intermixtis setis rigidis brevibus; flosculis omnibus fertilibus. Ins. Amicorum.

23. C. BIFLORUS. *Roxb.* (Fl. ind. I. 238.) Culmo erecto ($1^1/_2$—2-pedali); foliis elongatis gracilibus scabriusculis, vaginis ore pilosis; thyrso terminali cylindrico (3—4-pollicari); spiculis solitariis alternis; involucri bi- rarius

uni-flori multifidi laciniis flore longioribus subulatis hamatis intus pilosis; gluma inferiore minima, superiore neutrum subaequante, hermaphrodito acuto neutro sublongiore. Ind. or.

24. C. HEXAFLORUS. *Blanco.* (Fl. de Filipin. p. 36.) Culmo florifero compresso, foliis ensiformibus canaliculatis utrinque hamuloso-scabris; floribus in spicam magnam conicam congestis; involucro partiali multilaciniato, laciniis acutis inaequalibus subtus pilis rigidis circumdato sexfloro; floribus geminis hermaphroditis caeteris monoicis, geminis masculis geminis foemineis; corollis exaristatis. Ins. Philip.

25. C. ELLIOTTII. *Kunth.* (Gram. I. 51.) Spica tereti stricta; involucri multipartiti laciniis tereti subulatis rigidis scabris, exterioribus brevissimis interioribus flores paulo superantibus omnibus subpungentibus. Pennisetum pungens. *Nutt.* ♃ Am. sptr.

26. C. VIRIDIS. *Spr.* (S. V. I. 301.) Foliis lato-lanceolatis vaginisque scabris; involucris sub-5-partitis spinulosis basi setosis. Guadaloupe.

27. C. OVATUS. *Lam.* (Ill. t. 838. f. 2.) Culmis rigidis laevibus; vaginis arcte adpressis; foliis involutis duriusculis acutis glabris; spica dense ovata (ramosa?); valvulis exterioribus pilis rigidis albidis; flosculis 2—3 laevibus ovalibus mucronatis. Pr. b. sp.

28. C. TOMENTOSUS. *Poir.* (Enc. VI. 51.) Culmis rectis glabris; foliis rigidis angustis planis subinvolutis tomentoso-lanatis; vaginis sparsim pilosis; spica densa ovato-oblonga; valvulis (involucris?) exterioribus muricatis 3—4-floris; flosculis glabris oblongis valvulis acutissimis. Pr. b. sp.

29. C. MONTANUS. *Nees.* (in *Royle* ill.) Radice fibris validiusculis tomentosis; culmis caespitosis basi procumbentibus, adscendentibus (½—1-pedalibus et ultra), vaginis sparsim ad oras praesertim longe pilosis; foliis linearibus acuminatis (2—6″ longis, 1—2‴ latis); thyrso coarctato (1½—2-pollicari); capitulis subtrifloris basi calyculatis, calyculo in setulas minimas diviso; involucelli 8—10-fidi laciniis lanceolatis canaliculatis pungentibus flosculis subbrevioribus, margine plus minus ciliatis. Cenchrus Schimperi. Hrbr. un. it. arab. nr. 796 et 797 var. minor. C. tripsacoides. *Fres.* et? *R. Br.* ♃ Ind. or. Arab.

30. C. CATHARTICUS. *Hort. Monsp.* (Linn. XIII. Lit. 103.) Culmo verticali ramoso; foliis deorsum scabris; spicis solitariis terminalibus gracilibus (3-pollicaribus), involucelli segmentis superioribus aequalibus subulatis retrodenticulatis pungentibus dorso glabris margine interiore tomentoso ciliatis; glumis acutis glabris dorso ad apicem 3-nerviis; semine ovato facile secedente. Nubia. Abyssinia. Inter species a *Kotschyo* lectis deest, adest vero in Hrbo. abyss. ed. II. nr. 2019.

PTERIUM. *Desv.* Flores capitati subunilaterales; involucrum basi floriferum pectinato-setosum; spiculae uniflorae; glumae hyalinae subaequales aristato-setosae; valvulae coriaceae; inferior aristato-setosa, seta longissima; superior acuta.

1. P. ELEGANS. *Desv.* (Jour. d. Bot. 1813. 75.) Radice fibrosa annua; foliis glabris; spicis subglobosis barbatis violaceis. An Lamarckia aurea *Moench?* quacum hoc genus jungit *Endlicher* in Enchirid. bot. p. 59. nr. 895. ⊙ Oriens.

ANTEPHORA. *Schreb.* Thyrsus vel spica simplex; involucrum monophyllum 4—5-fidum connivens, sinubus rotundatis hiantibus, demum induratum, spiculas 1—5 includens; gluma unica (centrum involucri spectans) membranacea subulata flosculis minor biflora; flosculus inferior (gluma superior vulgo appellatus) membranaceus; superior hermaphroditus bivalvis chartaceus cum fructu indurescens; styli basi connati; caryopsis mucronata flosculo tecta. (Cenchri sectio. *Trinius.*)

1. A. ELEGANS. *Schreb.* (Gram. II. t. 44.) Culmo ramoso (2—3-pedali) glabro; vaginis laxiusculis; foliis elongatis (4—8″ longis, 2—3‴ latis) glabris vel pubescentibus, asperulis; spica solitaria recta cylindrica (3-pollicari) spiculis remotiusculis erectis; involucelli 1—5-flori laciniis subaequalibus lingulatis (basi subcoriaceis apice foliaceis) in discum connatis. *Beauv.* Agr. t. XIII. f. 8. Tripsacum hermaphroditum. *Lin. Lam.* ill. t. 750. f. 2. ⊙ Ind. occ. Am. austr. Senegal.

2. A. PUBESCENS. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 74.) Culmis caespitosis erectis strictis simplicibus (2—2½-pedalibus) glabris; vaginis ore longe barbatis; foliis lineari-attenuatis glabris; spica solitaria (4-pollicari); involucri 5-fidi laciniis acuminatis villosis dorso muticis, spiculas (tot quot laciniae) duplo superantibus. Cenchrus pubescens. *Steud.* ♃ Afr. austr.

3. A. VILLOSA. *Spr.* (N. Entd. III. p. 14.) Culmo erecto ramoso (2—3-pedali); vaginis foliisque glaucis undique villosis; spica terminali solitaria intra vaginas florente demum elata; involucro 3—5-partito-incisuris sinuosis-cartilagineo, laciniis margine subciliatis basi quandoque unidentatis; flosculis binis glabris hermaphroditis. Ind. occ.

4. A. HOCHSTETTERI. *Nees.* (Flora 1844. p. 249.) Culmis erectis vel adscendentibus simplicibus glabris; vaginis solutis glabriusculis; ligula longe exserta; foliis anguste-linearibus (3—5″ longis, 1‴ latis) pubescentibus (raro glabris) spica cylindracea densa elongata (5—6-pollicari coerulescente vel albida); involucro 5—7-floro, laciniis totidem (ovato-) lanceolatis subaristato-acuminatis subpungentibus hirsutis sinubus angustis; valvula flosculi neutrius 7-nervia paulo infra apicem utrinque barbato-hirsuta, flosculum hermaphroditum bipaleaceum glabrum amplectente. A. abyssinica. *Rich.* Fl. Abys. II. 389. Hypodaeurus cenchroides *Hochst.* hrb. Abyss. un. it. nr. 71 et A. Kotschyi *Hochst.* et A. elegans *Rupr.* in *Kotschyi* Fl. aeth. nr. 367. ♃ Variat: spica pallida; foliis vaginisque magis pubescentibus. Abyssin. Nubia.

5. A. PUNCTULATA. *Steud.* Culmo erecto basi geniculato subramuloso (vix semipedali) foliato: foliis subdistichis lanceolatis (pollicaribus, 1½—3‴ latis) rigidulis vaginisque ore pilosis profunde striatis; racemo simplici (pollicari et breviore); involucelli basi brevissime pilosi laciniis inaequalibas, aliis linearibus obtusis apice denticulato laceris, aliis in setulas duas fissis omnibus nigro puncticulatis; flosculis sub-3, lateralibus plerumque sterilibus, medio fertili, stylis longe exsertis. Herb. *Galeotti* nr. 5754 et 5689. Mexico.

6. A. BELANGERI. *Steudel.* Culmo basi prolifero ramoso erecto (subpedali); foliis sparsis lanceolatis acuminatis (pollicaribus, ½‴ latis) vaginisque undique sparsim pilosis profunde striatis; racemo simplici (vix pollicari); involucelli albidi piloso-puncticulato-scabri laciniis inaequalibus structurae praecedentis, cujus forsas varietas. Hrbr. *Belanger* nr. 1428. Mexico.

7. A. AXILLIFLORA. *Steud.* Caespitosa stolonifera glabra; foliis linearibus angustissimis planis (3—6″ longis, vix 1‴ latis) ad bases floriferos spathaceo dilatatis foventibus spiculas 1—2; involucro osseo inaequaliter fisso, laciniis brevibus apice foliaceo acutis sub-3-floris, glumis et valvulis omnibus subcoalitis apice foliaceo-acuminatis, stylis in fertilibus elongatis. In Texas legit *Drummond.*

TRACHYOZUS. *Reichb.* Racemi simplices 1—2 approximati; axis partialis complanatus articulatus ad articulum quemvis extus spiculae (plerumque 4) subfasciculatae subsessiles; spiculae inferiores com-

pletae; glumae 3-nerviae, inferior (olim pro lacinia) involucri sumta) flosculis plus duplo brevior coriacea lanceolata plerumque recurva, superior paulo longior membranacea pugioniformis adpressa inferne villosula; flosculus neuter bivalvis, valvula inferior maxima coriacea ovalis cuspidato-acuminata marginibus inflexis 13-nervia; superior minutissima oblonga obtusa enervia; hermaphroditus neutro plus dimidio brevior chartaceus ovato-lanceolatus acutissimus; palea inferior 3-nervia superiorem obvolvens; spicula extima e paleis aliquot coriaceis sterilibus plus minus incurvis composita.

1. T. MURICATA. *Pers.* (Syn. I. 85. sub: Trachys.) Culmo procumbente adscendente ramoso (pedali et ultra); foliis lineari lanceolatis (2—4″ longis, 3—4‴ latis) vaginis nodisque plus minus pilosis; racemis sesquipollicaribus. ⊙ T. mucronata. *Beauv.* Agr. t. 21. f. 7. Cenchrus muricatus. *Lin. Schreb.* gram. II. t. 34. Trachystachys geminata. *A. Dietr.* Spec. II. 16. Ind. or.

COLLADOA. *Cavan.* Spica; involucrum monophyllum coriaceum bipartitum basi sinubus rotundatis (gluma profunde partita in duas lacinias ovatas) transversim sulcatum triflorum; flosculis 2 lateralibus hermaphroditis e basi aristatis, altero masculo intermedio mutico; corolla omnibus bivalvis calyce brevior, valvulis lanceolatis, hermaphroditorum carinatis; stamina 3; styli 2 divaricati; stigmata plumosa; caryopsis ovato-compressa acuta.

1. C. DISTACHYA. *Cav.* (Icon. t. 460.) Culmo ramoso (4-pedali) ad nodos villoso; vaginis amplis cymbaeformi dilatatis glabris ore pilosis apice acuminato ferentibus folia basi cordata lanceolata acuminata pilosa; spicis geminatis (2-pollicaribus); aristis tortis spiculas multoties superantibus. C. disticha. *Beauv.* Agr. t. 21. fig. 9. (Ob calycis structuram Antephorae proximum genus, caeterum Andropogineis arcte affine.) Ischaemum Colladoa. *R. Br.* ♃ Ins. Philp.

LAPPAGO. *Schreb.* Thyrsus cylindraceus compositus e fasciculis seu thyrsulis subcapitaliformibus 2—5-floris; axi partiali brevissimo radiolis approximato-alternis brevissimis; spiculae fasciculatae 2—5-nae bifloro-hemigamae rigidae; gluma inferior nulla, superior parva membranacea enervia; flosculus neuter univalvis magnus ovalis acutus 5-nervius dense glochideo-echinatus; hermaphroditus chartaceus neutro vix brevior lanceolatus acutus, palea inferior 3-nervia superiorem teneriorem obvolvens; lodiculae squamae 2 truncatae in denticulum productae; styli 2; stamina 3; caryopsis oblonga.

1. L. RACEMOSA. *Willd.* Culmis subcompressis procumbentibus adscendentibus simplicibus et ramosis (½—1-pedalibus) uti tota planta glaucescentibus; foliis linearilanceolatis firmulis (½—1½″ longis, 1—2‴ latis) margine piloso-setosis, planis scabriusculis; vaginis laxis tumidulis; racemo erecto (½—2½-pollicari, pallido vel purpurascente), pedicellis 3—5-floris, spiculis oblongo-lanceolatis muricibus 8-seriatis alternae seriei grandioribus. *Host* gram. I. t. 36. Cenchrus racemosus. *Lin. Schreb.* gram. t. 4. Tragus racemosus. *Beauv.* Agr. t. VI. f. 13. ⊙ Eur. As. Afr.

2. L. ALIENA. *Spr.* (N. Ent. II. 15.) Omnia praecedentis; racemo denso, pedunculis bifloris, spiculis ellipticolanceolatis, muricibus 5-fariis, bulbo setam uncinatam subaequante vel superante. An var. praecedentis. L. Berteroniana. *Schult.?* Lappago biflora. *Roxb.?* Tragus occidentalis. *Nees.* Afr. austr. aequin. Arabia.

3. L. LATIPES. (*Steud.*) Culmis subprocumbentibus adscendentibus glabris; vaginis laxis ore pilosulis; foliis lineari-lanceolatis planis vel convolutis rigidis subpungentibus glabris; racemo erecto (1—1½-pollicari) laxo; pedunculis incrassatis spiculam dimidiam aequantibus pubescentibus; flosculis binis, gluma superiore tuberculato echinata; paleis margine ciliatis. Latipes senegalensis. *Kunth.* Gram. t. 42. Senegambia. Arab. fel.

LAPPAGOPSIS. *Steud.* Racemi bini conjugati; spiculae sessiles solitariae uniflorae; glumae duae chartaceae glanduloso-pilosae flosculo longiores; valvulae 2 cartilagineae aequales muticae; styli 2 plumosi; ovarium oblongum caryopsis oblongo-ovata glabra apice breviter bifida setulosa; flosculi secundi vestigium nullum.

1. L. BIJUGA. *Steud.* Culmo erecto tenui glabro foliato (ultra pedali); vaginis laxis striatis ad oras pilosulis; foliis linearibus angustis (3—4‴ longis, ½—¾‴ latis) sparsim pilosis vel glabratis; racemis binis conjugatis (2—3-pollicaribus) laxifloris, rhachi angulosa subflexuosa pilosa; spiculis alternis parum ultra linealibus sessilibus; glumis simpliciter vel e glandulis pilosis flosculo parum longioribus; valvulis glabris (brunneis) laevibus. *Urville* legit in Ins. St. Catharln. et *Claussen* in Brasil.

Ob flosculos semper solitarios Agrostideis propius genus; valvulae cartilagineae Paniceas aemulant.

LOPHOLEPIS. *Decaisn.* Spiculae monoicae vel polygamae in racemum terminalem lineari-cylindricum erectum multiflorum congestae; rhachi stricta, pedicellis sursum incrassatis utrinque ciliatis basi geniculata articulatis; paleae 2 lateraliter compressae; minute elevato punctatae acute carinatae; aristis cartilagineo-membranaceis diaphanis pectinato ciliatis auctae ciliis apice uncinatis; exterior basi globosa paleaeformis bicristata, interior multo minor sub apice dente valido instructa subtus uni-cristata; caryopsis paleis induratis tecta oblonga subacuminata basi superne gibba infra depressa.

1. L. ORNITHOCEPHALA. *Hook.* (sub: Holboellia. B. Misc. II. t. 76.) Radice fibrosa; culmis caespitosis e basi decumbente erectis; foliis planis rigidiusculis undulatis cartilagineo-marginatis scabris. ⊙ Ind. or.

THOUAREA. *Pers.* Racemus simplicissimus intra vaginam ramorum extimam spathaceam diu absconditus spicularum apicibus exstantibus; spiculae alterno-solitariae vel binae in axi coriaceo compresso; gluma inferior in spiculis inferioribus nulla vel squama minutissima, in extima sterili saepe manifesta; superior membranacea flosculos aequans acuta 7—9-nervia; flosculus inferior masculus bivalvis, valvula inferiore glumae superiori simillima; hermaphroditus chartaceus masculum aequans ovato-lanceolatus acutus, valvula inferior 3-nervia superiorem obvolvens; stamina 3; styli 2 plumosi; caryopsis ovalis eberbis. — Culmi repentes longissimi; rami erecti breves indivisi foliati.

1. T. SARMENTOSA. *Pers.* Culmis glabris; foliis distichis lanceolatis externe sericeo villosis interne pubescentibus; spicula androgyna solitaria (demum uti in Arachi hypogaea in terra recondita). *Kunth.* Gram. t. 35. *Beauv.* Agr. t. 22. f. 9. Madagascar.

2. T. LATIFOLIA. *R. Br.* (Prodr. I. 197.) Culmis

pubescentibus; foliis lanceolatis utrinque sericeis; floribus androgynis binis. N. Holl.

3. T. MEDIA. *R. Br.* (l. c.) Culmis foliisque subtus glabris lineari-lanceolatis; floribus androgynis solitariis. N. Holl.

4. T. INVOLUTA. *R. Br.* (l. c.) Spica secunda mutica quadriflora involuta receptaculo concavo foliaceo. Ischaemum involutum. *Forst.* prodr. nr. 385. Ins. societatis.

NEURACHNE. *R. Brown.* Spica ovata simplex solitaria; glumae subaequales enervosae acutae hispidae coriaceae, exterior parum minor, fructiferae induratae; flosculi 2 dissimiles, exterior neuter bivalvis valvula exterior glumae similis, interior hermaphroditus hyalino-membranaceus bivalvis; squamulae 2 hypogynae; stamina 3, styli 2, stigmata plumosa, semen liberum e perianthio membranaceo decidens.

1. N. MITCHELLIANA. *Nees.* (in *Hook.* Lond. Journ. II. 411.) Culmis pluribus e rhizomate squamato tomentoso erectis dense caespitosis, plurinodis (4—8-pollicaribus), nodis barbatis; foliis lanceolatis basin versus setoso-ciliatis (8—9‴ longis, 1½‴ latis); rhachi angulata hispida; pedicellis brevissimis crassis solitariis; glumis herbaceo-cartilagineis ovato lanceolatis tuberculatis acumine subulato, inferiore dorso barbata. N. Holl. interior.

2. N. ALOPECUROIDEA. *R. Br.* (l. c. 196.) Culmo multiplici erecto, geniculis sericeo barbatis; foliis planis abbreviatis; glumis subulato-acuminatis imberbibus ciliatis. N. phleoides. *Nees* in *Hook.* l. c. ♃ N. Holl.

XEROCHLOA. *R. Brown.* Panicula angusta simplicissima formata e vaginis spathaceis alternis flores includentibus; spiculae hemigamae sterilibus squamisque aridis circumdatae altera sessilis altera pedicellata utraque biflora; glumis inaequalibus exteriore minore; paleae membranaceae muticae subulatae; styli 2 basi connati; squamulae nullae; caryopsis oblonga teretiuscula basi styli mucronata glabra libera palea interiore chartacea inclusa. — Gramina juncea arida glabra; folia subulata stricta; ligula brevissima.

1. X. IMBERBIS. *R. Br.* (l. c. 197.) Spiculis subulatis parum curvatis; valvula interiore flosculi masculi glabra. ♃ N. Holl.

2. X. BARBATA. *R. Br.* (l. c.) Spiculis lanceolatis strictis, valvula interiore flosculi masculi barbata. ♃ N. Holl.

3. X. LATIFOLIA. *Hassk.* (Flor. 1842. II. Beyb. p. 2.) Culmo erecto subscandente ramosissimo; foliis subpetiolatis lineari-lanceolatis utrinque attenuatis apice setaceis scaberrimis; vaginis ad oram pilosis; panicula subcontracta spicis involucratis spicas paucas gerentibus patentibus; valvula inferiore aristata. Java.

SPINIFEX. *Lin.* Capitula vel fasciculi florales terminales et axillares magni compositi ex axibus plerumque plurimis dense fasciculatis; masculi et fructiferi in distinctis plantis; plantae masculae nunc laxe nunc arctius thyrsiflorae omnibus inferne longius breviusve ananthis; spicula quavis ad axis dentem sessilis ovata; glumae 2 chartaceo-membranaceae 7—9-nerviae, interior paulo brevior; flosculi 2 sessiles masculi bivalves substantia glumarum, valvulis aequalibus acutis inferiore 2—7- superiore dissite 2-nervia; antherae 3; plantae fructiferae axes capitati uniflori, caeterum uti in mare plerumque tamen longiores; spicula solitaria ad axis basin sessilis lanceolata hemiologama; glumae 2 chartaceo-membranaceae aequales acuminatae 7—9-nerviae; flosculus inferior neuter 1—2-valvis, valvula inferiore 5-nervi, superiore si adest perparva; hermaphroditus chartaceus neutrum aequans, valvula inferiore 3-nervia superiorem amplectente; styli 2 basi connati elongati; caryopsis ovalis,

1. S. SQUARROSUS. *Lin.* Frutescens; culmis maximis glaucis ad genicula fasciculato foliosis; foliis (6—9″ longis) convolutis recurvato-patentibus, rigidis pungentibus; vaginis ore lanatis caeterum amplis striatis cum spiculis foliisque glabris; axibus masculis dissitiuscule floriferis; capitulorum bracteis fasciculatis maximis, involucris mucronatis. Stipa spinifex. *Lin. Houtt.* Pfl. Syst. XII. t. 92. f. 2. Variat foliis longioribus. S. dealbatus *Nees. Meyer.* (teste *Nees* in litt.) ♃ ♄ Ind. or.

2. S. HIRSUTUS. *Labil.* (N. Holl. t. 230. 231.) Caespitosus; culmo basi procumbente tereti (1—2-pedali) sericeo; foliis convoluto-subulatis inermibus (culmum aequantibus vel superantibus) vaginisque villoso-sericeis; axibus masculis densiuscule thyrsato-floriferis involucis thyrsum subaequantibus; capitulo foemineo densissimo involucris foliis numerosissimis intermixtis. ♃ N. Holl.

3. S. ALTERNIFLORUS. *Nees.* (*Lehm.* Pl. Preiss. II. 96.) Sericeus; foliis inermibus subtus vaginisque villosis, supra glabris; acumine rhacheos masculae spicam aequante, spiculis disticho-alternis distinctis. ♂ N. Holl. austr. occ.

4. S. SERICEUS. *R. Br.* (Prodr. I. 198.) Sericeus; foliis inermibus intus vaginisque villosis; rhacheos masculae acumine spica aliquoties breviore. N. Holl.

5. S. LONGIFOLIUS. *R. Br.* (l. c.) Glaber; foliis inermibus flaccidis semiteretibus marginibus longitudinaliter laevibus rhachi fructifera ter longioribus; glumis masculis scabris. N. Holl.

6. S. FRAGILIS. *R. Br.* (l. c.) Glaber, foliis inermibus flaccidis semiteretibus margine scabro rhachi fructifera longioribus. N. Holl.

PARIANA. *Aubl.* Spica terminalis solitaria cylindracea; rhachis articulata flexuosa complanata alternatim pro recipienda spicula foemina canaliculato-concava; spiculae masculae 3—5 ovatae acutiusculae insidentes stipitibus (involucris *Nees*) subcoriaceis e basi articulorum ortis apice biauriculato-appendiculatis, laciniis herbaceo-coriaceis glumas collatrales mentientibus 3—5-nerviis; glumae 2 herbaceo-coriaceae, inferior dorso laciniis stipitis adpressa ovata acutiuscula 3-nervia superiorem concavam obsolete 3—5-nerviam marginibus amplectens; perianthium 0, rarissime univalve hyalinum; lodiculae squamae 2 plerumque fimbriato-denticulatae multinerves quandoque in unam coalitae; stamina indefinita (18—40) exserta; filamenta saepe fasciculatim connata. Spicula foemina ad basin cujusvis articuli solitaria; glumae 2 membranaceae subaequales acutae 1—3-nerviae; perianthium subcoriaceum demum induratum; lodicula ut in mari; styli 2 coaliti; stigmata plumosa. — Gramina magna plus minus fruticosa; culmus multinodis; vaginae in multis apice ciliis longis fibrosis barbata; in nonnullis setis transversis incumbentibus strigosae; folia lata petiolata striata acuminata.

1. P. CAMPESTRIS. *Aubl.* (Guian. t. 337.) Foliis (5—6½″ longis, 2″ latis) ovato-ellipticis basi rotundatis glabris laevibus subtus pallide viridibus; vaginis ore setis

fibrosis longis rigidis fimbriatis; involucris basi strigosis; glumis masculis valvulis dimidio fere brevioribus ovato-subulatis. *Beauv.* Agr. t. 22. fig. 2. ♄ Guiana. Brasil.

2. P. INAEQUALIS. *Miq.* (Hrbr. *Kappl.* nr. 1653.) Foliis oblique oblongo-ovatis longe acuminatis; lateribus inaequalibus glaucescentibus subtus scabris basi subabrupte in petiolum brevem contractis (2—6″ longis, 2″ latis); vaginis ore setis longis (pollicaribus) rigidulis fimbriatis; glumis masculis valvulas aequantibus, obtusis, involucris pilosis. ♄ Surinam.

3. P. GLAUCA. *Nees.* (Agrostgr. bras. 294.) Foliis ovato-ellipticis (6—7″ longis, $1^3/_4$—2″ latis), acuminatis, basi acutis in petiolum brevem strigoso-pubescentem attenuatis glabris subtus laevibus (sub-pruinoso-) glaucis; involucris basi albo-strigosis 3-partitis, laciniis bifidis bifloris; glumis masculis valvulis subaequalibus ovato-lanceolatis acuminatis, margine ciliatis. ♃ Brasil.

4. P. SCABRA. *Nees.* (l. c.) Foliis oblongis acuminatis basi acutis (7″ longis, $1^3/_4$″ latis) subtus pallidioribus ibique et margine scabris, vaginis ore breve ciliatis; involucris basi strigosis; glumis masculis valvulas aequantibus lanceolato-acuminatis. ♄ Brasil.

5. P. SYLVESTRIS. *Nees* (l. c.) Foliis ovato-oblongis acuminatis basi (subcordata) rotundatis in petiolum abrupte contractis ($5^1/_2$″ longis, $1^3/_4$″ latis) subtus glaucescentibus margineque scabris; vaginis ore setosis; involucris sursum glabriusculis basi setosis; glumis masculis valvulis $^1/_3$ brevioribus lanceolato-acuminatis. Prioris var? ♃ Brasil.

6. P. LUNATA. *Nees.* (l. c.) Foliis lanceolato-oblongis basi rotundatis acuminatis (7—8″ longis, $1^1/_2$″ latis) subtus pubescenti-scabris vel glabris saepe glaucis; vaginis transversim substrigosis, ad oras auricula semilunari recurva ciliis longissimis barbata munitis; involucris pubescentibus; glumis masculis valvulis plus duplo brevioribus oblongis obtusis. ♄ Brasil. Fluv. Amazon.

7. P. MOLLIS. *Nees.* (l. c. 296.) Foliis oblongis (7—8″ longis, $1^1/_2$—$1^3/_4$″ latis) acuminatis basi acutiuscula in petiolum sulcatum 3‴ longum pubescentem attenuatis subtus pubescenti-mollibus canescentibus; vaginis transversim strigosis ore truncato fibris brevibus fuscis barbatis; involucris pubescentibus; glumis masculis valvulis dimidio brevioribus ovato-falcatis acutis. ♄ Brasil.

8. P. IMBERBIS. *Nees.* (l. c.) Foliis oblongo-lanceolatis (10—12″ longis, vix 2″ latis) acuminatis basi acuta in petiolum 3—4-linealem decurrentibus scabris subtus glaucescentibus, junioribus pubescentibus; vaginis transversim strigosis subtruncatis apice nudis; ligula rotundata bifida; involucris albido-subvillosis; glumis masculis valvulis dimidio brevioribus ovato subfalcatis acutis. Prioris var? ♃ Brasil.

9. P. LANCEOLATA. *Trin.* (Memoir. Petr. l. c. 107.) Foliis lanceolatis in petiolum brevissimum marginibus hirtum attenuatis (5″ longis, 5—7‴ latis) hirtulis; vaginis totis fissis margine tomentoso-ciliatis striatis; ligula chartacea brevis truncato-semilunaris dorso pilis filiformibus (semipollicaribus) stipata; involucris pilosulo pubescentibus acutiusculis flosculum aequantibus; glumis 2 aequalibus herbaceo-coriaceis, inferiore 3- superiore dissite 2-nervia. ♃ Bahia.

10. P. ANGUSTIFOLIA. *Spr.* (S. Veg. II. 609.) Foliis linearibus glabris; floribus dioicis elongato-spicatis; flosculis confertis; calycibus obtusis. Panicum triticeum. *Willd.* hrb. Orinoco.

ARUNDINELLA. *Raddi.* Panicula composita; spiculae (1—3-lineales) sulitariae vel geminae dum clausae lanceolato-ovatae teretiusculae hemiologamae rarius hemigamae; glumae herbaceo-membranaceae vel chartaceae 3—5-nerviae plerumque acuminatae, inferior brevior; flosculus inferior masculus rarius neuter bivalvis substantia glumarum muticus; superior hermaphroditus vel foemineus coriaceus ovato-lanceolatus basi pilis breviusculis cinctus apice nunc simpliciter nunc bifido-aristatus, arista saepius longa plerumque torta geniculata quandoque brevissima; valvula inferior superiorem arcte amplectens; stamina 3; styli 2, stigmata plumosa; caryopsis ovalis teretiuscula eberbis.

a. *Perianthio fructifero juxta aristam bifido vel bisetoso.*

1. A. FLAMMIDA. *Trin.* (Ic. gr. XXIII. t. 267.) Culmo stricto-erecto (4—7-pedali), nodis barbatis; ligula ciliari; foliis linearibus (1—2′ longis, 4‴ latis), supra scabriusculis; paniculae ($1^1/_2$—2-pedalis) radiis verticillatis; radiolis a basi compositis tenuissimis; pedicellis sub spicula subtrilineali brevi obsolete vel vix barbatis; glumis acutis 3-nerviis, inferiore sub apice utrinque pilos (2) longiusculos emittente; flosculi sterilis valvula inferiore 3-nervia; hermaphrodito piloso bifido gluma sua — inferiore dimidio longiore — paulo minore, masculo sua duplo majore; arista flexuosa valvulis 4-ter longiore. Brasil.

2. A. SETOSA. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 333.) Culmo tenui ($1^1/_2$—2-pedali); vaginis pilosulis; ligula brevissima ciliari; foliis angustis (2—3″ longis, vix 1‴ latis) supra sparsim piloso-hirtis; paniculae (palmaris subfuscescentis) contractiusculae radiis subsolitariis subcompositis et subracemosis; pedicellis sub spicula bilineali piliferis; glumis acuminatissimis 5-nerviis; flosculi masculi valvula inferiore 3-nervia, hermaphrodito hispidulo biseto, gluma sua inferiore fere quartam partem longiore, masculo suo duplo paulo minore; arista torta valvulis subtriplo longiore. Nepal.

3. A. RIGIDA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 80.) Culmo rigido; foliis culmum subaequantibus lineari-acuminatis supra — vaginisque e tuberculis hispidis; racemo coarctato elongato stricto simplici; rhachi ramisque a basi florentibus strictis; spiculis remotiusculis; glumis glabris elevato-nervosis, inferiore $^1/_4$ breviore; hermaphrodito subtilissime scabrato, laciniis valvulae inferioris brevissimis. ♃ Afr. austr.

4. A. ECKLONII. *Nees.* (l. c.) Foliis culmum subaequantibus angustis demum convolutis vaginisque glabris; culmo racemoque simplici coarctato denso strictis; ramis fasciculatis a basi florentibus; glumis elevato-5-nerviis lanceolato-acuminatis, carina scabris, inferiore $^1/_5$ breviore; hermaphrodito subtilissime scabrato; laciniis valvulae inferioris brevissimis; arista longitudine dimidiae spiculae. ♃ Afr. austr.

5. A. PUMILA. *Steud.* Radice tenui fibrosa; culmo simplici erecto tenui (3—5-pollicari) cum vaginis sparsim longe piloso; ligula brevi lacera; foliis oblongo-lanceolatis (1—2″ longis, 3—4‴ latis; panicula (pro statura plantae) magna ovata patente; radiis verticillatis ramosis, radiolis capillaribus; spiculis vix linealibus; glumis rariter sparsim pilosis lanceolatis acutis, inferiore breviore; flosculo neutro glumae inferioris longitudine brevissime mucronulato; hermaphrodito scabro; laciniis valvulae inferioris vix conspicuis; arista flosculo 4-plo longiore geniculata. Acratherum pumilum. *Hochst.* hrbr. un. it. 642. *Rich.* Fl. Abyss. II. 414. ⊙ Abyssinia.

6. A. WALLICHII. *Nees.* (mpt.) Vaginis inferioribus foliisque linearibus brevibus supra pubescentibus; racemo composito basi interrupto, racemulis partialibus alternis brevibus; spiculis secundis 4-fariam imbricatis; pedicellis brevissimis bifloris; glumis glabris arista terminali vix extra glumas prominente. Arundinella nr. 8669 A. B. *Wall.* cat. An cum binis sequentibus hujus sectionis? ♃ Nepal.

7. A. FUSCATA. *Nees.* (mpt.) Foliis culmo brevioribus lineari-lanceolatis vaginisque e tuberculis molliter hirsutis;

paniculae oblongae vel lanceolatae contractae radiis a basi floriferis brevibus; glumis glabris elevato nervosis, inferiore $^1/_4$ breviore; flosculo fertili subtiliter asperulo. Penins. Ind. or.

8. A. TENELLA. *Nees.* (mpt.) Radice annua; culmo simplici apice rhachique paniculae subvillosis. Anemagrostis tenella. *Wight* hrbr. nr. 76. *Royle* hrbr. nr. 268. Penins. Ind. or. a. Csaussure Arnott;

9. A. VILLOSA. *Arnott.* (in Hrbo. *Wight* nr. 2037.) Hirsuta; foliis lineari-attenuatis planis; racemo composito, racemulis partialibus alternis brevibus bifloris; glumis hirsutis; flosculi superioris valvula inferiore bidentula; arista exserta. *Nees* mpt. ♃ Zeylon.

b. *Valvula inferior flosculi fertilis apice bifida, laciniis setiformibus, inter lacinias aristata.*

Miliosaccharum. *Nees.* In his: Culmus erectus; ligula truncata; folia linearia vel lineari-lanceolata mollia; aut racemus compositus nudus glaber imberbis; racemuli filiformes; spiculae lanceolatae distantes; aut panicula capillaris.

10. A. KHASEANA. *Nees.* (mpt.) Culmo racemoque strictis glabris, nodis vaginisque ore barbatis; foliis 7-nerviis margine serrulato-scabris; paniculae radiis mediis verticillatis; spiculis purpureo-fuscis (majoribus 3''' longis); glumis subulatis 5-nerviis, nervis lateralibus approximatis pilis adspersis, superiore paulo longiore; flosculo fertili laevi inferiorem masculum aequante; valvula inferiore profunde bifida, laciniis apice filiformibus, seta glumas parum excedente. Arundinella *Wall.* cat. nr. 8672. Jugum Khasea Ind. or.

11. A. STRICTA. *Nees.* (in *Hook.* Kew. Gard. mis. II. 102.) Culmo racemoque strictis angustis glabris; foliis culmeis linearibus convoluto-setaceis adpressis culmo brevioribus vaginisque glabris, ore vaginarum barbato; racemi radiis adpressis alternis compositis subsecundis; gluma superiore $^1/_5$ longiore; flosculo fertili laevi apice longiuscule biseto, seta media triplo breviore. *Cuming* hrbr. nr. 1405. Ins. Philipp.

12. A. MESOPHYLLA. *Nees.* (mpt.) Tota e tuberculis hirsuta; foliis lanceolatis planis; racemo composito; racemulis partialibus alternis brevibus; spiculis secundis quadrifariam imbricatis; pedicellis brevissimis subbifloris; glumis hirsutis, flosculi superioris valvula inferiore biseta, arista exserta. *Wall.* cat. nr. 8663 B. ♃ Courtallum.

13. A. HIRSUTA. *Nees.* (mpt.) Culmo paucinodi (1—2-pedali); vaginis internodio brevioribus cum foliis linearibus planis hirsutis; nodis glabris; spiculis subulato-acuminatis ($2^1/_2$''' longis, viridibus); glumis hirsutis; flosculo fertili laevi, callo inserto secedente. *Wall.* cat. nr. 8671. Himalaya. Courtallum.

14. A. NERVOSA. *Nees.* (mpt.) Foliis vaginisque hispidis, his basi laevibus; paniculae radiis distantibus; spiculis geminis; gluma superiore subduplo longiore; flosculo fertili apicem versus muricato-aspero. Holcus nervosus. *Roxb.* Fl. ind. I. 320. Andropogon hirsutum. *Heyne.* Agrostis scoparia. *Koen.* in Hrbo. *Klein.* Anemagrostis Neesiana. *Wight. Arn.* ♃ Penins. Ind. or. Variat: culmo stricto, racemi radiis alternis (4—5) superioribus simplicibus, spiculis geminatim distantibus. *Cuming* Hrbr. nr. 1414 (sed confr. Holosetum philippicum.) Ins. Philipp.

15. A. ZOLLINGERI. *Steud.* Radice fibrosa substolonifera; culmo erecto tereti stricto exaltato (4—5-pedali et ultra) cum nodis distantibus glabro; vaginis striatis glabris ore cum ligula pilosis; foliis raris angustis subconvolutis brevibus (ad summum 5'' longis, supremo vix pollicari), inferioribus e glandulis sparsim pilosis, superioribus glabris; panicula laxiuscula (5—6-pollicari); radiis binatis altero breviore vel solitariis; spiculis in pedicellis solitariis basi pilis tenuibus subbinis obsessis 2—3-linealibus; gluma inferiore ovato- superiore $^1/_3$ longiore oblongo-acuminata, utroque 3—5-nervia; flosculo hermaphrodito basi pilis ipso duplo brevioribus munito a basi ad apicem scabro, setis longis, fere geniculum aristae longe exsertae attingentibus. Trisetum nr. 2034. Hrbr. *Zollinger.* Java.

16. A. SETIFERA. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo erecto (pedali) glabro; vaginis longis margine ciliato-ore densius pilosis; foliis lineari-lanceolatis elongatis (6—9'' longis, $1^1/_2$—2''' latis), in lamina e tuberculis sparsis pilosis margine e tuberculis plerumque binis approximatis setuloso-pilosis; panicula erecto-patente; radiis basi binis superius solitariis laxe spiculatis; spiculis solitariis lanceolatis apice patulis, pedicellatis ($2^1/_2$-linealibus); glumis 2 ovato-lanceolatis acuminatis subaequalibus (dorso) pilosis, 5-nerviis; flosculo sterili monandro glumam superiorem aequante, fertili duplo breviore hyalino ex apice tenuissime setuloso bifido aristata; arista geniculata, flosculos excedente. ♃ A. hirsuta *Hochst.* Hrbr. *Hohenack.* ind. nr. 920, sed vix planta *Neesii.* In montibus Nilagiri.

c. *Perianthio fructifero apice integro.*

17. A. BRASILIENSIS. *Radd.* (Agrost. bras. 37.) Culmo simplici vel ramoso (3—4-pedali); vaginis superne hirtis; ligula membranacea; foliis elongatis (ultra pedalibus) nunc angustis nunc latioribus (4—5'''), nunc scabris, nunc hispidis vel villosis; paniculae ($1^1/_2$-pedalis, e glauco fuscoque variae vel viridis) radiis verticillatis racemoso-compositis; pedicellis sub spicula subultra lineali barbatulis; glumis acutis 3—5-nerviis; flosculi neutrius valvula inferiore 3-nervia, hermaphrodito scabro, gluma sua inferiore paulo longiore $^1/_4$ minore, neutro suo totidem majore; arista torta geniculata valvulis subsesqui longiore. *Trin.* Ic. XXIII. t. 266. A. Mikani *Nees.* Agr. bras. 465. Ischaemum hispidum. *H. B.* Goldbachia Mikani. *Trin.* in *Spr.* N. Ent. II. 81. Thysanachne scoparia. *Presl.* Symb. t. 6. ♃ Brasil.

18. A. PALLIDA. *Nees.* (l. c.) Culmo nunc altiore ramoso, nunc humiliore simplici; foliis vaginisque plus minus piloso-scabris vel hirsutis, raro glabriusculis; paniculae radiis strictis angulato-scabris confertim fasciculatis alternis sparsisve; spiculis lanceolatis carinatis, arista ad dimidiam spiculam exserta. Praecedentis var. *Trin.* Ischaemum pallidum. *Kunth.* ♃ Brasil.

19. A. DEPPEANA. *Nees.* (mpt.) Paniculae radiis laxiusculis trigonis laeviusculis confertim fasciculatis coarctatis; spiculis (quam in praecedente) angustioribus lanceolatis carinatis; arista spicula sua duplo longiore; gluma superiore caudato-attenuata inferiorem $^1/_3$ superante aristae genu attingente. ♃ Ad fluv. Misantla Mexico.

20. A. PERUVIANA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 253, sub: Thysanachne.) Culmo tenero humili (1—$1^1/_2$-pedali); foliis angustis (1''' latis) utrinque vaginisque pubescenti pilosis; ligula truncata emarginato-bifida; panicula brevi rara. (Caeterum A. brasiliensi *Radd.* similis.) ♃ Peru.

21. A. NEPALENSIS. *Trin.* (Ic. XXIII. t. 268.) Culmo erecto (2—3-pedali) basi ramoso; vaginis glabriusculis, ligula membranacea brevissima dorso pilosa; foliis planis vel margine involutis (inferioribus 1' longis, 2—3'' latis, sensim minoribus); paniculae (8—12-pollicaris, pallide fuscescentis) radiis binis vel solitariis subracemoso-compositis; pedicellis sub spicula bilineali nudiusculis; gluma inferiore 3- superiore et neutrius inferiore 5-nerviis; hermaphrodito gluma sua inferiore parum longiore duplo minore, mascula suam subaequante; arista torta geniculata valvulis duplo longiore. Nepal.

22. A. PURPUREA. *Hochst.* (Hrbr. *Hohenack.* ind. nr. 928.) Culmo erecto (ultra pedali) simplici glabro, apicem versus plus minus piloso, ligula brevissima vel ejus loco margo pilosus; vaginis elongatis pilosis; foliis lanceolatis multistriatis pilosulis vel demum glabratis acuminatis (2—3'' longis, 2—4''' latis); panicula erecta stricta (4—6-pollicari; rhachi rhacheolisque angulosis pilosis; radiis semiverticillatis (3—6-nis) stricte erectis a basi floriferis, pedicellis rigidulis spicula brevioribus glabris; spiculis vix linea-

libus (purpurascentibus); gluma inferiore breviore ovato-lanceolata carinata utrinque valide uni- (hinc 3-) nervia; superiore carinata ovato-oblonga marginem versus utrinque bi- (hinc 5-) nervia; flosculo neutro vix nervoso; arista torta geniculata glumas parum superante et fugaci (ut flosculi mox mutici videantur). Variat: culmo vaginisque pilosioribus; foliis angustioribus (vix 2''' latis), aristis magis exsertis longioribus. Hrbr. *Hohenack.* nr. 928 a. Montes Nilagiri Ind. or.

23. A. PILOSA. *Hochst.* (l. c. nr. 647.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmis erectis (3—12-pollicaribus) simplicibus teretibus sulcatis sparsim vaginisque densius e papillis pilosis; foliis lanceolatis culmo brevioribus similiter pilosis; paniculae (3—5-pollicaris) viridis radiis alternatim fasciculato-semiverticillatis subpaniculato-compositis; pedicellis brevioribus spicula (sine arista) lineali; glumis acuminatissimis trinerviis pilosis flosculos superantibus; flosculo utroque sessili, altero hermaphrodito aristato, altero majore mutico. Mercara Ind. or.

24. A. METZII. *Hochst.* (Hrbr. *Hohnkr.* nr. 267.) Culmo basi radicante erecto piloso; foliis vaginisque papilloso-pilosis; paniculae glabrae radiis alternis simplicibus; spiculis bifloris, glumis glabris 3—5-nerviis cuspidatis flosculos superantibus; flosculo utroque sessili, altero hermaphrodito aristato, altero masculo majore mutico. An A. nervosa *Nees?* et Holcus nervosus *Roxb.* Fl. Ind. or. 320. Ind. or. China.

25. A. MUTICA. *Nees.* (mpt.) Foliis anguste linearibus attenuatis circa margines sparsim setuloso-scabris; vaginis glabris ore nodisque imberbibus; racemi compositi laxi radiis elongatis basi florentibus; glumis glabris, superiore $^1/_3$ longiore; flosculo fertili scabriusculo; valvula inferiore apice convoluto-acutata, mucrone brevissimo fusco terminata. Andropogon capillaris *Heyn.* hrbr. *Wall.* nr. 8665 A. ♃ Ind. or.

26. A. GOERINGII. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis basi geniculatis (1—2-pedalibus) foliatis; vaginis striatis pilosis, foliis lanceolatis acuminatis (2—5'' longis, 2—3''' latis) planis striatis undique praesertim margine longiuscule pilosis; panicula erecta contracta (3—6-pollicari), radiis semiverticillatis superne sparsis; spiculis solitariis pedicellatis (demta arista vix ultra linealibus) patulis; glumis ovato-lanceolatis subaequalibus acuminatis 3—5-nerviis glabris, flosculo sterili fertilem superante, hoc basi pilis paucis longiusculis obvallato, toto asperulo, ex apice integro aristato; arista geniculata, flosculum suum duplo superante. Hrbr. *Goering.* sect. II. nr. 139. Japonia?

27. A. ANOMALA. *Steud.* Radice fibrosa fibris albidis, quandoque stolonifera; culmo erecto simplici basi praesertim vaginato (1—3-pedali), glabro; vaginis nunc ex toto nunc ad margines tantum (ciliato-) pilosis; foliis lanceolatis acuminatis rigidulis hinc inde margine vel in lamina sparsim ad basin plerumque densius pilosis (pro magnitudine plantae 4—12'' longis) margine scabris; ligula obsoleta membranacea vel pilorum series; panicula nunc simplici brevi, nunc composita elongata (3-pollicari usque et ultra pedali) radiis racemosis erectis vix patulis a basi floriferis; glumis glabris nervosis inferiore dimidium flosculi plus minus superiore eum subaequante exserte 3—5-nerviis glabris; flosculis omnino generis sed arista fertilis brevissima plerumque in mucronem brevissimum redacta. (Agrostis ciliaris. Hrbr. Musei Lugd. Batav.) Japonia.

28. A. MARTINICENSIS. *Trin.* (Diss. II. 62.) Culmo stricto erecto (3—4-pedali); vaginis hirtulis; ligula longe ciliari; foliis siccitate involutis supra brevi hirsutis (8—10'' longis, 3''' latis) paniculae (ultra pedalis) contractae densae radiis verticillatis tenuissimis racemoso-compositis; pedicellis sub spicula (ultralineali) hispidis; glumis et flosculi inferioris valvula inferiore 3-nerviis; hermaphrodito gluma sua inferiore $^1/_3$—$^1/_2$ longiore duplo — neutro suo $^1/_4$ minore; arista torta geniculata, valvulis bis longiore. *Sieber* hrbr. mart. nr. 262, 264. Ins. Martinic.

29. A. AGROSTOIDES. *Trin.* (Ic. XXIII. t. 265.) Culmis erectis caespitosis simplicibus (subpedalibus); vaginis glabris; ligula brevissima ciliari; foliis (lineari-) lanceolatis glabris, inferioribus (6—7'' longis, 2—3''' latis) longioribus, superioribus sensim minoribus; paniculae (3—6-pollicaris, viridis, demum gilvo-fuscescentis) radiis fasciculato-semiverticillatis, subpaniculato-compositis tenuibus; pedicellis sub spicula bilineali nudis; glumis acuminatissimis, utraque vel superiore sola pilis (2) longiusculis munitis, inferiore 3- superiore apice truncata subfimbriata 5-neutrius valvula inferiore 3-nervia, hermaphrodito gluma sua inferiore $^1/_3$—$^1/_2$ longiore duplo minore, neutro suam excedente; arista torta geniculata, valvulis plus 3-plo longiore. Ins. Philip. Sandwic.

Species quoad sectionem vel omnino minus notae.

30. A. CRINITA. *Trin.* (Linn. X. 299.) Radiis paniculae fasciculato-semiverticillatis racemosis; pedicellis sub spicula bilineali nudis; hermaphrodito gluma sua inferiore $^1/_2$ longiore, $^2/_3$ breviore, neutro suam aequante; arista aequa infracto-geniculata valvulis multoties longiore. ♃ Peru.

A. AULETICA. *Rupr.* (Bull. Brux. IX. 2. 242.) Nil nisi nomen. Hrbr. *Galeot.* nr. 5679. ♃ Mexico.

BRANDTIA. *Kunth.* Panicula ramosa erecta; spiculae biflorae; flores sessiles valde inaequales bivalves, inferior hermaphroditus muticus, superior foemineus aristatus; glumae 2 inaequales concavae membranaceo-herbaceae, hermaphroditi valvulae inaequales membranaceae, inferior concava apice rotundata mutica; squamulae 2 glabrae; stamina 3, styli 2, stigmata plumosa; caryopsis elliptica laevis; floris foeminei valvulae subcoriaceae, inferior apice aristata, concava, arista torta geniculata.

1. B. HOLCOIDES. *Kunth.* (Gram. t. 170.) Culmis basi procumbentibus ramosis geniculato-erectis; foliis planis striato sulcatis membranaceis pilosis (2'' longis) paniculae axi piloso, radiis fasciculato-semiverticillatis solitariisque, fere a basi floriferis; spiculis brevi pedicellatis; glumis pilosis. Arundinella holcoides. *Trin.* Act. Petr. 1838. supl. 107. Pegu.

CENTOTHECA. *Beauv.* Panicula racemoso-composita; spiculae brevi pedicellatae 3- (—4- *Beauv.*) florae, flosculo summo rudimentario; glumae 2 herbaceae, inferior parum remota minor; utraque lanceolata acutata; flosculus inferior sessilis, masculus diandrus vel neuter; valvula exterior herbacea, interior membranaceo-subcartilaginea utraque acuminata (non aristata) integra; rudimentum ovarii nullum; flosculus superior pedicellatus foemineus vel hermaphroditus; valvula inferior herbacea apicem versus pilis setaceis rigidis obsita, altera angustissima membranaceo-subcartilaginea; stamina 2 vel nulla; styli 2 elongati apice plumosi; ovarium ovatum glabrum; caryopsis ovata glabra.

Genus ad Paniceas potius quam ad Poaeaceas referendum, quodammodo ad Bambusaceas transiens.

1. C. LAPPACEA. *Beauv.* (Agrost. t. 14. f. 7.) Culmo erecto cum nodis foliisque glabro; vaginis margine ciliatis caeterum glabris; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis tenui nervosis, transversim venulosis (2—4'' longis, 7—10''' latis, sub lente valida pellucidule puncticulatis); ligula membranacea lacera; panicula (3—5-pollicari) patente e radiis racemosis erecto patentibus composita; spiculis pedicellatis ipsas subaequantibus; pilis valvulae inferioris

flosculos excedentibus. Cenchrus lappaceus. *Lin.* Poa latifolia. *Forst.* Poa malabarica. *Lin.* Holcus latifolius. *Osb.* ♃ Ind. or. Ins. Philip. Marian. Australasia.

ALLELOTHECA. *Steud.* Racemi solitarii alterni remoti laxiusculi 10—20-spiculati; spiculae alternae pluriflorae; glumae 2 inaequales oblongo-ovatae; flosculus inferior hermaphroditus sessilis; valvulae 2, inferior oblongo-ovata chartacea, superior duplo angustior lineari oblonga apice bifida; stamina 2 (an semper?); antherae lineares utrinque bifidae; stylus apice in stigmata tenuissima simplicia divisus; germen lineari-oblongum; flosculus pedicellatus fertili involutus imperfectus, valvulae 2 steriles in mucronem elongatae, iterumque flosculum involventes sterilem (ita ut spicula 6—12-setosa subsquarrosa videatur.)

Ex αλληλων, invicem et θηκη theca, quia flosculi sese mutuo involvunt.

1. A. URVILLEI. *Steud.* Culmo sursum tereti striatulo glabro (pluripedali); vaginis striatis glabris apice truncatis, ligula membranacea brevissima fissa apice pilosa; foliis basi in petiolum brevem angustatis, lanceolatis acuminatis e tuberculis conspicuis utrinque pilosis; racemulis valde remotis 5—7, sensim minoribus 10—20-spiculatis; rhachilla scabriuscula; spiculis lanceolatis; glumis inaequalibus apice brevissime pilosulis flosculisque glabris 3—5-nerviis. Ex herbario *Urville* sine addito loco natali. An? N. Holl.

MERISACHNE. *Steud.* Panicula racemosa in vaginis recondita, demum deflorata expansa; spiculae solitariae; glumae 2 minimae mox caducae ovatae; flosculus inferior neuter glumas referens persistens, valvulae inaequales, inferior latere uno alterove denticulo notata, superior apice bifida; flos hermaphroditus bivalvis, valvula inferior ovato-oblonga 3-nervia ad nervos pilosa, apice obtusa bifida, infra apicem brevissime aristata; marginibus pilosa subinvolvens superiorem minorem utrinque munitam stipite apice in pilos penicilliformes solutam; stamina —, stylus —, caryopsis dimidiato-ovata rugulosa scutello minimo.

Ex μεριζω divido et αχνη gluma; ob valvulas apice bifidas.

1. M. DRUMMONDII. *Steud.* Culmo erecto e vaginis ramuloso (2—3-pedali) ad nodos pubescente subangulato; vaginis foventibus ramulos steriles et racemulos florentes; foliis linearibus e tuberculis hirsutis; racemis intra vaginas inclusis cito defloratis, simplicibus radiis 1—2-spiculatis, post anthesin evolutis persistentibus valvulis flosculi inferioris. *Drummond* Hrbr. nr. 330. Texas.

BERCHTOLDIA. *Presl.* Panicula; spiculae solitariae vel infimae geminae lanceolatae biflorae; flore inferiore neutro unipaleaceo, superiore hermaphrodito; glumae 2 lanceolatae arista longa recta terminata, inferior paulo major basi convoluta in formam stipitis barbati; flos neuter: palea glumis conformis aristato-mucronata; flos hermaphroditus: palea inferior ovalis cartilaginea aristato-mucronata, marginibus involvens paleam superiorem paulo minorem obtusam apicem versus denticulatam; stamina 3, styli 2 elongati, stigmata aspergilliformia; caryopsis oblonga cylindracea apice bicornuta, scutello magno.

1. B. BROMOIDES. *Presl.* (Rel. Haenk. I. t. 43.) Culmo erecto simplici; foliis linearibus planis hirsutis; panicula erecta subsecunda contracta. ♃ Mexico.

BECKERA. *Fresen.* Spicae simplices axillares solitariae vel fasciculatae; involucrum nullum vel unisetum cum spicula deciduum; spicula biflora hemigama; glumae duae membranaceae brevissimae truncatae subaequales; flosculi membranaceo-herbacei acuti vel setigeri, inferior neuter univalvis, valvula mutica vel setigera; superior bivalvis, hermaphroditus valvula inferiore mucronata aut mutica superiore brevi membranacea acuta; lodiculae membranaceae rotundatae; stamina 3; styli filiformes discreti.

a. *Involucro nullo.*

1. B. POLYSTACHYA. *Fres.* (Mus. Senkb. II. t. 8.) Culmo a basi diffuse ramoso flaccido ($1^1/_2$-pedali) glabro ad nodos retrorsum pilosulo; vaginis laxiusculis ore membranaceis foliisque glabris, vel margine sparsim pilosis; his linearibus acutis (1—2″ longis, vix 1‴ latioribus); spicis terminalibus et axillaribus solitariis vel 2—3-nis (subpollicaribus) in petiolis spica longioribus, glabris; glumis brevissimis subcoalitis truncatis obtuse denticulatis spiculam linearem oblongam basi amplectentibus; flosculo neutro ex apicis brevissime bidentati medio setigero; setula scabra flosculum longitudine aequante vel parum superante — univalvi 5-nervia; hermaphroditi (quandoque tantum masculi) valvula exteriore apice brevissime mucronato-setigera 3-nervia, inferiore minore acuta. B. Schimperi *Hochst.* (Flora 1844. p. 512.) B. polystachya. Hrbr. un. it. nr. 91. Variat flosculo hermaphrodito univalvi, spiculis linea longioribus. B. valida. *Gay.* B. polystachya. *Fresen.* Abyssinia.

2. B. MUTICA. *Hochst.* (l. c. p. 514. Hrbr. un. it. nr. 1275.) Culmis e radice repente pluribus erectis gracilibus (2—3-pedalibus) glabris ad nodos pilosis; foliis linearibus acutis (4—5″ longis, 1—$1^1/_2$‴ latis) cum vaginis pilosis; nodis annulato pilosis; spicis terminalibus solitariis raro binis longissime petiolatis (1—2-pollicaribus); spiculis alternis erectis bilinealibus lanceolatis scabris; seta involucrante nulla; glumis subaequalibus obtusis vel obscure denticulatis; flosculi neutrius valvula 3—5-nervia acuta ad nervos aculeato-ciliata; hermaphrodito bipaleaceo acuto. Abyssin.

3. B. PETITIANA. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 358.) Culmo basi repente horizontali; ramis erectis ramosis; foliis lanceolatis acutis pilosis margine retrorsum scaberrimis, versus partem superiorem pilosis ciliatis; ligula membranacea brevi, dissecta pilosaque; spicis gracilibus distantifloris longe pedunculatis 1—2 e vagina foliorum supremorum erumpentibus; spiculis alternis pedicellatis elongato-lanceolatis; rhachi pedicellisque scabris; glumis minimis muticis; valvula exteriore apice integra setifera, interiore apice acutissima. Prov. Chiré Abyssiniae.

b. *Seta involucrali basi spiculae inserta.*

4. B. PETIOLARIS. *Hochst.* (Flora 1844. p. 250.) Culmo arundinaceo valido elato (4—6-pedali) glabro ramoso, ad nodos incrassato; vaginis striatis margine et ore valde pilosis ligula pilorum barba; foliis petiolatis, petiolo foliorum inferiorum 2—3- superiorum $^1/_2$-pollicari, in summis vix conspicuo; foliis planis linearibus acuminatis (2—6″ longis, 2—6‴ latis) e tuberculis pilosis; pedunculis e vaginis capillaribus elongatis (3—7-pollicaribus) glabris 4—6-nis; spicis erectis (pollicaribus); seta involucrali unica spiculam lanceolatam multo (5—7-ies) superante; glumis brevissimis subcoalitis spicula imam basin amplectentibus; flosculo neutro univalvi, valvula acuta 5-nervia ad nervos scabra; hermaphrodito bipaleaceo palea inferiore 3-nervia. Setaria dioica foeminea. *Hochst.* Hrbr. un. it. 126. Pennisetum dioicum. *Rich.* Fl. Abyss. II. 380. Abyssinia.

5. B. GLABRESCENS. *Steud.* Culmo erecto omnino glabro foliato inferne simplici, superne paniculato-ramoso; vaginis striatis glabris ore pilosulis; foliis brevi-petiolatis

lanceolatis patentibus acuminatis (3—6″ longis, vix ultra 2‴ latis) sparsim pilosulis, nervosis ad nervos scabridis; spicis per racemos axillares et terminales (vix ultra pollicares) paniculatis; rhachi minute pubescenti-scabra; spiculis alternis subimbricatis seta solitaria ipsis plus duplo longiore involucratis; glumis brevissimis truncatis spiculae basin amplectentibus; flosculo neutro glabro cum valvula obscure 3-nervia carina scabris. Forsan praecedentis var? Beckera — nr. 2017. Hrbr. Abyss. ed. II. Abyssinia.

6. B. UNISETA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 66. sub: Gymnothrix.) Culmo erecto glabro superne ramoso (1½—2-pedali); vaginis striatis cum nodis foliisque glabris, his linearibus utrinque attenuatis planis acuminatis (4—8″ longis, 3—4‴ latis) supra scabris; pedunculis e vaginis 2—3-nis vix omnino exsertis, monostachyis; involucro uniseto spicula (2—4-plo) longiore seta flexuosa scabra; glumis inaequalibus inferiore minutissima superiore parum longiore plerumque coalitis spiculam basi amplectentibus, truncatis subdenticulatis; valvula neutra spiculam aequante acuminata (non setosa) apicem versus obsolete 3-nervia; hermaphroditi valvula superiore neutram aequante laevi. Setaria dioica mas. *Hochst.* hrb. un. it. nr. 262. ♃ Afr. austr. Abyss.

7. B. NUBICA. *Hochst.* (Flora 1844. p. 251.) Culmo erecto ramoso cum nodis vaginisque striatis glabro; ligula pilorum series; foliis lineari lanceolatis (1—5″ longis, ½—4‴ latis) utrinque attenuatis scabris; ramis e vaginis 3—6 membranis angustis sphataeformibus interstinctis; spicis angustis laxe imbricatis (1½—2-pollicaribus) setis ad basin spicularum solitariis eas (4—8-plo) multo superantibus; spiculis lanceolatis sesquilinealibus scabris; glumis subaequalibus apice obtusis subdenticulatis; valvula flosculi neutrius acuta 3—5-nervia margine scabra; palea inferiore hermaphroditi illi aequali, superiore biloba truncata inter lobulos denticulata. Podopogon medius. *Ruprecht* in *Kotschy* hrb. fl. aeth. nr. 13. Gymnothrix nubica. *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 152. Setaria Hochstetteri. *Kunth.* Linn. XIX. 314. ⊙ Nubia.

HOLOSETUM. *Steud.* Racemi (duo, an semper?) conjugati simplices; spiculae subbinatae inaequaliter pedicellatae, alternae biflorae; glumae duae, inferior spicula (plus duplo) brevior ovata acutata glabra sub e- vel tri-nervia papyracea glabra, superior flosculos aequans margine membranaceo-marginata a basi ad apicem ciliata, medio chartacea 5-nervia acuminata; flosculus neuter vel masculus triandrus univalvis chartaceus; hermaphroditi bivalvis valvula inferiore coriacea undique glabra 5-nervia tenuissime puncticulata apice subaristato-setosa, amplectens superiorem subaequalem vix acuminatam; styli duo apice plumosi in caryopside ovato-oblonga compressa basi scutellata rudimentarie divaricato persistentes.

1. H. PHILIPPICUM. *Steud.* Culmo tereti gracili basin versus foliato; foliis culmeis subconvolutis angustissimis brevibus (vix 2″ longis, ½‴ latis); vaginis glabris apice et ore pilosis; ligula brevissima setulosa; racemis duobus terminalibus conjugatis (2—3″ longis); rhachi undique pedicellisque pilosis. Herbr. *Cuming* nr. 1363 et 1414. Ins. Philip.

MESOSETUM. *Steud.* Spica simplex elongata; spiculae in pedicellis brevibus rhachi adpressis post lapsum spicularum persistentibus subincrassatis subdistichae, basi pilis fasciculatis stipatae solitariae vel geminae; glumae duae subaequales infra apicem pilis aliquot fasciculatis setiformibus munitae; flosculus hermaphroditus bivalvis, valvulae glumas aequantes medio pilis similibus munitae flosculo ipso duplo minoribus, glabro laevi; stamina 3; stigmata 2 plumosa.

1. M. CAYENNENSE. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto tereti (1½—2-pedali) striato glabro basi foliato; vaginis foliisque piloso-hirsutis, his erectis lanceolatis inaequalibus, culmeis paucis brevioribus lanceolato-linearibus acutis (1—4″ longis, vix 1‴ latis); spica solitaria simplici 4—5-pollicari. Ad Panicum mesocomum *Nees* quodammodo accedit. *Leprieur* legit in Cayenne.

STENOTAPHRUM. *Trin.* Spicae in ramis terminales rarius etiam axillares solitariae; rhachis torosa depressa seu cylindrica, nunc articulata nunc continua, illa altero latere haec utroque florifera; spiculae excavationibus rhacheos immersae nunc solitariae nunc in racemulis 2—5-floris; gluma inferior minima membranacea enervia, superior (quandoque deficiens) membranaceo-chartacea flosculos subaequans 7-nervia; flosculi 2 mutici elliptico-ovati subparalleli, inferior neuter vel masculus 1—2-valvis superior hermaphroditus bipaleaceus subcoriaceus, palea inferiore 3-nervia superiorem aequilongam marginibus amplectens.

1. S. GLABRUM. *Trin.* Culmo adscendente ramoso tereti compressiusculo folioso (1—2-pedali) vaginis distichis striatis glabris; foliis linearibus apice plus minus obtusis glabris; spica articulata depressa uno latere florifera scrobiculis 1—2- vel 3—5-floris. S. americanum *Sohrank.* H. mon. t. 98. S. Koenigii et complanatum *Schrank.* sec. *Trin.* ♃ Afr. Am. austr. Ins. Sandw.

2. S. SUBULATUM. *Trin.* (Mem. Petr. l. c. 190.) Culmo prostrato ramoso repente; vaginis glabris; foliis lanceolatis acuminatis (3—4″ longis, 3—5‴ latis); spica stricta anguste-cylindrica (3—4″ longa, vix 1‴ crassa) subulata non articulata; racemulis excavationibus rhacheos impressis inferioribus 5- superioribus 2—3- vel unifloris. Ins. Marian.

3. S. MADAGASCARIENSE. *Kunth.* (En. I. 524.) Culmo procumbente radicante compresso; nodis sericeis; vaginis glabris; ligula brevissima; foliis linealibus obtusissimis (2—3″ longis, 3‴ latis) supra sparsim molliter pilosis demum glabratis; rhachi membranacea ad originem spicularum sinuato-constricta, internodiis aliis hinc, aliis (alternis) inde in acumen productis, spiculis in excavationibus 3—4-nis. *Kunth.* Rev. gr. t. 211. Madagascar.

HEKATEROSACHNE. *Steud.* Spiculae solitariae in racemis paniculatis, sesquiflorae angustae basi callo pilosulo insidentes; involucrum nullum; glumae 2 inaequales spicula multo breviores altera minima; flosculus completus hermaphroditus sessilis bivalvis; valvula inferior superiorem (haud ita arcte) amplectens membranaceo-chartacea nervosa apice in aristam rectam terminata; interior ejusdem substantiae et longitudinis mutica; stamina 3; caryopsis linearis, valvula superiore (laxius) amplexa apice styli basi coronata; flosculus neuter ad valvulam inferiorem illae fertilis simillimam redactus.

H. ELATIOR. *Steud.* Radice fibrosa validula subcaespitifera; culmo erecto foliato striato glabro (cum panicula longissima 4-pedali); foliis planis elongatis (ultra pedalibus, 3—4‴ latis) viridi-glaucescentibus striatis margine scabris; ligula membranacea fissa pilosaque; panicula longissima (ultra pedali), radiis subverticillatis elongatis remotis, dissitifloris; flosculis linealibus (3‴ longis); aristis

rectis scabriusculis flosculos duplo et ultra superantibus. ♃ N. Zeeland.

MIQUELIA. *Arnot* et *Nees.* Racemus compositus; spiculae geminae aut solitariae homogamae aut altera incompleta, hemiologamae in speciem uniflorae, conformes subsessiles alterave geminatarum pedicellata; gluma unica rhachi adversa membranacea 3-nervia; flosculus inferior neuter univalvis glumae subsimilis superiorem glumam fingens, trinervius gluma major; flosculus superior hermaphroditus sessilis bivalvis; valvula inferior superiorem amplectens laevis, ex apice brevidentato emittens aristam vel setam infra medium geniculatam, tortilem; superior brevior binervia laevis dorso plano marginibus inflexis, apice integro; lodiculae 2 parvae subcarnosae obovatae; stamina 3; ovarium glabrum, styli basi discreti, stigmata angusta; caryopsis valvulis rigidiusculis inclusa libera oblonga laevis. (Berghausia. *Endl.* Gen. supl. III. p. 57. nr. 775 (1.)

1. M. BARBULATA. *Nees.* (N. Act. N. C. XVII. supl. I. 178.) Culmo erecto simplici glabro (2-pedali); vaginis inferioribus hirsutis, superioribus ciliatis; ligula brevissima; foliis planis supra pilosis ($^3/_4$—$1^1/_2$′ longis, 2—$2^1/_2$‴ latis) rigidulis; racemo composito; radiis fasciculatis (3—5-nis) angulatis (usque 8″ longis) rhachi scabra; pedicellis distantibus pilosis apice barbatis; spiculis pilosis. ♃ Prom. Syng-moon Ind. or.

2. M. EMODI. *Arn.* et *Nees.* (l. c.) Culmo simplici erecto tereti ($1^1/_2$-pedali), nodis argenteo-sericeis; foliis planis lineari-attenuatis (3—$3^1/_2$‴ latis, elongatis) tuberculato- et setoso-hirsutis; vaginis glabris margine sursum ciliatis; ligula brevi rotundata; racemo (subde-) composito; radiis semiverticillatis, rhachibus scaberrimis; pedicellis nudis; spiculis lanceolato-acuminatis subincurvis ($1^1/_2$‴ longis). ♃ Emodi montes.

3. M. COURTALLENSIS. *Arnot* et *Nees* (l c. 179.). Radice repente; culmo procumbente adscendente a basi ramoso foliato, ad nodos pubescente; vaginis glabris ore barbatis inferioribus margine ciliatis; ligula brevi lacera; foliis lanceolatis (2—3″ longis, 3‴ latis) pubescentibus; racemo composito vel subdecomposito, radiis 3—4-nis fasciculatis, rhachi partiali laevi; pedicellis nudis; spiculis in 3—6 paribus, altera fere sessili, altera pedicellata. Andropogon adscendens *Wight* in *Wall.* Cat. nr. 8906. Variat: culmo pusillo erecto (aliquot pollicum); racemo spiciformi parce composito; glumis angustioribus; vaginis ciliatis; foliis superioribus glabris. Bathratherum. *Wall.* Cat. nr. 8827. Andropogon minutissimus. *Heyne* hrbr. ♃ Ind. or.

THYSSANOLAENA. *Arn.* et *Nees.* Racemus amplus paniculatus supradecompositus; spiculae hemiologamae homogamae geminae vel solitariae; glumae 2 flosculis minores muticae, inferior brevior; flosculus inferior neuter univalvis, valvula herbacea glabra integra mutica superior hermaphroditus bivalvis; valvula inferior herbaceo-membranacea mutica trinervis longe ciliata, superior minor angustior lineari-lanceolata; lodiculae exiguae rotundatae integerrimae; stamina 2—3 antheris linearibus latiusculis; stigmata penicillata (purpurea), styli basi conjuncta.

1. T. ACARIFERA. *Arn. Nees.* (N. act. N. C. XVII. supl. I. 180.) Culmo alto lignescente ramoso; vaginis ore lanato-barbatis; ligula brevi ciliato lacera; foliis a basi attenuata latis rigidis glabris ($1^1/_2$′ longis, 3—4‴ latis); panicula amplissima supradecomposita (2-pedali); radiis fasciculato-ternis elongatis filiformibus prope a basi floriferis decompositis; pedicellis scabris bifloris; spiculis lineari-lanceolatis ($1^1/_2$‴ longis); glumis lanceolato-acuminatis flosculis duplo brevioribus. Panicum acariferum. *Trin.* Icon. t. 87. Melica latifolia. *Roxb.* ♃ Ind. or.

2. T. AGROSTIS. *Arn.* et *Nees.* (l. c. 182.) Radice lignosa; culmo erecto valido (4—12-pedali); foliis glabris (1—2′ longis, 1—2″ latis) in acumen tenue attenuatis; panicula ovata densiflora (1—2-pedali) radiis alternis ramosis filiformibus expansis vel nutantibus; glumis flosculis dense ciliatis 4-plo brevioribus ovatis. Agrostis maxima. *Roxb.* Fl. Ind. I. 319. ♄ Peninsul. Ind. or.

GRAYA. *W. Arnott.* Racemus compositus vel panicula; spiculae monoicae uniflorae, masculae et foeminae in eadem panicula; masculae in ramis superiores, oblongae; glumae duae subaequales membranaceae enerves deciduae; flosculus glumis brevior, structura glumarum bivalvis; valvulae muticae enerves hispidulae; stamina ? foemineae obovatae (exiguae); glumae nullae (aut fugaces?) quarum loco annulus elevatus infra flosculum bivalvem; valvulae aequales membranaceae muticae ventricosae enerves (hispidae) persistentes et fructum includentes; lodiculae 2 breves ovatae obtusae membranaceae glabrae; stamina nulla; ovarium liberum oblongum glabrum; styli 2 approximati longitudine ovarii; stigmata crassa dense plumosa, pilis simplicibus; caryopsis subglobosa brevimucronata crustacea libera flosculum aequans, valvulis tecta.

1. G. ELEGANS. *Nees.* (mpt.) Panicum elegans *W. Arn.* in Hrbo. *Wight* nr. 2033. Andropogon Graya *Steud.* Nmcltr. ♃ Zeylon.

In Nomenclatore ad Andropoginem Graia = Graya Zeylanica *Arn.* ut Synonymon relatum est: Schizachyrium zeylanicum *Nees* in *Wight* hrbo., nescio qua autoritate, sed certe quoad Schizachyrium (Andropogon) zeylanicum *Arn.* falsum.

RHYNCHELYTHRUM. *Nees.* Panicula; spiculae polygamo triflorae a pedicellis caducae; gluma unica a spiculis remota linearis vel oblonga obtusa vel subbifida, altera fasciculo pilorum repraesentata; flosculus inferior neuter bivalvis, valvula exteriore rigida sub 3-nervia dorso apicem versus barbata apice bifido breve setigera, interiore hyalina angusta convoluta; flosculus superior masculus inferiori similis parum longior 5-nervis dorso a basi ad apicem pilis longioribus vestitus; antherae 3; flosculus medius hermaphroditus duplo-brevior, laevis; caryopsis compressa valvulis induratis tecta.

Celebrms generis conditor flosculum neutrum pro gluma superiore describit, quod natura minus congruum, cum gluma inferior ab hac valde remota sit.

1. R. DREGEANUM. *Nees.* (Fl. Afr. I. 64.) Culmo teretiusculo (1—2-pedali) geniculato ramoso, scabro ad nodos hirto; vaginis scabris vel e tuberculis hirsutis; ligula lacero-setosa; foliis linearibus (4—5″ longis, 2—$2^1/_2$‴ latis) attenuatis rigidulis demum complicatis glabris; panicula (4—5-pollicari) oblonga densa. Afr. austr.

2. R. GRANDIFLORUM. *Hochst.* (Flora 1844. 249.) Culmis ramosis praesertim ad genicula pubescentibus demum cum vaginis ampliatis glabrescentibus; ligula vix ulla nisi pilorum series brevis; foliis planis acuminatis angustis (1—3″ longis, $^1/_2$—1‴ latis) pubescentibus, margine scabriusculis; paniculae (4—5-pollicaris) pedicellis capillaribus flexuosis; gluma lineari-oblonga ($1^1/_2$‴ longa) supra medium spiculam attingente; flosculi ciliati (caeterum charactere generis) longe aristati, arista flosculum aequante

(cum hac ultra pollicare). Ehrharta uniglumis *Fenzl* in *Kotschy*: Fl. ath. nr. 370. Nubia.

3. R. RUFICOMUM. *Hochst.* (mpt.) Culmo erecto simplici (1—2-pedali) ad nodos pubescente; vaginis laxis (rufescentibus) e tuberculis minimis pilosis; foliis lineari lanceolatis (4—6″ longis, 2—3‴ latis); paniculae (4—5-pollicaris) radiis capillaribus flexuosis; spiculis sub-3-linealibus, aristis ipsis brevioribus; pilis flosculorum (in vivis splendide) rufescentibus. Nubia (e seminibus a *Schimpero* missis culta in Horto beat. Comitis *Alex. v. Württemberg.*)

BLUFFIA. *Nees.* Racemi digitati; spiculae geminatae homogamae polygamae cum rudimento flosculi tertii mucroniformi; glumae 2 membranaceo-herbaceae subulato-acuminatae, inferior minor (3-superior 5-nervia); flosculus inferior masculus bivalvis, valvula inferiore glumae superiori similis, superior bipartita membranacea brevior, laciniis antrorsum auriculatis genitalia amplectentibus; stamina 3; flosculus superior hermaphroditus, valvulae chartaceo-coriaceae apice attenuatae, inferior acumine aristaformi, superior acumine mucroniformi basi utrinque auriculata genitalia amplectente; stigmata 2 plumosa.

1. B. ECKLONIANA. *Nees.* (Fl. Afr. I. 61.) Caespitosa; culmis erectis (vix pedalibus) simplicibus glabris, sub inflorescentia scabris; foliis (radicalibus fasciculato-confertis) lineari acuminatis rigidulis latiusculis cum vaginis pubescentibus; racemis 4 ($1^1/_2$ pollicaribus) scabris. Afr. austr.

Tribus IV. STIPACEAE. *Kunth.*

Panicula margis vel minus composita; spiculae uniflorae 1—3-andrae, lodiculis ternis saepe speciosis; glumae longae membranaceae carinatae muticae vel subuligerae, inferior minor; flosculus collo strigilloso insertus bivalvis coriaceo-durescens angustus; valvula inferior alteram minorem amplectens, apice 3-pluri-seta, aut arista articulo inserta simplici vel trifida, basi saepe torta in multis praelonga praedita; caryopsis compresso-cylindrica flosculo inclusa.

DICHELACHNE. *Endl.* Panicula plerumque densa linearis thyrsoidea; spiculae uniflorae; flosculo articulatim secedente glumis 2 membranaceis breviore; valvula inferior glumis quoad consistentiam homogenea, glabra superiorem vix arcte involvens sub apice bidentato vel bifido aristam tenuem dorsalem vel subapicalem geniculato-flexuosam inarticulatam parum tortam sustentans; lodiculae squamae 2; stamina 1—3; styli 2 superne plumosi.

1. D. MONTANA. *Endl.* (Prodr. fl. Norf. p. 26.) Culmis erectis teretibus laevibus glaberrimis ($1^1/_2$—2-pedalibus), nodis 4—5 fusco glabris; vaginis laxiusculis glabris apice contracto scabriusculis, angustissime membranaceo marginatis; ligula coriacea emarginato-truncata; foliis lineari-lanceolatis rigidiusculis siccitate convolutis (2″ longis, $1^1/_2$‴ latis) subtus scabris; panicula coarctata (3—4-pollicari); rhachi scaberrima; ramis capillaribus strictis verticillatis scaberrimis; glumis lanceolatis acuminatis carinatis subaequalibus (fere bilinealibus); flosculo singulo gluma breviore callo pedicellari subcylindrico setuloso suffulto; valvula inferiore oblongo-lanceolata acuta bifida rigidula scabra, arista valida ipsa valvula triplo breviore; valvula superiore breviore lineari tenerrima bidentata. *Bauer* ill. fl. Norf. t. 136. Stipa Dichelachne. *Steud.* Nmcltr. Ins. Norfolk.

2. D. SIEBERIANA. *Trin. Rupr.* (Stipaceae-ex Act. soc. Petr. Ser. VI. T. V. p. 2.) Culmo erecto (subbipedali) simplici pilosulo, nodis glabris; ligula brevissima truncata; foliis convolutis vel planis (2—4″ longis, 1‴ latis) scabris; paniculae (4—8-pollicaris) laxae angustae ($^1/_2$-pollicem latae) radiis erecto-patentibus sparsifloris (inferioribus 2—3-pollicaribus compositis); pedicellis spicula plus minus brevioribus; glumis acutis uninerviis superiore $2^1/_2$ lineali; inferiore parum minore dorso asperrimis; illa brevi bidentata; arista subapicali subtortili geniculata ($^1/_2$-pollicari). Variat: glumis obtusiusculis interdum mucronulatis; valvula externa $1^1/_2$—2-lineali glumam superiorem parum excedente, arista breviore. Agrostis sciurea. *R. Br. Sieb.* Agrost. nr. 63. N. Holl.

3. D. VULGARIS. *Trin. Rupr.* (l. c. p. 3.) Culmo geniculato adscendente simplici ($1^1/_2$-pedali) nodisque glabris; ligula brevissima obtusa; foliis linearibus (2—4″ longis, 1‴ latis) planis deorsum scabriusculis; panicula contracta densiflora (2—3″ alta, 3—4‴ lata, cum setis flavescenti-viridula); glumis inaequalibus superiore acuminata fere bilineali, valvula externa vix sesquilineali glumam inferiorem aequante vel parum breviore (sub lente valida) asperula, dorso 5-nervia apice bidentata; arista dorsali subtortili geniculata inflexa semipollicari. Agrostis rara. *Nees.* in *Sieb.* Agrost. nr. 70. A. crinita. *R. Br.* ♃ N. Holl.

4. D. DRUMMONDIANA. *Steud.* Culmo tenui erecto foliato tereti glabro (pedali); vaginis striatis glabris; ligula oblonga (ultra lineari) hyalina obtusa vel acutiuscula; foliis convoluto-setaceis; vagina summa ampliata basin paniculae involvente; panicula erecto-patula subcontracta; radiis verticillatis capillaribus inaequalibus plus minus longe a basi floriferis; glumis subaequalibus subtrinerviis margine hyalinis 2 linealibus, glabris; flosculo (sine setulis) duplo breviore undique pilis longiusculis tecto; arista basi (flavescente) tecta, geniculata glumas vix duplo superante. Hrbr. *Drum.* coll. IV. nr. 371. N. Holl.

5. D. HOOKERIANA. *Trin. Rupr.* (l. c.) Culmo erecto ($1^1/_2$-pedali); vaginis foliisque dense pubescentibus; panicula contracta dissitiflora (6—8-pollicari); glumis caudato-acuminatis subaequalibus 3—$3^1/_2$-linealibus; valvula externa glumis breviore $2^1/_2$—3 lineali apice profunde bidentata; arista dorsali tortili geniculata fere pollicari. Anthoxanthum crinitum. *Labil.* N. Holl. t. 263. Terra Van Diemen.

6. D. FORSTERIANA. *Trin. Rupr.* (l. c. 4.) Panicula contractissima spiciformi densiformi crinita; glumis longe acuminatis subaequalibus 3-linealibus; valvula externa glumis paulo tantum breviore apice bidentata, arista supra medium dorsi inserta flexuosa haud torta vix pollicari. Anthoxanthum crinitum *Lin.?* Apera crinita. *Beauv.* N. Zeeland.

7. D. COMATA. *Trin. Rupr.* (l. c. 4.) Culmo basi geniculato adscendente (2—3-pedali) nodisque glabris; ligula brevissima obtusa; foliis linearibus (2—5″ longis, vix ultra 1‴ latis) deorsum scabriusculis; panicula contracta densiflora spiciformi (4—5-pollicari) longe comata; glumis longissime cuspidatis subaequalibus 3-linealibus, valvula externa vix bilineali apice bidentata; arista medio dorsi inserta flexuosa vix torta sub $1^1/_2$-pollicari. Agrostis crinita *Nees* in *Sieb.* hrbr. nr. 86. (non *R. Br.*) N. Holl.

8. D. LONGISETA. *Trin. Rupr.* (l. c. 5.) Panicula contractissima spicaeformi densiflora longe comata; glumis longe cuspidatis subaequalibus fere 4-linealibus; valvula externa 3-lineali apice bidentata, arista medio dorsi inserta flexuosa vix torta sesquilineali pollicari. Praecedentis vix dubie var. Terra Van Diemen.

9. D. RIGIDA. *Rich.* (Voy. Astrol. p. 124. sub: Agro-

stis.) Rhizomate repente; culmis caespitosis rigidis (2—3-pedalibus); foliis lineari-convolutis elongatis glabris; ligula membranacea brevi; paniculae (ultra pedalis) ramis semivertcillatis piloso-scabris apicem versus ramulosis; glumis parum inaequalibus exteriore subbreviore; valvula exteriore glumis breviore convoluta subpubescente, apice subemarginato-aristata; arista terminali flosculo duplo longiore setacea. N. Zeelandia.

10. D. PROCERA. *Rich.* (l. c. 125. sub: Agrostis.) Paniculae pyramidalis (ultra bi-pedalis) ramis verticillatis elongatis capillaribus ramosis compressis piloso-scaberulis basi incrassatis; glumis flosculum basi glabrum paulo excedentibus tenui-membranaceis, inferiore subbreviore angustiore; valvula externe glabra apice obtuso paulisper bifido emittente aristam 4-plo longiorem setaceam saepe deciduam; fructu ovoideo-oblongo. N. Zeelandia.

STREPTACHNE. *R. Brown.* Spiculae uniflorae; flosculo stipulato; glumae laxae muticae; valvula inferior cylindracea superiorem muticam obvolvens et aristam terminalem simplicem inarticulatam emittens; stamina 3; styli 2 stigmatibus plumosis.

1. S. STIPOIDES. *R. Br.* (Prodr. 174.) Arista cum valvula haud articulata inferne tortili. N. Holl.

2. S. RAMOSISSIMA. *Trin. Rupr.* (Stipaceae p. 7.) Culmo subscandente ramosissimo glabro vel pubescenti-scabro; ramis floriferis plurimis tenuibus; foliis subfasciculatis planis (vix $^1/_2$''' latis) vel convoluto-setaceis (6—8-pollicaribus); paniculae tenerae laxae radiis sub-5-nis a medio vel supra floriferis; glumis acutiusculis subaequalibus; valvula interiore non prorsus lineali-paulo longioribus; arista persistente flexuoso-recurva vel geniculata, glumis 5—9-nies longiore; antheris apice aciculatis. Stipa ramosissima *Siebr.* Agrost. nr. 82. N. Holl.

3. S. VERTICILLATA. *Trin. Rupr.* (l. c. 8.) Culmo firmo simplici vel arcte erecto-ramoso (ultra bipedali); nodis glabris; foliis firmis linearibus tenuissime acuminatis (8—9'' longis, 1''' latis), deorsum scabriusculis; paniculae contractiusculae (8—12-pollicaris) subinterruptae radiis plurimis a basi floriferis; glumis acutis aequalibus 3-nerviis carina aculeolatis valvula inferiore ultralineali parum longioribus; arista persistente flexuosula 10—18-lineari; antheris apice barbatis. Stipa micrantha. *R. Br.* Stipa verticillata *Nees* in *Sieber* Agrost. nr. 64. N. Holl.

ORTACHNE. *Nees.* Paniculae radii solitarii racemoso-pauciflori; spiculae solitariae subsecundae nutantes bilineales fere oblongae, pedicelli glabri; glumae subaequales (inferior paulo major) uninerves membranaceo-chartaceae laeves (violaceae 1''' longae) e basi subovata attenuatae in acumen setaceum membranaceum pallidum; flosculus (2''' longus) stipiti brevissimo insidens glaber laevis (violaceus) chartaceus bivalvis; valvulae aequales oblongo-lanceolatae, inferior uninervia attenuata in caudam ($1^1/_4$—$1^1/_2$'' longam) arcu recurvam, rigidam scabram minime tortilem; superior convexa apice bidentula binervia; lodiculae 2 cuneiformes oblique emarginatae crassiusculae; stamina 3, ovarium oblongum.

1. O. RETORTA. *Nees.* (mpt.) Radice fibris fuscis firmata; culmis pumilis, inferne vaginis aphyllis obtusis vestitis (cum panicula 2-pollicaribus) adscendentibus compressis glabris; vaginis longis striatis glabris; ligula brevi rotundata; foliis fasciculorum 2—$2^1/_2$'' culmeis $1^1/_2$—2'' longis strictiusculis angustis complicatis striatis glabris; paniculae brevis radiis laxe racemosis solitariis rhachique laevibus, aristis arcuato-recurvatis. *Henslow* legit ad Prom. tres montes.

URACHNE. *Trin.* Panicula interdum restricta, linearis vel racemiformis; spiculae uniflorae, flosculo articulatim secedente, glumis membranaceis plus minus breviore; valvula inferior demum coriacea vel cartilaginea superiorem et caryopsin arcte obvolvens, apice indiviso aristam caducam vix aut parum tortam et obscure geniculatam ad summum semipollicarem sustentans; lodiculae squamae 3—5; stamina 3; styli 2, stigmatibus plumosis vel penicilli formibus; caryopsis oblonga teres antice sulcata scutello suo subtriplo longior.

§. 1. Piptatherum. *Beauv.* Flosculi elliptici ad latus valvulae interne subapplanati, medio vel sub medio apice subulati demum plerumque colorati; lodiculae squamae 3 adjectis aliis 2 ad latus valvulae superioris; stigmata brevia sub anthesi lateraliter exserta.

1. U. PARVIFLORA. *Trin.* (Stipaceae p. 10.) Radice fibrosa; culmo erecto ($1^1/_2$—3-pedali) glabro; foliis linearibus (6—10'' longis, 2''' latis) scabris; vagina glabra; ligula membranacea truncata; paniculae ($^1/_2$—1-pedalis) radiis in verticillo (subunilaterali) plurimis; gluma inferiore ($1^1/_2$ lineali) 5-nervia; flosculo lineari glabro; arista exserta 2—4 lineali, antherarum loculis apice barbatis. Agrostis miliacea. *Lin. Host.* gram. 3. t. 45. Milium arundinaceum. *Sibt. Sm.* Fl. graec. t. 66. Milium multiflorum. *Cav. Reichb.* Agr. Germ. f. 1459. (De caeteris synonymis numerosis cfr. Nmcltr. p. 731.) ♃ Europa. Afr. As.

2. U. VIRESCENS. *Trin.* (l. c. p. 11.) Radice fibrosa; culmo erecto (2—3-pedali) glabro; foliis lineari-lanceolatis erecto patentibus; vaginis striatis glabris, ore utrinque fasciculato pilosis; ligula brevissima truncata; paniculae ($^1/_2$—$^3/_4$-pedalis) radiis 2-pluribus; gluma inferiore sesquilineali 3-nervia; flosculo sesquilineali gluma superiore tertia parte breviore sparse pubescente; arista 4—6-lineali; antherarum loculis apice subbarbulatis. Milium paradoxum. *Scop.* et plur. aut. *Host.* gram. 3. t. 23. (non *Lin.*) *Rchb.* Agr. germ. f. 1460. Austr. litt. Banatus. Tauria. ⊙ ♃

3. U. LINNAEI. *Trin. Rupr.* (l. c. p. 13.) (A praecedente *differt:*) paniculae radiis geminis; gluma inferiore $2^1/_2$ lineali 5-nervia; flosculo bilineali glumis tertia parte breviore sparse pubescente; arista 4—6-lineali; antherarum loculis apice nudis. Piptatherum paradoxum *Nees* gen. pl. Germ. fasc. 11. Milium paradoxum. *Lin.* ♃? Gallia. Italia.

4. U. ACUTIGLUMA. *Steud.* Radice fibrosa caespitosa; culmis pluribus geniculatis (pedalibus et ultra) foliatis vaginis striatis fere ex toto tectis, glabris viridi-glaucescentibus; nodis pilosis; ligula brevissima cum ore vaginarum pilosa; foliis anguste linearibus subsetaceo-acuminatis glabris (3—5'' longis, vix ultra 1''' latis); panicula elongata (4—6-pollicari) contractiuscula, radiis semiverticillatis laxifloris; spiculis lanceolatis angustis demum apice patulis; glumis subinaequalibus, inferiore lanceolato-oblonga 3-nervia ex vel paulo infra apicem brevissime aristulato-mucronata, superiore lanceolata parum longius aristulata utraque flosculo chartaceo parum longiore, hoc ex apice longius (4—5''') aristata. Hrbr. *Goering* sect. II. nr. 141. Japon?

5. U. COERULESCENS. *Trin.* (l. c. 14.) Culmo erecto 2—3-pedali; foliis angustis glaucescentibus; ligula elongata erosa; paniculae radiis binis solitariisque; gluma inferiore trilineali, 5—7-nervia; flosculo bilineali gluma superiore subduplo breviore glabro; arista inter glumas occulta lineali, antherarum loculis apice nudis. Milium coerulescens. *Desf.* Att. t. 12. Piptatherum coerulescens. *Beauv.* Agr. t. 5. f. 10. *Kunth.* Supl. t. 11. f. 2. ♃ Eur. austr. Afr. bor.

6. U. PURPUREA. *Lapeyr.* (Hist. Pyr. p. 33. sub: Milium Fl. t. 54.) Culmis pluribus strictis basi geniculatis cum tota planta nitidulis glabris; foliis brevibus convolutis, nodis remotis; panicula laxa tenui; pedunculis 3—5-floris; floribus magnis acutis ventricosis purpureo-striatis muticis; glumis acuminatis; valvulis majoribus laevigatis spadiceis. Vix eadem ac praecedens. ⊙ Pyrenaei.

7. U. THOMASII. *Steud.* Culmo stricto basi geniculato glauco; foliis convolutis laevibus linearibus angustis; ligula brevi truncata; panicula elongata laxa subcoarctata; pedicellis semiverticillatis; glumis valvulas glabras acuminatas subaequantibus; arista terminali recta spiculam paulo superante; flosculis infimis verticilli plerumque abortu in involucra setiformia mutatis. Milium Thomasii. *Duby* Fl. g. 505. ♃ Corsica.

8. U. SONGARICA. *Trin. Rupr.* (l. c. 15.) Paniculae radiis binis vel solitariis; gluma inferiore trilineali basi ima violascente 7-nervia; flosculo sesquilineali, dimidia parte superiore pubescente; arista exserta 3-lineali, antherarum loculis apice barbatis. U. grandiflora *Trin.* in *Ledeb.* Fl. alt. I. 178. U. holciformis. *C. Koch.* var. *Ledeb.* Fl. Ross. XIII. 446. Reg. Altaica.

8b. U. SINAICA. *Steud.* Culmo erecto striato glabro vaginato foliato (ultra pedali); foliis culmeis et radicalibus planis lanceolatis acuminatis (3—4″ longis, 1—1¾‴ latis) margine praesertim scabris; ligula elongata hyalina; paniculae subpatulae (4—5-pollicaris) radiis binis inferne longe nudis, superne paniculato divisis; glumis parum inaequalibus basi violascentibus caeterum albo-flavido hyalinis, vix nisi basi nervosis; inferiore flosculo fere duplo longiore; hoc ovato acuto brunneo nitido sparsim piloso; antheris apice barbatulis. Piptatherum coerulescens. Hrbr. un. it. nr. 312. Piptatherum sinaicum. *Boiss.* Hrbr. un. ed. 2. Urachne grandiflora. *Trin.* exparte. In nupibus montis Catharinae Arab.

9. U. HOLCIFORMIS. *C. Koch.* (Linn. XXI. 439.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto striato glabro vaginato et foliato; vaginis baseos membranaceis laxis culmeis herbaceis adpressis; foliis caespitum fasciculatis, angustissimis rariter planis sed convolutis elongatis (½—1-pedalibus et ultra) scabriusculis; ligula elongata plerumque bifissa, hyalina; paniculae (basi plerumque vagina folia terminante ampliata amplexae) radiis plerumque binis vel rarius ternis summis solitariis longe nudis, apice subpaniculato divisis paucifloris; glumis parum inaequalibus omnino albido flavido hyalinis (basi vix nisi flosculo transparente coerulescentibus); acutis distincte 5—7-nerviis; flosculo lanceolato subtriquetro acuto nigrescente nitido apicem versus praesertim piloso, antheris apice barbatulis; arista exserta flosculum duplo superante, scabra. U. grandiflora. *Trin.* ex parte. Milium holciforme. *Spr.* Milium maritimum. *Pall.* ind. t. Agrostis holciformis. *Bbrst.* Fl. t. cauc. Tauria. Caucasia, Banatus.

10. U. MOLINIOIDES. *Boiss.* (Diagn. 7. 121. sub: Piptatherum.) Culmo erecto basi vaginis foliisque emarcidis tecto; foliis angustis planis linearibus (½—1‴ latis, 6—8- culmeis 2—3″ longis) tenuissime molliter pubescentibus; ligula brevissima; paniculae angustatae radiis subbinis inaequalibus erectis culmo subadpressis paucifloris; glumis subaequalibus ex toto purpureo-violaceis obscure 5—7-nerviis (3—4-linealibus); flosculo (2½ lineali) basi glabrescente apice dense villoso. *Kotschy* Hrbr. nr. 755. a. ♃ Persia austr.

§. 2. Oryzopsis. *Rich.* Flosculi ovales vel elliptici; valvula inferior sub anthesi vix involuta potius a latere compressiuscula demum valvulam internam obvolvens; lodiculae 3, accessoriae nullae; stigmata elongata sub anthesi ex apice flosculi (quandoque vix) exserta.

11. U. MICRANTHA. *Trin. Rupr.* (l. c. 16.) Foliis lineari setaceis convolutis; paniculae radiis geminis multifloris; spiculis nitidis; flosculo glabro, glumis acutiusculis linealibus paulo breviore; arista glumis subtriplo longiore; antherarum loculis apice nudis. Am. septr.

12. U. BREVICAUDATA. *Trin.* (Act. Petr. 1834. p. 127.) Foliis convolutis filiformibus; paniculae depauperatae radiis geminis paucifloris; flosculo pubescente glumas acutiusculas vel obtusas sesquilineales aequante; arista glumis paulo longiore mox decida; antherarum loculis apice nudis. Stipa canadensis. *Poir.* ♃ Am. septr.

13. U. ASPERIFOLIA. *Trin.* (l. c. p. 176.) Foliis longissimis linearibus 3 lineas latis; omnibus fere basilaribus; paniculae simplicissimae racemiformis linearis radiis geminis subunifloris brevibus erectis; flosculo pubescente glumas mucronatas acutas 3-lineales aequante vel subexcedente; arista glumis subsesqui longiore, antherarum loculis apice barbatis. Oryzopsis asperifolia. *Rich. Beauv.* Agr. t. 6. f. 6. ♃ Am. sptr.

14. U. RACEMOSA. *Trin.* (l. c. p. 127.) Culmo erecto simplici (1—2-pedali); foliis elongatis basilaribus et caulinis lanceolatis (ellipticis, medio 4—8‴ latis); paniculae radiis elongatis patentibus geminis paucifloris; flosculo pubescente glumis acuminatis 4-linealibus paulo breviore; arista glumis fere 3-plo longiore; antherarum loculis apice nudis. Milium racemosum. *Smith.* ♃ Am. sptr.

§. 3. Eriocoma. *Nutt.* Panicula ampla lucida; flosculi sericeo lanati ovati; lodiculae squamae 3 cum 2 accessoriis; antherae barbatae; stigmata ex apice flosculi exserta.

15. U. LANATA. *Trin.* (l. c. 126.) Foliis convoluto filiformibus; paniculae amplae effusae tremulae radiis geminis plurifloris elongatis patentibus; flosculo sericeo-lanato glumis caudato-acuminatis 4-linealibus duplo breviore; arista glumis paulo longiore; antherarum loculis apice barbatis. Stipa membranacea. *Pursh. Kunth.* (non *Lin.*) Am. sptr.

§. 4. Nassella. *Trin.* Flosculi obovati, hinc gibbi a lateribus quidpiam compressi nec distincte striati nec tuberculati; arista debilis aequa lateralis; stigmata brevia cum staminibus sub anthesi (semper?) e medio rimae valvulae inferioris exserta.

16. U. HAENKEANA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 20.) Culmis vaginis rhachique scabriusculis; foliis convolutis scabris; paniculae erectae secundae ramosae (6—8-pollicaris) radiis geminis inferne nudis; glumis acutis oblongo-lanceolatis uninerviis glaberrimis sesquilinealibus; flosculo oblongo apice truncato lineali pubescente; arista tenui flexuosa parum torta glumis subtriplo longiore. Stipa inconspicua *Presl.* Rel. Haenk. I. 227. Peru?

17. U. MEYENIANA. *Trin. Rupr.* (l. c.) Paniculae radiis geminis, ramo altero a basi fere spiculigero, altero inferne nudo; glumis acutis fere bilinealibus flosculo oblongo apice obtuso ¾ lineali glaberrimo laevi; arista tenui flexuosula glumis subduplo longiore. Peru.

18. U. LAEVIS. *Trin. Rupr.* (l. c.) Paniculae radiis contractis a basi ima spiculigeris; glumis cuspidatis sesquilinealibus; flosculo cuneato glumis duplo breviore glaberrimo nitido; arista tenui flexuosa parum torta glumis 2—3-plo longiore. Piptatherum laeve. *Nees. Meyen.* t. 484. P. ramosum. *Nees* Act. Leop. 1841. p. 16. Peru.

19. U. PUBIFLORA. *Trin. Rupr.* (l. c. 21.) Paniculae (¾-pedalis) radiis inferioribus 2—4-nis inferne (saepe ad dimidium) nudis; glumis acuminato-cuspidatis subbilinealibus; flosculo cuneato glumis duplo breviore pubescenti piloso (pilis albidis sursum longioribus); arista tenui rectiuscula vix torta glumis 2—3-plo longiore. Peru.

20. U. MAJOR. *Trin. Rupr.* (l. c.) Paniculae radiis

subbinis inferne nudis; glumis acuminato setigeris bilinealibus; flosculo oblongo-cuneato glumis duplo breviore glaberrimo; arista tenui rectiuscula vix torta glumis 2—3-plo longiore. Sequentis varietas? a qua tantum differt: glumis longioribus angustioribus flosculis apice non rotundatis. Chili.

21. U. RAMOSA. *Steud.* (Hrbr. *Bert.* chil. nr. 1173.) Caule a basi (quandoque prolifero-) ramoso tenero firmulo 1—2 pedali, glabro foliato; foliis angustissime linearibus (vix semi-linea latioribus 1—5-pollicaribus) erecto-patnlis firmulis; paniculae radiis inferioribus 1—3-nis abbreviatis vel elongatis uno-altero-ve a basi spiculigero; glumis (albo et violaceo pulcherrime variegatis) acuminato-cuspidatis (subsetigeris) sesquilinealibus; flosculo obovato-cuneato glumis duplo breviore glaberrimo nitido (albo); arista tenui recurva plus minus torta, glumis 2—3-plo longiore. U. chilensis. *Trin.* (Act. petr. 1824. p. 123.) Piptatherum Lindleyanum. *Nees.* Act. N. Cur. XVIII. supl. I. 149. Variat: culmo humili arcte prolifero, caeterum omnibus partibus depauperata. *Bert.* hrbr. nr. 457. Chili.

22. U. GIGANTEA. *Steud.* Radice fibrosa in rhizoma parvum lignosum incrassata; culmis caespitosis prolifero ramosis et ita ad altitudinem 7—8 pedalem elevatis; foliis paucis convoluto-teretibus uti culmi glabris laevibus (2—5-pollicaribus); paniculae simplicis radiis subverticillatis brevibus (panicula ipsa 3″ vix superante, radiis pollicaribus) plus minus inferne nudis; glumis albo et violaceo variegatis flosculos superantibus acuminatis 1—1½ linealibus; flosculo (subito in achenium mutato) ovato vix compresso glaberrimo nitido flavescente lateraliter aristato; arista torta tenui glumis 2—3-plo longiore. An praecedentis var. ex loco natali gigantea? *Lechler* legit in Chili.

23. U. OBTUSA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 22.) Radice crasse fibrosa dense caespitifera; culmo ad nodos (3) infracto (pedali et ultra); vaginis scaberrimis, ligula membranacea lanceolata acuta; foliis setaceis scaberrimis; paniculae linearis contractae depauperatae radiis brevissimis a basi spiculigeris; glumis obtusiusculis sublinealibus; flosculo oblongo glumas subaequante vel paulo breviore nudo et scabriusculo; arista tenui subrecta non torta glumis 2—4-plo longiore. Piptatherum obtusum *Nees.* (l. c. p. 151.) Peru.

24. U. MACRATHERA. *Nees.* (mpt. sub: Piptatherum.) Culmo ramoso foliisque filiformibus scaberrimis; panicula contracta, radiis filiformibus ultra medium integerrimis; gluma utraque trinervia setaceo-acuminata; flosculo truncato muricatulo; arista glumis quadruplo longiore. Mendoza.

25. U. FUSCA. *Nees.* (Hrbr. *Lindley.* mpt. sub: Piptathero.) Foliis filiformi-setaceis scabris; ligula obliqua; paniculae angustae radiis brevibus tenuibus a basi divisis; gluma utraque trinervia setaceo-acuminata; arista valida glumis triplo longiore. *Cuming* legit prope Valparaiso, Chili.

§. 5. Piptochaetium. *Presl.* Flosculi obovati hinc gibbi a lateribus quidpiam compressi dorso bicarinati striati vel verrucosi; arista firma lateralis.

26. U. SIMPLEX. *Trin. Rupr.* (l. c. 22.) Culmo inferne ramoso erecto striato glaberrimo folioso; foliis glaucis convoluto-setaceis junioribus scabriusculis; vaginis teretibus striatis glaberrimis; paniculae depauperatae (1½-pollicaris) radiis 2—3-nis a basi fere spiculigeris; glumis late ovatis acuminato-cuspidatis subaequilinealibus; flosculo obovato hinc gibbo lineali ad callum brevi-piloso caeterum glabro subtilissime striato (quandoque tuberculis hinc inde subsesso); arista firma flexuosa non torta glumas aequante mox caduca. Piptochaetium setifolium. *Presl.* Rel. Haenk. I. t. 37. f. 1. Caryochloa chilensis et refracta. *Spr.* Peru. Chili.

27. U. PANICOIDES. *Trin.* (Stip. p. 23.) Radice fibrosa, fibris validis tomentosis tenuioribus albidis glabratis; culmo erecto (6—8-pollicari); foliis (caulinis) angustissime linearibus vel (radicalibus) setaceo-convolutis striatis pilosulis; vaginis summis ampliatis striatis margine membranaceis; paniculae depauperatae (pollicaris) radiis subbinis (uni-2-floris); glumis late ovatis acuminato-cuspidatis (viridi-purpureo-violaceo-variegatis) ultra-linealibus, flosculo oblongo ad callum densiuscule piloso, glumis fere duplo breviore tenuissime striato verrucoso; arista firma vix flexuosula et subtorta (persistente) glumis plus duplo longiore. Stipa panicoides *Kunth.* Gram. 2. t. 122. Carochla montevidensis. *Spr.* sec. *Trin.* Variat: paniculae amplioris ovato bipollicaris radiis basi nudis, spiculis brevioribus; foliis filiformibus longissimis flacoidis. Stipa panicoides. *Nees.* Agr. bras. 376. ♃ Brasil. (cfr. sequentem.) ♃ Chili.

28. U. DEPRESSA. *Steud.* Radice fibrosa fibris validis tomentosis, demum glabratis albis; culmis densissime caespitosis depressis (3—5-pollicaribus); foliis setaceo-convolutis pilosiusculis culmum aequantibus; vagina suprema ampliata striata margine membranacea; paniculae depauperatae radiis subbinis 1—2-floris; glumis subrotundo-ovatis acuminatis linealibus (violaceo-viridi-purpurascentibus) flosculo subgloboso, glumis parum breviore ad callum vix pilosulo non striato, undique verrucoso; arista flexuosula subtorta (facile decidua) glumis duplo longiore. Cum praecedente in Hrbo. *Bertero* nr. 456. et uti videtur a *Trinio* l. c. commixta. An prioris var. ♃ Chili.

29. U. TRICHOTOMA. *Trin.* (l. c. 24.) Radice repente; culmo simplice laevi (1½ pedali) erecto; ligula chartacea obliqua integra; paniculae amplissimae (6—10-pollicaris) lucidae radiis 2—3-nis radiolisque basi nudis, spiculas paucas (sub 2) gerentibus; glumis caudato-acuminatis inaequalibus, inferiore 2½ lineali; flosculo obovato semilineali verrucoso aspero basi villis medium ipsius attingentibus cincto; arista debili rectiuscula parum torta glumis 4—5-plo longiore. Stipa trichotoma *Nees* Agr. bras. 375. *Kunth.* Gram. II. t. 121. ♃ Brasil.

30. U. SETOSA. *Trin.* (l. c.) Culmis rectis glabris; foliis laevibus angustissimis elongatis setaceis; paniculae depauperatae contractae 2—3-pollicaris radiis adpressis a basi fere spiculigeris; glumis longe acuminatis trilinealibus coloratis; flosculo obovato hinc gibbo glumis subduplo breviore striato et apice verrucis paucis obsesso, basi villis fere medium ipsius attingentibus cincto; arista firma rectiuscula dein flexuosa et quidpiam torta glumis subduplo longiore. Stipa panicoides. *Lam.* Stipa ovata. *Trin.* Act. Petr. 1829. Oryzopsis setacea. *Rich.* Diction. class. 12. p. 445. cum ic. Monte Video.

31. U. STIPOIDES. *Trin. Rupr.* (l. c. p. 25.) Paniculae diffusae (4—5-pollicaris) radiis subbinis erecto-patentibus superne spiculigeris; glumis longe acuminatis trilinealibus medio coloratis margine hyalinis; flosculo obovato a lateribus compresso hinc gibbo glumis subduplo breviore striato et apice verrucis paucis obsesso, basi villis ferugineis semilinealibus cincto; arista firma flexuosula et geniculata evidenter torta sub-9-lineali. Ab affimi Stipa intermedia differt: callo brevisssimo annulari nec attenuato pungente, etiam coronula in apice flosculi magis incrassato strangulata integerrima subnuda pallida. Brasil.

ECCOILOPUS. *Steud.* Panicula effusa; radii racemosi; spiculae binatae altera brevi altera longius pedicellatae, et cum pedicello apice excavato articulatae (facile hinc deciduae); glumae 2 basi in callum excavationi pedicelli immersae connatae, membranaceae nervosae flosculos superantes; valvulae duae tenuissime hyalinae oblongae, inferior ex

ima basi aristata; arista flosculos superante; stamina 3; antherae lineares basi sagittatae; stylus basi incrassatus elongatus in stigmata longa pencillata; achenium — ?

1. E. ANDROPOGONOIDES. *Steud.* Culmo erecto elato (3—4-pedali) cum nodis vaginisque glabro; vaginis elongatis striatis glabris ore subfasciculato dense pilosis; foliis elongatis (ultra pedalibus) subcircinnato complicato-reflexis (superioribus planis explicatis vix ultra 3''' latis) scabris; panicula plus minus patente laxa (6—9-pollicari) radiis 4—6 nis filiformibus inaequalibus basi nudis, racemosis; spiculis binis altero brevi-altero longius pedicellato; pedicellis crassiusculis (quam radii crassioribus) a $^1/_2$—3-linearibus apice excavatis et pilosis; spiculis bilinealibus; glumis pilosis; arista geniculata subhorizontaliter patente glabra, flosculos duplo longitudine superantibus. Ex Hrbo. Musei Lugd. Batav. et Hrbr. *Zollinger* nr. 62. Andropogon cotuliferum. *Thunb.* ? Japonia.

STIPA. *Lin.* Panicula interdum depauperata lucida; spiculae uniflorae, flosculo articulatim secedente; callo obconico barbato saepissime elongato; glumae membranaceae flosculo (vix non) nunquam breviores; valvula inferior firmior vel coriacea involuta subcylindrica apice indiviso vel bidentato coronato vel nudo aristam persistentem vel caducam firmam tortam et geniculatam raro omnino rectam ad minimum semipollicarem mediante articulo sustentans; lodiculae squamae 2—3; stamina 1—3; styli 2 stigmatibus plumosis; caryopsis cylindrica, antice anguste sulcata, scutello 3—10-plo longior.

§. 1. Oreostipa. *Trin.* Glumae subaequales 2—8 (raro 1$^1/_2$-) lineales; flosculi saepe coronati; arista nuda longitudine modica ($^1/_2$—3 raro 4$^1/_2$ pollicari). Species Chilenses, Bonarienses, Peruvianae, Mexicanae.

1. S. INTERMEDIA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 26.) Culmis erectis (1$^1/_2$ pedalibus), nodis glabris; foliis basilaribus 4—10-pollicaribus; paniculae (3—5-pollicaris) erecto-patulae lucidae radiis 2—3-nis a medio circiter floriferis; glumis acuminatis subaequalibus fere 4-linealibus; flosculo obovato hinc gibbo nudo striatulo versus apicem verruculoso sesquilineali basi barbato, villis ferrugineis dimidio flosculi longioribus; arista subpersistente scabra parum torta flexuosa 10—14-lineali. S. bicolor β? *Nees.* Agr. bras. 373. Brasil. merid.

2. S. BICOLOR. *Vahl.* (Symb. 2. p. 24.) Radice fibrosa; culmo glabro parum geniculato (3-pedali), nodis 2—3 glabris, ligula brevi obtusa; foliis involutis fere filiformibus inferioribus elongatis (1—1$^1/_2$-pedalibus) glabris; paniculae (6—10-pollicaris) erecto patulae lucidae radiis 2—3-nis ultra medium floriferis; glumis acuminatis subaequalibus fere 6-linealibus; flosculo subcylindrico striato versus apicem verrucoso 3-lineali basi barbato villis ferrugineis medium flosculi attingentibus; arista persistente tortili flexuosa 2—3-pollicari; antheris parce barbatis. Brasil. merid.

3. S. NEESIANA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 27.) Foliis linearibus convolutis nodisque pubescenti-scabris, ligula abbreviata rotundata; paniculae erecto-patulae lucidae radiis subbinis a medio circiter floriferis; glumis acuminatis subaequalibus 7-linealibus; flosculo cylindraceo undique verrucoso-aspero 3—3$^1/_2$ lineali basi sericeo; villis candidis abbreviatis in nervo dorsali usque ad medium valvulae excurrentibus; arista persistente versus insertionem pubescente tortili flexuosa 2-pollicari et longiore. Stipa eminens. *Nees* Agr. bras. p. 374. Brasil.

4. S. LONGIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa caespitem densum ferente; culmis ($^1/_2$—1$^1/_2$-pedalibus) geniculatis ad nodos dense reflexo-caeterum cum vaginis foliisque patenti-pilosis, his angusto linearibus (vix $^1/_2$''' latis, $^1/_2$—1$^1/_2$'' longis) patentibus vel erectis; paniculae erecto-patulae lucidae (3—5-pollicaris) radiis subbinis basi nudis 1—3-floris; glumis subaequalibus subsetoso-acuminatis 3—4 linealibus 5-nerviis (e viridi et violaceo variis), flosculo teretiusculo utrinque attenuto bilineali basi dense caeterum undique sparsim piloso et subtilissime verrucosulo albido; arista persistente torta fere ad medium pubescente 1—1$^1/_2$ pollicari. St. Neesiana β chilensis. *Trin. Rupr.* Urachne longiflora. *Steud.* Nmclt. Hrbr. *Bert.* nr. 800 ex parte. ♃ Chili.

5. S. LEIOCARPA. *Nees.* (mspt.) Foliis linearibus subconvolutis pubescentibus; paniculae radiis brevibus adpressis a basi racemifloris; glumis oblongis setaceo-acuminatis perianthio stipulato $^1/_3$ longioribus, superiore paulo minore; stipite brevissimo albo strigoso; flosculo oblongo cultraeformi compresso obtuse umbonato obsolete punctato nitidoque ad carinam inferne strigoso; arista glumis triplo longiore. ♃ *Cuming* legit in Chili.

6. S. MEGALANTHA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis (1—2 pedalibus) erectis cum nodis, vaginis foliisque glabris; his angusto linearibus ($^1/_2$—$^3/_4$''' latis, 2—5'' longis) acuminatis; paniculae (3—5-pollicaris) erecto-patulae lucidae radiis 2—4-nis basi nudis 1—2-floris; glumis lato-ovatis subabrupto-acuminatis 3-linealibus basi herbaceis (fusco-purpureis) superne hyalinis pellucidis obscure nervosis; flosculo oblongo basi ima pilis densis albis involucrato caeterum glabro laevi apice obliquo, arista persistente subtorta flexuosa vix pubescente pollicari. Urachne grandiflora. *Steud. Hochst.* Hrb. *Bert.* nr. 800. ex parte. Chili.

7. S. FERNANDEZIANA. *Steud.* Culmo erecto (abscisso ultra bi-pedali) vaginisque cum nodis foliisque glabris; his angusto-linearibus (culmeis 2—4-pollicaribus); paniculae (4—8 pollicaris) lucidae erecto-patulae radiis 1—3-nis basi longe nudis 1—3-floris; glumis ovatis brevi acuminatis fere ex toto hyalino-pellucidis basi fuso-purpureis; 2 linealibus obscure venosis; flosculo ovato oblongo glumas subaequante basi pilis densis ferrugineis obsito apice coronula pilis rigidiusculis cincto, ferrugineo tenuissime longitudinaliter striato; arista torta flexuosa ultra medium pilosa pollicari. S. Neesiana γ Fernandeziana. *Trin. Rupr.* sed species distinctissima. Ins. Juan Fernandez.

8. S. SETIGERA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 226.) Culmo ad nodos piloso; vaginis ad oras pilosis suprema ampliata; ligula brevissima truncata; foliis linearibus convolutis scabris: paniculae simplicis (4-pollicaris) secundae laxae rhachi radiisque flexuosis binis altera longiore; glumis oblongo-lanceolatis setigeris subinaequalibus inferiore 7-lineali; flosculo 3$^1/_2$-lineali oblongo-lineari flavescente tuberculis minutis exasperato, nervo medio et margine albo-piloso, apice annulo mucronato-dentato coronato; arista glumis multoties longiore supra medium torta bigeniculata, infra medium brevipilosa. Am. austr.

9. S. POEPPIGIANA. *Trin. Rupr.* (l. c. 29.) Paniculae laxae coloratae semipedalis basi vaginatae radiis 2—3-nis adscendentibus circiter a medio floriferis; glumis acuminatis subaequantibus 5—7-linealibus; flosculo subcylindrico usque ad apicem seriatim piloso (interstitiis asperulis) decolori, apice setuloso 3$^1/_2$—4-lineali; arista demum caduca, inferne brevi-pubescente tortili bipollicari et longiore ad $^2/_3$ longitudinis recta dein geniculata; antheris nudis. Chili austr.

10. S. AMETHYSTINA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto vaginato, foliato (1$^1/_2$-pedali et ultra); vaginis striatis scabriusculis, ore pilosulis vel nudis; ligula brevissima vel vix ulla; foliis lanceolatis planis vel complicatis acuminatis rigidulis, brevissime pilosis scabris, culmo brevioribus (4—10'' longis, 1—2''' latis); paniculae sim-

plicis laxae radiis binis-ternis scabris basi nudis, radiolis 1—5-floris; glumis parum inaequalibus 3—4‴ longis, pulcherrime amethystinis apice splendide albo acuminatis pellucidulis flosculo longioribus; flosculo cylindrico, subseriatim piloso caeterum puncticulato rugosulo apice setuloso coronato; arista validula torta pilosula supra medium geniculata. Hrbr. *Lechler* nr. 279. Arigue Chili.

11. S. CUMINGIANA. *Trin.* (l. c. 29.) Paniculae laxae basi vaginatae radiis binis, circiter a medio floriferis; glumis subulato acuminatis subaequalibus 4—5-linealibus; flosculo ovali undique albo-hirsuto sericeo ecoronato $2^1/_2$ lineali; arista subpersistente versus insertionem pubescente tortili flexuosula $1^1/_2$ pollicari; antheris barbatis. Variat: foliis dense pubescentibus; panicula simpliciore. S. lachnophylla. *Trin.* Act. Petr. 1836. p. 39. Chili.

12. S. TROCHLEARIS. *Nees. Meyen.* (Iter I. 484.) Culmo ad genicula glabra infracto (pedali); foliis convoluto-filiformibus strictis (2—4″ longis) glabris; ligula obtusa quasi e pilis contexta; vaginis margine ciliatis; paniculae (4-pollicaris, basi vaginatae vel exsertae) contractae coloratae subsecundae radiis subbinis aut utroque aut breviore a basi floriferis; glumis acuminatis subaequalibus sub-4-linealibus; flosculo oblongo vel subcylindrico (excepto apice asperulo) toto sparse pilosulo $2^1/_2$-lineali; coronula subcolorata basi constricta apice setulosa; arista caduca inferne breve pubescente tortili geniculata 1—$1^1/_2$-pollicari. Peru. Mexico.

13. S. EMINENS. *Cav.* (Ic. t. 467. f. 1.) Radice fibrosa, culmis caespitosis erectis (3-pedalibus et ultra) glabris; foliis setaceo-linearibus convolutis striatis rigidis scabris; ligula brevissima rotundata glabra; paniculae (6—7-pollicaris) radiis verticillatis laxis secundis; glumis acuminatis subaequalibus purpurascentibus flosculo scabro basi et apice piloso duplo longioribus; arista pollicari tortuosa pilosa. Mexico. Quito.

14. S. MUCRONATA. *H. B.* (N. gen. I. 125.) Culmo erecto (pedali et ultra) nodisque glabris; foliis linearibus convolutis rigidis vaginisque glabriusculis, ligula elongato ovata membranacea; paniculae simplicis subsecundae (5—6-pollicaris) radiis verticillatis distantibus inferioribus patulis subsecundis superioribus erectis adpressis; glumis acuminatis subaequalibus dorso scabris purpurascentibus flosculo pilosiusculo basi pilis adpressis brevibus cincto paulo longioribus; arista pollicari tortuosa pilosa. Mexico.

15. S. CAUDATA. *Trin.* (Stip. p. 32.) Culmo simplici tenui stricte erecto (2—3-pedali), nodis vaginisque glabris; foliis filiformibus deorsum scabriusculis (5—12-pollicaribus); paniculae olongatae (8—12-pollicaris) contractae lucidae radiis subquinis, aliis non longe supra basin aliis superne floriferis ($1^1/_2$—4-pollicaribus); glumis subaequalibus $2^1/_2$—3-linealibus altera plerumque apice caudulata; valvula inferiore lineis 2 sublongiore basi circum circa et ipsa nunc dissite nunc densius pilosa, apice obtuso setulis pluribus breviusculis coronata; arista persistente flexuosa vel medio geniculata 6—8-lineali; antheris brevissime barbatis. Chili.

16. S. PHILIPPII. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto tenui tereti striato glabro ($1^1/_2$—2-pedali) foliato; foliis angustis rigidulis striatis vix scabriusculis acuminatis (3—5″ longis, $^1/_3$—$^1/_2$‴ latis); ligula brevi membranacea obtusa; paniculae contractae (4—6-pollicaris) radiis capillaribus flexuosis inaequalibus pauci- (2—5) floris basi plus minus longe nudis; glumis parum inaequalibus vix bilinealibus setaceo-acuminatis (viridi-albo- et amethystino variis) superantibus flosculum basi et apice et ipso dissite setulosam; arista persistente geniculata subflexuosa 7—8 lineali. Festuca nr. 97. Hrbr. chil. Dr. Philipppi. Ad Osorno Chili.

17. S. COERULEA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 227.) Radice caespitosa fibrosa; culmo erecto stricto ($1^1/_2$ pedali); nodis rufo fuscis pilosis; foliis convolutis setaceis inferne scabris superne glabriusculis flaccidis arcuatis culmum superantibus; paniculae simplicis radiis 2—3-nis patulis uno longiore multifloro, reliquis brevibus unifloris; glumis aequalibus ovatis acuminatis vel mucronatis coeruleis 3-linealibus; flosculo glumis aequilongo vel breviore fusco pilis rufis obsito coronato; arista tortili fusca scabriuscula 7-lineali. Mexico.

18. S. KOLEOTRICHA. *Steud.* Culmo erecto valido elato glabro; vaginis dense sericeo-pilosis, foliis lanceolato-linearibus elongatis (1—2-pedalibus) striatis sparsim pilosis vel glabratis; paniculae amplae dense verticillatae ramis erectis coarctatis; flosculis pedicellatis; paleis nervosis acutis; arista geniculata vix torta nuda flosculis duplo longiore. Cordillera Vera Cruz (*Galeotti* 1840.)

19. S. FIMBRIATA. *H. B.* (N. gen. I. 126.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis ($1^1/_2$—3-pedalibus), infra nodos glabros scabriusculis; foliis radicalibus linearibus (4—5″ longis), caulinis lineari-setaceis planiusculis (siccis convolutis) scabris; ligula ovata subdentata; paniculae ramosae subsecundae laxae (4—5-pollicaris) radiis subverticillatis distantibus superioribus adpressis, inferioribus patulis secundis; glumis ovatis acutis brevissime aciculatis aequalibus, flosculo $1^1/_2$—2-lineali piloso-sericeo fusco nigro paulo longioribus, arista scabriuscula flosculo duplo longiore tortuosa. *Kunth.* Rev. gram. I. t. 43. Milium mexicanum *Spr.* hrbr. Mexico.

20. S. VIRESCENS. *H. B.* (N. gen. t. 680.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis ($1^1/_2$—2-pedalibus) infra nodos glabros scabris; foliis radicalibus filiformibus caulinis setaceis scabris; ligula ovata glabra; paniculae simplicis laxae (4-pollicaris) radiis oppositis erectis scabris; glumis albidis margine fimbriato-dentatis brevissime aciculatis, flosculo piloso-sericeo virescente ($2^1/_2$—3-lineali) paulo longioribus; arista scabriuscula. (Non praecedentis var. sec. *Rupr.* Stipac. p. 36.) Mexico.

21. S. IBARRENSIS. *H. B.* (N. gen. I. 102.) Culmo erecto simplici (1—2-pedali) nodisque glabris; foliis lineari-setaceis convolutis striatis scabris; ligula brevissima pilosiuscula; paniculae ramosae secundae laxae (8—9-pollicaris) radiis fasciculatis distantibus patulis; glumis acuminatis subaequalibus virescentibus apice purpurascentibus flosculo albo-piloso duplo longioribus; arista flosculo 3-plo longiore basi articulata tortuosa. Quito.

22. S. MELANOSPERMA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 226.) Foliis linearibus convoluto-setaceis vaginisque glabris; paniculae simplicis (ultra $^1/_2$ pedalis) basi vaginatae nutantis radiis geminis simplicibus bifloris erecto-patentibus pilosis; glumis oblongo-lanceolatis longe subulatis ad nervos pilis brevissimis hispidis inaequalibus, inferiore sesqui pollicari 3-superiore minore 5-nervia; flosculo lineari 8—9-lineali medio laevi nitido apice angulato scabro excavato-punctato coronato; arista $4^1/_2$ pollicari torta superne flexuosa, adpresse pilosa. Am. austr.

23. S. SELLOWIANA. *Nees.* (in *Trin. Rupr.* Stipac. p. 38.) Culmo (3-pedali) foliisque subfiliformibus convolutis elongatis (inferioribus 2-pedalibus) glabris; ligula brevissima membranacea; paniculae (pedalis) patulae laxiusculae lucidae exsertae radiis 3—5 a medio floriferis; glumis (e violaceo et roseo coloratis) acutissimis subaequalibus 8-linealibus 3-nerviis nervo medio asperis; valvula inferiore 5-lineali tota pilis albidis patulis hirsuta apice ecoronata; arista caduca scabriuscula basi recta torta dein geniculata fere 3-pollicari; antheranum loculis apice setosis. ♃ Brasil. austr.

24. S. MEGAPOTAMICA. *Spr.* (in *Trin. Rupr.* l. c.) Radice fibrosa; culmo simplici (1—2-pedali) cum nodis vaginisque glabris; ligula brevissima truncata; foliis erectis compresso-involutis firmis deorsum aculeolato-scabris (3—10″ longis, apertis 2‴ latis) paniculae (8—10-pollicaris) densiusculae basi vaginatae intorto-contractae radis 5,

omnibus infra medium inaequaliter floriferis; glumis acutissimis subaequalibus ($3^1/_2$-linealibus inferne amethystinis, apice albis), valvula inferiore $2^1/_2$-lineali inferne ultra medium pilosula apice denticulato-coronata tertia parte longioribus; arista (gilva) persistente torta supra medium geniculata pilosula bipollicari; antheris nudis. ♃ Monte Video.

25. S. FILIFOLIA. *Nees.* (Agrost. bras. 379.) Radice subrepente; culmo erecto ($1^1/_2$—3-pedali) simplici nodisque glabris; vaginis scabriusculis; ligula lineari longa rotundato-bifida; foliis plurimis filiformibus rigidulis scabris elongatis ($^1/_2$—$1^1/_2$-pedalibus); paniculae (6—9-pollicaris) lineari-contractissimae densae radiis 5—6 fasciculatis fere a basi floriferis; glumis aequalibus 3—$3^1/_2$-linealibus viridulis 3 nerviis valvula bilineali plus tertia parte longioribus; flosculo albido plus minus dense albo-piloso apice aculeolato; arista persistente torta ultra pollicari, antherarum loculis apice barbatis. ♃ Monte Video.

26. S. HYALINA. *Nees.* (l. c. 378.) Radice grumosa repente; culmo basi radicante adscendente (1—2-pedali) ramoso cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima pilosa; foliis vel planis linearibus vel tenuissimis filiformi compressis deorsum scabriusculis; paniculae (5—10-pollicaris) contractae tenerae radiis subternis supra basin floriferis; glumis 3-linealibus tenuissime membranaceis pellucidis albis subulato-acuminatis subinaequalibus; valvulis stipiti conico insidentibus pilis ipsis 4-plo longioribus munito, inferiore $1^3/_4$-lineali (sub lente) squamulis undique tecta ad medium pilosa apice coronata, superiore 4-plo breviore glabra; arista persistente flexuosa ultra pollicari. ♃ Monte Video.

27. S. FORMICARUM. *Delil.* (Sem. H. monsp. 1849. p. 7.) Culmis caespitosis ad nodos glabris (2-pedalibus); vaginis laevibus striatis; ligula brevissima truncata; foliis glaucescentibus laevibus convoluto-setaceis erectis glabris; racemo subcontracto erecto ramoso intricato; radiis subverticillatis inaequalibus filiformibus erectis scabriusculis 3—5-spiculatis; spiculis breviter pedicellatis alternis; glumis inaequalibus flosculo longioribus, membranaceis uninerviis albidis carinatis lineari-lanceolatis acuminato-subulatis; valvula exteriore remote 5-nervia ad basin tubulatam pilis albis adpressis barbata, superne exasperata, coronula longiuscula oblique truncata adpressa cilata donata; arista pollicari, inferne tortili et pubescente geniculata. ♃ Monspelii e seminibus peregrinis.

28. S. BRACHYCHAETA. *Godron.* (Fl. Juven. 42.) Culmis caespitosis erectis rigidis (2—3-pedalibus) ad nodos glabris; vaginis glabris; ligula dense barbata; foliis glaucescentibus elongatis canaliculatis vel superioribus convoluto-subulatis; racemo elongato erecto laxo ramosissimo; radiis subverticillatis valde inaequalibus tenuissimis scabriusculis 6—8-spiculatis; spiculis brevi pedicellatis alternis; glumis subaequalibus flosculum superantibus membranaceis basi 3-nerviis fuscis sed albo-marginatis glabris ad nervum dorsalem scabris, lanceolatis acuminatis breviter aristatis; valvula exteriore viridi 3-nervia utrinque attenuata, pilis albis mollibus vestita coronula brevi ciliata donata; arista semipollicari basi tortili, geniculata. ♃ Monspelii e seminibus peregrinis.

29. S. INTRICATA. *Godron.* (Fl. Juvenal. 41.) Culmis caespitosis erectis rigidis (2—3-pedalibus) superne longe nudis, nodis pubescentibus; vaginis laevibus; ligula brevi rotundata; foliis linearibus acuminato-subulatis canaliculatis ciliolatis subtus scabris; racemo lato nutante intricato ramoso; radiis geminis tenuibus angulosis scabris 3—5-spiculatis; spiculis pedicellatis alternis; glumis subaequalibus flosculo duplo longioribus membranaceis trinerviis fuscatis sed albo marginatis carinatis lineari-lanceolatis acuminatis breviter aristatis; valvula exteriore remote 5-nervia ad basin subulatam pilis albis adpressis barbata, superne exasperata, sub apice contracta et coronula cupuliformi breviterque ciliata munita, arista 2-pollicari et ultra inferne spiraliter torta et pubescente, supra medium geniculata (et alias aristas ejusdem ramuli spiris involvente.) ♃ Prope Monspel. ex seminibus peregrinis.

30. P. FILICULMIS. *Delil.* (Sem. h. monsp. 1849. p. 7.) Culmis dense caespitosis erectis rigidis glabris ad nodos, gracilibus superne scabridis longe nudis; vaginis laevibus; ligula sat longa membranacea lanceolata obtusiuscula; foliis longis erectis glaucescentibus superne scabridis convoluto-setaceis rigidulis; racemo erecto rigidulo ramoso; radiis inaequalibus erectis scabris non longis ad nodos geminatis spiculas 2 vel solitariam terminalem gerentibus; glumis inaequalibus flosculum duplo superantibus 3-nerviis albidis membranaceis linearibus longe-acuminatis aristatis; valvula exteriore dilute lutea tenuissime scabriuscula subcylindrica ad basin pilis albis barbatam attenuata, coronula brevissima ciliolataque donata; arista 2-pollicari et ultra scabra basi tortili, versus medium geniculata. ♃ Monspelii ex seminibus peregrinis.

31. S. DELILEI. (*Steud.*) Culmis caespitosis gracilibus rigidulis ad nodos glabris (2-pedalibus); vaginis laevibus apice truncato-auriculatis; ligula brevissima ciliata; foliis convoluto-setaceis ovatis rigidulis laevibus; racemo delicatulo erecto laxiusculo ramoso; radiis ad nodos subverticillatis capillaribus erectis inaequalibus, 4—10 spiculas pedicellatas alternas gerentibus; glumis inaequalibus flosculo paulo brevioribus membranaceis uninerviis albidis linearibus acuminato-subulatis glabris; valvula exteriore fulva sub lente tenuissime puberula elongata anguste fasiformi, basi pilis brevibus albis adpresse barbata, versus apicem pilis albis mollibus patulis papposa, coronula nulla, arista (pollicari) basi subtortili infra medium geniculata scabrida. S. papposa. *Delil.* Hort. monsp. sem. 1849. 7. nec *Nees.* ♃ Monspelii ex seminibus peregrinis.

32. S. TENUISSIMA. *Trin.* (Act. Petr. 1836. p. 36.) Radice fibrosa; culmo filiformi (2-pedali) vaginisque scabriusculis; nodis glabris; ligula obtusa; foliis tenuissimis filiformibus deorsum scabris (inferioribus pedalibus); paniculae angustissimae (6—8″ longae, 1—2‴ latae) radiis subsolitariis tenerrimis adpressis supra basin floriferis; glumis tenuissimis subulatis inaequalibus (sub 3-linealibus); valvulis stipiti conico brevi circumcirca barbato insidentibus, inferiore lineali apice lacinulis pluribus brevibus coronata; arista persistente flexuosa ultra 2-pollicari; antherarum loculis apice nudis. Mendoza.

33. S. NEAEI. *Nees.* (mpt.) Culmo gracili plurinodo ($^1/_2$—1-pedali) infra articulos pubescenti-hirto, simplici; foliis convoluto-setaceis glabris dorso laevibus; ligula piloso-lacera; panicula racemosa contracta subsecunda laevi; glumis e basi colorata membranaceo-hyalina setaceo-attenuatis, flosculo brevi-stipitato lanceolato basi cum stipite hirto duplo longioribus, superiore paulo minore, valvula non coronata, arista flosculo decuplo longiore basi subtortili glabra, hinc pilosa. Stipae plumosae similis differt: calyce breviore purpureo, aristis brevioribus *Cav.* Descr. p. 39. In Beckeley Sonnd ad Portum desideratum, Patagonia.

34. S. TENELLA. *Godron.* (Fl. Juven. p. 44.) Culmis filiformibus erectis; foliis glabris, convoluto-capillaceis; ligula membranacea oblonga; racemo delicatulo laxissimo ramoso; radiis ad nodos geminatis capillaribus scabriusculis patentibus, spiculas minimas tenellas 3—6 gerentibus; glumis subaequalibus flosculos 3—4-plo superantibus violaceis trinerviis ad nervos scabridis lanceolatis acuminatis in aristam ipsas subaequantem; valvula exteriore obovata subtruncata, basi pilis albis barbata, apice exasperata coronula fere inconspicua donata; arista 10‴ longa scabriuscula vix tortili geniculata. ♃ Monspelii e seminibus peregrinis.

35. S. JARAVA. *Beauv.* Radice fibrosa; culmo laevi (2—6-pedali) nodisque glabris; vaginis scabriusculis; ligula brevi obtusa; foliis filiformi-involutis deorsum scabris (1—1½-pedalibus); paniculae compactae (8—10-pollicaris) radiis 3—5-nis, aliis a basi aliis superius floriferis; glumis subulato-attenuatis parum inaequalibus 3-linealibus; valvula inferiore ultra 1½-lineali tota pilis brevibus adspersa, apice pilis expansis coronata; arista persistente flexuosula 6—9-lineali; valvula superiore dimidio breviore angustiore acuta glabra; antheris barbulatis. *Beauv.* Agr. t. VI. fig. 3. Jarava Ichu *R. P.* Fl. p. I. t. 6. f. 4. Stipa eriostachya *H. B.* N. gen. I. t. 41. ♃ Mexico. Peru.

36. S. PUNGENS. *Nees. Mey.* (It. I. 484. et II. 32.) Culmo (5-pollicari usque 2-pedali); foliis convoluto setaceis strictis rigidis margine scabris; panicula decomposita contracta spicaeformi; radiis fasciculatis; glumis aequalibus lineari-lanceolatis acuminatis hyalinis flosculo duplo longioribus; flosculo subulato hirsuto apice papposo villoso, villis flosculum subaequantibus; arista gracili scabra spiculis triplo- villis verticis 6-plo longiore. Eadem ac praecedens sec. *Trin. Rupr.* ♃ Peru.

37. S. PAPPOSA. *Nees.* (Agr. bras. 377.) Radice fibrosa; fibris tomentosis; culmo simplici vel ramoso (1—2-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima vaginarum juniorum villis aliquot barbata; foliis angustissimis convolutis (1½—8-pollicaribus) rigidiusculis piloso-scabris demum glabratis; paniculae (2—10-pollicaris) patulae radiis 3—5-nis, plus minus supra basin floriferis; glumis subulato-acuminatis membranaceo-hyalinis subaequalibus 3-linealibus paulo brevioribus quam valvula 3—4-linealis angustissima piloso scabra apice pilis 2—3-linealibus patentibus albis vestita; arista persistente a basi geniculata recurva 8—10-lineali subpollicari scabra; antheris nudis. ♃ Stipa bicolor. Hrbr. *Bert.* nr. 1341. Chili. Monte Video. Variat: *β.* micrantha. *Nees.* glumis flosculo ⅓ brevioribus 1¾‴ longis; flosculo trilineali. Brasil.

38. S. PLUMOSULA. *Nees.* (mpt.) Culmo adscendente foliisque convoluto-setaceis glabris; panicula contracta subsecunda; glumis membranaceis hyalinis setaceo-attenuatis, flosculo subsessili pubescente subduplo longioribus, superiore paulo minore; valvula non coronata; arista glumis 4-plo longiore in medio flexuosa ad apicem albo-plumosa. ♃ *Cuming* legit in Chili.

39. S. HUMILIS. *Cav.* (Ic. V. t. 466. f. 1.) Radice fibrosa; culmis caespitosis (4—6-pollicaribus) tenuibus glabris; vagina suprema ventricosa vaginante paniculam brevem (vix pollicarem) coarctatam; radiis brevibus glabris; glumis acutissimis flosculo (ex icone 2—3-lineali) triplo longioribus; arista prope basin nuda et recta, superne pilis candidissimis usque ad geniculum pennata ultra geniculum nuda recta. Patagonia.

40. S. SPECIOSA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 45.) Radice fibrosa; culmis simplicibus (pedalibus) nodisque glabris; vaginis radicalibus scariosis; ligula brevi truncata; foliis filiformi-convolutis pungentibus (1—3-pollicaribus) glabris; paniculae (2—4-pollicaris) contractae depauperatae vaginatae radiis subbinis, altero paulo supra basin altero superius spiculam fovente; glumis acutis hyalinis subaequalibus 10—12-linealibus valvula exteriore tota pubescente vel sericea subduplo longioribus; arista mox caduca a basi ad geniculum candide plumosa, infra medium recurvata superne nuda 1½—2-pollicari; antheris nudis. Chili.

41. S. PLUMOSA. *Trin.* (l. c.) Culmo (2-pedali) nodisque glabris; vagina suprema paniculam vaginante; ligula margo angustissimus utrinque obtuse auriculatus; foliis angustis; paniculae contractae (5-pollicaris) radiis 2—5-nis aliis paulo supra basin aliis superne floriferis; glumis subulatis subaequalibus valvula inferiore bilineali ⅓—duplo longioribus; arista caduca tota brevi-plumosa, paulo infra medium recurva basi glabra pollicari; antheris nudis. Chili.

42. S. CILIATA. *Scheele.* (Linn. XXII. 342.) Radice fibrosa caespitosa; culmo simplici striato (1½-pedali) binodi glabro, inferne teretiusculo; foliis involutis uni-nerviis sulcatis acutato-subulatis utrinque hispidis pulcherrime ciliatis, radicalibus nodum summum attingentibus; folio florali involucrali subaequante paniculam ramosam subsecundam laxam, radiis inferioribus binis bifloris, superioribus solitariis unifloris; spiculis pedunculatis sparsis unifloris, pedunculis brevioribus; glumis subaequalibus concavis hyalinis lanceolatis cuspidatis glabris, dorso trinerviis, quam valvulae dimidio longioribus; flosculo lanceolato basi sericeo apice calloso lacero fimbriato; arista torta inferne sericeo-pubescente, superne scabra glumas quadruplo superante. Texas.

§. 3. Neostipa. *Trin. Rupr.* Glumae parum inaequales 4½—9-lineales interdum coloratae; flosculi ecoronati; aristae nudae scabrae vel pubescenti-plumosae 1—3½-pollicares. Species Australasicae.

43. S. CRINITA. *Gaudich.* (*Freyc.* it. 407.) Radice fasciculato-fibrosa; culmis caespitosis (1—1½-pedalibus) erectis simplicibus vaginis tenui-pubescentibus tectis; ligula brevi in fimbrias soluta; foliis setaceo-convolutis rigidis scabris (4—7-pollicaribus); paniculae basi involucratae (fere pedalis) contractae confertiflorae radiis pluribus subfastigiato-semiverticillatis a basi vel superne floriferis; glumis hyalinis subinaequalibus longe acuminatis flosculo 1½-lineali pubescenti-sericeo sub-3-plo longioribus; arista caduca tenui inferne parum torta infracta subflexuosa scabra 1½—2-pollicari; anthera apice seticulosa. N. Holl.

44. S. LAEVICULMIS. *Nees.* (*Lehm.* Pl. Preiss. II. 99.) Culmo apice nudo; vaginis internodiis brevioribus apice dehiscentibus glabris laevibus; foliis convoluto-ffliformibus, inferioribus elongatis (fere pedalibus) supremis minimis omnibus laevibus, nodis canescenti-scabris; ligula brevissima; glumis linearibus setaceo-acuminatis flosculo (4-lineali) paulo longioribus, inferiore paulo minore; panicula contracta. ♃ Ins. Van Diemen.

45. S. COMPRESSA. *R. Brown.* (Prodr. p. 175.) Culmo compresso vaginisque glabris laevibus; foliis involutis; ligula elongata nuda subincisa; flosculis sericeis; aristis nudis longissimis rectiusculis. Variat: culmo minore (vix pedali) stricto hinc angulo acuto illinc sulcato notato; vaginis compressis; panicula contracta basi vaginata; glumis pallidis (6‴ longis); arista 4-pollicari, medio parum inflexa, hinc denuo recta. S. compressa *β* minor. *Nees.* in *Hook.* Lond. journ. II. 414. N. Holl.

46. S. LONGEARISTATA. *Steud.* Radice fibrosa; foliis radicalibus fasciculatis laevibus convolutis rigidulis culmo brevioribus; culmo tereti fere toto vaginis tecto (6—7-pollicari) vaginis ampliatis foliatis laxiusculis margine tenui membranaceis ciliatis, suprema paniculae basin involvente; ligula magna divisa et denticulata; panicula culmo longiore (pedali), radiis semiverticillatis glabris; glumis lanceolatis inaequalibus viridibus nervosis glabris longe (subhyalino) acuminatis longiore (9‴ breviore, 7‴ longa) valvulas tenui sericeo-pilosas plus duplo superante; aristis longissimis (5″ et ultra) inferne tortis torsionibus bicoloribus (flavido et brunneo variis) geniculatis, supra geniculos rectis scabriusculis caeterum undique glabris. Forsan praecedentis var. *Urville* legit ad Port. George N. Holl.

47. S. FLAVESCENS. *Labill.* (N. Holl. I. t. 30.) Culmis teretibus rectis (1½—3-pedalibus); nodis brevissime pubescentibus; vaginis ligulaque brevissima truncata uti folia involuta glabris; paniculae (½-pedalis) contractae densissimae radiis pluribus adpressis a basi vel superne floriferis; glumis longe acuminatis flosculo 3½—4-lineali toto rufescenti-barbato parum longioribus; arista subpersistente tortili flexuosula superne geniculata scabra vix bipollicari; anthera nuda. Variat? vaginis inferioribus

pubescentibus; ligula ciliata. S. flavescens *R. Br.* an diversa? N. Holl.

48. S. CAMPYLACHNE. *Nees.* (*Lehm.* Pl. *Preiss.* II. 99.) Culmo compresso, geniculis subsericeis; foliis convoluto-filiformibus vaginisque scabris, his ore utrinque barbatis; ligula ovata; panicula angusta basi vaginata; radiis capillaceis scabris 3—4-nis oligostachyis; glumis lanceolatis setaceo-acuminatis 3-nerviis scabris (medio purpurascentibus); flosculo sericeo; aristis infra geniculum tenuissime pubescentibus. ♃ N. Holl. occ. austr.

49. S. TERETIFOLIA. *Steud.* Culmo tereti (basi) foliato (1½—2-pedali) foliisque glaberrimis, his convoluto-teretibus firmis culmo parum brevioribus; paniculae contractae (4—5-pollicaris) radiis abbreviatis solitariis-ternis 1—2-floris, glumis aequalibus hyalinis uninerviis acuminatis flosculo parum longioribus (5''' longis) glabris; valvulis basi pilis coalitis sericeis adpressis superius pilis patentibus munitis, arista subpersistente basi parum tortili, geniculata ad apicem usque piloso-scabra pollicari. Legit *Urville* ad Western Port.

50. S. DRUMMONDII. *Steud.* Culmo erecto tereti cum geniculis glabris (infra paniculam vix ultra ½-pedali) firmo vaginis tecto; vaginis inferioribus scabris, superioribus glabris, suprema paniculae basin includente; ligula membranacea obtusa; foliis e vaginae ore subtruncato convolutis canaliculatis setuloso scaberrimis rigidis rectis culmum sine panicula aequantibus; panicula elongata culmum longitudine superante, radiis verticillatis capillaribus compressiusculis glabris subpaniculato polystachyis; glumis lanceolatis apice hyalino acuminatis 3—5''' longis tenuissime 3—5-nerviis laevibus glabris; flosculo aristis duplo breviore piloso; arista flosculo multoties longiore (2-pollicari) leviter geniculata, usque ad geniculum torta et pilosa. *Drummond* Coll. IV. nr. 578. Australasia.

51. S. TENUIFOLIA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmo stricto tereti tenui glabro (pedali) vaginato; vaginis arctis plus minus margine ciliatis apice (fasciculatim) pilosis, caeterum glabris, scabriusculis vel laeviusculis; foliis filiformi convolutis canaliculatis laeviusculis culmum sine panicula plus minus aequantibus; panicula laxa (usque fere pedali) radiis pauci-verticillatis capillaribus 1—4-floris, subcurvatis; glumis subaequalibus fusco-coerulescentibus obscure 3—5-nerviis apice acuminatis albo-hyalinis; flosculo dense piloso; arista elongata (3-pollicari et ultra) flosculum multoties superante mox supra basin geniculata ad geniculum usque torta et pilosa. *Drummond* Coll. IV. 391. N. Holl.

52. S. RUDIS. *Spr.* (Cur. post. 31.) Culmis caespitosis (1½-pedalibus) ad nodos tenuissime pubescentibus; ligula subnulla; foliis subfiliformibus (6—10-pollicaribus); paniculae basi vaginati (4—5-pollicaris) depauperatae radiis binis supra basin vel altius floriferis; glumis paulo inaequalibus (inferiore 6—7-lineali) apice suberosis, valvulis 3½—4-linealibus scabris non ad apicem usque pubescentibus; arista subpersistente tortili flexuosa, infra geniculum scabriuscula vel glabrescente subbipollicari. S. pubescens. *Sieb.* Agr. N. Holl. nr. 66. an? *R. Br.* N. Holl.

53. S. COMMUTATA. *Trin. Rupr.* (Stipac. 49.) Radice fibrosa: culmo erecto (3—4-pedali) nodis glabris; ligula brevissima truncata; foliis subfiliformi involutis erectis glabris (pedalibus); paniculae laxiusculae (6—9-pollicaris) exsertae radiis binis a basi et superius floriferis; glumis paulo inaequalibus (inferiore 8—10-lineali) obtusis vel erosis; valvulis 4½—5-linealibus scabris non ad apicem usque pubescentibus; arista sero caduca tortili flexuosa infra geniculum scabra vel brevissime pubescente sub-3-pollicari; antheris nudis. S. pubescens *Sieb.* l. c. nr. 59. an *R. Br.* (an eadem ac sequens?) N. Holl.

54. S. SETACEA. *R. Br.* (Prod. p. 174.) Foliis involutis vaginisque glabris; ligula elongata integra geniculisque nudis; glumis setaceo-acuminatis laevibus; arista geniculata nuda. N. Holl.

55. S. PUBINODIS. *Trin. Rupr.* (Stipac. 50.) Culmo erecto (2½-pedali) simplici glaberrimo; nodis albo-pubescentibus; vaginis inferioribus pilosulo-scabriusculis, suprema glabra involucrante paniculam (7—10-pollicarem) contortam; radiis pluribus, aliis non longe a basi aliis a medio floriferis; glumis acutissimis inaequalibus 3-nerviis splendentibus, inferiore 9—8- superiore 6—8-lineali; valvula inferiore 6-lineali marginibus ad apicem usque pilosula; arista 3-pollicari persistente flexuosa medio recurva, infra geniculum brevissime pubescente; antheris nudis. Terra Van Diemen.

56. S. PUBERULA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmo tereti erecto simplici striato cum vaginis foliisque tenuissime densiuscule pubescentibus; vagina ore subauriculata, foliis immediate e vagina convoluto setaceis culmo (pedali et ultra) brevioribus vel partim aequalibus; ligula vix ulla; vagina summa ampliata vix pubescente basin paniculae amplectente; panicula erecta subcontracta (½-pedali et ultra), radiis verticillatis divisis basi nudis, radiolis ultimis unifloris; glumis parum inaequilongis 3-nerviis margine et apice hyalino membranaceis 2—3-linealibus flosculum pubescentem parum superantibus, inferiore apice bifida, lobis setulosis cum setula intermedia parum longiore, superiore simpliciter setulosa; arista basi contorta puberula flosculum 6-ies superante (pollicari vel parum longiore). Hrbr. *Drummond* coll. IV. nr. 379. N. Holl.

57. S. SEMIBARBATA. *R. Br.* (Prodr. 174.) Radice fibrosa; culmo erecto (1½-pedali) simplici, nodis brevissime pubescentibus; vaginis puberulis superioribus glabris ad ligulam dense barbatis; foliis lineari-convolutis filiformibus scabriusculis; paniculae exsertae coarctatae (5-pollicaris) radiis sub 3-nis a basi vel superius floriferis; glumis acuminato-subulatis paulo inaequalibus 8—10-linealibus; valvulis 4½-linealibus pilosulis; arista sub-3-pollicari persistente torta flexuosula, supra geniculata, ad geniculum usque brevi-plumosa; antheris paucisetosis. ♃ Terra Van Diemen.

58. S. MOLLIS. *R. Br.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo erecto (2—3-pollicari) simplici; nodis glabris; foliis (4—14'' longis, 1''' latis) plerumque convolutis glabris vel apice pilosulis; vaginis pilosulis suprema vaginante basin paniculae 8—10-pollicaris contractae, radiis 5-nis a basi vel superius floriferis; glumis membranaceis glabris subinaequalibus 9—10-linealibus acuminatis; valvulis 3—4-linealibus pilosulis; arista persistente subtorta flexuosa longe ultra medium usque brevi-plumosa 3½-pollicari; antheris breve-barbatis. *Sieb.* Agr. nr. 60. N. Holl.

59. S. ELEGANTISSIMA. *Labil.* (N. Holl. I. t. 29.) Culmo ramoso sublignoso (3—4-pedali); vaginis ampliatis; ligula membranacea lineali; foliis setaceo-involutis (2—4-pollicaribus); paniculae (6—7-pollicaris) demum patentis radiis 3—4-nis circiter a medio floriferis plumosis; glumis lineari-lanceolatis pilosulis subinaequalibus valvula 3—3½-lineali ⅓—¼ longioribus; arista persistente torta recta ultra pollicari; antheris barbatis. ♃ N. Holl.

60. S. SCABRA. *Lindl.* (*Mitchell* Jour. Austral. 31.) Culmo longiore foliis scabro-pilosis involutis, geniculis pubescentibus; ligula oblonga subciliata; aristis medio glumis setaceo acuminatis glabris, valvulis pubescentibus basi villosis. N. Holl. tropica.

61. S. STRIATA. *Link.* (H. Berol. p. 98.) Foliis planis striatis antrorsum scabris (1—2''' latis); vagina striata laevi; ligula truncata; panicula simplici; glumis subaequalibus longe acutatis, exteriore 6-lineali; flosculo nigro-fusco, pilis erectis; arista gyris laxis semel fracta 6—8-lineali tota scabra. (*Trin.* et *Rupr.* ad sect. §. 5 ducunt. ♃ Australasia?

§. 4. Schizachne. *Trin.* Glumae subulato-mucronatae, inferior apice integra, superior bi- vel pluri-dentata flosculum subaequans.

62. S. PARVULA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 169.) Digitalis; culmis e radice fibrosa tomentosa fasciculatis a basi divisis; foliis complicato setaceis (pollicaribus) glabris, vaginis ore barbatis; paniculae depauperatae radiis 1—2-nis patulis vel divaricatis a basi spiculis brevipedicellatis obsessis; glumis coloratis inaequalibus, inferiore 2-lineali apice setigera, superiore 3-lineali sub apice 2-dentata setigera flosculum laevem aequante; callo barbato superne longe piloso; valvula superiore $^1/_2$-lineali; arista horizontaliter reflexa 5—6-lineali scabra basi torta; antheris nudis. Afr. austr.

63. S. SPICA VENTI. *Godron.* (Fl. juv. 41.) Culmis caespitosis rigidis (6-pedalibus et ultra) ad nodos glabris; foliis viridibus planis elongatis erecto-patulis longe acuminato-subulatis margine scabris; ligula brevi truncata lacera; vaginis albo-marginatis; racemo maximo (1—$1^1/_2$-pedali) patulo nutante ramosissimo; radiis tenuissimis asperis ad nodos breviter barbatis subverticillatis multifloris; spiculis pedicellatis parvis alternis; glumis parum inaequalibus quam valvulae duplo longioribus membranaceis albidis carinatis uninerviis glabris lineari-acuminatis breviter aristulatis; valvula exteriore fusiformi basi pilis albis adpressis barbata et coronula longiuscula laevi oblique truncata donata; arista aspera ($1^1/_2$″ longa), versus basin tortili geniculata et flexuosa. ♃ Ex seminibus peregrinis sponte Monspelii.

§. 5. Eustipa. Glumae saepe decolores hyalinae interdum valde inaequales 4—21-lineales; flosculi apice nudi vel coronulati; aristae nudae vel holosericeae pennatae elongatae (rarius 3 pollicibus minores, saepe 12-pollicares). Species zonae temperatae haemisphaerii borealis, una capensis.

* *Aristis nudis, vel brevi aut adpresse pubescentibus.*

64. P. LEUCOTRICHA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 34.) Culmis erectis (1—2-pedalibus), nodis deorsum albo barbatis; foliis (6—8-pollicaribus) lineari-convolutis filiformibus; paniculae (3—4-pollicaris, basi plerumque vagina ampliata inclusa) pauciflora; radiis inferioribus binis erectis apice 1—2-floris; glumis acuminatis subaequalibus 6—7-linealibus nervosis (pallide viridibus vel hinc inde coloratis); valvula exteriore 4—5-lineali ad callum et nervum dorsalem ultra medium candide barbata caeterum undique papilloso-scaberrima, apice in coronulam fere linealem pilis obsitam terminata; arista subpersistente torta superne flexuosula dein geniculata $2^1/_2$-pollicari; antheris penicillato-barbatis. Texas.

65. S. AVENACEA. *Lin.* Culmo erecto (2—3-pedali) glabro; ligula membranacea emarginata; foliis inferne scabris supra glabris (inferioribus 4—6, superioribus 1—2 pollices longis, vix lineam latis); paniculae pauciflorae radiis inferioribus binis erectis apice 1—2-floris; glumis acutis aequalibus $4^1/_2$-linealibus pallide viridibus; valvula exteriore 4-lineali excepto callo ferrugineo barbato glabra subtilissime striata sursum scabra; arista subpersistente torta semel vel bis geniculata $1^1/_2$—$2^1/_2$-pollicari, scabra ad basin breve hirsuta. S. barbata. *Michx.* S. bicolor. *Pursh.* S. virginica. *Pers.* ♃ Am. sptr.

Podopogon *Rafin.* cum diagnosi: calyx biglumis concavus; corolla stipitata biglumis, aequalis, gluma exterior arista spirali donata; styli 2; semina cylindrica. *Seringe* Bull. bot. p. 221.

66. S. RICHARDSONII. *Link.* (H. Berol. II. 245.) Culmo $1^1/_2$—3-pedali; vaginis glabris; ligula subnulla; foliis pluribus radicalibus convoluto-filiformibus scabriusculis (3—4-pollicaribus, culmeis brevioribus); paniculae pauciflorae radiis inferioribus binis divaricato-patentibus inferne nudis versus apicem 2—6-floris; glumis acutis subaequalibus hyalinis, valvulam 2—3-linealem hirsutam aequantibus; arista subpersistente torta geniculata 8—10-lineali; antheris barbatulis. ♃ Am. bor. occ.

67. S. VIRIDULA. *Trin.* (*Rupr.* Stipac. 57.) Radice fibrosa; culmo stricto (2—3-pedali) deorsum scabro, nodis glabris; ligula brevi obtusa; foliis involutis acuminatis deorsum scabris (5—8-pollicaribus); paniculae lineari-contractae (7—8-pollicaris) radiis 2—3-nis erectis aliis supra basin aliis superius floriferis; glumis subaequalibus 3—$4^1/_2$-linealibus in setulam acuminatis, valvula hirsuta $2^1/_2$—3-lineali apice pilis coronata; arista demum caduca torta flexuosula subpollicari; antheris nudis. S. parviflora. *Nutt.* (non *Desf.*) S. Nuttalliana. *Steud.* ⊙ Am. sptr.

68. S. CONFERTA. *Poir.* (Enc. supl. V. 252.) Culmo erecto glabro tereti (2—3-pedali); foliis planis dein convoluto-subulatis glaberrimis rigidis elongatis, vaginarum ore membranaceo; folio supremo spathaceo; panicula conferta (8—10-pollicari); spiculis pedicellatis; glumis elongato-acuminatis; valvula basi pubescente; arista glaberrima recta inferne tortili calyce triplo et ultra longiore. An eadem ac praecedens? sec. *Trin.* an S. Caragana. *Trin.* l. c. sec. *Ledeb.* ♃ — —

69. S. SIBIRICA. *Lam.* (Ill. 158.) Radice fibrosa; culmo erecto ($1^1/_2$—3-pedali) superne scabriusculo, nodis glabris; vaginis scabriusculis; ligula brevissima truncata; foliis planis vel involutis (8—12″ longis, 1—2‴ latis) laevibus; paniculae (8—12-pollicaris) contractiusculae radiis 3—5—7 plus minus superius floriferis; glumis acutis vel acutiusculis subaequalibus, valvulas $2^1/_2$—$3^1/_2$-lineales villosas parum excedentibus; arista persistente geniculato-flexuosula, pubescenti-hispidula 9—10-lineali; antheris barbatis. Avena sibirica. *Lin.* ♃ *Gmel.* sib. I. t. 22. Sibiria.

70. S. BUNGEANA. *Trin. Rupr.* (Stipac. 61.) Caespitosa glaucescens; culmo simplici (1—2-pedali) erecto vel basi geniculato nodisque glabris; foliis setaceis firmulis plerumque recurvis glabris (1—2″ — culmeis, 4—7″ — radicalibus longis) paniculae (5—8-pollicaris) contractae (vel patulae) radiis 3—4-nis paulo supra basin vel medium floriferis; glumis subulatis vix inaequalibus 4—6-linealibus membranaceis albidis 3-nerviis; valvulis ultra 2-linealibus seriatim — basi circumcirca — pubescentibus, inferiore tenuissime punctulata superne aculeolata; arista nuda subcaduca infra medium recurva $2^1/_2$-pollicari; antheris nudis. ♃ China boreal.

71. S. PARVIFLORA. *Desf.* (Fl. Atl. t. 29. ic. minus bona.) Radice fibrosa, caespitosa; culmo simplici gracili (1—2-pedali) glaucescente nodisque glabris; vaginis inferioribus tenuissime pubescentibus ad oras piloso-barbatis, superioribus glabratis; ligula rotundata brevi; foliis angustissimis involutis subfiliformibus rigidulis ($1^1/_2$—5-pollicaribus); paniculae (6—10-pollicaris) laxae lucidae radiis 3-nis (—6-nis *Trin.*) infra vel supra medium floriferis; gluma inferiore quam superior subduplo longiore, acuminata, superiore obtusiuscula sublacera, utraque e viridi-amethystino et albo variae; valvula subultra bilineali undique pubescente quam gluma inferior paulo breviore; arista caduca infra tortili $2^1/_2$—4-pollicari. S. Bergeri. *Link.* S. gigantea *Hrbr.* arab. un. it. nr. 102. ♃ Eur. austr. Arab.

72. S. CAPENSIS. *Thunb.* (Fl. cap. p. 106.) Radice fibrosa; culmo erecto ($^1/_2$—1-pedali) tenui inferne ramoso nodisque glabris; ligula brevissima truncata; foliis angustissimis inferne planis mox convolutis (1—2″ longis, vix $^1/_2$‴ latis) dorso glabris, intus scabriusculis; paniculae contorto-linearis radiis 3—4-nis paulo supra basin floriferis brevibus; glumis subinaequalibus membranaceo-hyalinis setaceo-acuminatis duplo longioribus valvulis vix 3-linealibus villosulis; arista (aegre) caduca valde tortili flexuosa

$2^1/_2$—3-pollicari brevissime pilosa; antheris pauci-barbatis. ⊙ (*Trin.*) ♃ (*Nees.*) Afr. austr.

73. S. JUNCEA. *Lin.* Radice fibrosa; culmis (1—2-pedalibus) nodis vaginisque glabris; ligula decurrente 3—5-lineali; foliis capillaceis filiformibus glabris intus pilosulis (3—9-pollicaribus) glaucis; paniculae (2—12-pollicaris) implexo-contractae radiis binis a medio vel superius floriferis; spiculis 10—15-linealibus; glumis subulatis subinaequalibus $^1/_3$—$^1/_2$ longioribus valvula inferiore 5—6-lineali inferne seriatim pilosula, apicem versus brevissime pilosa; arista caduca tortili flexuosula pubescente vel nuda 3—5-pollicari; antheris barbatis. *Desf.* Fl. atl. t. 28. ♂ ♃? Eur. austr. Afr. bor.

74. S. CAPILLATA. *Lin.* Radice fibrosa; culmo ($1^1/_2$—2- et ultra pedali) scabriusculo, nodis glabris; vaginis scabriusculis vel glabris; ligula nunc brevi nunc 2—4-lineali; foliis plerumque filiformi involutis, (inferioribus 1—$1^1/_2$′ superioribus 5—6″ longis) glabris inferne quandoque complanatis pagina superiore piloso-hirtis; paniculae (8—12-pollicaris) plus minus implexo-contractae radiis subternis fere a basi vel superius floriferis; glumis subulatis herbaceo-membranaceis superne dorso aculeolatis albo splendentibus dimidio longioribus valvula inferiore 5—8-lineali basi seriatim pilosula apicem versus glabra; arista persistente plicata varie inflexa subsexpollicari; antheris nudis. *Host* gram. 3. t. 5. *Rchbch.* Agrost. germ. fig. 1462. ♃ Europa Caucas.

75. S. COMATA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 75.) Paniculae plus minus implexo-contractae radiis subternis, a basi et superius floriferis: glumis subulatis subaequalibus 9—10-linealibus; valvula inferiore 5-lineali undique brevi-pilosa; arista subpersistente tortili plicata et varie inflexa setulosa subsexpollicari; antheris barbatis. Reliqua praecedentis. S. juncea. *Nutt.* S. capillata. *Hook.* Fl. Am. Am. sptr.

76. S. KOTSCHYANA. *Hochst.* (Hrb. *Kotschy* Syriae nr. 112.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis abbreviatis (sine panicula vix ultra 6—7-pollicaribus); ex toto vaginatis; foliis angustis involutis paucis planiusculis (2—5-pollicaribus) glabris; ligula obtusa; vagina suprema longissima fovente paniculam culmum longitudine superantem; radiis 2—3-nis supra basin floriferis; glumis parum inaequalibus angusto-lanceolatis acuminatis (pollicaribus et ultra); flosculo 6-lineali cylindraceo basi dense sursum seriatim piloso caeterum tenuissime puncticulato-scabro; arista caduca longissima (5—8-pollicari) ad medium torta tenuissime pilosa, varie flexuosa. Aleppo.

77. S. EHRENBERGIANA. *Rupr. Trin.* (Stipac. p. 75.) Culmo glabro (sesquipedali); vaginis infimis glabris; foliis radicalibus hinc inde scabris; paniculae (fere pedalis) depauperatae contractae axi radiisque glaberrimis (pedicellis tamen hispidis) solitariis vel binis superne spiculas 1—3 gerentibus; glumis longe subulatis 16-linealibus subaequalibus; valvulis 5-linealibus infra medium densissime seriatim barbatis; arista caduca inferne tortili et holosericea (non pilosa) superne brevi-pilosa sub-6-pollicari. Certe praecedenti simillima, sed tamen diversa videtur. Syria.

78. S. RICHTERIANA. *Karel. Kiril.* (Syllog. Soc. Mosq. 1841 p. 862.) Culmo laeviusculo; foliis convoluto-setaceis rigidis glabris; vaginis inferne scabriusculis; ligula abbreviata ciliata; panicula patula; glumis oblongo-lanceolatis acuminatis setaceo-mucronatis subaequalibus florem tertia parte excedentibus; valvula inferiore a basi supra medium aequaliter pilosa apiceque barbulata, arista bipollicari caduca hirto-puberula octies superata; antheris glabris. Sibir. alt. Desert. Kirgis.

79. S. SPARTEA. *Trin.* (Stipac. p. 68.) Radice fibrosa; culmo stricte erecto ($1^1/_2$—3-pedali) simplici deorsum scabriusculo nodis glabris; foliis fasciculorum involutis culmeis saepe complanatis (plus minus 1‴ latis, 6—7—12″ longis); paniculae (4—6-pollicaris) strictae contractae radiis solitariis vel binis altero vel utroque superius florifero; glumis subulato-acuminatis subaequalibus duplo longioribus valvula inferiore 7-lineali fere ultra medium undique pilosula apice barbatula; arista persistente tortili flexuosa $3^1/_2$-pollicari, pubescenti-hirtula; antheris tenui barbatis. S. robusta. *Nutt.* S. juncea. *Pursh?* ♃ Am. sptr.

80. S. GIGANTEA. *Lagasc.* (Elench. p. 3.) Radice fibrosa; culmo erecto ($1^1/_2$—3-pedali) ima basi ramoso glabriusculo; vaginis scabriusculis suprema paniculam involucrante; foliis involutis (6—9-pollicaribus, expansis 1‴ latis) intus pubescentibus; paniculae laxiusculae (1—2-pedalis) radiis 3—4-nis inferius vel superius floriferis; glumis subulatis subinaequalibus viridibus superne splendentibus subbipollicaribus; valvula inferiore 7—8-lineari inferne seriatim pilosa, apice brevissime aculeolata; arista caduca tortili curvata 8—12-pollicari aspera. ♃ Hispania. Variat: flosculo infra medium non seriatim sed undique dense pubescenti-sericeo; aristae parte inferiore subbipollicari torta, superiore 6—7-pollicari, vel tota 12-pollicari. St. gigantea β. pellita. *Trin. Rupr.* Stipac. 71. S. Lagasca *R. S.* Sicil. Alexandr.

81. S. HOLOSERICEA. *Trin.* (Stipac. p. 71.) Radice fibrosa; culmo erecto ($1^1/_2$—3-pedali) toto vaginato, nodis deorsum pilosulis; ligula acutiuscula; foliis involutis firmis flexuosis sursum scabris (3—10-pollicaribus); paniculae lineari-contractae (7—10-pollicaris) basi involucratae radiis binis altero inferius altero superius florifero; glumis subulatis subaequalibus splendentibus, plus duplo longioribus valvulis 6—7-linealibus, inferne seriatim margineque pilosulis, apice breve barbulatis; arista caduca subtortili flexuosa tota (sub lente) pubescente fere 9-pollicari; antheris nudis vel rarius barbatis. S. pennata β. *Trin.* in *Meyer* En. Cauc. nr. 37. Caucasia.

82. S. CONSANGUINEA. *Trin.* et *Rupr.* (Stipac. p. 78.) Paniculae depauperatae intra vaginam dilatatam coloratam absconditae radiis solitariis vel binis non longe supra basin spiculas paucas gerentibus; glumis acuminatissimis subaequalibus 2—3-plo longioribus valvulis 4-linealibus seriatim pubescentibus et apice coronatis; arista caduca subtortili refracta vel arcuata tota adpresse pubescente 3—4-pollicari; antheris nudis. S. juncea. *Falk.* Beitr. *Bunge* Enum. ♃ Regio Altaica.

83. S. DEMISSA. *Steud.* Radice fibrosa tenuissima caespitifera; culmis erectis (8—15-pollicaribus); vaginis fere undique tectis; foliis planis linearibus angustis ($^1/_2$—$^3/_4$‴ latis, 1—2″ longis) viridibus sparsim pilosis; ligula dentato-fissa; paniculae angustissimae racemosae (2-pollicari) rectae radiis 1—3-nis, 2—4-floris; flosculis angustis bilinealibus; glumis herbaceis puncticulato asperis brevi cuspidatis aequalibus vix longioribus valvulis glabris; arista infra geniculum obscure torta omnino glabra flosculo fere duplo longiore infra apicem valvulae inserta. — Habitus quidpiam alienus, glumis flosculo vix tenuioribus, aristae insertione. ⊙? N. Orleans (Hrbr. *Drumond* nr. 465.).

** *Aristis patenti pilosis vel plumosis.*

84. S. TORTILIS. *Desf.* (Fl. Atl. t. 31. f. 1.) Radice fibrosa caespitifera; culmo (3—10-pollicari) erecto glabro simplici vel ramoso; vagina suprema ampliata paniculam semiamplectente glabrata; inferioribus foliisque linearibus angustissimis planis vel involutis (3—5-pollicaribus) plus minus patenti-pilosis; ligula brevissima; paniculae intorto-coarctatae (3—4-pollicaris) radiis subternis plerumque a basi floriferis; glumis parum inaequalibus hyalinis albo-splendentibus angustissimis longe acuminatis subtriplo longioribus valvula 3—$3^1/_2$-lineali undique subpatenti pilosa; arista ad medium torta ibi geniculata, inferius subpatenti pilosa, sursum scabra (caduca) 3—5-pollicari; antheris barbatis. ♂ Eur. austr. Afr. bor.

85. S. BARBATA. *Desf.* (l. c. t. 27.) Foliis rigidis hinc striatis. planiusculis margine serratis; paniculae depaupe-

ratae contractae radiis inferioribus binis subunifloris; glumis longe subulatis subaequalibus 4-plo longioribus valvula 5—6-lineali supra callum seriatim barbato-pilosa et apice hispida; arista caduca infra geniculum tortili sub-6-pollicari tota patenti pilosa. (Icon. et descriptio autoris vix idonea, diagnosis ex *Trin.* et *Rupr.* l. c. 76.) *Beauv.* Agr. t. VI. fig. 2. Afr. bor.

86. S. CASPIA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 440.) Glauca; foliis convoluto-setaceis laevibus raro vix scabriusculis; glumis lanceolatis flosculum superantibus subaequalibus; arista valvulae inferioris undique pilosa geniculata. (An planta praecedens *Trinii* nec *Desfont?* sec. *C. Koch.* S. Szowitziana. *Trin.* sec. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross.) Ad mare caspic.

86b. S. HISPANICA. *Trin. Rupr.* (l. c. sub: S. barbata ?.) Culmo cum aristis vix pedali nodis omnibus obtectis; foliis (bipollicaribus) setaceo-involutis curvatis rigidis pungentibus versus basin sub lente asperulis vel totis glabris; glumis (exceptis apicibus) hyalinis spadiceis; flosculo 4—5-lineali ultra medium usque seriatim pilosulo versus apicem hispido; arista 4—5-pollicari bis flexa, a basi ad geniculum breve-pubescente dein patenti-pilosa. (Vix praecedentis — cui quoad reliquas notas respondet — var.) Hispania.

87. S. ARABICA. *Trin. Rupr.* (l. c. 77.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto ($1\frac{1}{2}$—2-) pedali (basi) tenuissime pubescente nodis purpurascentibus; ligula elongata acuta; foliis involutis rigidulis solutis minimis (sub lente valida conspicuis) retrorsum asperis; paniculae contractae radiis (binis) a basi vel superius paucifloris; glumis longe subulatis hyalinis subaequalibus fere 3-plo longioribus valvula 4—5-lineali ultra medium usque undique brevi-adpresso-pilosa; arista caduca inferne torta holosericeo- superne patenti-pilosa 3—4-pollicari; antheris nudis. S. barbata *Hrbr. arab. un. it.* nr. 107. Arabia.

88. S. SZOWITZIANA. *Trin.* (Enum. Hohenack. p. 15.) Rhizomate fibrosa; culmo laevi; foliis convoluto-setaceis inferne vaginisque laevibus, imis brevissime puberulis, superiorum ligula producta, inferiorum obsoleta; glumis lineari-lanceolatis aristato-acuminatis subaequalibus, florem ter fere superantibus; valvula inferiore seriatim dense pilosa, arista quadripollicari caduca a basi plumosa superne arcuata octies superata, pilis versus aristae basin sensim brevioribus, antheris glabris. S. orientalis. *C. A. Meyer* Ind. cauc. 14. S. Meyeriana. *Trin. Rupr.* l. c. 78. (cfr. S. Hohenackeriana et caspia.) ♃ Caucas.

89. S. ORIENTALIS. *Trin.* (Stipac. p. 78.) Radice fibrosa; culmo erecto (6-pollicari) nodisque glabris; vagina suprema dilatata (colorata) paniculam involvente; ligula acuta brevis; foliis setaceis firmis (3—4-pollicaribus); paniculae (2—3-pollicaris) subintorto-contractae radiis solitariis vel binis non longe supra basin paucifloris; glumis acuminatissimis subaequalibus (viridibus seu amethystinis) 7—10-linealibus; valvulis $3\frac{1}{2}$-linealibus seriatim pilosulis; arista caduca tortili plicata tota plumosa bipollicari; antheris nudis. *Ledeb.* Fl. alt. t. 223 (mediocris). ♃ Regio altaica.

90. S. LESSINGIANA. *Trin. Rupr.* (l. c. 79.) Foliis strictis paniculam attingentibus depauperatam vagina inclusam; radiis subsolitariis 1—2-floris; glumis acutissimis subaequalibus subduplo longioribus valvulis 4—5-linearibus ad apicem usque undique pubescenti-pilosulis; arista caduca 5—6-pollicari a basi ad geniculum obscurum usque glaberrima torta, dein breve et arrecte plumosa; antheris nudis. Orenburg.

91. S. HOHENACKERIANA. *Trin. Rupr.* (l. c. 80.) Paniculae angustae contractae radiis inferioribus binis 1—2-floris; glumis longe subulatis subaequalibus pollicaribus; valvula exteriore 5-lineali usque ad medium subserialiter pilosula; arista serius caduca arcuata a basi ad geniculum usque nuda dein breve et arrecte plumosa sub-5-pollicari; antheris nudis. (Caeterum S. pennatae proxima.) S. Szowitziana. *Trin.* sec. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. Caucasia.

92. S. PENNATA. *Lin.* Radice fibrosa; culmo simplici (1—$1\frac{1}{2}$-pedali) erecto glabro ad nodos brevissime pubescente; vaginis laxis glabris; foliis filiformibus intermixtis planis (1''' latis, longitudine varia 3—15'' longis); paniculae (4—5-pollicaris) angustae contractae radiis binis vel solitariis 1—3-floris; glumis longe subulatis subaequalibus (cum subula ultra bipollicaribus); valvula inferiore sub-8-lineali circiter ad medium usque subseriatim- margine ad apicem usque pilosa; arista (serius) caduca 6—12-pollicari subflexuosa a basi ad geniculum glaberrima dein longe divaricato-plumosa. *Host.* gram. IV. t. 33. *Reichb.* Agr. ger. fig. 1463. *Beauv.* Agr. t. VI. f. 4. ♃ Eur. austr. Afr. bor. Caucas. Sibir.

93. S. PULCHERRIMA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 440.) Foliis involuto-setaceis ex apice saepe planis; panicula multiflora a vagina tota inclusa et ab ejus lamina superata; glumis 2—3-pollicaribus 7-nerviis; valvula inferiore seriatim et ex parte inferiore pubescente; arista pedali et ultra, ex parte inferiore tertia tortili, scabriuscula, caeterum glabra, demum saepe bigeniculata ex parte superiore hirsuta. An prioris var? S. pennata. *Lin.* sec. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. Caucasia.

§. 6. Aristella. *Trin.* Panicula depauperata racemosa; aristae rectae non tortae breves.

94. S. ARISTELLA. *Lin.* Radice fibrosa; culmo (2—3-pedali) erecto scabriusculo nodis glabris; ligula brevissima truncata; foliis setaceo-involutis vel planiusculis (vix lineam latis, 2—7-pollicaribus); paniculae linearis contractae (3—9-pollicaris, 3—4''' latae), radiis axi adpressis 1—3-nis scabriusculis paulo supra basin vel altius floriferis; glumis (sub-) aequalibus prominule 3-nerviis 3—4-linealibus acutis vel acuminatis parum longioribus valvula inferiore glumis paulo firmiore superiorem arcte involvente sub apice hyalino aristam articulatam rectam non tortam vix semipollicarem sustentante. *Host.* gram. IV. t. 34. *Rchb.* Agr. germ. f. 1461. *Kunth* Supl. t. XII. f. 3. Aristella bromoides. *Bertol.* Fl. it. I. 690. ♃ Europ. Tauria.

95. S. PROLIFERA. *Steud.* Culmo simpliciter- vel prolifero-ramoso uti tota planta glabro pallide glaucescente ($1\frac{1}{2}$-pedali); vaginis adpressis; foliis setaceo-involutis ($1\frac{1}{2}$—4'' longis); panicula abbreviata depauperata racemosa (vix ultra pollicari); radiis capillaribus solitariis vel binis; glumis subaequalibus basi herbaceis sursum hyalinis acuminatis 4-linealibus; flosculo glabro ($2\frac{1}{2}$-lineali) in pedicello tenuissimo articulato, apice in aristam rectam brevissimam (vix 4-linealem) basi pilis patentibus munitam apice nudam terminato. (Specimina tantum duo imperfecta legit *Kotschy*, sed species distinctissima praecedenti affinis.) ♃ Nubia.

§. 7. Orthoraphium. *Nees.* Flosculo glumis paulo longiore, arista recta.

96. S. ORTHORAPHIUM. (*Steud.*) Culmo erecto (2-pedali) nodisque et vaginis glabris; ligula chartacea obtusa; foliis linearibus (1''' et ultra latis, fere pedalibus) interdum convolutis acuminatis glabris; paniculae 8—9-pollicaris) depauperatae lineari-contractae radiis sub-3-nis remotis adpressis 1—2-floris; spiculis 4—5-linealibus lanceolatis; glumis inaequalibus membranaceis obtusiusculis margine albidis (non scariosis) valvula inferiore glumis paulo longiore lineari lanceolata versus basin pubescente ex apice in aristam subarticulatam rectam non tortam $\frac{1}{2}$-pollicarem elongata. Orthoraphium Roylei. *Nees* Ann. of n. h. 1841. 221. ♃ Ind. or.

Character generis: Panicula, radiis paucifloris; spiculae uniflorae; glumae 2 convexae chartaceo-membranaceae plurinerviae; flosculus callo barbato hinc depresso-plano insertus bivalvis chartaceus; valvula inferior plurinervis convoluta apice attenuata in subulam con-

tinuam non articulatam neque contortam; superior brevior, binervia dorso convexa; lodiculae 3 membranaceae, postica elongata ovario duplo longior.

§. 8. Lasiagrostis. *Link.* Valvula inferior glumis paulo firmior (nec tamen coriacea) apice bidentata; arista raro plerumque vix torta.

* Leptanthele. *Trin. Rupr.* Spiculae fere 3-lineales; arista subpollicaris piloso-sericea torta et geniculata.

97. S. MONGHOLICA. *Trin.* (Act. Petr. 1836. in Stipac. p. 87 sub: Lasiagrostis.) Radice fibrosa; culmo gracili simplici erecto (2—3-pedali) nodisque glabris; vaginis deorsum scabriusculis, ligula obtusa; foliis tenuissime filiformibus deorsum asperis (1—8-pollicaribus); paniculae laxissimae (3—4-pollicaris) pauci- (12—16-) florae (e viridi, purpureo et albo variegatae) radiis 1—2-nis capillaribus patentissimis; glumis obtusis subaequalibus apice (sub lente) tenero-pilosulis valvulas $2^1/_2$-lineales inferne pilosulas aequantibus; arista persistente tortili flexuosa medio incurva tota lanata sub-10-lineali; antheris nudis. S. filiformis. *Turezn.* in herb. *Ledeb.* Ptilagrostis mongholorica *Ledeb.* Fl. ross. XIII. 447. ⊙ Mongholia.

** Lasiagrostis. *Link.* Spiculae 1—3-lineales, arista vix semipollicaris nuda vix torta.

98. S. DREGEANA. *Steud.* Culmo stricto erecto simplici (2—3-pedali) glabro; vaginis (sursum) scabris; ligula tenui-membranacea obtusa demum incisa; foliis planis erectis acuminatis (pedalibus, 4—5 lineas latis, supremis 4—6-pollicaribus); paniculae angustae (pedalis et ultra) internodiis longis, radiis brevibus a basi divisis; glumis setaceo-acuminatis inferiore paulo longiore; flosculo hirsuto pilis incumbentibus valvula brevioribus; arista flosculo (2-lineali) 2—3-plo longiore; antheris basi apiceque bimucronatis, mucronulis apice setuligeris, setula caduca. Lasiagrostis capensis *Nees* Fl. Afr. austr. 167. ♃ Pr. b. sp.

99. S. ELONGATA. *Nees.* (l. c. sub: Lasiagrostis.) Paniculae ramis elongatis fasciculatis longius a basi divisis; glumis setaceo-cuspidulatis scabris, inferiore paulo breviore; flosculo $2^1/_2$-lineali pubescente; arista flosculo duplo et ultra longiore; antheris basi et apice bimucronulatis esetis. Caetera praecedentis, cujus var. sec. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 89.) Stipa laxa. *Portenschl.* Hrbr. Vind. ♃ Afr. austr.

100. S. SPLENDENS. *Trin.* (in *Spr.* N. E. II. p. 54.) Radice crasse fibrosa; culmo erecto simplici (3—4-pedali) nodisque et vaginis glabris; foliis plus minus involutis (planis $1^1/_2$''' latis, 10''—2', supremo 3—5'' longis) extus glabris intus scabriusculis; paniculae contractiusculo-laxae (12—15-pollicaris) radiis 4—5-nis plus minus superius floriferis; glumis acutis superiore ($^1/_4$—$^1/_5$) longiore, valvulas bilineales villosulas vix superante; arista persistente aequa rectiuscula 3—4-lineali; antheris barbatis. Stipa altaica. *Trin.* in *Ledeb.* ic. fl. alt. t. 222. ♃ Reg. Altaic. Mongol.

101. S. AUSTRALIS. (*Zoll.* et *Moritzi* En. pl. Jav. 101. Hrbr. nr. 1916 sub: Lasiagrostis.) Culmis e radice plurimis strictis glabris basi subpubescentibus, vaginis striatis; ligula lacera; foliis convolutis; panicula contracta nutante; glumis lanceolatis acuminatis hyalinis, carina viridi extus aspera; valvulis basi villosis, exteriore infra medium dorsi aristata, apice bifida; arista valvulis duplo longiore. ♃ Java.

102. S. CARAGANA. *Trin.* (*Eichw.* pl. rar. Casp. t. 40.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui (1—3-pedali) ramuloso cum nodis vaginisque glabris; foliis subsetaceo involutis deorsum asperiusculis vel glabris (6—10'' longis); paniculae laxae lucidae (8—12-pollicaris) radiis subbinis superne floriferis; glumis acutis aequilongis, subasperis fere $^1/_3$ longioribus valvulis aequalibus subultra linealibus; arista valde caduca basi articulata glumis subtriplo longiore; antheris barbatis. S. Redowskii *Trin.* in *Ledeb.* ic. fl. Alt. t. 98 (excl. analysi). ♃ Regio Caspic. Altaica.

103. S. CALAMAGROSTIS. *Whlbrg.* Radice subrepente stolonifera; culmo erecto (2—3-pedali) simplici vel basi ramoso et nodis vaginisque glabris; foliis planis angustis (1—$1^1/_2$''' latis, 8—15-pollicaribus) apice quandoque ex toto involutis; paniculae (3—8-pollicaris) densiusculae subcontractae radiis 5—7-nis longius supra basin floriferis; glumis acutis parum inaequalibus (viridi-albis quandoque purpurascenti-variis) paulo longioribus; valvula inferiore bilineali tota praesertim lateribus longe villosa; arista persistente aequa recurva 4-lineali; antheris brevi-barbatis. Agrostis Calamagrostis *Lin.* Achnatherum Calamagrostis *Beauv.* Agr. t. VI. f. 7. Calamagrostis speciosa *Host.* gram. IV. t. 45. Arundo speciosa *Schrad. Germ.* t. 4. f. 8. Lachnagrostis Calamagrostis *Link.* ♃ Europ. austr.

§. 9. Macrochloa. *Kunth.* Spiculae 9—12-lineales; arista longa nuda vel inferne barbata manifeste torta et geniculata.

104. S. TENACISSIMA. *Lin.* Radice subrepente crasse-fibrosa; culmo scabriusculo (2—3-pedali) basi ramoso ad nodos pubescente; vaginis fauce tomentosis, ligula brevi dense villoso-ciliata, utrinque in subulam 2—4-linealem excurrente; foliis filiformibus (8—12-pollicaribus) glabris; paniculae densae coarctatae (7—11-pollicaris) radiis 3—5-nis fere a basi floriferis; glumis subulatis parum inaequalibus plus duplo longioribus valvula inferiore $3^1/_2$—4-lineali villosa et brevi bifida; arista (sero) decidua tortili geniculata inferne ad geniculum usque plumosa subbipollicari; antheris barbatis. *Desf.* Fl. atl. t. 30. Macrochloa tenuissima *Kunth.* Agr. supl. t. 12. f. 1. ♃ Hispan. Lusit. Afr. bor.

105. S. ARENARIA. *Brot.* (Phyt. Lusit. t. 7. 8.) Radice fibrosa; culmo erecto (2—7-pedali) undique vaginato cum nodis vaginisque tumidulis glabro; ligula fimbriata; foliis involuto-filiformibus erectis inferioribus longissimis (2-pedalibus) culmeis brevioribus (3—5-pollicaribus); paniculae (pedalis et ultra) laxae subsecundae subnutantis radiis 2—3-nis plus minus superius floriferis; glumis subaequalibus subcoriaceo-membranaceis apice hyalinis acuminatis $^1/_3$ longioribus valvulis 8—9-linealibus undique villosulis; arista persistente tortili flexuosa nuda sub-3-pollicari. S. gigantea *Link.* Macrochloa arenaria *Kunth* Agr. supl. t. 12. f. 2. ♃ Lusit. Hispan.

ARISTIDA. *Lin.* Panicula interdum valde depauperata racemiformis; spiculae uniflorae (interdum cum rudimento plus minus evoluto flosculi secundi A. paradoxa); flosculo maturo articulatim a glumis secedente callo obconico barbato, rarius subnudo; glumae membranaceae seu chartaceae flosculo breviores vel longiores; valvula inferior chartacea seu coriacea involuta ovalis vel cylindrica, apice indiviso rarius emarginato et ecoronato, interdum attenuato et torto aristam 3-partitam vel 3-fidam (rarissima seta utrinque tertia et quarta auctam) persistentem et basi inarticulatam sustentans; valvula superior minuta subhyalina quasi lodiculae squamam tertiam referens integra rarius bipartita; lodiculae squamae 2, rarius 3; stamina 3, antheris apice non barbatis; styli 2; stigmata plumosa; caryopsis cylindrica; antice anguste sulcata scutello $^1/_3$—2—3-plo longior.

§. 1. Aristidae genuinae. Arista persistens setis nudis. — Chaetaria. *Beauv.*

a. *Extratropicae, boreali Americanae.*

1. A. DICHOTOMA. *Michx.* (Fl. Am. I. p. 72.) Radice caespitifera; culmo gracili (8—12-pollicari) ad nodos ra-

moso; foliis erectis setaceis (pollicaribus et brevioribus) vaginisque subglabris; paniculae (subbipollicaris) linearis radiis inferioribus binis uni- vel pauci-floris erectis; gluma superiore 3—4-lineali inferiore paulo longiore flosculum linea integra fere excedente; flosculo dorso adsperse puberulo; setis aristae lateralibus erectis brevissimis (vix ultra semilinealibus), media divaricata inarticulata basi flexuosula longitudine flosculi. *Spr.* Act. Petr. 1810. t. 6. Curtopogon dichotomus *Beauv.* Agr. t. 8. fig. 7. ⊙ ♂ ♃ Am. sptr.

Genus Curtopogon *Beauv.* — Axis paniculatus; glumae membranaceae, saepius mucronatae fere longitudine valvulae inferioris convolutae apice bilaciniatae inter lacinias setigerae, seta subreflexa flexuosa; valvula superior multoties brevior integra; stylus bipartitus; stigmata villosa, semen oblongum sulcatum — forte melius restituendum, sed non ego vidi specimina.

2. A. GRACILIS. *Ell.* (Fl. Carol. t. 8. f. 3.) Culmo basi ramoso ($^1/_2$—1-pedali) gracili; paniculae linearis racemosae basi interruptae 4—6-pollicaris radiis binis uni- vel paucifloris adpressis; gluma inferiore $2^1/_2$-lineali, superiore et flosculo dorso scabro parum breviore; setis lateralibus erectis 3—4- (raro 2-) linealibus, media divaricata seu reflexa inarticulata non torta lateralibus duplo longiore. Trixostis *Rafin.* (cum charactere unico: „corolla uniglumis"). *Seringe* Bull. bot. p. 221. — Flosculi singulari modo maculis lucide et obscure griseis fasciati sunt; quod nisi variabile putassem, speciem fasciatam appellassem. *Ell.* Am sptr.

3. A. LONGESPICATA. *Poir.* (Enc. Supl. I. 452.) Culmo subcompresso filiformi (1—2-pedali) ramoso; foliis filiformibus rigidis glabris; paniculae basi folio involucrante munitae praelongae gracillimae ramis adpressis; glumis subaequalibus angustis acutis; valvula angustissima subulata; aristis valde inaequalibus media divergente corollam duplo superante. An praecedentis an sequentis var? *Trin. Rupr.* Carolina.

4. A. PURPURASCENS. *Poir.* (l. c.) Culmo compressiusculo (vel tereti, bipedali); vaginis inferioribus pilosolanatis (vel glabris); foliis laevibus saepe complanatis (8—12″ longis, 1‴ latis); paniculae strictae purpurascentis linearis (fere pedalis) basi interruptae radiis ternis duobus brevioribus uni- vel pauci- tertio multifloris omnibus adpressis; gluma inferiore 4—6-lineali superiorem et flosculum linea 1—2 superante; hoc dorso laeviusculo; setis lateralibus erectis vel patentibus media divaricata vel patente 12—16-lineali inarticulata non torta parum brevioribus. ♃ Am. sptr.

5. A. AFFINIS. *Kunth.* Culmo erecto 4-angulo ($1^1/_2$-pedali), nodis glabris; vaginis subpilosis; foliis linearibus striatis basi pilosis sursum scabris; ligula brevissima retusa; paniculae contractae radiis geminis scabris vel solitariis uni- 3-floris; glumis inaequalibus carinatis scabris mucronatis paulo majoribus corolla pedicellata basi atro-maculata pubescente; aristis patulis non geniculatis elongatis. Aristida racemosa *Mhlbrg.* despt. uber. p. 72. Praecedentis var? *Trin.* Am. sptr.

6. A. STRICTA. *Michx.* (Flor. I. 41.) Caespitosa; culmis strictis (2—3-pedalibus) basi ramosis; foliis elongatis linearibus sursum convolutis pubescentibus; paniculae linearis racemiformis (semipedalis) interruptae radiis binis abbreviatis subunifloris; flosculo dorso laevi apice non torto, $3^1/_2$—4-lineali, gluma inferiore linea unica superiore duabus breviore; setis omnibus divergentibus vel reflexis subaequalibus semipollicaribus. Chaetaria stricta *Beauv.* Agr. t. VIII. fig. 5. Am. sptr.

7. A. LANUGINOSA. *Clarion.* (*Trin.* Act. Petr. 1836. p. 46.) Vaginis glabris; foliis convolutis sericeo-hirsutis versus apicem glabris; paniculae 8-pollicaris radiis pseudogeminis, longiore 3-floro versus insertionem sparse piloso; in reliquis praecedenti — cujus teste *Trin.* (Stipac. p. 103.) var — simillima. Am. sptr.

8. A. ELLIOTIANA. (*Steud.*) Culmis basi ramosis (2—3-pedalibus); vaginis internodiis longioribus breve pilosis; foliis glabris (subpedalibus, 1—2‴ latis); spiculis racemosis ad radios 1—3‴ longos non coacervatis; gluma altera flosculo breviore altera illo longiore; arista flosculum duplo superante. A. stricta *Ell.* Fl. Car. 142. ♃ Carolina.

9. A. VIRGATA. *Trin.* (*Spr.* N. Ent. 2. p. 60.) Culmo erecto gracili (3-pedali); vaginis internodiis duplo brevioribus glabris; ligula obsoleta; foliis planis (1— fere 2′ longis) linearibus angustis firmis glabris margine asperis, subglaucescentibus; paniculae (1—$1^1/_2$-pedalis) pyramidato-linearis radiis inferioribus remotis patulis 3-nis, duobus brevioribus subunifloris tertio $1^1/_2$—2-pollicari multifloro; glumis inaequalibus 3—4-linealibus; flosculo bilineali dorso laevi non torto; setis lateralibus erectis 4-linealibus media patente fere duplo brevioribus. Am. septr.

10. A. GEYERIANA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto stricto simplici (2-pedali) tereti striato cum vaginis foliisque glaucescente glabro; vaginis arctis elongatis nodos obtegentibus, vix fauce pilis aliquot adspersis; ligula membranacea brevi brevissimeque ciliolata; foliis convolutis rigidulis laevibus culmum (sine panicula) aequantibus; panicula stricte elongata (pedali et ultra) contracta; radiis binis, sursum solitariis, inaequalibus subadpresso erectis, minoribus a basi, majoribus infra medium pauci- (2—4-) floris; glumis lanceolatis parum inaequalibus brevi subulatis flosculum aequantibus et superantibus, brevissime (sub lente valida) seriatim pilosulis (viridi-purpurascentibus); flosculo cylindraceo herbaceo seriatim scabrido (et an morbose? nigro-punctato), terminato in setam asperam (fere pollicarem) cum lateralibus parum minoribus rectis patulis. A. stricta in Hrbo. *Ch. A. Geyer* sec. spec. a *Kampmannio* communicatum. ♃ Illinois.

11. A. PERENNIS. *Panzer.* (*Willd.* hrbr. nr. 1799.) Culmo simplici tenui elongato; vaginis superioribus glabris infimis villosulis; ligula brevissima ciliari; foliis inferioribus planis (6—10″ longis, 1‴ latis) glabris, superioribus canaliculatis; paniculae (pedalis) lineari contractae radiis solitariis vel binis, altero paulo supra basin, altero superius adpresse florifero; setis aristae lateralibus patulis fere semipollicaribus media patente 6—8-lineari. Prioris var? *Trin. Rupr.* Stipac. p. 104. Am. sptr.

12. A. BEYRICHIANA. *Trin. Rupr.* (l. c.) Vaginis lanatis; paniculae linearis (ultra pedalis) radiis solitariis remotis adpressis plus minus 2-pollicaribus a basi fere floriferis; glumis subaequalibus 5—6-linealibus flosculum 3-plo breviorem (hebetatum?) arcte includentibus; flosculo laevi apice non torto; setis (juvenilibus) omnibus erectis, media semipollicari lateralibus paulo longiore, interdum patente. Caeterum praecedenti similis. Georgia. Arkansas.

13. A. LANOSA. *Mühlbg.* (Descp. p. 174.) Radice caespitosa; culmis (2—4-pedalibus) prope basin pilosis; vaginis superne tomentoso-lanosis; ligula obsoleta; foliis linearilanceolatis; paniculae pyramidato-linearis (ultra $1^1/_2$-pedalis) radiis inferioribus remotis erecto patulis ad insertionem dense albo-tomentosis geminatis, altero subunifloro altero (3-pollicari) multifloro; gluma superiore 4—5-lineali flosculum aequante quam gluma inferior breviore; flosculo dorso laevi vix torto; setis arista lateralibus erecto patulis 4—5-linealibus, media divaricata subduplo brevioribus. A. gossypina *Bosc.* Moulinsia *Rafin. Seringe* Bull. bot. p. 221. ♃ Am. septr.

Molinsia *Rafin.* in *Sering.* Bull. bot. p. 221 cum charactere: Corolla bivalvis, valvula inferior plana minuta; nectaria 2 obovata.

14. A. SPICIFORMIS. *Ell.* (Carol. I. 141.) Culmis simplicibus (1—3-pedalibus); vaginis glabris foliis supra et marginibus scabris; paniculae linearis thyrsiformis rigidae (5-pollicaris) radiis subsolitariis approximatis adpressis multifloris (pollicaribus); glumis apice longissime setigeris, superiore 4-lineali setam propriam adaequante, inferiore $1^1/_2$-lineali seta propria subduplo breviore; flosculo dorso laevi ad callum candide barbato 3-lineali in stipitem aristae

fere pollicem longum et aliquoties tortum abiente; aristae setis squarroso-patentibus et divaricatis, media pollicari, lateralibus inaequalibus brevioribus. A. stricta. *Mhlbrg.* desc. p. 174. ♃ Georgia. Carolina.

15. A. SQUARROSA. *Trin.* (Spr. N. Entd. II. 62.) Radice fibrosa; culmo erecto stricto tereti glabro (2-pedali) medio ramoso; vaginis arctis glabris; ligula obsoleta aut pili aliquot; foliis involuto-setaceis erectis firmis dorso scabris caeterum glabris glaucescentibus; paniculae oblongae (spithamineae) multiflorae — ob aristas refractas squarrosae, radiis solitariis adpressis a basi floriferis; glumis lanceolatis longe subulato-setigeris, inferiore fere duplo breviore ad carinam scabra, superiore cum sua seta divisionem aristae superante; flosculo cylindraceo coriaceo elongato in aristam inferne tortilem, lacinis lateralibus patentibus ultrapollicaribus media $1\frac{1}{2}$ pollicari crassiore hispidiore, horizontaliter refracta. (Prioris var? *Trin. Rupr.* Stip. p. 106. Am. sptr.

16. A. PURPUREA. *Nutt.* (Transact. Amer. 1837.) Paniculae lucidae sparsiflorae flaccidae basi interruptae (semipedalis) radiis 5-nis tenuissimis semiverticillatis effusis 1-pauci-floris adscendentibus flexuosis; glumis inaequalibus bidentatis sub apice setosis, inferiore 3—4- superiore 6-lineali; flosculo 4-lineali dorso subtilissime scabro apice non torto; setis omnibus subequalibus ultrapollicaribus patulis. Texas (*Berland.* hrbr. nr. 1777.) Arkansas.

17. A. MICROPODA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 107.) Culmis caespitosis erectis (bipedalibus) ad nodos ramosis; foliis convoluto-filiformibus subpungentibus ($\frac{1}{2}$ pedalibus) infimis quibusdam planis; ligula nulla; paniculae lucidissimae sparsiflorae rigidiusculae (semipedalis) radiis geminis, altero brevissimo uni-altero longiore 1—2-floro; glumis parum iuaequalibus 5—7-linealibus apice profunde bidentatis et subulo 2—5-lineali instructis; flosculo 6—7-lineali dorso laevi apice non torto nec articulato; setis omnibus patulis, media bipollicari lateralibus parum brevioribus. Am. sptr.

18. A. OLIGANTHA. *Michx.* (Fl. am. I. p. 41.) Culmo superne ramoso; rigido glabro filiformi; foliis rigidiusculis glabris convoluto-filiformibus praelongis; paniculae racemosae 4—6-florae laxiusculae (subsemipedalis) radiis solitariis raro geminis unifloris brevissimis pedicellos spiculae rigidos semilineares referentibus; glumis subaequalibus 8—10-linealibus apice bidentatis et inter dentes subulo (ad 6‴ longo) instructis; flosculo 9—11-lineali glumas adaequante apice tantum scabriusculo vix torto nec articulato; aristae setis omnibus patulis, medio fere bipollicari lateralibus $\frac{1}{4}$ brevioribus. A. pallens. *Nutt.?* Am. sptr.

19. A. TUBERCULOSA. *Nutt.* (Gen. I. 57.) Culmis erectis rigidis (1—2-pedalibus) dichotomis; geniculis tumidis, tuberculis parvis axillaribus ad ramos singulos (interdum obsoletis); vaginis inferioribus fere undique tomentosis; foliis glabris longissimis; paniculae simpliciusculae sparsiflorae rigidae (fere $\frac{1}{2}$-pedalis) radiis geminis stricte erectis, altero breviore subbifloro altero longiore paucifloro; spiculis pedicello $1\frac{1}{2}$—2-lineali insidentibus; glumis ex apice longo setigeris subaequalibus (pollicaribus); flosculo 7-lineali laeviusculo apice cum stipite aristae torto 4—6-lineali persistente articulatim conjuncto; setis omnibus divaricatis seu deflexis subaequalibus $1\frac{1}{2}$-pollicaribus. Am. septr.

20. A. MACROCHAETA. *Steud.* Panicula maxima (ultra pedali) dichotoma in inferiore parte hinc inde folio filiformi munita, undique glaberrima; radiis elongatis basi longe nudis medium versus remotiuscule alternatim floriferis; spiculis solitariis vel binis (7—8‴ longis); glumis flosculum superantibus inferiore parum breviore, utrisque longe setaceo-acuminatis (leviter purpurascentibus); setis 3 longissimis flosculum 3-plo superantibus, intermedia lateralibus vix longiore. (Folia, culmus, radix desunt; *M. A. Curtis* legit in) Virginia.

21. A. DESMANTHA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 109.) Culmo stricte-erecto (bipedali) ad nodos ramoso; ligula minima truncata; foliis convolutis ($\frac{1}{2}$—1-pedalibus) vaginisque glabris; paniculae (fere semipedalis) apice nutantis radiis geminis erecto-patentibus apice fasciculifloris; spiculis brevepedicellatis; glumis ex apice subulato setigeris subaequalibus 7—8-linealibus; flosculo 4-lineali laevigato apice cum setis usque ad basin fere disjunctis vix deciduis articulatim connexo; setis omnibus patentibus subaequalibus (pollicaribus) inferne tortuosis et basi in stipitem semel tortum coalitis. (Hrbr. *Drumond* nr. 285.) Texas.

22. A. AEQUIRAMEA. *Scheele.* (Linn. XXII. 343.) Radice fibrosa caespitosa; culmo erect osimplici teretiusculo ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); vaginis internodio brevioribus glabris striatis scabriusculis ore barbatis; foliis convoluto-setaceis rigidis elongatis glabris scabriusculis, radicalibus culmum aequantibus, caulinis 2 brevioribus; panicula racemosa contracta subsecunda ramosa nutante; radiis verticillatis paucifloris subaequilongis filiformibus cum rhachi pedunculisque scabriusculis; gluma inferiore lanceolata carina scabra aristata perianthium dimidium superante glumam superiorem dimidiam vix aequante, arista glumam dimidiam aequante; gluma superiore caryopsin paulo superante quam inferior plus duplo longiore lanceolata glabra apice bidentata dorso aristata, arista scabra gluma 4-plo breviore valvula subulata purpurascente muricato-scabra, arista tripartita plus triplo breviore. Texas.

23. A. FASCICULATA. *Torr.* (Ann. Lyc. Noveb. I. 154.) Culmo filiformi erecto ramoso (2—3-pedali); foliis elongatis planis angustissimis versus apicem filiformibus; ligula annulus barbatus; vaginis glabris; paniculae 6—8-pollicaris subspicatae erectae multiflorae purpurascentis radiis apice fasciculiferis; glumis lineari-lanceolatis acutis valde inaequalibus; flosculo 6-lineali scabro glumam superiorem subaequante interiorem multum excedente; setis subaequalibus patentibus flosculo longioribus. Canada.

24. A. ROEMERIANA. *Scheele* (l. c.) Radice fibrosa caespitosa; culmis glaucis erectis gracilibus simplicibus glabris superne trigonis; foliis convoluto-setaceis glaucis laevibus culmo brevioribus; panicula racemosa interrupta subsecunda flaccida, radiis inferioribus binis, superioribus solitariis uni- raro inferioribus bifloris; rhachi filiformi laevi pedunculisque capillaribus vix scabriusculis; glumis lineari-lanceolatis membranaceis purpurascentibus uni-nerviis inaequalibus, carina viridibus scabriusculis, inferiore truncata vel apice breviter bidentata, valvulas aequante, quam superior bidentata $\frac{1}{2}$—$\frac{1}{3}$ breviore; flosculo stipitato subulato (4-lineali) quam gluma superior breviore, stipite sericeo; aristae rectae ramis subaequalibus patentibus valvulas triplo superantibus. Texas.

b. *Species Americae — borealis tropicae — et australis.*

25. A. CAPILLACEA. *Lam.* (Enc. supl. I. 451.) Culmo tenero (3—6 rarius 9-pollicari); foliis capillaribus (2—3-pollicaribus) glabris vel sparsim pilosis; paniculae pyramidato-oblongae lucidae capillaceae radiis ternis tenuissimis erecto-patentibus sparsifloris; glumis patentibus inaequalibus, superiore 1—$1\frac{1}{2}$-lineali inferiorem distincte superante, flosculo $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$-lineali gluma inferiore parum breviore in stipitem linealem parum et obscure tortum abeunte; setis subaequalibus 2—3-linealibus stricte patentibus. Aristida elegans. *Rudge* Guian. t. 30. Chaetaria capillacea. *Beauv.* Agr. tab. VIII. fig. 6. ⊙ Am. austr.

26. A. SANCTAE LUCIAE. *Trin.* (Act. Petr. 1829. p. 83.) Semipedalis et humilior; paniculae oblongae $1\frac{1}{2}$—2-pollicaris confertiflorae radiis 3—4-nis tenuissime adpressis plurifloris; glumis erectis subaequalibus flosculum cum stipite aristae semel tortum sesquilinealem aequantibus; setis divaricato-patentibus intermedia 4-lineali, lateralibus paulo brevioribus. ⊙ Brasil.

27. A. TINCTA. *Trin. Rupr.* (Stipac. III.) Culmo uti tota planta glabro (1—2-pedali) simplici vel superne

subramoso; ligula nulla vel pili aliquot; foliis filiformibus canaliculatis strictis (pedalibus) vix scabriusculis; paniculae (3—5-pollicaris) pyramidatae secundae coloratae radiis 2—3-nis elongatis, longiore inferne nudo erecto superne patulo; glumis spadiceis subaequalibus acuminato-cuspidatis bilinealibus aequantibus flosculum pallidum superne scabrum non tortum; setis lateralibus erecto-patulis 4—5-linealibus, media divaricata et parum arcuata 6—9-lineali. ⊙ Guiana. Brasil.

28. A. TORTA. *Nees.* (Agr. Bras. p. 386. sub: Chaetaria.) Culmis caespitosis erectis ($1\frac{1}{2}$—2-pedalibus) simplicibus vel ad nodos glabros ramosis; vaginis internodiis brevioribus glabris; ligula subnulla; foliis convoluto-filiformibus rigidis erectis (6—12-pollicaribus) ad paginam superiorem involutam hirsutis; paniculae (semipedalis) ovato-pyramidatae lucidulae coloratae radiis geminis subaequalibus elongatis adscendentibus patulis inferne nudis rhachi adpressis superne sparsifloris; glumis subaequalibus acuminato-cuspidatis 3-linealibus parum vel vix excedentibus flosculum pallidum glabrum apice non tortum; setis omnibus arcuato deflexis, lateralibus 4—5-media 7—8-lineali. ♃ Brasil.

29. A. RECURVATA. *H. B.* (N. Gen. I. 123.) Culmis caespitosis erectis ($1\frac{1}{2}$ pedalibus) simplicibus cum nodis foliisque convoluto-setaceis rigidis margine scabris caeterum vaginisque glabris; paniculae (3-pollicaris) subverticillatae coarctatae radiis approximatis abbreviatis adpressis; glumis subaequalibus acuminato-cuspidatis 3-linealibus; flosculo glabro nigro maculato apice bis torto 2—$2\frac{1}{2}$-lineali; setis divaricato-patentibus basi recurvatis superne strictis; media 4-lineali lateralibus paulo longiore. ♃ Orinoco.

30. A. GLAUCA. *Nees.* (Linn. XIX. 688. sub: Chaetaria.) Radice fibrosa, fibris crassis simplicibus albis mollibus; culmis basi fasciculatis simplicibus; foliis convoluto-setaceis recurvis extus laevibus glaucis; paniculae contractae radiis fasciculatis brevibus; glumis (pallide fuscis) longe attenuatis setuligeris, superiore subduplo longiore perianthium cum subula acuminationis aequante (5-liniali); setis subaequalibus patulis rectis gluma superiore dimidio longioribus (8-linealibus). Hrbr. *Aschenb.* 251. ♃ Mexico.

31. A. NEESIANA. *Trin. Rupr.* (Stipac. 113.) Culmis erectis (ultra 2-pedalibus) simplicibus, nodis vaginisque glabris; ligula subnulla; foliis inferioribus planis retortis, caulinis (4—8-pollicaribus) lineari-convolutis glabris vel ad ligulam parce pilosis; paniculae (5—8-pollicaris) contractae densiflorae spiciformis basi interruptae et longissimae exsertae radiis 3—4-nis abbreviatis a basi floriferis; glumis subaequalibus apice attenuato- acuminatis 4—5-linealibus; flosculo glabro nigro-maculato apice vix vel semel torto $2\frac{1}{2}$-lineali; setis divaricato-patentibus basi recurvatis superne strictis media 7—9-lineali lateralibus parum longiore. Chaetaria recurvata *Nees.* Agr. bras. 385. Brasil.

32. A. RIEDELIANA. *Trin. Rupr.* (l. c.) Culmis erectis strictis (2-pedalibus et ultra) simplicibus compressis obtectis vaginis glabris quarum suprema paniculam basi amplectit; ligula subnulla; foliis inferioribus planis (1''' latis) superioribus filiformi convolutis (fere pedalibus); paniculae basi vaginatae (fere pedalis) fasciculatae radiis 2—3-nis elongatis erecto-patentibus basi nudis superne floriferis; glumis subaequalibus apice attenuatis acuminato-cuspidatis sub-5-lincalibus; flosculo glabro nigro-maculato apice scabro vix torto $2\frac{1}{2}$ lineali; setis divaricato-patentibus (junioribus erectis et vix) basi recurvato-intortis, superne strictis vel parum arcuatis, media sub-5-lineali lateralibus parum longiore. ♃? Ypanema.

33. A. GIBBOSA. *Nees.* (Agr. bras. 383. sub: Chaetaria.) Culmis stricte erectis (2—3-pedalibus) compressiusculis ad nodos superiores gibbosos ramosis, his vaginisque glabris; ligula brevissima ciliato-lacera; foliis glaucescentibus inferioribus (ultra pedalibus) planiusculis (lineam latis), superioribus complicato-convolutis basi longe sparsim pilosis; paniculae ($\frac{1}{2}$—1-pedalis) contractae fasciculatae basi exsertae radiis pluribus plus minus elongatis erectis vel adpressis, a basi vel paulo superius floriferis; glumis subaequalibus pellucidis cuspidatis sub-3-linealibus; flosculo glabro apice scabriusculo non torto $2\frac{1}{2}$ lineali; setis erecto-patulis strictis, media sub-6-lineali lateralibus parum longiore. ♃ Brasil.

34. A. COMPLANATA. *Trin.* (l. c. 115.) Rhizomate crasso e fasciculis culmorum basi tumidorum formato; culmis simplicibus (2—$2\frac{1}{2}$-pedalibus); vaginis ore sparsim pilosis caeterum uti folia glabris, his inferioribus (fere 2' longis, 1''' latis) planis, superioribus convoluto-filiformibus; paniculae 5—6-pollicaris contractae basi interruptae et longe exsertae radiis inferioribus solitariis elongatis superne floriferis, superioribus brevioribus paulo supra basin divisis dense floriferis; glumis inaequalibus, superiore 6—7-lineali flosculum parum excedente, inferiore $\frac{1}{3}$ breviore; flosculo glabro apice non torto 5-lineali; setis stricte patentibus parum inaequalibus, media $1\frac{1}{2}$-pollicari. ♃.. Chaetaria laevis *Nees.* Agr. bras. 384. Brasil.

35. A. PALLENS. *Cav.* (Ic. V. t. 468. f. 2.) Culmo simplici tereti (pedali et ultra); foliis radicalibus numerosis filiformibus acutissimis culmo parum brevioribus; paniculae (2—7-pollicaris) plus minus contractae subsecundae nutantis demum longe exsertae radiis inferioribus subgeminis plus minus longe supra basin floriferis; glumis valde inaequalibus, superiore inferiorem subduplo superante 1—2-pollicari; flosculo ad carinam dorsalem scabro caeterum glabro 5—6-lineali apice non torto; setis subaequalibus strictis demum patentibus $2\frac{1}{2}$—8-pollicaribus. Chili. Bras.

36. A. MURINA. *Cav.* (l. c. t. 469. f. 1.) Culmis glabris (5—10-pollicaribus); vaginis ore pilosis internodia superantibus; foliis brevibus rigidulis curvatis planiusculis et complicatis; paniculae bipollicaris contractae densiflorae radiis geminis vel solitariis a basi fere floriferis; glumis coloratis, superiore 10—13-lineali, flosculo 6-lineali; setis subtripollicaribus coloratis contractis vel patulis. Praecedentis var. *Nees* et *Trin.* Chili.

37. A. CRINITA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 223.) Radice fibrosa caespitifera; culmo simplicissimo firmo compressiusculo glaberrimo (5—6-pollicari); vaginis striatis teretibus glabris; ligula brevissima pilosa; foliis convoluto-setaceis margine scabris culmum aequantibus vel superantibus; panicula spicaeformi contracta (4—5-pollicari); rhachi uno latere alternatim applanata angulis scabriusculo; radiis 3—5 brevibus; spiculis in apice ramorum pluribus fasciculatim congestis, brevissime pedicellatis (10''' longis); glumis lineari-lanceolatis brevi setiferis nervo scabris, inferiore minore, superiore valvulam inferiorem carina scabram excedente; aristis longissimis stipite brevissimo insidentibus. Eadem ac A. pallens *Cav.* sec. *Trin. Rupr.* quod teste descriptione vix. Peru.

38. A. GLABERRIMA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo simplici erecto firmo (sine panicula 5—6-pollicari) cum foliis convoluto-setaceis eum subaequantibus glaucescentibus, vaginis arcte adpressis, ligula brevissima ciliari; panicula contracta laxa (3—4-pollicari) rufescenti glauca; radiis simplicissimis erectis unifloris; glumis valde inaequalibus; inferiore acuminata (7—8-lineali), superiore in setam attenuata (12—14 lineali); flosculo laevi vel vix conspicue pubescente (4-lineali), setis aequalibus scabris (4-pollicaribus). An iterum A. pallens *Cav.* var? Conception.

39. A. FLACCIDA. *Trin. Rupr.* (Stipac. 117.) Rhizomate subrepente; culmo (sine panicula) vix semipedali, vaginis glabris; ligula callus membranaceus pilosus; foliis convolutis filiformi setaceis (pedalibus) rigidiusculis glabris; paniculae (fere pedalis) basi vaginatae tremulae radiis geminis longissimis nudis apice paucifloris, inferioribus semi-

pedalibus simplicissimis flaccidis, superioribus brevioribus erecto-patentibus; glumis inaequalibus, superiore sub-4-lineali inferiorem (mox caducam) linea superante; flosculo 5-lineali spadiceo versus apicem non tortum scabro; setis erectis valde inaequalibus media 4-pollicari lateralibus 3—4-plo longiore. ♃ A. laxa. *Trin.* Act. Petr. 1829. 85. Capanema Am. austr.

40. A. LONGIFOLIA. *Trin.* (l. c. p. 118.) Rhizomate subrepente; culmo compresso (1—2-pedali) panicula vix longiore, nodis vaginisque glabris, his ore ciliatis; ligula subnulla; foliis complicatis vel planiusculis (lineam latis) fasciculorum filiformibus fere totam plantam longitudine aequantibus; paniculae basi vaginatae (1—2-pedalis) firmulae radiis 3—5-nis longissimis rigidis erecto-patulis inferne nudis superne spicaeformibus, longioribus iterum divisis; glumis parum inaequalibus, superiore 4-lineali inferiorem mox aequante non linea superante; flosculo 5—6-lineali maculato, ad nervum dorsalem scabriusculo apice non torto; setis erecto-patentibus, media 9-10-lineali, lateralibus fere duplo longiore. Chaetaria divaricata. *Nees.* Agr. bras. 387. non *H. B.* ♃ Brasil.

41. A. HUMBOLDTIANA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 118.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis compressiusculis simplicibus (1—2-pedalibus) cum nodis vaginisque ore barbatis glabris; ligula brevissima ciliari; foliis convoluto-subulatis margine scabris; paniculae (pedalis) basi vaginatae firmulae radiis 2—3-nis ultra medium floriferis, inferioribus erectis superioribus patentibus vel divaricatis; glumis subaequalibus 5-linealibus purpurascentibus; flosculo glamas aequante vel parum excedente pallido angustissimo versus apicem scabriusculo pluries leviter torto; setis erecto-patentibus subaequalibus media 6—7-lineali. A. divaricata. *H. B.* non *Jacq.* ♃ Mexico.

42. A. JACQUINIANA. *Tausch.* (Flora 1836. 508.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis ($1\frac{1}{2}$-pedalibus et ultra) simplicibus; vaginis undique nudis; ligula brevi truncata ciliata; foliis ($\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$ pedalibus) linearibus planis glabris; paniculae (pedalis) valde depauperatae demum longe exsertae firmulae radiis 1—2-nis divaricatis remotis subsecundis a medio circiter floriferis; glumis inaequalibus pallidis, superiore breviore sub-5- inferiore 6—7-lineali subaequante flosculum pallidum glabriusculum tortum; setis lateralibus erectis media 4—6-lineali erecto-patente 2—3-plo brevioribus. A. divaricata. *Jacq.* Ecl. Gram. t. 6. ⊙? ♃? Am. austr.

43. A. SCHIEDEANA. *Trin. Rupr.* (Stipac. 120.) Culmo simplici ($2\frac{1}{2}$—3-pedali) ad nodos glabros laevissime geniculato; vaginis internodiis multo brevioribus omnino glabris; ligula nulla vel pili aliquot; foliis filiformibus convolutis (8—12-pollicaribus) glabris patentibus; paniculae ($\frac{1}{2}$—1-pedalis, fusco-purpurascentis) depauperatae radiis solitariis suberectis firmulis remotis subsecundis a medio floriferis; glumis subaequalibus coloratis 4—5-linealibus; flosculo colorato minutissime punctato-exasperato apice longe stipitato torto 6—7-lineali; setis lateralibus erectis minutis media 5-lineali 10-ies brevioribus. ♃ Mexico.

44. A. LONGIRAMEA. *Presl.* (Rel. Haenk. p. 224.) Radice fibrosa; culmis strictis (bipedalibus); vaginis arcte adpressis glaberrimis; ligula margo brevissimus integerrimus; foliis convoluto-setaceis rigidis intus glabris; margine carinaque scabris; paniculae (subpedalis) depauperatae nutantis radiis geminis stricte erectis firmis remotis secundis a medio floriferis; glumis inaequalibus stramineis, inferiore apice longe setigero 2—3- superiore $4\frac{1}{2}$—5-lineali; flosculo maculato parum colorato versus apicem scabro in stipitem longum tortum attenuato 7—8-lineali; setis patentibus media 6—7-lineali lateralibus paulo longiore. ♃ Mexico.

45. A. KARWINSKIANA. *Trin. Rupr.* (Stipac. 121.) Culmo stricto erecto, nodis glabris sulcatis; vaginis ore pilosis; foliis erectis (pedalibus et ultra, lineam latis) planiusculis superne complicatis versus basin sparse pilosis; paniculae (pedalis) longe exsertae lucidae radiis pluribus vel solitariis jam a basi divisis patentibus secundis (sub-4-pollicaribus) a basi floriferis; glumis subaequalibus breve cuspidatis purpurascentibus 3—$3\frac{1}{2}$-linealibus; flosculo glabro maculato apice in stipitem longum subgeniculatum tortum attenuato sub-6-lineali; setis lateralibus erectis media 5—6-lineali plus duplo brevioribus. Mexico.

46. A. SPADICEA. *H. B.* (N. gen. I. 101.) Culmo erecto ($1\frac{1}{2}$-pedali) simplici nodis glabris; vaginis ore pilosis, ligula brevissima; foliis linearibus planis, siccis convolutis rigidis glabris margine scabriusculis; paniculae (8—9-pollicaris secundae subnutantis radiis laxis alternis longissimis patulis secundis; glumis linearibus subulatis brevissime aristatis purpurascentibus aetate fuscescentibus dorso ciliato-scabris, inferiore breviore; flosculo scabro, basi pilosiusculo quam gluma superior multo longiore apice spiraliter convoluto; seta intermedia flosculo duplo, longiore, lateralibus dimidio brevioribus. ♃ Mexico.

47. A. TERNIPES. *Cavan.* (Ic. V. p. 46.) Foliis involutis subulatis ($1\frac{1}{2}$ pedalibus); paniculae coarctatae longissimae ($1\frac{1}{2}$-pedalis) radiis alternatim ternis ($\frac{1}{2}$ pedalibus) capillaribus rhachi parallelis versus apicem spiculas sub-10 alternas pedicellatas gerentibus; glumis carinatis viridibus subulatis inferiore paulo breviore; flosculo glumis longiore basi villoso; setis lateralibus brevibus, intermedia $\frac{1}{2}$-pollicari. Panama.

48. A. CHAPADENSIS. *Trin.* (Act. Petr. 1836. 48.) Radice subrepente culmo erecto robusto (3—4-pedali) plerumque simplici ad nodos fuscos tumido, caeterum fuscescente maculato; vaginis glabris ad oras coloratas hispidulo-pilosis; ligula subnulla; paniculae (10—18-pollicaris) erectae flaccidae subsecundae nutantis radiis 2—4-nis erecto-patentibus ($\frac{1}{2}$ pedalibus et ultra) divisis infra medium adpresse floriferis; glumis subaequalibus subcoloratis 8—10-linealibus; flosculo colorato apice in stipitem longum tortum attenuato 12—15-lineali; setis subaequalibus patentibus media paulo longiore subbipollicari. ♃ Mexico.

49. A. IMPLEXA. *Trin.* (l. c.) Radice subrepente; culmo simplici erecto (2—3-pedali) robusto laxe obtecto vaginis glabris (saepe) ore ligulae loco villis densis barbatis; foliis plerumque convolutis rarius planis (1‴ latis, 8—15″ longis), glabris; paniculae (pallide-stramineae 4—10-pollicaris) longissime exsertae contractae apice contortae radiis pluribus vel solitariis usque ad basin divisis et floriferis adpressis brevibus; glumis pallidis apice longe attenuato-cuspidatis inaequalibus, inferiore 10- superiore 7—8-lineali; flosculo dorso versus apicem papillis minimis rotundatis obsesso, apice in stipitem longissimum tortam attenuato 2—$2\frac{1}{2}$ pollicari; setis patenti-divaricatis saepe retortis vel implexis, media geniculata sub-$1\frac{1}{2}$-pollicari lateralibus $\frac{1}{3}$ longiore. Variat: panicula latiore cuneata colorata minus implexa; flosculo vix 13—16-lineali; setis subaequalibus basi non retortis. ♃ Mexico.

A. megapotamica. *Spr.* (l. c. p. 31.) Paniculae strictae elongatae ramis subsecundis; calycibus longissimis aristatis glabris; arista corollae longissima patula scabra. sec. *Trin.* forsam hujus loci.

50. A. RIPARIA. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo inferne ramoso (bipedali); nodis tumidis fusco-nigricantibus; ligula longe ciliato-barbata vel tomentosa; foliis convoluto-filiformibus caulinis interdum planis (1‴ latis, 1′ longis et ultra) vaginisque glabris; paniculae (sub-7-pollicaris) exsertae contractae linearis fasciculiflorae interruptae radiis pluribus vel solitariis ad basin usque divisis et densifloris adpressis brevibus; glumis plerumque inaequalibus pallidis apice attenuatis cuspidatis, inferiore parum longiore 5-lineali; flosculo apicem versus scabriusculo in stipitem tortum attenuato 6—7-lineali; setis erecto-patentibus strictis media subpollicari lateralibus parum longiore. ♃ Mexico.

51. A. SUBSPICATA. *Trin. Rupr.* (Stipac. 125.) Radice repente (?); culmo ad nodos geniculato (1—1½-pedali); vaginis glabris internodiis brevioribus, ligula brevi pilosa; foliis planiusculis (½''' latis, 2—6'' longis) vel convolutis supra densissime brevissime pilosis; paniculae (pallidae — stramineae 4—5-pollicaris) exsertae contractae linearis thyrsiformis basi interruptae rigidiusculae radiis pluribus vel solitariis brevibus ad basin usque divisis et floriferis; glumis cuspidato-setigeris subaequalibus 4-linealibus; flosculo glabro apice cum arista obscure articulato infra articulum 3—4-ter torto 3-lineali; setis patenti-divaricatis parum inaequalibus media subsemipollicari. Ins. Albemarle. Am. austr.

52. A. SETIFOLIA. *H. B.* (N. G. I. 122.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis (1½-pedalibus) ramosis; vaginis glabris, ligula brevissima longe ciliata; foliis convoluto-setaceis margine scabriusculis et sparsim pilosis; paniculae (½-pedalis) longe exsertae contractiusculae linearis subsecundae fasciculiflorae radiis 2—4-nis erecto-patentibus brevioribus mox supra basin floriferis longioribus 1½—2-pollicaribus; glumis flaccidis parum (vel paulo magis) inaequalibus breve acutatis, superiore longiore (2⅓—3—4, vel 7—8-lineali); flosculo apicem versus scabro et cum arista mediante nodulo plus minus distincte articulato infra eum 2—3-ve torto 3- (quandoque 4—5 imo 6—7-) lineali; setis patentibus vel divaricatis, media 4—6- (usque 12—16-) lineali, lateralibus plerumque recurvatis paulo longiore. Am. austr.

53. A. COGNATA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 127.) Culmo tenui (ultra pedali); ligula minuta ciliata; foliis filiformi-convolutis (3—4-pollicaribus); paniculae (5—6-pollicaris) longe exsertae contractiusculae linearis subsecundae radiis inferioribus subgeminis stricte patentibus mox supra basin floriferis, longioribus 1½—2-pollicaribus; glumis pallide stramineis parum inaequalibus acuminatissimis fere 3-linealibus; flosculo apice scabriusculo 3-lineali non apiculato nec torto; setis erecto patentibus subaequalibus, media 4—6-lineali. Ins. St. Thomas.

54. A. SWARTZIANA. (*Steud.*) Culmo caespitoso decumbente geniculato (1—2-pedali) simplici laxo laevi; foliis tenuissimis filiformibus erectis laevibus; paniculae ramosae subcontractae radiis adpressis subdivisis erectis; spiculis fuscis; glumis subaequalibus, inferiore subulata mutica, superiore nitente mutica carinata flosculum longiorem nitentem obvolvente; antheris aetropurpureis; stigmatibus villosis concoloribus; semine minutissimo acuminato. A. adscensioris. *Swartz.* obs. p. 40. non *Lin.* An eadem ac praecedens sec. *Trin. Rupr.* (l. c. 139.) Jamaica.

55. A. REPENS. *Trin.* (Acta Petr. 1829. p. 87.) Culmo tenui prostrato stolonifero radicante et foliorum fasciculos aut culmos floriferos erectos (semipedales) emittente; vaginis glabris; ligula fasciculus pilorum; foliis linearibus angustissimis (vix ½''' latis) planis supra densissime brevissime pubescentibus; superiora longiora (4-pollicaria inferiora breviora flaccida; paniculae (3—4-pollicaris basi vaginatae contractiusculae linearis flexuosae subsecundae radiis solitariis erectis a basi fere floriferis, inferioribus pollicem longis; glumis obtusis vel erosis et breve mucronatis subaequalibus bilinealibus; flosculo subglabro apice cum arista obscure articulato, infra articulum (semel?) torto 1½ lineali; setis 3-linealibus subaequalibus patentibus. Ins. Gallopagonum.

56. A. ELLIPTICA. *Nees.* (Agr. bras. 389. sub: Chaetaria.) Radice repente; culmis adscendentibus (½—1½-pedalibus) rigidulis basi et apice compressiusculis pubescenti-scabris, ad nodos inflexis ramosis; vaginis scabris ore villosulis; ligula in cilias soluta, foliis strictiusculis (¾—⁵/₄''' latis, 2—7'' longis) recurvis planis siccis convolutis supra pilosis vaginam versus lanatis; paniculae exsertae (1—1½ pollicaris) contractae spicaeformis ovalis vel ellipticae radiis pluribus brevibus a basi floriferis; glumis cuspidato-setigeris quandoque apice obtusiusculis vel erosis et mucronulatis subaequalibus 3—4-linealibus; flosculo apice scabro non torto nec articulato 2½ (—4) lineali; setis erecto patentibus subaequalibus 4—5-linealibus. ♃ Brasil.

57. A. HUMILIS. *H. B.* (N. gen. I. 99.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis (3—6-pollicaribus) simplicibus nodisque glabris; vaginis scabriusculis; ligula brevi laciniato-fimbriata; foliis convoluto-setaceis culmos subaequantibus; paniculae decoloris (2—3-pollicaris coarctatae radiis subverticillatis abbreviatis scabris; glumis linearibus subulatis glabris inferiore minore aequante valvulam inferiorem; flosculo basi brevissime piloso; aristae setis subaequalibus gluma duplo longioribus. A. dispersa β. *Trin. Rupr.* Stipac. p. 129. ♃ Cumona.

58. A. MARITIMA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis tenuibus ramosis geniculatis teretibus glabris foliatis (3—6-pollicaribus); vaginis arctis tenuissime striatis, ligula pilorum fasciculus; foliis angustissimis planis (vix ⅓''' latis) vel saepius convolutis rigidulis (1—2'' longis); paniculae contractae erectae (2—3-pollicaris) radiis binis vel solitariis divisis, radiolis erectis 1—3-spiculatis, spiculis plus minus longe pedicellatis erectis albis vel coerulescentibus; glumis inaequalibus, superiore flosculum aequante apice subtruncata mucronulata vel brevissime piloso-setulosa; aristis nudis subaequalibus 3-linealibus, flosculo recto parum longioribus. Aristidae dispersae *Trin. Rupr.* nimis vage constitutae formis associanda? In maritimis Guadaloupe.

59. A. GARDNERIANA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis tenuibus ramosis strictis teretibus glabris (sine panicula 6—8-pollicaribus) glaberrimis; vaginis adpressis striatis glabris; ligula brevissima ciliari; foliis convoluto-setaceis rigidulis strictis brevibus (pollicaribus et ultra) panicula contracta; radiis ternis, binis supremis solitariis erectis 1—3-spiculiferis; glumis inaequalibus flavido hyalinis praeter nervum carinalem enerviis 2—2½''' longis; flosculo basi piloso, arista pars integra torta, setis subaequalibus 3—3½''' longis. *Gardner* legit in Brasil.

60. A. BROMOIDES. *H. B.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis caespitosis ramosis (pedalibus purpurascentibus) nodisque et vaginis glabris; ligula brevi ciliato-pubescente; foliis linearibus convolutis intus pubescentibus culmo brevioribus; paniculae (2—3-pollicaris) simplicis secundae radiis alternis abbreviatis densis patulis hispido-scabris; glumis linearibus subaristato-acuminatis purpurascentibus, inferiore breviore; flosculo glabro valvula inferiore paulo breviore, aristis subaequalibus gluma duplo longioribus. A. dispersa var. γ. *Trin. Rupr.* ♃ Quito.

61. A. COARCTATA. *H. B.* (l. c.) Culmo erecto (2-pedali, inferne purpurascente) vaginisque glabris; ligula brevissima ciliata; foliis linearibus planis, siccis convolutis interne scabris; paniculae (5—6-pollicaris) secundae radiis subverticillatis abbreviatis distantibus patulis; glumis glabris (purpurascentibus) inferiore paulo minore acuminato-subaristata superiore truncata brevissime aristata; flosculi scabriusculi valvula inferiore glumam superiorem aequante; aristis subaequalibus glumam aequantibus. A. dispersa var. δ. *Trin. Rupr.* ♃ Quito.

62. A. NIGRESCENS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 223.) Culmo ramoso tereti (8—12-pollicari); foliis convoluto-setaceis intus pubescentibus margine scabriusculis; ligula truncata brevissima glabra; paniculae secundae subsimplicis (4—6-pollicaris) radiis 3—4-nis; glumis pallidis patentibus brevissime aristatis superiore valvulam inferiorem aequante; flosculo 4-lineali (maturo) colorato et supra dimidium scaberrimo; aristae sessilis seta media longiore. A. dispersa var. ε. *Trin. Rupr.* ⊙ Mexico.

63. A. NANA. *Steud.* Radice fibrosa; culmi ima basi caespitoso-ramosi ramis basi geniculatis (2½—6-pollicari-

bus) nodisque purpurascentibus vaginisque glabris; ligula pilorum series; foliis planis angustissimis linearibus (vix $^1/_2$''' latis, $^1/_2$—$^3/_4$'' longis, vetustis convolutis curvatis), striatis, inter strias praesertim adpresse brevissime pilosulis; paniculae ($1^1/_2$-pollicaris amethystino-purpurascentis) erectae radiis solitariis ad basin fere divisis, alternis supra basin floriferis; glumis inaequalibus superiore 4- inferiore 3-lineali utraque lanceolata acuta glabra, flosculo glumam superiorem aequante basi glabro apice elongato scabriusculo nec articulato nec torto, aristae setis subaequalibus glumas duplo superantibus. A. dispersa *α.* (*Rupr. Trin.*) Festaca? nr. 994. *Bert.* hrbr. ⊙ Chili.

64. A. INTERRUPTA. *Cav.* (Ic. V. t. 471. f. 2.) Culmis (3-pedalibus et ultra) ad nodos incrassatos rubellis; foliis strictis (bipedalibus) subulatis; paniculae (7-pollicaris) radiis 1—2-nis erectis virgatis rigidis interrupte fasciculifloris; glumis parum inaequalibus acutissimis, superiore longiore (3—4-lineali); flosculo illa paulo ($^1/_2$''') longiore apice non torto; setis sessilibus patentibus parum inaequalibus, media 7-lineali. Mexico.

65. A. SUBBIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa, culmis caespitosis vel e basi communi pluribus tenuibus rigidulis glabris ($^1/_2$—1-pedalibus); foliis angustissime planis vel convolutis scabriusculis sparsim praecipue ad basin cum vaginae ore pilosis (1—3-pollicaribus); paniculae simplicissimae contractae radiis singulis alternis rectis 3—6-spiculatis; spiculis subbifloris; glumis nempe 2 parvis inaequalibus tenuibus subcoloratis flosculos duos foventibus; alterum fertilem brevius aristatum, alterum ad pedicellum redactum longius plerumque aristatum, aristis subaequalibus flosculi fertilis longitudine. *Duchaissing* legit in Guadeloupe.

c. *Species orbis veteris et Novae Hollandiae.*

66. A. VULGARIS. *Trin. Rupr.* (Stipac. 131.) Culmo variae altitudinis; nodis geniculatis nunquam a vaginis obtectis; his glabris vel ore pilis paucis obsitis; ligula nulla; foliis anguste linearibus plerumque convolutis supra scabriusculis vel dense brevissime pubescentibus; paniculae 2—6-pollicaris subsecundae rigidae vel apice nutantis linearis vel pyramidatae basi exsertae et interdum interruptae radiis inferioribus geminis aut contractis erectis a basi fere floriferis aut effusis nutantibus, altero paulo supra basin altero superius dense florifero; glumis plus minus inaequalibus, superiore $2^1/_2$—$4^1/_2$-lineali, apice obtuso vel eroso et interdum-mucronulato flosculo plus minus breviore, glumam inferiorem obtusam vel acutam linea $^1/_2$—$1^1/_2$ superante; flosculo 3—$6^1/_2$-lineali glabro vel scabro apice non torto neque articulato; setis parum inaequalibus erecto-patentibus, media 4—12-lineali. Plantae variabilis formas sequentes vel subspecies distinquunt *Trin. Rupr.* l. c.

α. A. canariensis. *Willd.* (Enum. p. 99.) Culmo pedali et altiore; foliis virescentibus; paniculae interdum coloratae radiis inferioribus nutantibus; gluma superiore 3—$3^1/_2$-lineali inferiorem obtusam linea 1—$1^1/_2$ superante; flosculo 3—4-lineali glabro, seta media 4—7-lineali. A. gigantea: *Lin. Fil.* Ins. Canar.

β. A. mongholica. *Trin. Rupr.* l. c. 133. Nana vix semipedalis; foliis planis glaucescentibus; panicula contracta lineari saepe colorata; gluma superiore $2^1/_2$—$3^1/_4$-lineali inferiorem obtusam linea $^1/_2$—1 superante; flosculo $3^1/_2$-lineali glabro; seta media 4—6-lineali. Mongolia.

γ. A. pygmaea. *Trin. Rupr.* Bipollicaris; foliis complicatis; gluma superiore 3-lineali inferiorem linea dimidia superante. Afr. austr.

δ. A. depressa. *Retz.* (Obs. IV. p. 22.) Culmo 9—18-pollicari adscendente vel procumbente; foliis glaucescentibus; paniculae plus minus coloratae et densae radiis contractiusculis nutantibus; gluma superiore 3—$3^1/_2$-lineali apice obtusa vel erosa et brevissime mucronulata, inferiorem obtusam vel acutam $1^1/_2$-linea superante; flosculo $3^1/_2$—4-lineali glabro; seta media 6—8-lineali. A. setacea. *Trin.* Act. Petr. 1829. p. 84. Ind. or.

ε. A. curvata. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 186. sub: Chaetaria, var *α.*) Culmo pedali; foliis virescentibus planis rigidis curvatis; panicula colorata contractiuscula; gluma superiore 3—$3^1/_2$-lineali apice bidenticulata et mucronata, flosculum nervo dorsali scabrum adaequante, glumam inferiorem truncatam et mucronatam linea 1—$1^1/_2$ superante; seta media 5—6-lineali. Afr. austr. Abyss. Hrbr. un. it. nr. 1796.

ζ. A. strictiflora. *Trin. Rupr.* l. c. 134. Culmo 8—10-pollicari strictiore; foliis complicatis subcurvatis; panicula contractissima angusta strictissima; flosculo 3—$4^1/_2$-lineali versus apicem undique scabro, seta media 6—7-lineali. Chaetaria curvata *β.* minor *Nees.* l. c. Afr. austr. Abyss. hrbr. un. it. nr. 1810. ad *ε* et *ζ* etiam var *ϑ* abyssinica. *Trin. Rupr.*

η. A. aethiopica. *Trin. Rupr.* (l. c.) Pallida glaucescens; culmo basi ramoso pedali; gluma superiore 3—$3^1/_2$-lineali inferiorem acutam linea superante, flosculo $4^1/_2$-lineali aspero seta media sub 8-lineali. *Kotschy* hrbr. aeth. nr. 226 248. Nubia.

ϑ. A. senegalensis. *Trin. Rupr.* (l. c. 135. *κ.*) Gluma superiore $3^1/_4$—4-lineali inferiorem 1''' superante; flosculo 5-lineali scabro, seta media sub 9-lineali. A. festucoides. *Poir?* Senegalia.

67. A. TENUIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa validula; culmo erecto (1—2-pedali) cum nodis vaginis foliisque glabris glaucescentibus; foliis angusto linearibus planis apice convolutis ($^1/_2$—$^3/_4$''' latis, 3—6'' longis); paniculae (6—7-pollicaris) apice nutantis radiis solitariis erectis contractis basi longe nodis superne divisis et densiuscule floriferis; spiculis tenuissimis, glumis parum inaequalibus lineari-subulatis (3''' longis) parum longioribus flosculo apice scabro; setis tenuissimis subaequalibus 8—10-linearibus. Vix A. vulgaris senegalenses *Trin. Leprieur* legit in Senegalia.

68. A. COERULESCENS. *Desf.* (Fl. alt. t. 21. f. 2.) Culmo 1—2 vel 4-pedali; foliis viridibus; paniculae densioris radiis erectis vel nutantibus; glumis parum inaequalibus, superiore $3^3/_4$—$4^1/_2$-lineali erosa vel bidentata flosculo parum breviore, inferiorem acuminatam linea $^1/_2$ superante; flosculo 4—5-lineali undique seriatim aculeato-scabro versus basin glabro; seta media 7—9-lineali. A. elatior. *Cav.* ic. 6. t. 589. f. 1. A. adscensionis. *Savi.* Aegypt. Barbaria.

69. A. ARABICA. *Trin. Rupr.* l. c. p. 135. *λ.* Uti praecedens at: foliis glaucis; gluma superiore $2^1/_2$—$3^1/_2$-lineali inferiorem linea integra superantem; flosculo interdum 3-lineali, asperulo; paniculae radiis contractis erectiusculis a basi fere floriferis. A. coerulescens. Hrb. un. it. arab. nr. 368. Arabia.

70. A. PUMILA. *Decaisn.* (Ann. sc. nat. 1835. p. 85. A. vulgaris var. *ν. Trin.* l. c.) Quadripolicaris et minor colorata; foliis glaucescentibus; panicula setis densa subcontracta; gluma superiore 4-lineali inferiorem obtusiusculam linea 1—$1^1/_2$ superante; flosculo $5^1/_2$—6-lineali excepto nervo dorsali glabro; seta 7—8-lineali. Aegypt. Arab. petr.

71. A. EHRENBERGII. *Trin. Rupr.* (l. c. 136. *ξ.*) Pedalis et ultra circa nodos colorata; foliis viridescentibus; panicula lucida subeffusa; glumis roseis, superiore 3—$3^1/_2$-lineali inferiorem obtusiusculam $^1/_2$—1''' superante; flosculo 5-lineali demum profunde purpurascente scaberrimo, seta media 9—11-lineali. Arabia.

72. A. SPICIGERA. *Trin. Rupr.* (l. c. *o.*) Uti praecedens, sed paniculae fere spicatae interruptae pallidae radiis 1—2 adpressis subunifloris, flosculo glabro et seta media 5—6-lineali. Sinai.

73. A. ADOENSIS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyssin.

nr. 1806.) Radice fibrosa plus minus caespitifera; culmis erectis (2—3-pedalibus), vaginisque internodio brevioribus et nodis glabris; ligula margo brevissime ciliatus; foliis angustissimis linearibus planis (vix sursum convolutis, $^1/_2$—1''' latis, 6—12'' longis) laevissime scabris; paniculae spiciformi-angustatae basi interruptae (6—8-pollicaris) strictae radiis subbinis adpressis brevibus a basi vel mox supra basin divisis et floriferis; glumis angusto-linearibus (viridi- et purpureo-variis) subsetoso-acuminatis glabris superantibus flosculum vix 3-linealem apice non tortum nec articulatum; aristae stipite brevissimo, setis erectis parum inaequalibus 6—8-linealibus. A. coerulescens. *Hochst.* hrbr. un. it. nr. 359. ♃ Abyssin.

74. A. GUINEENSIS. *Trin. Rupr.* (l. c. 137.) Rhizomate subrepente (?); culmo simplici (fere 3-pedali) ad nodos tumidos vix geniculato tereti vaginisque glabris; ligula in cilias densas brevissimas soluta; foliis planis ($^3/_4$''' latis, 1' longis) flaccidis glabris; paniculae (8-pollicaris) angustae subsecundae apice nutantis densiusculae coloratae basi longe exsertae radiis tenuissimis pluribus vel solitariis ad basin usque multifidis erecto-patentibus; longioribus sesquipollicaribus paulo supra basin dense floriferis, inferioribus quandoque nutantibus; glumis inaequalibus acuminatis superiore $2^1/_2$-lineali inferiorem linea dimidia superante; flosculo 1—$2^1/_2$ raro 3-lineali carina dorsali et nervo laterali versus apicem scabro caeterum glabro (maturo maculato) apice non torto neque articulato; setis parum inaequalibus patentibus media 5—7-lineali. ♃ Guinea.

75. A. THONNINGII. *Trin. Rupr.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (1—2-pedali et ultra) ad nodos tumidos ramuloso, parum geniculato vaginisque glabris; ligula in cilias densas brevissimas soluta; foliis angustissimis planiusculis ($^1/_4$—$^1/_2$''' latis, $^1/_2$' longis) apice attenuato-setaceis flaccidis; paniculae (7—9-pollicaris) pyramidatae subsecundae apice nutantis fasciculiflorae pallidae radiis tenuissimis pluribus patentibus, longioribus fere 2-pollicaribus, supra basin floriferis inferioribus nonnullis nutantibus; glumis inaequalibus acutis, superiore 3—$3^1/_4$-lineali inferiorem linea superante; flosculo maturo 4-lineali, carina dorsali et nervo laterali apicem versus scabro maculato, apice non torto nec articulato; setis parum inaequalibus patentibus media 6—7-lineali. ⊙ Guinea.

76. A. ADSCENSIONIS. *Lin.* Radice fibrosa; culmis caespitosis simplicibus rigidulis (6—10-pollicaribus), erectis; vaginis glabris; ligula pili brevissimi; foliis convoluto-setaceis rigidiusculis scabris (3—6-pollicaribus); paniculae condensatae (2—4'' longae, $^1/_2$'' latae) thyrsiformis oblongae basi interruptae et vaginatae radiis pluribus vel solitariis a basi divisis et floriferis; glumis inaequalibus, superiore apice obtuso bidenticulata flosculum aequante vel parum superante; flosculo 3-lineali dorso scabro apice non torto nec articulato; setis parum inaequalibus strictis erecto-patentibus media 7-lineali. (Ex *Trin. Rupr.* Stipac. p. 138.) Ins. Adscensioris.

Descriptio *Linnaei* pluribus notis recedit: Radice perenni caespitosa; culmis inferne ramosis; foliis e basi latiore sensim angustatis plano-caniculatis subulatis; panicula oblonga ramosa spicis sparsis; glumis (corollae) univalvibus. Habitus Festuccae ovinae. Ex Insula Adscensionis nulla alia nisi supra descripta innotuit. — *Parlatore* (Pl. novae 1842. p. 44.) A. adscensionis eandem cum A. coerulescente *Desf.* declarat. Species ex ipsa Ins. Insula Adscensionis ab *Urvilleo* lecta ad A. vulgarem *Trin. Rupr.* potius quam ad A. coerulescentem pertinet.

77. A. SIMPLICISSIMA. *Steud.* Caespitosa rigidula 4—6-pollicaris; radice fibrosa tenuicula; culmis simplicissimis vaginisque et foliis striatis laevibus glabris; foliis convoluto-setaceis, ligula candida oblonga apice setulosa; panicula simplicissima racemosa; radiis brevissimis solitariis vel binis subunispiculatis; glumis subcoloratis inaequalibus obtusiusculis, inferiore flosculo parum vel vix superiore fere duplo breviore; flosculo basi setulis cincto, setis scaberrimis flosculum sub 2-linealem parum longitudine superantibus. St. mauritiana. *Kunth.* var? Ins. Borbon.

78. A. RACEMOSA. *Spr.* (Mant. fl. Hal. I. p. 35.) Foliis glabris involutis linearibus longissimis; vagina glabra; ligula nulla; panicula contracta cylindrica spicaeformi; aristis aequalibus calyce 3-plo minoribus. Ins. St. Helena.

79. A. MODATICA. *Steud.* Radicis fibrosae fibris tomentosulis; culmis basi congestis divaricato-patentibus inaequalibus (4—9-pollicaribus) ad nodos inferiores plus minus quandoque refracto-geniculatis, vaginisque internodio brevioribus glabris; ligula brevissima ciliata; foliis subconvoluto-setaceis (1—2-pollicaribus flexuosis vel curvatis) patentibus; paniculae (2—4-pollicaris) subpatentis radiis 2—3-nis brevioribus a basi longioribus superius floriferis, capillaribus quandoque refracto-flexuosis; glumis inaequalibus obtusiusculis, sub lente validissima apice in setulas brevissimas solutis; superiore 3—4-lineali glabro, $^1/_3$ quandoque $^1/_2$ longiore inferiore dorso aculeolato-scabro; flosculo colorato 3—$3^1/_2$-lineali pedicello fasciculato-piloso, caeterum glabro in carina scabro non torto nec articulato; setis subaequalibus patentibus 5—6-linealibus. A. mauritiana. *Hochst.* hrb. Abyss. un. it. nr. 1047. *Rich.* Fl. Abyss. II. 392. (non *Kunth.*) Provincia Modat Abyss.

80. A. MAURITIANA. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 44.) Radice fibrosa interdum stolonifera, fibris tenuissimis simplicibus, culmis caespitosis erectis ad nodos simplicibus vel ramulosis tenuissimis (8—10-pollicaribus) parum geniculatis inferne cum vaginis coloratis glabris; ligula in cilias breves soluta; foliis convoluto-filiformibus setaceis curvatis (1—2—3-pollicaribus) glabris; paniculae (3—4-pollicaris) plus minus contractae basi exsertae et interruptae radiis 2—3-nis (vel 2), brevissimo unifloro, altero adpresso 2—6-floro; glumis obtusis inaequalibus, superiore $1^1/_2$—$1^3/_4$-lineali inferiorem vix $^1/_2$ linia superante; flosculo bilineali glabro apice non torto nec articulato; setis subaequalibus erecto-patentibus 3-linealibus. Ins. Franc. Borbon.

81. A. PUSILLA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 146.) Caespitosa; culmis condensatis humilibus (vix 2-pollicaribus) cum vaginis et foliis angustissimis planis vel convolutis ($^1/_2$—$^3/_4$-pollicaribus) glabris; ligula margo ciliaris brevissimus; paniculae simplicissimae ($^1/_2$—1-pollicaris) racemosae linearis basi vaginatae radiis brevissimis unifloris solitariis vel binis adpressis, glaucis obtusiusculis inaequalibus superiore bilineali inferiorem $^1/_2$ linea superante plerumque obscure brevissime bifida; flosculo $2^1/_2$—3-lineali glabro (violaceo et maculato) apice non torto nec articulato; setis subaequalibus 3-linealibus erecto-patentibus. ♃ Chaetaria mauritiana *β.* nana. *Nees.* Fl. Afr. austr. I. p. 188. Afr. austr.

82. A. DELICATULA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyssin. nr. 1830.) Caespitosa vel simplex; culmis humilibus (1—4-pollicaribus); vaginis ore sparsim pilosis foliisque striatis, his vel convolutis ($^1/_4$—$^1/_2$''' latis, $^1/_2$—1'' longis) glabris; ligula margo brevissimus ciliaris; paniculae (1—$1^1/_2$-pollicaris) oblongae radiis 3—4-nis inaequilongis capillaribus plus minus supra basin 2—4-floris, erecto-patentibus; glumis (purpures-violaceis) inaequalibus, inferiore ovato-lanceolata acuta $^3/_4$-lineali, superiore lanceolata acuminata 1—$1^1/_4$-lineali; flosculo $^3/_4$-lineali basi piloso medio glabro (uti glumae colorato) apice (sub lente validissima) scabro non torto nec articulato, seta media $2^1/_2$-lineali lateralibus duplo breviore. *Rich.* Fl. Abyss. II. 393. ⊙ Abyssin.

83. A. DENSISPICA. *Steud.* Caespitosa pumila (florens vix pollicaris demum 3-pollicaris) glaucescens; foliis radicalibus e basi latiore (vagina soluta) angustissime linearibus ($^1/_4$—$^1/_3$''' latis, $^1/_4$'' longis), caulinis 2—3-plo majoribus; ligula margo puberulus brevissimus; thyrso condensato ($^1/_2$—1-pollicari) radiis vix ullis sed spiculis omnibus sessilibus confertis; glumis subaequalibus cuspidato-acuminatis bilinealibus; flosculo $1^1/_2$-lineali glabro apice

vix scabriusculo; setis subaequalibus $2^1/_2$—3-linealibus. *Leprieur* legit in Senegalia.

84. A. CUMINGIANA. *Trin. Rupr.* (l. c. 141.) Radice fibrosa capillari; culmis (4—6-pollicaribus) tenuibus glabris articulatis; foliis glaucis (radicalibus 2—3-pollicaribus) subulatis angustissimis; paniculae oblongae lucidae capillaceae radiis 3-nis tenuissimis erectis sparsifloris; glumis patentibus inaequalibus, superiore fere $1^1/_2$-lineali inferiorem distincte superante; flosculo $^3/_4$-lineali glumam inferiorem aequante vel paulo excedente apice scaberrimo non torto directe setas flexuosas emittente laterales suberectas 1—$1^1/_2$-lineales, intermediam divaricatam incurvam duplo longiorem. A. capillacea *Cav.* Ic. V. t. 468. f. 1. Chaetaria trichodes. *Nees.* mpt. Hrbr. *Cuming* nr. 671. (non *Lam.*) ⊙ Ins. Philipp.

85. A. RIGIDA. *Cav.* (l. c. t. 469. f. 2.) Culmo glabro usque ad paniculam folioso (3-pedali); foliis distichis rigidis subulato-canaliculatis acumine subspinoso, culmo parallelis approximatis (3—4-pollicaribus) striatis; paniculae (sub-$^1/_2$-pedalis) contractae ovato-oblongae densiflorae rigidae radiis alternatim pluribus ex eodem puncto inaequalibus iterum ramosis multifloris patentibus (pollicaribus a basi fere floriferis); glumis violaceis acutissimis subaequalibus $1^1/_2$-linealibus; flosculo glumis breviore apice non torto; setis strictis erecto-patentibus inaequalibus media (7—9-lineali) lateralibus duplo longiore. Ins. Philipp.

86. A. SORZOGONENSIS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 224.) Culmo simplici erecto (6-pollicari); vaginis internodiis longioribus; ligula brevissima pilosa; foliis convoluto-setaceis superioribus culmum excedentibus, arcuatis rigidis intus glaberrimis margine scabris; paniculae (8-pollicaris) simplicis contractae basi vaginatae radiis 3—5-nis inaequalibus, longioribus (2-pollicaribus) multifloris; glumis aequalibus stramineis et partim coloratis setigeris; seta glumae inferioris extus primum pubescentis longiore, ipsa gluma 3-plo breviore; flosculo glumas aequante (an excedente?) glabro scabro apice in stipitem tortilem attenuato; setis glumas excedentibus media longiore. Ins. Luzon.

87. A. LUZONIENSIS. *Cav.* (Ic. V. t. 470. f. 2.) Culmis numerosis ramosis (3-pedalibus) articulatis glabris; foliis subulatis convolutis radicalibus numerosis (pedalibus); vaginis arctis striatis; paniculae (4-pollicaris) contractae oblongae densiflorae spiculis alternatim pluribus; (radiis erecto patentibus 1—$1^1/_2$-pollicaribus a basi floriferis); glumis lutescentibus carinatis valde acutis, superiore parum longiore (4-lineali), flosculo glumas aequante, maturo punctis fuscis variegato cylindrico apice non torto; setis stricte erectiusculis subaequalibus longitudine flosculi. Ins. Luzon. Philipp.

88. A. LAXA. *Cav.* (l. c. t. 470. f. 1.) Radice fibrosa; culmis fasciculatis simplicibus (2-pedalibus); foliis convolutis subulatis (radicalibus fere pedalibus); vaginis striatis glabris paniculae (pedalis et ultra) laxae depauperatae flexuosae radiis solitariis patentibus flexuosis (4-pollicaribus) inferne nudis superne bifidis tenuibus apice spiculas (5—8) gerentibus; glumis fuscis subulato-acuminatis subaequalibus 4-linealibus; flosculo apice torto 3-lineali; setis inaequalibus media (4—5-lineali) lateralibus 2—3-plo longiore. Ins. Philipp. (et? Montevideo.)

89. A. TRICHODES. *Nees.* (*Hook* Kew Gard. misc. II. 101.) Foliis lineari-angustis complicato-setaceis vaginisque striatis; panicula angusta contracta radiis capillaribus subfasciculatim decompositis; glumis setaceo-mucronatis scabris, inferiore flosculi stipitem brevissimum subaequante, superiore eodem stipite longiore crasse trinervi; flosculo lineari; arista ad basin fere divisa, lacinia media bilineali lateralibus linealibus, saepe recurvis scabris. Ins. Philipp.

90. A. JUNCIFORMIS. *Trin. Rupr.* (Stipac. 143.) Culmis stricte erecto simplici ($1^1/_2$-pedali) infra nodos valde compresso uti tota planta stramineo-flavescente; vaginis infimis ore pilosis, ligula nulla; foliis longissimis (etiam radicalibus) paniculam aequantibus filiformi-convolutis rigidis erectis apice pungentibus; paniculae (5-pollicaris) lucidulae subeffusae pyramidatae basi demum exsertae radiis pluribus superne floriferis; inferioribus (1—2-pollicaribus) patentibus vel erectis; glumis inaequalibus scabris pallidis, superiore $3^1/_2$-lineali acuminatissima inferiorem longe cuspidatam linea superante; flosculo bilineali minutissime scabro apice non torto nec articulato; setis parum inaequalibus patentibus, media 8-lineali. Afr. austr.

91. A. BIPARTITA. *Nees* (Fl. Afr. austr. I. 187. sub: Chaetaria.) Rhizomate repente; culmo erecto ($^1/_2$—1-pedali) subsimplici; vaginis ore ciliatis; nodis coloratis; foliis filiformibus curvatis (2—3-pollicaribus) pluribus complicatis, viridi-glaucescentibus; paniculae (5—6-pollicaris) depauperatae effusae subsecundae apice nutantis basi exsertae radiis solitariis ad basin usque bipartitis divaricatis (2—3-pollicaribus) apice spiculas 1—5 gerentibus; glumis acuminatis aequalibus 3—$3^1/_2$-linealibus; flosculo $2^1/_2$-lineali glabriusculo colorato et maculato apice non torto nec articulato; setis subaequalibus 3-linealibus patentibus. ♃ Afr. austr.

92. A. LONGERADIATA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto tenui simplici glabro ($1^1/_2$—3-pedali); vaginis internodis brevioribus striatis apice barbatis; ligula brevi ciliata; paniculae depauperatae effusae radiis solitariis alternis simplicibus longe nudis (demum elongatis) apicem versus floriferis; flosculis tenuissimis; glumis subaequalibus lanceolatis acuminatis flosculo ($2^1/_2$—3-lineali) parum brevioribus; valvula scabra; setis lateralibus intermedio parum brevioribus flosculo 3-plo longioribus. Senegal.

93. A. VAGANS. *Cav.* (Ic. V. t. 471. f. 1.) Culmis glabris (2—3-pedalibus); nodis rubentibus; vagina pollicari in folium semipedale desinente; paniculae (5-pollicaris) lucidissimae rigidae radiis geminis remotis divaricatis parum supra basin spiculas paucas gerentibus; glumis obtusiusculis superiore 2-lineali longiore; flosculo glumas superante 4-lineali apice non torto; seta media 3-lineali flosculo breviore lateralibus paullo longiore. N. Holl.

94. A. RAMOSA. *R. Br.* Rhizomate ramoso repente; culmis simplicibus ($1^1/_2$/—2-pedalibus) ad nodos inferiores geniculatis ramosis; vaginis internodiis 3—4-plo brevioribus ore brevissime pilosis; foliis planiusculis vel filiformi-convolutis (3—5-pollicaribus) glabris; paniculae (5—6-pollicaris) contractae basi exsertae radiis geminis erectis, altero brevissimo unifloro, altero $1^1/_2$-pollicari parum supra basin florifero; glumis parum inaequalibus brevecuspidatis, superiore 3—$3^1/_2$-lineali apice obtusa vel brevidentata inferiorem $^1/_2$ linea superante; flosculo $3^1/_2$—4-lineali glabro maculato apice non torto nec articulato; setis parum inaequalibus patentibus media 6—7-lineali. *Sieb.* Agr. nr. 55. ♃ N. Holl.

95. A. PILOSA. *Labil.* (Sect. t. 57.) Culmis simplicibus ($1^1/_2$-pedalibus) inferne pilosis; vaginis internodiis brevioribus; foliis linearibus (1—3-pollicaribus) margine scabris; ligula brevi fimbriata, pilosa; paniculae ($^1/_2$-pedalis) contractae oblongae basi exsertae radiis solitariis erectis fere a basi spiculis 1—7 obsessis; glumis parum inaequalibus breve setigeris, inferiore breviore rarius longiore; flosculo sub-4-lineali glumis longiore; setis erecto-patentibus media 6-lineali lateralibus duplo longiore. N. Caledonia.

96. A. CALYCINA. *R. Brown.* (Prodr. 173.) Culmo erecto simplici; panicula subramosa; glumis coloratis mucronatis subaequalibus longitudine flosculi; arista cum valvula non articulata setis flore longioribus. N. Holl.

97. A. PARVIFLORA. *Steud.* Caule erecto simplici vel ramoso tenui (1—2-pedali) cum tota planta glabro, excepta ligula brevissima pilosa; foliis convolutis erectis rigidulis 1—2-pollicaribus; panicula subsimplici, radiis

alternis remotis solitariis vel binis inaequalibus brevibus ($^1/_2$—1-pollicaribus) paucifloris; glumis subaequalibus subcoloratis acutis flosculo subduplo brevioribus; setis subaequalibus (2—3-linealibus) gluma brevioribus. *Urville* legit in N. Holl.

98. A. URVILLEI. *Steud.* Glabra; culmo erecto simplici vel ramoso tereti laevi (2-pedali et ultra) foliato; vaginis arctis superne solutis; ligula brevissima ciliata; foliis convolutis curvatis apicem versus setaceis scabriusculis; panicula oblonga subcontracta (ultra pedali), radiis subdistantibus, infimis verticillatis inaequalibus, brevioribus a basi longioribus versus medium floriferis, superioribus ternis binis vel solitariis; glumis inaequalibus subpellucidis angustis (longiore 3—4-lineali) subaristato-acuminatis; flosculo glumas subaequante basi pilis argenteo-sericeis obvallato, glabro cum setis subaequalibus (6—7‴ longis) scabris. *Urville* legit in Ins. Societ. an Maloun.

99. A. HYSTRIX. *Lin. fil.* Rhizomate repente (stolonifero) ramoso; culmo adscendente (10—20-pollicari); vaginis internodiis multo brevioribus glabris striatis ore barbatis (radicalibus interdum albo-tomentosis); foliis glaucescentibus distiche-patentibus ($1^1/_2$—4-pollicaribus) convolutis glabris supra asperulis; paniculae (2—5-pollicaris) rigidae lucidulae ovalis exsertae radiis sub-2-nis angulatis rigide patentibus ad axillas barbatis, parum supra basin dichotomis floriferis; glumis inaequalibus, superiore longe acuminata 6—7-lineali glumam inferiorem longe subulatam lineis 2—3 superante; flosculo $4^1/_2$-lineali minutissime scabro apice non torto nec distincte articulato; setis parum inaequalibus curvulis erecto-patentibus media 1—$1^1/_2$-pollicari. ♃ Ind. or.

A. Hystrix *Thunb.* diversa planta est sec. *Trin. Rupr.* Stipac. 147. forsan var. A. vestitae *Thunb.*

100. A. RIGESCENS. *Roem. Schult.* (Syst. 2. 400.) Culmo adscendente flexuoso glabro (2-pedali), ramoso ad ramos rigidos incrassato; vaginis internodio parum brevioribus glabris, margine membranaceis ore dense pilosis; foliis erecto-patentibus subulato-convolutis rigidis margine argute serrulatis; paniculae (5—6-pollicaris) oblongae subcontractae e vagina vix exsertae radiis subbifloris compressis angulis scabris; glumis valde inaequalibus compressis flosculum arcte includentibus carinatis apice, in setam $1^1/_2$-linealem terminatis; gluma interiore dimidio breviore; arista recta infra divisuram in glumis latitante, setis erectis, media bipollicari lateralibus $^1/_4$ breviore. A. rigida *Roth.* N. pl. sp. p. 42. non *Cav.* Ind. or.

101. A. SETACEA. *Retz.* (Obs. 4. p. 22. sec. *Trin. Rupr.* Stipac. 149.) Rhizomate crasso; culmis erectis firmis (bipedalibus) ad nodos tumidos plerumque ramosis; vaginis glabris; ligula subnulla; foliis filiformi convolutis flaccidis (3—6-pollicaribus); paniculae pallidae stramineae densiusculae (7—9-pollicaris) basi interruptae et longissime exsertae contractae linearis radiis erectis pluribus vel solitariis a basi divisis et floriferis; glumis inaequalibus superiore 5—7-lineali apice bidentata plus minus longe mucronata inferiorem longe subulatam lineis 2 superante, aequante flosculum glabrum apice non tortum nec articulatum; setis parum inaequalibus 12—16-linealibus divaricato-patentibus. (A. setacea *Willd.* hrb. et A. arundinacea *Schum.* hrb.) ♃ Ind. or.

102. A. CYANANTHA. *Nees.* (in *Royl.* Ind. nr. 64. sub: Chaetaria.) Culmo erecto, geniculis foliisque planis glabris, vaginis ore imberbibus; paniculae effusae radiis semipedalibus tenuissimis semiverticillatis oppositisve, dichotomis et inferne alterne et remote uniradiolosis ad $^3/_4$ longitudinis nudis, apice tantum floriferis; flosculis cyanescentibus; glumis angustis acuminatis, superiore flosculum aequante, inferiore duplo breviore, setis subaequalibus flosculo 2—3-plo longioribus. ♃ Nepal.

103. A. MUTABILIS. *Trin. Rupr.* (Stipac. 150.) Radice fibrosa subrepente; culmo (1—2-pedali) superne plerumque ramosissimo, plus minus uti tota planta glauco; vaginis ore ciliatis internodio brevioribus; foliis plerumque convolutis linealibus vel planis (1‴ latis, 3—4″ longis) patentibus rigidiusculis; paniculae (3—6-pollicaris) fasciculiflorae basi demum exsertae radiis solitariis erectis subsecundis demum divaricatis bipollicaribus a basi ultra medium nudis apice dense floriferis; gluma superiore 3-lineali glabra apice bidentata et breve cuspidata, inferiore scabra acuminato-cuspidata; flosculo $3^1/_2$—$4^1/_2$-lineali superne scabro, apice attenuato laxe torto et cum basi aristae (vix sua sponte) solubilis articulato; setis subaequalibus erectis vel erecto-patentibus $^1/_2$—1-pollicaribus. Variat: 1) glumis aequalibus; flosculo $3^1/_2$-lineali; setis 6—7-linealibus. A. meccana *Fenzl.* in *Kotschy* pl. Aeth. nr. 103. — 2) gluma inferiore quam superior $^1/_2$ linea breviore; panicula 3-pollicari culmo semipedali. 3) gluma superiore inferiorem linea $^3/_4$ excedente, flosculo $4^1/_2$-lineali; setis pollicaribus; foliis planis, culmo minus ramoso. A. meccana. *Hochst.* pl. nub. un. it. nr. 54. non Hrbr. arab. 4) Habitu tenuiore foliis semipedalibus, culmo simplici. — Nubia. Senegal.

104. A. KUNTHIANA. *Trin. Rupr.* (l. c. 151.) Culmo decumbente tenui filiformi (fere pedali); ad nodos fasciculato et contracto-ramoso, ramis iterum fasciculato- et florifero-ramosis; vaginis glabris; ligula brevissima ciliari; foliis angustissimis compresso-convolutis (1—2-pollicaribus et brevioribus) glabris; paniculae 2—3-pollicaris fasciculiflorae basi demum exsertae radiis solitariis patulis $1^1/_2$-pollicaribus basi nudis sub medium floriferis; glumis aequalibus (2—) 3-linealibus apice bidentatis, superiore glabra apice breve mucronata, inferiore (sine subulo) breviore longius cuspidato scabro; flosculo $2^1/_2$-lineali glumis breviore angustissime cylindraceo minutissime scabro apice non torto sed cum basi aristae facile solubilis articulatim conjuncto; setis subaequalibus erecto-patentibus 5—6-linealibus. Senegal.

105. A. MECCANA. *Hochst.* (in *Trin. Rupr.* l. c.) Radicis fibris tomentosis; culmis caespitosis adscendentibus (5—8-pollicaribus) ad nodos geniculatis uti tota planta glaucescentibus; vaginis internodio brevioribus ore tenui et longe barbato-pilosis; foliis lineari-complicatis rigidiusculis (sub-pollicaribus) patentibus vel divaricatis plerumque curvatis; paniculae contractae (2—3-pollicaris) linearis vel oblongae basi demum exsertae radiis inferioribus solitariis fere a basi floriferis erectis vel adpressis; glumis glabris inaequalibus, superiore fere 3-lineali apice bidenticulata brevissime mucronulata inferiorem acutam duplo excedente; flosculo 3-lineali basi pilosulo dein glabro apice laxe vel densiuscule torto et cum basi aristae (vix sponte) solubilis distincte articulato; setis subaequalibus patentibus vel divaricatis 7—10-linealibus. *W. Schimper* (pauca specimina in Hrbo. un. it. sine nr.) legit prope Meccam.

106. A. BARBICOLLIS. *Trin. Rupr.* (l. c. 152.) Culmo basi ramoso ramisque erectis, (subpedali); foliis linearibus complicatis margine scabris glabris; vaginis internodio brevioribus ore longe denseque patenti barbato-pilosis; paniculae (2—4-pollicaris) effusae subsecundae fasciculiflorae ovato pyramidatae (apice quandoque nutantis) basi demum exsertae radiis solitariis geminisve divaricatis vel patulis (1—2-pollicaribus) inferne nudis vel rarius a basi floriferis; glumis glabris inaequalibus breve cuspidatis, superiore $3^1/_2$-lineali apice bidentata inferiorem linea 1—$1^1/_2$ superante; flosculo 3-lineali superne scabro apice cyanescente 3—4-ter dense torto et cum basi aristae non deciduae distincte articulato; setis aequalibus strictis 7—9-linealibus patenti divaricatis. Chaetaria Forskohlei *Nees* Fl. Afr. I. 188, sed non A. paniculata *Forsk.* ♃ Afr. austr.

107. A. PARADOXA. *Steud.* (*J. A. Schmidt* Fl. Cap. Verd. Ins. 140.) Radice fibrosa dense caespitifera; caulibus demissis (vix 2-pollicaribus), totis tectis vaginis imbri-

catis villosis striatis ex apice obtuso adpresso foliiferis; foliis distichis patulis striatis sparse pilosis, subconvolutis subpungentibus (1/2—1 1/2' longis, vix 1/2''' latis) glaucis; paniculis nunc terminalibus ex ramulorum apice, nunc fere ex basi caulis ortis, simplicissimis subracemosis paucifloris culmos superantibus; glumis angustissimis lineari-lanceolatis acuminatis hyalinis uninerviis flosculo scabriusculo brevioribus; aristae setis subaequalibus (pollicaribus et ultra) flosculum subaequantibus, scabriusculis. Ins. Promon. viridis.

108. A. CONGESTA. *R. S.* (Syst. 2. 401.) Radice fibrosa vel subrepente; culmis simplicibus vel ramosis (1/2—1-pedalibus) caespitosis vaginisque internodio brevioribus omnino glabris; ligula brevissime ciliata; foliis incurvis complicatis rigidis pungentibus (2-pollicaribus) glaucis; paniculae contractae densiflorae (1 1/2—2-pollicaris) ovalis demum basi exsertae radiis pluribus vel solitariis prope basin divisis et floriferis; glumis scabris inaequalibus superiore apice bidentata et setigera 4—5-lineali flosculum paullo et glumam inferiorem longe cuspidatam linea superante; flosculo 3—4-lineali superne scabro apice bis vel ter torto cum basi aristae non deciduae distincte articulato; setis subaequalibus strictis patentibus 5—7—8-linealibus. *Kunth.* Gram. II. t. 172. A. coarctata *Lichtst.* (non *H. B.*) ♃ Afr. austr.

109. A. HORDEACEA. *Kunth.* (Rev. Gram. II. t. 173.) Culmo ramoso; ramis teretiusculis cum vaginis obsolete scabriusculis; ligula brevi membranacea fissa ciliolata; foliis anguste linearibus acutatis convolutis rigidis glaucoviridibus obsolete scabriusculis (sub-1 1/2-pollicaribus); paniculae contractae densiflorae thyrsiformis ovalis (1 1/2—2-pollicaris) basi longe exsertae radiis pluribus sessilibus a basi dense floriferis; glumis inaequalibus, superiore flosculum paulo superante, apice breve bidentata et inter lobos seta 3-plo breviore instructa, inferiore breviore apice setosa setam suam aequante; flosculo 2 1/2-lineali dorso scabro apice articulato non torto; setis subaequalibus strictis 5—7-linealibus erecto-patentibus. Senegalia.

110. A. STEUDELIANA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 155.) Radice fibrosa tenui, caespitifera; culmis simplicibus compressiusculis dense tenuissime breviterque pubescentibus; vaginis internodio brevioribus scabriusculis; ligula series pilorum brevissimorum; foliis planis (1/2—1 1/2''' latis, 3'' longis) linearibus brevi acuminatis; paniculae (2—3-pollicaris) contractae densiflorae thyrsiformis oblonga basi longe exsertae radiis pluribus sessilibus a basi floriferis; glumis subaequalibus 4-linealibus in setas scabras terminatis (quandoque pallide purpurascentibus) superiore apice profunde bidentata; flosculo 2—2 1/2-lineali dorso undique scabro apice obsolete articulato non torto; setis subaequalibus strictis erecto-patentibus sub-10-linealibus. A. hordeacea. *Hochst.* hrbr. un. it. *Kotschy* nr. 33. *Schimp.* 804. (vix *Kunth* cujus forsan var.) Nubia. Abyssin.

§. 2. Aristae caducae, setae nudae. Arthratherum. *Beauv.* Species Africanae, Asiaticae et Australasicae.

111. A. AMPLISSIMA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 155.) Radicis fibris crassis tomento evanido obductis; culmo erecto (2—3-pedali) ramoso inferne purpurascente; nodis tumidis plerumque duplicibus 2''' inter se remotis, interdum gemmam bulbiformem ovato-globosam foventibus; vaginis internodio brevioribus ore adustis et ligulae loco dense pilis albidis barbato-lanatis inferioribus omnino glabratis; foliis subconvolutis (1/2—1-pedalibus) glabris; panicula juniore basi vaginata debili flaccida radios capillares et spiculas angustissimas gerente; adulta amplissima (ultra pedem longa, 1/2-pedem lata) lucida effusa sparsiflora exserta; radiis 2—3-nis vel solitariis a basi divisis elongatis (5-pollicaribus) patentibus remote dichotomo-ramosis, radiolis 1/2—1-pollicaribus unifloris; glumis valde inaequalibus superiore 5 1/2—6-lineali anguste lanceolata apice bidentata (vel truncata, erosa) quam inferior ovato-oblonga apice bidentata 3-plo longiore; flosculo 4-lineali glabro maculato apice non torto sed cum stipite aristae cito-deciduae cum setis 7—12-lineali sensim ad 3—4 pollices elongatae articulatim conjuncto; setis subinaequalibus. A. stipiformis *Poir* Enc. supl. I. 452. (vix *Lam.*) *Hochst.* hrbr. nub. un. it. nr. 142. Senegal. Nubia.

112. A. DIFFUSA. *Trin.* (Act. Petr. 1829. 86.) Culmis erectis basi coadunatis simplicibus (1 1/2—2-pedalibus) glabris vel vix conspicue puberulis; foliis convoluto-teretibus firmis curvatis (3—4-pollicaribus) glabris; vaginis internodiis brevioribus, ore nodisque purpurascentibus glabris; ligula brevissima ciliari; paniculae 6—9-pollicaris effusae amplae lucidae sparsiflorae radiis capillaribus subflexuosis flaccidis patentibus vel divaricatis 3-pollicaribus basi nudis, radiolis 1—2-floris; gluma superiore 6—7-lineali inferiorem duplo superante, utraque bifida vel obtusiuscula; flosculo 5—6-lineali glabro basi maculato et in pedicello piloso, cum stipite aristae contorto vix articulato (hinc hac minus decidua), setis subpollicaribus (1 1/2-pollicaribus *Trin.*) media parum (lineas 2—5 *Trin.*) longiore. A. vestita et diffusa *Trin. Rupr.* Stipac. 157. Intermedia inter praecedentem et sequentem sed vix dubia distincta. ♃ Afr. austr.

113. A. VESTITA. *Thunb.* (Fl. cap. 394.) Radice fibrosa; culmis caespitosis ad nodos geniculatis et ramosis (1/2—3-pedalibus); foliis curvatis convoluto-filiformibus glabris (2—12-pollicaribus); vaginis radicalibus subbulboso congestis, reliquis molliter pubescentibus vel glabris; ligula brevissima ciliolata; paniculae (2—4-pollicaris) subcontractae vix patulae radiis filiformibus erectis strictis subbinis 2—3-chotomis, glumis (primum pallide purpureis et flavido-variis, demum cinamomeis) inaequalibus, inferiore 2 1/2-lineali oblonga truncato-obtusa bifida; superiore 5 1/2-lineali lanceolata arcte convoluta inaequaliter 2—4-fida; flosculo 5-lineali punctulato glabro apice non torto cum stipite aristae deciduae contorto leviter articulato; setis patentibus vel divaricatis media subpollicari laterales parum superante. A. vestita var *β—ζ Rupr. Trin.* l. c. 158. ♃ Afr. austr.

114. A. PSEUDOHYSTRIX. *Rupr. Trin.* (l. c. sub: A. vestita *η.*) Culmo simplici (subpedali) basi geniculato; foliis curvulis (bipollicaribus); vaginis radicalibu junioribus lanatis; paniculae coarctatae (bipollicaris) depauperatae basi longissime exsertae radiis fere a basi floriferis multiradiolosis adpressis; gluma superiore 4 1/2-lineali inferiorem triplo superante; flosculo 4-lineali apice cum stipite aristae 1/4-lineali non torto distinctius articulato; setis patentibus pollicaribus. Afr. austr.

115. A. FUNICULATA. *Trin. Rupr.* (l. c. 159.) Radice fibrosa caespitifera; culmis numerosissimis (1/2—1-pedalibus) simplicibus vel ramosis; vaginis internodio brevioribus basi pilis sparsis longiusculis (quandoque evanidis) obsitis ligula vix ulla; foliis planis angustissimis (vix 1/2''' latis, 1—3'' longis) erectis glabris; paniculae (3—4-pollicaris) depauperatae subcontractae radiis a basi vel sursum floriferis; glumis parum inaequalibus longe acuminato-cuspidatis glabris 8—10-linealibus; flosculo sub-3-lineali basi argenteo-piloso sursum asperulo purpureo-maculato non torto, sed cum stipite aristae deciduae longissimo (1 1/2—3-pollicari) contorto articulatim conjuncto; setis subaequalibus (2—2 1/2-pollicaribus) patentibus. A. Kotschyi *Hochst.* hrb. nub. un. it. nr. 31. — *Kotschy* hrb. fl. aeth. nr. 98. ⊙ Nubia. Arab. Senegal.

Omnino alia species videtur: A. foenicularis (sic!) *Edgew.* Asiat. Journ. 1852 et: Bot. Zeit. 1852. p. 861. quamvis citata *Ruprechti* specie, quae differre videtur: foliis longe pilosis, et arista apice tricuspidata; gluma interiore pallide purpurea.

116. A. MACRATHERA. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 393.) Annua; culmo caespitoso gracili laevi glabro (pedali); foliis linearibus angustis acutissimis glabris, margine retrorsum

leviter scaberulis; ligula pilosa, vaginis glabris laevibus; panicula terminali subcontracta ramosa, ramis adpressis elongatis; spiculis subulatis angustis longissimis; gluma exteriore lineari-lanceolata apice sensim angustata et acutissima dorso carinata et scaberula, interiore paulo longiore apice sensim in seta longiuscula gracili desinente; valvula exteriore basi pilis cincta longissima apice triquetra, spiraliter torta scabra; aristae longissimae trifidae ramo intermedio paulo longiore, omnibus subulatis scabris. Praecedenti dicitur affinis. Prov. Chiré Abyssin.

117. A. ROYLEANA. *Trin. Rupr.* (l. c. 160.) Culmis inferne ramosis (8—11-pollicaribus) ad nodos geniculatis; vaginis internodio longioribus; ligula brevissime ciliolata; foliis planiusculis (1/2''' latis, 1/2—1'' longis) erectis; paniculae contractae (3-pollicaris) confertiflorae longissime exsertae radiis subgeminis, altero breviore subsessili paucifloro, altero pollicari patulo vel erecto paulo supra basin multifloro; glumis subaequalibus semipollicaribus longe acuminato-subulatis; flosculo 2—3-lineali maculato apice asperulo non torto sed cum stipite aristae deciduae 6—12-lineali contorto articulatim conjuncto; setis aequalibus 1—1 1/2-pollicaribus patentibus. Chaetaria Royleana *Nees.* mpt. Ind. or.

118. A. SIEBERIANA. *Trin.* (*Spr.* Ent. 2. 61.) Radice fibrosa, fibris crassis tomentosis; culmo ad nodos ramoso (1 1/2—2-pedali) e glauco et amethystino vario; vaginis internodio multo brevioribus fauce calloso-auriculatis (plerumque barbatis); ligula brevissima ciliata; foliis convoluto-filiformibus erectis firmis glabris glaucescentibus (5—8-pollicaribus); paniculae (4—6-) pollicaris coloratae contractae pauci- et confertiflorae basi longe exsertae radiis solitariis a basi mox divisis et floriferis erecto-adpressis; glumis inaequalibus, superiore (cum subula) 7—8-lineari hinc inde adpresse pilosa, apice profunde bidentata et subulo 3—4-lineali instructa, inferiore acuminato-cuspidata 6—7-lineali; flosculo 4 1/2—5-lineali maculato apice scabro non torto sed cum stipite aristae deciduae 7—10-lineali laxe contorto articulatim conjuncto; setis patentibus 2—2 1/2-pollicaribus subaequalibus. Palaestina.

119. A. PALLIDA. *Steud.* Radicis fibris crassis tomentosis; culmo ad nodos tumidulos ramoso (1 1/2—2-pedali) uti tota planta pallide glaucescente, glabro, basi vaginis emarcidis vestito; vaginis internodio brevioribus; ligula brevissima ciliata; foliis basi planis superne convolutis (6—8'' longis, basi 1/2''' latis); paniculae (8—10-pollicaris) diffusae flaccidae longe exsertae radiis elongatis, inferioribus geminis, superioribus solitariis longiuscule (1/2—5/4'') supra basin floriferis, plus minus nutantibus; glumis inaequalibus, superiore (cum subula) 12—15-lineari ad carinam subpatenti-pilosa, apice profunde divisa et subula 5-lineali instructa (ita ut gluma apice 3-setosa — dentibus vero quandoque ita adpressis ut simpliciter longe acuminata videatur) inferiore acuminato-cuspidata 7—8-lineari, brevissime bidentata glabra; flosculo 5—6-lineali basi piloso apicem versus scabro albo, (genitalibus tantum per pellucidam membranam conspicuis parum obscuriore) non torto sed cum stipite aristae (demum) deciduae sursum laxe contorto 1—1 1/2-pollicari articulatim conjuncto; setis patentibus 3—4-pollicaribus parum inaequalibus. A. Sieberiana β pallida *Trin. Rupr.* (l. c. 161.) A. stipaeformis *Hochst.* hrb. nub. 55. Nubia.

120. A. LEIOCALYCINA. *Trin. Rupr.* (l. c.) Paniculae 5-pollicaris pallidae flaccidae contractae pauci- et confertiflorae basi exsertae radiis inferioribus solitariis sub medium floriferis patentibus, superioribus mox a basi divisis et floriferis erectis adpressis; glumis inaequalibus glabris, superiore 10—11-lineali ex vel sub apice bidentato longe setosa, inferiore 6—7-lineali apice subulata; flosculo 5-lineali apice scabriusculo non torto sed cum stipite aristae demum deciduae solubili 7—8-lineali laxe contorto articulatim conjuncto, setis patentibus aequalibus bipollicaribus. Habitus praecedentis, forsan 3 ultimae formae unius ejundemque speciei. Guinea.

121. A. STIPOIDES. *R. Brown.* (Pr. N. Holl. 174.) Radice fibrosa; culmis caespitosis (1—1 1/2-pedalibus) tenuibus simplicibus vel rarius ad nodos inferiores tumidos ramosis glabris; vaginis internodio brevioribus; ligula dense (breve) ciliata; foliis filiformi setaceis involutis (sub-semipollicaribus) intus scabris patentibus flaccidis; paniculae 6—10-pollicaris pallidae tenuis contractae et implicato tortae pauciflorae basi vix exsertae radiis inferioribus geminis adpressis a basi vel superius floriferis; glumis inaequalibus glabris apice bidentatis brevissime mucronatis; superiore 8—9-lineali, inferiorem duplo vel plus excedente; flosculo 4-lineali glabriusculo apice non torto sed cum stipite aristae mox deciduae 1—1 1/2-pollicari contorto articulatim conjuncto; setis patentibus vel divaricatis subaequalibus 2—3-pollicaribus. N. Holl.

122. A. HYGROMETRICA. *R. Brown.* (l. c.) Racemi simplicis radiis inferioribus 1—2-floris; glumis (flavescentibus) inaequalibus glabris apice muticis et obtuse bidenticulatis; superiore 14-lineali inferiorem plus duplo superante; flosculo 5-lineali glabriusculo apice non torto sed cum stipite aristae (demum) decidua fere bipollicari dense contorto articulatim conjuncto; setis stricte patentibus aequalibus 4—5-pollicaribus. Arthratherum hygrometricum *Beauv.* Agr. t. VIII. fig. 8. N. Holl.

123. A. ARENARIA. *Gaudich.* (*Freys.* it. bot. 407.) Culmis caespitosis ramosis; vaginis internodia subaequantibus glabris; ligula breve ciliata; foliis convoluto-setaceis curvatis (2—3-pollicaribus, sub lente) scabris; paniculae (3-pollicaris subcoloratae) contractae pauciflorae basi vix exsertae radiis inferioribus ternis erecto-adpressis, brevioribus unifloris, longiore bifloro infra medium nudo; glumis inaequalibus glabris ut plurimum ex apice attenuato-subulato breve cuspidatis, superiore 10—11-lineali inferiorem duplo superante; flosculo 2 1/2-lineali (excepto callo) glabro colorato apice non torto sed cum stipite aristae mox deciduae 2—3-lineali contorto articulatim conjuncto; setis patentibus vel divaricatis 1 1/2—2-pollicaribus. Arthratherum arenarium *Nees.* in *Lehm.* Pl. Preiss. II. 98. N. Holl.

§. 3. Aristae caducae setis pennatis. Stipagrostis *Nees.* Species Africae et Asiae occidentalis.

* Setae laterales nudae.

124. A. CILIATA. *Desf.* (in *Delil.* Aegypt. t. 13 fig. 3.) Radicis fibris validis tomentosis; culmis basi vaginis emarcidis subbulboso incrassatis caespitosis, erectis (1—1 1/2-pedalibus); vaginis internodio brevioribus ad oras praesertim vero nodis dense longeque ciliato-barbatis; foliis glaucis abbreviatis (pollice raro longioribus) curvatis rigidulis; paniculae oblongae lucidae (3—6-pollicaris) basi vaginatae vel longe exsertae radiis solitariis vel geminis capillaribus 1—4-spiculas gerentibus; glumis parum inaequalibus (basi coloratis sursum albis) apice obtusis brevissime ciliolatis subemarginatis, superiore parum longiore 4—5-lineali; flosculo 2 1/2—3-lineali glabro; stipite aristae deciduae 2 1/2—3 1/2-lineali basi conico, intus cavo, vix torto glabro; setis lateralibus erecto-patentibus nudis, media subduplo longiore basi ciliato-pilosa tum ad 5—6 lineas nuda, superne pilis patenti-erectis (1—1 1/2-linealibus) pennata, mucronulo apicali lineali nudo vel plumosulo. A. Schimperi *Hochst. Steud.* hrb. un. it. arab. nr. 161. ♃ Aegypt. Arab. Pr. b. sp.

125. A. PLUMOSA. *Lin.* Radicis fibris crassiusculis tomentosis; culmis basi vaginis emarcidis vestitis cum his plus minus tomentoso lanatis (4—10-pollicaribus); nodis ipsis plerumque eberbibus basi vero pilis plus minus densis cinctis; ligula praeter pilos ad oras vaginae vix ulla; foliis setaceo convolutis glaucescentibus plerumque curvatis et flexuosis (1/2—3-pollicaribus et ultra) glabris; paniculae

plus minus contractae, pyramidatae (2—3-pollicaris) radiis solitariis vel geminis a basi spiculas 1—4 gerentibus; glumis (plus minus cito deciduis) parum inaequalibus glabris (rarissime inferiore sericea) apice (quamvis satis acuto, sub lente valida) truncatis plerumque setuloso divisis; superiore 6—9-lineali, inferiorem 1—2 linea superante; flosculo $1^1/_2$—3-lineali glabro; stipite aristae deciduae 1—4-lineali cylindrico vix torto glabro; setis lateralibus suberectis tenuissimis nudis, 4—5- raro cum media 4—12-lineali constanter pennatis; hac nunc e medio nunc e latere flosculi oriunte apice nudiusculo. A. lanata *Forsk. Beauv.* Agr. t. 8. f. 10? — Species quidem variabilis, sed non in plures dirimenda. Oriens. Arab. Nubia.

126. A. RADDIANA. *Savi.* (Acta Moden. 1837.) Culmo pilosiusculo; foliis convolutis recurvis rigidis ad faucem vaginae ciliatis; panicula racemosa; valvulis inaequalibus acuminatis; arista articulata tripartita, lacinia media unica plumosa apice nuda calycis longitudinem 4-plo vix superante. Prioris var? *Rupr. Trin.* Nubia.

127. A. ACUTIFLORA. *Trin. Rupr.* (Stipac. 167.) Culmo — uti tota planta — flavescente ($1^1/_2$-pedali) infra nodos inferiores sericeo ramoso, superne stricto; vaginis et nodis glabris; ligula brevissima ciliata; foliis involuto filiformibus (subsemipedalibus) flexuosis firmulis glabris; paniculae ($1^1/_2$-pedalis) pyramidatae lucidulae radiis geminis patentibus a basi vel superius floriferis, longiore 7-floro; glumis subaequalibus glabris, superiore $3^1/_2$—4-lineali apice breve bidenticulata et cuspidata, inferiorem acutatam vel mucronatam vix ($^1/_2$ linea) superante; flosculo bilineali; stipite aristae deciduae minimo (semilineali) non torto glabro, setis lateralibus divaricatis nudis sub-4-linealibus, media patente 6—9-lineali inferne ad $^1/_3$ nuda, mucronulo apicali semilineali nudo. Dongola.

128. A. OBTUSA. *Delil.* (Aeg. t. 13. f. 2.) Radicis fibris validis tomentosulis, dense caespitiferis; culmis 3—7-pollicaribus cum nodis vaginis ore ciliatis foliisque glaberrimis vel (in speciminibus capensibus) plus minus pilosis; foliis numerosis basilaribus abbreviatis ($^1/_2$—1-pollicaribus) curvulis glaucis apice subtruncato obtusis; paniculae (1—4-pollicaris) contractae radiis erectis vel adpressis fere a basi densiuscule floriferis; glumis subinaequalibus glabris 4—5-linealibus acutatis; flosculo 1—$1^1/_2$-lineali apice emarginato pro stipite aristae deciduae 1—4-lineali non torto glabro; setis patentibus lateralibus nudis 5—6-media 10—12-lineali inferne nuda, superne cum mucronulo apicali pennata. ♃ Afr. austr. Arabia.

129. A. DREGEANA. *Nees.* (Fl. Afr. I. 172. sub: Stipagrostis.) Radicis fibris validis tomentosis caespitiferis; culmo (5—8-pollicari) vaginisque (sub lente valida) tenuissime pubescentibus his ore brevissime ciliatis; foliis (1—2-pollicaribus) minus congestis validiusculis curvatis convolutis apice subobtusis; paniculae (bipollicaris et ultra) patentis laxiusculae radiis solitariis vel geminis a medio sub-3-floris; glumis subaequalibus glabriusculis 5—6-linealibus acutatis; flosculo $1^3/_4$—2-lineali apice leviter emarginato pro stipite aristae bilineali non torto glabro; setis lateralibus patentibus nudis 7—8-linealibus, media divaricata 15-lineali inferne ad $^2/_3$ circiter nuda, superne cum mucronulo apicali pennata. ♃ Afr. austr.

130. A. GEMINIFLORA. *Nees.* (l. c. sub: Stipagrostis.) Culmo (4—6-pollicari) basi fere fruticuloso conferte ramoso et dense vaginis distiche vaginato, sursum compressiusculo altero latere sulcato, scabriusculo; vaginis caulinis valde inaequalibus, suprema subinflata reliquis majore, omnibus margine et ore dense ciliatis et foliis brevissimis ($1^1/_2$-linealibus); paniculae 1—2-pollicaris contractissimae ovatae radiis subsolitariis glomerulifloris; glumis hirsutis inaequalibus muticis, superiore 4-lineali apice bidentato inferiorem acutatam linea superante; flosculo $1^1/_2$-lineali apice breviter emarginato pro stipite aristae deciduae, semilineali vix torto glabro setis lateralibus 4—5-linealibus nudis media 8—10-lineali ex toto pennata. ♃ Afr. austr.

131. A. BREVIFOLIA. *Nees.* (l. c. 183. sub: Arthratherum.) Culmo 8—15-pollicari) basi suffrutescente ramosissimo arcte vaginato, cum nodis vaginisque plus minus tomentoso-lanatis; foliis nunc planis nunc convolutis brevissimis vel elongatis (3—4-linealibus usque $1^1/_2$-pollicaribus); paniculae ($1^1/_2$—2-pollicaris) contractae radiis solitariis vel 2—3-nis subsessilibus 1—3-floris; glumis inaequalibus glabris apice attenuatis (basi et ultra violaceo-purpurascentibus); superiore 5—6- inferiore 3—4-lineali; flosculo $2^1/_2$-lineali glabro apice truncato; stipite aristae deciduae (2—3-lineali) asperulo laxe torto; setis lateralibus nudis 4—5-linealibus, media patente pollicari supra basin ad apicem pennata. ♃ ♄ Afr. austr.

132. A. SUBACAULIS. *Nees.* (l. c. 180. sub: Arthratherum.) Culmo pygmaeo ($^1/_2$—1-pollicari) vaginis scabriusculis margine hyalinis tecto; foliis convoluto-filiformibus (vix $^1/_2$-pollicaribus) striatis scabris; panicula simplicissima basi vaginata, 3—6-flora; glumis parum inaequalibus glabris acuminatis, superiore 4—5-lineali inferiorem linea $^1/_2$—1 superante; flosculo $1^1/_2$-lineali albo apice truncatulo; stipite aristae deciduae lineali semel laxe torto ad divisuram pilosulo; setis lateralibus 5-linealibus nudis media pollicari ad medium nuda, tum ad apicem usque pennata. ⊙ ♃ Afr. austr.

133. A. HIRTIGLUMA. *Steud.* (Nmcltr. ed. II. p. 131.) Radicis fibris validis tomentosis subcaespitiferis; culmis basi subgeniculatis erectis ($^3/_4$—1-pedalibus) cum nodis vaginisque glabris; ligula brevissima ciliata; paniculae contractae rectae (4—5-pollicaris) radiis 3—5-nis brevibus 1—3-floris; glumis parum inaequalibus hirto-pubescentibus, apice obtuso emarginatis vel bidentatis; superiore 4—$4^1/_2$-lineali inferiorem linea dimidia superante; flosculo subbilineali colorato apice scabro; stipite aristae deciduae 4—7-lineali torto glabro vel superne piloso; setis lateralibus erectis 3—5-linealibus nudis; media fere bipollicari inferne nuda superne pennata, mucrone apiculari nudo. A. ciliata *Hochst. Steud.* hrbr. un. it. arab. nr. 165 nec *Desf.* Arthratherum ciliatum *Nees* l. c. 182. ♃ Arabia.

In hac et sequente specie setae laterales ex parte plumosa setae mediae prodeunt, ita ut incauto observatori Stipae species videri possint.

134. A. UNIPLUMIS. *Lichtst.* (*R. S.* 2. 401.) Culmo ramoso ($1^1/_2$-pedali) nodis et vaginis superioribus glabris; ligula dense et breve ciliata; foliis involutis filiformibus ($1^1/_2$—3-pollicaribus); paniculae radiis inferioribus geminis divaricatis supra basin floriferis; glumis parum inaequalibus glabris apice acute bidentatis, superiore 4-lineali inferiorem linea $^1/_2$—$^3/_4$ superante; flosculo $1^1/_2$-lineali; stipite aristae deciduae bilineali torto superne ad divisuram barbato-piloso; setis lateralibus erectiusculis 3—4-linealibus nudis, media sub-8-lineali geniculato-patente inferne ad $^1/_3$—$^1/_4$ partem nuda, mucronulo apicali vix exserto. — Variat: Paniculae contractae radiis fasciculatis; glumis subaequalibus $5^1/_2$-linealibus; arista media apice nuda. Arthratherum uniplume *Nees* l. c. 181. An species distincta? ♃ Afr. austr.

135. A. CONCINNA. *Sonder.* (Hrbr. ex *Schmidt* Fl. Ins. Cap. virid. p. 140.) Dense caespitosa; foliis convoluto-setaceis vaginisque glabris, his ore longe-barbatis; panicula erecta contracta demum subpatula; ramis a basi divisis; aristae lacinia media 12—13-lineali procul a basi plumosa; lateralibus $^2/_3$ brevioribus capillaribus nudis, stipite ad divisuram longe barbato flosculoque bilineali paulo longiore; glumis inaequalibus acuminatis glabris, inferiore 3- superiore 4-lineali. Arthratherum uniplume. *Drege* hrb. ex parte. Afr. austr. Ins. Capit. virid.

136. A. PAPPOSA. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 173.) Culmo (pedali et ultra) nodis vaginisque ad oram longe ciliatis

glabris; foliis convoluto-setaceis (3—6-pollicaribus) uti tota planta glaucescentibus; paniculae oblongae contractae 4—5-pollicaris radiis subfasciculatis erecto-subadpressis paulo supra basin floriferis; glumis parum inaequalibus glabris apice alternato-acutatis, superiore 4-lineali inferiorem $^1/_2$ linea superante; flosculo linea parum longiore truncato et emarginato pro stipite aristae deciduae bilineali laxe torto superne ad divisuram barbato, setis lateralibus patulis 4—5-linealibus nudis media 13—15-lineali parum geniculata basi 2—3-lineas et apice $^1/_2$-lineam nuda, medio pennata. A. uniplumis *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 430. Nubia. Senegal.

** Setis lateralibus et media pennatis.

137. A. LUTESCENS. *Nees.* (Fl. Afr. 179. sub: Arthratherum.) Culmis basi ramosis sublignosis, rigidis, uti tota planta lutescentibus cum nodis vaginisque glabris; foliis convoluto filiformibus pungentibus distiche patentibus glabris intus tomentosis (2—$2^1/_2$″ longis); ligula brevissime ciliata; paniculae pyramidatae lucidae (5-pollicaris) radiis geminis rigide patentibus a medio ramulosis et floriferis; glumis inaequalibus glabris, superiore attenuata apice obtusiuscula et leviter emarginata 5-lineali inferiorem acutatam linea superante; flosculo sub-$2^1/_2$-lineali stipitem aristae deciduae solidum paulo excedente; setis lateralibus 8-linealibus breve-pilosis media 9—10‴ a basi usque ad apicem pluma lutescente pennatis. ♃ ♄ Afr. austr.

138. A. NAMAQUENSIS. *Nees.* (l. c. 185. sub: Arthratherum.) Culmis basi lignescentibus ramosis (plus minus pedalibus) flavescenti-glaucis cum nodis vaginisque glabris raro hirsutulis; foliis convoluto-filiformibus rigidis pungentibus inaequalibus ($^1/_2$—4-pollicaribus); ligula brevissime ciliata; paniculae subcontractae (4—8-pollicaris radiis geminis erecto-adpressis vel subpatulis a basi mox divisis et floriferis; glumis paulo inaequalibus (excepta carina scabra) glabris lanceolatis apice obtusiusculis et emarginato-bidentatis, superiore 6-lineali inferiorem linea superante; flosculo 2—$2^1/_2$-lineali apice truncato; stipite aristae deciduae $1^1/_2$-lineali non torto conico intus cavo extus glabro; setis patentibus omnibus aequaliter a basi ad apicem pennatis medio 8—12-lineali, lateralibus parum longiore. ♃ ♄ Afr. austr.

139. A. PROXIMA. *Steud.* Culmis basi lignescentibus ramosis ($^1/_2$—1-pedalibus) glaucescentibus pubescentibus; nodis dense piloso-tomentosis; foliis convoluto-filiformibus rigidis subpungentibus vaginisque brevi-pubescentibus; (1—3″ longis); ligula ciliata brevi; paniculae subcontractae (3—4-pollicaris) radiis subgeminis erectis simplicibus vel divisis dense praesertim ad basin spicularum pubescentibus; glumis parum inaequalibus lanceolatis obtusiusculis apice bidentatis glabris; superiore 4-lineali inferiorem linea superante, flosculo apice truncato (vix 2-lineali) basi piloso; stipite aristae deciduae brevi conico-triquetro intus cavo basi glabro, setis erectis parum inaequalibus a basi ad apicem patenti pennatis. Hrbr. *Eckl. Zeyher.* ♃ Afr. austr.

140. A. VULNERANS. *Trin. Rupr.* (Stipac. p. 175.) Culmo nodis vaginisque glabris; foliis erecto-patentibus strictissimis vel rarius subarcuatis; ligula brevissima ciliata; paniculae ovato-oblongae radiis solitariis rigide patentibus a basi divisis superius ramulosis; ramificationibus intra axillas callosis et pilosis; glumis subaequalibus glabris lanceolatis $4^1/_2$—5-linealibus; flosculo bilineali apice truncato; stipite aristae deciduae vix semilineali non torto, cylindrico intus cavo extus glabro; setis arcuato-patentibus omnibus aequaliter a basi pennatis apice subnudis semipollicaribus. A. pungens *Sieb.* Hrbr. Aeg. vix *Desf.* cujus forsan var. ♃ ♄ Aegyptus.

141. A. PUNGENS. *Desf.* (Fl. Atl. t. 35.) Culmo suffrutescente erecto (2—4-pedali) laevi inferne ramoso glabro; foliis rigidis subulatis canaliculatis acutissimis pungentibus (3—10″ longis) patentibus; paniculae (ovalis semipedalis strictae apice lucidulae basi vaginatae) radiis patentibus (solitariis basi et superne ramosis); glumis acutis subaequalibus $5^1/_2$—$7^1/_2$-linealibus; flosculo $3^1/_2$-lineali; stipite aristae articulatim deciduo minimo; setis (patentibus) omnibus (aequaliter a basi) pennatis subaequalibus flosculo 2—3-plo longioribus ($^1/_2$-pollicaribus). Arthratherum pungens *Beauv.* Agr. t. 8. f. 9. ♄ Barbaria. Aegyptus.

142. A. SCOPARIA. *Trin. Rupr.* (Stipac. 176.) Rhizomate stolonifero ramoso sublignoso; culmo ramoso (2—4-pedali) flavescente uti tota planta glabro; foliis rigidis flexuoso-recurvis pungentibus (3—6-pollicaribus); paniculae oblongae strictiusculae apice subcernuae lucidae rariflorae (semipedalis) radiis solitariis divisis, radiolis capillaribus flexuosis vel recurvis in axillis callosis glabris; glumis inaequalibus glabris lanceolatis apice acutatis, superiore 8—12-lineali inferiorem 2—3-lineis excedente; flosculo 3—4-lineali apice articulato non torto glabro; stipite aristae deciduae vix ultra semilineali cylindrico; setis arcuato divaricatis omnibus aequaliter a basi pennatis 4—6-linealibus glumas parum excedentibus. A. pungens Hrbr. un. it. aeg. nr. 36. ♃ ♄ Aegypt.

143. A. PENNATA. *Trin.* (Act. Petr. 1815. t. 10.) Culmo nodis vaginisque glabris; ligula brevissima ciliata; foliis flaccidis tenuibus glaucis; paniculae ($^3/_4$—1-pedalis) effusae apice cernuae, lucidissimae rariflorae radiis solitariis patentibus erectis vel adpressis basi et superne ramulosis; ramificationibus in axillis callulosis glabris; glumis inaequalibus glabris lanceolatis apice acutis, superiore 9—10-lineali inferiorem lineis 1—3 excedente; flosculo sub-3-lineali apice bidenticulato; stipite aristae deciduae vix semilineali non torto cylindrico glabro; setis arcuato-patentibus omnibus aequaliter a basi pennatis semipollicaribus. ♃ In desertis inter fl. Wolga et Ural. Variat: glumis minoribus, setis apice nudis. Turcomania.

144. A. CAPENSIS. *Thunb.* Gulmo simplici vel basi ramoso glabro (pedali et ultra); vaginis arcte adpressis ad oras ciliatis; foliis convoluto-filiformibus striatis glabris; paniculae oblongae vel obovatae (4—9-pollicaris) aequalis secundae radiis geminis elongatis patentibus, radiolisque capillaribus 2—3-floris; glumis glabris (flavescentibus basi purpurascentibus) lanceolatis acutis, superiore 6—8-lineali inferiorem plus minus ($^1/_2$—2‴) excedente; flosculo $2^1/_2$—$3^1/_2$-lineali apice bidenticulato; stipite aristae deciduae $1^1/_2$—7-lineali torto; setis patentibus omnibus aequaliter a basi pennatis media 8—18-lineali, lateralibus plus minus brevioribus, apicibus nunc nudis nunc pennatis. *Kunth* Rev. Gram. t. 171. Arthratherum capense et A. Zeyheri *Nees* Fl. Afr. 177. ♃ Afr. austr.

DICHAETARIA. *Nees.* Spicae seu racemi laxe spiculaeformes in racemum apice simpliciter spiculiferum dispositi; spiculae angustae sesquiflorae subsessiles alternae; glumae flosculis breviores subaequales herbaceo-membranaceae apice subulatae, inferior paulo minor a rhachi aversa; flosculi stipitati, stipiti communi, basi barbulato callo obliquo impositi, inferior fertilis bivalvis, valvula inferior sursum rigida convoluta obsolete 3-nervia trifida, laciniae subulatae aristaeformes, media longior, superior brevior linearis compressa bidentula; lodiculae duae obovatae aut subquadratae membranaceae integrae nudae; stamina 3, antherae lineares luteae; ovarium oblongum compressum glabrum; styli discreti, stigmata laxe pilosula; flosculus superior imperfectus longe stipitatus stipite glabro, aut loco flosculi in setam simplicem transeunte, aut valvulae rudimento bifido inter dentes setigero praedito.

1. D. WIGHTII. *Nees.* (mpt.) Gramen singulare, specie Stipae aut Chaetariae et revera inter Stipeas et Chlorideas

ambiguum, ab altera parte Dinebrae congruum, sed differens inflorescentia, ab altera Triantherae *Desv.*, quae differt: flosculo storili subsessili in setas 3 abeunte. Hrbr. *Wight* nr. 1035. Ind. or.

Tribus V. AGROSTIDEAE. *Trin.*

Spiculae uniflorae interdum cum articulo flosculi secundi nudo minuto (solum in Brachyelytro longiore); callus aut nullus aut obsoletus aut manifestus nudus aut pilis brevissimis (plerumque anticis tantum) barbulatus. Inflorescentia: racemus, thyrsus, panicula:

I. *Callus nullus vel depressissimus obsoletus. Vilfeae.*

NARDUS. *Lin.* Racemus simplicissimus secundus laxus; spiculae solitariae excavationibus rhacheos immersae uniflorae; glumae nullae; eorum loco squamula minima ad basin spiculae excavata; valvula inferior subcoriacea subulata trigona superiorem membranaceam includens; stamina 3; stylus 1; stigma simplex filiforme.

1. N. STRICTA. *Lin.* Radice fibrosa caespitifera; culmis simplicissimis (plus minus pedalibus) strictis; vaginis basi confertis, angustis; ligula foliorum inferiorum nulla, superiorum membranacea $^1/_2$-lineali acutiuscula; racemus $1^1/_2$—3-pollicaris rectus. *Schreb.* Gram. I. t. 7. *Leers.* Fl. Herb. t. I. f. 7. *Fl. d.* 1022. *E. B.* t. 290. *Beauv.* Agr. t. 20. f. 11. ♃ Eur. Asia.

SCHEDONNARDUS. *Steud.* Panicula simplicissima, ramis alternis; spiculae in paniculae ramis patentibus alternae basi rhacheos immersae uniflorae; glumae 2 lineares acutae inaequales herbaceae striatae; paleae 2 inaequales hyalinae glumis multo breviores; stamina 1—3; stylus —? semen cylindricum apice sulca longitudinali notatum.

1. S. TEXANUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmis caespitosis adscendentibus (1—$1^1/_2$-pedalibus) retrorsum scabris; vaginis striatis; ligula exserta fissa; foliis subdistichis linearibus (pollice vix longioribus, $^1/_2$—$^3/_4$''' latis); culmo sensim in paniculam simplicissimam elongato; radiis simplicibus alternis, erectis vel patentibus (1—$1^1/_2$-pollicaribus); spiculis lineari lanceolatis tenuissimis. *Drum.* hrbr. nr. 360. ⊙? Texas.

AEGOPOGON. *Willd.* Racemus; spiculae binae vel ternae uniflorae, una hermaphrodita duplo latior et longior sessilis vel brevius pedicellata: reliquae masculae vel neutrae longius pedicellatae minores; glumae uninerves valvulis dimidio magisve breviores, aut subaequales acuto- vel obtuso-bifidae et setam vel altera setas 2 exserentes, aut inaequales et simpliciter acutae; valvula inferior (spiculae hermaphroditae) linearis 3-nervia apice aut integro setam unicam aut bifido setas 1—3 emittens; superior apice nunc emarginata nunc integra 1—2-seta vel mutica; in spiculis reliquis omnes partes minores; lodiculae squamae 2, pusillae; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2; stigmata plumosa.

1. A. UNISETUS. *R. S.* (S. Veg. II. 805.) Nodis vaginisque glabris; foliis (superioribus) lanceolatis supra pilosis, subtus glabris; racemis laxiusculis (8—9-linealibus); spiculis ternis omnibus pedicellatis, pedicellis basi connatis brevissime pilosis; spicula una 1 lineam longa perfecta reliquis $^1/_3$ longiore vix latiore; glumis aequalibus subtruncatis margine tenuissime fimbriatis nervo mucroniformi, quam valvula fere dimidio brevioribus; valvula inferiore ex apice bifido setigera, seta valvulae longitudine vel breviore. Hymenothecium unisetum *Lagasc.* Mexico.

2. A. SUBMUTICUS. *Rupr.* (*Trin.* Agrost. I. 3.) Radice fibrosa, tenui; culmo inferne ramoso ad nodos geniculato, adscendente tenuissimo (4-pollicari); vaginis inferioribus subinflatis, ligula acuta hyalina; foliis linearibus ($^1/_2$''' latis infimis et supremis 2—3''', intermediis 1'' longis); racemis laxis (pollice brevioribus); spiculis ternis, una subsessili lineali perfecta, reliquis pedicellatis subduplo latiore et longiore; glumis subaequalibus truncato-emarginatis satis latis setigeris valvula dimidio brevioribus; valvula inferiore apice 5-dentata, dentibus lateralibus obtusis intermedio setigero mucroniformi parum exserto. ⊙ Peru.

3. A. PUSILLUS. *Beauv.* (Agr. p. 22. t. 22. f. 4.) Radice fibrosa; culmo inferne ramoso ad nodos geniculato (2—3-pollicari) tenuissimo; vaginis inferioribus subinflatis glabris, ligula membranacea semilineali; foliis sublanceolato-linearibus ($^1/_2$'' longis, $^1/_2$—1''' latis) patentibus glabris; racemis laxis (pollice brevioribus); spiculis ternis una sessili lineali perfecta, reliquis pedicellatis duplo latiore et longiore; glumis inaequalibus acutis angustis, inferiore longiore valvulis plus duplo breviore, seta valvulae inferioris sub apice bifido exserta valvula duplo longiore. Cynosurus tenellus *Cav.* H. Madr. t. 5. f. 2. ⊙ Peru.

4. A. GEMINIFLORUS. *H. B.* (N. gen. I. t. 43.) Radice fibrosa; culmo ramosissimo tenuissimo (6—8—10-pollicari); vaginis solutis glabris; ligula membranacea semilineali bifida; foliis linearibus ($^1/_2$''' latis, 8—14''' longis) patulis retrorsum asperis; racemis laxiusculis (1—2-pollicaribus); spiculis 2—3-nis omnibus brevi-pedicellatis una paulo ultra lineam longa perfecta, altera (1—2) vix minore; glumis aequalibus rotundo-bilobis brevi setigeris valvulis $^1/_3$—$^1/_2$ brevioribus; valvula inferiore ex apice bifido setigera, seta eadem 2—3-plo longiore. ♃ Mexico Brasil.

5. A. CENCHROIDES. *Willd.* (Spec. IV. 899.) Radice fibrosa; culmo decumbente tenui ramoso ($^1/_2$—ultra 1-pedali) vaginisque glabris; ligula 1—$1^1/_2$-lineali bifida foliis linearibus ($^1/_2$''' latis, 1—2'' longis) deorsum scabris racemis laxiusculis ($1^1/_2$—2-pollicaribus) spiculis ternis (raro binis) omnibus pedicellatis aequalibus; glumis aequalibus acuto-bifidis dimidio brevioribus, inferiore 2- superiore 1-setigera seta ipsi aequilonga; valvula inferiore 3-seta, setis lateralibus brevibus media 2—3-plo longiore, superiore brevi-biseta. *Beauv.* Agr. t. 22. f. 3. ♃ Mexico (*Berlandier* hrbr. nr. 1181). Caracas. Quito.

6. A. MULTISETUS. *Steud.* Culmo tenui basi ramoso ($^1/_2$-pedali); vaginis laxiusculis striatis glabris; foliis linearibus angustis; racemo (1—2-pollicari) subcomposito, spiculis nempe alternatim in pedicello communi piloso brevi aggregatis 3—7; glumis flosculo brevioribus ex apice bifido setuloso aristatis; valvula inferiore ex apice iterum bifida setosa et aristata, superiore longissime bifida laciniis setosis acuminatis. *Funck* et *Schlim* Hrbr. nr. 827. Mexico.

7. A. RIGIDISETUS. *Steud.* Culmo tenui stricto simplici, ($^1/_2$-pedali) basi fasciculato foliato; foliis planiusculis angustissimis culmo plus duplo brevioribus, culmeis planis brevioribus; racemo brevi composito, spiculis alternatim aggregatis 3—7 sessilibus; glumis bifido aristulatis e medio aristatis; valvula utraque triaristulata, aristis omnibus rectis rigidulis subaequalibus. *Drummond* legit in Texas.

Species minus notae.

8. A. TRISETUS. *R. S.* (S. Veg. II. 805.) Gluma exteriore triaristata. Cynosurus gracilis *Cav.* H. Madr. I. t. 5. f. 3. ⊙ Mexico.

9. A. QUINQUESETUS. *R. S.* (l. c.) Gluma exteriore 5-aristata. ⊙ Mexico.

LYCURUS. *Humb. Borpl.* Thyrsus densus cylindraceus angustus; spiculae in axeos quovis nodulo binae brevi pedicellatae lineari-lanceolatae in setam acuminatae; altera hermaphrodita altera mascula seu neutra, parum minor; glumae valvulis dimidio breviores subaequales utraque 2- vel inferiore 2—3- superiore 1-seta, setis glumas aequantibus vel duplo longioribus; valvulae chartaceae, inferior 3-nervia acuminata in setam ipsius longitudine vel longiorem, superior binervis acuminatissima; lodiculae squamae 2 oblongae apice obtuse 2—3-lobae; stamina 3, antherae lineares; ovarium glabrum; styli 2, stigmata plumosa.

1. L. PHALAROIDES. *H. B.* (N. gen. I. 142.) Radice grumosa stolonifera; culmo decumbente adscendente geniculato praesertim ad nodos refracto-pubescente, ramosissimo, (subpedali); vaginis laxiusculis tenui-pubescentibus; foliis linearibus planis (1‴ latis, 1—1½″ longis) vel siccitate convolutis glabris firmulis; thyrso cylindraceo denso (atrofusco 1½-pollicari); setis spicularum longitudine glumarum palearumque. *Kunth* Supl. t. XIII. f. 2. ⊙ Mexico.

2. L. PHLEOIDES. *H. B.* (l. c. t. 45.) Radice fibrosa; culmo erecto ramoso (pedali) circa nodos scabriusculo, nodis plus minus pubescentibus; vaginis ancipitibus glabriusculis; foliis carinatis compressis (subpollicaribus, explanatis linea angustioribus) interne pubescentibus, firmulis; thyrso densiusculo (pallido vel purpurascente 2-pollicari et ultra); setis spicularum glumis paleisque duplo longioribus. ⊙ Mexico.

PHIPPSIA. *Trin.* Panicula simplex contracta; spiculae linea breviores, juniores lineari-oblongae, adultae obovatae obtusae; glumae lineari-oblongae acutiusculae, inferior minima enervia plerumque delapsa, superior duplo major valvulis 4—5- (rarius 3-) plo brevior obsolete uninervia; valvulae basi contractae in torulum minutum concavae lato-oblongae plus minus obtusae margine inaequaliter crenatae, inferior obsolete trinervis, nervo medio inferne prominulo, superior aequilonga obtusa 2-nervia 3—4-denticulata; lodiculae squamulae 2 minimae; stamina 1—2 (vel? 3); ovarium glabrum; styli 2 brevissimi; stigmata simpliciuscula.

1. P. ALGIDA. *Trin.* (*Spr.* Entd. II. 37.) Culmis pluribus inferne saepe ramosis vaginis scariosis tectis (biuncialibus); foliis linearibus obtusiusculis laevibus; ligula brevi obtusa; paniculae coarctatae ramis semiverticillatis *Kunth* Supl. t. XIII. f. 3. *Whlbrg.* Lapp. t. 1. *Fl. d.* t. 1505. Agrostis algida *Phips.* Vilfa algida *Trin.* ic. VII. t. 83. Catabrosa algida *Fries.* Summ. 246. N. Semla. Lapponia. — Variat: culmis duplo longioribus; panicula 1—3-pollicari densiore; stamino unico. Vilfa monandra *Trin.* l. c. t. 84. Phippsia monandra *Hook. Arn.* in *Beechy.* Vog. 132. Sinus Laurent.

COLEANTHUS. *Seidel.* Panicula umbellata divaricata; pedicelli plurimi ½—1-lineales tenerrimi uniflori; glumae 2 membranaceo-hyalinae, inferior oblonga uninervia, nervo crassiusculo acuminatissimo hispido semine saepe longior, superior dimidio magisve brevior cordiformis apice bifida bicarinata ad carinas hispidula; valvula 1 a parte glumae inferioris posita quam superior sublongior hyalina oblonga semini adpressa; lodicula nulla; ovarium oblongum, styli 2, stigmata simplicia; caryopsis elliptica semilinealis sub lente tesselata.

1. C. SUBTILIS. *Seidel.* (*R. S.* II. 276.) Radice fibrosa tenui, caespitifera; culmis adscendentibus (1—3-pollicaribus); vaginis amplis glabris; ligula membranacea acutiuscula; foliis compressis arcuatis apice obtusis (½‴ latis, ½—1″ longis). Schmidtia utriculosa *Sternb.* Flora 1819. t. 1. S. subtilis *Tratt.* Fl. austr. t. 451. ⊙ Bohemia.

ALOPECURUS. *Lin.* Thyrsus ovatus vel subrotundus oblongus cylindricus densus; spiculae demum deciduae 1—3-lineales subcompressae; pedicelli brevissimi claviformes; glumae 2 liberae vel plus minus connatae aequales; valvulae 1 rarius 2; inferior glumas subaequans obtusa vel oblique truncata 5-nervia dorso plerumque aristata; inferior plerumque nulla, vel angustissima uninervia superiore aequilonga vel breviore; lodicula nulla; stamina 3; ovarium oblongum glabrum, styli 2 interdum basi connati; stigmata lineari-angusta; caryopsis oblonga glabra.

a. *Valvula unica.*

* Spicula lineam unicam longa.

1. A. CAESPITOSUS. *Trin.* (Ic. gram. XXI. t. 241.) Radice tenui fibrosa caespitifera; culmis tenuissimis glabris simplicibus vel basi subramosis (1½—2-pollicaribus); nodis vaginisque internodio brevioribus glabris; ligula obtusa vel denticulata; foliis linearibus angustissimis (¼‴ latis, 3—6‴ longis); thyrso cylindraceo-oblongo laxiusculo simplici (4-lineali); glumis liberis oblique truncatis et acutiusculis carina pilosis; valvula truncato-obtusa; stylis inferne connatis. ⊙ Am. sptr.

2. A. BULBOSUS. *Lin.* Radice bulbosa; culmo basi vaginis emarcidis tecto (½—1-pedali); vaginis internodio brevioribus medio tumidulis glabris; ligula subbifida acuta; foliis (1—4-pollicaribus, ¾—1‴ latis) subcompressis vel subconvolutis scabriusculis vel glabris; thyrso cylindrico (plus minus pollicari); glumis ima basi connatis acutis praesertim superne pilosis; valvula suboblique truncata; stylis connatis. *Trin.* ic. IV. t. 40. Gall. Ital.

3. A. MACROSTACHYUS. *Poir.* (Enc. VIII. p. 775.) Radice bulbosa; culmo subinfracto tereti-compressiusculo glaberrimo (1—2-pedali); foliis elongatis acutis latiusculis supra scabris subtus glabris; vaginis laxiusculis; ligula obtusa (flavo-maculata); thyrso cylindrico obtuso crasso (2—3-pollicari); pedunculis racemos 5—8-floros arcte adpressos formantibus; glumis acutissimis 3-nerviis basi coalitis villosis; valvula glumis breviore basi aristata, arista medio flexa divaricata valvula sua duplo breviore. Praecedentis var. *Trin.* ♃ Barbaria.

4. A. GRACILIS. *Willd.* (ex *Trin.* Agrost. I. 16.) Radice fibrosa; culmo inferne ramoso (pedali) fere ad thyrsum vaginis — superioribus leviter tumidis — tecto; ligula tenera exserta; thyrso cylindraceo (fere 2-pollicari); pedicellis ½-linealibus 1—3-floris; glumis totis liberis ad carinam longius — lateribus brevius et rarius pilosis; valvula transversim truncata; stylis connatis. ⊙ Carolina.

5. A. GENICULATUS. *Lin.* Radice fibrosa; culmis adscendentibus (in aqua quandoque radicantibus) geniculatis (8—18-pollicaribus) simplicibus vel ramosis; vaginis glabris superioribus (sub-) tumidis; ligula obtusa 1—2-lineali; foliis linearibus acutis (2—6″ longis, 1—2‴ latis) glabris vel scabriusculis; thyrso cylindrico (½—2—3-pollicari); spiculis brevi-pedicellatis oblongis; glumis liberis obtusis vel obtusiusculis plerumque undique brevius carina longius pilosis (rarissime glabris) valvula truncata vel obtusa; stylis liberis vel basi connatis. *Trin.* ic. IV. t. 42. *Kunth.* Supl. t. VII. f. 2. A. fulvus *Smith* E. B. t. 1467. Variat: aristula vel e basi vel e medio valvulae vel prope a basi orta. A. aristulatus *Michx.* ♃ Europ. Asia. Am. bor.

6. A. RAMOSUS. *Poir.* (Enc. VIII. p. 776.) Radicis fibris filiformibus; culmis pluribus gracillimis compressis

erectis parum geniculatis nodis atris; foliis planis mollibus margine laevibus subangustis; vaginis laxiusculis cylindricis glabris; spica gracili cylindracea, glumis subrotundis exteriore sub apice ciliata (glumis obtusis ciliatis, apice valvulaque integerrimis *Nees*) aristis corolla (subduplo) longioribus. Carolina. *Bosc.* N. Orleans. *Drummond.*

7. A. AUSTRALIS. *Nees.* (*Hook.* Lond. Jour. II. 412.) Culmo adscendente gracili incurvo; foliis lineari-angustis; spica composita cylindrica; glumis obtusis subvillosis ciliatis; arista glumis duplo longiore, genu exserto, antheris oblongis. *Mitchell* Exped. nr. 51. ⊙ N. Holl.

8. A. NEPALENSIS. *Trin.* (*Wall.* Hrbr. nr. 3780.) Radice fibrosa; culmis geniculatis simplicibus (3—8-pollicaribus) vaginisque glabris suprema tumida (ante anthesin spicam omnino involvente); ligula oblonga obtusiuscula exserta; foliis linearibus acuminatis (1—4″ longis, $^1/_2$—1‴ latis) scabriusculis; spica cylindrica subcompressa (1—2-pollicari), spiculis brevi pedicellatis, glumis obovatis obtusis praesertim margine pilosis, valvula glumas aequante, arista flosculis fere duplo breviore. Nepal.

** Spiculis lineas $1^1/_2$—2 longis.

9. A. CRETICUS. *Trin.* (Ic. IV. t. 41.) Radice fibrosa; culmo procumbente-obliquo basi radicante, ramoso vel simplici (pedali); vaginis internodio brevioribus subtumidulis; ligula obtusa lineali; foliis linearibus (1‴ latis, 2—4″ longis) glabris; thyrso cylindrico (subpollicari virente ex amethystino vario); spiculis brevissime pedicellatis deciduis; glumis $1^1/_2$-linealibus totis connatis obtusiusculis superne ciliolatis, 3-nerviis; valvula glumis subbreviore 5-nervia truncata supra basin aristam (geniculatam) ipsa duplo longiorem emittente; stylis connatis. A. agrestis *Sieb.* hrbr. cret. ♃ Creta.

10. A. MUTICUS. *Kar. Kiril.* (Bull. Mosc. 1842. p. 527.) Radice fibrosa brevi; culmo tereti laevi; foliis planis margine scabris; ligula exserta obtusa; thyrso cylindraceo (nigricante); glumis ad medium connatis acutiusculis, carina villosissimis, ad nervos pilosulis; valvula obtusa rotundata exaristata; stylis connatis. ♃ Songaria.

11. A. ALPINUS. *Smith.* (E. B. 1126.) Radice repente nigricante; culmo erecto laevi (pedali) basi geniculato simplici folioso glaberrimo; foliis radicalibus linearibus angustis; caulinis latis acutis abbreviatis glabris; vaginis elongatis subventricosis; ligula brevissima; spica ovata obtusa in lobos fissili; glumis undique villosis subretusis basi connatis (purpurascentibus), aristae corollae ellipticae nudae carina scabra ex basi oriundae subaequalibus. A. ovatus *Fl. d.* t. 1565. *Trin.* ic. IV. t. 38. ♃ Alpes Eur. bor. Am. magellanica. Variat: glumis ad carinam longissime ciliatis caeterum glabris. *Schrenk* En. p. 1. Songar.

12. A. LECHLERI. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto tereti elato (usque 4-pedali) striato; vaginis elongatis striatis glabris; ligula albo-membranacea (2-lineali) acutiuscula; foliis angustis (basi 1—$1^1/_2$‴ latis) mox convolutis rigide subpungenti acuminatis, laevibus glabris; spica ovato-oblonga densa (5—6‴ longa, 2—3‴ crassa); glumis villosis basi subconnatis, trinerviis flosculum aequantibus; arista supra basin valvulae oriunda glumas vix excedente. A. antarcticus *Lechler* mspt. Hrb. nr. 440. Valdivia.

13. A. ANTARCTICUS. *Vahl.* Culmo erecto (pedali) glabro; foliis angustis lineari-subulatis (2—3-pollicaribus) planis; thyrso ovato spiciformi pollicari; glumis hirsutis (apice purpurascentibus); valvula glumis breviore ovata versus basin aristata, aristis calyce longioribus (purpureis). A. magellanicus *Lam. Poir.* Enc. VIII. p. 776. A. alpinus *Smith* var. sec. *Triu.* ♃ Fretum Magellan.

14. A. GLACIALIS. *C. Koch.* (Linn. XXI. 382.) Caespitosus, thyrso excepto glaberrimus; thyrso oblongo ad basin saepe interrupto; spiculis inferioribus saepe sterilibus; gluma utraque aequali villosa ex apice acuminata divergente, valvula majore sed ab ejusdem arista superata; valvula ex parte suprema villis singulis obsita, ox apice 3-denticulata. As. minor.

15. A. AUCHERI. *Boiss.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto (vix pedali) cum foliis vaginisque glabro; vagina inflata; foliis linearibus culmo multo (3-plo) brevioribus; thyrso ovato ($^1/_2$-pollicari); glumis ovatis liberis undique hirsutis apice in setam ipsis 3-plo breviorem terminatis; valvula supra basin aristata; arista flosculo duplo longiore. Hrbr. *Kotschy* Pers. bor. 464. ♃? Persia bor.

16. A. VARIEGATUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici vel basi ramoso, erecto tereti glabro fere toto vaginato (2-pedali) vaginis striatis glabris laevibus laxis apice solutis; ligula membranacea valida oblonga (2-lineali et ultra); foliis linearibus apice angustatis glabris laevibus (5—8″ longis, vix ultra 1‴ latis); panicula densissime spicata oblonga (pollicari, 3‴ lata); spiculis ultra linealibus ob glumas apice coerulescentes viridi albido et violaceo variis, glumis late ovatis basi et carina villosis apice acutis flosculum aequantibus; valvula inferiore glabra obtusiuscula nervosa ex ima basi aristata, arista valvula duplo longiore. Hrbr. *Lechler* nr. 263. Chili.

17. A. BRACHYSTACHYUS. *Biberst.* (Fl. cauc. supl. p. 56.) Culmo erecto; thyrso ovato; glumis hirsutis ad basin usque liberis; valvula ex ima basi aristata, arista subgeniculata glumis triplo longiore; vagina folii supremi inflata. A. colobachnoides *Trin.* fund. A. alpinus *β Trin.* Agrost. I. p. 20. A. baicalensis *Turtsch.* ♃ Sibiria transbaical.

18. A. VLASSOWII. *Trin.* (Agrost. I. 20.) Radice subrepente stolonifera; thyrso oblongo-cylindrico (1—2-pollicari); glumis 2 linealibus basi connatis totis villosis acutis vel acutiusculis; valvula oblique truncata, arista infra medium exserta valvula duplo longiore, parum geniculata; stylis vix basi connatis. Praecedens ipsa an var? *Trin.* Dahuria.

19. A. LANATUS. *Sibth.* (Prodr. fl. gr. 43.) Radice lignosa caespitosa; culmis basi vaginis emarcidis arcte obtectis, erectis filiformibus (8—12-pollicaribus) superne nudis glabris; foliis radicalibus plurimis confertis patentibus saepe recurvis (1—2-pollicaribus) utrinque dense albo-tomentosis, summo apice (raro omnino) nudis, pungentibus; thyrso denso subrotundo (albo- vel flavido-pallido); glumis bilinealibus brevi subulatis undique albo-hirsutis, apice in subulam brevem glabram pungentem excurrentibus; valvula glumas aequante glabra, apice suboblique truncata tenuissime fimbriata; arista subbasilari glumas duplo excedente. ♃ Graecia. Iberia.

*** Spiculis 2—3 lineas longis.

20. A. PRATENSIS. *Lin.* Radice fibrosa vel subrepente stolonifera; culmo simplici erecto glabro (1—4-pedali); vaginis subtumidis glabris; ligula brevi obtusa; foliis lineari-lanceolatis glabris aut scabris (1—2 vel 3—4‴ latis, 1—6 vel 12″ longis); thyrso cylindraceo (nunc pallido, nunc albido, nunc amethystino vel nigricante) 1—3-pollicari; glumis 2—3-linealibus infra medium connatis carina villosis ad nervos brevi-pilosis; valvula oblique truncata acuta; stylis connatis. *Schrb.* gram. I. t. 19. f. 1. *Beauv.* t. 14. f. 6. *Kunth.* Supl. t. V. fig. 4. *Trin.* Ic. IV. t. 44. A. nigrescens *Jacq.* Ecl. gram. t. 13. ♃ Eur. Cauc. Am. sptr. Numid.

21. A. CANDICANS. *Salzm.* (Hrbr. Tingit.) Culmo erecto basi radicante, uti tota planta glaberrimo; vaginis tumescentibus; ligula ovata obtusa; foliis lineari-lanceolatis (3—6″ longis, $1^1/_2$—$2^1/_2$‴ latis) viridibus, retrorsum scabriusculis; thyrso dense spicato ($1^1/_2$—2-pollicari albido); glumis infra medium connatis vix bilinealibus, carina longe denseque villosis, caeterum glabris; valvula glumas aequante truncata obtusa; arista e basi valvulae orta flos-

culos excedente. A. pratensis *Lin.* var. *Trin.* mpt. (vix). ♃ Ager Tingitanus.

22. A. AQUATICUS. *Dumort.* (Agrgr. belg. 133.) Culmo arundinaceo (4—6-pedali); foliis scaberrimis vagina longioribus; vaginis apice scabris; spicula (4—5-pollicari) lobata; valvulis basi connatis arista brevioribus. A. pratensis var? *Dumort.* Belgium.

23. A. TONSUS. *Dumort.* (l. c. t. II. f. 43.) Spica lobata; valvulis villosis basi connatis aristam (diaphanam) inferne dorsalem includentibus, obtusis 3-nerviis, carina hirsutissimis. A. pratensis *Lin.* var? Belgium.

24. A. PALLIDUS. *Dumort.* (l. c.) Culmo gracili procero foliisque pallidis; folii supremi vagina ventricosa lamina 4-plo longiore; spica (unciali colorata) lobata; glumis valvulas aequantibus vel superantibus; valvulis villosis basi connatis arista brevioribus. Belgium.

25. A. LASIOSTACHYS. *Link.* (Hort. Berl. I. 71.) Culmo exaltato; foliis elongatis angustis acutatis striatis basi laevissime pubescentibus; ligula longiuscula rotundata pubescente; vagina summa subinflata; glumis obtusiusculis undique villosis basi connatis; valvula obtusiuscula apice pubescente; arista valvulam longe superante. A. pratensis *Lin.* var. *Trin.* ♃ Lusitan.

26. A. EXALTATUS. *Less.* (Linn. IX. 207.) Radice fibrosa; culmo erecto laevi (4-pedali et ultra); foliis glaucis scaberrimis (½''' latis, etiam summis vaginis suis longioribus); ligula elliptica obtusa; thyrso oblongo cylindraceo obtuso compacto (4-pollicari); glumis muticis basi connatis aequalibus carina et extus hirsutis — pilis latitudine flosculi brevioribus — 3-nerviis oblongis; valvula oblonga acuta 4-nervia ad carinam obsolete pilosiuscula glumis sublongiore; arista supra basin inserta recta valvula ipsa longiore; stigmatibus in stylum longum 3-fidum connatis. Sibir. Ural.

27. A. AGRESTIS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo (caespitoso) erecto vel basi infracto adscendente (½—2-pedali) superne scabro; vaginis internodio brevioribus superioribus subtumidulis; ligula obtusiuscula; foliis planis lineari-lanceolatis (1—2''' latis, 1 raro 2—3'' longis) margine scabris; thyrso cylindraceo (1—4-pollicari); pedicellis brevissimis, spiculis 2—3-linealibus deciduis; glumis ad medium vel ultra medium connatis 3-nerviis ad nervos hirsutis; valvula glumas aequante vel parum superante 5-nervia acuta glabra; arista (interdum nulla) fere basilari spicula duplo longiore geniculata. *Schreb.* l. c. f. 2. *Beauv.* t. 4. f. 5. *Trin.* ic. IV. t. 37. *Host.* Gram. III. t. 12. ⊙ Eur. Asia.

28. A. CRYPSOIDES. *Grieseb.* (Flor. Rumel. II. 466.) Radice fibrosa; culmis caespitosis paucis erectis glaberrimis (pedalibus); foliis linearibus acuminatis erecto-rigidulis; panicula spicaeformi cylindrica (2'' longa); radiis multispiculatis abbreviatis; spiculis brevissime pedicellatis glabriusculis; glumis ovato-oblongis oblique truncatis mucronato-acutis margine membranaceis valvula mutica superatis, inferne ad medium connatis. Phleum nodosum *Frivalds.* hrb. ⊙ Macedonia.

29. A. PURPURASCENS. *Link.* (Linn. XVII. p. 400.) Culmo adscendente (vix pedali) ad genicula fusco; vaginis striatis laevissimis laxiusculis; foliis linearibus (3'' longis, 1—1½''' latis) glabris antrorsum scabris; summo vaginante thyrsum (2½-pollicarem) cylindricum apice acutum; glumis acutiusculis 3-nerviis margine tenuissime ciliatis ad dimidium usque connatis splendentibus (superne purpurascentibus) pilis minutis scabris, margine ciliolatis; valvula inferiore obtusa rotundata glabra laevi splendente; arista ad basin inserta geniculata flosculum duplo superante. An? A. coerulescens *Steud. Hochst.* et uti hic prioris var? Graecia.

30. A. UTRICULATUS. *Pers.* Radice fibrosa; culmis caespitosis simplicibus adscendentibus glabris (subpedalibus); vagina superiore inflato-utriculata; ligula obtusa; foliis linearibus asperulis (1''' latis, ½—1'' longis); thyrso oblongo-ovato (6—10-lineali); pedicellis brevissimis; glumis fere 3-linealibus ultra medium dorso gibbis et ad carinam hirtulis apice acutis basi connatis, coriaceis cum apice herbaceo acuto; valvula suboblique truncata, arista supra basin emissa valvula 2—3-plo longiore. Phalaris utriculata *Lin. Host.* Gram. III. t. 7. ⊙ Eur. austr.

b. *Valvulae duae.*

31. A. GERARDI. *Vill.* Rhizomate crasso lignoso; culmo basi geniculato glabro (pedali et ultra); vaginis internodio brevioribus, suprema valde inflata; ligula brevissima truncata; foliis planis (1—2''' latis, 1—2'' longis) obtusiusculis vel acutis; thyrso ovali vel subrotundo-oblongo denso (4—6-lineali), radiis brevissimis; spiculis oblongis compressis bilinealibus; glumis undique hirsutis subulatis, subula ipsis plus duplo breviore; valvula inferiore oblique truncata, superiore (interdum angustissima) cum inferiore aequilonga; arista valvulam aequante vel brevissima aut nulla. *Trin.* ic. I. t. 1. *Kunth* Supl. t. VII. f. 2. Phleum Gerardi *All. Jacq.* Ic. rar. t. 301. ♃ Alpes Eur. austr.

32. A. PONTICUS. *C. Koch.* (Linn. XXI. 382.) Perennis; foliis lineari-acuminatis; vaginis supremis paululum aut neutiquam inflatis; glumis villosis lanceolatis aristato-mucronatis aristam suam longe superantibus; valvula inferiore ex apice recurva ibique ex latere utroque dente instructa; arista longe exserta; valvula superiore lineali. ♃ Regio pontica.

33. A. VAGINATUS. *Pall.* (N. act. Petr. 10. 304.) Rhizomate noduloso; culmo simplici glabro (pedali); vaginis internodio brevioribus suprema inflata; ligula brevissima obtusa; foliis fasciculorum confertissimis angustissimis compressis glabris saepe incurvis, abbreviatis (pollicaribus, supremo saepe ad mucronem redacto); thyrso ovato (5—7-lineali) interdum rotundato denso (purpureo- et viridi-vario) spiculis oblongis compressis; glumis 2-linealibus liberis undique hirsutis subulatis, subula ipsis plus duplo breviore; valvula inferiore oblique truncata, superiore angustissima paulo breviore, arista valvulas 3-plo superante; stylis tortis connatis. A. Pallasii *Trin.* ic. I. 2. Colobachne vaginata *Beauv.* Agr. t. VI. fig. 9. ♃ Tauria. Caucas.

34. A. TEXTILIS. *Boiss.* (Diagn. mpt. Hrbr. *Kotschy* Pers. bor. nr. 351.) Radice caespitifera rhizomate vaginarum rudimentis emortuis densissime vestito; culmo simplici vaginisque glabris, suprema inflata; foliis caespitoso-confertis linearibus culmo (pedali) parum brevioribus molliter patenti-pilosis; emarcidis in fibras fissis; thyrso ovato (¾-pollicari); glumis 2 ovatis liberis undique hirsutis apice in setam ipsis 3-plo breviorem terminatis; valvula inferiore truncata, superiore angustissima lineari; arista ex ima basi valvulae orta ipsam 3—4-plo superante. ♃ Persiae bor. mons vulc. Besmitschar.

35. A. PHALAROIDES. *C. Koch.* (Linn. XIX. p. 5.) Culmo e basi vaginis dense et grosse tunicato, geniculato, foliisque glaberrimis, brevibus, inferioribus angustioribus; vagina suprema ventricosa; thyrso ovato; glumis aequalibus albis nervo viridi, puberulis carina longe ciliatis, inferiore in aristam brevem extrorsam superiore in introrsam attenuatis; valvula lata ex apice oblique truncata fimbriata dorso arista brevissima instructa. (An revera hujus sectionis?) Asia minor.

36. A. JAPONICUS. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo simplici basi geniculato, erecto (plus minus pedali) tereti glabro; foliis anguste linearibus tenuibus, vaginis superioribus subinflatis; ligula membranacea ovata obtusa; spica cylindracea (pollicari) densa; glumis margine tenui-membranaceis, superiore ad latus exterius ciliata, caeterum utraque glabra; valvulis duabus arcte sibi incumbentibus, superiore breviore et angustiore, inferiore glumas aequante e basi aristata, arista exserta flosculum duplo superante. Hrbr. Musei Lugd. Bat. Japonia.

37. A. GLAUCUS. *Less.* (Linn. 207.) Radice repente; culmo erecto glauco (3—4-pedali) laevi glabro; foliis scaberrimis linearibus longissime acuminatis (3—4''' latis, inferioribus $^1/_2$' longis, superioribus brevioribus); vaginis subinflatis; ligula brevissima; thyrso elliptico obtusiusculo compacto ($1^1/_2$-pollicari); glumis muticis ellipticis acutis 3-nerviis praesertim ad nervos pilis albidis flosculi latitudine longioribus hirsutis, valvulae parum longioribus basi breviter connatis; valvula infra medium connata 4-nervia acutiuscula, superne ad carinam hirsutiuscula, caeterum hispidula, arista valvula dupla parum breviore superne scabra infra medium inserta. Sibir. Ural.

Species dubiae.

38. A. CAUDATUS. *Thunb.* (N. Acta Ups. 3. 208.) Panicula caudata spicata; flosculis aristis convallatis. An Cenchri species? certissime non idem ac A. japonicus *Steud.* In Flora japonica Autoris desiderata species. Japonia.

39. A. OVATUS. *Forst.* (Fl. austr. 8.) Panicula ovata coarctata spicae aemula; petalo exteriore ante apicem aristato. Ins. maris austr.

40. A. LATIFOLIUS. *Cav.* (Descrp. 37.) Culmo vaginis foliorum tecto (4-pedali); foliis radicalibus lanceolatis (3'' latis, $1^1/_2$' longis), culmeis angustioribus, ultima spica latioribus; paniculae subverticillatae ramis inaequalibus (3—5-pollicaribus), floribus copiosissimis breviter pedicellatis glumis (flavescentibus linea dorsali viridi) ciliatis muticis. (Vix dubie alius generis.) Ins. Tabago.

41. A. ARUNDINACEUS. *Poir.* (Enc. VIII. p. 776.) Radice crassa fusca; culmo recto simplici tereti (2—3-pedali) glaberrimo; foliis ensiformibus equitantibus culmo brevioribus; caulinis alternis planis rigidiusculis acutissimis (3—6''' latis) glabris ad margines et supra asperis; ligula albida obtusa; spica cylindrica obtusa spissa (3—4-pollicari), racemulis brevissimis; glumis obtusis subpubescentibus carina villosis; valvula glabra glumis longiore arista basilari. A. aquaticus *Dumort?* Agr. belg. 133. A. pratensis *Lin.* sec. *Trin.* ♃ —

42. A. BRACHYSTYLUS. *Peterm.* (Flora 1844. 230.) Culmo geniculato-adscendente laevi; vagina suprema tumida; paniculae spicaeformis cylindricae obtusae radiis 4—6-floris; pedicellis glabris; valvulis acutis infra medium connatis villoso-ciliatis; stigmate stylo multo longiore. Saxonia.

43. A. ELONGATUS. *Peterm.* (l. c.) Culmo erecto laevi vel superne scabro; vaginis arctis; paniculae spicaeformis cylindraceo-attenuatae radiis 3—6-floris, pedicellis hirtis; valvulis acutis infra medium connatis villoso-ciliatis; stigmate stylo multo longiore. Saxonia.

44. A. BRACHYGLOSSUS. *Peterm.* (l. c. 232.) Culmo erecto laevi; vagina suprema subtumida; ligula brevi; paniculae spicaeformis cylindricae obtusae radiis 3—6-floris; valvulis acutis infra medium connatis villoso-ciliatis; stylo stigmata subaequante. Saxonia. (Cum binis praecedentibus laeves A. pratensis var?)

KTENOSACHNE. *Steud.* Thyrsus oblongus contractus; spiculae uniflorae pedicellatae lineares et ultra compressae; glumae parum inaequales subcompressae liberae ad carinam et margine pectinato-ciliatae praeter carinam enerviae flosculos subaequantes; valvulae 2, inferior longior dorso herbacea margine hyalina acutiuscula infra apicem brevissime aristulata; superior hyalina apice bifida lacinulae iterum bifidae (si mavis 4-dentata); lodiculae nullae; stamina 3; ovarium ovatum glabrum; stylus 1 ad basin usque bifidus, elongatus pilosus, pilis denticulatis; achenium —

A κτεις, κτενος pecten et αχνη gluma.

1. K. TENERRIMA. *Steud.* Radice fibrosa capillari; culmo filiformi (plus minus pedali) erecto striato glabro; vaginis laxiusculis striatis ore cum ligula pilosis; foliis angustissimis (vix $^1/_2$''' latis, pollicaribus et parum ultra) acutis pubescentibus; thyrsi ovato-oblongi ($^1/_3$—$^1/_2$-pollicaris) radiolis brevibus paucifloris; reliqua generis. Ex Hrbo. *Lenormand.* Patria?

PHLEUM. *Lin.* Thyrsus interdum subpanicularis oblongus vel cylindricus; spiculae uniflorae 1—2''' longae brevissime pedicellatae compressae; glumae aequales compressae plerumque ad carinam pectinatae (raro nudae) 3-nerviae; valvulae membranaceae 5—7-nerviae truncatae vel acutiusculae glumis paulo ($^1/_3$—$^1/_2$-) breviores; callus nullus vel minimus quandoque cum rudimento styliformi minimo; stamina 3; ovarium glabrum oblongum; styli 2, stigmata plumosa; caryopsis ovata, oblonga, teretiuscula vel elliptica, paleis obtecta libera.

a. *Thyrsus; valvulae basi absque rudimento; glumae cornutae.*

1. P. ECHINATUM. *Host.* (Gram. III. t. 11.) Radice fibrosa; culmis erectis (5—12-pollicaribus) glabris; vaginis internodio brevioribus laxiusculis glabris, suprema inflata; ligula truncata 1—$1^1/_2$-lineali; foliis (lineari-) lanceolatis (1—$1^1/_2$''' latis, 1—2'' longis) deorsum asperulis; thyrso oblongo elliptico squarroso (3—4''' lato, 5—7'' longo viridi vel ex amethystino et albo vario); spiculis densissime compactis 2-linealibus compressis; glumis inferne ad medium usque pectinatis cum nervis in cornu hispidum glumis parum brevius nudum excurrentibus. *Trin.* ic. I. t. 7. ⊙ Graec. Dalmat. Sicil.

2. P. GLOMERULIFLORUM. *Steud.* Radice fibrosa recte descendente sursum pubescente; culmis caespitosis vel e radice ramosis inaequalibus 1—6-pollicaribus); vaginis striatis glabris; foliis linearibus planis glabris; thyrso elongato e glomerulis densissime aggregatis basi interruptis et in ramulos elongatis, spiculis densissime confertis, glumis longe aristato-acuminatis ad carinas et margines hispidulis; valvula inferiore in setulam elongata, superiore subtruncata vel acuta utraque pubescente. *Leprieur* legit in Senegalia.

3. P. HAENKEANUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 245.) Panicula ovato-oblonga, glumis truncatis mucronato-aristatis carina ciliatis, mucronibus gluma brevioribus; palea inferiore emarginato-tridentata; superiore apice bidenticulata. Phleo alpino *Lin.* simile. Sinus Notka.

4. P. ALPINUM. *Lin.* Radice subrepente; culmo subsimplici ($^1/_2$—2-pedali) glabro; vaginis internodio brevioribus, suprema tumidula; ligula brevi obtusa; foliis lanceolato-linearibus (2—$2^1/_2$''' latis, 3—8'' longis, supremis et infimis minoribus); thyrso oblongo vel lineari-oblongo denso ($^1/_2$—2-pollicari, 3''' lato); radiis brevissimis a basi ramulosis; spiculis lineari oblongis; glumis totis pectinatis, cornubus glumis parum brevioribus nudis vel pectinatis. *Trin.* ic. II. t. 21. 22. *Host.* Gram. III. t. 10. *Fl. d.* t. 213. *E. B.* t. 519. ♃ Alp. Eur. As. Am. sptr.

5. P. PRATENSE. *Lin.* Radice fibrosa quandoque nodoso-bulbosa; culmo erecto vel basi adscendente (5''—3' longo) nodisque glabris; vaginis internodia aequantibus vel superantibus vel brevioribus vix inflatis; ligula obtusa; thyrso lineari cylindraceo (1—8-pollicari); glumis pectinatis, cornubus glumis dimidio brevioribus nudis. *Schreb.* Gram. I. t. 14. *Host.* Gram. III. t. 9. *Trin.* ic. I. t. 5. *Beauv.* Agr. t. VII. fig. 4. Variat: culmo humili, racemo breviore, radice nodosa. P. nodosum *Lin.* *Fl. d.* t. 380. *Trin.* ic. I. t. 5. *Host.* Gram. IV. t. 21. ♃ Eur. As. Am. sptr.

b. *Panicula thyrsoidea; callus depressus pusillus rudimentulo nano auctus.*

6. P. MICHELII. *All.* Radice fibrosa vel subrepente; culmo simplici adscendente vel erecto (1—1 1/2-pedali) nodisque glabris; vaginis nodos aequantibus vel brevioribus; ligula obtusa lineali; foliis planis (1—2''' latis, 3—5'' longis); panicula thyrsoidea densa (3''' lata, 1 1/2-pollicari); spiculis 1—2-linealibus; glumis acuminatis totis (dissitiuscule et saepius brevissime) pectinatis; valvulis gluma 1/3—1/2 brevioribus aequalibus obtusis vel submucronatis glabris vel pilosulis. *Schrad.* Germ. t. 1. f. 2. Phalaris alpina *Haenk. Host.* Gram. II. t. 35. Chilochloa Michelii *Beauv.* Agr. t. VII. f. 3. Variat: culmo altiore, panicula magis contracta spicata; floribus trigynis. P. trigynum *Schrad.* P. cuspidatum *Willd.* Phalaris trigyna *Host.* Gram. 4. t. 20. ♃ Helv. Ital. Austr. Caucas.

7. P. BOEHMERI. *Wibel.* (Fl. Werthh. 125.) Radice fibrosa vel subrepente; culmo erecto (1—2-pedali) vel adscendente nodisque glabris; vaginis internodio brevioribus glabris vel asperulis; ligula obtusa brevi; foliis planis linealibus (1''' latis, 3—6'' longis); panicula thyrsoidea cylindrica (1—6'' alta, 2—3''' lata), densa; glumis brevicornutis carina scabris vel brevissime dissite piloso-pectinatis; valvulis subaequalibus gluma 1/3 brevioribus acutiusculis. *Kunth.* Supl. t. VI. Phalaris phleoides *Lin. E. B.* t. 459. *Fl. d.* t. 531. *Host.* gram. t. 34. ♃ Eur. Sibir.

8. P. AMBIGUUM. *Tenore.* (Fl. Neap. t. 103. f. 2.) Radice caespitifera; ligula protracta; panicula cylindrica; spiculis pedicellatis; glumis lineari-oblongis mucronatis glabris scabridis 3-nerviis, margine infra mucronem membranaceis florem acutum paulo superantibus, valvula inferiore obsolete 5-nervia obtusiuscula superiore basi aristata. Ex *Griseb.* Flor. Rum. II. 463. Neapel. Macedonia.

9. P. ASPERUM. *Vill.* (*Delph.* II. t. 2. f. 4.) Radice fibrosa; culmo basi caespitoso-ramoso (1/2—3-pedali), nodisque glabris; vaginis internodio brevioribus suprema paulo inflata; ligula obtusa; foliis planis (1 1/2—2''' latis, 3—5'' longis) retrorsum scabriusculis; panicula thyrsoidea (1—4-pollicari, 2''' lata) densa; glumis cuneiformibus mucronatis scabris vel caeterum glabris (in P. annuo *Bbst.*) rarius dorso pectinatis; valvulis gluma brevioribus obtusiusculis. P. paniculatum *Sm.* E. B. t. 1077. Phalaris aspera *Retz Host.* Gram. 2. t. 37. ⊙ Eur. Cauc. Ind. or.

10. P. TENUE. *Schrad.* (Germ. I. 191.) Radice fibrosa; culmo simplici vel inferne ramoso (1/2—1-pedali et ultra) glaberrimo; vaginis internodio brevioribus suprema subtumida; ligula acuta; foliis deorsum scabriusculis (2—4'' longis, 1—1 1/2''' latis); panicula thyrsoidea (1/2—3-pollicari, 1 1/2—2''' lata) densa glabra; glumis navicularibus acutis nudis 3-nerviis. Achnodonton tenue *Beauv.* Agr. t. VII. fig. 5. Phalaris tenuis *Host.* Gram. 2. t. 36. ⊙ Europ. Cauc.

11. P. ARENARIUM. *Lin.* Radice fibrosa; culmo simplici adscendente (3—8-pollicari) nodisque glabris; vaginis internodiis brevioribus vel longioribus, suprema inflata; ligula obtusa; foliis lineari-lanceolatis glabris; panicula thyrsoidea lineari-obovata vel oblonga; glumis subnavicularibus acuminatis superne pectinatis. Phalaris arenaria *Willd. E. B.* t. 222. ⊙ Eur. Afr. bor.

12. P. GIBBUM. *Boiss.* Culmo solitario glabro humili (4—6-pollicari); foliis anguste-linearibus brevibus subtus scabridis; vaginis superioribus striatis subinflatis; ligula culmo involuta brevi; panicula spicaeformi (6—8''' longa) tenui oblonga; glumis a dorso compressissimis navicularibus carina subincrassatis subaequalibus dorso superne valde rotundato-gibbis, apice breviter rostrato-mucronatis basi angustatis scabridis; valvula inferiore viridi enervia subcompressa apice attenuata obtusiuscula dorso breviter mucronata glumas paulo superante basi et margine hirtula. ⊙ Oriens, Mesogis.

13. P. MONTANUM. *C. Koch.* (Linn. XXI. 383.) Perenne caespitosum; thyrso cylindrico pollicari; spiculis subsessilibus; glumis lanceolatis truncatis aristatis, ex carina breviter ciliatis, ex margine membranaceis, flosculum obtusum includentibus nec duplo superantibus. An eadem ac praecedens? Oriens.

14. P. EXARATUM. *Hochst.* (in *Kotschy* hrb. alep. nr. 197.) Radice fibrosa dense tomentosa; culmo ima basi ramoso erecto (6—12-pollicari) nodisque glabris; vaginis internodio multo brevioribus adpressis glabris; ligula exserta obtusa; foliis lineari-lanceolatis (1—2'' longis, 1—1 1/2''' latis) margine tantum scabris; panicula thyrsoidea 3/4—2-pollicari) densa cylindrica; glumis navicularibus ovato-oblongis acuminatis nervis exaratis, carina sparsim et decidue piloso-pectinatis. *Griseb.* Flor. Rum. II. 463. ⊙ Syria prope Aleppo. Thracia.

Species dubiae.

15. P. AFRICANUM. *Lour.* (Fl. coch. 61.) Culmo erecto crasso solido simplicissimo (2-pedali) foliis subulatis striatis asperis reflexis; spica cylindrica erecta alta caudata (Typhae latifoliae simili) coarctata; pedunculis 3-floris pilis flosculos basi cingentibus; glumis truncatis 3-cuspidatis. ⊙ Mozambic.

PENTACRASPEDON. *Steud.* Spiculae in capitulum congestae uniflorae; infimae steriles ad foliola quasi involucrantia redactae; glumae 2 flosculo multo longiores lanceolato-ovatae acuminatae 3—5-nerviae; valvulae chartaceae in tubum sericeum subconnatae; exterior apice longe trifida, laciniis lanceolatis acutis (minime aristatis); inferior bifida, laciniis acutis (utraque tubum 5-fidum formante); stamina 3, antherae lineares biloculares apice bifidae; stylus simplex plumosus.

Ex πεντε quinque et κρασπεδον fimbria.

1. P. AMPHIPOGONOIDES. *Steud.* Culmo tenui filiformi foliato (pedali) tereti striato cum nodis glabro; vaginis ore barbatulis, ligula pilosa; foliis teretibus filiformibus strictis erectis inferioribus longioribus (usque 5—6-pollicaribus) sursum minoribus; capitulo parvo (4—5-lineali) ovato; glumis fusco violaceis (dense) pilosis valvulas fere duplo superantibus. — Genus Amphipogoni *R. Br.* proximum, quod re vera foret, si valvulae forent aristatae. Ex *Urville* hrbr. Port du Roi Georg N. Holl.

CRYPSIS. *Lin.* Thyrsus interdum capitatus, vel oblongus vel linearis; spiculae uniflorae lanceolato-oblongae; glumae 2 compresso carinatae subchartaceae paulo inaequales vix breviores quam valvulae 2 lanceolatae; inferior uninervia praesertim superne carinata mutica; lodiculae nullae; stamina 2—3; styli 2, stigmata pilosula; caryopsis libera glabra.

1. C. ACULEATA. *Ait.* (H. Kew. I. 48.) Radice fibrosa tenui; culmis plurimis decumbentibus ramosissimis (2—8- vel 12-pollicaribus) uti tota planta viridi-glaucescentibus; vaginis internodio brevioribus inflato-dilatatis ore pilosis; ligula brevissima pilosula; foliis planis linearibus acuminatis firmis pungentibus glabris vel pilosis patentibus (1/2—4'' longis, 1 1/2—2''' latis); thyrso capitato densissimo hemisphaerico vaginis 2 opposito-imbricatis involucrato; floribus 2- raro 3-andris; glumis obtusis valvulas vix superantibus. *Host.* Gram. I. t. 31. Schoenus aculeatus *Lin. Schreb.* Gram 2. t. 32. Antitragus aculeatus *Gaert.* t. 80. f. 7. Phleum schoenoides *Jacq.* austr. app. t. 7. ⊙ Eur. austr. Afr. bor.

2. C. COMPACTA. *Steud.* Radice fibrosa; culmis plurimis erectis compactis (2—5'' longis) ramosis; vaginis

internodio brevioribus ore longe ciliatis, ligula ciliata; foliis abbreviatis (vix ultra $^1/_2$'' longis) compressis; thyrso oblongo capitato vaginis 2 oppositis subimbricatis involucrato; floribus 2—3-andris (?) glumis acuminatis valvulas distincte superantibus. Senegal.

3. C. VIRGINICA. *Nutt.* (*Torr.* Fl. I. 96.) Culmo procumbente geniculato basi ramosissimo (6—12-pollicari) foliis primum planis divaricatis supra villosis demum involutis rigidis pungentibus; ligula brevissima barbata; spicis oblongo-cylindricis lobatis crassis basi vaginis 2 supremis inflatis arcte involucratis; glumis subinaequalibus carina scabris, valvulis subaequalibus acutissimis; staminibus 2, stylis approximatis, stigmatibus exsertis. Vix praecedens quacum jungit *Trin. Torr.* inter C. alopecuroideam et aculeatam dicit mediam. ⊙ Philadelphia.

4. C. SCHOENOIDES. *Lam.* (ill. t. 42. f. 1.) Radice fibrosa tenui; culmis plurimis decumbentibus ramosis (2—6-pollicaribus) uti tota planta glaucescentibus glabris; vaginis internodio brevioribus subinflatis ore pilosis; foliis planis linearibus acuminatis rigidiusculis subpungentibus glabris (1''' latis, 1'' longis); thyrso ovato vagina unica vel binis remotiusculis involucrato; floribus 3-andris. *Beauv.* Agr. t. VI. fig. 12. *Kunth.* Supl. t. V. f. 1. Phleum schoenoides. *Jacq.* Ic. rar. t. 15. Heleochloa schoenoides. *Host.* Gram. I. t. 30. ⊙ Regio mediterr. Am. sptr.

5. C. VAGINIFLORA. *Opiz.* (Natur. Tausch. I. 83.) Radice crasse fibrosa caespitifera; culmo ramosissimo procumbente glabro (1—8-pollicari); foliis quam internodia brevioribus carinatis obtusis laevibus margine scaberrimis subtus hirsutis; ligula pilosa; thyrso spiciformi capitato vel ovato vaginis 2 opposito-imbricatis involucratis; floribus 3-andris. C. schoenoides. *Sieb.* hrbr. Aegypt.

6. C. AEGYPTIACA. *Tausch.* (Flora 1837. 120.) Radice crassiuscule fibrosa caespitifera; culmo erecto basi ramosissimo glabro; vaginis internodio brevioribus margine ciliatis caeterum glabriusculis; ligula ciliata; foliis patentibus quam internodia longioribus lineari lanceolatis ($^1/_2$—2$^1/_2$-pollicaribus) mollibus utrinque hirsutis; thyrso ovato, vagina summa solitaria basi involucrata glumis ciliatis caeterum glabris. An eadem ac. praecedens? Crypsis schoenoides. *Hochst.* hrb. Nub. un. it. nr. 326. C. alopecuroides. *Sieb.* et *Delil.* Aegypt. t. 6. Nubia. Aegypt.

7. C. ALOPECUROIDES. *Schrad.* (Germ. I. 167.) Radice fibrosa; culmis basi conferto-ramosis geniculatis procumbentibus adscendentibus (2—12-pollicaribus) vaginisque internodio brevioribus glabris; ligula pilosa; foliis lineari-lanceolatis planis (1—2''' latis, 1—3'' longis), acuminatis glabris; thyrso cylindraceo ($^1/_2$—2$^1/_2$-pollicari) tantum vagina unica-involucrato vel omnino nudo; valvulis obtusiusculis plus minus inaequalibus. Heleochloa alopecuroides. *Host.* Gram. I. t. 29. *Beauv.* Agr. t. VII. fig. 2. Phleum alopecuroides. *Pill. Mitterb.* It. t. 16. ⊙ Eur. austr. Oriens.

8. C. MYOSURUS. *Nees.* (mpt.) Culmis teretiusculis (quam in praecedente) altioribus; foliis rigidis convoluto pungentibus elongatis; spica cylindracea elongata (3—4-pollicari) apice attenuata basi vaginata; spiculis (vix 1''' longis) triandris, gluma supera valvulaque infera setaceo mucronatis. An praecedentis var? *Nees.* In Hrbo. *Lindl.* nr. 20. ex Aegypt.

9. C. TENUISSIMA. *Tausch.* (Flora 1837. p. 121.) Culmis simplicibus subfiliformibus; spicis cylindraceis tenuissimis linearibus; glumis calycinis carina villosis corollam aequantibus. Gramen myosuroideum ramosum spica tenuissima nigricante. *Gmel.* Sib. I. p. 92. C. phalarides. *Bbrst? Ledeb.* in Regensb. Denkschr. p. 53. ad Cr. alopecuroidem. *Schrad.* reducit. Sibiria.

10. C. ACUMINATA. *Trin.* (in *Spr.* Entd. II. 57.) Radice fibrosa; culmis geniculatis abbreviatis ($^1/_2$—1-pollicaribus) laevibus, vaginis pilosis omnino tectis; foliis lineari-lanceolatis striatis scabris pilosis; supremo spicam aequante; panicula spicata e summa vagina ampliata oblonga (vix semi-pollicari); glumis inaequalibus acuminatis hispidis et pilosiusculis brevioribus quam corolla; valvula inferiore a basi supra medium glabra, superne pilosa hispida falcato-acuminata, superiore minore truncata denticulata; staminibus 3. In Insulis flum. Jack Russiae. Prioris var? *Trin.* Agrotid. I. 96.

11. C. ALPICOLA. *Hochst.* (Hrbr. *Kotsch.* alep. nr. 361.) Radice fibrosa; culmis caespitosis geniculatis (1—3-pollicaribus) laevibus; vaginis internodio brevioribus vix tumidulis cum nodis foliisque pilosis, his abbreviatis (2—5''' longis) lanceolatis striatis; thyrso ovato basi et apice attenuato (3—4-lineali), longe exserto nec involucrato; glumis subaequalibus chartaceis pilosis valvulaque inferiore subaristato-acuminatis; superiore breviore truncata non denticulata; staminibus 3. Praecedenti similis sed vix dubie distincta. In alpinis montis Gara Kurdistan.

Species non satis notae.

12. C. GENICULATA. *Smith.* (Prodr. fl. gr 38.) Culmis diffusis ramosis geniculatis; spica cylindracea; glumis elliptico-lanceolatis dentato-ciliatis. C. alopecuroides. *Schrad.* sec. Rec. Goett. 1816. 172. C. schoenoides *Lam.* sec. *Trin.* An hasne ignorasset *Smithius?* ⊙ In Olympo Graeciae.

13. C. SQUARROSA. *Nutt.* (Gen. p. 49.) Caule decumbente ramosissimo (3—4-pollicari); foliis brevibus rigidis pungentibus; thyrso fasciculato-caespitato paucifloro squarroso; valvula (corollina) dorsali coriacea apice subdentata, cuspide brevi centrali subulata. ⊙ Missouri.

MAILLEA. *Parlator.* Spica ovata; spiculae uniflorae, glumae 2 coriaceae aequales compressae carinatae, flosculo 3-plo longiores; valvulae 2 membranaceae, exterior major truncata mutica marginibus a basi ad medium connata sistens corpusculum infundibuliforme caryopsidem obtegens; valvula interior minima linearis obtusa incisurae exterioris respondens; stamina 3; ovarium glabrum; stigmata 2 filiformia; squamulae nullae; caryopsis libera ovoidea laevis glabra subcompressa.

1. M. URVILLEI. *Parlat.* (Pl. nov. 31.) Radice fibrosa villoso-canescente caespitifera; culmis basi ramosis decumbentibus ($^1/_2$—1-pollicaribus) glaberrimis; foliis lanceolatis obtusiusculis vaginisque striatis glabris; ligula ovato-rotundata; spica brevi (3—6-lineali) obtusa terminali solitaria. Phalaris crypsoides. *Urville* En. p. 7. ⊙ Graecia.

RHIZOCEPHALUS. *Boiss.* Spicae capitatae; spiculae uniflorae, flore sessili imberbi; glumae 2 subaequales lanceolatae basi in urceolum connatae; valvulae 2, inferior lanceolata consistentia glumarum eis paulo longior mucronata; superior hyalina glabra ab inferiore inclusa linearis acuta; stamina 3; styli 2 longissimi simplices; stigmata pilosa; ovarium ovatum; lodiculae nullae.

1. R. ORIENTALIS. *Boiss.* (Diagn. nr. 5. p. 69.) Radice tenui-fibrosa; foliis omnibus radicalibus glabris erectis (1$^1/_2$'' longis) basi latiusculis (1$^1/_2$—2''') planis; ligula brevissima truncato-lacera; spicis sessilibus in foliorum basi spathaceo-dilatata, ovatis (piso paulo majoribus) basi cuneato-attenuatis; spiculis unifloris confertis. Mesopotamia.

REYNAUDIA. *Kunth.* Panicula simplex subspicaeformis; radiis solitariis; spiculae uniflorae; glumae compressae sub apice bifido setigerae, inferior valvulis $^1/_3$ brevior 3-nervia, superior easdem sub-

aequans 7-nervia; valvula inferior sub apice acuto brevissime setigera 5-nervia glabra; superior paulo brevior uninervia acutato-mucronata; stamina 2; antherae oblongae (fusco-purpureae); styli 2; stigmata plumosa (atro-violacea).

1. R. FILIFORMIS. *Kunth.* (Gram. I. t. 9.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici; nodis pilosis; vaginis glabris; ligula pilosa; foliis angustissimis setaceo involutis (inferioribus 4-pollicaribus, superioribus brevioribus). ♃ Domingo. Cuba.

LIMNAS. *Trin.* Panicula contractiuscula subsecunda; glumae naviculares aequales angulato 3-costatae; valvula inferior dorso aristata 5-nervia, superior multo angustior acuminata; stamina 3, stylus 1; stigmata 2—3.

1. L. STELLERI. *Trin.* (Ic. II. t. 18. et Fund. t. VI.) Radice subrepente: culmo simplici compressiusculo-glabro; vaginis internodio minoribus; laxis striatis; ligula biaurita; foliis subsetaceis compresso-involutis deorsum asperiusculis; paniculae (plus minus pollicaris) radiis binis, inferioribus $^1/_2$-pollicaribus a medio floriferis, superioribus solitariis brevioribus; spiculis $1^1/_2$—2-linealibus oblongis. ♃ Russia asiat.

2. L. ARKANSANA. *Trin.* mpt. Panicula multiflora; glumis coriaceis subaequalibus flosculo paulo longioribus, valvula inferiore sub apice aristata, arista demum spiraliter torta. Greenia arkansana. *Nutt.* Amer. transact. V. 142. ⊙ Arkansas.

VILFA. *Adans.* Juba, panicula vel thyrsus; spiculae uniflorae $^1/_2$—4-lineales; glumae 2, aut utraque aut superior tantum valvulas aequantes aut utraque iisdem brevior uni- vel enerviae; valvulae deciduae longitudine aequales vel parum inaequales basi callo nullo suffultae, inferior uni-superior 2-nervia, nervis quasi in unum approximatis, obtusa; lodiculae squamae 2 parvae; stamina 3, ovarium glabrum, styli 2, stigmata plumosa, caryopsis libera in pericarpio solubili hyalino.

Dispositio specierum.

I. Gluma utraque valvulis subaequilonga.
  a. Spiculis $^1/_2$''' longis. nr. 1—5.
  b. Spiculis linealibus. nr. 6—14.
  c. Spiculis ultra 1 lineam usque duas longis. nr. 15—17.
II. Gluma superiore valvulis aequilonga.
  a. Spiculis linea (sub-) minoribus. nr. 18—43.
  b. Spiculis lineam et ultra usque 2 lineas longis. nr. 44—64.
  c. Spiculis 2—3 lineas longis. nr. 65—68.
III. Gluma utraque valvulis brevior.
  a. Spiculis $^1/_2$—1 lineam longis. nr. 69—98.
  b. Spiculis lineam attingentibus usque 2—$2^1/_2$ lineas longis. nr. 99—112.
Species minus notae, dubiae. nr. 113—123.

I. *Gluma utraque valvulis subaequilonga.*

a. Spiculis $^1/_2$ lineam longis.

1. V. COROMANDELINA. *Beauv.* Radice tuberculoso grumosa fibrosa; culmo caespitoso squamis numerosis basi vestito, et foliorum fasciculis dense confertis circumdato; vaginis internodia aequantibus glabris, suprema elongata sparsim pilosa; ligula pili brevissimi; foliis subcoriaceis firmis ovato-lanceolatis (2—$2^1/_2$''' latis, $^1/_2$—1'' longis) pungenti-acuminatis margine serrato-ciliatis; paniculae tenerae ($1^1/_2$-pollicaris) lineari-ovatae vel pyramidatae patentissimae lucidissimae radiis 6 (vel 5, 3-) simplicibus ad medium nudis; spiculis minimis oblongis glabris; glumis acutis valvulas acutas aequantibus. Agrostis coromandelina. *Retz. Trin.* ic. I. t. 11. ♃ Ind. or.

2. V. HUMILIS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 241. sub: Sporobolus.) Culmis repentibus ramosis (3—5-pollicaribus), nodis tumidulis rufis; ramis erectis compressis cum vaginis foliisque glabris; ligula pilorum series; foliis linearibus acutiusculis supra puberulis; panicula spicaeformi simplici (vix ultra $^1/_2$-pollicari); spiculis lanceolatis minimis ($^1/_4$''' brevissme pedicellatis; glumis inaequalibus ovatis glabris flosculo paulo brevioribus. ♃ Luzon.

3. V. TRICHODES. *H. B.* (N. gen. I. 139.) Radice fibrosa tenera; culmis caespitosis tenuissimis simplicibus (3—7-pollicaribus); nodis glabris, vaginis internodia aequantibus vel superantibus; ligula angusta acuta; foliis setaceis glabris ($^1/_2$—2'' longis); paniculae plus minus patentis lucidae (1—$1^1/_2$-pollicaris atropurpurascentis) radiis binis vel solitariis usque $^1/_3$—$^1/_2$ partem nudis; spiculis $^1/_2$-linealibus rotundo oblongis undique hispidulis; glumis valvulas obtusiusculas aequantibus obtusiusculis. ⊙ Peru. Venezuela (*Funk* et *Schlim* Hrbr. nr. 1630).

4. V. RICHARDI. (*Steud.*) Radice fibrosa; culmo ramoso ($^1/_2$-pedali) tereti vaginato glabro; vaginis ad oras dense rigidiuscule setuloso-pilosis; foliis angustissimis subconvolutis rigidiusculis glabris inaequalibus (1—$3^1/_2$-pollicaribus) striatis laevibus glabris; panicula in ramis terminalibus parva (vix ultra pollicari), radiis subverticillatis vel sparsis patentibus pauci (—4—6-) spiculatis; spiculis brevi pedicellatis lanceolatis $^3/_4$-linealibus glabris laevissimis subacuminatis flosculos superantibus. Agrostis pyramidalis *Rich.* in Hrbo. *Mougeot* sed non Sporobolus pyramidalis. *Beauv.* Ins. Antill.

5. V. AMBIGUA. (*Steud.*) Culmo erecto rigidulo (6—8-pollicari) cum foliis vaginisque striatis glabro laevi; ligula brevi ciliata; foliis rigidulis plano-complicatis (vix pollice longioribus) patentibus; panicula patente pyramidata; radiis verticillatis supra basin floriferis, supremis inordinatis brevioribus; spiculis $^1/_2$''' vix superantibus; glumis subaequalibus acutis subpellucidis flosculum aequantibus vel superantibus, valvulis glumis similibus. An Agrostis pyramidata. *Lam.?* (Vilfa affinis *Kunth.*) *Jameson* Hrbr. nr. 578. Guayaquil. Variat? Culmo ramoso; panicula primum contracta demum erecto patente. Hrbr. *Linden* nr. 1587. Venezuela.

b. Spiculis linealibus.

6. V. HELVOLA. *Trin.* (Agrost. I. 30.) Radice fibrosa, culmo simplici vel ramoso (2-pollicari usque 1—2-pedali); vaginis internodis brevioribus vel aequalibus ore et ad margines interdum pilosis; ligula brevissima; foliis angustis brevibus glabris vel deorsum asperis; juba paniculari (2—6-pollicari) angusto patula; radiis 1—2-nis a basi floriferis; spiculis linearibus acutis glabris; glumis acutis valvulas plus minus aequantibus. Agrostis aequalis. *Ehrnbg.* ⊙ Arabia. Seneg.

Abyssinia sec. *Bentham* in *Hook.* Niger Fl. sed neque a *Schimpero* neque a Botan. itin. Gallicis videtur lecta.

7. V. MITCHELLII. *Trin.* (Agrostid. 31.) Radice fibrosa; culmo tenui simplici nodisque glabris; vaginis internodio brevioribus junioribus pilosulis; ligula ciliari; foliis angustis ($^1/_2$—1''' latis, 10—15''' longis) junioribus pilosis; juba spiciformi (2—$2^1/_2$-pollicari) cylindrico-angusta; radiis inferne vix nudis parum compositis; spiculis lanceolatis linealibus glabris acutis; gluma inferiore valvulis plerumque parum breviore. ⊙ N. Holl.

8. V. MATRELLA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 152. sub: Sporobolus.) Radice repente; culmo basi contracto-ramosissimo (4—8-pollicari) nodisque et vaginis internodio longioribus arcte adpressis glabris; ligula brevissima ciliata; foliis multis primum erectis subadpressis demum distichis approximatis involutis angustis rigidiusculis (pollicaribus et ultra); ramis floriferis; panicula jubali contracta ($^1/_2$—1-pollicari) radiis solitariis vel binis a basi floriferis (subcompositis); spiculis lanceolatis linearibus glabris; glumis valvulas aequantibus acutiusculis. Agrostis virginica. *Labil.* N. Holl. t. 23. ♃ Pr. b. sp. Senegal. N. Holl. Texas.

9. V. DURA. *Trin.* (Agrost. I. 32.) Vaginis fauce barbatis; foliis marginibus involutis, culmeis superioribus raris;

paniculae jubalis ($1\frac{1}{2}$-pollicaris, pallidae) radius inferior $\frac{1}{4}$ nudus, gluma inferiore paulo minore. Agrostis dura *Willd.* hrbr. nr. 1738. Ind. or.

10. V. ALPICOLA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyssin. nr. 669.) Radice fibrosa caespitifera; culmis basi ramosis erectiusculis (3—4pollicaribus) curvatis totis vaginis laxis membranaceis (albis vel subcoloratis) tectis; ligula exserta oblonga; foliis convolutis erectis vel subdisticho patentibus (1—2-pollicaribus) culmum saepe aequantibus vel superantibus glabris; thyrsi parvi (vix ultra semipollicaris) radiis inferioribus 3—5-nis pauci (1—3-) floris; spiculis linealibus (vix ultra); glumis ovato lanceolatis acutiusculis parum excedentibus valvulas (uti glumae apice violaceas) acutiusculas cum glumis glaberrimas. *Rich.* Tent. Fl. Abyss. II. p. 395. ♃? Abyssiniae mons Silke.

11. V. SETULOSA. *Trin.* (Agrostid. I. 33.) Radicis fibris in culmi basi subrepente subfasciculatim sparsis; culmo incurvo-adscendente validiusculo ($1-1\frac{1}{2}$-pedali) basi ramoso infra thyrsum pubescente; vaginis subcoriaceis glabris internodio longioribus; ligula brevissima truncata ciliolata; foliis culmeis inferne saepe complanatis (2—3‴ latis, 2—8″ longis) superne convolutis rigidis subpungentibus; thyrsi cylindracei densissimi angustissimi (2‴ lati, $4-4\frac{1}{2}$″ longi) radiis vix linearibus; spiculis lanceolatis linealibus; glumis dorso inaequaliter pilosis valvulas, quarum inferior sub apice setulosa, aequantibus acutis. Agrostis elatior. *Ehrb.* ♃ Arabia.

12. V. ROBUSTA. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 126. sub: Sporobolus.) Culmo simplici valido ($1\frac{1}{2}$—2-pedali) inferne geniculato, nodis glabris; vaginis internodio (parum) brevioribus vel superne longioribus ad margines tenui-villosis subcoriaceis; ligula margo angustus subciliaris; foliis planis (3‴ latis fere pedalibus) basi canaliculato-compressis attenuato-linearibus vel convolutis acuminatis glabris margine hispidis; jubae (subpedalis) patulae densae racemis anguste sparsis a basi floriferis compositis; spiculis lanceolatis linearibus; glumis dorso hispidulis valvulas acutiusculas subaequales aequantibus acutiusculis. Abyssin. Senegamb.

13. V. GLAUCIFOLIA. *Hochst.* (*Kotschy* it. nub. hrbr. un. it. nr. 74. sub: Sporobolus.) Culmo simplici vel uno alterove ramo instructo (3-pedali et ultra) uti tota planta viridi glaucescente cum vaginis internodio parum brevioribus nodis foliisque (etiam margine) glabris; his linearibus acuminatis planis (1—2‴ latis, 2—4″ longis); ligula margo brevissimus cum ore vaginarum pilosus; paniculae erectae strictae (4—5-pollicaris) radiis (2—4-nis) subcompositis erectis inaequalibus, a basi vel parum supra floriferis; spiculis lanceolatis linealibus; glumis hyalinis acutis subaequalibus vel vix longioribus valvulis subobtusis, utrisque glabris. Nubia.

14. V. GADITANA. *Boiss. Reut.* (Pug. pl. nov. 125. sub: Sporobolus.) Culmis basi repentibus radicantibus dein erectis simplicibus foliosis duriusculis ($1-1\frac{1}{2}$-pedalibus); foliorum vaginis striatis scabriusculis, limbo brevi rigido stricto-lineari-convoluto subpungente, facie superiore valde hirto-scabrido; ligula oblonga; panicula contractissima erecta subspicata albida ramulis densifloris ovatis strictis; pedicellis brevissimis scabridis; glumis oblongis acutiusculis aequalibus undique secus carinam longius-hirto-scabridis flosculum glabrum muticum vix superantibus; valvula inferiore ovato-oblonga obtusa cucullata inferiorem truncatam superante. (An hujus an sequentis sectionis?) Gades. Afr. bor.

c. Spiculis ultra 1—2-linealibus.

15. V. VAGINIFLORA. *Torr.* (in *Trin.* Agrost. I. 34.) Radice fibrosa; culmis pluribus (subpedalibus) adscendentibus simplicibus tenuibus deorsum asperis; nodis vaginisque internodio duplo brevioribus laxis tumidulis glabris; foliis erectis aut totis involutis aut angustissimis (vix $\frac{1}{2}$‴ latis, 3—4—6-pollicaribus) deorsum asperulis, supremis breviori-bus; jubae spiciformis pollicaris linearis laxiusculae (pallidae) radiis inferne parum nudis simpliciusculis; spiculis lanceolatis subultra $1\frac{1}{2}$—2-linealibus inferne brevissime et parum pilosulis vel superne subhispidis; glumis aequalibus acutis subaequantibus valvulas aequales subhispidas. Agrostis virginica. *Mhlbrg. Torr.* Fl. I. 89. cfr. Cryptostachys vaginata. ⊙ Carolina.

16. V. RIEHLII. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmis erectis simplicibus tenuibus (plus minus pedalibus) vix asperulis ad apicem usque vaginatis et foliatis; vaginis inferioribus e tuberculis patenti-pilosis, superioribus sensim glabratis; ligula vix ulla; foliis (uti tota planta) glaucescentibus erectis rigidulis planis vel convolutis angustissimis setaceo-acuminatis (2—5″ longis, vix $\frac{1}{2}$‴ latis) retrorsum asperulis; spica solitaria terminali basi vagina summa involucrata demum exserta ($\frac{1}{2}$—1-pollicari) spiculis adpressis brevi pedicellatis (lineam parum superantibus); glumis aequalibus subhyalino-membranaceis vix brevioribus valvulis aequalibus dorso piloso hispidulis vel demum glabratis. An praecedentis var? Am. sptr.

17. V. CENTRIFUGA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 158. sub: Sporobolus.) Radice fibrosa; culmo basi squamis latis densis subbulboso-incrassato erecto (8—15-pollicari) glabro simplici; vaginis nodis longioribus glabris; ligula margo transversalis; foliis angustis convolutis firmis (1—4-pollicaribus); panicula (subjubali 2—6-pollicari) ovali vel lanceolato-patula; radiis 2—4-nis inferne ad $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ nudis; spiculis 2-linealibus lanceolatis acuminatis glabris vel gluma inferiore apice scabra valvulas acutas aequante, gluma superiore iisdem $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{5}$ longiore. Pr. b. sp.

II. *Gluma superiore valvulis aequilonga.*

a. Spiculis linea (sub)minoribus.

18. V. RAMOSISSIMA. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 46. sub: Sporobolus.) Radice fibrosa; culmo subramoso ($1\frac{1}{2}$—3-pedali) cum vaginis nodo longioribus glabris; foliis elongatis ($1-1\frac{1}{2}$-pedalibus) fasciculorum subsetaceis, culmeis saepe planis (2‴ latis) supremo breviore (5-pollicari); juba paniculari ($1-1\frac{1}{2}$-pedali) patente; radiis inferne parum nudis vel a basi floriferis; spiculis (interdum bifloris) $\frac{1}{2}$-linealibus acutiusculis dorso aculeolatis; gluma inferiore valvulis ($\frac{1}{3}$) breviore, superiore easdem aequante. ⊙ Brasil.

19. V. COMMUTATA. *Trin.* (Ic. gr. I. t. 10.) Radice fibrosa; culmis ramosis vaginisque glabris; ligula pili breves rigidi; foliis patentibus lineari-lanceolatis (2—$2\frac{1}{2}$‴ latis, 1—2″ longis) acutis firmis scabriusculis; panicula patente (2—3-pollicari); radiis pluribus (4—13) ad medium usque nudis; spiculis $\frac{1}{2}$-linealibus acutis glabris; gluma inferiore valvulis (5-plo—3-plo) breviore, superiore valvulas aequilongas acutas aequante. ♃ Ind. or. Pr. b. sp.

20. V. BREVIFOLIA. *Nees.* (l. c. 160. sub: Sporobolus.) Rhizomate crasso vaginorum vestigiis dense tecto; culmo adscendente (2—4-pollicari); foliis inferioribus distiche confertis ovato-lanceolatis obtusiusculis striatis (2—4‴ longis, 1‴ latis) integerrimis glabris; panicula patente ovata (pollicari et ultra), radiis alternis vel verticillatis longe supra basin floriferis; glumis obtusis integerrimis, inferiore margine membranaceo, nunc valvulis triplo breviore nunc iisdem aequilonga; valvulis oblongo-lanceolatis subaequalibus; (glumis valvulisque pallide violaceis et viridi-variis.) Sporobolus tenellus. *Kunth.* En. I. 215. ♃ Afr. austr.

21. V. NATALENSIS. (*Steud.*) Culmo erecto tereti; foliis angustis linearibus in caudam angustissimam filiformem attenuatis; racemo decomposito angusto, radiis sparsis vel verticillatis confertis a basi florentibus, ramulis brevibus adpressis paucifloris; spiculis in ramis ramulisque secundis; pedicellis brevibus 1—2-floris, altera spicula tum subsessili; glumis ovatis inferiore obtusa aut bidentata flosculo 6-plo — superiore tridentata illo 4-plo breviore.

Sporobolus pyramidalis. *Nees.* Fl. Afr. I. 155. sed vix sequens. ♃ Afr. austr.

22. V. PYRAMIDALIS. *Beauv.* (Fl. d'Oware t. 80. sub: Sporobolus.) Culmis rectis teretibus; foliis lineari-lanceolatis acuminatis angustis glabris; paniculae rectae effusae (6—9-pollicaris) radiis verticillatis raro solitariis, superioribus alternis brevioribus; flosculis parvis unilateralibus subpedicellatis; gluma inferiore apice inaequaliter 4-dentata, superiore truncata vel subemarginata. Eadem ac praecedens sec. *Nees* sed vix. Owaria.

23. V. LUDWIGII. *Hochst.* (Flora 1846. p. 118. nota sub: Sporobolus.) Rhizomate crasso repente cum basi culmi vaginarum vestigiis dense vestito; culmo pumilo basi ramoso cum ramis dense disticho folioso (3—9-pollicari); foliis e basi lata ovato-lanceolatis vel superioribus lanceolatis obtusiusculis margine cartilagineis; panicula glaberrima, radiis infimis verticillatis (4—5), superioribus binis vel solitariis omnibus basi callosis a medio fere radiolosis; spiculis oblongo-lanceolatis ($^2/_3$''' longis); gluma inferiore spicula 4-plo breviore ovata obtusa enervia pallida, superiore spiculam subaequante oblongo-lanceolata uninervia violacea; valvula inferiore ovato- vel lanceolato-oblonga pallide violacea 1—3-nervia obtusa vel rarius subacuta superiore fere aequali obtusissima vel emarganiata. An? V. brevifolia. *Nees.* Pr. b. sp.

24. V. MARGINATA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1777. sub: Sporobolus.) Radice fibrosa in rhizoma crassum caespitiferum abeunte: culmo adscendenti-erecto (pedali et ultra) glabro; vaginis internodiis brevioribus praesertim ad oras cum foliis piloso-ciliatis; his lanceolato-linearibus acutis (2—3''' latis, 2—3'' longis) margine subcartilagineo serrulatis; paniculae ovatae (3-pollicaris) radiis verticillatis (4—8-nis) patentibus infra medium floriferis compositis; spiculis brevi pedicellatis $^3/_4$-linealibus; gluma inferiore hyalina (facile decidua) superiore valvulas aequante plus duplo breviore, glumis valvulisque obtusiusculis brevissime acutatis. Sporobolus marginatus. *Rich.* Fl. Abyss. II. 397. ♃ Abyssin.

25. V. CONFERTIFLORA. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 397. sub: Sporobolus.) Perennis; culmo subterraneo repente, ramis erectis (pedalibus et ultra) basi saepe geniculatis glabris laevibusque; foliis lanceolatis acutis glabris margine et subtus retrorsum scaberulis; ligula membranacea brevi dissecto-denticulata, vaginis laxis striatis glabris; panicula elongata subpyramidata, radiis nunc semiverticillatis nunc alternis erectis flexuosis ramosissimis, ramulis brevissimis; spiculis minimis numerosissimis brevissime pedicellatis confertis glabris; palea exteriore flosculo dimidio breviore apice subobtusa apiculata; interiore paulo longiore; valvulis inaequalibus dorso carinatis, apice obtusis. Abyssin.

26. V. PULCHELLA. *R. Br.* (Prodr. I. 170. sub: Sporobolus.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui glabro (pedali) simplici; vaginis margine pilosis suprema cum nodis glabra; ligula brevissima; foliis angustis (vix 1''' latis, 2'' longis) plerumque compressis inferne margine pilosis; panicula patente subpyramidata (3-pollicari); radiis (5—7—12-nis) a medio vel superne floriferis; spiculis $^1/_2$-linealibus acutis vel acutiusculis; glumis dorso parum scabriusculis inferiore valvulis dimidio breviore. *Kunth.* Rev. gr. t. 123. ⊙ N. Holl.

27. V. VILLOSA. *Trin.* (Ic. gr. XXI. t. 252.) Radice fibrosa; culmo (pedali) glabro simplici; nodis glabris; vaginis internodia subaequantibus ad fissuras ciliatis; ligula obsoleta vel pili aliquot; foliis lineari-lanceolatis utrinque laxe pilosis margine ciliatis (2—3''' latis, 1—$1^1/_2$'' longis); thyrso angusto ($3^1/_2$-pollicari, demum fuscescente); radiis adpresso erectis sparsis a basi floriferis; gluma inferiore valvulis dimidio breviore. Agrostis pilosa. *Spr. fil.* supl. S. 8. p. 5.) ⊙ Surinam.

28. V. DIANDRA. *Trin.* (Agrost. I. 38.) Culmo tenui ($1^1/_2$-pedali), simplici nodisque glabris, vaginis internodio dimidio brevioribus margine plus minus pilosis; ligula brevissima ciliari; foliis linearibus ($^1/_2$'' latis, 4—7'' longis), compressis; juba contracta ($4^1/_2$-pollicari); radiis inferioribus fere pollicaribus $^1/_3$ vel minus nudis superioribus a basi floriferis; spiculis $^1/_2$-linealibus acutiusculis glabris, gluma inferiore valvulis plus duplo breviore. Agrositis diandra. *Retz?* cfr. V. orientalis *Nees.* Ind. or.?

29. V. SUBPYRAMIDATA. *Trin.* (l. c. 39.) Radice fibrosa; culmis glabris interdum ramosis (1—$1^1/_2$-pedalibus); vaginis ad oras pilosulis caeterum cum nodis glabris; ligula brevissima ciliari; foliis planis (1—$1^1/_2$''' latis; 4—7'' longis) acuminatis asperulis; paniculae (jubalis) apertae pyramidatae 3—4-pollicaris radiis infimis 8—11-nis paniculatis, inferne $^1/_2$—$^1/_3$ nudis; spiculis $^1/_2$—$^2/_3$-linealibus acutis glabris; gluma inferiore valvulis $^1/_2$ breviore; superiore dorso subdenticulata; valvulis acutis subaequalibus. ⊙ Texas.

30. V. VINZENTI. *Steud.* Radice fibrosa; culmo tenui erecto elongato (usque 2-pedali) firmul oglabro foliato; vaginis inferioribus confertis solutis, superioribus adpressis omnibus striatis cum tota planta glabris; ligula margo vix (nisi sub lente valida) conspicuus non ciliatus; foliis angustissimis subconvoluto setaceis rigidulis culmo brevioribus glabris laevibus; panicula subpyramidata (5—6-pollicari) radiis subquaternis inaequalibus capillaribus teretibus laevibus basi $^1/_3$ nudis alternatim racemoso spiculiferis; spiculis fere linealibus lanceolatis acutiusculis glabris; gluma inferiore valvulis plus dimidio breviore, superiore valvulas aequante vel parum superante acutas subaequales. Agrostis nova species *Vinzent* hrbr. nr. 62. Texas.

31. V. ARGUTA. *Nees.* (Agr. bras. 395.) Radice fibrosa; culmis adscendentibus glabris inferne quandoque ramosis (pedalibus); vaginis margine ciliatis collo barbatis vel cum nodis glabris; ligula brevissima ciliata; foliis planis (1—$1^1/_2$''' latis, 2—3'' longis) margine serrulatis basi interdum pilosulis; juba paniculari aperta (3—4-pollicari); radiis inferne nudis, subverticillatis, sursum (raro omnibus) solitariis; spiculis $^2/_3$''' longis glabris acutis; gluma inferiore valvulis 4-plo breviore, superiore valvulas aequales acutas aequante. ⊙ Brasil.

32. V. PALLIDA. *Nees.* (in *Trin.* Agrost. I. 40.) Radice fibrosa; culmo simplici (ultra pedali); nodisque glabris; vaginis superne et fauce sparsim pilosis; ligula brevissima dorso pilosa; foliis linearibus nunc planis ($1^1/_2$''' latis, 2—6''' longis) nunc convolutis erectis firmis glabris; paniculae contractae ($2^1/_2$-pollicaris) radiis sub-3-nis inferne ($^1/_2$—$^1/_3$) nudis; spiculis $^2/_3$-linealibus lineari-oblongis acutiusculis glabris; gluma inferiore obtusiuscula valvulis 3-plo superiore acutiuscula iisdem paulo breviore. ⊙ Ind. or.

33. V. CILIATA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 242. sub: Sporobolus.) Radice fibrosa caespitifera; culmis ramosis basi decumbentibus adscendentibus (2—10-pollicaribus) nodisque glabris; vaginis internodiis parum brevioribus pilosulis; ligula brevissima ciliata; foliis planis vel contractis (inferne lineam latis; 1—$1^1/_2$'' longis) suprema perbrevi; paniculae jubatae angustissimae spicaeformis (2''' latae, 1—3'' longae) radiis 1—3-nis brevibus erectis simplicibus 1—3-floris; gluma inferiore valvulis fere 3-plo breviore acuta; fructu rufescente. V. Preslii (*Steud.*) ⊙ Panama.

34. V. DOMINGENSIS. *Trin.* (Ic. II. t. 24.) Radice fibrosa; culmo erecto ramoso (pedali) nodisque glabris; vaginis nodos aequantibus vel brevioribus ad ligulam brevi pilosis (inferne 2''' latis vel angustissimis $^1/_2$''' latis, 3—4'' longis) e bulbulis supra pilosis; jubae panicularis pyramidatae ($2^1/_2$—3-pollicaris) radiis sparsis vel verticillatis, inferioribus $^2/_3$ nudis, superioribus a basi floriferis; spiculis linea brevioribus acutis glabris; gluma inferiore $^1/_2$—$^3/_4$ breviore; fructu spadiceo. ⊙ Ind. occ.

35. V. ARKANSANA. *Trin.* (Agrost. I. 42.) Radice

fibrosa; culmis adscendentibus erectis (1—1 1/2-pedalibus) ramulosis glabris uti tota planta pallide glaucescentibus; vaginis internodiis brevioribus ad fissuram pilosis; ligula brevissima ciliari; foliis planis (1 1/2‴ latis, 3—4 1/2″ longis), basin versus in pagina superiore e bulbillis pilis adspersis; paniculae subjubalis pyramidatae patentis (3—5-pollicaris) radiis (inferioribus 1 1/2-pollicaribus) 3—8 verticillatis intermixtis solitariis, inferne seminudis, supremis fere a basi floriferis; spiculis linea brevioribus acutis glabris; glumis acutis, inferiore 2/3- breviore quam superior valvulas aequans. ⊙ Arkansas.

36. V. IOCLADOS. *Nees* (Fl. Afr. austr. 161. sub: Sporobolus.) Radice fibrosa; culmo erecto vel adsendente ramoso (1 1/2-pedali); vaginis internodio paulo brevioribus glabris vel ore ciliatis; ligula brevi ciliari; foliis linearibus (2—4″ longis, 2‴ latis) acuminatis glabris glaucis; paniculae primum contractae dein divaricatae patentis ramis laevissimis violaceis brevi a basi racemoso-decompositis, inferioribus verticillatis; spiculis angustis acutis vel obtusiusculis sublinealibus; gluma inferiore 2/3—3/4 breviore. ♃ Afr. austr.

37. V. INSULARIS. *Parlat.* (in *Hook.* Nig. Fl. 187.) Radice fibris albidis villoso-lanatis; culmis caespitosis erectis teretibus striatis glabris rigidis (subpedalibus); foliis linearibus subulatis acuminatis rigidis striatis glabris margine scabriusculis; vaginis margine superne villoso-ciliatis; ligula brevissima truncata pilorum fasciculo munita; panicula spicaeformi cylindracea conferta continua (4—5-pollicari); ramis adpresso erectis, superioribus brevissimis; spiculis oblongis; glumis acutiusculis, inferiore quam valvulae breviore superiore iis subaequali. V. capensi *Beauv.* dicitur affinis. Ins. S. Vincentii Prom. viridis.

38. V. ORIENTALIS. *Nees.* (Agr. bras. p. 393. sub: Agrostis.) Radice fibrosa subrepente; culmo basi flagellifero adscendente ramuloso (1/2-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima ciliari; foliis culmis (1‴ latis, 1—2″ longis) involutis, ramorum breviorum distichis brevioribus patentissime recurvis; jubae spicaeformis (ultra pollicaris) radiis 3—4-linealibus a basi floriferis; spiculis linea parum brevioribus glabris; gluma inferiore fere 2/3-breviore quam superior valvulas aequans. Agrostis tenacissima *Roxb.* (vix *Lin. fil.*) ♃ Ind. or.

39. V. SCOPARIA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 243. sub: Sporobolus.) Culmo erecto farcto (pedali et ultra) firmo glaberrimo; vaginis margine tenuissime membranaceis glaberrimis; ligula brevi diaphana; foliis lato-lanceolatis (usque 2′ longis, 2 1/2″ latis) coriaceis longe acuminatis; panicula longissima (20—27″ longa) composita cymosa erecta; radiis alternis basi dilatalis glabris ramulosis; spiculis secundis (vix 3/4-linealibus) oblongo-lanceolatis; gluma superiore rotundata uninervia margine membranacea triplo majore quam valvula inferior ovato-lanceolata acuminata, valvula superiore duplo breviore margine pilosociliata. Ins. Luzon.

40. V. GENICULATA. *Nees.* (mpt.) Culmo fasciculatim ramoso geniculato; foliis planis lineari-lanceolatis vaginisque sparsim pilosis; racemo composito angusto, radiis brevibus 2—3-floris; pedicellis longiusculis, flosculis triandris; glumis ovalibus inferiore valvulis duplo breviore, altero latere sinuata, cuspidata, superiore easdem aequante valvulaque inferiore obtusis. ⊙ Madras.

41. V. RUPESTRIS. *Kunth.* (Gram. I. t. 45. sub: Sporobolus.) Radice tenui-fibrosa; culmo erecto tenui nodisque glabris; vaginis internodio brevioribus pilosis; ligula brevissima ciliata; foliis plerumque planis (1 1/2‴ latis, 1—2″ longis) margine et intus pilis e glandulis minimis obsitis; jubae angusto-linearis (2—2 1/2-pollicaris) radiis 1—2-nis simplicibus, inferioribus 4-linealibus inferne parum nudis; spiculis sublinealibus; gluma inferiore valvulis dimidio breviore, superiore eas aequante dorso scabra. ⊙ Brasil.

42. V. INTERMEDIA. *Trin.* (Agrost. I. 45.) Radice fibrosa; culmo tenui superne contracto-ramoso (5—15-pollicari) cum nodis vaginisque nodos subaequantibus glabris; ligula brevi ciliari; foliis angustissimis convolutis (1—1 1/2-pollicaribus) glabris, ad medium culmi deciduis, superne confertis contractis; jubae panicularis contractae (8—12-pollicaris) radiis 1—3-nis subcompositis 3-linealibus inferne parum nudis; spiculis sublinealibus acutiusculis nudis; gluma inferiore valvulis parum (1/3) minore. Ins. Maurit.

43. V. STACHYDANTHA. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 394. sub: Sporobolus.) Annua; culmo erecto spithameo simplici glabro; foliis linearibus acutis sparse pilosis, margine versus basin denticulatis; ligula e pilis longis; vaginis longe ciliatis; panicula cylindrica laxiuscula spicaeformi; radiis brevissimis glabris; spiculis numerosis, gluma exteriore lanceolata acuta flosculo breviore enervia, interiore florem aequante elliptico lanceolata acuta enervia glabra; valvula exteriore lanceolata acuta glabra enervia; caryopsi obovoidea subcompressa nuda. (An hujus an sequentis sectionis?) Prov. Chiré Abyssin.

(Hujus sectionis interdum V. humifusa nr. 86.)

b. Spiculis lineam et ultra usque 2 lineas longis.

44. V. PANICULATA. *Trin.* (l. c.) Culmis geniculato-adscendentibus ramosis cum nodis vaginisque internodia subaequantibus glabris; ligula brevi ciliata; foliis linearibus (1‴ latis, 2—4″ longis) acuminatis; paniculae patentis lucidae (4—7-pollicaris) radiis pollicaribus 5—3-nis inferne 1/4—1/3 nudis; spiculis linealibus acutis glabris gluma inferiore valvulis 2/3 breviore. Sierra Leona.

45. V. PILIFERA. *Trin.* (Ic. V. t. 58.) Radice fibrosa; culmis erectis tenuibus simplicibus vel inferne ramosis nodisque glabris; vaginis ad fissuras brevi pilosis, ligula ciliari; foliis caespitosis plurimis strictis subconvolutis (1/2‴ latis, 1—1 1/2″ longis); juba paniculari contracta angusta (2—3-pollicari); radiis semiverticillatis aut conferto-sparsis (4—6-pollicaribus) inferne parum nudis, simplicibus; spiculis linealibus acutis glabris; gluma inferiore valvulis 2/3—1/2 breviore; caryopsi castanea. ⊙ Brasil. Nepal.

46. V. FIMBRIATA. (*Nees.* Fl. Afr. austr. 156. sub: Sporobolus.) Culmo erecto (1 1/2—2-pedali) cum nodis glabro: vaginis (uno) margine lanuginosis; ligula brevissima; foliis linearibus attenuatis (1—1 1/2‴ latis, 1/2—3/4″ longis) basi lanuginoso-barbatis culmum amplectentibus; juba subpyramidata lucida (fere pedali); radiis inferioribus 4-pollicaribus fere a basi floriferis erecto-compositis; spiculis linealibus acutis glabris; gluma inferiore flosculo subduplo breviore, superiore eandem aequante vel parum superante. ⊙ Afr. austr.

47. V. CRYPTANDRA. *Torr.* (Ann. Lyc. New-York. I. 151. sub; Agrostis.) Culmo erecto simplici (3-pedali) foliato, nodis distantibus; vaginis glabris internodio longioribus subtumidis paniculas abortivas includentibus, margine villosis, ad oras dense barbatis; ligula annulus barbatus; foliis linearibus (2—3‴ latis) utrinque glabris; paniculae amplae pyramidatae (basi vaginae subinclusae) radiis subalternis patentibus subsimplicibus basi parum incrassata barbatis; floribus racemosis (purpurascentibus) gluma inferiore 2/3 breviore quam superior lineari-lanceolata acuta corollam aequante (cfr. sequentem.) Canada.

48. V. TRINIANA. (*Steud.*) Radice fibrosa; culmo erecto, contracto- et florifero-ramoso (3-pedali) nodisque glabris; vaginis superne brevissime pilosis internodio longioribus nunc usque 1/2 brevioribus; ligula brevissima ciliata extus dense albo-barbata; foliis linearibus planis acuminatis (2‴ latis, 6—10″ longis) ad ligulam dense barbatis; jubae (8—12-pollicaris) subpyramidatae lucidae radiis (1 1/2—2-pollicaribus) fere a basi floriferis erecto-compositis; spiculis 1—1 1/4-linealibus acutis oblongis; gluma inferiore 1/2 breviore quam superior; valvula inferiore glumam superiorem

aequante vel superante. (Cum praecedente a *Trinio* juncta species sub: V. cryptandra. *Torr.* (l. c.) sed descriptio utriusque autoris valde differt; ita ut planta Columbiae a Canadensi videatur diversa nec V. fimbriata *Nees Trinio* satis videtur diversa.) Columbia.

49. V. MAURITIANA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto striatulo tereti glabro foliato (6—8-pollicari); vaginis glabris arctis striatulis apice pilosulis, ligula piloso-ciliari; foliis planis vel convolutis (tunc rigidulis fere pungentibus, 1—4″ longis, basi saepe $1\frac{1}{2}'''$ latis); panicula contracta spicaeformi 2-pollicari sublobato interrupta, rhachi glabra; radiis brevibus erectis pauci-(1—4-)floris; spiculis linealibus nitidulis luride violascentibus; gluma inferiore hyalina lanceolata spiculam dimidiam vix superante patula, superiore spiculam paulo superante; valvulis obscure nervosis; achenio oblongo brunneo. *Urville* legit in Ins. Maurit.

50. V. VIRGINICA. *Lin.* (sub: Agrostis. *Labil.* N. Holl. t. 23.) Radice repente: culmo adscendente-erecto (1—2-pedali) saepe ramoso, cum nodis vaginisque glabris; ligula obsoleta; foliis rigidis plus minus distichis margine vel totis involutis inferne planis (2‴ latis, 3—5″ longis) subpungentibus; juba coarctata (1—3-pollicari) densiflora; radiis 1—2-nis ($\frac{1}{2}$—1-pollicaribus) inferne nudis aut a basi ramosis et compositis; spiculis 1‴ vel ultra longis acutis vel acutiusculis nudis (pallide vel fusco aeneis) gluma inferiore valvulis $\frac{1}{4}$ breviore, superiore eas aequante vel parum superante. Vilfa murina *Sieb.* Hrbr. Maurt. nr. 24. ♃ Ind. occ. Am. austr. Pr. b. sp. N. Holl.

51. V. PUNGENS. *Schreb.* (Gram. II. t. 27. f. 3. sub: Agrostis.) Radice repente stolonifera; culmo obliquo ramosissimo (plus minus pedali) inferne aphyllo, superne foliis approximatis distichophyllo; vaginis brevibus fauce pilosis; ligula brevissima ciliari; foliis angustis sursum convolutis (basi 1—$1\frac{1}{2}'''$ latis, 1—2-pollicaribus) subpungentibus; juba contracta ($\frac{1}{2}$—2-pollicari) densa oblonga; radiis sparsis erecto-compositis plus minus supra basin floriferis; spiculis linea parum longioribus acutis subglabris; glumis glabris, inferiore $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ breviore. *Rchbch.* ic. gram. Germ. f. 140. ♃ Eur. austr.

Trinio Agrostideae I. p. 49. glumas ad nervos hispidulas, inferiorem dimidio breviorem requirit; in nostris speciminibus glumae glabrae, inferiore $\frac{1}{3}$ breviore uti in icone et descriptione *Schreberi.*

52. V. CAESPITOSA. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 125. sub: Sporobolus.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (2—8-pollicari), cum nodis vaginisque internodio brevioribus glabris; foliis basilaribus plurimis subsetaceis strictis (1—3-pollicaribus) deorsum asperulis; jubae subpanicularis contractissimae (1—$3\frac{1}{2}$-pollicaris) radiis 1—3-nis $\frac{1}{2}$-pollicaribus basi dimidio nudis contracto-compositis; spiculis linea majoribus glabris vel ad nervos hispidulis (demum pallide aeneis); gluma inferiore dimidio breviore, superiore valvulas aequante vel parum superante. ⊙ Ins. adscensionis. St. Helena.

53. V. ELATIOR. *Nees.* (Agr. bras. 396.) Radice fibrosa; culmo ad medium usque vaginato (1—4-pedali) cum nodis foliisque glabro; ligula brevissime ciliata; foliis inferioribus aut compressis aut planis (3‴ latis, 8″ longis) inferne e glandulis minimis ciliatis; paniculae lineari-lanceolatae patentis (7—8-imo 12-pollicaris) radiis 5—10-nis basi brevissime nudis; spiculis linea parum longioribus acutis glabris; gluma inferiore $\frac{1}{4}$ breviore quam superior valvulas plus minus aequans. ♃ Brasil.

54. V. SCHIEDEANA. *Trin.* (Agrost. I. 51.) Culmo simplici (2-pedali) inferne asperiusculo; vaginis internodia subaequantibus glabris versus ligulam brevissimam pilosulis; foliis patulis angustissimis (vix 1‴ latis, 3—7″ longis) plerumque filiformi contractis intus basi pilosulis; paniculae jubalis pyramidalis patentissimae (7-pollicaris) radiis 4—6-nis (intermixtis solitariis) basi $\frac{1}{2}$—$\frac{1}{4}$-nudis linealiter spiculiferis; spiculis $1\frac{1}{4}$-linealibus acutis glabris (basi rubellis vel aeneis); gluma inferiore $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ breviore. Arkansas.

55. V. PURPURASCENS. *Beauv.* (Agrost. p. 16.) Radice fibrosa; culmo erecto gracili simplici (2-pedali) nodisque uti vaginae internodio semibrevioribus glabris; ligula brevissima ciliata; foliis subcompressis apertis (1‴ latis, 7—8″ longis), supremo $\frac{1}{2}$-pollicari); paniculae jubalis aperto-sublinearis (4—5-pollicaris) radiis inferioribus fere pollicaribus $\frac{1}{3}$ nudis simplicibus; spiculis $1\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{3}$-linealibus acutis vel acuminatis glabris; gluma inferiore margine rariuscule aculeata $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ breviore, superiore valvulas aequante acutissima. Agrostis purpurascens. *Swartz.* Fl. Ind. occ. I. 185. ♃ Mexico.

56. V. SUBSETACEA. *Trin.* (Agrost. I. p. 111. nota.) Culmo erecto striato gracili simplici, cum nodis vaginisque internodio parum brevioribus — glabro; foliis convolutis subsetaceis (4—5-pollicaribus) firmulis glabris; panicula lanceolata patula (6—7-pollicari, rubra); radiis 5—6-nis basi diverse nudis; spiculis $1\frac{1}{2}$-linealibus acutis glabris; gluma inferiore $\frac{1}{2}$ breviore quam superior valvulas aequans. V. gracilis. *Trin.* Agrost. p. 53. non nr. 73. Carolina.

57. V. JUNCEA. *Trin.* (Ic. V. t. 75.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui simplici (pedali et ultra) nodisque glabris; vaginis internodio brevioribus ad fissuras tenuissime pilosis vel omnino glabris; ligula brevissima; foliis subsetaceis vel compresso-linealibus erectis (longitudine culmi et brevioribus); jubae panicularis patentis (3—4-pollicaris) pyramidalis lucidae radiis simplicibus inferioribus $1\frac{1}{2}$-pollicaribus basi $\frac{1}{3}$—$\frac{2}{3}$ nudis; spiculis $1\frac{1}{2}$—2-linealibus acutis vel acuminatissimis glabris; inferiore aut acuta $\frac{2}{3}$—$\frac{1}{2}$ — aut perangusta acutissima $\frac{1}{3}$ vel paulo breviore superiore valvulas aequante acuta, vel eas superante acutissima. Agrostis juncea *Michx.* ♃ Am. sptr. Brasil.

Bennetia. *Rafin.* Calyx biglumis inaequalis; corolla biglumis aequalis major; nectaria 2 obovata. *Seringe* Bull. bot. p. 220.

58. V. HETEROLEPIS. *Gray.* (Annal. New-York II. 233.) Culmo glabro (1—2-pedali) foliis convoluto-setaceis superne margine hispidis, inferioribus culmum aequantibus, superioribus brevioribus; vaginis inferioribus pilosis superioribus glabris; panicula pyramidata sparsiflora, radiis solitariis subsimplicibus pauci- et laxi-floris; gluma inferiore subuliformi superiore ovata cuspidata subduplo breviore (utraque purpurascente); valvulis oblongo-lanceolatis obtusiusculis muticis exteriore parum minore. Eadem ac praecedens sec. *Trin. Gray* l. c. utramque separat. ♃ Am. sptr.

59. V. FULVESCENS. *Trin.* (Agrostid. I. 54.) Radice tenui-fibrosa; culmo erecto simplici (ultra 2-pedali) tenui; nodis vaginisque — internodio multo brevioribus — glabris; ligula obsoleta; foliis angustissimis compresso convolutis (8—9-pollicaribus, supremo brevissimo) glabris; paniculae (6—7-pollicaris) laxissimae patentis lucidissimae radiis 5—2-nis solitariisque, inferne $\frac{1}{3}$ nudis; spiculis $1\frac{1}{2}$-linealibus glaberrimis; gluma inferiore valvulis dimidio breviore; valvula inferiore acuta, superiorem demum fractu fissam aequante. ♃ Agrostis thyrsoides. *Willd.* hrbr. 1750. Am. sptr.

60. V. ACUMINATA. *Trin.* (Ic. XXIX. t. 348.) Radice fibrosa; culmo stricte erecto (2—3-pedali) toto vaginis — et basi fasciculis foliorum circumdato; nodis glabris; ligula margo angustissimus ciliolatus; foliis lanceolato-linearibus sulcato striatis magine inferne e glandulis aculeato-ciliatis (5‴ latis, pedalibus vel culmeis 4—5-pollicaribus); paniculae subjubalis (10-pollicaris) lanceolatae contractae densae radiis pluribus subverticillato-confertis, saepius ad medium usque nudis; spiculis subacuminatis lineis 2 paulo brevioribus glabris; lineari-lanceolatis; gluma inferiore dimidio vel magis breviore. ♃ Brasil.

61. V. EXIMIA. *Nees.* (in *Trin.* Agrost. I. 55.) Culmo simplici erecto (2—3-pedali) nodisque glabris; vaginis in-

ternodio longioribus, infimis confertis glabris, superioribus pilosis, suprema longissima; ligula obsoleta; foliis linearibus duriusculis, fasciculorum angustissimis subsetaceis culmeis planis (1—2½‴ latis, 6—12″ longis, supremis brevioribus) hirsutis; paniculae (8—12-pollicaris) patentis lucidae radiis 11—7—3-nis, a medio floriferis; spiculis 1½—2-linealibus acuminatis glabris vel apicem versus scabriusculis; gluma inferiore ½—⅓ breviore. ♃ Brasil.

62. V. AENEA. *Trin.* (Ic. II. t. 23.) Rhizomate nodoso fibroso; culmo stricto glabro (3-pedali) basi vaginis et squamis tecto; vaginis glabris vel margine hirsutiusculis internodios aequantibus vel brevioribus; ligula brevi-pilosa; foliis plerumque involutis, rarius apertis (3‴ latis, inferioribus 8—12″ longis), basi intus pilosis margine glandulis minimis saepe piliferis obsitis; paniculae patulae (7—12-pollicaris) radiis 5—9-nis inferne parum (quandoque ⅓) nudis; spiculis 1½- fere 2-linealibus acutis glabris; gluma inferiore valvulis 2—3-plo breviore. ♃ Brasil.

63. V. MACRA. *Trin.* (l. c. 57.) Radice lignosa repente tenui-fibrosa; culmis erectis tenuibus (1—2-pedalibus) superne scabriusculis; nodis vaginisque glabris; ligula tenuissima; foliis angustissimis convolutis subfiliformibus (½‴ latis, 3—5″ longis) basi piliferis, superne asperulis; paniculae simplicis lineari-contractissimae lucidulae (4—5-pollicaris) radiis solitariis vel binis adpresso-erectis a basi floriferis; spiculis fere bilinealibus ad nervos superne scabriusculis; gluma inferiore ¼- fere ½ breviore. ♃ Louisiana.

64. V. RIGIDIFOLIA. *Trin.* (l. c. 58.) Radice fibrosa; culmo caespitoso simplici (pedali) firmo ad nodos glabro; vaginis internodia aequantibus ad marginem hirsuto-ciliatis; foliis compresso convolutis (1‴ latis, 1½—2½″ longis) rigidis pungentibus, culmeis brevioribus; jubae lanceolato-linearis angustissimae densae (4-pollicaris) radiis plerumque pluribus confertis brevibus adpressis simpliciusculis fere a basi floriferis; spiculis subbilinealibus glabris; gluma inferiore ½ breviore. ♃ Ind. or.

c. Spiculis 2—3 lineas longis.

65. V. ADUSTA. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis pluribus basi fasciculato-confertis (cum vaginis foliisque adustis et praemorsis) erectis (1½—2-pedalibus), nodis vaginisque internodio brevioribus glabris; ligula brevissima ciliata; foliis linearibus erectis duriusculis (1—6″ longis) glabris; paniculae subjubalis (3—5-pollicaris) lanceolatae vel subpyramidatae patulae lucidulae radiis 1½-pollicaribus inaequalibus 7—5—3-nis vel singulis plerumque a basi floriferis subsimplicibus; spiculis bilinealibus acutis glabris; gluma inferiore ⅓ raro ½ breviore. ♃ Brasil.

66. V. RIGENS. *Trin.* (Ic. XXI. t. 250.) Radice nodosa perpendiculariter descendente fibrosa; culmo substricto-erecto (3-pedali) laevissimo simplici; vaginis internodio longioribus glabris, radicalibus in fibras tenaces solutis; ligula densum pilorum tomentum lineale; foliis coriaceis convolutis pungentibus radicalibus incurvis supremisque plus minus pedalibus; thyrso (albido splendente pedali) inferne interrupto; radiis inferioribus 2-pollicaribus adpressis solitariis compositis plerumque a basi floriferis; spiculis bilinealibus acutiusculis glabris; gluma inferiore valvulis ¼ breviore. ♃ Chili.

67. V. GRANDIFLORA. *Nees.* (mpt.) Culmo ramoso stricto; foliis elongatis trigonis basi canaliculatis glaucis rigidis; panicula lanceolato-attenuata longa erecta, radiis subverticillatis angustis racemoso-compositis; spiculis oblongo-lanceolatis laevibus albis; glumis valvulisque acutis, superiore flosculum aequante, inferiore paululum minore. Mendoza. Chili.

68. V. SPARTINAE. *Trin.* (Agrostid. I. 60.) Culmo erecto laevissimo simplici (2—3-pedali); nodis vaginisque internodio brevioribus glabris; ligula brevissima ciliolata; foliis erectis filiformi-involutis (inferioribus 1½″ superioribus 2—4″ longis) glabris; jubae angustissime contractae linearis (5—7-pollicaris) densae radiis simplicibus a basi floriferis (inferioribus 1—1½″ superioribus 8‴ longis); spiculis 3-linealibus acutis vel acuminatis carina brevissime pilosulis; gluma inferiore valvulis fere ⅕ breviore. Texas.

III. *Gluma utraque valvulis brevior.*

a. Spiculis dimidiam usque integram lineam longis.

69. V. RAMULOSA. *H. B.* (N. gen. I. t. 684.) Radice fibrosa; culmis pluribus tenuibus fere a basi ramosis (1—4—8-pollicaribus); vaginis internodios superantibus vel brevioribus glabris vel hirtulis; ligula brevi subciliari; foliis angustissimis convolutis vel planiusculis (⅓—1‴ latis, ½—1″ longis); jubae panicularis (1—2- vel 4—6-pollicaris) patulae lucidae radiis (½- ultra 1-pollicaribus) fere a basi floriferis subcompositis; spiculis vix ½-linealibus obtusiusculis; glumis subaequalibus ½ (raro ¼) valvulis brevioribus margine pilosis vel nudis. ⊙ Mexico.

70. V. MINUTA. *Trin.* (Agrostid. I. 62.) Radice tenuissima fibrosa; culmis pluribus simplicibus (3—6-pollicaribus) vaginisque glabris; foliis tenuissimis convolutis glaucis (4—9‴ longis, supremo breviore) glabris; paniculae medio jubalis (ultra pollicaris) radiis infimis et supremis paniculatis patentibus lucidis a basi floriferis; spiculis ½-linealibus glabris; gluma inferiore valvulis ⅔- superiore dorso sparsim aculeolata iisdem paulo breviore. V. parvula *Steud.* Agrostis subviolacea *Ehrnb.* ⊙ Abyssinia.

Non est inter plantas a *Schimpero* in Abyssinia lectas.

71. V. FESTIVA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. abyss. nr. 1692. sub: Sporobolus.) Radice fibrosa validiuscula; culmis pluribus simplicibus (8—15-pollicaribus) basi geniculatis glabris; vaginis internodio brevioribus margine tenuissime ciliatis; ligula margo brevissimus ciliaris; foliis angustissimis subconvolutis (½‴ latis, ad summum 2″ longis) glabris; paniculae oblongae vel lanceolatae (3—5-pollicaris) radiis semiverticillatis 3—8-nis et sparsis solitariis compositis erectis subpatulis a basi vel superius floriferis; spiculis (fusco-violaceis) vix ultra ½-linealibus, inferiore ovata ⅔, superiore dorso etiam glabra lanceolata ⅓ breviore quam valvulae sub- vel inaequales. *Rich.* Fl. Abyss. II. 398. ⊙ Abyssinia.

72. V. MYRIANTHA. *Benth.* (in *Hook.* Niger Fl. p. 565. sub: Sporobolus.) Glaberrima; culmis gracilibus erectis; foliis convoluto-setaceis; vaginis ore ciliatis; panicula ampla (9-pollicari) effusa ramosissima ramis capillaribus numerosissimis apice unifloris; spiculis angustis acuminatis, fere 1‴ longis; gluma exteriore flore triplo breviore obtusa, superiore dimidium floris aequante mucronulata; valvulis aequalibus; exteriore obsolete mucronata. Guinea.

73. V. MINUTIFLORA. *Trin.* (Agrostid. I. 63.) Radice fibrosa; culmo erecto glabro adpresse ramoso (4—11-pollicari, vel culto simplici 2—2½-pedali); nodis vaginisque internodio brevioribus glabris; ligula linea callosa ciliolata; foliis planis (1—1½‴ latis, 2—5″ longis in culta: pedalibus) margine serrulatis; jubae lineari-oblongae patentis lucidae (8—12-pollicaris) radiis capillaribus (1½-pollicaribus) approximatis inaequaliter distantibus compositis inferne plus minus longe nudis; spiculis ½-linealibus glabris (nigro-virescentibus); glumis acutis, inferiore ⅔—¾- superiore ½ breviore quam valvulae obtusiusculae subaequales. Panicum tenuiflorum *Schrank.* P. pyramidatum *Salzm.* ⊙ Brasil. (Guinea sec. *Benth.* l. c.)

74. V. VERTICILLATA. *Nees.* (in *Hook.* Kew. Gard. II. 101. sub: Sporobolus.) Culmo erecto simplici tereti striato; foliis planis elongatis margine scabris vaginisque glabris; panicula striata lanceolata elongata, radiis alternis erecto-patulis, basi trifidis densissimeque florentibus brevibus strictiusculis; spiculis exiguis; glumis subovalibus obtusis patentibus parum inaequalibus, inferiore paulum breviore angustioreque; valvulis obtusis subfructu obovatis, scabris; caryopsi obovata biconvexa obtusa laevi rufo-

castanea nitente. Hrbr. *Cuming* nr. 545. (ex parte, altera est: Eragrostis aurea. *Steud.*) Ins. Philip.

75. V. ATROVIRENS. *H. B.* (N. gen. t. 685.) Radice fibrosa; culmo glabro caespitoso (4—10-pollicari); ligula brevissima ciliata; foliis linearibus saepe convolutis (2-pollicaribus et ultra); juba subpaniculari aperta vel subcontracta (2—2½-pollicari); radiis plerumque solitariis fere a basi composite floriferis; spiculis ½-linealibus acutis glabris; gluma inferiore quam valvulae 3—4-plo, superiore ½—⅓ breviore. ♃ Mexico.

76. V. EROSA. *Trin.* (Agrostid. 64.) Radice fibrosa; culmo erecto (sub 2-pedali), nodis vaginisque internodio longioribus et brevioribus glabris; ligula brevisima ciliolata; foliis patulis compressis (1''' latis, 3—4-pollicaribus) glabris; jubae patentis subpyramidatae lucidae (9-pollicaris) radiis inferioribus (2-pollicaribus) subcompositis fere a basi lineari-floriferis; spiculis ½-linealibus vel ultra glabris; glumis obtusis apice erosulis, inferiore 4-plo superiore 2-plo breviore valvulis aequalibus acutis. ⊙ Ind. or.

77. V. FUNCKII. *Steud.* Radice fibrosa in rhizoma parvum sublignosum incrassata; culmo erecto tereti striato glabro (sine panicula 1½-pedali) vaginato cum tota planta stramineo glaucescente; vaginis striatis margine et ore (subdissite) longe pilosis; ligula brevissima pilorum series; foliis basi planis mox convolutis elongatis (usque pedalibus) glabris laevibus; panicula longissima (usque pedali et ultra) pyramidali; radiis verticillatis basi pilosis erectis paniculatis; radiolis capillaribus in pedicellos apice unifloros solutis; spiculis ⅓ ad summum ½-linealibus pedicellis multoties brevioribus; gluma inferiore ½—⅔ superiore quam spicula vix breviore; valvulis subaequalibus acutis. Vilfae minutiflorae *Trin.* et V. mangaloricae *Hochst.* valde affinis, sed notis allatis certe distincta. Hrbr. *Funck* nr. 229. Caripe.

78. V. TENERA. *Trin.* (l. c. 65.) Culmo basi repente adscendente (pedali) tenui cum nodis vaginisque internodio longioribus glabro; ligula membranacea brevi; foliis angustissimis plerumque compresso-convolutis (3—4-pollicaribus) glabris; paniculae subjubalis contractiusculae (4—6-pollicaris) lucidae radiis inferioribus 1—½-pollicaribus compositis solitariis vel binis inferne ⅕ nudis; spiculis ½-linealibus vel ultra glabris; glumis parum inaequalibus quam valvulae ½—⅓ brevioribus. Am. sptr.

79. V. SUBTILIS. *Trin.* (l. c. 66.) Radice fibrosa; culmo erecto caespitoso filiformi (plus minus pedali) glabro; vaginis internodio 2—3-plo brevioribus ore barbatulis; ligula margo obsoletus; foliis tenui setaceis (1½—2-pollicaribus) rigidis glabris; jubae diffusae patentis (2-pollicaris) radiis inferioribus a basi ramosis et ad articulos verticillis pilorum longorum obsitis; spiculis (subsesquifloris) ⅔-linealibus acutis glabris; glumis aequalibus quam valvulae ⅓ brevioribus. ⊙ Madagascar.

80. V. EXILIS. *Trin.* (l. c. 67.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui (pedali et ultra) toto vaginato cum nodis glabro; ligula brevissima fimbriata; foliis angustissimis convoluto-compressis (4—7-pollicaribus) glabris; jubae linearis angustissimae (3—4-pollicaris) radiis adpressis, inferioribus 3—4-linealibus a basi floriferis; spiculis linea paulo brevioribus glabris; gluma inferiore 3—4-plo superiore ⅓ quam valvulae breviore. ⊙ Mexico.

81. V. EMINENS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 242. sub: Sporobolus.) Culmis compressis subramosis erectis strictis (pluripedalibus) vaginisque margine membranaceis glaberrimis; ligula margo angustissimus fimbriatus; foliis convolutis rigidis (1—2-pedalibus) margine scabris interne pilosis; panicula erecta stricta lanceolata (18-pollicari) composita patente; radiis alternis solitariis ramulosis; spiculis lanceolatis (linea brevioribus); glumis ovatis inaequalibus inferiore obtusa apiculata scabra, brevioribus valvulis inaequalibus quarum superiore longiore bifido-dentata. Acapulco.

82. V. VILLIFERA *Steud.* Culmo basi geniculato, erecto (pedali et ultra) ramoso, nodisque glabris; foliis lanceolatis planis (1—2'' longis, 1—1½''' latis) acuminatis, vaginisque longe setuloso villosis; ligula abbreviata ciliari; panicula stricta contracta sublineari (2—4'' longa) radiis brevissimis paucifloris; spiculis linea brevioribus; glumis valde inaequalibus, inferiore spicula plus duplo breviore acuta superiore ea vix breviore obtusata achenio compresso ovato. Surinam. V. villosa *Hochst.* Hrbr. *Hostm.* sur. nr. 266. a non *Kunth.*

83. V. MANGALORICA. *Hochst.* (Hrbr. *Hohenck.* Ind. or. 1847. nr. 137.) Culmo erecto elatiore subramoso, cum nodis vaginisque glabro; foliis elongatis (usque pedalibus) angustis (1—1½''' latis) acuminatis glabris; ligula vix ulla; panicula pyramidata elongata (ultra pedali, 2—3'' lata); radiis inordinatim sparsis, radiolis tenuissime capillaribus apice 1—3-floris; spiculis (½-linealibus) pedicellatis; glumis minutissimis acutis; valvulis subaequalibus obtusis integris vel vix denticulatis. Ind. or.

84. V. ELONGATA. *R. Br.* (Prodr. p. 170. sub: Sporobolus.) Radice fibrosa validiuscula; culmo erecto (1—2½-pedali) simplici cum nodis vaginisque- internodio brevioribus-glabro; ligula brevissima ciliolata; foliis angustissimis compressis (9—15- superioribus 2—4-pollicaribus) glabris; jubae sublineari-contractae (6—10-pollicaris) basi plus minus interruptae, radiis (plus minus pollicaribus) solitariis erectis subadpressis (demum patulis) a basi floriferis; spiculis ⅔—1-linealibus; gluma inferiore apice obtuso erosula quam valvula ¾—⅔- superiore acuta rarius obtusa denticulata ½ breviore. (Agrostis indica. Bot. Am. sptr. et? *Lin.* non? *Michx.*) ⊙ N. Holl. Ind. or. Am. sptr.

85. V. TRUNCATELLA. *Nees.* (mpt. sub: Sporobolus.) Culmo erecto ramoso compresso; foliis anguste linearibus attenuatis (siccitate) convolutis viridibus glabris, ore vaginarum vix barbato; racemo decomposito-contracto lineari-elongato attenuato, radiis subverticillatis brevibus a basi florentibus; glumis ovatis, inferiore flosculo duplo breviore, truncata subemarginata, superiore flosculo ¼ breviore acuta; valvulis mucronulatis; caryopsi ovata punctata. *Schomb.* legit in Guiana.

86. V. HUMIFUSA. *H. B.* (N. gen. I. 137.) Radice fibrosa; culmis prostratis aliis adscendentibus (3—7-pollicaribus) simplicibus vel basi ramosis; nodis cum vaginis internodio brevioribus glabris; ligula brevissima ciliata; foliis margine convolutis (vix 1''' latis, 1'' longis) patentibus rigidulis; paniculae jubalis spicaeformis (7—12''' longae) radiis 5-nis et paucioribus subpaniculatis brevissimis; spiculis ⅔- fere 1-lineam longis acutiusculis glabris; gluma inferiore ⅘—½ breviore, superiore valvulas aequante vel ⅓ breviore. ♃ Cumana. Mexico.

87. V. SEROTINA. *Torr.* (Fl. Unit. st. I. 88. sub: Agrostis.) Radice fibrosa; culmo filiformi compresso (18-pollicari) simplici vel basi subramoso glabro; foliis angustissimis carinatis erectis (½''' latis, 2—3'' longis tenuissime acuminatis; vaginis internodio brevioribus glabris; ligula ovata; paniculae attenuatae capillaris erectae (4—10-pollicaris) radiis solitariis alternis flexuosis; spiculis longe-pedicellatis ellipticis; glumis inaequalibus inferiore valvulis obtusis duplo breviore. *Trin.* Ic. XXI. t. 251. ⊙ Am. septr.

88. V. JACQUEMONTII. *Kunth.* (Rev. gr. t. 127. sub: Sporobolus.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (1½-pedali) uti tota planta glaucescente; cum nodis vaginisque internodio longioribus glabro; foliis linearibus (1''' latis, infimis 2—3-, culmeis 8—9'' longis) acuminatissimis plus minus compresso-involutis; jubae sublinearis (5—6-pollicaris obscure viridis) patulae lucidulae radiis inferioribus pollicaribus a basi lineari-floriferis; spiculis linea paulo brevioribus acutis glabris; gluma inferiore apice obtusissima

crenulata valvulis 4-plo, superiore obtusa subcrenulata fere 3-plo breviore. ⊙ Domingo.

89. V. COMPRESSA. *Torr.* (Fl. nort. Am. I. 88. sub: Agrostis.) Radice fibrosa stolonifera; culmo compresso simplici vel basi ramoso ($1^1/_2$-pedali) cum nodis vaginisque internodio multo longioribus glabro; foliis strictiusculis linearibus ($^1/_2$ vix 1''' latis, 7—12'' longis) aut compressis angustissimis dorso margineque scabris: jubae contractiusculae (8—10-pollicaris) radiis solitariis, inferioribus sub-3-pollicaribus ramosissimis inferne parum nudis; spiculis linea parum brevioribus acutis vel obtusiusculis glabris; glumis subaequalibus quam valvulae $^1/_4$—$^1/_2$ brevioribus. ♃ Am. sptr.

90. V. CAPENSIS. *Beauv.* Radice fibrosa; culmo incurvo ($1^1/_2$-pedali) compresso-trigono simplici, cum nodis vaginisque internodio brevioribus glabro; ligula brevissima callulosa; foliis compresso-involutis incurvis (8—9-pollicaribus) glabris; thyrsi subpanicularis (3—9-pollicaris) cylindracei radiis inferioribus 3—4-linealibus inferne parum nudis vel a basi floriferis; spiculis linea parum brevioribus acutis glabris; gluma inferiore quam valvulae 3-plo- superiore $^1/_3$—$^1/_2$ breviore; fructu castaneo fusco. Agrostis spicata. *Thunb.* ♃ Afr. austr.

91. V. RUPPELIANA. *Fres.* (?) Radice valide fibrosa, fasciculos foliorum et culmum basi subincrassatum proferente; culmo erecto ($1^1/_2$—$2^1/_2$-pedali) uti tota planta glaberrimo simplici; vaginis internodio brevioribus ligula vix ulla; foliis linearibus angustissimis planis sursum convoluto-setaceis ($^1/_2$—$^3/_4$''' latis, 5—9'' longis); thyrsi elongati (6—9-pollicaris) paniculati radiis solitariis et sursum irregulariter confertis compositis 1—2-pollicaribus erecto-patentibus a basi floriferis; spiculis linea parum brevioribus (fusco-viridibus) acutiusculis glabris; glumis parum inaequalibus, inferiore obtusa superiore acutiuscula flosculo $^2/_3$ raro $^1/_2$ brevioribus. An praecedentis var? Sporobolus capensis *Hochst.* Hrbr. un. it. Abyss. nr. 83. *Rich.* Fl. Abyss. II. 395? ♃ Abyssin.

92. V. CONFERTA. *J. A. Schmidt.* (Fl. Ins. cap. vir. p. 142 sub: Sporobolus.) Radice fibrosa annua; culmis basi caespitosis confertis adscendentibus geniculatis parvulis uti tota planta glaberrimis, ramosis; foliis anguste linearibus planis apice subulatis laevibus; ligula sericea annulata brevissima; vaginis sulcato-striatis; panicula terminali spicaeformi stricta approximata; ramis verticillatis fasciculatis capillaribus glabris; spiculis minimis 1—3 in quolibet ramo pedicellatis; glumis acutatis membranaceis obsolete uninerviis exteriore paulo breviore, superiore dimidium floris aequante; valvulis concavis inaequalibus, exteriore lanceolata mucronulata; caryopsi ovato-oblonga nitida flava. Ins. Sal prom. virid.

93. V. ANGUSTIFOLIA. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 396. sub: Sporobolus.) Perennis; culmis foliisque basi caespitosis; culmo erecto obtuse angulato gracili ($1^1/_2$-pedali) glabro folia duo maxime distantia brevia gerente; foliis radicalibus linearibus angustissimis acutis glabris quartam altitudinis culmi partem attingentibus, caulinis brevissimis lineari-subulatis; ligula pilosa; vaginis longissimis glabris; panicula subpyramidata folio basi involvente destituta, ramosa, ramis semiverticillatis glabris erectis laevibus; gluma inferiore elliptica acuta flore dimidio breviore, inferiore simili paulo longiore; valvulis apice obtusis. Prov. Chiré Abyssin.

94. V. CONFINIS. (*Steud.*) Perennis; caudice subterraneo repente; culmis erectis basi geniculatis ($1^1/_2$-pedalibus) glabris; foliis lanceolatis acutis subpilosis retrorsum scabris; ligula annulari vix distincta, vaginis ciliatis; panicula elongata basi nuda subpyramidata, ramis scabris; spiculis elongatis acutis; gluma exteriore lanceolata acuta valvulis vix tertia parte breviore; interiore acuta glabra flosculum fere aequante; valvula exteriore apice acuta dorso vix carinata. Sporobolus affinis *Rich.* Fl. Abyss. II. 396. (non Vilfa affinis *Kunth.*) Abyssinia.

95. V. ASPERIFOLIA. *Nees. Meyen.* (in *Trin.* Agrostid. I. 73.) Culmo diffuso-ramosissimo decumbente (6—10-pollicari) cum nodis vaginisque internodio longioribus glabro; ligula brevi-membranacea; foliis planis asperis (1''' latis, $^1/_2$—$1^1/_2$'' longis) acuminatis; jubae patentis pauciflorae (4—5-pollicaris) radiis inferioribus subtripollicaribus compositis basi paulo nudis solitariis; spiculis vix 1''' longis; glumis parum inaequalibus valvulis $^1/_3$ — inferiore $^1/_2$ brevioribus dorso hispidis, valvula inferiore submucronata superiore obtusiuscula. Chili.

96. V. TENACISSIMA. *Jacq.* (Ic. rar. t. 16 sub: Agrostis.) Radice fibrosa; culmis caespitosis stricto-erectis simplicibus vel ramoso-floriferis ($^1/_2$—3-pedalibus); vaginis internodio brevioribus glabris; ligula margo angustus; foliis convoluto-compressis vel planis, fasciculorum angustissimis 3—6-pollicaribus, culmeis pedalibus et brevioribus 1—2''' latis; jubae sublineari-contractissimae (subpedalis) radiis inferioribus ultra 1—2-pollicaribus a basi lineali- et secundifloris; spiculis linea brevioribus vel eam aequantibus glabris; glumis obtusis apice erosulis, inferiore fere 4-plo superiore fere 3-plo quam valvulae brevioribus. *Trin.* ic. V. t. 60 et var. minor t. 59 sub: V. rupestris. (non *Kunth.*) ♃ Brasil. Mexic. Ind. occ.

97. V. SPICATA. *Vahl.* (*Delil.* Aegypt. t. 10. f. 1 sub: Agrostis.) Radice longe et valide fibrosa, caespitifera; culmis procumbentibus radicanti-proliferis geniculato-adscendentibus ($^1/_2$—$1^1/_2$-pedalibus) cum nodis vaginisque internodia aequantibus vel brevioribus glabris; ligula densa pilorum series; foliis convolutis pungentibus inaequalibus (1—5-pollicaribus), radicalibus fasciculatis; thyrso angusto dense spicato; radiis brevissimis arcte adpressis pauci- (vix ultra 1—3-) floris; spiculis linea parum brevioribus glabris; gluma inferiore minima obtusa vel truncata, superiore valvulis paulo breviore acuta. ♃ Aegypt. Arab. Abyss.

98. V. GIGAS? *Steud.* Culmo arundinaceo altissimo (multi? pedali); vaginis longis glabris; ligula membranacea brevi truncata; foliis maximis planis striatis glabris e basi amplexicauli-cordata lato-lanceolatis (2—3-pedalibus, usque 2'' latis) laevibus vix margine scabris; panicula amplissima (2—3-pedali), apice subnutante; radiis confertis subverticillatis filiformibus (pedalibus) racemosis, racemulis brevibus ($^1/_2$—1-pollicaribus) multispiculatis; spiculis in pedicellis cum radiolis pilosis, solitariis minutissimis (vix $^1/_6$''' longis, an nondum evolutis?) acutis glabris. Arundo Karka *Zollinger* Hrbr. nr. 1359 (sed nisi planta monstrosa minime Arundo, quoad formam spicularum externam Vilfa). Java.

b. Spiculis lineam attingentibus et superantibus — 2—$2^1/_2$-linealibus.

99. V. TREMULA. *Willd.* (Spec. I. 372. sub: Agrostis.) Radice fibrosa; culmis prostratis adscendentibus ($^1/_2$—1-pedalibus) simplicibus vel ramosis cum nodis vaginisque internodia plus minus aequantibus glabris; foliis involutis distichis angustissimis vel planiusculis ($^1/_2$''' latis, $^1/_2$—$2^1/_2$'' longis) glabris; jubae spicatae angustae (2''' latae, 1'' longae) radiis solitariis brevissimis fere a basi compositis floriferis; spiculis linealibus acutiusculis glabris; gluma inferiore valvulis $^1/_3$—$^1/_4$ vel minus minore, superiore easdem aequante vel $^1/_6$ breviore. Agrostis juncea *Lam.* ill. t. 41. f. 2. ♃ Ind. or. occ.

100. V. PLUMBEA. *Trin.* (Agrostid. I. 76.) Culmo tenui adscendente (9—12-pollicari) compresso ramoso cum nodis vaginisque internodio brevioribus glabro; foliis patulis linearibus (1''' latis, 1—$1^1/_2$'' longis) obtusiusculis cum apiculo brevissimo, deorsum scabriusculis; paniculae patulae (2-pollicaris) lucidae radiis solitariis (inferiore fere $1^1/_2$-pollicari) strictiusculis ad medium nudis; spiculis linealibus glabris; glumis aequalibus dimidio brevioribus, valvula in-

feriore mucronato-acuminata, superiori obtusiusculae aequilonga. ♃ Mexico.

101. V. FASTIGIATA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 24. sub: Sporobolus.) Radice repente; culmo a basi adscendente (1—1 1/2-pollicari) subfastigiato-ramoso; ramis totis obsitis foliis alterno-distichis (3—4-linealibus) compresso-convolutis; jubae spicaeformis (3—6-linealis) sublucidulae radiis adpressis, inferioribus 3-linealibus inferne nudis 3—4-floris; spiculis linealibus, glumis subaequalibus dimidio brevioribus dorso superne hirtis; valvula inferiore brevi-mucronata, superiore obtusiuscula aequilonga. ♃ Peru.

102. V. SQUARROSA. *Trin.* (Agrostid. I. 78.) Culmo fastigiato-ramosissimo (4-pollicari), ramis squarrosis omnibus floriferis geniculato-incurvis cum nodis vaginisque internodio duplo brevioribus glabris; ligula membranacea obtusiuscula; foliis subsetaceo-convolutis brevissimis (2—3-linealibus) patulis arcuatis; jubae subracemosae (4—5-linealis) subunilateralis radiis brevissimis 1—2-floris; spiculis linealibus glabris; glumis aequalibus 1/2—1/3 brevioribus; valvulis aequalibus acutis; fructu lanceolato-oblongo aurescente. Ins. Menzies Am. sptr.

103. V. BERTERIANA. *Trin.* (l. c.) Culmo erecto simplici compresso (2-pedali et ultra) cum nodis vaginisque internodio longioribus compressis glabro; ligula margo angustissimus ciliaris; foliis linearibus planis (4''' latis, ultra pedalibus) margine hispidulis glaucescentibus; jubae strictiusculae (ultra pedalis) sublanceolato-linearis contractae densae (6—7''' latae) radiis infimis 2-pollicaribus supremis pollice brevioribus fere a basi floriferis anguste racemosis; spiculis lineam longis glabris; gluma inferiore 1/2 superiore 1/3 breviore; valvulis aequalibus inferiore acuta, superiore obtusa brevissime denticulata. Domingo.

104. V. ALBICANS. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 154. sub: Sporobolus.) Culmo erecto basi ramoso (3—6-pollicari), dense vaginis internodios aequantibus vel superantibus tecto; foliis rigidulis margine involutis (1/2—1'' longis, 1/2''' latis) obtusis cum mucronulo brevissimo, glabris; jubae contractissimae (1—1 1/2-pollicaris) radiis adpressis (fere 1/2-pollicaribus) 1—3 verticillatis sparsisque basi 1/3—1/4 nudis; spiculis oblongis linealibus glabris; glumis valvulisque ovatis obtusis chartaceo-pellucidis, gluma inferiore valvulis 4-plo superiore iisdem 1/4 breviore; caryopsi tetragono-compressa truncata rufescente. ♃ Afr. austr.

105. V. REPENS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 241. sub: Sporobolus.) Culmis repentibus adscendentibus (3—6'' altis) florifero-ramosis cum nodis vaginisque internodio parum brevioribus glabris; ligula exserta integra vel lacera; foliis planis vel involutis (1/2''' paulo latioribus, plus minus pollicaribus) ramorum tenuissimis brevioribus; jubae spiciformis 4—6-linealis tenuissime radiis adpressis, inferioribus 2—3-linealibus basi nudis sub-6-floris, superioribus a basi 1—3-floris; spiculis linea sublongioribus; glumis subaequalibus dimidio brevioribus ad nervum superne hispidulis; valvula inferiore mucronato-acuminata superne hispidula, superiore acuta. ♃ Mexico.

106. V. RICHARDSONIS. (*Trin.* Agrostid. I. 81.) Radice fibrosa; culmis filiformibus tenuissimis simplicibus adscendentibus puncticulato-asperis (pedalibus); vaginis internodiis dimidio brevioribus glabris; ligula membranacea; foliis inferioribus planis (1/2''' latis, 1—1 1/2'' longis) superioribus subsetaceis; paniculae angustissimae lucidae (1—1 1/2-pollicaris) radiis binis inaequalibus (2—5-linealibus) simplicibus basi 1/3 nudis; spiculis fere 1 1/2-linealibus acutissimis; glumis subaequalibus 2/3 brevioribus apice acuto valvulisque superne hispidis, inferiore subacuminata. ⊙ Am sptr.

107. V. XERAMPELINA. *Trin.* (l. c.) Culmo erecto simplici compressiusculo (ultra-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula membranacea saepe lacera; foliis planis (2''' latis, 2—5'' longis) acuminatis vix asperulis; paniculae contractae (3—4-pollicaris obscure ex albido purpurascentis) radiis sub-5-nis semipaniculatis inaequalibus (infimis subpollicaribus) fere a basi floriferis compositis; spiculis 1 1/3-linealibus; glumis acutis inferiore valvulis 1/4 breviore, superiore iisdem parum breviore vel aequilonga; valvulis acutiusculis basi et dorso brevissime pilosulis et hispidulis. — —

108. V. GRACILIS. *Trin.* (l. c. 82.) Culmo erecto tenui ramoso (1 1/2-pedali) cum nodis vaginisque internodio dimidio brevioribus glabro; ligula brevissima ciliato-lacera; foliis erectis planis vel compressis (1''' latis, 2—3 inferne 7'' longis) acuminatis glaucescentibus glabris; jubae subpanicularis lineari-contractae (4-pollicaris) radiis adpressis inferioribus 1- raro 2-nis fere a basi floriferis parum compositis; spiculis 1 1/2-linealibus acuminatis; glumis aequalibus 1/2—1/3 brevioribus acuminatis superne hispidulis; valvula inferiore inferne margine pilosa; superiore glabra brevissime bifida. Am. sptr.?

109. V. CUSPIDATA. *Hook.* (in *Trin.* l. c. 83.) Radice repente; culmo adpresse ramoso tenuissimo filiformi (1 1/2-pedali) cum nodis vaginisque internodio brevioribus glabro vel superne scabriusculo; foliis inferioribus inferne planis (vix 1''' latis, 5—7'' longis) superioribus setaceis brevioribus; paniculae jubalis angustissimae (2—3-pollicaris) lucidae radiis 1—2-nis simpliciusculis fere a basi floriferis (inferioribus 8''' longis); spiculis 2-linealibus glabris; glumis subaequalibus 1/2—1/3 brevioribus cum valvula inferiore acuminatissimis. ♃ Am. sptr.

110. V. DRUMMONDII. *Trin.* (l. c. 84.) Radice fibrosa; culmo tenui erecto, florifero-ramoso (2—4-pedali); nodis vaginisque internodio brevioribus glabris; ligula brevissima ciliolata; foliis tenuissimis longissimis (basi 1''' latis, 1—1 1/2'' longis) mox convolutis superne setaceis; paniculae contractae lucidulae (4—7-pollicaris) radiis 1—2-nis a basi floriferis parum compositis (infimis 1 1/2—2-pollicaribus); spiculis 2-linealibus obtusiusculis; glumis ad nervum scabriusculis inferiore 2/3—1/4 superiore paulo breviore; valvula inferiore superne ad nervum scabriuscula. ⊙ Texas.

111. V. HOOKERI. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo validiusculo (2—2 1/2-pedali) adpresse florifero-ramoso; nodis vaginisque internodia superantibus aequantibus vel iis brevioribus glabris; ligula brevissima ciliolata; foliis erectis firmis angustis compressis vel planis (1''' latis, 9—12'' longis) tenui acuminatis intus pilosis; jubae contractissime densiusculae (6—9-pollicaris) radiis a basi floriferis compositis (inferioribus 1 1/2—ultra 2-pollicaribus); spiculis bilinealibus obtusiusculis ad nervos hispidulis; gluma inferiore sub 1/2 — superiore 1/4 aut minus breviore; valvula inferiore superiore vix longiore. ⊙ Texas.

112. V. LONGIFOLIA. *Torr.* (Fl. I. 90. sub: Agrostis.) Radice fibrosa; culmo erecto gracili tenui simplici (sub-2-pedali) nodisque glabris; vaginis internodio inferne longioribus pilosis, superioribus brevioribus glabris; foliis compressis vel planis (1—1 1/2''' latis, inferioribus ultra pedalibus) basi et intus pilosis; jubae panicularis (2—3-pollicaris) contractae radiis subcompositis (6—12-linealibus); spiculis ultra 2—2 1/2-linealibus acutis ad nervos subscabris; gluma inferiore sub 1/2 vel paulo — superiore 1/3 vel paulo breviore; valvula inferiore inferne pilosula et quam superior plus minus breviore. V. aspera *Beauv.* Agrostis clandestina *Mhlbrg.* sec. *Torr.* Agrostis involuta *Mhlbrg.* ♃ Am. sptr.

Species minus notae, dubiae.

113. V. AFFINIS. *Kunth.* (Gram I. 68. sub: Sporobolus.) Culmo rigido ramoso; vaginis striatis glabris ore pilosis; foliis patentissimis rigidis subconvolutis glabris; paniculae (1—1 1/2-pollicaris) patentis pyramidatae radiis laevibus; glumis corolla longioribus. Agrostis pyramidata *Lam.* ill. 161. Am. austr. Antill.

114. V. AIROIDES. *Trin.* (in *Spr.* cur. post. 31. sub: Agrostis a *Trin.* in Agrostid. omissa.) Foliis linearibus glabris; vaginis ore barbatis; panicula pyramidata glabra; glumis corolla brevioribus; valvula altera acuta, altera obtusa. Am sptr.

115. V. BRONGNIARTII. (*Steud.*) Culmis erectis; ramoso-fasciculatis; foliis lineari-subulatis rigidis convolutis; paniculae contractae radiis fasciculatis erectis gluma interiore valvulas subaequante. Sporobolus durus *Brogn.* in *Dupper.* it. bot. t. 4. Ins. Adscenion.

116. V. LINDLEYI. (*Steud.*) Foliis planis glabris, ligula nulla nisi squamula quadam; panicula effusa, radiis brevibus alternis verticillatisque scabriusculis; valvulis truncatis, altera tri- altera bi-nervia. Sporobolus pallidus *Lindl.* in *Mitchell* Journ. of Austral. 187. N. Holl. tropic.

117. V. INDICA. Lin. (Spec. 94. sub: Agrostis.) Culmo erecto; foliis planis angustis; panicula contracta oblonga mutica; radiis lateralibus racemosis alternis rhachi approximatis; glumis brevissimis acuminatis. Sporobolus indicus *Beauv.* Agr. t. VI. fig. 11. Agrostis elongata *Lam.?* A. tenacissima *Jacq.* var? *Trin.* ⊙ Ind. or. N. Holl.

118. V. LITTORALIS. *Lam.* (Ill. p. 161 sub: Agrostis.) Culmis gracilibus elongatis; foliis parum distantibus subdistichis glauco-incanis involuto subulatis rigidiusculis, vaginis margine barbatis; panicula contracta subspicata glumis inaequalibus. Am. austr. Senegal?

119. V. MINIMA. *Trin.* Culmo tenui repente; ramis assurgentibus (4-pollicaribus); foliis lanceolatis fasciculatis; panicula coarctata filiformi; flosculis solitariis alternis muticis; glumis corolla brevioribus uti valvulae inaequalibus. Agrostis minima *Lour.* Fl. coch. 64. non *Lin.* Cochinch.

120. V. MÜHLENBERGII. (*Steud.*) Culmo tenui (7—9-pollicari); nodis glabris; foliis alternis linearibus vaginaque nervosis glabris; ligula alba ovata lacera; paniculae tenuis contractae radiis geminis hispidis; glumis aequalibus lanceolatis acutis carina scabris valvulas parum excedentibus. A. affinis *Schult.* mant. II. 195. Am. sptr.

121. V. PARVIFLORA. *R. Br.* (Prodr. I. 170. sub: Agrostis.) Panicula effusa capillari; glumis aequalibus; flosculo sessili basi imberbi, valvula exteriore truncata, interiore minutissima. N. Holl.

122. V. RETZII. (*Steud.*) Foliis angustis convolutis elongatis subulatis; panicula elongata contracta laxa; spiculis unilateralibus subulatis muticis, glumis acutis corolla diandra longioribus; caryopsi ovali rufa. Agrostis diandra *Retz* et? *Roxb.* Fl. ind. 319. vix vero V. diandra *Trin.* nec sequens. Ind. or.

123. V. DIANTHERA. *Schult.* (Mant. 3. 571. sub: Agrostis.) Culmo ad nodos plus minus ramoso (1—2-pedali et ultra); foliis planis anguste-lanceolatis (culmo $^2/_3$ brevioribus) rhachique glaberrimis; paniculae (pedalis et ultra) radiis alternis (2—3-pollicaribus, sursum abbreviatis); radiolis paucissimis adpressis; spiculis secundis brevi-pedicellatis vel sessilibus. Agrostis diandra *Hornm.* Hort. Hafn. p. 73. ♃ Ind. or.

Species nomine tenus tantum notae.

V. ORIZABAE. *Rupr. Bull.* Brux. IX. 2. p. 227. Mexico.

V. NOTEROPHILA. *Rupr.* (l. c. Hrbr. *Galeot.* nr. 5745.) Mexico.

II. *Agrostideae, Agrosteae.*

Callus rotundus.

AGROSTIS. *Lin.* Panicula; spiculae uniflorae, $^1/_2$—2 lineas longae; glumae aequales vel subaequales acutae vel obtusae, inferior paulo major; valvulae unica vel 2, superior aut minima aut ovario longior aut paulo brevior quam inferior 5-nervis mutica vel dorso aristata, uterque insidens callo brevissimo piloso vel nudo; stamina 1—3, ovarium oblongum glabrum; styli 2, stigmata plumosa.

Dispositio specierum.

I. Valvulae glabrae.
  a. Univalves.
    α. Muticae. nr. 1—14.
    β. Aristatae. nr. 15—22.
  b. Valvulae duae, superior nana.
    α. Muticae. nr. 24—36.
    β. Muticae vel aristatae. nr. 37—41.
    γ. Aristatae. nr. 42—58.
  c. Valvula superior ovarium paulo superans.
    α. Muticae. nr. 59—62.
    β. Muticae vel aristatae. nr. 63—74.
    γ. Aristatae. nr. 75—81.
  d. Valvula superior inferiorem aequans vel illa parum brevior.
    α. Muticae. nr. 82—112.
    β. Setigerae vel aristatae. nr. 113—129.
II. Valvulae pilosae.
  a. Muticae. nr. 130—134.
  b. Aristatae. nr. 135—153.
III. Species quoad sectiones minus notae forsan ad Vilfam vel alia genera referendae. nr. 154—170.

Sectio I. Valvulae glabrae (in unica A. hygrometrica quandoque pilosae).

a. *Univalves.*

α. Muticae.

1. A. ELEGANS. *Thore.* (Jour. Bot. 2. t. 8. f. 1.) Radice tenui fibrosa; culmis pluribus 5—14-pollicaribus tenuibus obscure pubescentibus, nodis glabris; vaginis internodio brevioribus quandoque glabris; ligula obtusiuscula saepe fissa; foliis angustissimis planis (vix $^1/_2$''' latis, sub-pollicaribus) vel convoluto setaceis, paniculae apertae demum patentissimae tenerrimae radiis subverticillatis 2—6 versus medium radiolosis floriferis, pedicellis unifloris; glumis vix $^1/_2$-linealibus aequalibus obtusiusculis valvula solitaria glabra eas subaequante. *Loisl.* Not. t. 1. f. 1. *Trin.* ic. 3. t. 26. A. tenerrima *Trin.* Gram. uni- et sesqf. p. 205. ⊙ Gallia. Ital. Lusitan.

2. A. LITIGANS. *Steud.* Radice validula caespitifera; culmis e basi geniculata erectis (8—10-pollicaribus) glabris vaginatis, foliatis; ligula elongata (bilineali et ultra) lanceolato-oblonga apice lacinulata lacinulis tenuibus; foliis linearibus angustis (1''' vix latioribus, 1—3-pollicaribus) apice subsetaceo angustatis scabriusculis; panicula ovata aperta basi setulis tenuissimis brevibus flexuosis munita; radiis verticillatis capillaribus versus medium radiolosis; pedicellis unifloris; glumis vix $^1/_2$-linealibus aequalibus acutiusculis aureo-violaceis, valvula solitaria fere duplo breviore apice 3—5-denticulata. Praecedenti simillima. *Wellwitsh* legit 1851 in Estremadura et in Serra Arrabida Lusitaniae.

3. A. SCHWEINITZII. *Trin.* (Agrost. II. 65.) Radice fibrosa subrepente; culmo erecto (1 $^1/_2$—2-pedali) tenui glaberrimo simplici vel saepius adpresse ramoso-florifero; nodis vaginisque internodio brevioribus et longioribus glabris; ligula obtusa saepe lacera; foliis inferioribus planis, (1''' latis, 2—4'' longis) superioribus compressis strictis; paniculae terminalis (7-pollicaris) apertae lucidae radiis plus minus a basi floriferis; valvula solitaria glabra glumas acutas $^3/_4$-lineales aequales aequante; callo subeberbi; rudimento nullo. Trichodium elatum *Schwrz.* in hrb. *Mart.* ⊙ Am. sptr.

4. A. MEYENI. *Trin.* (l. c. 66.) Radice fibrosa; culmis erectis simplicibus (1 $^1/_2$-pollicaribus) confertis vaginisque basi confertis glabris; ligula acuta vel fissa; foliis angustissimis setaceis erectis subcurvatis (1'' longis); paniculae contractae (7—9-linealis obscure purpureo- et albido-variae) radiis paucis (2) circiter a medio floriferis; valvula solitaria glabra glumis acutis 1''' longis $^1/_3$ breviore; callo

antrorsum barbatulo. A. conferta *Nees. Meyen* Act. N. C. XVI. supl. I. 143. ⊙ Chili.

5. A. NANA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 243. sub: Trichodium.) Radice fibrosa caespitifera; culmo simplici tereti stricto-erecto (vix 2-pollicari) cum nodis vaginisque glabro; ligula biloba; foliis setaceis vel uno alterove plano ($^1/_2$''' latis, subpollicaribus) margine scabriusculis; paniculae secundae densiusculae contractae (2-pollicaris atro-rubrae) radiis binis nunc unifloris spiculaque brevioribus, nunc plurifloris longioribus; valvula solitaria glumis linealibus acutis paulo breviore; callo vix antice barbulato; rudimento nullo. ⊙? Peru?

6. A. VARIANS. *Trin.* (Agrost. II. 66.) Radice fibrosa; culmis erectis simplicibus tenuibus (4—5-pollicaribus) cum nodis vaginisque glabro; ligula obtusa brevi; foliis culmeis linea angustioribus planis, inferioribus fasciculorum subsetaceis; paniculae contractae densiusculae (2-pollicaris atrorubentis) radiis binis a medio floriferis; valvula (nunc solitaria, nunc binis) inferiore glumis linealibus acutis parum minore; callo antrorsum brevissime barbulato, rudimento nullo. ♃ Am. sptr.

7. A. HUMBOLDTIANA. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo erecto (1—1$^1/_2$-pedali) basi procumbente simplici tenui; vaginis glabris internodio brevioribus; ligula elongata (bilineali) acuta fissa; foliis inferioribus planis (2$^1/_2$—3'' longis, plus minus 1''' latis) superioribus subconvolutis brevioribus; paniculae laxiusculae jubalis (3—5-pollicaris) radiis subquinis semiverticillatis inferne $^1/_3$—$^1/_2$ vel longius nudis; valvula solitaria glumis linealibus ($^1/_3$—$^1/_4$-) breviore; callo nudo in rudimentum brevissimum et brevibarbatum abeunte. ⊙ Am. austr.

8. A. PULCHELLA. *Kunth.* (Rev. Gram. II. t. 128.) Radice fibrosa; culmis erectis vel adscendentibus simplicibus (1—3-pedalibus) cum nodis vaginisque glabris; foliis planis linearibus acuminatis; paniculae contractiusculae (4—7'' longae, 5''' latae, e viridi vel rubello variae) radiis 3—6-nis semiverticillatis supra medium floriferis; pedicellis spiculas aequantibus vel 2—3-plo longioribus; valvula solitaria glumis linea submajoribus paulo ($^1/_4$—$^1/_3$) breviore; callo antrorsum barbato; rudimento nullo. Vilfa elegans *H. B.* ♃ Quito.

9. A. GRANDIS. *Trin.* (l. c. 70.) Culmo compresso glabro elato; (foliis ignotis); paniculae contractiusculae (ultra pedalis glauco-viridis) lineari-lanceolatae radiis plurimis semiverticillatis inaequalibus (7'''—3$^1/_2$'' longis) erectis compositis, brevioribus a basi floriferis, longiorum uno alterove inferne nudo scabris; valvula solitaria glumis angustis 1—1$^1/_2$-linealibus $^1/_3$—$^1/_2$ breviore; callo antrorsum brevissime barbulato; rudimento nullo, stamine unico. Columbia.

10. A. ASPERIFOLIA. *Trin.* (l. c. 71.) Culmo simplici (2—3? pedali) compressiusculo glabro; vaginis internodio brevioribus deorsum scabriusculis; ligula 1$^1/_2$-lineali obtusa; foliis linealibus planis deorsum asperrimis; paniculae lineari-contractae densiusculae radiis pluribus (8—9, sursum 2—5) semiverticillatis fere a basi floriferis longioribus inferne nudis, scabris; valvula solitaria glumis 1$^1/_2$-linealibus $^1/_4$ breviore; callo antrorsum barbato; rudimento nullo; staminibus 3. Am. (bor. an Chili).

11. A. ELATA. *Pursh.* (Fl. Am. I. 61. sub: Trichodium.) Radice fibrosa subrepente; culmo erecto simplici (2-pedali) nodisque glabris; vaginis internodio longioribus scabriusculis; ligula (superiorum) 2—3-lineali; foliis culmeis planis (1—2''' latis, 4—7'' longis) fasciculorum angustissimis filiformibus; paniculae patulae (5—9-pollicaris, viridulae vel rubescentis) radiis (2—7-nis) plus minus a medio floriferis; valvula solitaria glumis 1$^1/_2$-linealibus paulo breviore; callo nudo; rudimento nullo. (non A. dispar *Michx.*) ♃ Am. sptr.

12. A. ALTISSIMA. *Tuckerm.* (*Sillim.* Jour. T. 45. p. 44.) Culmis erectis duris rigidis crassiusculis; foliis elongatis lato-linearibus scaberrimis, vaginis vix glabris; panicula coarctata, radiis verticillatis erectis rigidiusculis scabris, summitatibus dense floridis; glumis magnis subaequalibus lanceolatis acuminatis (1$^1/_2$''' longis), carina scabris; valvula glumam superiorem fere aequante tenuissime pubescente, carina scabra. Cornucopice altissimum *Walt.* Quoad synonymum *Purshii* a *Tuckermanno* citatum, eadem species ac praecedens; quoad descriptionem videtur diversa. Carolina (N. Yersey)?

13. A. TENUIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis erectis strictis teretibus striatis (5—12-pollicaribus), foliatis; foliis anguste linearibus acutis (1—3'' longis, vix $^1/_2$''' latis) glabris; ligula oblonga obtusa exserta; panicula contracta (1—2$^1/_2$-pollicari); radiis capillaribus binis vel ternis raro inferioribus quaternis sub medio floriferis; pedicellis spiculas ($^1/_2$—$^3/_4$-lineales) longitudine plus minus superantibus; his albidis vel leviter rubescentibus; glumis subaequalibus carina (sub lente validissima) denticulato-scabris, caeterum laevissimis; valvula glumis breviore genitalia arcte amplectente; caryopsis oblongo-tereti. Ex Hrbo. Mus. Lug. Batav. Japonia.

14. A. THUNBERGII. (*Steud.*) Culmo simplici tereti erecto glabro (2-pedali); foliis vaginantibus; vaginis fauce margineque punctatis ciliatisque; foliis attenuatis striatis scabris culmo brevioribus; paniculae congestae (pedalis) radiis filiformibus virgatis pedicellisque angulatis ciliatis; flosculis adpressis; gluma (solitaria) lanceolata acuta mutica angulata, angulis ciliatis. A. ciliata *Thunb.* jap. 49. (sed vix Festuca Thunbergii *Kunth.*) Japon.

β. Aristatae.

15. A. ARACHNOIDES. *Ell.* (Bot. Carol. 134.) Radice fibrosa; culmis erectis ($^1/_2$—1-pedalibus) simplicibus tenuibus totis vaginatis cum nodis vaginisque glabris; ligula fere lineali; foliis planis angustissimis ($^1/_2$—$^1/_3$''' latis, plus minus pollicaribus); paniculae contractiusculae flaccidulae lucidulae (2—3$^1/_2$-pollicaris) radiis 2—5-nis a medio floriferis; spiculis linea brevioribus; valvula solitaria versus apicem tenuissime et flexuoso setigera, glumis $^1/_2$— fere 1-linealibus paulo breviore; callo toto barbatulo, rudimento nullo. ⊙ Arkansas.

Notomema *Rafin.* cum diagnosi: stamen 1; corolla uniglumis bisetosa, setis 2, altera inferior, altera exterior dorsalis longa debilis. *Seringe* Bull. bot. 220.

16. A. MONTEVIDENSIS. *Spr.* (in *Nees* Agr. bras. 403.) Radice fibrosa; culmis pluribus adscendentibus (1—1$^1/_2$-pedalibus) simplicibus vel inferne florifero-ramosis cum nodis vaginisque internodio longioribus glabris; ligula obtusa sublineali; foliis inferioribus filiformi involutis, superioribus planis (1''' latis, 4'' longis); paniculae capillaris obovato-patulae (4—8-pollicaris) superne lucidissimae radiis 3—4-nis fere a basi trichotomo-ramosis, ramis ramulisque longissimis (subpollicaribus) unifloris; valvula solitaria supra medium setigera glumis linea paulo brevioribus parum minore; callo nudo, rudimento nullo. ♃ Montevideo.

17. A. PARADISIACA. *Nees.* (mspt. sub: Trichodium.) Culmo erecto simplici; foliis linearibus angustis scabris; paniculae radiis inferioribus subverticillatis geminisve, superioribus alternis prope a basi tri-dichotomis hispidulis; pedicellis longissimis, flosculo glumis $^1/_3$ breviore, valvula superiore nulla, callo nudo; seta paulo supra medium exserta glumas vix superante. Praecedenti dicitur affinis. ♃ *Cuming* (nec *Bertero*) legit prope Valparaiso Chili.

18. A. JAMESONIANA. *Steud.* Culmo (sursum certe) simplici foliato vaginato; vaginis striatis glabris subtumidulis; ligula membranaceo-hyalina; foliis angustis complicatis rigidulis erectis vel patulis (culmeis superioribus 1$^1/_2$—2'' longis, explanatis $^1/_2$''' latis); paniculae angustae spicatae (2-pollicaris) radiis irregulariter sparsis brevibus capillaribus erectis, paucispiculatis; spiculis magnis (2$^1/_2$'''

longis) splendide albo-luteolo-violaceo variis; glumis flosculum superantibus lanceolatis acutis glabris, valvula glumis vix breviore glabra apice brevi-bifida, ex dorso aristata, arista subgeniculata glumas superante. *Jameson* legit prope nives Pichinchi montis Columbiae.

19. A. VIRESCENS. *H. B.* (N. gen. I. 135.) Radice fibrosa; culmis caespitosis simplicibus (1—1½-pedalibus intermixtis brevissimis); nodis vaginisque internodio longioribus glabris; foliis fasciculorum subsetaceo-convolutis, culmeis planis glabris vel scabris (superioribus 2—4, inferioribus 6—9-pollicaribus, 1—1½''' latis); paniculae coarctatae densae inferne subinterrupte-lobatae (2—5-pollicaris) radiis sub-5-nis plerisque a basi floriferis; valvula solitaria glumis linearibus ¼ breviore paulo supra medium aristata, arista medio incurva glumas paulo excedente; callo antrorsum brevissime barbatulo, rudimento nullo. A. toluccensis *Willd.* hrb. et? *H. B.* quam *Trin.* (Agrost. II. 72.) huc citat, quamvis eam serius (l. c. 95.) distinctam recenset. ♃ Mexico.

19b. A. MEXICANA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 226. sub: Agraulus.) Radice fibrosa caespitifera; culmo simplici erecto stricto (5—6-pollicari) glaberrimo; foliis planis linearibus angustis (vix ultra 1''' latis) vaginisque scabris; ligula exserta acuta fimbriata; panicula contracta spicaeformi (3-pollicari), radiis alternatim fasciculatis erecto patulis ramosis; spiculis lanceolatis (1½-linealibus subpurpurascentibus); glumis oblongo-lanceolatis acutissimis muticis parum inaequalibus longioribus valvula solitaria apice emarginata, infra medium aristata, arista tortili plicata. ♃ Mexico.

20. A. MICROPHYLLA. (*Steud.*) Radice annua parva; culmo debili recto; foliis planis scabris vagina sua hac internodiis brevioribus; paniculae erectae lanceolatae radiis fasciculatis brevioribus a basi divisis; glumis setigeris, flosculo apice quadridentato glumis duplo breviore, seta dorsali supra medium orta glumas excedente. Agraulus brevifolius *Nees.* mpt. *Douglas* legit in Am. sptr.

21. A. HYGROMETRICA. *Nees.* (Agrost. bras. 404.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (plus minus pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula obtusa 1—1½-lineali; foliis planis (½—1''' latis, 1—4'' longis); paniculae thyrsiformi-angustatae densae (2½—4—5'' longae) quandoque basi interruptae radiis semiverticillatis (medio 5-nis, sursum 3—1-nis) valde inaequalibus fere a basi floriferis; valvula solitaria (glabra aut fere tota pilosa) supra basin (longe) aristata et apice biseta glumis linea sublongioribus (plus minus ½) breviore; callo utrinque vel antice barbato, rudimento nullo. ⊙ Brasil.

22. A. CAESPITOSA. *Gaudich.* (in *Freyc.* it. 407.) Culmo erecto simplici vel ima basi ramuloso (8—12-pollicari) cum nodis vaginisque internodio longioribus glabro; ligula acutiuscula bilineali; foliis planis linearibus (1''' et ultra latis, sub-pollicaribus) glabris; paniculae oblongae contractae densiusculae (1½-pollicaris) radiis pluribus semiverticillato-fasciculatis subfiliformibus brevibus (3—4''' longis) fere a basi floriferis; valvula solitaria glumis 1½-linealibus fere duplo breviore longius infra apicem aristata; arista recta glumas subaequante; callo antrorsum brevissime barbulato; rudimento nullo. Vilfa Gaudichiaudii (*Steud.*). ⊙ Ins. Maclovianae.

23. A. PATENS. *Trin.* (Agrost. II. 76.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui simplici (1½-pedali) cum nodis glabro, vaginis internodio longioribus et brevioribus glabriusculis; ligula ultra lineali decurrente; foliis inferioribus angustissimis congestis (5'' longis) culmeis planis (1''' angustioribus, 2—3-pollicaribus); paniculae patentissimae et lucidissimae (5-pollicaris, pallidae) radiis (2—3 semiverticillatis) infra medium floriferis, trichotomis patentissimis; valvula solitaria glumis 1½-linealibus ⅓ breviore infra apicem recto setigera, seta glumis parum longiore; callo antrorsum brevissime pilosulo; rudimento nullo. ♃ Chili.

b. *Valvulae 2, superiore nana.*

α. Muticae.

24. A. FASCICULATA. *H. B.* (N. gen. I. 139. sub: Vilfa.) Radice fibrosa; culmis erectis adscendentibus basi ramosis compressis (subpedalibus); nodis infimis radicantibus vaginisque internodio longioribus glabris; ligula obtusa vix ½-lineali; foliis planis anguste linealibus (½—⅔''' latis, 2—3'' longis) scabriusculis; paniculae patulae lucidulae (3—4-pollicaris) radiis (4—5-nis) semiverticillatis inferne ad medium usque nudis; valvula inferiore glumis semilinealibus paulo breviore, superiore ovario dimidio breviore; callo nudo, rudimento nullo. *Kunth.* rev. Gram. t. 129. ♃ Quito.

25. A. OREOPHILA. *Trin.* (Agrost. II. 77.) Radice tenui fibrosa; culmo erecto (subpedali) tenerrimo simplici cum nodis vaginisque internodio longioribus glabro; ligula ½—1-lineali decurrente; foliis linearibus planis (½—1''' latis, 2—4'' longis); paniculae patulae lucidae (3—6-pollicaris rubellae) radiis (4—7-nis superioribus 2—3-nis usque bipollicaribus) a medio floriferis; valvula inferiore glumis linea subbrevioribus paulo minore superiore longitudine ovarii; callo nudo vel antrorsum brevissime pilosulo; rudimento nullo. A. scabra *Willd.* var. *A. Gray* Man. 178. A. Torreyana *Presl.* Bot. Bmrkg. 120. Trichodium montanum *Torr.* Fl. am. I. 84. ⊙ Am. septr.

26. A. JURESSI. *Link.* (*Schrad.* Jour. 1790. 312.) Radice fibrosa; culmo geniculato-erecto simplici (2-pedali) cum nodis vaginisque internodio brevioribus foliisque glabris; his planis linearibus (1—1½''' latis, 2—8'' longis); ligula brevissima; paniculae lineari-contractae (3-pollicaris, 2—3''' latae) inferne subinterruptae radiis binis brevibus a medio floriferis; valvula inferiore glumas lineales aequante, subinvoluto-lanceolata obtusiuscula, nervo medio infra apicem in mucronulum brevissimum excurrente, superiore ovario breviore. *Trin.* Ic. III. t. 29. ⊙ Lusitania.

27. A. LAXIFLORA. *Richards.* (*Michx.* Fl. I. t. 8 sub: Trichodium.) Radice fibrosa; culmo erecto gracili (1½-pedali) tereti; foliis inferioribus setaceis involutis subfiliformibus (4—6'' longis); superioribus brevioribus planis, vaginisque scabriusculis; ligula lanceolata lacera; paniculae diffusae capillaris pyramidatae (purpurascentis) radiis 3-nis verticillatis hispidis, versus apicem fasciculato-floriferis; glumis lineari-lanceolatis acuminatis inferiore parum breviore. A. clavata *Trin.* Cornucopiae hyemalis *Walt.* Trichodium decumbens *Beauv.* tab. IV. f. 8. ♃ Am. sptr.

28. A. SCABRA. *Willd.* Radice perenni; culmo basi geniculato adscendente ramoso (12—18-pollicari); foliis lineari-lanceolatis (1—1½''' latis, 6—8'' longis), striatis scabris; vaginis (plerumque) glabris; ligula elongata lacera; paniculae diffusae ramosae (pallidae) radiis 5—6-nis capillaribus subflexuosis infra calycem incrassatis; glumis inaequalibus carina serrulatis, valvula inferiore ovata acuta 3-nervia quandoque mutica. ♃ Am. sptr.

Utramque speciem sc. A. laxifloram et A. scabram sub: A. Michauxii *Trin.* Agrost. II. 79. jungit sub diagnosi: Foliis planis; ligula fere lineali; paniculae patulae vel patentis lucidae radiis aliis a medio vel supra medium aliis longe infra medium floriferis; valvula inferiore glumis linealibus plus minus minore, superiore minima; callo eberbi vel obsolete barbatulo rudimento nullo. — *Torrey* Fl. I. 85. utramque diagnosi supra allata diversam contendit; etiam *Asa Gray* Manual p. 577 et *Nees* mpt. consentiunt.

29. A. CAMPYLA. *Tuckerm.* (in *Sillim.* Journ. 2. ser. T. VI. 231.) Culmis e basi geniculata ramosa erectis glabris; foliis lanceolato-linearibus planis striatis scabris, vaginis glabris; panicula diffusa ramosa, radiis 4—6 verticillatis breviusculis flexuosis patentibus divaricatisve scabris; spiculis oblongis acutis glabriusculis; glumis inaequalibus acutis vel cuspidatis, carina inferioris saepius scabra, superioris glabra, margine scariosis (¾''' longis); valvula ovata longiuscula glumam superiorem vix haud aequante acuta

glabra. A. scabra *Tuckerm.* in *Sillim.* Jour. XLV. p. 44. non *Willd.* Trichodium scabrum *Mhlbrg. Torr.* Am. sptr.

30. A. PERENNANS. *Tuckerm.* (l. c.) Culmis basi procumbentibus adscendentibus gracilibus vel procumbentibus glabris; foliis patulis longiusculis linearibus planis striatis scabris, vaginis laevibus; panicula tenui elliptica demum oblonga laxiuscula, radiis verticillatis erectiusculis scabris; spiculis lineari-lanceolatis acuminatis; glumis angustatis acutissimis vel cuspidatis (1‴ longis), carinis scabris; valvula lineari-lanceolata glumis breviore acuta glabra. Cornucopiae perennans *Walt.* Trichodium perennans *Ell.* Agrostis anomala *Willd.* Am. sptr.

31. A. NOOTKAENSIS. *Trin.* (Agrost. II. 80.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (pedali et ultra) leviter geniculato; nodis vaginisque glabris; ligula lineali; foliis planis (1‴ latis, 1½—3½″ longis, supremis brevioribus); paniculae patulae (6—7-pollicaris pallidae demum fuscescentis) radiis 2—6-nis (1½—3-pollicaribus) superne (trichotomo-ramosis et) floriferis; valvula inferiore glumis linealibus acutissimis plus minus ⅓ breviore, superiore quam ovarium minore; callo subnudo vel antrorsum brevissime pilosulo; rudimento nullo. Trichodium album *Presl.* (non Agr. clavata *Trin.* quae ad A. Michauxii ducitur a clbo. aut.) ♃ Sinus Nootka.

32. A. SCHIEDEANA. *Trin.* (l. c. 81.) Radice fibrosa; culmo erecto subramoso (2-pedali) cum nodis vaginisque internodio brevioribus glabro; ligula fere 3-lineali lacera; foliis planis linearibus (1‴ latis, 3—5″ longis) deorsum scabris; paniculae laxo-contractiusculae lucidulae (10-pollicaris pallidae) radiis 5—9-nis, inferioribus (4½-pollicaribus) fere a basi floriferis, superioribus (2½-pollicaribus) a medio compositis; valvula inferiore glumis linealibus subaequalibus carina aculeolatis paulo breviore, superiore ovarium aequante; callo antrorsum barbatulo, rudimento nullo. ⊙ Mexico.

33. A. MURICATA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 240. sub: Vilfa.) Radice fibrosa; culmis erectis teretibus (2-pedalibus et ultra) cum nodis vaginisque glaberrimis; ligula ovata obtusa laciniata; foliis linearibus acutis scabriusculis (10″ longis, 3‴ latis); panicula erecta contracta spicato-lobata (7—8-pollicari); rhachi ramisque alternis fasciculatis scabris; spiculis brevi pedicellatis lanceolatis (vix linealibus); glumis subaequalibus nervo hispidis; flosculo dimidio breviore; valvula inferiore trimucronata trinervia, superiore duplo minore mucronata bidenticulata. ♃ Peru.

34. A. PALLENS. *Trin.* (l. c. 82.) Radice subrepente stolonifera; culmo erecto (ultra pedali) ad nodum infimum subramoso, cum nodis vaginisque glabro; ligula lineali et breviore obtusa; foliis erectis (1½—3″ longis, basi 1‴ latis) superne convolutis intus asperulis; paniculae subcontractae lucidulae (2½-pollicaris pallidae) radiis sub-5-nis aliis fere a basi, aliis superius et fere a medio floriferis; valvula inferiore glumis acutis subaequalibus lineam et ultra longis paulo breviore, superiore minima; callo antrorsum barbato; rudimento nullo. ♃ Am. sptr.

35. A. NERVOSA. *Nees.* (in *Trin.* l. c.) Radice subrepente; culmo tenui simplici (ultra pedali) ad nodos glabros geniculato; ligula lineali et breviore oblonga obtusa; foliis planis (1‴ latis, 3—4″ longis) vix scabriusculis; paniculae contractiusculae lucidae (4-pollicaris) radiis inferioribus 4-nis superioribus 2-nis basi quartam partem nudis; valvula inferiore glumis acutis subinaequalibus vix linea longioribus fere ⅓ breviore, superiore quam ovarium paulo minore; callo antrorsum brevissime pilosulo; rudimento nullo. ♃ Ind. or. Nepal.

36. A. SCOULERI. *Trin.* (l. c. 83.) Radice fibrosa; culmo simplici (fere bipedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula lineali obtusa; foliis planis (1‴ et ultra latis, 3—5″ longis, supremis brevioribus); paniculae apertae lucidae lanceolatae (4-pollicaris) radiis 2—3-nis brevioribus mox supra basin longioribus a medio floriferis; valvula inferiore glumis acutis (inaequalibus) lineam excedentibus paulo breviore, superiore ovarium aequante; callo nudo; rudimento nullo. ♃ Sinus Nootka.

β. Muticae vel aristatae.

37. A. TENUIFOLIA. *Bbrst.* (Fl. tauroc. I. 56.) Radice fibrosa saepe stolonifera; culmis subfiliformibus simplicibus (1—1½-pedalibus) cum nodis vaginisque glabris; ligula brevissima (½-lineali); foliis angustissimis subinvolutis erectis (2—3-pollicaribus); paniculae oblongo-linearis subcontractae strictiusculae radiis semiverticillatis (3—5-nis) aliis a basi aliis a medio floriferis; valvula inferiore mutica rarius versus medium aristata parum breviore vel aequali glumis acutis subaequalibus ¾-linealibus ad carinam hispidulis; superiore quam ovarium duplo breviore; callo nudo vel obsolete barbulato; rudimento nullo. *Trin.* ic. III. t. 35. ♃ Caucasia.

38. A. MERTENSII. *Trin.* (Agrostid. II. 85.) Radice subrepente; culmis obliquis (8—12-pollicaribus) tenuibus inferne confertim foliatis; nodis vaginisque glabris; ligula plus minus lineali; foliis planis laevibus vel scabriusculis angustissimis (vel basi 1‴ latis, sub-3-pollicaribus); paniculae nunc contractiusculae nunc patulae flaccidulae radiis 2—5-nis semiverticillatis ad medium circiter nudis; valvula inferiore medio vel paulo supra aristata, rarissime mutica paulo breviore glumis acutis subaequalibus linealibus ad nervum hispidulis; superiore minima; callo brevissime barbulato, rudimento nullo. A. laxiflora β Mertensii *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. ♃ Unalaschka. Chile.

39. A. AENEA. *Trin.* (l. c. 86.) Radice fibrosa; culmo simplici erecto vel adscendente (pedali et ultra); nodis vaginisque glabris; ligula plus minus lineali; foliis planis angustis (linea angustioribus, 3—8-pollicaribus); paniculae subpatulae flaccidulae (3—4-pollicaris) radiis 2—5-nis semiverticillatis inferne plus minus nudis; valvula inferiore mutica vel e medio dorsi setigera, paulo breviore glumis acutis linea sublongioribus ad carinam hispidulis, superiore ovarium subaequante; callo brevissime subbarbulato; rudimento nullo. A. aenea et melaleuca *Trin.* in *Bong.* Fl. Sitch. A. exarata β. aenea *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. XIII. 441. ♃ Sitcha. Unalaschka.

40. A. FALKLANDICA. *Hook. fil.* (Antarct. voy. 373.) Dense caespitosa glaberrima; culmis e bas. erectis gracilibus (3—10-pollicaribus); vaginis striatis inaequalibus; ligula membranacea truncata; foliis radicalibus filiformibus culmum superantibus; panicula gracili, radiis erectis; glumis aequalibus ovato-lanceolatis acuminatis glabratis, carina scaberula; flosculis basi nudis; valvula apice erosa truncata obscure trinervia, nervo medio infra medium evanido, superiore nulla. Ins. Falkland.

41. A. EXARATA. *Trin.* (Ic. Gram. III. t. 27.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (1—2-pedali); ligula obtusa 1—2-lineali; foliis planis linearibus (1—3‴ latis, 2—6-pollicaribus), radicalibus angustioribus; paniculae plus minus contractae et densae (3—8-pollicaris) radiis 3—5-nis semiverticillatis adpresso erectis plerumque a basi floriferis; valvula inferiore mutica rarissime supra medium setigera subduplo breviore glumis 1½—2-linealibus acutis parum inaequalibus; superiore quam ovarium paulo minore; callo subnudo, rudimento nullo. ♃ Sitcha Unalaschka.

γ. Aristatae.

42. A. CANINA. *Lin.* Radice fibrosa vel subrepente; culmo erecto vel basi procumbente (1—4-pedali) simplici vel inferne ramoso et fasciculis foliorum brevium instructo; vaginis glabris; ligula ½—2-lineali obtusiuscula; foliis radicalibus angustissimis convolutis setaceis; culmeis planis (vix 1‴ latis, 2—3″ longis) deorsum scabris; paniculae contractiusculae vel apertae (2—5-pollicaris) radiis sub-5-nis semiverticillatis inaequalibus a medio plerumque ramosis; spiculis purpureis vel flavidis; valvula inferiore infra

medium aristata paulo breviore glumis $^2/_3$—1-linealibus vel ultra acutis parum inaequalibus, superiore quam ovarium duplo minore; callo barbatulo; rudimento nullo. *Leers.* Herbn. t. 4. f. 2. *Host.* Gram. 4. t. 53. *Rchbch.* ic. Gram. germ. f. 128. 129. Agraulus caninus *Beauv.* t. IV. f. 7. Variat: spiculis majoribus. A. rubra *Lin. Trin.* ic. III. t. 34. *Beauv.* Agr. t. VI. fig 10. ♃ Europ.

43. A. SCHULTESII. *Kunth.* (En. I. 228.) Radice fibrosa; culmis tenuissimis rigidis; foliis convolutis setaceis rigidis laevibus; paniculae radiis subtrichotomis flexuosis capillaribus hispidulis; glumis purpurascentibus; arista supra basin valvulae. Trichodium neglectum *Schult.* Oestr. Fl. I. 166. Praecedentis var. *Trin.* mpt. ♃ Pannonia.

44. A. PLANIFOLIA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 380.) Caespitosa vel breviter stolonifera; foliis linearibus planis asperulis; ligula brevi truncata; valvula arista supra medium dorsum inserta instructa. Kaucasus.

45. A. BOREALIS. *Hartm.* (Skand. Flor.) Foliis planis radicalibus angustissimis, ligula oblonga; panicula pyramidali sub anthesi fructiferaque patente, ramis ramulisque horizontalibus strictis hispidulis; valvula unica infra medium aristata. A. rubra *Lin.* fl. suec. *Whlbg.* Lapp. sec. *Hartm. Fries.* Summa pl. 238. Scandinavia.

46. A. RUPESTRIS. *All.* Radice fibrosa; culmis simplicibus (3—10-pollicaribus) cum nodis vaginisque glabris; ligula $^1/_2$—1-lineali et longiore; foliis fasciculorum setaceis culmeis angustissimis planiusculis (1—3-pollicaribus); paniculae apertae (1—$2^1/_2$-pollicaris) purpurascentis radiis 2—4-nis semiverticillatis inferne (fere ad medium) nudis; glumis subaequalibus linealibus acutis inferiore ad carinam hispidula; valvula inferiore infra medium aristata glumis paulo breviore apice 4-denticulata, arista saepe glumas excedente geniculata; valvula superiore quam ovarium minore; callo nudo vel obsolete barbatulo; rudimento nullo. *Rchbch.* ic. Gram. Ger. f. 127. *Host.* Gram. 3. t. 49. Trichodium alpinum *Schrad.* Germ. t. 3. f. 4. ♃ Europ.

47. A. PICKERINGII. *Tuckerm.* (*Sillim.* Jour. t. 45. p. 42.) Culmo erecto; foliis planis linearibus; panicula ovata diffusa, radiis verticillatis erectiusculis scabris, glumis subaequalibus subbidentatis, carina inferioris apice mucronata, superiore acuta glabriuscula; valvula inferiore ovato-lanceolata acuta seu erosa punctatula nervata, superiore exacte ovata obtusa enervi, arista e medio dorsi tortili scabra flosculum bis superante. Variat: statura minore, panicula contracta glabriuscula; floribus plerumque albo-purpurascentibus. A. P. β alpicola *Tucker.* Montes albi Am. sptr.

48. A. CONCINNA. *Tuckerm.* (l. c.) Culmo humili erecto; foliis filiformi-setaceis; panicula ovata patente glabra; glumis inaequalibus, inferiore acuta mucronata versus apicem scabriuscula, superiore acuta glabra; valvula superiore vix ulla, inferiore glabra infra medium arista tortili scabra florem superante basique pilis raris instructa. Montes albi Am. sptr.

49. A. KITAIBELII. *Schult.* (Oestr. Fl. I. 178.) Radice stolonifera; culmo adscendente laevi basi saepe ramoso (bi-pedali et ultra); vaginis glabris; ligula oblonga; foliis planis scaberrimis; paniculae ante et post anthesin contractae rhachi radiolisque hispidis; glumis margine purpurascentibus, interiore 3-nervia; arista sub dorsi medio inserta valvula 3-plo longiore; callo brevissime fasciculato piloso. Nunc ad A. albam nunc ad A. rupestrem citatur sed quoad descriptionem vix dubie species distincta. ♃ Pannonia.

50. A. PALLIDA. *Dec.* (Fl. Gall. supl. 251.) Radice fibrosa; culmo erecto vel adscendente-ramoso ($^1/_2$—1-pedali et ultra) simplici vel basi florifero-ramoso, ad nodos geniculato vagini que glabro; ligula sublineari plerumque bifida; foliis erectis angustissimis plerumque planis, ($^1/_2$''' et ultra latis, 1—2'' longis) radicalibus angustioribus breviori bus; paniculae contractiusculae oblongae ($^1/_2$—4-pollicaris) multiflorae radiis 2-nis—5-nis semiverticillatis (1—fere 2-pollicaribus) sub medium ramosis; spiculis hiantibus; glumis parum inaequalibus linealibus duplo longioribus valvula inferiore medio aut infra medium aristata obtusa 4-nervia nervis apice in aciculas productis; arista subtorta geniculata glumis duplo longiore; valvula superiore pusilla; callo barbatulo medio in processum brevissimum (rudimentum) exeunte. A. effusa *Spr.* ⊙ Gall. Ital. Lusit.

51. A. GEMINATA. *Trin.* (Ic. III. 28.) Radice fibrosa; culmo erecto vel geniculato-adscendente subfiliformi (6—9-pollicari; nodis vaginis foliisque glabris, his angustissimis radicalibus involuto-filiformibus (2—3-pollicaribus) culmeis planis brevioribus; paniculae patentis lucidissimae (2—3-pollicaris) radiis 2—4-nis a medio vel supra floriferis; glumis ovato-lanceolatis linealibus inferiore paulo longiore; valvula inferiore $^1/_4$ breviore supra medium setigera tenuissime 5-nervia, superiore quam ovarium minore; callo barbatulo, rudimento nullo. ⊙ Unalaschka.

52. A. TRICHOTOMA. *Nees.* (in *Trin.* Agrost. II. 92.) Culmo tenui (ultra pedali); nodis vaginisque glabris; foliis angustissimis compressis et planis (vix 1''' latis, 3—4'' longis) deorsum asperulis; paniculae contractiusculae tenerae (7-pollicaris vagina suprema basi involucratae) radiis elongatis (sub-3-pollicaribus) 3—5-nis basin versus trichotomis non nisi apice ipso unifloris; glumis linealibus vix inaequalibus ad nervum aculeolatis; valvula inferiore glumis parum breviore supra medium setigera; superiore ovarium subaequante; callo nudo; rudimento nullo. Montevideo.

53. A. CHILENSIS. *Kunze* (in *Trin.* l. c.) Radice fibrosa; culmis pluribus erectis tenuibus (9—15-pollicaribus) simplicibus vix geniculatis cum nodis vaginisque glabris; ligula acuta lineali; foliis radicalibus filiformibus, culmeis planis angustissimis (vix $^1/_2$''' latis, 1—3'' longis); paniculae subconfertae (2—4-pollicaris, obscure purpureae) radiis elongatis inferioribus sub-5- superioribus 2-nis, 2—3-chotomis apice unifloris; glumis acutissimis linea paulo majoribus subinaequalibus; valvula inferiore infra apicem (supra medium) setifera glumis $^1/_3$ breviore, superiore quam ovarium minore; callo vix barbatulo; rudimento nullo. ♃ Chili.

54. A. VENUSTA. *Trin.* (l. c. 94.) Radice fibrosa; culmis pluribus caespitosis erectis simplicibus (9-pollicaribus) tenuissimis glabris; vaginis internodio multo longioribus asperiusculis; ligula obtusa lineali; foliis subsetaceis deorsum asperis ($^1/_2$—2-pollicaribus); paniculae contractiusculae (culmi fere $^2/_3$ partes occupantis) superne patulae lucidulae radiis capillaribus, inferioribus 5—9-nis, superioribus 2—3-nis trichotomis apice (brevi-) floriferis; glumis inaequalibus lineam excedentibus acutis ad carinam aculeolatis; valvula inferiore his $^1/_3$—$^1/_4$ breviore infra medium aristata, superiore (an? lodicula) quam ovarium duplo minore; callo brevi barbatulo, rudimento nullo. ⊙ Terra Van Diemen.

55. A. TOLUCCENSIS. *H. B.* (N. gen. I. 135.) Radice fibrosa; culmis caespitosis (5—12-pollicaribus) simplicibus erectis cum nodis vaginisque glabris; foliis aut (in planta Mexicana) angustissimis convolutis glabris, aut (in Peruviana) planis linealibus scabris ($1^1/_2$—3'' longis); paniculae coarctatae ($1^1/_2$—$2^1/_2$'' longae, ex atrorubro et flavescente variae) radiis adpresso-erectis 3—2-nis inferne $^1/_3$—$^1/_2$ nudis; glumis subaequalibus linea parum longioribus ad nervum asperis; valvula inferiore glumis fere dimidio breviore supra basin aristata, superiore minima; callo brevissimo pilosulo; rudimento nullo. ♃ Mexico. Peru.

56. A. STRICTA. *Trin.* (Agrost. II. 97.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (8—12-pollicari) tenui, cum nodis vaginisque glabro; ligula 1—$1^1/_2$-lineali decurrente; foliis angustis subconvolutis (2—4'' longis, planis $^1/_2$''' latis);

paniculae (2—5-pollicaris) lucidissimae patulae radiis trichotomis apice floriferis, pedicellis elongatis (4—8-linealibus) unifloris; spiculis (ex atrorubro et albo variis) apertis; glumis subaequalibus linea majoribus acuminatis ad carinam aculeolatis; valvula inferiore glumis $^1/_4$—$^1/_3$ breviore, sub apice breve aristata, superiore minima; callo nudo, rudimento nullo. A. glabra Hrbr. un. it. chil. in Hrbo. *Bertero* sub: Poa pilosa nr. 556. ♃ Chili.

57. A. GELIDA. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui (7-pollicari) cum nodis vaginisque glabro; ligula obtusiuscula fere lineali; foliis planis strictiusculis (1—2″ longis, linea angustioribus) deorsum asperiusculis; paniculae apertae lucidae (2$^1/_2$-pollicaris) radiis 3—2-nis a medio circiter floriferis; spiculis splendentibus (e rubro aeneo et pallido variis); glumis subaequalibus 1$^1/_3$-linealibus acutis carina asperulis; valvula inferiore glumis $^1/_4$—$^1/_5$ breviore medio aristata, superiore ovarium subaequante; callo antrorsum brevissime barbatulo; rudimento nullo. ⊙ Peru.

58. A. MAGELLANICA. *Lam.* (ill. I. 160.) Culmo simplici (1—2-pedali) infra paniculam pubescenti-asperulo; ligula fere bilineali obtusiuscula; foliis planis vel compressis; paniculae patulae lanceolato-densiusculae (3—5-pollicaris) radiis pluribus semiverticillatis hirtis (fere a basi floriferis); glumis angustis 1$^1/_2$-linealibus aequalibus acuminatis ad carinam aculeolatis; valvula inferiore glumis dimidio breviore paulo supra medium aristata, superiore ovarium aequante; callo brevissime barbatulo; rudimento nullo. Fretum Magell. Ins. Maclovian.

c. *Valvula superior ovarium paulo superans.*

α. Muticae.

59. A. ALBIDA. *Trin.* (Agrost. II. 98.) Radice fibrosa tenui brevi; culmo simplici (1$^1/_2$—2-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula $^1/_2$—1-lineali obtusiuscula; foliis planis (4—7″ longis, $^1/_2$—1$^1/_2$‴ latis) deorsum scabriusculis; paniculae patentis lucidissimae (5—6-pollicaris) radiis 5—9-nis semiverticillatis, brevioribus a basi longioribus a medio floriferis; spiculis semilinealibus (albidis vel flavescentibus); glumis acutis aequalibus semilinealibus sursum aculeolatis; valvula inferiore mutica glumis parum minore, superiore duplo breviore; callo antice brevissime pilosulo; rudimento nullo. ⊙ Sarepta.

60. A. UMBROSA. *Pers.* mpt. (in *Trin.* l. c. 99.) Radice fibrosa; culmo tenui erecto simplici (2-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula brevi truncata; foliis erectis linea angustioribus (1$^1/_2$—4-pollicaribus); paniculae patulae lucidulae (3—4-pollicaris) radiis capillaribus 2—4-nis semiverticillatis inaequalibus inferne $^1/_2$—$^1/_3$ nudis; spiculis ovatis; glumis $^2/_3$ lineas longis ad carinam brevi aculeolatis vel superiore nuda; valvula inferiore mutica glumas subaequante, superiore dimidio breviore; callo epili; rudimento nullo. ⊙ Galiia (Paris bois de Vincennes).

61. A. APHANES. *Trin.* (l. c. 100.) Radice fibrosa; culmo geniculato-adscendente simplici cum nodis vaginisque glabro; ligula 1—1$^1/_2$-lineali apice dentata; foliis planis (2—4″ longis, 1—1$^1/_2$‴ latis) glabris; paniculae patentis lucidissimae (3—7-pollicaris) radiis pluribus 5—9—12-nis semiverticillatis inaequalibus a medio circiter floriferis; glumis linealibus acutissimis ad carinam aculeolatis; valvula inferiore mutica glumis paulo — superiore 4-plo breviore; callo antice brevissime pilosulo; rudimento nullo. ⊙ Terra nova.

62. A. TRINERVATA. *Trin.* (l. c. 101.) Radice fibrosa; culmo adscendente simplici (pedali et ultra) subgeniculato ad nodos vaginasque glabro; ligula brevissima; paniculae patentis (3-pollicaris) radiis 2—3-nis inaequalibus a medio ramosis et pauperculo-floriferis; spiculis linealibus (e purpureo albidoque variis); glumis aequilongis acutis, altera superne brevi hispidula; valvula inferiore mutica glumas subaequante apice 3-nervata, superiore triplo (rarius dimidio) breviore; callo nudo; rudimento nullo. ♃ Caucasia.

β. Muticae vel aristatae.

63. A. VULGARIS. *With.* (Fl. angl. 132.) Radice fibrosa, subinde repente, fibris numerosis capillaribus; culmis erectis (raro decumbentibus) glabris striatis foliosis (1—3-pedalibus); foliis angustis acutis scabriusculis, longe vaginatis; ligula brevissima erosa mutica; panicula erecta patente alternatim subverticillata, radiis divaricatis capillaribus flexuosis 2—3-chotomis et subdivisis laeviusculis; glumis subaequalibus lanceolatis acutis muticis patentibus (purpurascentibus); valvulis tenuissimis (albidis), exteriore glumas subaequante, interiore duplo breviore retusa, mutica, brevi setigera vel aristata. A. polymorpha et *Huds* Fl. angl. 31. A. capillaris *Leers.* Hrb. t. 4. f. 3. A. canina *With.* l. c. 127. (var aristata.) A. decumbens *Host.* Gram. IV. t. 31. ♃ Europa.

De synonimis hujus et 5 sequentium specierum cfr. *Trinius* Agrost. p. 102 et Nomncl. Ed. II. 38. etc. forsan omnes variae unius ejusdemque speciei formae.

64. A. STOLONIFERA. *Lin.* (*Smith.* Fl. br. I. 80.) Radice fibrosa ramosissima pubescente; culmis decumbentibus ramosis foliosis glabris geniculatis, infimis radicantibus; foliis latiusculis nervosis utrinque scabris; ligula oblonga (multifida); panicula erecta coarctata, radiis alternatim semiverticillatis, subsecundis, superioribus coarctatis, inferioribus magis patentibus, a basi dense floriferis, ramosissimis flexuosis; glumis aequalibus obtusiusculis carinatis (purpurascentibus) extus pubescentibus; valvulis brevioribus inaequalibus obtusis muticis, raro basi aristatis. *Host.* Gram. IV. t. 57. A. alba β. *Fl. d.* t. 510. A. polymorpha var. *Trin.* Variat: culmo robustiore, panicula valde multiflora. A. gigantea *Gaud.* Fl. helv. I. 189. Vilfa vulgaris *Beauv.* Agr. t. V. fig. 8. ♃ Europa.

65. A. ALBA. *Lin.* (*Smith* l. c.) Radice longe fibrosa; culmo basi decumbente radicante, folioso, superne nudo erecto glabro; foliis glabris vaginis laevibus; ligula obtusa saepe bifida vel lacera; paniculae laxae radiis a basi ad apicem floriferis; glumis nitidis aequalibus acutis, carina scabris; valvulis inaequalibus acutis rarius infra apicem aristatis. *Leers* Herbor. t. 4. f. 5. A. sylvatica *Host.* Gram. t. 58. A. flava *Fl. d.* t. 751. A. vulgaris *With.* var. ♃ Europa.

66. A. CANDOLLEI. *Parlat.* (Giurn. bot. I. 146.) Culmo decumbente; foliis planis; paniculae densae radiis semiverticillatis; glumis acutis glabris carina scabriusculis, valvulis inaequalibus. A. stolonifera *Dec.* Fl. fr. 3. p. 23 ex Hrbo. *Decand.* Vix species distincta. ♃ Europ.

67. A. SCABRIGLUMIS. *Boiss. Reut.* (Pugil. pl. nov. 125.) Radice repente; culmis erectis inferne geniculatis fere ad apicem foliosis elatis (2—3-pedalibus); foliis omnibus linearibus planis scabris; ligula elongata truncata lacera glabra; panicula elongata contracta multiflora stricta, radiis puberulo scabris inferne brevissime nudis; pedicellis scabris apice incrassatis spicula brevioribus; glumis subaequalibus lanceolatis carina virentibus caeterum albidis tota superficie crebre tuberculato-scabris; flosculo hyalino glaberrimo mutico glumis tertia parte breviore; valvula inferiore canaliculata apice truncata denticulata, interiore triplo minore truncata. A. alba β. *Boiss.* Fl. hisp. Hispan.

68. A. HISPANICA. *Boiss. Reut.* (Pugil. pl. nov. 120.) Radice fibrosa; culmis erectis elatis (1$^1/_2$—2-pedalibus) ad paniculam usque foliatis; foliis strictis glabris undique scabridulis argute multistriatis, limbo stricto anguste lanceolato-lineari subulato-attenuato, eo folii superioris paniculam saepe subaequante; ligula ovata saepe truncato-lacera; panicula (6—10″) longa erecta contracta oblongo-lineari, radiis 5—6 verticillatis strictis radiolisque tenuibus scabris; pedicellis scabridis apice incrassatis spicula sublongioribus; glumis subaequalibus glabris lanceolatis acutis virescenti-rubellis uninerviis, inferiore acutiore carinata carina scabra, superiore pro longitudine paulo latiore dorso minus carinata

laeviuscula; flosculo albo-hyalino glaberrimo mutico vel aristato; valvula inferiore gluma $^1/_4$ breviore, apice truncato-retusa erosa 3—4-aristulata, superiore triplo breviore emarginato-bidentata; arista recta e medio dorsi valvulae inferioris orta eam vix excedente. ♃? Lusitan. Hispan.

69. A. RIVULARIS. *Brot.* (Fl. Lusit. 75.) Radice fibrosa caespitifera; culmis basi repentibus firmis erectis (1—1$^1/_2$-pedalibus) simplicibus vel basi ramulosis; foliis omnibus planis (2—2$^1/_2$‴) latiusculis, margine scabris vaginisque glabris; ligula obtusa lacera glabra; panicula conferta cylindrica recta (4-pollicari), radiis sub anthesi patentibus inaequalibus flosculis numerosis; glumis acuminatis lanceolatis margine membranaceis aequalibus; valvulis dimidio brevioribus aequalibus glabris apice obtuso denticulatis; inferiore latiore viridi, interiore tenuissima angustiore; achenio subovali glumis dimidio breviore, hinc convexo inde unisulcato. (Distincta species *Boiss.*) Lusitania.

70. A. WELLWITSCHII. *Steud.* Radice stolonifera caespitosa; culmis basi arcuato geniculatis tunc erectis, tenuibus glabris laevibus variae longitudinis (5—12pollicaribus et ultra), rigidulis; ligula elongata (1—1$^1/_2$-lineali) apice fissa vel dentata hyalina; foliis basi fasciculatis et culmeis strictis planiusculis mox subsetaceo complicatis laevibus glabris; panicula contracta subinterrupta (1—2″ longa) radiis erectis inaequalibus verticillatis scabridis inferne brevi nudis; glumis subaequalibus albidis dorso scabris; flosculo hyalino, valvula inferiore glumis fere duplo breviore mutica vel infra apicem brevissime aristata; superiore multo angustiore et breviore subtruncata. In humidis prope Olissiponem *Wellwitsch* legit. Hrbr. 1851. nr. 425. Lusitania.

71. A. FRONDOSA. *Tenor.* (Fl. neap. II. 322.) Caule basi decumbente; foliis inferioribus planis, superioribus apice involutis, ligula exserta elongata, primum integra, demum fissa; panicula oblonga contracta laxe florifera, verticillis distantibus, radiis basi nudis, pedicellis flosculos aequantibus; glumis muticis. A. maritima β subrepens. *Dec.* Fl. fr. supl. A. polymorphae var. *Trin.* ♃ Ital. Dalmat.

72. A. WIGHTII. *Nees.* (in litt.) Foliis linearibus planis margine scabris; ligula ovata apice incisa; panicula longa capillari, radiis fasciculato-ternis quaternisve, radiolisque a medio vel paulo inferius 2—3-chotomo divisis scabris; glumis aequalibus obtusiusculis carina scabris flosculum aequantibus; valvula inferiore laevi apice tridenticulata, superiore ovarium paulo superante ovato-lanceolata acutata. Vilfa vulgaris *Wight* hrbr. nr. 78. Ind. or.

73. A. INTRICATA. *Nees.* (in *Hook.* Lond. jour. II. 413.) Culmis humilibus debilibus adscendentibus basi repentibus ramosis intricatis; foliis planis angustissimis scabris; ligula ovata truncata; paniculae contractae vel patulae radiis 5—3-nis laevibus a medio vel paulo inferius floriferis paucifloris; glumis aequalibus scabriusculis, superiore quam flosculus membranaceo-emarginatus duplo breviore. An A. polymorphae var? ⊙ *Gunn.* nr. 1011. ex parte. Nov. Holl.

74. A. AEQUATA. *Nees.* (l. c.) Culmo e basi repente adscendente; foliis planis vaginisque scaberrimis, ligula ovata obtusa vel truncata; paniculae semiverticillatae patentis radiis scabris basi simplicibus; flosculi chartacei laevis mutici valvulis glumisque aequalibus, his carina scabris. An iterum A. polymorphae var? *Nees. Gunn.* nr. 1005. Van Diemen Land.

γ. Aristatae.

75. A. MUCRONATA. *Presl.* (Rel. Haenk. 238.) Radice fibrosa; culmis caespitosis filiformibus simplicibus (3—5-pollicaribus) sursum cum nodis vaginisque scabris; ligula lineali; foliis planis quam vagina brevioribus (vix 1‴ latis) utrinque scabris; paniculae contractissimae densiusculae (1$^1/_2$-pollicaris) radiis 2—3-nis, brevioribus fere a basi longioribus superius floriferis; spiculis lanceolatis (pallidis); glumis plus minus linealibus parum inaequalibus mucronato-acuminatis extus totis scabriusculis; valvula inferiore medio inter apicem mediumque aristata glumis $^1/_3$—$^1/_5$ breviore apice brevibifida; arista valvula duplo longiore; valvula superiore 3—4-plo minore. ⊙ —

76. A. EXASPERATA. *Trin.* (Agrost. II. 106.) Culmo simplici (? 1$^1/_2$-pedali) sursum scabro; nodis vaginisque glabris; ligula sublineali obtusa; foliis planis (2—4″ longis, 1—1$^1/_2$‴ latis) margine hispidulis; paniculae patulae (3—4-pollicaris) lucidulae radiis pluribus semiverticillatis, brevioribus a basi, longioribus superius floriferis (spiculis pallide virescentibus); glumis subaequalibus linealibus acuminatis undique hispidulis; valvula inferiore glumis $^1/_3$ breviore glabra apice brevissime denticulata et setifera, seta erecta glumas paulo superante; valvula superiore 3-plo breviore; callo subepili; rudimento nullo. Chili.

77. A. PHLEOIDES. *Nees. Meyen.* (N. act. N. C. XVIII. supl. I. 146. sub: Lachnagrostis.) Radice fibrosa; culmo tereti firmo basi ramoso (pedali et ultra); ligula ovata acuta lacera; foliis linearibus angustis (1—3″ longis, 1—1$^1/_2$‴ latis) scabris, glaucescentibus; panicula subcylindrica elongata densa angusta; radiis fasciculatis brevibus, radiolis pedicellisque inferioribus geminatis scabriusculis, pedicellis plerisque spicula brevioribus; glumis lanceolato-acuminatis carina scabris flosculo multo longioribus; valvula inferiore striguloso-tomentosa ad medium fere bifida e sinu setigera, seta glumam inferiorem vix superante tortili. ♃ Valparaiso Chili.

78. A. ALPINA. (*Scop.*) Radice fibrosa; culmo tenui simplici ($^1/_2$—1$^1/_2$-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula lineali; foliis infimis subsetaceis, culmis angustissimis planis (1—3″ longis, $^1/_2$—$^3/_4$‴ latis); paniculae apertae (1—2-pollicaris, ex atro-purpureo et albido variae vel ex toto flavescentis) radiis 3—5-nis, inferne plus minus nudis; glumis 2 linealibus acutis parum inaequalibus acutis; valvula inferiore e basi aristata glumis $^1/_4$—$^1/_5$ breviore 5-nervia, nervis 2 in setulas elongatis; superiore 5-plo (quam ovarium duplo) minore; callo antice utrinque piloso; rudimento nullo. *Rchbch.* ic. Gram. germ. f. 126. A. rupestris. *Willd. Host.* gram. III. t. 50. Trichodium rupestre *Schrad.* Germ. t. 3. f. 5. ♃ Alpes Austr. Helv. Gall.

79. A. SETACEA. *Curt.* (Lond. 6. t. 12.) Radice fibrosa; culmo tenui simplici (1$^1/_2$—2-pedali) scabriusculo; nodis vaginisque glabris; ligula 1$^1/_2$—2-lineali tenui; foliis setaceis filiformibus ad basin caulis confertis (4—7-pollicaribus); paniculae lineari contractae (1$^1/_2$—5-pollicaris) radiis 3—5-nis semiverticillatis erectis a basi compositis et floriferis; glumis bilinealibus parum inaequalibus acuminatis ad carinam hispidulis; valvula inferiore supra basin aristata glumis $^1/_3$ breviore apice bisetulosa; superiore quam ovarium paulo longiore; callo antice utrinque piloso, rudimento nullo. *E. B.* t. 1188. A. setifolia *Brot.* ♃ Gall. Anglia. Lusitan.

80. A. NEVADENSIS. *Boiss.* (Elench. pl. nov. p. 61.) Radice fibrosa; culmis erectis scabris; foliis radicalibus complicato-setaceis rigidiusculis glaucescentibus scabris; ligula oblonga; panicula patente dein contracta; glumis carina scabris; valvula inferiore apice bifida sub medio dorso aristata, arista calycem multo superante, valvula superiore minima. ♃ Hispan. (An praecedentis var?)

81. A. GLAUCINA. *Bast.* (*Dec.* fl. fr. supl. 251.) Radice repente; culmo erecto, foliis omnibus planis supra striatis glaucescentibus; ligula tenui apice erosa; panicula erecta; glumis lineari lanceolatis laevibus dilute violaceis 1$^1/_2$-linealibus; valvula inferiore glumis parum breviore versus basin aristata; arista geniculata. ♃ Gallia. (Iterum A. setaceae var. *Trin.*)

d. *Valvula superior inferiorem aequans vel illa parum brevior.*
α. Muticae.

82. A. CAPILLARIS. *Lin.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi ramosis foliiferis erectis vel adscendentibus (1- raro 2-pedalibus), cum nodis vaginisque glabris; ligula $^1/_2$—1-lineali obtusa vel denticulata; foliis angustis planis vel subconvolutis (2—3 raro — 6-pollicaribus, $^1/_2$—1$^1/_2$''' latis); paniculae erectae oblongae apertae lucidae (3—6-pollicaris) radiis 3—6-nis semiverticillatis tenuissime-capillaribus strictis patentibus inferne nudis sub medium ramosis, ramulis in pedicellos spiculas semilineales obtusas (e viridi purpureas) 3-plo — multoties superantes unifloros abeuntibus; glumis aequalibus semilinealibus obtusis vel brevi-acutis glabris; valvula inferiore mutica glumis nunc dimidio nunc duplo breviore (raro eas subaequante); callo eberbi; rudimento nullo. *Trin.* Ic. III. t. 25. *Sm.* Ic. 3. t. 54. ⊙ Lusitan. Hispan.

83. A. TRICHOCLADA. *Griseb.* (in *Ledeb.* Fl. russ. XIII. p. 439.) Annua; foliis lineari-setaceis, ligula brevi, panicula patente trichotoma, ramis laevibus capillaribus; pedicellis spicula 6-ies longioribus; callo minutissimo glabro; glumis obtusis glabris florem aequantibus; valvulis aequalibus muticis stamina includentibus. A. capillaris *Pall.* ind. t. et Autor. fl. Ross. A. Biebersteiniana. *Clauss.* in Beitr. zur Pfl.Kunde d. Russ. Reichs VIII. ⊙ Russia austr. Caucas.

84. A. CLAUSA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera culmis erectis brevibus (cum panicula vix ultra 4-pollicaribus) cum nodis vaginis foliisque glabris, his linearibus angustis (1'' longis, $^1/_2$''' latis) planis; paniculae erectae ovatae apertae lucidae (1—2-pollicaris) radiis inferioribus verticillatis superioribus sparsis capillaribus in petiolos longos unispiculatos divisis; spiculis $^3/_4$-linealibus oblongis, glumis flosculos tegentibus vix sese aperientibus glabris laevibus subcorrugatis; valvulis aequalibus muticis, callo nudo. Orfa Mesopotamiae.

85. A. SCHOTTII. *Trin.* (Agrost. II. 110.) Culmo simplici (3-pedali) geniculato-adscendente cum nodis vaginisque glabro; ligula bilineali apice fissa; foliis planis (3—6'' longis, 1—1$^1/_2$''' latis) scabris; paniculae basi vaginatae patulae (8-pollicaris) radiis 2—5-nis capillaribus strictis inaequalibus trichotomis sub medium floriferis; spiculis $^2/_3$''' longis; glumis (sub) aequalibus acutis, inferiore ad carinam aculeolata; valvula inferiore mutica glumis $^1/_3$—$^1/_2$ breviore superne 5-nervia et apice obtuso 5-denticulata, superiore $^1/_3$ minore apice bidentata; callo epili; rudimento nullo. Gibraltar.

85b. A. MUSTAPHAE. *Steud.* Culmo basi geniculato erecto cum tota planta glaberrimo (1$^1/_2$—2-pedali et ultra); ligula elongata (usque bilineali apice fissa; foliis planis angustis linearibus margine scabriusculis (4—6'' longis, linea angustioribus); paniculae (4—5-pollicaris) radiis subverticillatis 3—5-nis capillaribus inaequalibus repetito trichotomis, radiolis (pedicellis) laevibus unifloris; spiculis minutis $^1/_2$''' vix attingentibus subaequalibus carina remote et minutissime (sub lente valida) aculeolatis; valvulis muticis, quam glumae $^1/_3$—$^1/_2$ brevioribus, inferiore apice vix nervosa 4—5-dentata, superiore paulo minore apice acuta, callo glabro; rudimento nullo. Praecedenti (quam non vidi) certe valde affinis, sed notis allatis vix dubie distincta. *Durand* legit in valle Mustapha prope Algeriam.

86. A. DALMATICA. *Trin.* (l. c. III.) Radice fibrosa, culmis caespitosis tenuibus (4-pollicaribus et ultra) simplicibus vel basi erecto-ramosis deorsum scabriusculis vel cum nodis vaginisque glabris; ligula linea breviore; foliis planis erectis (1—1$^1/_2$'' longis, $^1/_3$—$^1/_2$''' latis); paniculae lineari-contractae (pollicaris) radiis 5- superioribus 2—3-nis semiverticillatis inaequalibus, brevioribus fere a basi floriferis longioribus inferne nudis; glumis aequalibus acutiusculis linea dimidia paulo majoribus dorso scabris; valvulis aequalibus muticis glumas aequantibus; callo nudo; rudimento nullo. ⊙ Ins. Cherso.

87. A. MUELLERI. *Presl.* (Bot. Bemrkg. 120.) Radice fibrosa; culmo ancipiti (spithamaeo) cum vaginis foliisque glabro; foliis angustis convolutis supremo plano; ligula elongata crenata aut sublacera; paniculae erectae diffusae radiis capillaribus scabris; glumis flavescentibus exteriore paulo longiore acuminata dorso scabra quam valvulae fere triplo longiore, truncata apice denticulis 3 aristaeformibus instructa, supra medium arista dorsali interiorem glumam laevem acutam triplo superante. ⊙ A. verticillata. Hrbr. Sardoum un. it. Sardinia.

88. A. VERTICILLATA. *Vill.* Radice fibrosa; culmo procumbente ad nodos geniculato radicante vel adscendente; vaginis glabris vel pubescentibus; ligula 1—2-lineali; foliis lanceolato-linearibus (1—3'' longis, 1—3''' latis) supra et margine scabris (raro glabris); paniculae lobatae densae (1—4-pollicaris) basi plerumque interruptae radiis pluribus (3—8) semiverticillatis a basi ramosis et dense floriferis; spiculis linea brevioribus apertis (glauco-virentibus vel simul e purpureo-variis); glumis acutis uninerviis subaequalibus vix linealibus; valvulis subaequalibus muticis glumis $^1/_3$—$^1/_2$ brevioribus; callo eberbi; rudimento nullo. *Trin.* Ic. III. t. 36. *Rchbch.* ic. Gram. germ. f. 138. A. stolonifera *Lin.* hrbr. spec. ed. 2. A. dulcis *Sibth.* certe *Pers.* hrb. non differt. ⊙ Eur. austr. Oriens. Mexico.

89. A. ANATOLICA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 379.) Caespitosa glaberrima; foliis omnibus planis, ligula ovata acuminata; panicula contracta densa; spiculis piloso-scabris ovato-oblongis; glumis subaequalibus obtusissimis florem duplo superantibus. A. verticillata *C. Koch* Linn. XIX. 5. As. min.

90. A. FILIFOLIA. *Link.* (*Schrad.* Jour. 1799. IV. 313.) Radice fibrosa; culmo decumbente subfiliformi ramosissimo foliosissimo adscendente ($^1/_2$—2-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula lineali; foliis tenuissimis compresso-involutis (1—3-pollicaribus) glabris; paniculae contractae angustae radiis 1—3 brevibus fere a basi floriferis; glumis subaequalibus vix linealibus dorso vel seriatim hispidulis; valvulis aequalibus muticis quam glumae paulo brevioribus. ⊙ Lusitan.

91. A. VALENTINA. *R. S.* (S. V. II. 348.) Radice repente stolonifera; culmis laevissimis (1$^1/_2$—2-pedalibus); vaginis arcte adpressis sulcato-striatis glaberrimis; ligula elongata demum fissa; foliis erecto-patentibus rigidiusculis subpungenti-convolutis, basi planis striatis, scaberrimis; paniculae hispidae (3—5-pollicaris) radiis subverticillatis, pedicellis apice incrassatis hispidissimis; glumis aequalibus lanceolatis subcompressis acutis subpubescentibus; valvulis tenuissime membranaceis, altera lanceolato-ovata apice subbifida, altera lanceolata, gluma $^1/_3$ brevioribus. ♃ Hispan.

92. A. LEPTOS. *Steud.* Radice fibrosa tenerrima caespitifera; culmis laevissimis filiformibus (6—9-pollicaribus); vaginis laxiusculis striatis; ligula exserta fissa; foliis erecto-patentibus planis angustissimis (vix $^1/_4$''' latis) striatis margine vix scabriusculis; paniculae erectae contractae (3—4-pollicaris) radiis subverticillatis hispidis basi longe nudis; pedicellis apice subincrassatis; glumis subaequalibus ovatis concavis acuminatis carina hispidis caeterum glabris; valvulis aequalibus altera ovata altera lanceolata gluma $^1/_3$ brevioribus. ⊙ Louisiana.

93. A. LUSITANICA. *Steud.* Radicis repentis fibris tomentosulis; culmo erecto (1—1$^1/_2$-pedali) stricto vaginisque longis adpressis leviter scabris; ligula elongata (fere 2''') oblongo ovata apice denticulata vel fissa; foliis erectis strictis vix basi planis (ibique $^1/_2$''' latis) mox convolutis pungenti-acuminatis retrorsum scabris (4-pollicaribus); panicula erecta 4—6-pollicari, radiis verticillatis inaequalibus scabris supra basin floriferis subcomposito-racemosis;

spiculis brevi pedicellatis sublinealibus (viridibus hinc inde violaceo afflatis); glumis fere aequalibus acuminatis glabris carina scabris; valvulis inaequalibus vel subaequalibus, quam glumae subduplo brevioribus, apice brevissime subulatis, rudimento nullo vel rarius stipitiformi apice fisso. Praecedenti affinis, sed notis allatis vix dubie distincta. Prope Olissiponem legit *Wellwitsch* Hrbr. 1851. Lusitan.

94. A. CALIFORNICA. *Trin.* (Agrost. II. 113.) Radice dense fibrosa; culmo simplici superne aspero; nodis glabris, vaginis scabriusculis; ligula bilineali apice subtruncata multifida; foliis planis linealibus (4—5″ longis, 1—2‴ latis) asperrimis; paniculae lineali-contractissimae subinterruptae (4—5-pollicaris) radiis pluribus verticillatis erectis a basi dense floriferis; spiculis angustis; glumis subaequalibus acutissimis linealibus carina hispidis; valvulis aequalibus muticis quam glumae $^1/_4$—$^1/_6$ brevioribus; callo piloso vel rarius nudo; rudimento nullo. Vilfa glomerata *Presl.* Rel. Haenk. I. 239. ♃ Californ. Peru.

95. A. STRAMINEA. *Hartm.* (in *Trin.* Agrost. 114.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (pedali) cum nodis geniculatis vaginisque glabris; ligula 1—2-lineali acutiuscula; foliis planis vel subconvolutis ($2^1/_2$—3″ longis, linea angustioribus), paniculae contractiusculae ($3^1/_2$-pollicaris) radiis 2—5-nis brevioribus, inferne parum-longioribus fere dimidio-nudis; spiculis stramineis; glumis linearibus subaequalibus acutiusculis, inferiore carina scabra; valvula inferiore glumis paulo minore, superiore parum breviore; callo fere nudo, rudimento nullo. Suecia.

96. A. NEESII. *Trin.* (l. c. 115.) Radice fibrosa; culmo simplici (1—$1^1/_2$-pedali) versus nodos glabros cum vaginis scabro; ligula 1—2-lineali subdecurrente; foliis planis angustis (2—4″ longis, 1—$1^1/_2$‴ latis) quandoque setaceis scaberrimis; paniculae lineari-contractae ($2^1/_2$—8-pollicaris) subsecundae radiis 5—9-nis semiverticillatis, brevioribus a basi longioribus a medio floriferis; spiculis linealibus (viridulo-albis); glumis acutis aequalibus aculeolatis; valvulis subaequalibus glumas aequantibus, inferiore mutica vel mucroniformi acuminata vel setifera; callo undique piloso, rudimento nullo. Podosaemum angustifolium *Nees* Fl. Afr. aust. I. 147. ⊙ Pr. b. sp.

97. A. GYMNOSTYLA. *Nees.* (Hort. Wratisl. sem. 1850. sub: Podosaemum.) Culmo ramoso, superne imprimis scabro; foliis scabris; panicula contracta angusta; radiis fasciculatis inaequalibus aliis a basi aliis citra basin floriferis strictiusculis; glumis lanceolatis longe acuminatis carina scabris, inferiore breviore, superiore flosculum muticum basi pubescentem aequante; callo piloso; processu filiformi longitudine dimidii flosculi glabro basi barbato. Mühlenbergia gymnostyla *Walp.* Ann. III. 753. Cinna mexicana *Beauv.* sec. Semin. H. Vind. 1851. Pr. b. sp.

98. A. MINUTIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculatis vel subflexuosis tenuibus rigidulis (4—8″ longis); foliis convoluto-subsetaceis striatulis glabris culmo (florente) brevioribus; panicula simplicissima racemosa apice in racemum simplicem terminata; racemulis erectis adpressis paucifloris; spiculis minutis ($^1/_2$‴ vix attingentibus); glumis subhyalinis flosculo multo brevioribus obtusiusculis facile caducis; valvulis parum inaequalibus acutis muticis calloque glabris; achenio fulvo oblongo obtuso vel apiculato valvulas fere aequante. Ex Hrbro. Musei Paris. *Commerson* nr. 154. Ins. Maurit.

99. A. FERTILIS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici erecto stricto tereti striato glabro (2—3-pedali) foliato cum tota planta glabro; foliis anguste linearibus acuminatis (usque pedalibus, $^3/_4$‴ latis); ligula brevissima ciliata; panicula lineari-contracta (fere pedali); radiis 3—4-nis brevibus fere a basi floriferis; spiculis parvis ($^3/_4$‴ longis, omnibus fertilibus); glumis minutis; valvulis subaequalibus acutis; callo minutissimo glabro. Ex Hrbo. Musei Lugd. Bat. Japonia.

99b. A. BORBONICA. *Steud.* Radice fibrosa, culmo compresso tenui laevi glabro (sine panicula 4—5-pollicari); foliis angustis planis linearibus tenui-striatis vaginisque undique glabris; ligula vix ulla; panicula ampla patente composita (5″ longa, 2—3″ lata); radiis tenuissime capillaribus plerumque solitariis alternis flexuosis, radiolis 2—3-floris, flosculis minutis (vix $^1/_3$‴ longis); glumis ovatis obtusiusculis subaequalibus (demum) subpellucidis; valvulis muticis. *Urville* legit in Ins. Borbonia.

100. A. MICRANTHA. *Steud.* Culmo basi radicante adscendente geniculato glabro tereti striatulo (1—2-pedali); foliis angustis linearibus acuminatis margine scabriusculis (2—3″ longis, vix 1‴ latis); ligula hyalina oblonga obtusa: panicula elongata contracta vel subpatula (5—12″ alta); radiis fasciculatis vel superne solitariis capillaribus apicem versus floriferis; spiculis minutis ($^1/_2$‴ vix aequantibus); glumis ovatis obtusiusculis carina scabris subpellucidis puncticulatis; flosculis duplo brevioribus, valvulis subaequalibus glabris acutis muticis. Agrostis *Wall.* cat. nr. 3776. Nepal.

101. A. AEQUIVALVIS. *Trin.* (Agrost. 116.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (1—2-pedali) cum nodis vaginisque glabris; ligula obtusiuscula (1—2 lineali, inferioribus brevissimis); foliis planis linearibus (2—3″ longis, $^3/_4$—1‴ latis) glabris; paniculae patulae (2—4-pollicaris) radiis 2—5-nis semiverticillatis inaequalibus ad medium usque et altius nudis; spiculis glabris (ex atropurpureo et albido variis); glumis aequalibus sesquilinealibus acutis; valvulis subaequalibus longitudine glumarum; callo obsolete barbato; rudimento filiformi pilosulo. ♃ Ins. Sitcha. Unalaschka.

102. A. GLOMERATA. *Presl.* (Reliq. Haenk. I. 239. sub: Vilfa.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis teretibus simplicibus (4—16″ longis) sursum scabris; nodis glabris; vaginis foliisque scabris, his planis linearibus (3—4″ longis, 2‴ latis) acutis; panicula erecta spicaeformi demum interrupta (4—5-pollicari); radiis alternatim fasciculatis densis a basi floriferis; spiculis lanceolatis (vix ultra linealibus) pedunculos superantibus; glumis oblongo-lanceolatis inaequalibus acutissimis scabris flosculo longioribus; valvulis aequilongis apice bifidis. ♃ Peru.

103. A. ZENKERI. *Trin.* (l. c. 117.) Culmo pertenui simplici (ultra pedali) sursum scabriusculo, glabro; ligula obtusa; foliis convolutis stricto-erectis deorsum scabriusculis (1—$1^1/_2$″ longis, vix $^1/_2$‴ latis); paniculae pyramidalis patentis lucidissimae radiis binis plus minus a medio floriferis; ramulis patentissimis 1—2-floris; spiculis sesquilinealibus (atropurpureis vel e pallido variis); glumis aequalibus acutis aequantibus valvulas aequilongas; inferiore mutica apice brevissime denticulata 5- superiore 2-nervia; callo undique piloso; rudimento nullo. Nilagiri.

104. A. PROSTRATA. *Hook. fil.* (Antarct. Voy. 373.) Glaberrima; culmo longe procumbente adscendente (2—4-pollicari) geniculato stolonifero; ligula breviuscula late ovata membranacea; foliorum vagina elongata, lamina plana striata apice angustata; panicula erecta contracta lineari-oblonga densiflora (1″ longa, $^1/_3$″ lata); spiculis glaberrimis sesquilinealibus nitidis; glumis acuminatis latiusculis carina scabridis, flosculum basi glaberrimum superantibus; valvula inferiore truncata apice erosa enervia quam superior bis longiore, arista nulla. Ins. Falkland.

105. A. SCHIMPERIANA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 746 et 973.) Radice fibrosa; culmo e stolone adscendente erecto geniculato (2—3-pedali) cum nodis vaginisque glabris; ligula exserta bilineali lacinulata; foliis planis linearibus (3—5″ longis, 1—2‴ latis) glabris; paniculae subpatulae (3—6-pollicaris) radiis 3—5-nis semiverticillatis inaequalibus brevioribus parum — longioribus altius supra basin floriferis; spiculis lanceolatis demum patenti apertis linea parum longioribus (e viridi albo et amethystino-

variis); glumis subaequalibus carina aculeolato-scabris; valvulis parum inaequalibus hyalinis gluma $^1/_4$—$^1/_3$ brevioribus muticis; callo nudo, rudimento nullo. A. stolonifera *Lin.* var. *Rich.* Fl. Abyss. II. 400. ⊙? Abyssinia.

106. A. HELENAE. *Steud.* Culmo e basi geniculata erecto (pedali) foliato cum vaginis foliisque glabris; ligula membranacea brevi subovata; foliis linearibus angustis (3″ longis, 1‴ latis) planiusculis margine scabris; panicula erecta patente (4-pollicari), radiis semiverticillatis scabris erectis inaequalibus; spiculis linealibus pedicellos aequantibus vel iis brevioribus; glumis ovato-lanceolatis acutis aequalibus, $^1/_3$ superantibus valvulas inaequales; superiore breviore obtusa, inferiore apice denticulata. Ins. St. Helena.

107. A. MICHAELIS. *Steud.* Culmo erecto simplici cum nodis vaginisque glabro ($1^1/_2$-pedali); ligula longe exserta obtusa; foliis anguste linearibus (3—5″ longis, 1‴ latis) scabriusculis; panicula elongata (8-pollicari) oblonga lucida; radiis in rhachi distantibus dense verticillatis capillaribus scabriusculis inaequalibus, minoribus fere a basi, majoribus superius floriferis et his iterum verticillatis; spiculis patentibus; glumis parum inaequalibus linealibus flosculo fere duplo longioribus dorso scabris; flosculo basi fasciculo pilorum obsito; valvula inferiore apice minute mucronulato, superiore $^1/_3$ breviore obtusa. *T. C. Hunt* Esq. Consul in Ins. Azor. legit in Ins. St. Michael.

108. A. LINDENIANA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmis erectis simplicibus vel subramosis (5—8-pollicaribus) glabris vaginatis foliatis, vaginis elongatis vix tumidiusculis glabris; ligula brevi densa ciliarum series; foliis lanceolatis rigidulis striatis margine scabris; panicula contracta cylindrica demum patente; radiis verticillatis racemosis; spiculis parvis ($^1/_2$-linealibus) glumis inaequalibus persistentibus, pellucidis, inferiore minima, superiore flosculum superante; valvulis aequalibus obtusiusculis; pedicellis brevibus callo apice subcrateriformi; achenio ovato pellucidulo flavo 3-nervio, apiculato. *Linden* hrbr. nr. 1587. Carabobo N. Granada.

109. A. PUMILA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; foliis radicalibus densissime fasciculatis angustissimis planiusculis vel subconvolutis sursum setaceis scabriusculis culmos subaequantibus (1—$2^1/_2$-pollicaribus); culmis simplicissimis in paniculam contractam parvam simplicem terminatis; radiis inaequalibus solitariis alternis pauci-unifloris; glumis lanceolatis glabris acutis inaequalibus, longiore valvulas inter se aequales superante. Habitus Airae potius quam Agrostidis, sed spiculas semper unifloras deprehendo. In Insula Adscensionis legit *Urville.*

110. A. JAPONICA. *Steud.* Radice fibrosa tenui caespitifera; culmis cum tota planta aureoflavescentibus simplicibus vel basi divisis foliatis (5—6-pollicaribus) cum vaginis foliisque anguste-lanceolatis (1—$1^1/_2$″ longis, $^1/_2$—$^3/_4$‴ latis) striatis (e glandulis) sparsim pilosis; panicula terminali, raro cum axillari acuta, racemoso-contracta; radiis pauci-unifloris; spiculis nitidis aureis ($^3/_4$—1‴ longis); glumis subaequalibus acutis laevibus brevioribus valvulis subaequalibus laevissimis acutis. Iterum habitu Airae. Ex Museo Lugd. Batav. Japonia.

111. A. VALVATA. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo debili geniculato tereti striato glabro (pedali et ultra); foliis lanceolato-linearibus cum vaginis glabris, vel tenuissime puberulo-scabris ($1^1/_2$—3″ longis, vix 1‴ latis); ligula membranacea brevi exserta; panicula angusta erecta (usque 3-pollicari); radiis 3—5-nis erectis capillaribus scabris apice pauci- (1—5-) floris; glumis aequalibus acutis glabris laevibus brevioribus valvulis bilinealibus obtusis subaequalibus 3—5-nerviis laevibus; callo parvo nudo, rudimento nullo. Ex Hrbo. Musei Lugd. Batav. Japonia.

112. A. RIGIDULA. *Steud.* Radice tenui fibrosa caespitifera; culmis gracilibus teretibus erectis glabris (ultra pedalibus); foliis imis fasciculatis cum culmis mixtis, culmis similibus angustis convolutis rigidiusculis acuminatis strictis subpungentibus (2—4″ longis) scabridis; panicula elongata (5—6″ longa) subcontracta; radiis inaequalibus erectis verticillatis et irregularibus capillaribus asperulis; spiculis $^3/_4$-linealibus; glumis subaequalibus acutis carina scabris flosculo longioribus (violaceis); valvulis hyalinis aequalibus flosculo plus $^1/_3$ brevioribus basi nudis vel aliquot pilis munitis. Agrostis vel Sporobolus? *Zolling.* hrbr. nr. 2589. Java.

112b. A. MINUTISSIMA. *Steud.* Radice tenuissima fibrosa; culmo simplici pumilo (cum panicula $2^1/_2$ vix ultra 3-pollicari); vaginis brevibus striatulis glabris; ligula elongata (saepe ad 1‴ usque) foliis planiusculis vel subconvolutis angustissimis (4—8‴ longis, basi vix $^1/_3$‴ latis); paniculae simplicissimae radiis solitariis scabriusculis plerumque uni- ad summum 4-floris; spiculis minutis; glumis pilosulo-scabriusculis obtusis flosculo fere duplo brevioribus; valvulis subaequalibus (flavescentibus) subaequalibus glabris obtusiusculis; callo oblongo. *Fendler* Hrbr. nr. 986. Nov. Mexico.

β. Setigerae vel aristatae.

113. A. BERGIANA. *Trin.* (Agrost. p. 117.) Radice fibrosa; culmo tenui simplici (8″—$2^1/_2$′ alto) cum nodis glabris; vaginis hispidulis; ligula 1—$1^1/_2$-lineali; foliis erectis (2—6″ longis, $^1/_2$—1‴ latis) deorsum asperis; paniculae patulae lucidae (3—11-pollicaris, pallide viridulae vel amethystino variae) radiis 2—4-nis tenuissimis a medio vel superne floriferis; pedicellis spiculam subaequantibus; glumis $^2/_3$-linealibus acutis aequalibus; valvula inferiore supra medium aciculata, glumas aequante, superiore paulo breviore, callo eberbi, rudimento nullo. A. capensis. *Steud.* Flora 1829. p. 467. Pr. b. sp.

114. A. ECKLONIS. *Trin.* (l. c. 118.) Radice tenuissime fibrosa, culmo erecto tenui-filiformi nodisque glabris; vaginis scabriusculis; ligula angusta sublineali apice fissa; foliis tenuifiliformibus (2—8-pollicaribus) glabris; paniculae subpauperculae contractiusculae vel subpatulae (2—4-pollicaris) radiis binis tenerrimis supra medium floriferis; spiculis albidis apertis; glumis aequalibus linearibus acutis superne carina scabris; valvula inferiore aut infra medium setigera aut mutica 5-nervia apice brevi 4-denticulata, superiore illam aequante binervia; callo brevissime barbatulo, rudimento nullo. *Eckl.* Hrbr. un. it. 943. Pr. b. sp.

115. A. TRICHOPODES. *Ell.* (Bot. I. 135.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto tereti striato (sine panicula, bipedali) glabro foliato; foliis complicato-teretibus glaucis glabris culmo multo brevioribus; ligula exserta elongata; panicula diffusa lucida maxima (fere 1′ alta, 3—4″ lata) ovata; radiis subsolitariis divisis capillaribus, radiolis ultimis unifloris; spiculis purpurascentibus; glumis inaequalibus utraque quam flosculus breviore; valvulis subaequalibus 3-nerviis, inferiore seta ipsam aequante recta terminata; callo nudo. Species pulcherrima, nec cum ulla alia jungenda. Sec. spec. ex Hrbo. *C. W. Short.* ♃ Florida.

116. A. TORREYI. *Kunth.* (En. I. 226.) Radice perenni, repente (?); culmis dense caespitosis basi ramosis incurvis foliatis glabris (3—4-pollicaribus); foliis brevibus ($^3/_4$″ longis) subulato involutis distichis patentibus rigidis pungentibus; vaginis imbricatis carinatis profunde striatis; panicula contracta spicaeformi; radiis alternis subsimplicibus flexuosis; pedicellis sursum incrassatis; flosculis lineari-lanceolatis purpurascentibus; glumis subaequalibus lineari-lanceolatis corolla parum longioribus in setam brevem attenuatis vel cuspidatis glabris; valvulis duabus basi nudis subscabris, inferiore in aristam flosculo longiorem terminata. Agrostis caespitosa *Torr.* Ann. Mus. Novebor. I. 152. ♃ Missouri.

117. A. NEOGAEA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo subarundinaceo firmo erecto (3—4-pedali) nodisque glabris;

vaginis elongatis striatis laevibus foliisque glabris; his lanceolato-linearibus (4—6″ longis, 2—3‴ latis) retrorsum margineque asperis; ligula longe exserta lacera; panicula ampla (pedali et ultra) diffusa patente nutante; radiis remote verticillatis valde inaequalibus, brevioribus a basi — longioribus (usque 4—5-pollicaribus) longius supra basin densiuscule floriferis; spiculis subsessilibus linealibus; glumis subaequalibus hirtiusculis acuminatis flosculo longioribus; valvula inferiore apice truncata denticulata, aristula glumas vix excedente. Hrbr. *Despreaux*. Terra nova.

118. A. CHAMAECALAMUS. *Trin.* (l. c. 119.) Radice fibrosa; culmo simplici (3—12-pollicari) cum nodis vaginisque glabris; ligula obtusa; foliis planis glabris (1—4″ longis, 1—2‴ latis); paniculae contractae densae inferne sublobato interruptae radiis pluribus inaequalibus semiverticillatis, brevioribus a basi, longioribus superius floriferis; glumis subaequalibus sesquilinealibus acutis uninerviis ad nervum vix scabriusculis; valvula inferiore apice 4-laciniata, supra medium aristata glumis parum breviore; arista geniculata glumis dimidio longiore; valvula superior e $^1/_4$ breviore angustiore apice denticulata; callo barbato, rudimento nullo. Chamaecalamus spectabilis *Nees* et *Meyen*. ♃ Peru.

Caeterum in genus proprium sub Avenaceis militans: Bromidium a citatis autoribus in N. act. N. C. XVII. supl. 2. p. 154. sequentes species referuntur: A. Chamaecalamus *Trin.* A. rigescens *Presl.* A. hygrometrica *Nees.* A. Preslii *Kunth.* et denique indescripta species Bromidium brevifolium *Nees* ex Am. sptr. Generis character est: Panicula saepe spicaeformis; spiculae uniflorae; glumae duae aequales membranaceae uninerviae flosculo longiores, inferior paulo latior; flosculus callo brevi lanato utrinque fasciculo pilorum barbulato impositus bivalvis; valvula inferior chartacea viridula convoluta dorso convexa inferne 5-nervia, nervis obsoletis, a medio 4-nervia hinc in medio canaliculata, nervo medio in setam scabram a medio recurvam inferne leniter tortilem excurrente, apice bi-quadriseto angusto, interstitiis setulorum nudis, aut bi-quadridentato; valvula superior parva angusta bidentata; lodiculae parvae truncatae; stamina 2—3, ovarium apice angustatum laeve; styli discreti; stigmata pilis simplicibus plumosa.

119. A. TRISETOIDES. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis inaequalibus (2—6-pollicaribns) cum nodis vaginisque striatis glabris; ligula exserta oblonga hyalina obtusa (2-lineali); foliis brevibus lanceolatis acutis laevibus glabris ($^1/_2$—$1^1/_2$″ longis, $^1/_2$—$^3/_4$‴ latis); panicula contracta subspicata sublobata (pollicari); radiis inaequalibus subverticillatis basi nudis brevioribus a basi floriferis, erectis, spiculis linealibus et ultra glabris viridi-albidis; glumis ovato-lanceolatis carinatis acutis dorso viridibus lateribus albidis praeter carinam scabridam laevibus flosculum pilosum multo superantibus; valvulis subaequalibus, utraque apice setuloso acuminata, inferiore fere e basi aristata, arista geniculata valvulam plus duplo superante. (Trisetum refert, sed flosculi semper uniflori. Hrbr. *Lechler* nr. 724. Arigue. Chili.

120. A. AIRAEFORMIS. *Steud.* Radice fibrosa subrepente; culmo tereti erecto striato, foliato glabro (bipedali); ligula exserta oblongo-ovata hyalina obtusa quandoque fissa; foliis striatis angustis acutis (2—4″ longis, $^1/_2$‴ latis, sub lente valida tenuissime puncticulato scabriusculis); panicula laxa patentissima (5—6″ alta, 3—4″ lata) basin versus et ad radios inferiores stipulis binis parvis indurato-mucronulatis stipata; radiis subbinis dicaricato ramulosis, radiolis repetito bi-trichotomis capillaribus hispidulis unifloris; glumis ovato-lanceolatis acutis (viridi-violaceis) carina hispidis flosculum glabrum superantibus; valvulis subaequalibus apice sub denticulatis pellucidis, inferiore e medio brevi aristulata, arista valvulam excedente glumis minore setulosa facile decidua (an deficiente?) Habitus Airae. *Philippi* pl. chil. 58. Cordilleras. Chili.

121. A. LOBATA. *R. Br.* (Prodr. 171.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui simplici ($1^1/_2$-pedali) scabriusculo; nodis vaginisque et foliis glabris, his planis vel subconvoluto compressis ($1^1/_2$—8″ longis, 1‴ latis); paniculae densae cylindraceo-contractae (2—3-pollicaris albescentis vel rufescentis) radiis adpressis compositis a basi floriferis; spiculis bilinealibus angustis; glumis acutis subaequalibus ad carinam brevissime serrulatis; valvula inferiore medio inter basin et medium aristata glumis $^1/_3$ breviore, apice 4-denticulata, tenui 5-nervia; arista subgeniculata glumas vix excedente; valvula superiore $^1/_3$ breviore apice erosula 2-nervia; callo circumcirca barbatulo; rudimento nullo. Vilfa lobata *Beauv.* ⊙ N. Holl.

122. A. DIAPHORA. *Trin.* (Agrost. II. 120.) Radice fibrosa; culmo erecto (2—4-pedali) nodisque glabro; vaginis internodio dimidio brevioribus glabris vel scabriusculis; ligula 1—2-lineali fissa; foliis planis vel compressiusculis (2—5 in majoribus ultra 12″ longis, 2‴ latis); paniculae junioris subcylindrico contractae angustae, maturae patulae (pollicem latae, 3—9″ altae) radiis pluribus fasciculato-semiverticillatis inaequalibus a basi floriferis; spiculis sub-2-linealibus; glumis acutis uninerviis subaequalibus; valvula inferiore inter basin et medium aristata apice 4-dentata; arista geniculata spiculas parum excedente; valvula superiore angustiore paulo breviore; callo antice barbato, rudimento nullo. ♃ Terra Van Diemen.

123. A. QUADRISETA. *R. Brown.* Radice fibrosa; culmo erecto gracili simplici (2—3-pedali), nodis vaginisque internodio multo brevioribus glabris; foliis planis stricto-erectis inferioribus longioribus superioribus brevioribus (1—8″ longis, 1‴ latis); ligula bi-lineali oblonga; paniculae thyrsodis cylindraceo-densae (4-pollicaris) radiis semiverticillatis adpressis (fere) a basi floriferis; spiculis lineari-lanceolatis angustis 2-linealibus; glumis acuminatis ad carinam denticulatis subaequalibus; valvula inferiore glumis $^1/_4$—$^1/_3$ breviore, fere ad medium fissa in lacinias 4 subulatas, infra medium aristata; arista spiculas paulo excedente subtorta et subgeniculata; valvula superiore $^1/_3$ breviore angustiore acutissima; callo utrinque barbatulo; rudimento nullo. *Trin.* Ic. III. t. 33. Avena quadriseta *Labil.* N. Holl. t. 32. ⊙ N. Holl.

124. A. FORSTERI. *R. S.* (II. 359. et *Less. Rich.* Voy. Astrol. Bot. I. 131.) Culmo filiformi erecto geniculato simplicissimo laevi glabro foliato (2-pedali); foliis linearibus acutis planis striatis glabris; vaginis longis basi contractioribus; ligula alba acuta elongata ($^1/_2$-pollicari); radiis subverticillatis erectis capillaribus apicem versus divisis; spiculis in apicibus radiolorum subsessilibus erectis minimis; glumis subaequalibus lineari-lanceolatis patentibus; valvulis inaequalibus erectis clausis, exteriore glumas subaequante lanceolata acuminata e dorso aristata; arista basi torta geniculata calyce duplo longiore, interiore valvula duplo minore diaphana mutica. (Ex schedis manuscriptis *Forsteri* in Biblioth. Jussieui.) Avena filiformis *Forst.* Prodr. nr. 46. non *Labil.* Deueuxia Forsteri. *Kunth.* Gram. I. 77. Lachnagrostis filiformis. *Trin.* fundam. 128. N. Zeeland.

125. A. PRESLII. *Kunth.* (En. I. 225.) Radice fibrosa; culmis dense caespitosis stricto-erectis (bipollicaribus) simplicibus firmis glabris; ligula brevissima truncata; foliis numerosis involutis rigidis patentibus ($^1/_3$—$^1/_2$-pollicaribus) glabris; paniculae contractae densae ($^1/_2$—1″ altae, 2—3‴ latae) radiis adpressis (1—2-linealibus) 1—3-floris; spiculis lineari-lanceolatis ultra bilinealibus (luteolo-virescentibus, apice atropurpureis); glumis acutiusculis parum inaequalibus; valvula inferiore glumis $^1/_3$ breviore apice brevi-bidenticulata, supra basin aristata; aricta glumas aequante vel parum superante; valvula superiore $^1/_4$ breviore apice ciliolata; callo antrorsum barbulato; rudimento valvula 3—4-plo breviore piloso. A. caespitosa *Presl.* Rel. Haenk. I. 237. ♃ Chili? Peru?

126. A. RIGESCENS. *Presl.* (l. c.) Radice fibrosa caespitifera; culmis simplicibus teretibus rigidis strictis (2-pollicaribus) glabris; ligula brevi truncata; foliis rigidis canaliculatis glaberrimis culmum superantibus; panicula contracta spicaeformi ($1^1/_2$-pollicari) lineari stricta; spiculis

lanceolatis bilinealibus; glumis oblongo-lanceolatis acutissimis uninerviis, inferiore paulo majore; flosculo basi pilis brevissimis cincto; valvula inferiore oblongo-lanceolata 4-mucronata; arista e medio dorsi enascente recta valvulam aequante, inferiore $^1/_3$ breviore apice bidentata. ♃ Peru.

127. A. ANTARCTICA. *Hook fil.* (Antar. Voy. 374. t. 132.) Radice fibrosa; culmo erecto foliato cum nodis vaginis foliisque glabris, his anguste linearibus (4—8″ longis, vix 1‴ latis) margine scabris; ligula lanceolata hyalina longe exserta; paniculae erectae interruptae (2—4-pollicaris) contractae radiis verticillatis abbreviatis scabris; inaequalibus, brevioribus fere a basi longioribus (vix pollicaribus) versus medium floriferis; spiculis lanceolatis patulis (2-linealibus); glumis subaequalibus acuminatis carina hispidis; valvulis subaequalibus ovarium (et achenium compressum ovatum) arcte involucrantibus; valvula infra medium aristata, arista medio geniculata glumis $^1/_3$ longiore. Sec. specimen Hookerianum. Ins. Falkland. Variat: culmo humiliore, foliis angustioribus rigidioribus; panicula depauperata. Kerguelen Land.

128. A. SIMENSIS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 562.) Radice fibrosa, culmis erectis intermixtis quandoque sterilibus flaccidis (1—3-pedalibus); cum nodis vaginisque glabris; ligula excerta (2—3-lineali) setuloso-fissa; foliis planis erectis (2—3″ longis, 1—2‴ latis); paniculae erectae interruptae (2—5-pollicaris) subpyramidatae radiis densis verticillatis inaequalibus, longioribus versus medium floriferis; spiculis angustis lanceolatis demum apertis $1^1/_2$-linealibus; glumis subinaequalibus acutissimis ex toto piloso asperis; valvulis subaequalibus quam glumae subdimidio brevioribus hyalinis, inferiore infra apicem aristata subtilissime 5-nervia apice setuloso-fissa; arista recta glumas subaequante; valvula superiore vix minore apice bifida; callo nullo, rudimento nullo. A. stolonifera *Lin.* var. *Rich.* Fl. Abyss. II. 400. Abyssin.

129. A. HIRTELLA. *Hochst.* (mspt.) Radice fibrosa; culmo basi stolonifero-ramoso vel (sursum) simplici (1—2-pedali) cum nodis vaginisque glabris; ligula exserta subbilineali lacera; foliis planis angustis linearibus (3—6″ longis, $^1/_2$—$1^1/_2$‴ latis) glabris; paniculae subcontracto pyramidatae (2—4-pollicaris) radiis inaequalibus 3—5-nis a basi vel supra basin floriferis; spiculis lanceolatis ultra linealibus demum patentibus (pallide viridibus vel amethystinis); glumis aequalibus acuminatis ex toto hirtis; valvulis parum inaequalibus quam glumae $^1/_3$ usque $^1/_2$ brevioribus hyalinis, inferiore medio inter apicem et medium aristata: arista glumas $^1/_3$—$^1/_2$ excedente callo piloso, rudimento nullo. ⊙ In montosis prov. Siemen Abyssin.

Sectio II. Valvulae pilosae.

a. *Muticae.*

130. A. VESTITA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyss. nr. 1788.) Radice fibrosa emittente praeter culmum unum alterumve stolonem sterilem; culmo erecto geniculato cum nodis vaginisque glabro ($1^1/_2$—2-pedali et ultra); ligula exserta bilineali apice acuta denticulata; paniculae elongatae (subpedalis) laxae interruptae radiis 4—7-nis semiverticillatis valde inaequalibus compositis versus medium floriferis; spiculis lanceolatis linea parum longioribus demum apertis (pallide viridibus); glumis acutis angustis acuminatis subaequalibus ad carinam aculeolatis; valvulis parum inaequalibus quam glumae $^1/_4$ brevioribus undique pilosis; rudimento nullo. *Rich.* Fl. Abyss. II. 400. ⊙? Abyssinia.

131. A. LACHNANTHA. *Nees.* (Ind. sem. H. Vratisl. 1834 et: sub: Podosaemum, Fl. afr. I. 148.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici ($1^1/_2$—2-pedali) retrorsum cum vaginis scabriusculo; nodis glabris; ligula elongata 1—2-lineali; foliis planis linearibus (2—5″ longis, 1—2‴ latis) scabriusculis glaucescentibus; paniculae sublinearis contractiusculae (6—13-pollicaris) radiis pluribus semiverticillatis ($^1/_2$—3-pollicaribus) ad medium usque vel paulo minus nudis; spiculis linealibus subsplendentibus; glumis aequalibus acutis ad nervum aculeolato-scabris; valvulis subaequalibus exteriore apice bidenticulata infra apicem brevissime setuligera vel mutica calloque villosis; rudimento nullo. ⊙ Pr. b. sp. (An satis a praecedente distincta?)

132. A. DREGEANA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici erecto (3-pedali) cum vaginis nodisque glabro; ligula fissa; foliis linearibus angustis (3—5″ longis, vix 1‴ latis) glabris; paniculae elongatae (subpedalis) ramis erecto patentibus 3—6-nis valde inaequalibus brevioribus a basi plurimis versus medium floriferis ramulosis; spiculis linealibus (purpura tenuissima afflatis) demum apertis; glumis aequalibus acutis carina scabris; valvulis glumis $^1/_3$—$^1/_4$ brevioribus acutis ex toto pilis sparsis longis vestitis, muticis; rudimento nullo. Sub: Podosaemum angustum *Nees* misit *Drege*, a quo vix dubie diversa. Afr. austr.

133. A. UMBELLULATA. *Trin.* (Agrost. II. 124.) Culmo tenui ramosissimo (2—3-pollicari); nodis geniculatis glabris; vaginis junioribus sparsim pilosis; ligula vix ulla nisi pili longiusculi; foliis tenuissimis (1—2″ longis, vix $^1/_2$‴ latis) glabris; paniculae vel potius umbellae uninodis (semipollicaris) pauperrimae patulae radiis 4 inaequalibus unifloris tenerrimis; spiculis linea parum longioribus; glumis aequalibus acutis glabris; valvula inferiore mutica glumas aequante undique — superiore aequilonga praesertim versus marginem pilosa; callo pilosulo vel sub nudo; rudimento nullo. (Cfr. Colpodium pusillum *Nees?*) Pr. b. sp.

134. A. SCABERRIMA. *Hassk.* (Pl. jav. rar. p. 26.) Radice (in stagnantibus) longissime repente; caule adscendente ancipiti glaberrimo, ad nodos pilis albidis retrorsis hirto (6—8-pollicari); foliis planis patentibus lineari-lanceolatis utrinque vaginisque scaberrimis margine cartilagineo-serrulato-asperis; ligula brevi truncata ciliata; panicula patente ovata (2-pollicari) simplici; radiis alternis flexuosis, inferioribus 6—7- superioribus 3—4-spiculatis; glumis inaequalibus, inferiore acuminata 9-nervia hispido-scabra, florem superantibus. ♃ Java.

b. *Aristatae.*

135. A. ROYLEANA. *Trin.* (l. c. 125.) Radice fibrosa; culmis adscendenti-caespitosis tenuibus simplicibus (8—18-pollicaribus) cum nodis vaginisque glabris; ligula $^1/_2$—1-lineali obtusiuscula; foliis planis vel convolutis ($^1/_2$—3″ longis, $^1/_2$—1‴ latis); paniculae tam contractae quam patentis lucidissimae (2—6-pollicaris) radiis 2—5-nis nunc fere a basi nunc versus medium floriferis; spiculis ultra linealibus; glumis acutis parum inaequalibus; valvula inferiore glumis $^1/_3$—$^1/_4$ breviore tota (lateribus sparsius) villosula infra medium dorso aristata; arista geniculata glumas excedente; valvula superiore $^2/_3$—$^1/_3$ breviore rarius subaequali; rudimento barbato. Lachnagrostis Royleana et L. Hookeri *Nees* in *Royl.* Hrbr. ⊙ Ind. or.

136. A. VAGINATA. *Steud.* Radice fibrosa, caespitifera; culmis foliiferis totis vaginatis, vaginis subtumidis suprema basin paniculae (florentis) amplectente, striatis glabris; ligula hyalina exserta: foliis anguste-lanceolatis subconvolutis glabris striatulis ($1^1/_2$—$2^1/_2$-pollicaribus, lineam vix latis); panicula subpatente; radiis capillaribus fasciculatis longe nudis apicem versus divisis; spiculis patulis vix ultra linearibus; glumis parum inaequalibus carina scabris, pallide viridibus quandoque laevissime purpureo tinctis valvula inferiore tota plus minus brevi pilosa, interiorem vix breviorem includente, arista infra medium orta rectiuscula flosculum duplo superante; rudimento nullo. Aira in Hrbo. *Raoul* Musei Paris. N. Zeelandia.

137. A. LIGULATA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo ($^1/_2$-pedali) vaginato apice libero, foliato tereti glabro; foliis anguste lanceolatis planis vel complicatis longitudine varia (1—3″ longis, $^1/_2$‴ vel parum ultra latis) asperulis; ligula elongata (2—$2^1/_2$‴ longa) apice fissa vel

lacinulata; panicula laxa (3—4-pollicari), radiis verticillatis remotis capillaribus basi longe nudis; spiculis patulis ultra linealibus; glumis parum inaequalibus pallide viridibus margine et apice acuminato membranaceo-hyalinis, dorso remote subaculeolato asperis (sub lente valida); flosculo glumis duplo breviore; valvula inferiore longe pilosa, infra medium aristata, medio geniculata glumas fere duplo superante. *Blondowsky* Hrbr. nr. 155. N. Holl.

138. A. PILOSULA. *Trin.* (l. c. 126.) Culmo simplici (pedali) toto vaginato, nodis vaginisque glabris; ligula ultra lineali obtusa; foliis planis (6—9″ longis, 2‴ latis) acuminatis deorsum scabris; paniculae contractae tenerae (8-pollicaris) radiis subternis erectis inferne nudis trichotomo- et contracto-radiolosis; spiculis (ultra) linealibus (pallide viridibus); glumis subaequalibus acutis carina aculeolatis; valvula inferiore glumis parum breviore villis subraris obsita inter basin et medium aristata; arista geniculata glumas excedente; valvula superiore breviore; rudimento nullo. Ind. or.

139. A. CILIATA. *Trin.* (l. c. 127.) Radice fibrosa; culmis inferne geniculatis tenuibus simplicibus (pedalibus) cum nodis vaginisque glabris; ligula $^1/_2$ lineali; foliis planis linearibus (2$^1/_2$″ longis, circiter 1‴ latis) deorsum scabriusculis; paniculae laxae patulae (3—3$^1/_2$-pollicaris) radiis 4—2-nis circiter a medio floriferis; spiculis ultra 1$^1/_2$-linealibus; glumis subaequalibus acutis ad carinam aculeolatis; valvula inferiore glumis $^1/_3$ usque fere $^1/_2$ breviore villis obsita medio dorso aristata; arista recta vel geniculata glumas paulo superante; valvula superiore 2—3-plo breviore obtuse 3-loba; rudimento nullo? Lachnagrostis ciliata *Nees.* ⊙ Ind. or.

140. A. NITENS. *Gusson.* (Fl. sic. I. 59.) Radice fibrosa; culmis procumbenti-obliquis (4—9-pollicaribus) inferne florifero-ramosis, ad nodos glabros geniculatis; ligula 1—1$^1/_2$-lineali obtusa demum bifida; foliis planis linearibus (1—2$^1/_2$″ longis, $^1/_2$—$^3/_4$‴ latis) rigidulis; paniculae thyrsiformis lanceolato-oblongae densae ($^1/_2$—1-pollicaris) radiis brevibus erectis; spiculis 1$^1/_2$—2-linealibus (glaucis vel flavescentibus); glumis lanceolato-linearibus acutis subinaequalibus ad carinam hispidulis; valvula inferiore glumis 3-plo breviore tota villosula, apice longe biseta medio aristata, arista geniculata glumis parum breviore; valvula superiore aequilonga angustiore binervia nervis in aciculam brevem productis; rudimento tenui barbato. Lachnagrostis Gussonis *Trin.* Ic. XX. t. 243. ⊙ Sicil. Alexandr.

141. A. CHAMISSONIS. *Trin.* (Agrost. II. 128.) Radice dense-fibrosa; culmis dense caespitosis erectis (3—5-pollicaribus) cum nodis vaginisque glabris; foliis planis in caespite confertis paniculam aequantibus ($^1/_2$‴ latis); paniculae lineari-oblongae contractiusculae (1—2-pollicaris, viridi albo-flavescentis) radiis compositis subbinis a basi et superius floriferis; spiculis 1$^1/_2$—2-linealibus (pallide stramineis); glumis lineari-lanceolatis acuminatis ad carinam denticulatis aequalibus; valvula inferiore glumis subduplo breviore tota villosula tenuissime 5-nervia, aciculis 4 terminata, medio aristata, arista recta glumas aequante; valvula superiore angustiore subaequilonga glabra binervia; rudimento barbato. Lachnagrostis Chamissonis *Trin.* Ic. XXI. t. 242. Deyeuxia? Chamissonis *Kunth.* ⊙ Ins. Paschatis.

142. A. BILLARDIERI. *R. Brown.* Culmo inferne geniculato simplici (5—12-pollicari) nodisque glabro; vaginis sursum scabriusculis; foliis duriusculis strictis acutissimis (2—5″ longis, 1—1$^1/_2$‴ latis) deorsum asperis; paniculae laxae expansae (3—7-pollicaris) radiis binis 2—4-pollicaribus 2—3-chotomis radiolis unifloris; spiculis bilinealibus et ultra; glumis subaequalibus angustis acutissimis ad carinam brevi-aculeolatis; valvula inferiore glumis dimidio breviore ad callum circumcirca barbata caeterum glabra tenui 5-nervia apice 4-subulata, medio aristata; arista glumis (fere duplo) longiore; valvula superiore paulo breviore glabra 2-nervia. Avena filiformis *Labil.* N. Holl. I. t. 31. (non *Forst.*) N. Holl.

143. A. WALLICHIANA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto gracili glabro foliato (usque bipedali); foliis anguste linearibus (5—7″ longis, vix 1‴ latioribus) margine scabriusculis glabris; ligula obtusa hyalina; panicula subcontracta (usque 6-pollicari) pallide viridi; radiis inferioribus fasciculatis 4—6-nis, superioribus paucioribus, omnibus supra medium in radiolos divisis; spiculis linea parum longioribus; glumis carinatis lato-lanceolatis acutis carina scabris flosculo duplo longioribus; valvulis plus minus dense pilosis, apice hyalinis acutis integris; arista parum supra basin inserta tenui subgeniculata flosculum duplo glumas $^1/_3$ superante. Agrostis nr. 3775 a. *Wall.* Hrbr. Himelaya.

144. A. PILOSA. *Lesson Rich.* (Astrol. 134. t. 23.) Culmo erecto tereti aspero (bipedali et ultra); foliis linearibus acutis striatis piloso-asperis basi vaginantibus; vaginis longissimis striatis asperis; ligula membranaceo-hyalina (3—4‴ longa) apice fissa; panicula ampla expansa (usque pedali) erecta; radiis capillaribus repetito trichotomis basi longe espiculatis, hispidulis; glumis vix inaequalibus, dorso carinatis viridibus margine hyalinis lanceolato-acutis integris carina pilosulis valvulas superantibus; valvula exteriore convoluta pilosa, pilis albido-hyalinis erectis, apice laciniato-bifida, dorso supra medium aristata sub-4-nervia, arista exserta gracili hirtella, valvula interiore breviore hyalina anguste-lanceolata acuta glabra pilis ad basin flosculi plus minus longis; flosculo rudimentali nullo. A. expansior *Steud.* in litt. ad amic. N. Zeeland. Ins. Tusmann.

145. A. ELATIOR. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici erecto glabro (2-pedali); foliis elongatis planis (pedalibus) superioribus multoties brevioribus subconvolutis rigidulis; ligula exserta hyalina fissa; panicula contracta subcylindrica densissima (3—5-pollicari) radiis densis erectis adpressis a basi fere floriferis; glumis subaequalibus acuminatis (apice pallide violaceo-pupurascentibus) flosculos superantibus; valvulis basi piloso cinctis (pilis demum evanescentibus), exteriore scabriuscula infra medium aristata, interiore apice setuloso-bifida. A. pilosa? Hrbr. Mus. Paris. sed non praecedens. *Raoul* legit in N. Zeeland.

146. A. SEMIBARBATA. *Trin.* (Agrostid. II. 132.) Culmo tenui (bipedali) sursum cum vaginis scabro, nodis glabris; foliis compressis (4—5″ longis, $^1/_2$‴ latis) deorsum scabriusculis; paniculae apice apertae (10-pollicaris) radiis 3—5-nis inaequalibus (5—8-pollicaribus) 2—3-chotomis superne paucifloris; spiculis 3-linealibus (e glauco- et albo-variis, raro purpureis); glumis angustis ad carinam scabriusculis acutis parum inaequalibus; valvula inferiore glumis $^1/_4$ breviore inferne villosa, infra medium aristata, apice 4-subulata, superiore angustiore glabra; arista subgeniculata glumis dimidio longiore, rudimento barbato. Terra Van Diemen.

147. A. PLEBEIA. *R Br.* (Prodr. 172.) Foliis subsetaceis; paniculae effusae radiis capillaribus; glumarum carinis nudiusculis; valvula exteriore longitudinaliter pubescente, apice biaristata basi aristata, arista glumis duplo longiore. N. Holl.

148. A. MONTANA. *R. Br.* (l. c. 171.) Foliis involuto setaceis; paniculae coarctatae subcylindraceae ramis imbricatis; glumis acuminatis coloratis; valvula exteriore pubescenti scabriuscula apice bidentata, infra medium aristata; callo piloso. Ins. Diemen.

149. A. ARUNDINACEA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 238.) Culmo erecto simplici tereti geniculato (2$^1/_2$—3-pedali) praecipue sub nodis scabro; vaginis arcte adpressis striatis glabris; ligula margo angustus membranaceus lacinulatus; foliis linearibus convolutis acutis inferne margineque scabris; panicula contracta ramosa nutante oblongo-lanceolata (7″ longa); radiis radiolisque alternatim fasciculatis scabris,

pedunculis versus apicem incrassatis brevioribus spiculis lanceolatis (1½-linealibus); glumis subaequalibus oblongo lanceolatis acutis nervo scabris; flosculo basi villis cincto glumas aequante; valvulis aequilongis inferiore bidentata superiore integra, arista subdorsali valvula sua duplo breviore. ♃ Peru.

150. A. BRACHYPHYLLA. *Nees.* (Linn. XIX. 690. sub: Podosaemum.) Culmis adscendentibus compresso trigonis ramosis vaginisque laevibus; foliis lineari-subulatis scabris strictis spicas axillares vix aequantibus; paniculis spiciformibus densis lateralibus subincluse pedunculatis terminalique majore exserta; glumis subaequalibus caudato-aristatis scabris; flosculo glumis majore, valvula inferiore patulo-pilosa, longe caudato-subulata. Cinnae mexicanae *Beauv.* proxima, sed ob flosculos longius aristatas cum sequente huc relata. ♃ Mexico.

151. A. GLAUCA. *Nees.* (l. c. 689. sub: Podosaemum.) Culmis erectis polyphyllis floccoso-pubescentibus; foliis lineari-lanceolatis attenuatis scabris glaucis, supremis convoluto-setaceis; paniculae coarctatae cylindricae radiis brevibus; glumis ovatis carinatis uninerviis subulato-mucronatis flosculo paulo brevioribus, carina apicem versus pubescenti-scabris; flosculo a basi ad medium usque villoso; valvula inferiore juxta apicem setigera, seta valvulis breviore. ♃ Mexico.

151b. A. GAYANA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto stricto humili (3—4-pollicari); vaginis laxis striatis glabris; ligula hyalina longe exserta fissa; foliis subconvoluto-setaceis angustissimis culmum subaequantibus vel brevioribus glabris; panicula contracta ovata vel oblonga (1—2-pollicari); radiis verticillatis capillaribus brevibus pilosulis; glumis ovato-lanceolatis glabris carina vix scabris (purpureo et albido-violaceis) flosculo duplo longioribus, hoc basi et ad valvulas longe piloso; valvulis apice 2—3-dentatis, inferiore ex ima basi aristata, arista glumas parum excedente. *Claud Gay* legit in Chili.

152. A. TRICHANTHA. *Schrank.* (Regensb. Denksch. II. p. 5.) Culmo binodi (pede breviore); foliis angustissimis siccitate involutis (3—6-pollicaribus); paniculae coarctatae (3-pollicaris) radiis erectis brevibus; spiculis bilinealibus e viridi et lilacino vel purpureo variis); valvulis quam glumae brevioribus aequilongis pilis elongatis munitis; inferiore apice 3-dentata, basi aristata; arista vix longitudine spiculae. Labrador.

153. A. GROENLANDICA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo geniculato 4-nodo (cum panicula ultra pedali); vaginis laxis solutis striatis (amethystinis); ligula longe exserta (2—3-lineali et ultra) apice obtuso vel acutiusculo fissa basi cum vagina concolore; foliis planis striatis scabris (3—6″ longis, 1‴ latis) lanceolatis acuminatis; panicula basi vaginae folii summi tecta (3—4-pollicari, ½″ lata) subcontracta; radiis capillaribus tenui pilosis basi nudis, apice in radiolos paucifloros divisis; spiculis bilinealibus plus minus purpurascentibus; glumis lanceolatis concavis pilosis superantibus flosculum piliis longis obvallatum et obsessum; valvula inferiore apice irregulariter 3—4-dentata, infra medium aristata, arista vix ipsius longitudine. Vix prioris quocum quoad structuram flosculi omnino convenit, tantum varietas. Groenlandia.

III. *Species minus notae, plures forsan ad Vilfam vel alia genera referendae.*

154. A. BRACHYSTACHYS. *Presl.* (Fl. sic. I. p. 44 sub: Vilfa.) Caule basi ramosissimo decumbente; foliis planis brevibus; panicula glomerato-spicata subsecunda; glumis lanceolatis acutis, inferiore minore; his cum valvulis dorso scabris. Sicilia.

155. A. BRYOIDES. *Dumort.* (Fl. belg. p. 152.) Rhizomate repente; culmis minimis basi ramosis; ligulis elongatis; racemo simplicissimo ovato; paleis subaequalibus; valvulis muticis, exteriore mucronata. ♃ Belgium.

156. A. PUSILLA. *Dumort.* (Agrost. belg. 129. t. 10. f. 37.) Rhizomate repente; foliis radicalibus setaceis; ligula foliorum inferiorum obtusa, superiorum multifida; glumis carina scabris; valvula exteriore sub medio aristata, arista geniculata glumis fere duplo longiore, valvula interiore nulla. ♃ Belgium.

157. A. BREVIFOLIA. *Nutt.* (Gen. I. 44.) Culmis solidis compressis subcaespitosis basi ramosis erectis; foliis anguste subulatis erectis culmo multo brevioribus; panicula composita, racemis alternis adpressis interruptis; glumis aequalibus breviter acuminatis; valvulis quam glumae multo brevioribus subaequalibus teretibus coloratis inferiore dorso breviter mucronata. (cfr. Vilfa compressa *Trin.* quacum vix apte jungit *Spr.*) Missuri.

158. A. DIANTHERA. *Schult.* (Mants. II. 571.) Culmo ad nodos ramoso (1—2-pedali); foliis anguste lanceolatis fere ensiformibus planis culmo 3-plo brevioribus; paniculae elongatae (pedalis et ultra) radiis alternis (2—3-pollicaribus) sursum abbreviatis, radiolis paucissimis adpressis, florentibus patentibus; spiculis secundis adpressis brevi-pedicellatis vel sessilibus. A. diandra *Hornm.* Syll. Ratisb. 1824. 193. Ind. or.

159. A. DISPAR. *Michx.* (Flor. I. 53.) Culmis erectis elatis glabris; foliis elongatis acutis glabris; paniculae laxae pyramidatae radiis subverticillatis multifloris; glumis multo majoribus quam valvulae muticae quarum interior minima. Non est: Trichodium elatum *Pursh.* Carolina.

160. A. GLABRA. *Kunth.* (En. I. 226.) Culmo tereti vaginisque glabro; foliis scabris; ligula elongata ovata multifida; panicula erecta laxa (7-pollicari) patentissima; radiis semiverticillatis superne ramulosis cum rhachi glaberrimis; pedunculis apice incrassatis subbrevioribus spiculis lanceolatis bilinealibus fuscescenti-viridibus; glumis subaequalibus uninerviis nervo scabris; valvulis gluma brevioribus quadridentatis quinquenerviis. Trichodium glabrum *Presl.* Rel. Haenk. I. 244. Chili.

161. A. UMBELLATA. *Colla.* (Mem. Turin. 29. p. 23. t. 57.) Foliis strictis linearibus culmoque strictis scabriusculis; panicula coarctata glabra; radiis verticillatis, verticillis umbellatis, radiolis capillaribus subquaternis unifloris; glumulae valvis aequalibus acuminatis scariosis; perigonio brevissimo, valvulis inaequalibus muticis; caryopsi libera. (Nec in *Berteroi* nec in aliis collectionibus Chilensibus detegere possum hanc speciem.) Chili.

162. A. HIRSUTA. *Lin. fil.* (Supl. 108.) Culmo foliisque hirsutis; panicula subspicata; valvulis dorso aristatis, apice aristis binis brevissimis aristatis. Polypogonis species? *Trin.* Teneriffa.

163. A. MEDIA. *Carmich.* (Linn. Trans. XII. 504.) Culmis filiformibus ramosis; foliis setaceis; panicula simplici rara; glumis acutissimis pubescentibus; carina longitudinaliter denticulata; perianthio sessili imberbi; seta terminali valvulam subaequante. Ins. Trist. Acunha.

164. A. RAMULOSA. *Carmich.* (l. c.) Culmis filiformibus ramosissimis; foliis setaceis; panicula simplicissima; glumis acutis glabris, carina supra denticulata; perianthio glabro sessili, setula apicis brevissima. Ins. Trist. Acunha.

164b. A. SALMANTICA. *Kunth.* (En. I. 229.) Panicula patente; glumis acuminatis subaequalibus arista calycina brevioribus. Trichodium salmanticum. *Lagasc.* Elench. 3. ⊙ Hispan.

165. A. TROPICA. *Beauv.* (Fl. d'Owar. 2. t. 80.) Panicula coarctata; axi ramis glumisque pilis hirtis; arista supra medium inserta. ♃ Ins. Franciae.

166. A. CYLINDRICA. *R. Br.* (Prod. I. 171.) Paniculae coarctatae cylindricae, ramis imbricatis; glumis subacuminatis; valvula exteriore obtusiuscula subintegra juxta basin aristata; arista glumis parum breviore; foliis planis. N. Holl.

167. A. DISTICHOPHYLLA. *R. S.* (Syst. II. 354.)

Culmis pluribus filiformibus gracilibus (8—10-pollicaribus) vaginisque glabris; ligula brevi $^2/_3$-lineali; foliis rigidiusculis ensiformi-complicatis setaceis distichis (1—1$^1/_2$'' longis, vix $^1/_4$''' latis) sulcato striatis glabris; paniculae simplicissimae racemoso-spicatae ($^1/_2$—1$^1/_2$-pollicaris) radiis alternis subsolitariis adpressis 5—7-floris; glumis aequalibus vix linealibus, altera acuta altera obtusa quam corolla brevioribus. N. Holl.

168. A. DISTANS. *Kunze.* (Sem. H. Lips. 1847.) Panicula stricta; ramis remotis divaricatis paucifloris; flore sub apice aristata, arista flexa quam valvula vix longiore; antheris breviter oblongis. N. Holl.

169. A. PROCERA. *Retz.* (Obs. IV. 19.) Culmis adscendentibus ramosis (4-pedalibus et ultra) ad articulos albo-tomentosis; foliis angustis ($^1/_2$-pedalibus) glaberrimis; paniculae ($^1/_2$-pedalis et ultra) radiis erectiusculis racemosis; pedicellis incrassatis; spiculis compressis lanceolatis villosis acutis; glumis subaequalibus planiusculis purpureo et viridi-fuscis; valvulis minoribus inaequalibus muticis. Ind. or.

170. A. ODORATA. *Lour.* (Fl. coch. 64.) Culmo tenui erecto (6-pollicari) folioso; foliis subulatis brevibus glabris; floribus in spicis secundis adpressis fasciculatis terminalibus; glumis acutis brevioribus quam valvulae subaequales muticae. Cochinchina.

171. A. PLICATA. *Lour.* (l. c.) Culmo erecto (1$^1/_2$-pedali) ancipiti folioso; foliis lanceolatis magnis longitudinaliter sulcato-plicatis; spica lineari adpressa disticha; glumis acutis subbrevioribus quam valvulae acutae muticae. China.

TRIACHYRUM. *Hochst.* Panicula; spicula uniflora mutica; glumae duae, inferior minima (fugax), superior valvulas aequans; flosculus nodulo insertus trivalvis (vel si mavis bivalvis, valvula superiore duplicata); valvulae subaequales enerviae tertia parum minor tenuior; stamina 3; stigmata simpliciter plumosa; caryopsis libera ovata compressa vel utrinque tumida mucronulata, basi oblique truncato-scrobiculata.

De prima specie: Sporobolo discosporo *Nees:* celeberr. autor ait: „maturescente fructu valvula superior in duas partes finditur, quo fit ut flosculus trivalvis ab incauto observatori dici possit." *Hochstetterus* vero hujus generis autor, valvulas omnino in hoc genere tres adesse, optime disseruit in: Würtemb. Naturh. Jahrshefte 3. Jahrg. p. 57 et rem ita se habere in 5 notis speciebus ipse observo.

1. T. DISCOSPORUM. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 158. sub: Sporobolus.) Culmo simplici humili (2—4-pollicari) glabriusculo; foliis radicalibus confertis ovato-lanceolatis (vix $^1/_2$'' longis, 2—3''' latis) cartilagineo-dentatis, in dentibus setis deciduis ciliatis, superioribus minimis; panicula ovata composita; radiis verticillatis 4—5-nis patentissimis basi nudis; spiculis secundis pedicellis 1—2-floris, gluma inferiore duplo minore, superiore flosculum aequante, acuta; valvulis 3 muticis apertis; caryopsi lenticulari-compressa orbiculari valvulas subaequante. Afr. austr. Variat: statura et omnibus partibus major (4—6-pollicaris). Triachyrum adoense *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 81. Sporobolus blephariphyllus *Rich.* Fl. Abyss. II. 398. ⊙ Abyssinia.

2. T. MICRANTHUM. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmo simplici erecto stricto (6—8-pollicari) striato glabro; foliis inferioribus lineari-lanceolatis cartilagineo-dentatis sparsim pilis longis apice aduncis munitis; panicula ovato-oblonga, radiis verticillatis 8—12-nis patentibus simplicibus vel subdivisis, pedicellis 1—2-floris; spiculis minimis (vix $^1/_3$''' longis); gluma inferiore minutissima, superiore flosculos aequante; valvulis 3 muticis (etiam fructiferis) conniventibus; caryopsi utrinque convexiuscula ovata (quam in praecedente pluries minore) valvulas aequante. ⊙ Abyssinia. (Vix prioris var. non seorsim a *Schimpero* lecta sed cum Eragrostidi viscosa nr. 824 erat mixta.)

3. T. LONGIFOLIUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. abyss. nr. 1181.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmis basi geniculatis tunc erectis (8—15-pollicaribus) nodisque glabris; vaginis margine fauceque sparsim pilosis; foliis lineari-lanceolatis elongatis (2—6'' longis, 1—1$^1/_2$''' latis) longe acuminatis margine laevibus, basi quandoque e glandulis pilosis; paniculae ovatae oblongae (2—3-pollicaris) radiis 8—14 verticillatis erecto patentibus longe supra medium 1—2—3-floris; spiculis linealibus obtusiusculis; gluma inferiore quam superior 4-plo breviore fugaci, superiore acuminata flosculos superante; valvulis 3 pallidis pellucidis; caryopsi ovata non compressa apice pubescente. Sporobolus panicoides *Rich.* Fl. Abyss. II. 399. ⊙ Abyssinia.

4. T. CORDOFANUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nubic. nr. 30.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmis basi geniculatis tunc erectis (7—16-pollicaribus) cum nodis glabris; vaginis foliisque e tuberculis (praesertim margine) piliferis; foliis lanceolato-linearibus acuminatis margine tenuissime serrulato-scabris; panicula stricta ovato-oblonga multiflora (1$^1/_2$—3-pollicari); radiis verticillatis 6—12-nis erecto patentibus plus minus infra medium floriferis; pedicellis 1—2-floris; spiculis vix linealibus acutis; gluma inferiore quam superior 4-plo brevior fugacissima superiore acuta valvulas obtusiusculas aequante; achenio valvulis breviore oblongo-ovato tumidulo (non compresso) glabro. ⊙? Nubia.

5. T. NILAGIRICUM. *Steud.* Radice fibrosa dense caespitifera; culmis e basi geniculata erectis (2—5-pollicaribus), cum nodis glabris; vaginis foliisque e tuberculis (praesertim margine) pilosis; foliis lanceolatis acutis (1—2'' longis, basi $^1/_2$—1''' latis); ligula vix ulla; panicula angustissima stricta lineari; radiis brevissimis erectis 1—2-floris; spiculis $^1/_2$—$^3/_4$-linealibus oblongis gluma inferiore minuta lineari fugace, superiore valvulas obtusiusculas pellucidas aequante; achenio valvulis breviore ovato-oblongo tumidulo, vix basi triquetro. Hrbr. *Hohenacker* nr. 931. In montib. Nilagiri Ind. or.

COLPODIUM. *Trin.* Panicula vera; spiculae 1—2-florae (minimae), plus minus oblongae totae persistentes; glumae subaequales vel inaequales, flosculo suo breviores, rarius superiore perianthium aequante; inferior 1- superior 3-nervia; flosculus (saepissime) unicus cum rudimento secundi, oblongi; valvula inferior herbacea 3—5-nervia obtusa mutica rarissime aciculata, superior aequimagna ejusdem substantiae leviter plicata obtusa; stamina 2—3; styli 2; stigmata ramulosa; caryopsis ovalis libera.

Genus a *Trinio* Poaeaceis adscriptum, exclusa specie Catabrosa aquatica ad Glyceriam spectante omnino Agrostidearum Tribu magis cognatum.

1. C. LATIFOLIUM. *R. Brown.* (*Parr.* voy. 186.) Culmo e basi decumbente vel radicante adscendente vel erecto (1—3-pedali); foliis planis lineari-lanceolatis acutis margine vaginisque scabris; ligula obtusa erosa imberbi folio latiore; paniculae coarctatae angusto-lanceolatae (1$^1/_2$—2-pollicaris, fusco-purpureae) radiis brevibus semiverticillatis a basi vel superius floriferis; spiculis unifloris (raro 1$^1/_2$—2-floris); glumis muticis glabris; valvulis fere totis pubescenti-hirtis, inferiore obsolete 5-nervia saepe in setulam dorsalem brevissimam excurrente; superiore obtusa 2-nervia. *Kunth.* Supl. t. XIII. f. 4. Arctagrostis latifolia *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. XIII. 434. Ins. Melv. *β.* panicula patula laxiuscula, spiculis firmioribus. Vilfa arundinacea *Trin.* Ic. V. 55. Cinna Brownei *Rupr.* Beytr. II. 66. Fret. Kotzeb.

Character generis Arctagrostis: Panicula coarctata; spiculae uniflorae exsertae; callus minutus nudus; gluma superior inferiorem

superans; valvula inferior herbacea apice membranacea submutica; lodiculae ovarium aequantes; ovarium glabrum; styli divergentes supra basin plumosi; caryopsis libera ovata a dorso convexo complanata, intus concava exsulca.

2. C. STEVENI. *Trin.* (Fund. Agr. 119. t. VII. ic. minus bona.) Radice fibrosa; culmo basi geniculato; foliis angusto linearibus culmeis abbreviatis; ligula exserta; paniculae patentis radiis 3—4 semiverticillatis superne floriferis; spiculis 1—2-floris; glumis lanceolatis acutis coloratis; flosculo — si duo — altero sessili altero pedicellato; perianthiis ad medium usque pubescentibus, valvula inferiore nempe 3-nervia ad nervos intricato-pilosa, superiore carina pilosa; utraque apice erosa, lacera vel dentata. Agrostis versicolor *Steven.* ♃ Caucasia.

3. C. ALTAICUM. *Trin.* (in *Ledeb.* Ic. pl. Ross. t. 226.) Radice subrepente stolonifera; culmo subpedali; foliis planis late linearibus obtusiusculis cum mucrone; ligula producta; paniculae 1½—3-pollicaris) patulae radiis a basi vel superne floriferis; spiculis unifloris; perianthiis fere ad medium usque villoso-pubescentibus; valvula inferiore 3-nervia, utraque obtusiuscula varie emarginata. Altai.

4. C. BULBOSUM. *Trin.* (Act. Petr. 1830. 394.) Radice bulbosa; culmo humili (4—6-pollicari) foliis radicalibus angustis glabris saepe involutis; ligula brevissima; paniculae patentis radiis superne floriferis; spiculis 2—3-floris; glumis flosculo infimo fere duplo brevioribus, ovatis scariosis; perianthiis ad medium usque villosulo-pubescentibus; valvula inferiore 5-nervia, basi colorata margine scariosa. C. humile *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. Aira humilis *Bbst.* Fl. taur. cauc. Catabrosa humilis *Trin.* Fund. Poa humilis *C. Koch.* ♃ Caucas.

5. C. MINUTUM. (*Steud.*) Radice fibrosa, caespitifera; culmo humili (1½—3½-pollicari); foliis angustissimis planis vel convolutis; ligula productiuscula; paniculae patentis radiis solitariis vel binis divisis, capillaceo-filiformibus, pedicellis paulo longioribus quam spiculae 1—2-florae; glumis flosculos subaequantibus persistentibus; valvulis subaequalibus ellipticis obtusis apice suberosis vel denticulatis nudis aut basi villosulis. Aira minuta *Loeffl. Schreb.* Gram. II. t. 21. ⊙ Hispania.

6. C.? PUSILLUM. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 149.) Culmis pulvinato-caespitosis pusillis (1—2″ longis) tenuibus angulatis glabris ramosis; vaginis striatis pilis longis raris adspersis; ligula truncata brevissima sparsim pilosa; foliis planis (1—1½″ longis, ½—¾‴ latis) glabris; panicula laxa brevi subsimplici patente; radiis (pedicellis) longis capillaribus binis—ternis; spiculis lanceolatis; glumis aequalibus margine albido-membranaceis flosculum aequantibus; valvula inferiore hirsuta. ♃? Afr. austr.

7. C. TILESII. *Ledeb.* (Fl. Ross. XIII. 385.) Culmo basi aequali; foliis planis e basi late lineari sensim acuminatis; ligula producta; paniculae patentis ramis semiverticillatis; spiculis unifloris (sine rudimento flosculi secundi); flore triandro; glumis acutiusculis, inferiore flore duplo superiore tertia parte breviore, apice rotundata obtusiuscula obsolete 5-nervia glaberrima, carina scabriuscula. ♃ Sibir. or.

MÜHLENBERGIA. *Schreb.* Panicula vel rarius juba; glumae aut valvulis breviores, raro eas aequantes aut longiores; inferior minor; valvula inferior 3-nervia apice longe setigera; lodiculae 2 brevissimae, oblongae vel obtusae; stamina 3; ovarium oblongum glabrum; styli 2; stigmata plumosula; fructus lanceolato-oblongus vel linearis.

Sectio I. Glumae valvulis breviores.

a. *Spiculis linea minoribus.*

1. M. TENUISSIMA. *Kunth.* (En. I. 198.) Radice fibrosa; culmis erectis subtrigonis subdiffuso-ramosis (5—6-pollicaribus) glabris; nodis vaginisque scabriusculis; ligula vix semilineali; foliis angustissimis planis vel convolutis (1—2″ longis, vix ⅓‴ latis) scabriusculis; paniculae 1—2-pollicaris oblongae lucidissimae radiis solitariis ramosis; pedicellis spicula 3—5-ies longioribus; spiculis ½—⅓-linealibus; glumis valvulis plus duplo brevioribus lanceolatis uninerviis, nervo scabriusculis; inferiore minore acuta, superiore oblonga saepius brevissime apice setulosa; valvula inferiore apice bifido emittente setam 2—3-linealem marginem versus, superiore apice brevi-bifida dorso pilosa. Podosaemum tenuissimum *Presl.* Rel. Haenk. I. 230. ⊙ Mexico.

2. M. TRICHODES. *Steud.* Culmis capillaribus prolifero ramosis glabris; nodis parum incrassatis; foliis linearibus angustissimis planis tenuissimis pilosis; paniculis axillaribus simplicibus, contractis; glumis hyalinis nervo viridi excurrente acuminatis duplo brevioribus valvulis lanceolatis tenuissimis trinerviis acutis, inferiore longissime aristata (arista ipsa 6—8-ies longiore). Am. austr.

3. M. PUSILLA. *Steud.* Caespitosa humilis; culmis erectis (1—3-pollicaribus) cum nodis vaginisque margine hyalinis profunde striatis glabris; foliis brevibus (6—8‴ longis, ⅓—½‴ latis) rigidulis planiusculis vel convolutis; paniculae simplicis (½—1-pollicaris) radiis solitariis sparsis flexuosis, pedicellis spiculas (¾— vix 1-lineales) aequantibus vel superantibus; glumis oblongo-ovatis acutis hyalinis exteriore indivisa, interiore 3-dentata, ⅓—½ brevioribus valvulis acutis, arista flosculo 3—4-plo longiore. ⊙ Tolucca (Hrbr. *Berlandier* nr. 1141).

4. M. NANA. *Benth.* (Plant. Hartw. 262.) Caespitosa humilis; culmis filiformibus simplicibus (3-pollicaribus) erectis; foliis brevibus (vix ultra ½-pollicaribus) acutis scabriusculis; panicula brevi (6—9‴ longa) coarctata pauciflora; glumis hyalinis, superiore (1‴ longa) quam valvula paulo breviore tridentata; inferiore angustiore acuta; valvula exteriore scabrella apice bidentata, inter dentes longe (4‴) aristata. An eadem ac praecedens? Ad radices montis Cotopaxi.

5. M. SPICA VENTI. *Trin.* Radice fibrosa; culmo erecto (1½—3-pedali) laevi, cum nodis vaginisque glabro; foliis linearibus vel lineari-lanceolatis (3—7″ longis, 1—2‴ latis) deorsum scabris supra saepe pubescentibus; ligula elongata lacera; paniculae amplae (½—1-pedalis) erectae vel subcernuae patentis ramis capillaribus ramosis; spiculis ultra linealibus (virentibus vel pallide purpureis); glumis lanceolatis acuminatis carina scabris valvulis parum minoribus, valvula inferiore infra apicem emittente setam 3—5-linealem, obsolete 5-nervia; superiore breviore apice brevibifida. Apera spica venti *Beauv.* Agr. t. VII. fig. 11. Agrostis spica venti *Lin.* Agrostis miliacea *Sobolewski* in *Rupr.* Beiträg. IV. 33. *Fl. dan.* t. 853. *Leers* t. IV. f. 1. *E. B.* t. 951. *Host.* gr. 3. t. 47. *Rchbch.* ic. gram. 125. Variat: statura minore, flosculis purpurascentibus. Apera purpurea *Gaud. Rchb.* ic. gr. f. 124. ⊙ Europ.

6. M. INTERRUPTA. *Lin.* (sub: Agrostis.) Radice fibrosa; culmo (1—1½-pedali) erecto; foliis angustis linearibus; paniculae attenuatae contractae radiis semiverticillatis inferioribus remotis; spiculis (vix) linealibus; glumis lanceolatis acuminatis carina scabris parum minoribus valvulis; valvula inferiore emittente infra apicem aristam flosculos 3—4-ve superantem. Prioris var. *Trin.* Agrostis interrupta *Fl. d.* t. 504. *Rchbch.* ic. f. 1419. Ic. gram. 123. ⊙ Eur. austr.

7. M. BRASILIENSIS. *Steud.* Culmo erecto glabro vaginato; vaginis longissimis foliisque lanceolatis acuminatis molliter hirsutis (3—5″ longis, 3—4‴ latis) nodis dense subsericeo-villosis; ligula pilorum series; panicula contracta erecta stricta (6—8-pollicari); radiis semiverticillatis flexuosis erecto patentibus paucifloris basi nudis; pedicellis flores subaequantibus; glumis valde nervosis superantibus valvulas, inferiore infra medium aristata; arista flosculos

duplo—4-plo superante. Agrostis polypogon *Salzm.* Hrbr. Bahia.

b. *Spiculis 1—2-linealibus.*

8. M. DIFFUSA. *Schreb.* (Gram. II. t. 51.) Radice fibrosa; culmis pluribus ($^1/_2$—$1^1/_2$-pedalibus) ramosissimis basi humifusis radicantibus; nodis vaginisque glabris; ligula brevissima truncata pilis obsita; foliis lanceolato-linearibus ($1^1/_2$—$2^1/_2$″ longis, 1—$1^1/_2$‴ latis) deorsum scabris; paniculae contractae flexuosulae (4—7-pollicaris) radiis 1—2-nis a basi floriferis; pedicellis spicula aequilongis vel brevioribus; spiculis linealibus lanceolatis confertis; glumis inaequalibus valvulis multo brevioribus inferiore minima, superiore duplo majore subrotundata; valvula inferiore 3-nervia apice excurrente in setam bilinealem, basi et inferius pilosula. *Beauv.* Agr. t. VII. fig. 9. Dilepyrum minutiflorum *Michx.* ♃ Am. sptr. Brasil.

9. M. SPICIFORMIS. *Trin.* (Agrost. II. 42.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici cum nodis vaginisque glabris; ligula brevissima subciliari; foliis erectis (2—3″ et ultra longis, 1‴ latis) compressis; paniculae contractissimae densae (5-pollicaris) radiis 3-nis inaequalibus a basi floriferis; pedicellis spicula lineali brevioribus aut longioribus; glumis subaequalibus obtusiusculis quam valvulae 3-plo brevioribus; valvula inferiore (sub lente) scabriuscula excurrente in setam circiter 14-linealem; callo subbarbatulo. ⊙ Mexico.

10. M. DISTICHOPHYLLA. *Kunth.* (Enum. I. 202.) Radice fibrosa firma; culmo basi vaginis fuscescentibus tecto (3—4-pedali) stricto firmo compresso deorsum scabro; nodis vaginisque glabris; ligula 6—7-lineali bipartita; foliis longissimis rigidis superne planis (vix $^1/_2$‴ latis) basi compressis deorsum scabris; juba lineari-contracta (2′ alta, 1″ lata) densa inferne interrupta; radiis solitariis tenuibus adpresso-erectis basi non longe nudis, ramosis; pedicellis spiculam linealem (stramineam) aequantibus vel paulo superantibus scabris; glumis subaequalibus dorso scabris valvulis brevioribus; valvula inferiore 3-nervia, margine inferne brevi-pilosa, apice excurrente in setam $2^1/_2$—5-linealem; superiore aequilonga 2-nervia. Podosaemum distichophyllum *Presl.* Rel. Haenk. I. 231. ♃ Mexico.

Podosaemum *Desv. Link. Nees.* char. Spiculae uniflorae; glumae inaequales et subaequales paucinerves, flosculo breviores, interdum ob apices acutatos longiores, inferior minor, superior subinde flosculo aequalis; flosculus sessilis bivalvis; valvulae aequales, exterior aut mutica aut sub apice mucronulata aut ex apice aristata plurinervia. Species autor. omnes aut ad Agrostidem aut ad Mühlenbergiam referendae.

11. M. CALAMAGROSTIDEA. *Kunth.* (l. c. 199.) Radice fibrosa; culmo tenui glabro contracto-ramoso (ultra pedali), ramis floriferis; nodis vaginisque glabris; ligula sublineali acuta; foliis planis (1—3″ longis, linea angustioribus) glabris (nec pubescenti-scabris uti in *Kunthio*); paniculae patulae (2—8-pollicaris ex albo viridi et amethystino variae) radiis solitariis vel 2—3-nis a basi floriferis compositis; pedicellis brevissimis; spiculis linealibus; glumis inaequalibus acutissimis ad nervum scabris, inferiore valvulis $^1/_3$—$^1/_2$ breviore; superiore easdem subaequante; valvula inferiore apice excurrente in setam flexuosulam pollicarem vel longiorem; callo barbato. Calamagrostis quitensis *H. B.* N. gen. I. 133. ♃ Mexico.

12. M. CILIATA. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis erectis ramosis geniculatis (4—6-pollicaribus) cum nodis vaginisque glabris vel his margine ciliatis; foliis linearibus angustissimis convolutis ($^1/_2$—1-pollicaribus) pilosulis; paniculae (2—3-pollicaris) patulae radiis solitariis alternis subsecundis (fere) a basi floriferis; pedicellis brevissimis vel spiculis linealibus paulo longioribus; glumis subcuneatis, apice mucronato brevi-setigeris sursum pilosulo asperis, inferiore dimidiam valvulam aequante, superiore paulo majore; valvula inferiore ad nervos laterales superius ciliata et in setam 3—5-linealem excurrente; callo brevissime barbato. Podosaemum ciliatum *H. B.* N. gen. I. 128. ⊙ Mexico.

13. M. ADSPERSA. *Trin.* (Agrost. II. 45.) Culmo decumbente ramoso multinodo (semipedali); vaginis molliter pubescentibus; ligula brevissima; foliis lanceolato-linearibus acuminatis (1″ longis, linea angustioribus) glabris; paniculae patulae (1—2-pollicaris pallidae) radiis solitariis subcapillaribus glabris a basi floriferis; pedicellis spicula lineali vel paulo longiore brevioribus; glumis parum inaequalibus 3—4-plo brevioribus quam valvulae subaequales, valvula inferiore ad nervos pilis adspersa ex apice brevissime bifido emittente setam linealem vel paulo longiorem; callo brevissime barbato. Cynosurus tenellus *Hort. Madr.* Lima?

14. M. TENELLA. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis ramosissimis (6—8-pollicaribus) nodisque glabris; vaginis subtetragonis superne pilosulis; ligula in pilos fissa vix semilineali; foliis angustissimis ($^1/_2$—$1^1/_2$-pollicaribus) planis pilosulis; paniculae contractae (2—3-pollicaris) interruptae radiis subsolitariis compositis a basi floriferis; pedicellis nunc brevibus nunc quam spiculae lineales duplo longioribus; glumis oblongis glabris superne in acumen productis, inferiore valvulis nunc $^1/_3$ — nunc duplo — superiore iisdem paulo vel $^1/_3$ breviore; valvula inferiore ad nervos 3 scabra, apice brevissime bidentato excurrente in setam 4—7-linealem; superiore subaequilonga 2-nervia acuta; callo brevi-piloso. Podosaemum tenellum *H. B.* N. gen. I. 128. ⊙ Mexico.

15. M. SYLVATICA. *Torr.* (Flor. I. 87. sub: Agrostis.) Radice repente; culmo diffuso erecto-ramoso (2—3-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima lacera; foliis planis (3—5″ longis, $1^1/_2$—2‴ latis) deorsum asperis; paniculae lanceolato-linearis contractae (4—6-pollicaris ex amethystino vel purpureo variae) radiis solitariis vel pluribus inaequalibus erectis a basi vel paulo superius floriferis; pedicellis brevibus vel spiculam linealem aequantibus asperulis; glumis subaequalibus quam valvulae aut plus minus dimidio brevioribus aut eas aequantibus; valvula inferiore a basi ad medium usque pilosa apice excurrente in setam 2—4—6-linealem. M. viridissima *Nees.* sec. *Trin.* sed vix. Agrostis diffusa *Mhbrg.* ♃ Am. sptr. Nepal.

16. M. VIRIDISSIMA. *Nees.* (mpt.) Foliis planis linearibus acuminatis scabris; panicula elongata contracta laxa nutante; glumis inaequalibus flosculo 4-plo brevioribus ovatis praemorso-dentatis integerrimis; seta ex apice minute dentato, valvula 6-plo longiore, apice capillari. *Royle* Hrb. nr. 271. Ind. or.

17. M. GENICULATA. *Nees.* (mpt.) Culmo basi repente ex geniculis gibbosis radicante, tenui; foliis linearibus planis brevibus; panicula elongata contracta laxa, radiis alternis spatio brevi a basi divisis, radiolis per intervalla fasciculatis inaequalibus flosculo duplo brevioribus lanceolatis acutis carina scabris; seta ex apice minute bidentato valvula 6-plo longiore apice capillari. Praecedenti similis. ♃ Nepal.

18. M. HÜGELII. *Trin.* (Agrost. II. 47.) Culmo compresso erecto-ramoso cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima obtusiuscula; foliis planis (4—6″ longis, 2—$2^1/_2$‴ latis) deorsum scabris; paniculae lanceolatae lucidae ($^1/_2$—1-pedalis, albo-viridis) radiis 1—2-nis inferne paulo nudis brevioribus a basi floriferis; pedicellis spicula subultralineali brevioribus; glumis subaequalibus obtusiusculis vel acutiusculis glabris duplo brevioribus quam valvulae a basi fere ad medium usque pilis glumas excedentibus vestitis, inferiore sub apice exeunte in setam 6—7-linealem; callo brevi piloso. Himalaya.

19. M. CLOMENA. *Trin.* (l. c. 48.) Radice fibrosa; culmo basi erecto-ramoso (2—4-pollicari) tenuissimo cum nodis vaginisque glabro; ligula lineali; foliis involuto-compressis rarius planis (3‴—1″ longis, $^1/_2$‴ latis) glabris;

paniculae patulae oblongae ($^1/_2$—1-pollicaris pallide viridis vel rubellae) radiis solitariis fere a basi ramosis; pedicellis spicula 1—1$^1/_2$-lineali brevioribus; glumis parum inaequalibus quam valvulae paulo usque dimidio fere brevioribus, superiore apice 3-partita; valvula inferiore a basi ad medium usque pilosa apice bifido emittente setam ultrabilinealem; callo brevi barbato. Clomena peruviana *Beauv.* Agr. t. 7. f. 10. ⊙ Peru. Mexico.

20. M. DEBILIS. *Trin.* (l. c. 49.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui ramoso (9—15-pollicari) cum nodis vaginisque glabro; foliis planis ($^1/_2$''' latis, 1—2'' longis) vel convolutis glabriusculis; ligula fere lineali fissa; paniculae oblongo-lanceolatae (2$^1/_2$—4-pollicaris) lucidae depauperatae radiis solitariis a basi floriferis; pedicellis nunc subnullis nunc spicula 1—1$^1/_2$-lineali brevioribus nunc duplo longioribus; glumis subaequalibus ovatis acutis vel subdenticulatis valvulis $^2/_3$—$^3/_4$ brevioribus; valvula inferiore inferne pilosula apice brevi-bifido setam emittente 5—7-linealem superiore parum breviore acuta; callo brevi piloso. Podosaemum debile *H. B.* N. gen. I. t. 681 et: P. setosum *H. B.* Agrostis microsperma *Lagasc.* Trichochloa debilis et setosa *R. S.* II. 386. ⊙ Mexico.

21. M. IMPLICATA. *Trin.* (l. c. 50.) Radice fibrosa; culmo caespitoso basi fasciculato-ramoso glabro vel pubescente; ligula $^1/_2$—1-lineali fissa; foliis attenuatis ($^1/_2$''' latis, 1—3'' longis) intus sub lente pubescenti-pilosulis; paniculae lucidae (2—3-pollicaris) radiis paulo superius dissite floriferis cum radiolis torto-flexuosis capillaceis scabris; pedicellis spiculam 1$^1/_2$-linealem aequantibus vel duplo superantibus torto implicatis; glumis glabris obtusis minimis; inferiore oblonga apice suberosula; superiore duplo longiore valvulis 4—5-ies breviore; valvulis subaequalibus; inferiore scabra apice bifido (biseto) exserente setam 5—10-linealem; superiore acuta vel 4-denticulata. Podosaemum implicatum *H. B.* N. gen. I. 127. ♃ Mexico.

22. M. WILLDENOWII. *Trin.* (l. c. 51.) Radice stolonifera; culmo simplici vel erecto-ramoso (1$^1/_2$—2$^1/_2$-pedali) cum nodis vaginisque brevissime piloso vel subglabro; ligula vix $^1/_2$-lineali, apice obtuso-lacera; foliis inferioribus brevibus, superioribus lanceolato-linearibus (5—6'' longis, 1$^1/_2$—5''' latis) scabris; paniculae basi interruptae lineari-contractissimae ($^1/_2$—ultra-pedalis) lucidulae radiis 1—2-nis, longiore inferne nudo, breviore a basi florifero; pedicellis perbrevibus vel spiculam 1$^1/_2$-linealem aequantibus; glumis valvulis dimidio brevioribus subaequalibus lanceolatis glabris; valvula inferiore scabriuscula 3-nervia basi pilosula, excurrente in setam 4-linealem; superiore aequilonga basi (et margine) pilosa; callo brevi-piloso. *Kunth.* Supl. t. XI. f. 1. Podosaemum tenuiflorum *Link.* ♃ Am. sptr.

23. M. DIVERSIGLUMIS. *Trin.* (Agrost. II. 52.) Radice repente; culmo filiformi debili ramoso decumbente (pedali et ultra) ad nodos refracto-barbatos inferne radicante; vaginis inferioribus pilis mollibus adspersis; foliis flaccidulis (12—15''' longis, vix 1''' latis) glabris; paniculae jubalis secundae patentis lucidulae (4—6-pollicaris) radiis solitariis capillaribus simplicissimis pilosulo-scabris inaequalibus inferne brevi nudis 3—1-floris; pedicellis brevissimis; spiculis lineari-lanceolatis 1$^1/_2$-linealibus; glumis brevissimis, aut aequalibus et truncatis aut inferiore truncata, superiore nunc parum nunc 4—5-plo longiore et angustissima; valvula inferiore apice excedente in setam ipsius longitudinis, superiore aequilonga acutissima; callo brevi-barbato. ⊙ Mexico.

24. M. BERLANDIERI. *Trin.* (l. c. 53.) Culmo stricte-erecto (sub 3-pedali) simplici nodisque glabris; vaginis scabris; ligula 2—3-lineali lacera; foliis linearibus firmis deorsum scabris (inferioribus $^1/_2$-pedalibus, linea angustioribus) planis vel convolutis deorsum scabris pallide glaucis; jubae ovato-lanceolatae (5—10-pollicaris) lucidae radiis 1—3-nis sparsis mox supra basin vel infra medium compositis, deorsum asperis (saepe atro-rubris) tenuissimis; pedicellis brevibus aut spicula lineari-lanceolata fere 2-lineali duplo longioribus; glumis subaequalibus ovalibus obtusis valvulis fere 6-ies brevioribus; valvula inferiore asperrima 3-nervia excurrente in setam circiter 6-linealem, superiore aequilonga glabra acuta binervia; callo antice barbatulo. Hrbr. *Berlandier* nr. 684. Mexico.

25. M. EXPANSA. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo stricto-erecto simplici cum nodis vaginisque glabro (2$^1/_2$—3$^1/_2$-pedali); ligula 2—3$^1/_2$-lineali; foliis erectis setaceis rarius planis (1''' latis, $^1/_2$—1' longis) firmis extus glabris intus scabris; jubae patentis (1—1$^1/_2$-pedalis) lucidae radiis sparsis capillaribus fere a basi ramosis, ramulis (pedicellis) $^1/_2$—1-pollicaribus unifloris; spiculis lanceolato-linearibus fere 2-linealibus (rubicundis); glumis lanceolatis valvulis nunc 3-plo nunc 2-plo nunc paulo brevioribus aut easdem aequantibus; valvula inferiore glabra ex apice brevissime bifido setam ipsa 3-plo breviorem exserente, superiore aequilonga acuta; callo nudo. Agrostis arachnoidea *Poir.* ♃ Georgia.

26. M. CAPILLARIS. *Trin.* (l. c. 54.) Radice fibrosa; culmo stricto-erecto tereti vel compresso simplici (3-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula 1—2-lineali integra acuta; foliis erectis convoluto-setaceis (ultra pedalibus) glabris; jubae expansae (usque 2-pedalis) lucidissimae radiis sparsis capillaribus inferne ($^1/_2$—1-pollicem) nudis, dehinc ramosis; radiis (pedicellis) 1—1$^1/_2$-pollicaribus tenuissimis unifloris; spiculis fere 2-linealibus; glumis lanceolatis glabris valvulis 2—3-plo brevioribus apice plus minus longe setosis; valvula inferiore glabra, integra vel longiuscule bifida apice gerente setam 3—4-linealem, superiore parum breviore acuta, callo brevissime piloso. M. Polypogon *Trin.* Stipa capillaris *Lam.* Stipa sericea *Michx.* Trichochloa capillaris *Dec.* Podosaemum capillare *Desv.* *Beauv.* Agr. tab. 8. fig. 1. ♃ Am. sptr.

Sericrostis *Rafin.* Calyx biglumis; corolla biglumis magna exterior major 3-aristata; antherae fimbriatae. *Seringe* Bull. bot. p. 220. Trichochloa purpurea *Beauv.* l. c. f. 2. et Tosagris agrostidea *Beauv.* l. c. 43. non differunt.

27. M. LONGISETA. *Benth.* (Pl. Hartw. p. 28.) Culmis vaginisque glabris scabriusculis; foliis brevibus convolutis scabris; paniculae multiflorae ramosae diffusae ramis 1—2-nis; glumis acuminatis acutis inaequalibus, longiore duplo breviore quam valvulae; valvula inferiore vix dentata, arista longissima (ultra pollicari) tortili flexuosa terminata. Mexico. (Ob affinitatem cum praecedente indicatam huc relata, an jure?)

28. M. FILIPES. *M. A. Curtis.* (in *Sillim.* Jour. tom. 44. p. 83.) Caespitosa, glabra; foliis involutis subulato-acuminatis longissimis culmum (2—2$^1/_2$-pedalem) superantibus; panicula ampla diffusa capillari, basi non exserta; pedicellis elongatis (1—1$^1/_2$-pollicaribus); calyce quam corolla breviore inaequali, gluma utraque longe aristata; corollae valvula inferiore triaristata, aristis lateralibus brevibus, intermedia longissima; valvula interiore brevi aristata. Forsam M. capillaris var. Carolina septr. Florida.

29. M. AFFINIS. *Trin.* (Agrost. II. 55.) Culmo simplici tenui (2$^1/_2$-pedali) deorsum uti vaginae scabro; nodis glabris; ligula 2—2$^1/_2$-lineali fissa; foliis linearibus compressis ($^1/_2$''' latis, 5'' longis) scabriusculis pallide glaucis; jubae subpanicularis (8-pollicaris) patentis lucidissimae radiis solitariis 3—5-nis capillaribus inferne nudis, dehinc ramosis, pedicellis spicula 2-lineali nunc brevioribus nunc 2—3plo longioribus; glumis quam valvulae triplo brevioribus; valvula inferiore glabra 3-nervia ex apice bifido emittente setam 4—5-linealem, superiore acuta binervia; callo brevissime piloso. Tolucco.

30. M. GRACILIS. *Trin.* (Agrost. II. 56.) Radice fibrosa; culmo basi erecto-ramoso tenui deorsum uti vaginae scabriusculo (1—1$^1/_2$-pedali); nodis glabris; foliis

erectis perangustis ($^1/_2$ linea parum latioribus, 1—4-pollicaribus) planis vel convolutis rigidis deorsum scabriusculis; paniculae lineari-contractae lucidulae (3—6-pollicaris, aeneo-nigrescentis) radiis solitariis adpresso-erectis nunc a basi nunc paulo superius floriferis; pedicellis brevissimis vel spiculam 2-linealem aequantibus; gluma inferiore uninervia acuta, superiore 3-nervia eroso-obtusa vel acuta imo quandoque setigera; illa valvulis subduplo — hac iisdem $^1/_4$—$^1/_5$ vel paulo breviore; valvula inferiore aut dorso marginibusque ad medium vel tota pilosa excurrente in setam 4—9-linealem; superiore ad nervos usque ad medium brevipilosa. Podosaemum gracile et quadridentatum *H. B.* ⊙ Mexico.

31. M. SUBTILIS. *Nees.* (Linn. XIX. 689.) Culmo filiformi ramosissimo adscendente ad genicula refracto laevi; foliis brevibus apice convoluto-setaceis scabris; paniculae racemosae pauciflorae angustae radiis alternis; glumis integerrimis acutis laevibus flosculo duplo brevioribus, flosculi basi imberbis valvula inferiore subulato-rostrata scabra. *Aschenb.* Hrbr. nr. 206. ♃ Mexico.

32. M. VIRESCENS. *Trin.* (l. c. 57.) Culmo compresso scabriusculo (1—2-pedali); vaginis glabris; ligula 4-lineali et ultra fissa; foliis subsetaceo-involutis rigidis glabris vel superne scabriusculis (8—10-pollicaribus) uti tota planta viridi-glaucescentibus; paniculae contractae densiusculae (8—9-pollicaris) radiis 2—3-nis uno a basi, reliquis paulo superius floriferis; pedicellis brevissimis vel spicula 2-bilineali paulo brevioribus; gluma inferiore uninervia valvulis dimidio breviore, superiore sub-3-nervia easdem excedente; valvulis inferne $^2/_3$ partes pilosis, inferiore excurrente in setam 5—7-linealem; callo brevi-pilosulo. Podosaemum virescens *H. B.* ⊙ Mexico.

33. M. ELEGANS. *Trin.* (l. c. 58.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici gracili (1—3-pedali) vix scabriusculo; vaginis glabris; foliis linearibus (1‴ latis, 3—8″ longis) planis vel setaceo-convolutis; paniculae (6—9-pollicaris fusco-purpurascentis) contractiusculae laxiusculae radiis aut solitariis aut 2—4-nis supra basin vel fere ad medium nudis capillaribus erectis compositis; pedicellis spiculam 2-linealem aequantibus vel eadem duplo longioribus; glumis quam valvulae 3-plo brevioribus ovatis acutis uninerviis, glabris; valvulis basi brevissime pilosis, inferiore ad nervos scabra sub apice acuto emittente setam ipsius longitudine vel duplo longiorem; callo antrorsum brevi barbatulo. Podosaemum elegans *H. B.* N. gen. I. 130. ⊙ Quito.

34. M. STIPOIDES. *Trin.* (l. c. 59.) Radice fibrosa; culmo (caespitoso) glabro (9″—2′ alto); vaginis subdistichis rarius pilis adspersis vel (uti folia) sub lente quasi tenuissime-pulverulentis; ligula 4-lineali fissa; foliis strictis canaliculato-convolutis erectis rigidis vel compressis (1‴ latis, 6—9″ longis) pallide viridibus; paniculae ($1^1/_2$—5-pollicaris fusco-purpureae) angustae radiis solitariis vel subternis subsimplicibus supra basin vel medium floriferis; pedicellis tum brevissimis quam spicula fere 5-lineali paulo brevioribus; glumis subaequalibus acutis glabris quam valvulae 3—4-plo brevioribus, valvulis aequilongis apice bifidis, inferiore apice setam emittente 5—7-linealem; callo barbato. M. alpestris *Trin.* Diss. Podosaemum alpestre *H. B.* et var. minor: Podosaemum stipoides *H. B.* N. gen. I. 131. ⊙ Mexico. Caracas.

35. M. ANGUSTATA. *Kunth.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto stricto (9—12-pollicari) superne tereti scabro, inferne glabriusculo; foliis convoluto-setaceis rigidis margine scabris; vaginis scabriusculis; ligula elongata membranacea; panicula contracta spicaeformi (4—6-pollicari); spiculis 2-linealibus; glumis oblongo-lanceolatis acutissimis subaequalibus uninerviis scabris; valvulis calyce duplo longioribus aequilongis oblongo-lanceolatis apice bidentatis. Podosaemum angustatum *Presl.* Rel. Haenk. I. 229. ♃ Peru.

36. M. RARIFLORA. *Hook. fil.* (Antarct. voy. of Terror and Erebus. 371. t. 131.) Caespitosa rigida glaberrima; culmis basi adscendentibus pluries divisis, foliatis (4—6-pollicaribus); vaginis striatis; foliis rigidis setaceis margine involutis culmo brevioribus; ligula brevi; panicula effusa pauci-flora ($1^1/_2$-unciali, sub-10-flora); pedunculo pedicellisque flexuosis elongatis laevissimis; spiculis purpureis nitidis; glumis subaequalibus enerviis flosculo paulo brevioribus; valvula inferiore lanceolata coriacea basi glaberrima in aristam longissimam rigidam scaberulam (1—$1^1/_2$-uncialem) desinente superiorem breviorem amplectente. Prom. Tres Montes.

37. M. BRACHYELYTRUM. *Trin.* (Agrost. II. 60.) Radice longe fibrosa saepe subrepente; culmo basi gemmifero sursum simplici erecto ($1^1/_2$—3-pedali) ad nodos praesertim retrorsum piloso; vaginis sparsim pilosis; ligula semilineali obtusa; foliis lanceolatis infimis brevioribus, culmeis (3—6″ longis, 6—7‴ latis) pilosulis demum glabrescentibus, acuminatis; paniculae (4—6-pollicaris) contractae pauciflorae lucidae radiis solitariis mox supra basin ramosis; pedicellis brevissimis vel 3—4-linealibus; spiculis lanceolatis 5-linealibus; glumis pusillis inferiore minutissima, superiore $^1/_2$—$^3/_4$-lineali; valvulis subaequalibus pilosis, superiore basi rudimentum ferente lanceolatum ipsa plus dimidio brevius; callo cylindrico piloso. M. aristata *Pers.* M. erecta *Schrb.* gram. II. t. 50. Brachyelytrum erectum *Beauv.* Agr. t. IX. fig. 2. ♃ Am. sptr.

38. M. HIRTULA. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo basi geniculato erecto (8—15-pollicari) cum nodis glabro; ligula semilineali lacera; vaginis foliisque hirto-pilosis; his lineari-lanceolatis ($1^1/_2$—3″ longis, 1‴ latis); paniculae laxae suberectae patulae ($1^1/_2$—3-pollicaris) radiis inferioribus 3—4-nis summis solitariis, capillaribus; spiculis ultralinealibus pilosis; glumis oblongis aequalibus subaequantibus valvulas parum inaequales; inferiore apice tenuissime brevi bidentata, infra apicem emittente setam spiculis duplo longiorem. ⊙ Texas Hrbr. *Drummond.*

Sectio II. Glumae valvulis aequilongae vel longiores.

39. M. SCIUREA. *Trin.* (l. c. 61.) Radice fibrosa; culmis erectis simplicibus (2-pedalibus) scabris, nodis glabris; vaginis deorsum asperis; ligula brevissima truncata; foliis linearibus planis ($1^1/_2$—5″ longis, 1‴ latis) glabriusculis; paniculae lanceolato-linearis contractae densae (4—6-pollicaris) radiis 5-nis a basi ramosis scabris; pedicellis spicula angustissima 2-lineali multo vel paulo brevioribus; glumis subinaequalibus acuminatis valvulis paulo longioribus; valvula inferiore glabra apice bifido emittente setam semipollicarem (saepe purpurascentem) medio paulo reflexam; callo brevi-barbatulo. Agrostis sciurea *R. Br.* ♃ N. Holl.

40. M. MOLLICOMA. *Nees.* (in *Hook.* Lond. Journ. II. 414.) Monandra; foliis planis vaginisque scabriusculis; panicula elongata subcylindrica; glumis setaceo-acuminatis hyalinis; flosculo glumis $^1/_3$ breviore; valvula inferiore setaceo-acuminata integra, arista supra medium dorsi exoriente gluma 4—5-plo longiore gracili undato-flexuosa (purpurea) molli patula. ♃ *Gunn.* nr. 988. Ins. Van Diemen.

41. M. CRINITA. *Trin.* (l. c. 62.) Radice fibrosa; culmo geniculato adscendente simplici nodisque glabro; ligula brevissima obtusa; foliis linearibus planis (1—5″ longis, 1—$1^1/_4$‴ latis) deorsum scabriusculis; paniculae lanceolato-linearis (4—5-pollicaris cum setis flavescenti-viridulae) contractissimae densae radiis 5-nis fere a basi ramosis; pedicellis spicula sub 3-lineali multo brevioribus; glumis angustissimis acuminatis quam valvulae $^1/_3$ longioribus; valvula inferiore glabra apice bifido emittente setam $1^1/_2$-pollicarem flexo-incurvam, superiore paulo breviore

acuta; callo brevi barbato. Anthoxanthum crinitum *Lin. Labil.* N. Holl. t. 263. Cinna crinita *Trin.* ♃ N. Holl.

42. M. BERTERONIANA. *Kunth.* (En. I. 202.) Culmis caespitosis subteretibus ($1\frac{1}{2}$-pedalibus) simplicibus; vaginis laeviusculis; ligula vix ulla; foliis subconvolutis utrinque ad nervos brevi-pilosis rigidis glaucescentibus, culmeis planis (2—3 lineas latis, fere semipedalibus); paniculae erectae ramoso-contractae (5—6-pollicaris) ramis capillaribus scabris; glumis inaequalibus carina scabris margine membranaceis; exteriore $2\frac{1}{3}$—3-lineali, inferiore $\frac{1}{3}$ breviore, utraque longiore quam valvulae inaequales; valvula majore $1\frac{1}{2}$-lineali lanceolato-oblonga obtusa membranaceo-complicata uninervia vix basi pilosa, minore $\frac{3}{4}$-lineali pilosiuscula; arista pollicari flexuosa. Trichochloa Berteroniana *R. S.* Mant. II. 209. Domingo.

Species qouad sectionem vel omnino minus cognitae.

Species sequentes omnes in *Trinii* monographia Agrostidearum Act. Ac. caes. Petrop. T. VI. 1841 omissae, quamvis plures in Dissert. Gram. uni- et sesquifl. enumeratae sint.

43. M. ERECTA. *Presl.* (l. c. 231. non *Schreb.*) Culmis erectis semiteretibus sub nodis deorsum hirsutulis ramosis (6—10-pollicaribus); vaginis carinatis glabriusculis; foliis conduplicatis acutis supra pubescentibus; ligula elongata diaphana bifida; panicula ramosa patentissima glabra; gluma inferiore minima rotundata, superiore duplo majore rotundata margine emarginato-crenata; flore basi villis stipato scabriusculo; valvula inferiore apice tridentata, dente medio longissime aristato. ⊙ Mexico.

44. M. RIGIDA. *Trin.* (Unifl. 194.) Radice crasse fibrosa; culmis caespitosis erectis ($1\frac{1}{2}$-pedalibus) simplicibus scabris; vaginis glabris; ligula elongata bifida laciniis acuminatis; foliis convoluto-setaceis rigidis scabriusculis; paniculae (5—6-pollicaris) ramis adpressis verticillatis coarctatis; glumis subaequalibus glabris apice 3—4-dentatis; valvulis calyce 4-plo longioribus scabriusculis (purpurascentibus) basi sparsim brevi pilosis, apice bidentatis, inferiore inter dentes aristata; arista valvulis 4-plo longiore recta. ⊙ Mexico.

45. M. MUCRONATA. *Trin.* (l. c.) Culmis caespitosis erectis ($1\frac{1}{2}$-pedalibus) cum nodis vaginisque glabris; ligula elongata ovata; foliis convolutis rigidis scabris; paniculae radiis erectis adpressis approximatis glabris; glumis subaequalibus subrotundis subdentatis mucronatis quadruplo brevioribus quam valvulae aequales (purpurascentes) basi pilosae; inferiore bidentata inter dentes emittente aristam corolla 4-plo breviorem, superiore acuta integra. Podosaemum mucronatum *H. B.* N. gen. I. 129. ⊙ Mexico.

46. M. GLABRATA. *Trin.* (l. c.) Radice validiuscule fibrosa; culmis caespitosis erectis ($1\frac{1}{2}$-pedalibus et ultra); ligula abbreviata ovata obtusa; foliis convoluto-setaceis rigidis cum vaginis glabris margine scabris; paniculae ramosae coarctatae gracilis (6-pollicaris) radiis adpressis distantibus flexuosis glabris; glumis ovatis inaequalibus denticulatis glabris 3-plo brevioribus quam valvulae aequales (purpurascentes) scabriusculae basi sparsim brevi-pilosis, inferiore apice bidentata inter dentes arista glumis duplo longiore instructa, superiore acuta. Podosaemum glabratum *H. B.* l. c. 130. ⊙ Mexico.

47. M. TENUIFOLIA. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis caespitosis ramosis (pedalibus) erectis aut procumbentibus cum nodis glabris; ligula elongata lacera; foliis subconvolutis vaginisque scabris; paniculae gracilis (3-pollicaris) radiis subdistantibus abbreviatis scabris alternis; glumis inaequalibus lanceolatis acuminato-subulatis superiore majore valvulas aequante; valvulis subaequalibus scabris (virentibus) basi brevi-pilosis, inferiore bidentata arista recta subpollicari instructa, superiore acuminata. Calamagrostis tenuifolia *H. B.* l. c. 134. ♃ Mexico.

48. M. STRICTA. *Kunth.* (En. I. 202.) Culmo erecto stricto tereti vaginisque scabriusculis; foliis convoluto-setaceis scabris elongatis (1—$1\frac{1}{2}$-pedalibus); ligula ovata exserta; panicula stricta patente subverticillata (15-pollicari); glumis subaequalibus flore duplo brevioribus, superiore setacea; valvulis aequalibus, inferiore integerrima in setam terminata, superiore bidentata. Podosaemum strictum *Presl.* Rel. Haenk. I. 231. ♃ Mexico.

49. M. SIMPLEX. *Kunth.* (l. c. 203.) Culmo foliisque convolutis glabris; ligula nulla; racemo stricto; glumis rigidis scabris sub basi barbatis; corolla breviter aristata. Podosaemum simplex *Spr.* c. p. 30. N. Holl.

50. M. FASCICULATA. *Trin.* (Unifl. 192.) Panicula subthyrsode interrupta; glumis oblongis obtusiusculis, perianthio dentato longe setigero triplo brevioribus. (An eadem ac M. rigida *Trin.?* sec. *Kunth.*) Am. sptr.

CRYPTOSTACHYS. *Steud.* Panicula racemosa simplicissima intra vaginam spathaeformem recondita, post anthesin exserta; paniculae radii perpauci (1—2) adpressi breves; spiculae uniflorae; glumae 2 subaequales lanceolatae flosculo longiores hyalinae acuminatae persistentes; valvulae 2 membranaceae pilosae inaequales acuminatae cito deciduae; stamina —? pistillum? semen basi scutello transverso quasi abscissum oblongum teres glabrum.

1. C. VAGINATA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis confertis inaequalibus ($\frac{1}{2}$—1-pedalibus), tenuibus geniculatis glabris a basi ad apicem usque vaginis subtumidis vestitis; vaginis omnibus paniculam foventibus clandestinam, post florescentiam demum plus minus exsertam; foliis angustis lineari-lanceolatis vaginis subaequilongis; ligulae loco intra vaginam lamina hyalina elongata paniculam comitante fissa; spiculae alternae sessiles; glumae nervo viridi percursae. Panicum proliferum. Hrbr. Amerc. un. it. 1837. Multum accedit ad Vilfam vaginaefloram *Torr.* et Agrostidem clandestinam *Spr.* sed glumae in nostra flosculos superantes. Am. sptr.

CINNA. *Lin.* Thyrsus vel panicula; spicula uniflora; glumae 2 carinatae inferior paulo minor (raro nonnihil major); valvula inferior 3-nervia apice mutica vel brevissime setulosa; stamina 1—3; antherae lineares; ovarium oblongum glabrum; styli 2; stigmata plumosa; fructus oblongus.

a. *Panicula.*

1. C. SOBOLIFERA. *Link.* (En. I. 71.) Radice repente, squamis albis imbricatis vestita; culmo adscendenti-erecto (1—$1\frac{1}{2}$-pedali) ramoso cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima truncata; foliis planis (3—6″ longis, 1—3‴ latis, ramorum saepe brevissimis angustissimis), deorsum scabris; paniculae filiformis ($1\frac{1}{2}$—7-pollicaris) lucidulae radiis 1—2-nis adpressis, inferioribus $\frac{1}{3}$ vel brevius nudis, superioribus a basi floriferis; spiculis vix linealibus; glumis valvulis $\frac{1}{3}$ vel paulo minus brevioribus; valvula inferiore mutica, inferne — saepe ad medium usque brevi barbata, superiore subaequilonga dissite 2-nervia; callo barbato; staminibus 3. Mühlenbergia sobolifera *Trin.* unifl. t. 5. f. 4. ♃ Am. sptr.

2. C. DECIPIENS. *Kunth.* (Gram. I. 67.) Culmo tenui subfiliformi ($1\frac{1}{2}$-pedali) simplici ad nodos glabro; vaginis sursum scabriusculis; ligula lineali obtusiuscula sublaciniata; foliis subsetaceo-convolutis (3-pollicaribus) firmulis glabris; paniculae pauperculae (6-pollicaris) radiis 2-nis inaequalibus; inferioribus ultra medium, superioribus a basi floriferis; pedicellis brevissimis vel spiculam linealem aequantibus; glumis quam valvulae parum brevioribus carina hispidulis; valvula inferiore sub apice setula brevissima ipsam aequante instructa; callo dorso brevius antice duplo longius barbato. Agrostis decipiens *R. Br.* prod. I. 172. N. Holl.

3. C. MEXICANA. *Beauv.* (*Trin.* Agrost. II. 33. excl. plur. syn.) Radice fibrosa vel repente; culmis pluribus adscendentibus (1—2-pedalibus) contracto ramosis et ramosissimis cum nodis vaginisque glabris; ligula brevissima lacera truncata; foliis plurimis linearibus (1—2—3‴ latis, 2—3½″ longis) laeviusculis vel scabriusculis; paniculis plurimis lineari-congestis densis (2—3-pollicaribus, viridibus vel purpureo-variis); radiis subternis a basi dense floriferis vel longioribus basi nudis; spiculis angustis linealibus; glumis acuminatis ad carinam scabriusculis parum inaequalibus valvulas subaequantibus; valvulis (deciduis) inferiore acuminata, glumis vix longiore, superiore acutissima glabra; callo dorso brevius antice longius pilifero; staminibus 1—3. (cfr. Agrostis gymnostyla.) ♃ Mexico.

4. C. LATERIFLORA. *Kunth.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo ima basi sobolifero, duro firmo arundinaceo tereti sursum demum flaccidulo subcompresso multinodo e nodis ramifero; nodis incrassatis fuscis, glabris; vaginis striatis glabris fere omnibus paniculam foventibus; foliis lanceolatis acutis (1—2— raro 2½″ longis, 1—2‴ latis) scabriusculis; paniculis pluribus e foliorum vaginis et terminalibus (1—2-pollicaribus) contractis densis, radiis infimis densis superioribus solitariis a basi ramosis et floriferis; pedicellis brevissimis scabriusculis; spiculis angustissimis linealibus; glumis angustissimis acutis subaequalibus asperulis valvulis brevioribus; valvulis subaequalibus acutis glabris; callo brevissimo antrorsum piloso. Agrostis lateriflora *Michx.* (sec. specimina a clbo. *Frank.* in civitate Ohio lecta. Un. it. 1837. omnino cum descriptione *Torreyi* Fl. I. 86. congrua, qui plantam Am. sept. a praecedente mexicana omnino diversam sed A. filiformem *Mhlbrg.* non diversam contendit.)

5. C. RACEMOSA. *Kunth.* (l. c.) Radice repente; culmo adscendenti-erecto ramoso (1½—2⅓-pedali) cum nodis pluribus glabro; vaginis scabriusculis; ligula brevissima ciliolata; foliis lanceolato-linearibus (3—4½″ longis, 1½—2‴ latis) glaucescenti-viridibus scabris; paniculae linearis (2—3-pollicaris) inferne interruptae radiis solitariis a basi dense floriferis; spiculis angustis bilinealibus; glumis inaequalibus acutissimis glabris quam valvulae ⅓ longioribus; valvula inferiore acutissima praesertim margine pilosa; superiore paulo breviore glabra; callo antice brevibarbato; staminibus 3. Trichochloa glomerata et calycina *Trin.* fund. cum omnibus synonymis. ♃ Am. sptr.

6. C. PENDULA. *Trin.* (Agrost. II. 34.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (2—4-pedali) versus nodos glabros cum vaginis scabro; ligula 1—2- suprema 3-lineali obtusa; foliis lanceolato-linearibus (7—12″ longis, 5—8‴ latis) acuminatis deorsum scabris; paniculae nutantis (8—12-pollicaris) lucidae radiis sub-5-nis inaequalibus filiformibus ad medium et ultra nudis; spiculis 1½‴ et ultra longis; glumis acutissimis parum inaequalibus valvulas subaequantibus; valvula inferiore infra apicem exserente setulam minimam (sub-linealem) dorso scabriuscula, superiore aequilonga glabra; callo nudo; stamine unico. C. latifolia *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. ross. XIII. 435. C. expansa *Link.* 236. Agrostis suaveolens *Blytt.* act. Holm. 1837. Agrostis latifolia *Trevir.* Blyttia suaveolens *Fries.* Mühlenbergia pendula *Bong.* Veg. Siteha. p. 172. Mühlenbergia baicalensis *Turcz.* Cat. Baic. nr. 1268. ♃ Norwegia.

7. C. ARUNDINACEA. *Lin.* Radice fibrosa vel subrepente; culmo erecto simplici (2—6-pedali) basi ima subbulboso-incrassato cum nodis vaginisque glabro; ligula 3-lineali obtusa fissa; foliis lanceolato-linearibus (7—10″ longis, 4—6‴ latis) deorsum scabriusculis; paniculae erectae vel subnutantis (6—10-pollicaris, viridis vel purpurascentis) radiis 3—5-nis inaequalibus longioribus basi nudis, brevioribus a basi floriferis; pedicellis quam spiculae 2—2½-lineales brevioribus; glumis acutissimis inferiore 3- quam superior uni-nervia ¼ circiter breviore, superiore valvulas subaequante; valvula inferiore infra apicem exserente setulam minimam (semilinealem) rectam rigidulam; callo nudo; stamine unico. *Beauv.* Agr. tab. VII. fig. 12. *Schreb.* Gram. II. t. 49. ♃ Am. sptr.

8. C.? ALBA. *Nees.* (mpt.) Foliis lineari-angustis vaginisque glabris, ligula lanceolata longa; panicula contracta; glumis corolla paulo brevioribus; flosculi valvula inferiore mutica acuta, superiore bidentata, nervis distantibus hispidis; processu accessorio glabro brevi apice umbilicato. *Gillies* legit Mendoza.

b. *Thyrsus.*

9. C. MACROURA. *Kunth.* (Gram. I. 67.) Culmo erecto simplici (3—4-pedali) infra nodos glabros pubescente; vaginis glabris vel scabriusculis; ligula fere pollicari (vel breviore) acuminata bifida; foliis anguste linearibus scabriusculis (7″ longis); thyrso cylindrico 12—16-pollicari) angusto denso; radiis brevibus compositis; spiculis bilinealibus angustis brevi pedicellatis; glumis lanceolato-linearibus acutis scabriusculis subaequalibus, longitudine fere valvularum; inferiore mutica, superiore acuta glabra; callo brevissime barbatulo; staminibus 3. Crypsis macroura *H. B.* N. gen. I. 140. ♃ Mexico.

10. C. STRICTA. *Kunth.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo stricte-erecto simplici (1½—3-pedali) infra nodos (sub lente) pubescente, basi ob vaginas confertissimas bulboso-incrassato; vaginis scabriusculis; ligula 3-lineali; foliis firmis rigidis setaceis glabris (6-pollicaribus); thyrso cylindraceo (3—5-pollicari) denso; glumis acuminato-subulatis aequalibus parum quam valvulae longioribus; valvulis aequalibus, inferiore statim sub apice exeunte in setulam brevissimam; callo brevissime barbulato; staminibus 3. Crypsis stricta *H. B.* l. c. ♃ Mexico.

11. C. SETIFOLIA. *Kunth.* (l. c.) Culmo erecto simplici (?) glabro, sub nodis pubescente; foliis convoluto-setaceis acutissimis (20″ longis) vaginisque scabris; ligula longissima multifida; panicula spicaeformi cylindrica (7-pollicari); glumis aequilongis acutis scabris longitudine valvulae inferioris tridentatae scabrae. Crypsis setifolia *Presl.* Rel. Haenk. I. 245. ♃ Mexico.

12. C. PHLEOIDES. *Kunth.* (l. c.) Culmo erecto simplici glabro; foliis vaginisque scabriusculis laxis; spica densa cylindracea; glumis acuminato-subulatis aequalibus, valvulis inaequalibus, inferiore duplo longiore glumas subaequante. Crypsis phleoides *H. B.* l. c. ♃ Cumana.

13. C. JAPONICA. *Steud.* Radice fibrosa subrepente subcaespitifera; culmo basi geniculato erecto stricto tereti striato cum nodis vaginisque glabro (1½—3-pedali); foliis anguste lineari-lanceolatis longe setuloso acuminatis (plus minus pedalibus, linea vix latioribus) ad oras vaginarum cum ligula brevissime membranacea setuloso pilosis; vagina summa involvente basin paniculae angustissimae spicaeformis elongatae densae (½—1-pedalis); spiculis minutis acutis glabris; gluma inferiore flosculo triplo minore obtusiuscula, inferiore eo duplo breviore lanceolata acuta; valvulis lanceolatis acutis basi non pilosis; stamine unico. Ex Hrbo. Musei Lugd. Batav. Japonia.

ECHINOPOGON. *Beauv.* Thyrsus subpanicularis ovatus; glumae valvulis parum breviores aequales; valvulae chartaceae basi pilis brevissimis cinctae; inferior acuta infra apicem seta rigida ipsa longiore instructa; superior vix brevior apice bidenticulata; callus pusillus; stamina 3; styli 2; stigmata plumosula; fructus lanceolato-oblongus apice barbatulus.

1. E. OVATUS. *Beauv.* (Agrost. t. 9. f. 5.) Radice fibrosa; culmo simplici basi saepe procumbente et radicante, tum erecto, tereti vaginato vel foliato laevi vel apice cum vaginis striatis scabriusculo; ligula oblonga exserta; foliis rigidulis patentibus linearibus acutis margine scabrius-

culis (1—3″ longis, 1—2‴ latis); panicula densissime spicata ovata (½—1-pollicari); radiis brevibus 3—4-floris; spiculis unifloris; glumis flosculo ⅓ brevioribus acutis carina pilosis; valvula inferiore paulo infra apicem acutum aristata; arista rigida valvula duplo longiore persistente. Agrostis ovata *Forst. Labill.* N. Holl. t. 21. Cinna ovata *Kunth.* Supl. t. XIII. f. 5. N. Holl.

2. E. SIEBERI. *Steud.* Caule tereti tenui simplici vel ramoso (1—2-pedali) vaginato foliato; cum vaginis retrorsum scaberrimo; ligula oblonga; foliis flaccidis (1—2-pollicaribus); panicula spicato-capitata oblonga (4-lineali); glumis subaequalibus flosculo brevioribus obtusis muticis carina viridi pilosis margine membranaceis albidis; valvula inferiore apice breviter bifida, infra apicem aristata, arista flosculum longitudine vix superante facile decidua (ut specimina aristis nullis non rara vix dignoscenda), valvula superiore minore hyalina nervosa acuta; achenio oblongo canaliculato apice barbato. E. ovatus *Sieber* hrbr. N. Holl.

3. E. GUNNIANUS. *Nees.* (in *Hook.* Lond. Journ. II. 413.) Radice fibrosa; culmis pluribus (digitalibus usque palmaribus et ultra) simplicibus; vaginis internodio brevioribus retrorsum scabris; ligula brevi; foliis (1—1½″ longis) nervo carinatis; panicula oblonga vel lanceolata erecta rigidula (1—1½-pollicari); spiculis viridibus (1‴ longis); glumis aequalibus obtusiusculis ovatis muricato-scabris; flosculo basi piloso lanceolato; setis valvulae inferioris planis rigidis. Hrbr. *Gunner* nr. 1011. N. Holl.

LAGURUS. *Lin.* Panicula thyrsiformis ovata; glumae angustae longe attenuatae et villosissimae; valvulae glumis fere duplo breviores; inferior longe biseta dorso aristata; stamina 3; ovarium oblongum glabrum; styli 2 breves; stigmata plumoso-ramulosa.

1. L. OVATUS. *Lin.* Culmo simplici vel basi ramoso inferne tenui pubescente; vaginis pubescentibus, suprema inflata; foliis linearibus vel lineari-lanceolatis, quandoque cordato-lanceolatis molliter pubescentibus; panicula ½—2-pollicari; spiculis lineari lanceolatis 2-linealibus. *Schrb.* gram. I. t. 19. f. 3. *Beauv.* Agr. t. 8. fig. 12. *Host.* gram. II. t. 46. *E. B.* t. 1334. *Kunth.* Supl. t. XIX. f. 1. ⊙ Eur. austr. Asia.

POLYPOGON. *Desf.* Panicula contracta densa; glumae subaequales plus minus pilosae compressae ex apice vel infra apicem setigerae, vel tantum acuminatae; valvulae callulo insidentes glabro quam glumae 3—2-plo vel tantum ⅓ breviores; inferior apice vel sub apice setigera; stamina 3; ovarium oblongum; styli 2 breves; stigmata plumosula.

1. P. MARITIMUS. *Decand.* (H. monsp. 134.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis et adscendentibus simplicibus (½—1-pedalibus); nodis glabris; vaginis asperiusculis superioribus (sub-) inflatis; ligula 2-lineali obtusiuscula; foliis angustis (1—5″ longis, 1—1½‴ latis) glabriusculis; panicula oblonga densa (½—2-pollicari et ultra) non vel vix lobata; pedicellis brevissimis; spiculis ⅔—1-linealibus; glumis superne longius villosis inferne ad medium usque carina aculeolatis, plus minus ab apice setam emittentibus acutam 2—3-linealem; valvulis dimidio brevioribus, inferiore fere ex apice exserente setam glumas aequantem vel parum longiorem, superiore parum breviore. P. tataricus *Fisch. Bbrst.* Alopecurus paniceus *Lin.* ⊙ Eur. austr. Asia.

2. P. NEPALENSIS. *Nees.* (ex *Trin.* Agrost. II. 9.) Radice fibrosa; culmo inferne ramoso erecto vel adscendente (½—1½-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula membranacea 1—2-lineali; foliis (1—5″ longis, 1—1½-lineas latis) scabriusculis; paniculae densae (1½—2-pollicaris albescentis) verticillis inferioribus remotis; spiculis vix linealibus, glumis ad nervum aculeatis undique hirtis, sub apice obtuso emittentibus setam 1½-linealem; valvulis aequilongis quam glumae duplo brevioribus, inferiore setulam ipsa duplo breviorem exserente; superiore apice bidentata. Phleum crinitum *Roxb.* Fl. ind. or. I. 306. ⊙ Nepal.

3. P. ZEYLANICUS. *Nees.* (mpt.) Culmo stricto; foliis planis vaginisque scabris, ligula obtusa; panicula spiciformi densa cylindrica, seta terminali triplo longiore glumis oblongo-linearibus obtusis integris scabris; flosculi quadridenticulati setula persistente flosculum aequante glumasque parum superante. Praecedenti et P. monspeliensi (forsan nimis) affinis. Agrostis panicea *Moon.* Catal. p. 8. Ceylon.

4. P. STRICTUS. *Nees.* (l. c.) Radice fibrosa culmo erecto simplici (1—3-pedali) cum nodis glabro; vaginis scabriusculis ligula 3—4-lineali obtusa; foliis (3—9″ longis, 1—1½‴ latis) asperiusculis; panicula oblongo-lineari sublanceolata (2—8-pollicari) densa rarius inferne interrupta; verticillis inferioribus distantibus, radiis inaequalibus (½—2½-pollicaribus); pedicellis hispidulis; spiculis vix linealibus glumis undique pilosulis ad nervum paulo longius aculeolatis emittentibus setam 4—6-linealem; valvula inferiore glumis paulo breviore apice 4-dentata (dentibus extimis paulo longioribus), setam exserente 3-linealem, superiore paulo breviore bidentata. Variat: culmo tenerrimo basi caespitoso cum foliis angustissimis planis flaccidulo, panicula depauperata (pollicari) lucidissima. ⊙ Pr. b. sp.

5. P. CRINITUS. *Trin.* Radice fibrosa vel subrepente; culmis decumbentibus adscendentibus ramosis (2″—2′ altis) glabris vel sursum asperis; ligula sublineali obtusa; foliis retrorsum scabris (in majoribus 4—5″ longis, 2—3‴ latis); panicula densa oblonga vel lineari-oblonga (½—5-pollicari subglaucescente vel cum purpureo mixta); radiis inaequalibus a basi floriferis; pedicellis brevibus, spiculis linealibus; glumis pilosulis, inferne ad medium aculeolatis, ex ipso apice vel paulo infra emittentibus setam 1½—4-linealem; valvulis subdimidio brevioribus; inferiore apice 4-dentata setam exserente 1½—2-linealem, superiore parum breviore. Polypogon australis *Brongn.* in *Dupr.* it. 21. ♃ Chili. Ins. Juan Fernand.

6. P. ADSCENSIONIS. *Trin.* (Agrost. II. p. 11.) Radice fibrosa; culmo simplici glabro (pedali); ligula 2-lineali fissa; foliis asperiusculis (4″ longis, 1‴ latis); panicula lineari-oblonga (2½-pollicari, pallide viridi); verticillis inferioribus distantibus; radiis a basi ramosis floriferis; spiculis vix linealibus; glumis undique scabriusculis sub apice acutiusculo emittentibus setam 5—6-linealem; valvulis aequalibus quam glumae paulo brevioribus, inferiore exserente apice setulas 3, duas laterales plerumque ipsius longitudine, tertiam dorsalem dimidio breviorem, infraque apicem setam 4—5-linealem; superiore apice bifida. ⊙ Ins. Adscensionis.

7. P. TENUIS. *Brongn.* (*Duper.* it. 22.) Culmo erecto simplici; foliis angustis convolutis rigidis; panicula pauciflora spicaeformi; glumis pubescentibus apice subintegris; aristis longissimis (glumis 6-plo longioribus); valvula exteriore profunde bidentata, dentibus acutis, emittente aristam gluma duplo longiorem. Ins. Adscensionis.

8. P. ELONGATUS. *H. B.* (N. gen. I. 134.) Radice fibrosa; culmo simplici erecto vel geniculato (1—3-pedali) cum nodis glabris, vaginis asperiusculis vel glabris; ligula 1—3-lineali obtusiuscula; foliis (2—8″ longis, 1—5‴ latis) margine hispidis; panicula angustata (4—12-pollicari) densiuscula apice (in majoribus) nutante, plus minus interrupta; radiis plurimis verticillatis tenuissimis inaequalibus a basi vel superius floriferis; spiculis cum subulis 2—3-absque seta 1¼‴ longis; glumis aequalibus hispidis ad nervum aculeatis in setam ipsis paulo breviorem acuminatis; valvulis glabris; inferiore glumis subduplo breviore

apice denticulata setam exserente glumarum setas aequantem vel paulo breviorem; superiore illa plus dimidio breviore. P. inaequalis *Trin.* Nowodworskia (Raspailia) agrostoides *Presl.* Rel. Haenk. I. t. 40. ♃ Brasil. Chili. Peru.

9. P. LINEARIS. *Trin.* (Linn. X. 301.) Panicula lineari-contracta densiuscula; seta glumarum hirtularum subterminali ipsarum longitudine; flosculi seta glumis paulo breviore inclusa; foliis planis. Chili.

10. P. INTERRUPTUS. *H. B.* (l. c. p. 134. t. 44.) Culmo glabro erecto simplici (subpedali); foliis linearibus scabris; vaginis glabris; ligula obtusa ovata; paniculae spicaeformis ($1\frac{1}{2}$—2-pollicaris) interruptae ramis abbreviatis subsecundis patulis scabris; glumis obtusis subaequalibus (purpurascentibus) aristatis seta ipsas aequante; valvulis quam glumae duplo brevioribus subaequalibus, inferiore paulo majore 4-dentata aristata, superiore bidentata mutica; arista tortuosa longitudine glumae. ⊙ Orinoco.

11. P. FLAVESCENS. *Presl.* (l. c. 234.) Radice fibrosa; culmo erecto subramoso (5—10-pollicari) cum nodis glabro; vaginis scabris; foliis linearibus (5″ longis, 1—2‴ latis) margine scabris; paniculae lineari-oblongae ($2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$-pollicaris) densae radiis fere a basi ramosissimis; spiculis linealibus; glumis totis pilosulis supra medium usque nervo aculeatis, setam fere ex apice emittentibus $2\frac{1}{2}$—5-linealem; valvulis dimidio brevioribus, interiore acutissime bifida inter dentes setam exserente glumas aequantem vel paulo superantem; superiore paulo breviore. ♃ Peru.

12. P. LITTORALIS. *Smith.* (E. B. t. 1251.) Radice repente; culmis basi decumbentibus, adscendentibus simplicibus vel ramosis (1—2-pedalibus) cum vaginis glabris vel scabriusculis; nodis glabris; ligula membranacea 2—3-lineali; foliis deorsum scabris (5—8″ longis, 1—2 supremum saepe 3‴ latis); panicula densa (3—4-pollicari flavo-viridi vel purpurascente) interdum basi interrupta; radiis inaequalibus erectis compositis; spiculis linealibus apertis; glumis undique pilosulis, ad carinam dissite aculeatis, ex ipso apice emittentibus setam linealem; valvulis glabris, inferiore quam glumae $\frac{1}{3}$ breviore ex vel sub apice exserente setam glumarum seta paulo breviorem, superiore glumis dimidio breviore bidentata. P. mexicanus *Schlchd. Hort. Paris.* ♃ Eur. As. Am. austr.

13. P. MONSPELIENSIS. *Desf.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici interdum ramoso, geniculato ($\frac{1}{2}$—3-pedali) cum vaginis glabro vel asperiusculo; nodis glabris; ligula 2—3-lineali obtusa; foliis glabris vel asperulis (1—4″ longis, 1—4‴ latis); panicula lineari-oblonga densa rarius interrupta (1—5-pollicari, viridi- vel albo- raro purpureo-flavescente); radiis inaequalibus a basi floriferis; spiculis linealibus; glumis aequalibus undique pilosulis ad nervum aculeolatis sub apice acuto setam 2-linealem emittentibus; valvulis subaequalibus glumis duplo brevioribus; inferiore truncata 4-dentata setam apice exserente glumis paulo longiorem *Beauv.* Agr. t. VI. f. 8. *Kunth.* supl. t. XIII. f. 7. Phleum crinitum *Schreb.* gram. t. 20. f. 3. ⊙ Eur. As. Afr. Am.

14. P. FUGAX. *Nees.* (mpt.) Foliis planis scabris; ligula elongata acuta; panicula spicaeformi subcylindrica; seta glumas lanceolatas bidentatas pubescenti-scabras aequante, arista flosculi laevis quadridentati infra apicali caduca prominula glumis breviore. Praecedentis var. *Trin.* ♃ Nepal.

15. P. AFFINIS. *Brogn.* (*Duperr.* it. 19.) Radice fibrosa; culmis diffuso-caespitosis inferne geniculatis ($\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$-pedalibus) sub panicula scabris; nodis vaginisque glabris ligula brevi ($\frac{1}{2}$-lineali) obtusa; foliis deorsum scabriusculis, margine hispidis ($2\frac{1}{2}$—3″ longis, 1—3‴ latis); panicula densa quandoque interrupta ($1\frac{1}{2}$—4-pollicari, e pallido-viridi-purpurascente); radiis inaequalibus (usque pollicaribus); spiculis linealibus; glumis aequalibus totis pilis brevissimis rigidis scabris ad nervum aculeolatis excurrentibus in setam ipsarum fere longitudine; valvulis aequilongis quam glumae dimidio brevioribus, inferiore setam apice emittente glumaram seta breviorem. ⊙ Chili. Peru.

16. P. RADICANS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi decumbente radicante tum erecto subramoso vel simplici vaginato glabro (ultra pedali) vaginis striatis glabris laevibus, ligula oblonga obtusa hyalina; foliis planis lanceolatis scabriusculis (2—4″ longis, usque 3‴ latis); panicula subcontracta (4-pollicari) radiis verticillatis inaequalibus (usque $1\frac{1}{2}$-pollicaribus) erecto patentibus basi (exceptis minoribus) nudis, paniculatis; glumis parum in aequalibus subtruncato obtusis ad carinam aculeatis, caeterum pilosulo-scabris, flosculo duplo longioribus; valvula inferiore infra apicem setam illis glumarum $\frac{1}{3}$ breviorem exserente, superiore brevissime setulosa. *Lechler* hrbr. nr. 444. Valdivia. Chili.

17. P. CHAETOTROPIS. *Trin.* (Agrost. II. 16.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (2—3-pedali), cum nodis vaginisque glabro vel his cum foliis scabriusculis (6—8″ longis, $1\frac{1}{2}$‴ latis); panicula lineari densa contracta (5—7-pollicari) inferne interrupta; spiculis linearibus; glumis parum inaequalibus acutissimis ad nervum dense aculeatis, lateribus paulo hispidis; valvulis quam glumae $\frac{1}{3}$ brevioribus, inferiore infra apicem setulam exserente ipsam aequantem vel glumis paulo breviorem; superiore paulo breviore apice integra. Chaetotropis chilensis *Kunth.* gram. I. t. 47. ⊙ Chili. Ins. Juan Fernand. (Koeleria interrupta *Steud.* nr. 1470. *Berter.* hrbr.)

18. P. LONGIFLORUS. *Nees.* (ex *Trin.* l. c. 17.) Radice tenui-fibrosa; culmo erecto vel adscendente (6—10-pollicari) tenui cum nodis vaginisque glabris; ligula lineali acuta; foliis linearibus (subpollicaribus $\frac{1}{2}$—1‴ latis); panicula (2—$2\frac{1}{2}$-pollicari, pallide flavescente) contracta densiuscula; radiis inferioribus sub-5-nis distantibus, superioribus binis confertis a basi floriferis; pedicellis brevissime pilosis apice stellula pilorum cororatis; spiculis fere bilinealibus deciduis; glumis inferne ad medium usque ad nervum aculeatis et lateribus hispidis sub apice acutiusculo setam emittentibus ipsarum longitudine; valvulis quam glumae fere 3-plo brevioribus; inferiore apice setam exserente glumis breviorem vel easdem paulo excedentem; superiore parum breviore. ⊙ Chili.

19. P. CHONOTICUS. *Hook. fil.* (Antarct. voy. 374.) Culmis validis erectis totis vaginatis (bipedalibus); foliis planis scaberulis striatis lanceolato-subulatis (5-pollicaribus); panicula ampla oblonga (4—5″ longa, 1—$1\frac{1}{2}$″ lata) subeffusa lobata sericea densiflora ramis (e copia spicularum velutis) glabriusculis pedicellisque scabriusculis; glumis pubescentibus apice oblique truncatis aristis quam valvulae duplo longioribus; valvula inferiore superne 5-nervia truncata 5-aristata, aristis 2 lateralibus subelongatis, intermedia quam valvula triplo longiore; valvula superiore breviore apice bidentata. Chonos Archipelagus, prom. Tres montes.

20. P. DRUMMONDII. *Steud.* Radice fibrosa; culmo e basi geniculata erecto ($\frac{1}{2}$-pedali) cum nodis vaginis foliisque glabro; ligula membranacea obtusa; panicula basi vagina summa amplexa contractiuscula ($1\frac{1}{2}$-pollicari) radiis subverticillatis brevibus a basi floriferis; spiculis basi pilis sericeis argenteo nitidis cinctis; glumis scabris (sine aristis $1\frac{1}{2}$-linealibus) scabridis, flosculo duplo longioribus; flosculi arista dorsali vel terminali basi torta eas glumarum fere duplo superante. Vix P. tenellus *R. Br.* Hrbr. *Drummond.* Coll. IV. 369. N. Holl.

Species minus cognitae.

21. P. SUBSPATHACEUS. *Req.* (An. sc. nat. 1825.) Panicula ovata laxa basi inclusa; glumis apice dilatatis bifidis nitentibus valde ciliatis longe aristatis. P. mon-

speliensis var. hebetata *Rchbch.* Ins. Laveiro prope Corsica.

22. P. MEXICANUS. *H. Halens.* (1842. non *Spr.*) Panicula florente expansa, ante anthesin contracta; glumis lanceolatis in aristam ipsis breviorem terminatis; valvulis gluma $^1/_3$ brevioribus, exteriore apice 4-dentata brevi-aristulata, interiore acuta bidentata. Mexico.

23. P. TENELLUS. *R. Br.* (Prodr. I. 173.) Panicula coarctata subcylindracea; glumis dense villosis; perianthii arista dorsali tortili glumarum duplo longiore. N. Holl.

24. P. INTERMEDIUS. *Carmich.* (Linn. Trans. 12. 504.) Panicula coarctata lobata; glumis subulatis pubescentibus; seta perianthii terminali valvula 4-dentata breviore. Ins. Tristan da Cunha.

DIDYMOCHAETA. *Steud.* Panicula; spiculae pedicellatae uniflorae; glumae duae aequales flosculo duplo longiores acutae muticae; valvulae duae utraque in setam brevem terminata, basi pilosa; inferior fere e basi aristata, arista geniculata valvulam suam superans; stamina 3; stylus pilosus.

1. D. AUSTRALIS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo tenui erecto tereti glabro foliato (6—10-pollicari); vaginis adpressis glabris; ligula elongata oblonga obtusiuscula vel acutiuscula; foliis angustissimis linearibus (1—1 $^1/_2$″ longis, vix $^1/_2$‴ latis), laeviusculis; panicula laxiuscula contracta erecta (2—4-pollicari); radiis capillaribus subverticillatis erectis basi nudis apice plurifloris; spiculis pedicello apice subclavato spicula breviore insidentibus plurifloris, parum ultra linealibus; glumis patulis aequalibus dorso scabriusculis caeterum glabris herbaceis margine apiceque hyalinis; valvulis sese amplectentibus pilosis. *Drummond* Coll. IV. nr. 370. N. Holl.

2. D. CHILENSIS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis tenuissimis humilibus (2—4-pollicaribus) basi praesertim foliatis cum foliis vaginisque glabris; ligula elongata oblonga subamplexicauli obtusa vel brevi-acuminata; foliis angustissimis planiusculis vel convolutis (vix ultra pollicaribus); panicula densa contracta subinterrupte-spicula $^3/_4$—1 $^1/_2$-pollicari; radiis brevissimis fere a basi floriferis; pedicellis brevissimis apice callosulis; spiculis linea brevioribus; glumis aequalibus subpatulis dorso scabriusculis caeterum glabris herbaceis margine apiceque hyalinis; valvulis apice brevi-setulosis basi fasciculato-pilosis. *Lechler* hrbr. nr. 239. Koeleria chilensis. *Steud.* in Hrbo. *Berter* un. it. nr. 1069. Chili.

CHAETURUS. *Link.* Panicula; spiculae in apice radiolorum binae vel saepius ternae brevissime subaequali-pedicellatae; glumae lanceolatae valvulis longiores, inferior major in setam excurrens; valvulae muticae; superior inferiore plus dimidio minor; stamina 3; stigmata sessilia plumosa; fructus, lineari-oblongus.

1. C. FASCICULATUS. *Link.* (*Schrad.* Jour. 1799. 2. 313.) Radice fibrosa; culmo inferne ramoso erecto vel geniculato (2—12-pollicari) cum nodis vaginisque glabro; foliis perangustis planis (1—2″ longis, $^1/_3$‴ latis) raro subseticeis; panicula contractiuscula ($^1/_2$—2-pollicari), radiis 2—3-nis; spiculis in quovis pedunculo 2—3 linea longioribus; scabriusculis. *Beauv.* Agr. t. V. f. 7. *Kunth.* Gram. II. t. 214. ⊙ Hispan. Lusit.

PEREILEMA. *Presl.* Panicula jubalis e radiis dense thyrsoideis alternis; spiculae compacto-fasciculatae inferiores sub forma glumarum vel setarum abortentes (spiculae 2—4 involucro e foliolis 8—19 setiformibus composito obvallatae uniflorae *Presl.*), superiores 1—2 fructiferae, uniflorae; glumae 2 flosculo dimidio breviores seta terminatae; valvulae basi pilis cinctae; inferior 3-nervia acuminato-setigera; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2, stigmata plumosa.

1. P. CRINITUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. t. 37. f. a.) Radice subrepente; culmo basi florifero-ramoso (4—10-pollicari), infra paniculam pubescente; nodis glabris; vaginis scabriusculis; ligula brevi truncata ciliolata; foliis linearibus deorsum scabris (3—5″ longis, 1‴ latis); panicula angusta inferiore interrupta (4—5-pollicari); radiis solitariis a basi dense floriferis; spiculis fere linealibus in quovis fasciculo 2—4, setis scabris (8—18) ipsis aequilongis obvallatis; glumis subaequalibus quam valvulae dimidio brevioribus, apice in lacinulas brevissimas obtusas divisis et setam ipsis paulo longiorem emittentibus; valvulis aequalibus, inferiore 3-nervia scabra in setam flexuosam pollice longiorem terminata; superiore binervia acuta. ⊙ Panama.

2. P. BRASILIANUM. *Trin.* (Agrost. II. 136.) Radice subrepente; culmo basi decumbente (1—2-pedali) florifero-ramoso, nodisque glabro; vaginis ad faucem saepius barbatis; ligula brevi membranacea; foliis utrinque scabris (3—8″ longis, 1—3‴ latis); paniculae (2—6-pollicaris) subsecundae radiis solitariis basi remotis superne confertis a basi floriferis; spiculis sesquilinealibus compacto-fasciculatis inferioribus sub glumarum vel setarum forma abortivis, hermaphroditis pilis brevissimis basi cinctis; glumis membranaceis apice bidentatis et in setam ipsis aequilongam productis; valvulis aequilongis, inferiore 3-nervia apice bidentata et in setam ipsam subaequantem producta, superiore mutica bidentata. P. crinitum *Trin.* ic. XXX. t. 358. Mühlenbergia Beyrichiana *Kunth.* gram. II. t. 113. ⊙ Brasil.

GASTRIDIUM. *Beauv.* Panicula thyrsiformis densa; spiculae uniflorae; glumae 2 lanceolatae flosculum superantes basi subventricosae, inferior longior; valvulae 2 chartaceae glumis 5—6-ies breviores; inferior apice truncato-dentata, infra apicem aristata vel mutica, superiorem binerviam bicarinatam amplectens; stamina 3; ovarium glabrum; stigmata 2 subsessilia plumosa; squamulae 2 integrae longitudine ovarii oblongi; caryopsis ovato-elliptica.

1. G. AUSTRALE. *Beauv.* (Agrost. t. 6. f. 6.) Radice fibrosa; culmo erecto aut basi procumbente (4—10-pollicari) ramoso; vaginis glabris suprema subventricosa elongata; ligula lineali lata demum lacinulata; foliis erecto-patentibus linearibus (1—3″ longis, $^1/_2$—1‴ latis) scabris; paniculae (1—3-pollicaris) radiis ramulosis adpressis. Variat: glumis nitidis, seta corollae elongata. Milium lendigerum *Lin. Schrb.* Gram. t. 23. f. 3. *Rchbch.* Ic. gr. f. 122. *Host.* gram. 3. t. 24. *E. B.* t. 1107. et: glumis oblongis scabris, seta corollae obsoleta. G. scabrum *Presl.* ⊙ Europ. austr. Chili.

2. G. TRIARISTATUM. *Durieu* (Revue bot. II. 424.) Glaucocoerulescens; culmis adscendentibus basi geniculatis vel ad nodos flexuosis saepe ramosis; paniculis spiciformibus densis cylindraceo-oblongis; glumis acutis parum inaequalibus; valvula interiore oblongo-lanceolata acuta, exteriore aequilonga elliptica obtusa apice longe barbata. basi aristata, arista glumam breviorem aequante; caryopsi anguste obovato-oblonga, basi acutissima. Algeria.

PEROTIS. *Ait.* Thyrsus; spiculae lineares uniflorae demum patentissimae; glumae membranaceae pilosulae 2—1-lineales in setam ipsis multo longiorem excurrentes; valvulae subhyalinae muticae glumis plus dimidio breviores; lodiculae squamulae 2

hyalinae glabrae ovario breviores; stamina 3, ovarium obtusum; styli 2; stigmata simplicia plumulosa; caryopsis linearis glabra.

1. P. RARA. *R. Br.* (Prodr. I. 172.) Radice tenuifibrosa; culmis adscendentibus tenuibus (6—12-pollicaribus) totis vaginatis; vaginis ore pilosulis; ligula brevissima; foliis acutissimis patulis planis vel compressis ($^1/_2$—3″ longis, 1‴ latis) glabris; thyrso laxo (3—5-pollicari); spiculis 2-linealibus setis 8-linealibus terminatis, inferiore seta paulo crassiore; gluma inferiore basi et dorso longius pilosa. Xystidium maritimum *Trin.* Fundam. t. 2. Xystidium barbatum *Presl.* Rel. Haenk. I. 228. N. Holl. Ins. Manilla.

2. P. PATULA. *Nees.* (ex *Trin.* Agrost. II. 20.) Radice fibrosa; culmo adscendente basi ramoso (sub-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima truncata; foliis pugioniformi-lanceolatis acuminatis (infimis confertis $^1/_2$-superioribus 1—1$^1/_2$″ longis, 1—2‴ latis) margine nudis; thyrso 4-pollicari; spiculis brevissime pedicellatis brevi pilosis fere 2-linealibus, gluma inferiore in setam rectam 8-linealem superiore in 5-linealem et longiorem excurrente; setis aequilatis; valvula inferiore acutiuscula glumis fere 3-plo minore. China.

3. P. LONGIFLORA. *Nees.* (in litt.) Spiculis fructiferis patentibus pedicellatis lineari-lanceolatis (2‴ longis) in setam (7‴ longam) excurrentibus; flosculi valvulis inaequalibus, inferiore mucronata trinervia. Praecedenti simillima, differt: spiculis fere duplo majoribus, minus divaricatis, glumis magis lenissimeque in setam acutatis. *Vachell* in Hrbo. *Lindl.* ex China.

4. P. HORDEIFORMIS. *Nees.* (ex *Trin.* l. c.) Radice fibrosa; culmo adscendente (fere pedali) tenui cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima; foliis acutis (infimis approximatis $^1/_2$- superioribus 1″ longis, 2‴ latis) margine subnudis vel (sub lente) brevissime aculeolatis; thyrso angusto (4-pollicari) densissimo; spiculis linealibus pilosulis brevissime pedicellatis; gluma inferiore in setam 3-linealem superiore in $^1/_4$ breviorem terminatis, setis aequilatis; valvulis subinaequalibus plus duplo brevioribus. Ceylon.

5. P. SCABRA. *Willd.* (hrbr. 1504. ex *Trin.* l. c. 21.) Radice fibrosa; culmo basi procumbente ramoso foliosissimo dein geniculato-adscendente (10-pollicari) tenui cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima ciliata; foliis oblongo-lanceolatis acutis subcoriaceo-firmis margine ciliatis (6—8‴ longis, 2‴ latis); thyrso denso (2$^1/_2$-pollicari); pedicellis pilosulis brevissimis; spiculis lanceolato-linearibus brevissime pilosis linealibus; gluma inferiore apice acuminata in setam 6—12-linealem acuminata, inferiore in $^1/_3$ breviorem; valvulis glumis (plus) duplo brevioribus subaequalibus. Senegal.

6. P. LATIFOLIA. *Ait.* Radice tenui fibrosa; culmo adscendente (8—10-pollicari) inferne ramoso tenui cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima; foliis acutis lineali-oblongis (7—9‴ longis, 1—2‴ latis) margine brevissime aculeato-ciliatis; thyrso irregulari denso (sub-3-pollicari); spiculis lineari-lanceolatis brevissime pedicellatis linealibus; glumis aequaliter pilosulis apice anguste rotundato in setam 5-linealem scabram in utraque aequilongam et aequilatam terminatis. *Beauv.* t. 4. fig. 9. *Kunth.* Gram. I. t. 92. Agrostis spicaeformis *Lin. fil.* ♃ Ind. or. China. Japon. Pr. b. sp.?

7. P. GLABRATA. *Steud.* Radice tenui fibrosa; culmis subcaespitosis adscendentibus teretibus (cum spica 8—12-pollicaribus) glabro; ligula vix ulla; foliis lanceolatis acutis ($^1/_2$—1″ longis, 2‴ latis) margine aculeato-ciliatis caeterum glabris; thyrso elongato (4—5-pollicari) denso; spiculis irregulariter dispositis brevissime pedicellatis vix linealibus; glumis glabris carina scabriusculis apice in setam ipsis 2—3-plo longiorem terminatis. An praecedentis var.? Hrbr. *Cuming* nr. 1399. Ins. Philipp.

EPICAMPES. *Presl.* Juba lineari-contracta; spiculae lanceolato-oblongae uniflorae; glumae 2 aequales obtusae obscure uni- vel e-nerviae, valvulas aequantes; valvulae aequales 2 ovatae; inferior superiorem basi amplectens 3-nervia nervo medio apice in setam brevem abeunte; superior obtusissima; stamina 3; ovarium ovatum oblongum glabrum; styli 2 breves; stigmata plumosa; squamulae 2 (*Kunth.*) vel 0? (*Trin.*); caryopsis lanceolato-ovalis.

1. E. STRICTA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. t. 39.) Culmo inferne compresso stricto (2-pedali) superne teretiusculo vaginisque scabris; nodis glabris; ligula exserta fimbriata; foliis elongatis (6—7″ longis, 2‴ latis) rigidulis scabris glaucescentibus; juba densa stricta (ultra pedali pollicem lata); radiis solitariis inferne nudis dein compositis; pedicellis brevissimis; spiculis linealibus ovatis obtusis totis scabriusculis; glumis enerviis obtusis valvulis vix brevioribus; valvula inferiore apice obtusa 3-nervia nervo medio in setam exeunte brevissimam vel ipsam subaequantem; superiore aequilonga obtusa binervia. ♃ Mexico.

2. E. PUBESCENS (et lanata). *Presl.* (l. c. p. 235.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici compresso ad nodos pubescente; vaginis glabris vel lanatis; ligula abbreviata lacera; foliis anguste linearibus carinatis rigidis utrinque scabris vel lanatis; juba contracta (8—12-pollicari) glauca; radiis adproximatis adpressis; pedicellis apice lanatis; spiculis (ultra-) linealibus oblongis, punctato-scabris vel pilosis; glumis enerviis valvulas (sub-) aequantibus; valvulis aequalibus pubescentibus vel pilosis; inferiore 3-nervia nervo medio excurrente in setam brevissimam, superiore obtusiuscula. *Kunth.* Supl. t. XIII. f. 6. Agrostis pubescens et lanata *H. B.* N. Gen. I. 136. ♃ Mexico.

3. E. GRACILIS. *Trin.* (Agrost. II. 25.) Culmo stricte-erecto (3—4-pedali) tereti cum nodis vaginisque glabro; foliis rigidis elongatis plerumque convolutis (1—1$^1/_2$′ longis, 2‴ latis) glabris; juba densa stricta lineari-compressa (1$^1/_2$—2-pedali, 2‴ lata); radiis solitariis vel pseudoverticillatis basi parum nudis dein ramosis; pedicellis scabriusculis; spiculis linealibus totis punctato-scabris; glumis univerviis valvulas aequantibus; valvula inferiore 3-nervia nervo medio excurrente in setam ipsa 3-plo breviorem. Mexico.

4. E. MUTICA. *Rupr.* (Bullet. Brux. IX. 2. p. 230. Hrbr. *Galeot.* nr. 5797.) Nomen. Mexico.

SCLERACHNE. *Torr.* Panicula contractiuscula lucida; spiculae lineares uniflorae; glumae 2 aequales vel inferior parum minor; valvulae insidentes callulo nudo parum inaequilongae; inferior glumas aequans acuta infra apicem aristata; superior paulo brevior perangusta; lodiculae squamulae 2 obtusissimae; stamina 3; ovarium lineari-oblongum; styli 2, stigmata plumosa; caryopsis compressiuscula laevis.

1. S. ARKANSANA. *Torr.* (in *Trin.* Agrost. II. 28.) Radice fibrosa; culmis pluribus (3—4—12-pollicaribus simplicibus vel ramosis erectis et adscendentibus; nodis 3 glabris; vaginis pilosis; ligula semilineali obtusa; foliis planis (1—3″ longis, 1—2‴ latis) inferne pilosulis; panicula (2—4-pollicari) subcontracta lucida; radiis 2—3-nis compositis a basi floriferis; pedicellis brevissimis; spiculis 2-linealibus glumis nudis, inferiore parum minore. Limnas arkansana *Trin.* mpt. ⊙ Louisiana.

2. S. PILOSA. *Trin.* (l. c.) Culmis 5-nodis foliis utrinque pilosis; spiculis 1$^1/_2$-linealibus; glumis pilosis aequilongis. Caetera praecedentis. ⊙ Texas.

CHAMAGROSTIS. *Borkh.* Racemus simplicissimus (secundus) 6—12-florus; spiculae lineales

lineari-oblongae alternae uniflorae; glumae 2 aequilongae vel inferior vix minor, obtusae margine tenuissimae fimbriatae; valvulae callo-insidentes minimo tenuissime membranaceae glumis $^1/_3$ breviores, villosae, inferior 5-nervia, superior multo angustior; lodicula nulla; stamina 3; stigmata 2, stili longi angustissime pilosi; caryopsis ovata glabra.

1. C. MINIMA. *Borkh.* (Flor. v. Katzenel.) Radice fibrosa; culmis erectis strictiusculis foliiformibus glabris simplicibus (1—2—4-pollicaribus) vaginis baseos squamis hyalinis tectis, culmis laxis glabris; foliis angustissimis compressis obtusis ($^1/_2$—1″ longis, $^2/_3$—$^1/_2$‴ latis) glabris; racemo $^1/_2$—1-pollicari; spiculis lineari-oblongis alternis obtusis. *Kunth.* Supl. t. V. f. 2. Agrostis minima *Lin.* Knappia verna *Trin.* ic. 2. t. 17. Sturmia verna *Hoppe* in Sturm. fasc. 7. Mibora verna *Beauv.* Agr. t. VIII. f. 4. ⊙ Europ. med. Austr.

Tribus VI. ARUNDINACEAE. *Kunth.*

Spiculae nunc uniflorae cum vel absque pedicello floris alterius, nunc multiflorae; flores plerumque pilis longis mollibus obsiti vel basi cincti; glumae et valvulae duae membranaceo-herbaceae, illae saepe flores aequantes vel superantes, ex his inferior aristata vel mutica. — Gramina plerumque elatiora.

CALAMAGROSTIS. *Adans.* Panicula ramosa; spiculae uniflorae, vel subsesquiflorae; flos sessilis ad basin pilis longis cinctus; flos imperfectus rudimentarius ad processum barbatum vel comosum redactus; glumae 2 membranaceae canaliculatae acutatae vel subulatae subaequales vel inferior longior, florem multo superantes; valvulae 2 membranaceae, inferior apice vel dorso aristata, rarissime mutica, superior binervia; stamina 3; ovarium glabrum; stigmata 2 terminalia subsessilia, pilis simplicibus denticulatis hyalinis; squamulae 2 glabrae integrae; caryopsis glabra (?).

Dispositio specierum.

* Rudimentum flosculi secundi nullum. nr. 1—22.
** Rudimentum flosculi secundi. Deyeuxia. *Beauv.*
a. Species Europaeae. nr. 23—29.
b. Species Regionum arcticarum. nr. 30—36.
c. Species Americae septentrionalis. nr. 37—41.
d. Species Americae australis. nr. 42—73.
e. Species Novae Hollandiae. nr. 74—77.
f. Species Indiae orientalis. nr. 78—82.
g. Species Javanica. nr. 83.
*** Valvulae coriaceae, inferior infra apicem mucronulata vel brevi aristata; flosculi rudimentum ad pedicellum plumosum redactum. Ammophila *Host.* Psamma *Beauv.* nr. 83—85.
**** Species minus cognitae. nr. 86. 87.

* *Rudimentum flosculi secundi nullum.*

1. C. LANCEOLATA. *Roth.* (Fl. Germ. I. 34.) Radice repente; culmo erecto vel basi deflexo simplici vel hinc inde basi ramoso (2—3-pedali); foliis linearibus longe acuminatis; ligula exserta obtusa; panicula patente laxa apice nutante (4—6-pollicari); rhachi subflexuosa; radiis 4—8-nis subverticillatis; glumis subaequalibus lanceolatis acuminatis perianthio $^1/_3$—$^1/_2$ longioribus; valvula superiore inferiore breviore; pilis flosculos superantibus glumis plus minus brevioribus; seta aut terminali aut supra medium exserta, brevi brevissima vel nulla. *Kunth.* Supl. t. XIV. f. 1. Arundo Calamagrostis *Lin. Schrad.* Germ. t. 4. f. 4. *E. B.* t. 403. *Fl. d.* t. 1624. Calam. ramosa *Host.* Gram. IV. t. 44. ♃ Eur. Am. sptr.

2. C. PURPUREA. *Trin.* (*Spr.* N. Ent. 2. p. 52.) Culmo tereti superne compresso scabriusculo (3-pedali); vaginis vix scabris; ligula praelonga fissa; foliis lineari-angustis rectis retrorsum scabris; panicula subsecunda patula (6—8-pollicari) purpurascente, rhachi radiisque scabris; glumis subinaequalibus oblongo-lanceolatis acuminatis flosculo $^1/_3$ brevioribus; valvula superiore inferiore duplo minore; pilis flosculum aequantibus, arista subterminali pilos excedente; processa nullo, hinc non Deyeuxia, uti *Kunth.* ♃ Lacus Baical.

3. C. LITTOREA. *Decand.* (Fl. gall. IV. 255.) Radice repente; culmo simplici erecto rigidulo tereti, nodis incrassatis, apicem versus scabro ($1^1/_2$—$2^1/_2$-pedali); foliis linearibus angustis acuminatis vaginisque glaucescentibus scabris; ligula exserta; panicula erectiuscula subinde cernua diffussa (4—6-pollicari); rhachi subflexuosa tereti sursum angulata; radiis semiverticillatis scaberrimis; glumis inaequalibus lineari-lanceolatis acuminatis perianthio longioribus; valvula superiore inferiore duplo minore pilis flosculo longioribus; seta (sub) terminali recta pilos aequante vel superante. Arundo littorea *Schrad.* Germ. t. 4. f. 2. Arundo laxa *Host.* Gram. IV. t. 43. ♃ Eur. Am. sptr.

4. C. GLAUCA. *Bbrst.* (Fl. taur. cauc. I. 97.) Culmo valido (pluripedali) cum tota planta glaucescente; vaginis profunde striatis; ligula magna exserta bifido-fissa; panicula viridi-pallescente ampla (fere pedali), radiis semiverticillatis elongatis basi longius nudis scabriusculis, erecto-patentibus apice plus minus cernuis, glumis inaequalibus lanceolatis acuminatis perianthio longioribus; valvula inferiore superiore duplo majore, pilis glumas subaequantibus, arista pilos aequante vel superante plerumque geniculata. ♃ Caucasia. Saxonia?

5. C. RIGENS. *Fries* (Summa pl. 240.) Culmo ramificante foliisque latis planis secus nervos asperulis strictis rigidis; panicula aequaliter effusa patente, deflorata stricta; glumis anguste lanceolatis acuminatis fructiferis subapertis inferiore minore; pilis flosculum superantibus; arista subapiculi recta scabra glumas vix superante. ♃ Scandinavia.

6. C. EPIGEJOS. *Roth.* (Germ. 1. 31.) Radice repente; culmo simplici basi quandoque ramoso (2—3 in humidis 4—6-pedali) stricto superne scabro; foliis lanceolato-linearibus acuminatis rigidulis scabris; ligula excerta acuta demum fissa; panicula stricta patente ($^1/_2$—1-pedali) lineari, patula, vel ampla effusa; glumis subaequalibus linearibus acuminatis flosculo duplo longioribus, valvula superiore quam inferior duplo minore; seta dorsali recta pilis plerumque paulo minore his glumas subaequantibus. *Beauv.* Agr. t. V. f. 9. Arundo epigeios *Lin. E. B.* t. 402. *Schrad.* l. c. t. f. 4. f. 1. ♃ Europ. Sibir.

7. C. ACRATHERA. *Peterm.* (Flora 1844. 225.) Culmo sursum plus minus scabro; foliis lineari-lanceolatis rigidis glaucis; ligula (in foliis superioribus) oblonga utrinque decurrente; panicula erecta stricta sub anthesi patente glomerato-lobata; rhachi scaberrima; glumis lanceolatis in apicem subulatum compressum desinentibus; palea inferiore pilis breviore apice bifida; arista terminali recta palea dimidia longiore vel breviore. ♃ Saxonia.

8. C. MARITIMA. *Agardh.* (Bot. Zeit. 1824. 561. sub: Arundo.) Radice repente; culmo firmo stricto rigido laevissimo; foliis linearibus rigidis cum vagina laevissimis glaberrimis; panicula contracta stricta subsecunda (3-pollicari); rhachi laevi, radiis pilosis, infimis bractea squamaeformi minuta adpressa munitis; floribus densis subimbricatis (quam in C. epigeios duplo majoribus); glumis subulatis aequalibus; valvula inferiore infra apicem fissum aristata, arista recta valvula paulo longiore, pilis flosculo duplo longioribus. ♃ Scania.

9. C. HALLERIANA. *Dec.* (Fl. gall. supl. 256.) Radice repente; culmo simplici vel ramoso erecto striato (2—3-pedali et ultra) glabro; foliis linearibus acutis scabris;

panicula erectiuscula diffusa laxa (3—6-pollicari); glumis subaequalibus oblongo-lanceolatis acuminatis flosculo paulo longioribus; valvula inferiore quam superior duplo longiore; arista paulo infra medium dorsi inserta, flosculum aequante vel superante; pilis flosculum aequantibus vel longioribus. C. varia *Host.* Gram. IV. t. 47. Arundo Pseudophragmites *Schrad.* l. c. t. 4. f. 3. ♃ Eur. Sibir.

10. C. FLEXUOSA. *Rupr.* (Beitr. z. Pflzk. Russl. IV. 34.) Culmo elato ramoso; foliis linearibus (3—4''' latis); panicula diffussa; radiis arcuato-adscendentibus apice cernuis; spiculis (quam in cognatis speciebus C. lanceolata et Halleriana) majoribus; glumis 3—3½''' longis undique dense pubescentibus (pilis subadpressis longioribus) caudatis (3—3½''' longis); setis infra apicem valvulae ad ⅔ longitudinis adnatis eamque subaequantibus. C. phragmitoides β? flexuosa *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. XIII. 481. C. vilnensis et C. lithuanica *Besser.* Russia.

11. C. PHRAGMITOIDES. *Hartm.* (Scandin. IV. p. 25.) Culmo (ramificante) laeviusculo; foliis planis anguste linearibus flaccidis, asperulis; ligula elongata lacera; panicula patente apice nutante demum laxa; glumis aequalibus sublanceolatis acuminatis; calli pilis florem aequantibus; valvula inferiore apice bidentata superiorem tertia parte superante supra dorsum medium aristata, arista florem vix excedente recta inclusa. An praecedentis var.? Russia.

12. C. OLYMPICA. *Boiss.* (Diagn. V. 70.) Radice fibrosa caespitifera; culmis tenuibus (4—5-pollicaribus); foliis teneris planis erectis culmos subaequantibus, supra ad nervos scabridis, ligula brevi truncata denticulata; panicula laxa angusta simplici erecta flexuosa; glumis aequilongis anguste oblongis acutis glabris (margine purpureo-violaceis) inferiore paulo angustiore dorso scabrida, superiore laevi; valvulis albo hyalinis enerviis inferiore parum longiore oblonga acuta dorso pilosa, apice bidentato-setuloso, dorso medio arista recta vel apice incurva ipso longiore instructa; pilis flosculum aequantibus. Olympus Bithyn. Mons Kuh-Daena Persia. (Hrbr. *Kotsch.* Pers. nr. 738.)

13. C. TENELLA. *Schrad.* (Germ. t. 5. f. 1. sub: Arundo.) Radice repente; culmo simplici gracili erecto glabro (1—2-pedali); foliis linearibus acuminatis longe acuminatis margine scabris; ligula exserta obtusa demum lacera; panicula erectiuscula diffussa (2—3-pollicari); rhachi flexuosa superne angulata; radiis angulatis patulis hispidulis; glumis subaequalibus lanceolatis acutis (viridi-purpurascentibus); valvula inferiore pellucida mutica vel e dorso brevi-aristulata; pilis paucis basi in fasciculos 2 conjunctis corolla brevioribus. C. tenella *Host.* Gram. IV. t. 50. et C. alpina *Host.* t. 51. ♃ Eur. media.

14. C. LENKORANENSIS. *Steud.* Culmo valido striato (3—4-pedali) cum vaginis foliisque scabris; ligula longe (½—¾''') exserta lacera; foliis erecto patentibus longe attenuato-acuminatis (1' et ultra longis, 2—3''' latis); panicula erecta contracta densa rigida (4—6-pollicari); radiis fasciculatis inaequalibus scabris, rectis imbricatis multi-dense-floris; spiculis angustissimis acutis (pallide-viridibus); glumis subaequalibus lanceolato-subulatis margine et dorso scabris; valvula inferiore herbacea angusta e dorso aristata, arista scabra flosculum excedente recta; pilis tenuissimis flosculos superantibus glumas fere aequantibus. A. Epigeios forma australis *Hohnkr.* Hrbr. caucas. An? C. caucasica *Trin.* mpt. ♃ Georgia caucas.

15. C. GEORGICA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 387.) Glauca; ligula oblonga acuta; panicula angusta ramis brevibus asperrimis instructa; spiculis angustatis; glumis oblongis in longum acumen attenuatis pilos superantibus, arista interdum geniculata, supra paleae inferioris bifidae basin exorta; palea superiore quam inferior dimidio breviore, bifida. Praecedenti affinis ad vix eadem. C. epigeios *Lin.* var. *Griseb.* l. c. Praepe Tiflis.

16. C. THYRSOIDEA. *C. Koch.* (l. c. 388.) Ramis paniculae brevibus erectis; ramulis brevissimis praesertim ex apice spiculis congestis instructis; glumis angustatis lanceolatis, villos ex basi ortis aequantibus, flosculum duplo superantibus; palea inferiore ex apice bifida, lobis conniventibus; arista brevi e fissura orta; palea superiore dimidio breviore oblonga bidentata; (acuminibus spicularum coloratis.) C. Epigeios var. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. XIII. 433. Grusia.

17. C. RUBELLA. *Boiss.* (Hrbr. *Kotschy* Persiae bor. nr. 527.) Radice repente; glaucescens; culmo erecto cum vaginis, foliisque laevissimo (1½—2-pedali); ligula exserta ovata obtusa apice denticulata vel lacera; foliis erecto-patentibus lineari-lanceolatis acuminatis (3—5'' longis, plus minus 1''' latis); panicula erecta ovata (3-pollicari); radiis verticillatis erecto-patentibus inaequalibus plus minus longe a basi floriferis scabriusculis; spiculis patentibus, violaceo vel purpurascenti-albido variis; glumis subaequalibus lanceolatis acutis; valvulis hyalinis valde inaequalibus, inferiore ex apice vel paulo infra apicem aristata, arista recta vix valvulae longitudine; pilis flosculum (sine arista) aequantibus. ♃ Persia boreal. Mons Elbrus.

18. C. VINEALIS. *Baumg.* (mspt.)* Glaucescens: culmo erecto (certe bipedali) cum vaginis strictis laeviusculo, sursum foliisque scabriusculis; ligula elongata fissa; foliis linearibus strictis longe acuminatis (6—8'' longis, 1—1½''' latis); panicula erecta contracta (5—6-pollicari); radiis semiverticillatis erectis inaequalibus (vix ultra 1½-pollicaribus) brevioribus a basi longioribus sub medio floriferis piloso-scabris; spiculis lanceolatis angustis parum apertis (pallide rufo-flavescentibus); glumis subaequalibus lanceolatis angustissimis scabridis; valvulis hyalinis, inferiore apice bifida e dorso aristata, arista recta longitudine pilorum glumas fere aequantium. ♃ Transylv.

* Si recte intelligo schedulam tremula manu scriptam; in autoris Enumeratione stirpium Transylvaniae haec species desideratur.

19. C. PERSICA. *Boiss.* (Hrbr. *Kotschyi* Persiae austr. nr. 645.) Culmo erecto uti tota planta glaucescente, cum vaginis foliisque laevi (1½-pedali); foliis angustis linearibus planis vel complicatis (3—4'' longis, explanatis vix ultra 1''' latis); ligula exserta ovata obtusa demum fissa; panicula flexuosa subsecunda (3½-pollicari) nitente; radiis erecto-patentibus laeviusculis subsecundi-floris; flosculis patulis, ob pilos conspicuos argenteo-nitidis; glumis subaequalibus lanceolatis nitido-albis basi purpureo-violaceis, undique laevibus; valvulis parum inaequalibus, inferiore fere a basi aristata; arista pilos flosculo duplo longiores glumas fere aequantes pilis subbreviore. *Boiss.* N. pl. diag. VII. 120. ♃ Mons Kuh-Daena Pers. austr.

20. C. HIRTIGLUMA. *Steud.* Radice repente; culmo erecto (1—1½-pedali) sursum cum vaginis foliisque scabro; ligula exserta lacera; foliis anguste linearibus planis sursum in acumen longum complicatis (6—8'' longis, 1—1½''' latis, rubello-glaucescentibus); panicula erecta contracta (3—4-pollicari); radiis erecto patulis piloso-scabris, capillaribus; spiculis patentibus; glumis ovato-lanceolatis undique strigoso-hirtis (pallide amethystino- et stramineo variis) brevi acuminatis; valvulis subaequalibus acuminatis, inferiore e dorso aristata, arista brevi vix aequante pilos quam gluma parum breviores. Arundo groenlandica *Schrank.* Regensb. Denkschr. I. 2. p. 8? ♃ Labrador. (Mission. *Albrecht.*) Groenlandia? Terra nova.

21. C. CAPILLARIS. *Nees.* (mpt.) Culmo simplici laevi, foliis angustissimis complicatis scabris, radicalibus capillaribus, culmeis filiformibus; ligula exserta ovata; paniculae laxae capillaris mollis radiis capillaribus a medio subtrichotome divisis; glumis aequalibus lanceolatis mucronato-acutis flosculum aequantibus; valvula superiore quam inferior multo minore; pilis flosculo ¼ brevioribus, setula ex apice bidentato exserta lacinias vix aequante; processu accessorio nullo. ⊙? Brasilia.

Species dubia hujus sectionis.

22. C. SUBULATA. *Dumort.* (Agr. belg. t. 9. f. 36.) Culmo scabro (3—4-pedali); vaginis foliisque dorso scabris; panicula laxa; pilis flosculo ($^1/_3$ ex icon.) brevioribus; arista dorsali flosculo duplo longiore calycem excedente, rudimento flosculi secundi nullo. (Hinc C. acutiflora *Dec.* quacum *Kunth* nec C. varia *Host* quacum *Trinius* mpt. jungit, esse nequit.) ♃ Belgium.

** *Rudimentum flosculi secundi (processus accessorius, flosculus secundus ad pedicellum plumosum redactus.) Deyeuxia. Beauv.*

a. Species Europaeae.

23. C. ACUTIFLORA. *Dec.* (Fl. fr. supl. 255.) Culmo erecto simplici rigidulo (2—3-pedali); foliis linearibus elongatis, scabris; panicula patente; glumis subaequalibus oblongo-lanceolatis acutissimis acuminatisve flosculo $^1/_3$ longioribus; valvula superiore inferiore paulo minore; pilis flosculi medium excedentibus; arista supra basin exserta glumis paulo breviore; processu barbato. *Trin.* Diss. bot. t. IV. f. 7. ♃ Europ.

24. C. SYLVATICA. *Dec.* (Fl. Gall. supl. 253.) Radice repente; culmo simplici erecto rigidulo tereti glabro vel infra paniculam scabro; foliis lanceolato-linearibus acuminatis scabris basi (plerumque) annulo villoso cinctis; vaginis scabriusculis (infimis quandoque pubescentibus); ligula exserta obtusa demum lacera; panicula erecta patente (4—8-pollicari), rhachi radiolisque hispidis; glumis subaequalibus oblongo-lanceolatis acutissimis flosculo ($^1/_4$ vel minus) longioribus; valvula superiore quam inferior paulo minore pilis paucis brevissimis; arista supra basin exserta geniculata, calycem excedente. *Trin.* Unifl. t. 4. fig. 8. Arundo sylvatica *Schrad.* Germ. t. 4. f. 7. Deyeuxia arundinacea *Beauv.* Agr. t. XV. fig. 11. C. pyramidalis *Host.* Gram. IV. t. 49. ♃ Europ. Sibir.

25. C. BRACHYTRICHA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici stricto tereti striato glabro (2-pedali et ultra); foliis radicalibus vel ex ima culmi basi angustissimis convolutis longe acuminatis scabris culmum plus minus aequantibus; panicula stricta contracta ($^1/_2$—$^3/_4$-pedali, vix 1''' lata); spiculis bilinealibus pallidis; glumis aequalibus lanceolatis glabriusculis (sub lente valida puberulo-scabriusculis) flosculo longioribus; flosculo basi pilis ipso duplo brevioribus cincto; valvula superiore inferiore multo angustiore parum breviore, arista ex ima valvula basi tenui geniculata flosculum excedente. Ex Hrbo. Mus. Lugd. Batav. Japonia.

26. C. VARIA. *Schrad.* (l. c. f. 6. sub: Arundo.) Radice repente; culmo erecto rigidulo simplici tereti striato glabro ($^1/_2$—2-pedali); foliis linearibus acuminatis vaginisque plus minus scabris; ligula exserta demum lacinulata; panicula erecta patente (3—5-pollicari); rhachi radiolisque scabris (viridi-purpureis); glumis subaequalibus vel parum inaequalibus oblongis acutis (fusco-purpureis) flosculum subaequantibus; valvulis aequilongis; pilis basi conjunctis flosculum nunc aequantibus nunc duplo brevioribus; arista infra medium exserta glumas plerumque excedente processu longe denseque barbato (ut nullus, solum fasciculo pilorum repraesentatus videatur). C. montana *Host.* Gram. IV. t. 46. Deyeuxia montana *Beauv.* Agr. t. IX. fig. 9. ♃ Europ. Caucas. Sibir.

27. C. STRICTA. *Timm.* (*Schrad.* l. c. t. 4. f. 5. sub: Arundo.) Radice repente; culmo simplici stricto tereti glabro ($1^1/_2$—2-pedali); foliis linearibus acuminatis planis, siccis convolutis margine scabris; ligula exserta obtusa; panicula angusta patula (3—6-pollicari); glumis aequalibus oblongis acutis flosculum subaequantibus; valvula superiore inferiore fere duplo (vel $^1/_3$) minore, pilis corolla brevioribus vel eam aequantibus, seta infra medium exserta valvulam suam aequante vel vix excedente. C. neglecta *Fl. Wett.* I. p. 94. Arundo stricta *E. B.* t. 2160. Deyeuxia neglecta *Kunth.* ♃ Europ. Am. septr.

28. C. CAESPITOSA. *Hochst.* (Fl. Azor. 18. sub: Deyeuxia.) Radice fibrosa dense caespitifera; culmis numerosis tenuibus (3—8-pollicaribus); vaginis striatis glabris; foliis linearibus angustissimis planis apice convolutis glabris; ligula exserta oblonga margine lacera; panicula (ovato-) lanceolata aequali flavescente; glumis (subaristato-) acuminatis; valvula inferiore arista dorsali geniculata glumas duplo superante. Ins. Azor.

29. C. AZORICA. *Hochst.* (l. c. sub: Deyeuxia.) Radice repente; culmo adscendente basi ramoso (1—2-pedali) glabro; foliis planis internodio longioribus, margine scabris; ligula truncata; panicula patula ramosa, ante et post anthesin contracta (lineari-) lanceolata; glumis aequalibus lanceolatis, flosculo iis paulo minore; valvula inferiore quadridentata, dentibus 2 exterioribus in setulas productis; arista infra medium inserta geniculata glumas paulo excedente, valvula superiore duplo minore biloba. Ins. Azor.

b. Species regionum arcticarum.

30. C. LAPPONICA. *Whlbrg.* (Lapp. t. 1.) Culmo simplici stricto (2—3-pedali); foliis stolonum filiformibus, caulinis angustatis; panicula angustata stricta conglomerataque (3—4-pollicari, e coeruleo-purpurascente), deflorata contracta; arista dorsali geniculata flosculum subaequante, pilis calyce vix brevioribus. *Sv. Bot.* t. 649. ♃ Lapponia.

31. C. LANGSDORFFII. *Trin.* (Diss. 225. t. 4. f. 10.) Foliis planis laeviusculis; panicula stricta; glumis aequalibus oblongo-lanceolatis acutissimis flosculo parum longioribus; valvula superiore quam inferior duplo minore; pilis flosculo paulo brevioribus, arista medio dorso exserta valvulam aequante (subreflexa exserta *Link.*); processu longe barbato. ♃ Sibiria.

32. C. CHALYBAEA. *Fries.* (Summa pl. 241.) Culmo simplici, foliis planis; panicula aequaliter effusa erecta patente, radiis inferioribus longioribus; spiculis brevibus (virescentibus et violaceo-fuscis); valvis ovato-lanceolatis acutis, fructiferis conniventibus flosculi longitudine; pilis valvula brevioribus arista prope basin inserta inclusa geniculata. C. montana *Fries.* Nov. mant. I. 7. C. lapponica *β. Laest.* ♃ Norweg. Suecia.

33. C. HARTMANNIANA. *Fries.* (Summa p. 241.) Culmo simplicissimo foliisque strictis scabris; panicula patente laevi stricta purpurascenti-argentea, deflorata coarctata; glumis anguste lanceolatis acuminatis, fructiferis conniventibus; pilis paucis corolla brevioribus, arista infra medium egrediente subrecta brevi inclusa. C. strigosa *Hartm.* (non *Bong.*) ♃ Scandinavia.

34. C. STRIGOSA. *Bong.* (Veget. Sitcha. 171.) Culmo superne scabriusculo; foliis anguste linearibus; ligula oblonga apice lacera; panicula angusta stricta demum coarctata, glumis subaequalibus lanceolatis acuminatis scabris; calli pilis flore parum brevioribus; rudimentum breve pilis elongatis instructum includentibus; valvula inferiore apice denticulata superiorem tertia fere parte superante, infra medium dorsum aristata, arista florem aequante recta inclusa. Arundo strigosa *Whlbrg.* Lapp. t. 2. ♃ Rossia arctica. Kamtschaka.

35. C. PURPURASCENS. *R. Br.* (*Richards.* it. app. p. 3.) Panicula spicata; glumis scabris, perianthii valvula inferiore scabra apice 4-dentata dorso aristata, rudimento plumoso villis baseos duplo longiore. Am. arct.

36. C. OBTUSATA. *Trin.* (Diss. p. 225. t. 4. f. 11.) Glumis subaequalibus oblongis acutiusculis flosculum aequantibus; valvula superiore quam inferior vix minore; pilis brevissimis, arista supra basin inserta valvulam aequante, rudimento barbato. Tobolsk.

c. Species Americae septentrionalis.

37. C. CANADENSIS. *Michx.* (Fl. I. 73.) Radice fibrosa; culmo simplici, rarius basi ramoso (3-pedali); foliis planis glaucescentibus nervosis supra vaginisque inferioribus pubescentibus (1' longis, 3''' latis); ligula elongata

lacera; panicula erecta oblonga laxa, radiis scabris; glumis scabris pubescentibus flosculum aequantibus lanceolatis acutis scabris; valvulis inaequalibus, inferiore longiore apice bifida dorso medio aristato; arista flores excedente; valvula superiore subobtusa integra; pilis copiosis valvulam superiorem aequantibus; rudimento ad pilorum fasciculum redacto. (*Torrey* Fl. I. 94.) Cinna Purshii *Kunth.* ♃ Am. sptr.

38. C. NUTTALLIANA. (*Steud.*) Culmo erecto tereti cum vaginis foliisque glaucescente (3—5-pedali); foliis lato-linearibus scabris; panicula stricta erecta subspicata; glumis subaequalibus lanceolatis acuminatis carina scabris, flosculo parum longioribus; valvulis subaequalibus, inferiore scabra 5-nervia apice bifida; arista paulo infra apicem exserta vix dimidia valvulae longitudine; pilis flosculo brevioribus; rudimento stipato piloso. C. coarctata *Torr.* Fl. N. York. II. t. 151. C. canadensis *Nutt.* gen. I. 46. (non *Michx.*) Arundo coarctata *Torr.* Fl. I. 94. ♃ Am. sptr.

39. C. BREVIPILIS. *Torr.* (l. c. 95. sub: Arundo.) Culmo tereti (3—4-pedali); foliis lato-linearibus vaginisque laevissimis; ligula villosa; panicula pyramidata diffusa laxa; radiis singulis vel geminatis capillaribus; glumis inaequalibus corolla brevioribus basi fasciculato pilosis; valvulis aequalibus obtusis pilosis non aristatis; pilis brevissimis. (An alius generis, an sectionis prioris, nisi fasciculi pilorum ad basis glumarum rudimenta flosculi secundi.) ♃ Am. sptr.

40. C. NUTKAENSIS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 250. sub: Deyeuxia.) Culmo erecto tereti striato scabro; nodis vaginisque glabris; ligula elongata ovata obtusa fimbriata; foliis planis linearibus scabris; panicula simplici (6-pollicari) radiis alternatim fasciculatis; glumis aequalibus lineari-lanceolatis acuminato-mucronatis scabris; valvulis bidentatis inferiore scabra, arista dorsali recta valvula duplo breviore; pilis flosculo brevioribus; rudimento plumoso pluma flosculo breviore. ♃ Sinus Nootka.

41. C. SCABRA. *Presl.* (l. c. 234.) Culmo erecto tereti glabro; vaginis plus minus scabris; ligula elongata rotundata demum fissa; foliis planis linearibus scabris; panicula erecta contracta patula (6-pollicari); radiis alternatim fasciculatis teretibus scabris; glumis subaequalibus ovato-lanceolatis acuminato-subulatis (virescentibus apice purpureis) scabris; valvulis inaequalibus bidentatis, inferiore scabra; arista dorsali recta valvula sua breviore, pilis flosculum fere aequantibus; rudimento brevissimo. (Quamvis in dua genera praecedens species et haec sint separatae, ad unum idemque videntur pertinere.) ♃ Sinus Nootka.

d. Species Americae australis.

42. C. COARCTATA. *H. B.* (N. gen. I. 143. sub: Deyeuxia, uti sequentes.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis glabris (pedalibus); foliis anguste linearibus obtusis convolutis glabris; ligula truncata subciliata; panicula simplici spicaeformi-coarctata ($1\frac{1}{2}$-pollicari); glumis lanceolatis acuminatis glabriusculis, valvulis inaequalibus; superiore triplo breviore acuta; inferiore quadridentata glumas aequante dorso aristata, arista tortili valvula duplo longiore; pilis brevibus, rudimento brevissimo. ♃ Quito. N. Granat.

43. C. TOLUCCENSIS. *H. B.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis glabris ($1-1\frac{1}{2}$-pedalibus); ligula brevi oblonga glabra, foliis convoluto-setaceis scabris; panicula ramosa subverticillata laxa (4-pollicari); radiis radiolisque scabris; glumis linearibus acuminato-subulatis aequalibus scabris; valvulis aequalibus glumis brevioribus, inferiore 4-dentata glabra dorso aristata; arista geniculata calycem paulo excedente; pilis brevibus; rudimento valvulis duplo breviore plumoso. ♃ Mexico.

44. C. JUNCIFORMIS. *H. B.* (l. c. 144.) Foliis convoluto-setaceis scabris; panicula ramosa verticillata diffusa; glumis dorso ciliato-hispidis; valvulis inaequalibus, inferiore 4- superiore 2-dentata; rudimento valvulis duplo breviore. *Kunth.* Supl. t. XIV. f. 3. Prioris forsan varietas. ♃ Mexico.

45. C. PUMILA. *Hook fil.* (Acta Linn. XX. 176.) Pilosa, pilis patentibus; culmis basi geniculatis ramosis quam folia involuta setacea longioribus; panicula erecta ovata laxa compressa; glumis lanceolato-subulatis flosculos superantibus; flosculis pedicellatis basi barbatis pilis strictis; valvula inferiore oblongo-lanceolata concava bifida trinervia, nervo medio in aristam brevem producto, superiore oblonga apice truncata bicarinata, carinis scabridis. An potius Arundinis species? Ins. Albemarle Guayaquil.

46. C. RIGIDA. *H. B.* (l. c.) Culmis caespitosis erectis strictis (3—6-pedalibus) glabris; ligula elongata lanceolata glabra; panicula ramosa verticillata coarctata stricta ($\frac{1}{2}$-pedali); radiis adpressis distantibus rhachique scabris; glumis subaequalibus acuminato-mucronatis dorso scabriusculis flosculo paulo longioribus (flavescentibus); valvulis inaequalibus bidentatis, inferiore arista geniculata glumas paulo excedente; rudimento valvula superiore dimidio breviore plumoso-lanato. ♃ Quito.

47. C. RECTA. *H. B.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis caespitosis strictis scabris (pedalibus); foliis convoluto-setaceis rigidis scabris culmum subaequantibus, ligula abbreviata scabra; panicula ramosa subverticillata coarctata stricta (4-pollicari); radiis approximatis scabris; glumis subaequalibus linearibus acuminato-mucronatis (nigro-virentibus) dorso scabriusculis caeterum glabris flosculo paulo longioribus; valvulis inaequalibus bidentatis, scabriusculis; arista dorsali geniculata glumis paulo longiore; pilis brevibus; rudimento quam valvula superior duplo breviore pubescente. *Kunth.* Supl. t. XIV. f. 2. ♃ Quito.

48. C. PLANIFOLIA. *H. B.* (l. c. 145.) Culmo erecto glabro ($1\frac{1}{2}$-pollicari); foliis linearibus planis vaginisque scabris; ligula elongata bifida; panicula ramosa verticillata subnutante (7—8-pollicari); radiis distantibus subsecundis laxis rhachique glabriusculis; glumis linearibus aequalibus dorso ciliato, scabris flosculo paulo longioribus (virescentibus); valvulis inaequalibus bidentatis, inferiore majore dorso aristata, arista glumis duplo longiore; pilis brevibus; rudimento albo plumoso valvula superiore duplo breviore. ♃ Peru.

49. C. ERIANTHA. *H. B.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis erectis glabris ($1\frac{1}{2}$-pedalibus); foliis convoluto-setaceis vaginisque scabriusculis; ligula elongata lanceolata glabra; panicula ramosa laxa subsecunda nutante (3—4-pollicari); radiis geminis distantibus patulis rhachique scabris; glumis aequalibus (virentibus) dorso scabris flosculo multo longioribus; valvulis subaequalibus superiore acuta, inferiore bidentata dorso aristata; pilis longissimis, rudimento plumoso valvulis duplo breviore. ♃ Mexico.

50. C. SESQUITRIFLORA. *Steud.* Caespitosa; culmo tereti glabro (pedali et ultra); foliis radicalibus basi dilatata equitantibus mox convoluto teretibus rigidiusculis glabris laevibus culmo — quibusdam vix — brevioribus; panicula laxiuscula oblonga; radiis capillaribus verticillatis inaequalibus 2—4-spiculatis; spiculis oblongis pallide coeruleo et argenteo variis nitidulis, glumis flosculos superantibus; flosculo altero aristato, altero mutico, tertio ad pedicellum plumosum flosculis breviorem redacto; arista spiculam parum excedente e medio dorsi; valvula superiore bidentata; flosculorum pilis basilaribus ipsis duplo brevioribus. Variat: flosculo tertio incompleto saepe deficiente. Hrbr. *Heller* nr. 307. Tolucca Mexico.

51. C. LIGULATA. *H. B.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo erecto striato glabro ($1\frac{1}{2}$-pedali; ligula longissima lanceolato-subulata; foliis canaliculatis glabris; panicula ramosa verticillata coarctata subsecunda, radiis abbreviatis approximatis scabris, rhachi glabra; glumis lanceolatis acuminato-subulatis flosculum fere duplo superantibus (virentibus)

dorso scabris; valvulis inaequalibus superiore bidentata, inferiore paulo majore, arista dorsali geniculata glumis breviore; pilis brevibus; rudimento plumoso valvula superiore duplo breviore. ♃ Quito.

52. C. EFFUSA. *H. B.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo stricto scabriusculo (2-pedali); foliis convoluto-setaceis glabris, radicalibus fasciculatis culmum subaequantibus; ligula abbreviata glabra; panicula ramosa verticillata patula (7—8-pollicari); radiis distantibus rhachique scabris; glumis subaequalibus lineari-lanceolatis acuminatis glabris (purpurascentibus) flosculo paulo longioribus, dorso scabris; valvulis subaequalibus apicem versus ciliato-scabris, inferiore 3- superiore 2-dentata; arista dorsali geniculata glumis duplo longiore; rudimento valvulas subaequante. *Kunth.* Supl. t. XIV. fig. 4. ♃ Quito.

53. C. HUMBOLDTIANA. (*Steud.*) Caule erecto stricto striato ($1\frac{1}{2}$-pedali) glabro; foliis convoluto-setaceis rigidis vaginisque scabris; ligula elongata lanceolata glabra; panicula ramosa verticillata patula (7—9-pollicari), radiis distantibus rhachique scabris; glumis aequalibus linearibus acuminatis (purpurascentibus) glabris, dorso scabris flosculo longioribus; valvulis subaequalibus scabris, superiore 2- inferiore 3-dentata; arista dorsali geniculata glumis duplo longiore; rudimento albo-plumoso valvulas aequante. Deyeuxia stricta *H. B.* N. gen. I. 146. ♃ N. Granata.

54. C. OVATA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 246. sub: Deyeuxia uti sequentes.) Radice fibrosa; culmo basi geniculato erecto (4—7-pollicari) vaginisque glabris; ligula valde elongata lanceolata acuminata; foliis convoluto-filiformibus mollibus glaberrimis, culmeis rigidioribus scabriusculis; panicula spicaeformi ovata (pollicari, straminea), radiis brevibus alternatim fasciculatis hispidis; glumis aequalibus lanceolatis acuminato-mucronatis ad nervos scabris flosculo duplo longioribus; valvulis aequalibus apice bilaciniatis, arista dorsali recta vix valvulae longitudine; pilis flosculum aequantibus; rudimento apice plumoso, plumis pilos aequantibus. ♃ Peru.

55. C. SPICIGERA. *Presl.* (l. c. 247.) Culmo tereti laevi (6-pollicari) vaginisque glabris; ligula elongata truncata; foliis convoluto-setaceis scabriusculis; panicula spicaeformi oblonga ($1\frac{1}{2}$-pollicari); radiis arcte adpressis hispidis; glumis aequilongis lanceolatis acuminato-mucronatis glabris ad nervos scabris, flosculo longioribus; valvula inferiore bilacinulata, laciniis bidentatis, arista dorsali glumis breviore recta, pilis brevibus; rudimento apice plumoso, pluma valvulas aequante. Peru.

56. C. VELUTINA. *Nees. Mey.* (Iter I. 349. Act. N. C. XVI. supl. I. 147. sub: Deyeuxia.) Culmo erecto simplici scabriusculo ($\frac{1}{2}$-pedali); vaginis arctis velutino-scabris; foliis convoluto-setaceis scabris ($1\frac{1}{2}$-pollicaribus); panicula spicaeformi oblonga densa (pollicari); glumis aequalibus carina scabris; flosculo glumas subaequante; valvula inferiore 4-nervia bifida, laciniis bidentatis, superiore subaequilonga bidentata; arista dorsali glumas paulo superante recurva; rudimento flosculo breviore plumoso, gluma flosculum subaequante. An praecedentis var? ♃ Chili.

57. C. CHRYSANTHA. *Presl.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis caespitosis teretibus erectis glaberrimis (6—16-pollicaribus); vaginis laxis glabris; foliis convoluto-setaceis scabris; panicula spicaeformi oblonga (3—4-pollicari); rhachi radiisque alternatim binis radiolisque glaberrimis; glumis aequilongis lanceolatis acuminato-mucronatis flosculo $\frac{1}{3}$ longioribus, glabris, nervis scabris; valvulis inaequalibus bidentato-laciniatis, superiore 4- inferiore 2-nervia; arista corolla breviore; pilis eam aequantibus, rudimento brevissimo apice plumoso, pluma pilos aequante. ♃ Peru.

58. C. JAMESONI. *Steud.* Pumila (vix $\frac{1}{2}$-pedalis) simplex; culmo basi et superius foliato; vaginis ampliatis striatis glabris margine membranaceis apice abrupte in folia terminatis rigidula arcuata complicata margine et intus pilosa extus glabra laevia vaginis aequalia ad summum duplo longiora; panicula contracto spicata ovata pollicari; radiis brevissimis pedicellisque pilosis; spiculis subbilinealibus violaceo- et aureo-variis; glumis subaequalibus plus minus praesertim carina pilosis; valvula inferiore ex medio dorso aristata, arista flosculos vix excedente; rudimento flosculum superante, dense et longe piloso; pilis e glumis apertis subexsertis. *Jameson* legit ad nives montis Pichincha.

59. C. DENSIFLORA. *Presl.* (l. c.) Culmis caespitosis strictis glabris (pedalibus); vaginis laxis scabris; ligula elongata bipartita; foliis convoluto-setaceis rigidis scabris, radicalibus culmum subaequantibus; panicula spicaeformi coarctata oblonga (4—6-pollicari); radiis fasciculatis alternis rhachique glabris; spiculis rufo-stramineis; glumis aequalibus lanceolatis acuminato-mucronatis ad nervos scabris flosculo parum brevioribus; valvulis aequalibus ad medium usque 2-laciniatis, laciniis apice fimbriatis, arista glumis breviore; pilis flosculo brevioribus, rudimento plumoso corolla dimidio breviore. ♃ Peru.

60. C. BREVIFOLIA. *Presl.* (l. c. 248.) Culmo cum vaginis glabro (2-pedali); foliis convoluto-setaceis scabris culmo multo brevioribus; ligula truncata apice fimbriato-ciliata; panicula subspicata oblonga stricta coarctata (3—$3\frac{1}{4}$-pollicari); radiis fasciculatis alternis approximatis scabris; glumis aequalibus acutis dorso scabriusculis lanceolatis (stramineis, dorso fuscescentibus) flosculum subaequantibus; valvulis inaequalibus superiore breviore 2- inferiore 4-dentata; arista dorsali glumas non excedente scabra flexuosa; rudimento plumoso, pluma flosculos subaequante. ♃ Peru.

61. C. ALBA. *Presl.* (l. c.) Culmo tereti glabro erecto (ultra pedali); vaginis laxis striatis glabris; ligula brevi truncata integra; foliis planis linearibus attenuatis scabris; panicula erecta subflexuosa spicaeformi (6-pollicari); radiis alternatim fasciculatis patulis scabris; glumis aequalibus angusto-lanceolatis flosculo longioribus, nervo scabris; valvulis inaequalibus bidentatis, inferiore scabriuscula, arista dorsali arcuato-reflexa valvula breviore; pilis flosculo longioribus; rudimento apice piloso, pilis eos baseos aequantibus. ♃ Peru.

62. C. FUSCATA. *Presl.* (l. c. 249.) Culmo glabro; vaginis subscabris; ligula bilacinulata; foliis convoluto-setaceis culmo brevioribus scabris; panicula spicaeformi contracta; glumis aequalibus dorso nervoque scabris; valvulis aequilongis bilaciniatis denticulatis binerviis, arista glumas excedente; rudimento corolla dimidio breviore brevissime plumoso. ♃ Peru.

63. C. PALLENS. *Presl.* (l. c.) Culmo compressiusculo scabro; foliis convoluto-setaceis vaginisque scabris; panicula (10-pollicari) ramosa subverticillata patula laxa secunda; radiis rhachique angulatis scabris; glumis subaequalibus acutissimis carina scabriusculis (pallidis aut dorso purpurascentibus) flosculo longioribus; valvulis aequalibus bidentatis scabriusculis arista dorsali fracta longitudine glumae inferioris; rudimento flosculo duplo breviore brevissime plumoso-lanato. Peru.

64. C. INTERMEDIA. *Presl.* (l. c.) Foliis convoluto-setaceis compressis; vaginis culmoque scabris; panicula ramosa subverticillata secunda; glumis scabriusculis; valvulis aequilongis bidentatis, inferiore scabriuscula; rudimento corolla duplo breviore plumoso-lanata, lana corollam aequante. Inter C. toluccensem et rectam *H. B.* intermedia. Peru.

65. C. EMINENS. *Presl.* (l. c. 250.) Culmo tereti glabro (3-pedali); vaginis foliisque convoluto-setaceis scabris; ligula lanceolata in tenuissimum apicem elongata; foliis convoluto-setaceis vaginisque scabris; panicula (9-pollicari) diffusa secunda, radiis alternatim fasciculatis, inaequalibus, nonnullis apice in radiolos divisis emittentibus pedicellos plures uni-spiculatos, spiculis glomerulum quasi

formantibus, (aureis dorso virescentibus) nitidis; glumis inaequalibus acutis margine dentato-laciniatis, flosculo parum longioribus; valvulis dentato-bilaciniatis, arista recta valvulam aequante; pilis flosculo brevioribus; rudimento eo dimidio breviore plumoso. Peru.

66. C. SPLENDENS. *Brong.* (*Duperr.* it. 23. sub: Deyeuxia.) Radice fibrosa pilosa; culmo erecto (pluripedali) vaginato glabro; vaginis striatis glabris laevibus; foliis planis lanceolato-linearibus apice vix convolutis acutis (8—12″ longis, 1—2‴ latis) vaginis plus minus solutis insidentibus; ligula membranacea apice fissa pilosa; panicula elongata pedali ramosissima subcontracta apice subnutante, radiis verticillatis paniculatis inaequalibus ($^1/_2$—4″ longis); spiculis nitido splendentibus (albescenti-viridibus, demum pallide stramineis); glumis acutis lucidis angustis dorso denticulatis quam valvulae duplo longioribus; valvula exteriore aristata, arista glumas subaequante reflexa, rudimento flosculi secundi angustissimo lanceolato valvulis 2—3-plo breviore non plumoso. Ins. St. Catharina Brasil.

67. C. VIRIDESCENS. *Poir.* (Encycl. VI. 271. sub: Arundo.) Culmo basi geniculato gracili glabro foliato (pedali); foliis planis angustis culmo brevioribus glabris scabriusculis; ligula brevi obtusa; panicula subspicata (6—8-pollicari, viridi-flava); radiis subverticillatis; spiculis numerosissimis angustissimis; glumis inaequalibus acutis subbifloris pilos superantibus. Deyeuxia viridiflavescens *Kunth.* (An revera hujus generis et sectionis?) Monte Video.

68. C. MONTEVIDENSIS. *Nees.* (Agrost. bras. 401.) Radice repente annulata; culmo simplici erecto laevi (2—3-pedali); ligula brevi rotundata demum lacera; foliis linearibus ($^1/_2$—1′ longis, 2″ latis) firmulis scabris; panicula semiverticillata subsecunda patula apice nutante; glumis subaequalibus lineari-lanceolatis acuminatis flosculo $^2/_3$—duplo longioribus; valvula superiore inferiore paulo minore; pilis flosculum aequantibus vel superantibus; seta infra apicem exserta glumas aequante; rudimento flosculo 4-plo breviore apice subpiloso. ♃ Monte Video.

69. C. MEGAPOTAMICA. *Spr.* (Cur. post. 30. sub: Deyeuxia.) Foliis planis glabris; paniculae effusae radiis racemosis; glumis corolla brevioribus longissime lanatis; arista elongata geniculata; rudimento articulato calycem superante. Rio grande.

70. C. CUSPIDATA. *Spr.* (S. Veg. I. 253.) Foliis convoluto-setaceis glaberrimis; panicula laxa subverticillata; calycibus subaristatis flosculum superantibus; pilis brevissimis; valvula exteriore bifida dorso aristata. An hujus sectionis? Monte Video.

71. C. PHLEOIDES. *Nees. Meyen.* (N. act. N. C. XVI. supl. I. 146. sub: Lachnagrostis.) Radice fibrosa; culmo basi ramoso firmo laevi (pedali et ultra); foliis linearibus angustis scabris; vaginis striatis; ligula ovata acuta demum pinnatifido-lacera; panicula elongata angusta subcylindrica; radiis brevibus fasciculatis, radiolis pedicellisque — inferioribus geminatis — scabriusculis; pedicellis plerisque spicula brevioribus; glumis lanceolato-acuminatis carina scabris flosculo multo longioribus; valvula inferiore strigulosa tomentosa bifida e sinu apicis setigera, seta glumas superante. ♃ Chili.

Character generis: Lachnagrostis *Nees.* Panicula; glumae perianthio duplo longiores; valvula inferior dorso aristata plerumque pilis adspersa; calli processus barbatus; lodiculae squamae 2, stamina 3, styli 2; stigmata plumosa. Mera Calamagrosteos sectio? *Trin.* Dissert. Unifl. 133.

71b. C. FUNCKII. *Steud.* Culmo glabro tereti (pluripedali) longissime vaginato; vaginis sursum subsolutis (usque pedalibus) laevibus striatis glabris; ligula nulla nisi vaginarum ore utrinque tenuiore pellucidulo; foliis immediate e vaginis convolutis elongatis (pedalibus et ultra) laevibus glabris; panicula basi vagina summa dilatata tecta (fere pedali) oblonga; radiis semiverticillatis longe nudis, subcapillaribus scabriusculis apice divisis; spiculis $1^1/_2$—2-linealibus patulis; glumis subaequalibus lanceolatis acutis (pallide viridibus vel apicem versus vel ex toto pallide violascentibus) flosculum parum superantibus; pilis flosculi basilaribus brevibus; valvula inferiore subcartilaginea obscure 3-nervia, infra medium aristata, arista glumas excedente retrorsum flexa; rudimento flosculi secundi flosculo longiore ex toto piloso. *Funck* et *Schlim* coll. nr. 1625. Venezuela.

72. C. FALKLANDIAE. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo simplici erecto humili (4—5-pollicari), vaginato, vaginis tenuissime pubescentibus; foliis radicalibus densis planis angustissimis striatis acuminatis rigidulis culmo brevioribus (1—$2^1/_2$″ longis, $^1/_2$‴ latis) laevibus glabris, culmeis minoribus; panicula contracta spicaeformi; radiis solitariis vel binis uni—2-floris; spiculis subbilinearibus, glumis 2 membranaceis subpellucidis flosculo basi piloso longioribus; valvula inferiore dorso scabriuscula, infra apicem aristata, arista glumas parum excedente, flosculi secundi rudimento piloso brevi vel nullo. *Lechler* (sine nr.). Ins. Falkland.

73. C. MACLOVIANA. *Steud.* Radice fibrosa dense caespitifera et fasciculos foliorum proferente partim steriles partim floriferos; culmis brevibus folia vix aequantibus (demum superantibus); foliis basi amplo vaginatis teretibus rigidis pungentibus (4—5″ longis) laevibus glabris; panicula spicata, primum vagina inclusa, dein exserta, radiis inaequalibus paucifloris; spiculis brevi pedicellatis 2-linealibus; glumis lanceolatis acuminatis carina sursum scabris flosculo brevioribus; flosculo basi piloso; valvulis inaequalibus, inferiore longiore herbacea acuminata, superiore hyalina breviore; rudimento minutissimo vel nullo. Hrbr. *Lechler* nr. 107. Ins. Maclov.

Haec et praecedens species Agrostidi Falklandiae *Hook. fil.* videntur affines, sed omnino sunt quoad descriptionem diversae.

e. Species Novae Hollandiae.

74. C. AEMULA. *R. Br.* (Prodr. 172. sub: Agrostis.) Radice fibrosa; culmo basi geniculato recto toto foliato cum vaginis foliisque glaucescente laevi; vagina suprema dilatata paniculam basi includente; foliis planis vel basi complicatis angustis culmum (pedalem) subaequantibus; paniculae elongatae 5-pollicaris radiis longissimis longeque nudis repetito 2—3-fidis, radiolisque piloso-scabris apice floriferis; glumis subaequalibus pallescentibus apice subpellucidis carina denticulatis flosculo plus duplo longioribus; valvula inferiore longitudinaliter undique pubescente, apice bimucronulata; arista dorsali geniculata glumis duplo longiore, setula villosa ad basin valvulae superioris. N. Holl.

75. C. WILLDENOWII. *Trin.* (Diss. p. 217. sub: Lachnagrostis.) Culmo adscendente basi ramoso; panicula patentissima procera; glumis oblongis acutis perianthio pilosiusculo $^1/_3$ longioribus; valvula inferiore biseta, setulis bipartitis brevibus; arista geniculata glumas excedente. Agrostis retrofracta *Willd.* Agrostis aemula *Sieber.* Hrbr. sec. *Nees.* An eadem ac praecedens? N. Holl.

76. C. RUDIS. (*Steud.*) Foliis planis vaginisque scabris; panicula capillari; glumis latere et carina scabris; valvula exteriore glabra apice denticulata; arista dorsali inclusa; setula villosa ad basin valvulae interioris. Agrostis rudis *R. S.* Agrostis scabra *R. Br.* Prodr. 172. Deyeuxia scabra *Kunth.* N. Holl.

77. C. CONSPICUA. *Forst.* (Prodr. nr. 48. sub: Arundo.) Panicula laxa erecto-patente; calycibus unifloris; valvulae inferioris arista reflexa longissima. N. Zeeland.

f. Species Indiae orientalis.

78. C. HOOKERIANA. *Nees.* (mpt. sub: Lachnagrostis.) Foliis linearibus angustis brevibus glabris; ligula ovata obtusa; paniculae patentis radiis fasciculatis a medio fere floriferis inaequalibus; glumis aequalibus acutis carina scabris flosculo paulo longioribus (fere 2‴ longis); valvula inferiore villosa e medio setigera, seta valvulam duplo glumas

dimidio superante, superiore inferiorem aequante. ⊙ Ceylon.

79. C. ROYLEI. *Nees.* (l. c. sub: Lachnagrostis.) Foliis linearibus angustis glabris, ligula foliorum radicalium truncata, culmeorum lanceolata acuminata; panicula brevi lanceolata contracta, radiis fasciculatis a basi florentibus; glumis aequalibus acutis carina scabris flosculo $^1/_3$ longioribus; valvula inferiore villosa supra basin setigera, seta valvulam duplo superante, superiore triplo minore bifida. Nepal.

80. C. NEESII. (*Steud.*) Foliis linearibus latiusculis scaberrimis; vaginis sulcatis; ligula ovata obtusa; paniculae elongatae angustae radiis inferioribus fasciculatis citra basin floriferis trichotomis scabris; pedicellis longis; glumis acutis carina scabris, superiore flosculum aequante, inferiore paulo longiore; valvula inferiore villosa supra basin setigera, seta valvulam duplo superante, superiore quadruplo minore bidentata. Lachnagrostis scabra *Nees.* mpt. in *Royle* Hrbr. nr. 72. Nepal.

81. C. CILIATA. *Nees.* (mpt. *Royle* Hrbr. nr. 67, 71 et 303. sub: Lachnagrostis.) Radice repente; culmo gracili adscendente 2—3-nodo; foliis linearibus angustis scabris; paniculae angustae laxiusculae contractae radiis subfasciculatis a tertia parte a basi floriferis; glumis aequalibus carina scabris flosculo subduplo (raro $^1/_3$) longioribus; valvula inferiore basi ambitu carinaque villosa ciliata apice truncato quadridentata, infra medium setigera; seta flosculo duplo — glumis $^1/_4$ longiore; valvula superiore duplo breviore angusta. ♃ Nepal.

82. C. NEPALENSIS. *Nees.* (mpt.) Glumis inaequalibus lineari-lanceolatis subulato-acuminatis flosculo longioribus pallidis, inferiore subduplo breviore; valvula inferiore duplo breviore, seta terminali pilisque glumam inferiorem adaequantibus, superiore brevioribus; processu accessorio nullo; panicula laxa ligula oblonga rigida valde prominente. Differt ab affinibus C. lanceolata et littorea: spiculis pallide viridibus, proportione partium floris et ligula eximia; a C. lanceolata praesertim: seta flosculi fortiore nec tenerrima, ex apice valvulae attenuatae minute bidentatae fere continua nec inter dentes apicis latiuscule inserta; a C. littorea: foliis angustioribus, pilis gluma superiore brevioribus. — *Royle* Hrbr. nr. 288. ♃ Nepal.

g. Species Javanica.

83. C. JAVANA. *Steud.* Radice subrepente; culmo basi ramoso erecto rigidulo foliato; foliis in fasciculis sterilibus et culmeis lanceolatis angustis planis vel subconvolutis basi cum vagina subauriculata junctis laevibus (3—5″ longis, vix ultra $^3/_4$‴ latis); vaginis laxis striatis glabris laevibus; ligula hyalino-membranacea apice fissa; panicula contracta stricta ($1^1/_2$—2-pollicari); glumis subaequalibus dorso herbaceis scabris margine membranaceo pellucidulis flosculum subaequantibus, hoc basi piloso et rudimento tenui longe piloso stipata. *Zollinger* Hrbr. nr. 2186. Java.

*** *Valvulae coriaceae, inferior infra apicem mucronulata vel brevi aristata; flosculi rudimentum ad pedicellum plumosum redactum. Ammophila Host. Psamma Beauv.*

84. C. ARENARIA. *Roth.* (Germ. I. 34.) Radice repente; culmo erecto rigido striatulo laevi (2—3-pedali) basi quandoque ramoso; foliis glaucis linearibus rigidis planis sursum convolutis longe acuminato-attenuatis vaginisque laevibus (raro scabriusculis); ligula lanceolata longissima ($^1/_2$—1-pollicari); panicula densa spicaeformi coarctata erecta (2—4-pollicari); spiculis magnis (5—6‴ longis); glumis compressis lineari-lanceolatis (stramineis, raro violaceo adspersis); carina setuloso- lateribus puncticulato-scabris; valvulis subaequalibus quam glumae brevioribus; inferiore infra apicem bifidum brevissime mucronulato-aristata; pilis corolla triplo brevioribus; rudimento (valvula superiore tecto) piloso. Arundo arenaria *Lin. E. B.* t. 520. *Fl. dan.* t. 917. *Schrad.* Germ. t. 5. f. 2. Ammophila arundinacea *Host.* Gram. IV. t. 21. Psamma littoralis *Beauv.* Agr. t. VI. fig. 1. ♃ Europ. Am. sptr.

85. C. BALTICA. *Flügg.* (in *Schrad.* l. c. fig. 4. sub: Arundo.) Radice repente; culmo erecto striatulo rigido laevi (2—3-pedali); foliis glaucis linearibus rigidis planis sursum convolutis acuminatis vaginisque laevibus; ligula elongata lanceolata; panicula densa spicaeformi interrupta erecta (5—6-pollicari); glumis compressis lanceolatis longe mucronato-acuminatis carina setuloso scabris, lateribus vix puncticulatis; valvulis subaequalibus quam glumae brevioribus acutatis, inferiore infra apicem bifidum brevissime mucronulato-aristata; pilis corolla duplo brevioribus. *Fl. d.* t. 1654. An praecedentis var? Littora maris baltici.

**** *Species quoad genus, vel omnino dubiae vel tantum nomine tenus cognitae.*

86. C. PISCATORIA. *Lour.* (Fl. Coch. p. 70 sub: Arundo.) Culmo solido subulato ramoso (8-pedali), nodis approximatis; foliis lanceolato-linearibus glabris petiolatis alternis (omnium Arundinum) minimis; floribus spicatis terminalibus; calycibus unifloris; stigmatibus 3; stylo bifido. An Bambusacea? ♃ Cochinchina.

87. C. DIOICA. *Lour.* (l. c. sub: Arundo.) Culmo simplici (8-pedali), nodis distantibus; foliis lanceolato-linearibus; spicis terminalibus fasciculatis compositis; spiculis linearibus longis; calycibus unifloris; flosculis dioicis, foemineis digynis; masculis —? ♃ Cochinchina.

C. ORIZABAE. *Rupr.* Bull. Brux. IX. 2. p. 233 sub: Deyeuxia. Hrbr. *Galeotti* nr. 5180. ♃ Mexico.

C. SCHIEDEANA. *Rupr.* (l. c. sub: Deyeuxia.) Hrb. *Galeotti* nr. 5779. ♃ Mexico.

PENTAPOGON. *R. Brown.* Panicula; spiculae uniflorae, flosculus pedicellatus basi pilosus; glumae 2 aequales muticae; valvulae 2, exterior apice 5-aristata vel dentata, arista intermedia vel dorsalis dissimilis tortilis; valvula superior mutica; stamina 3; stigmata 2 sessilia villosa.

1. P. BILLARDIERI. *R. Br.* (Prodr. 173.) Culmo tereti striato (6—7-pollicari); foliis setaceis subinvolutis; vaginis striatis inferne pilosis; panicula gracili spicaeformi; glumis oblongis acutis subaequalibus dorso hispidis. *Beauv.* Agr. t. VIII. fig. 11. Agrostis quadrifida *Labil.* N. Holl. t. 22. N. Holl.

2. P. DRUMMONDII. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis humilibus (1—3-pollicaribus); foliis planis angustis striatis culmo brevioribus glabris; paniculae depauperatae radiis 1—2-floris spicularum longitudine; spiculis patulis; glumis parum inaequalibus acutatis (2‴ et ultra longis) viridi et purpureo variis, dorso hispidulis; valvula inferiore glumis duplo breviore apice brevissime 4-fida, arista dorsali torta geniculata glumas non excedente. *Drummond* coll. IV. nr. 448. N. Holl.

ARUNDO. *Lin.* Panicula; spiculae 2—5-florae; flores distichi distantes hermaphroditi, summus tabescens; glumae 2 acutatae canaliculato-carinatae subaequales membranaceae flosculos inter se remotos aequantes; valvulae 2 membranaceae, inferior apice bifida inter lobos subulatos brevissime aristata, externe praesertim basin versus una cum rhachi pilis longis sericeis obsita; superior brevis bicarinata; stamina 3; ovarium glabrum, styli 2 terminales elongati; stigmata plumosa, pilis crassiusculis papilloso-denticulatis hyalinis simplicibus raro bifidis; caryopsis libera glabra.

1. A. DONAX. *Lin.* Culmo crasso duro basi lignoso (8—12-pedali); foliis lanceolatis rigidis basi planis sensim longe attenuato-acuminatis (1—2-pedalibus et ultra, 2—

3″ latis), laevibus margine scabris; ligula brevi pilorum serie; panicula oblonga ramosissima densa (1 1/2—2-pedali); radiis pedicellisque scabris; spiculis 2—4-floris (purpureo et luteo variis); glumis subaequalibus lanceolatis acuminatis 3-nerviis; nervis scabriusculis; valvula inferiore lanceolata acuminata dorso a basi ad medium pilis sericeis obsita, apice trifida, lobo medio in aristam rectam producto; valvula superiore 1/4 breviore denticulata. *Host.* Gram. IV. t. 38. *Kunth.* Supl. t. XIV. f. 7. Donax arundinaceus *Beauv.* Agr. t. 16. fig. 4. ♃ Eur. austr. Afr. sept.

2. A. WEBBIANA. *Steud.* Culmo rigidulo (2-pedali et ultra?) fere toto vaginis subtumidis recto; vaginis profunde striatis apice subabrupte rotundatis, loco ligulae dense lanatis; foliis culmeis complicatis angustissimis (1—3″ longis, vix ultra 1‴ latis); panicula contracta stricta (4—5″ longa); radiis subverticillatis erectis brevibus; spiculis 2—3-floris, glumis subaequalibus lanceolatis nervosis (pallide coeruleo afflatis caeterum stramineo-albis) 3-nerviis laeviusculis; valvula inferiore ex toto brevi- apice utrinque bifasciculato longe villosa, villis ipsa longioribus, ex apice bifido aristata longe exserta geniculata. Ex Hrbo. *Lenormand.* legit *Webb* in Pr. b. sp.

3. A. MAURITANICA. *Desf.* (Fl. atl. I. 106.) Radice crassa repente lignescente; culmo erecto altissimo basi frutescente; foliis latis subcanaliculatis margine scabris caeterum laevibus; ligula brevissima truncata; panicula amplissima erecta, radiis longissimis filiformibus scabris; spiculis oblongis 1—3-floris (purpurascentibus) glumis oblongis carinatis 3-nerviis inaequalibus, exteriore subaristata; corolla pilis longis cincta; valvula exteriore apice in aristam attenuata, pilis corollam superantibus. A. Plinii *Turr.* Phragmites gigantea *Gay.* Coron. Endr. p. 16 non differt, nisi panicula fere bipedali. Ital. Gall. Hisp. Afr. bor.

4. A. NITIDA. *H. B.* (N. gen. I. t. 688.) Radice fibrosa; culmo erecto (6—12-pedali); foliis linearibus planis externe scabris interne basin versus pilosis; margine serrulatis; vaginis striatis glabris; ligula margo ciliatus; panicula ramosissima effusa, radiis verticillatis laxis scabris; glumis linearibus acuminatis diaphanis glabris subaequalibus, subtrifloris flosculos superantibus; flosculis omnibus foemineis, antheris 3 effetis; valvula inferiore apice bifida inter lobos subulatos brevissime aristata, lana valvula inferiore duplo breviore. Vix dubie Gynerii species. ♃ N. Granata.

5. A. RFYNAUDIANA. *Kunth.* (Gram. I. t. 49.) Foliis planis interne margineque scabris; panicula ramosissima diffusa; spiculis sub-7-floris glumas 2—3-plo superantibus; flore infimo unipaleaceo neutro, reliquis hermaphroditis ad ventrem lanatis, summo tabescente. Pegu Ind. or.

6. A. MADAGASCARIENSIS. *Kunth.* (l. c. t. 48.) Panicula maxima ramosissima effusa secunda; spiculis 5-floris glumas triplo superantibus; floribus hermaphroditis, ad ventrem lanatis; aristis flexuosis valvula brevioribus. Donax Thouarii *Beauv.* Agr. t. 16. f. 5. Madagascar.

7. A. FLEXUOSA. *Brongn.* (*Duperrey* it. 29. t. 4.) Culmo cylindrico erecto; foliis planis; panicula flexuosa; pedicellis filiformibus aequalibus; spiculis bifloris; flore inferiore neutro; valvula exteriore subulata convoluta, interiorem glumasque valde superante; pilis tenuissimis quam valvulae brevioribus. Phragmites flexuosa *Trin.* Ins. Molucc.

8. A. MINUTIFLORA. *Brogn.* (l. c. p. 29.) Culmo cylindrico erecto; foliis unilateralibus planis nervosis scabris; panicula fastigiata, radiis virgatis longissimis filiformibus; spiculis minutis lateralibus breviter pedicellatis bifloris; glumis brevibus obtusis; valvulis exterioribus ovato-lanceolatis, acuminatis. Ins. Molucc.

9. A. PILOSA. *Urvil.* (Flor. Malouin. 33.) Foliis striatis rigidulis convolutis subdistichis culmum (vix pedalem) saepius superantibus; panicula contracta subovata; calycibus laevibus carinatis acutissimis spiculis 5—7-floris aequalibus; valvulis laevibus villis albidis longis copiose cinctis, exterioribus carinatis arista longa superatis, interioribus brevioribus sub apice bifidis. Ampelodesmos australis *Brong.* l. c. Ins. Maclov.

10. A. OCCIDENTALIS. *Sieb.* (*Schult.* Mant. II. 289.) Culmo striato vaginato; ligula margo membranaceus brevis crenulatus; foliis linearibus rigidis basi planis (4—5‴ latis, 1 1/2-pedalibus) apice convoluto-subulatis; panicula ramosissima contracta (1 1/2—2-pedali); radiis longissimis angulatis scabris; spiculis sessilibus et pedunculatis ovato-oblongis nunc unifloris (lineam parum excedentibus), nunc 3—5-floris (3‴ longis); glumis inaequalibus ovatis vel ovato-lanceolatis 3-nerviis; valvulis inaequalibus, superiore 6-plo breviore; pilis fasciculatis tenuissimis valvulae superioris longitudine. Phragmites martinicensis *Trin.* Remirea diffusa *Siebr.* Hrbr. mart. nr. 31. ♃ Martinica.

11. A. AIRAEFORMIS. *Radd.* (Obs. de Madera p. 10.) Culmo subtili deorsum scabro (2-pedali); foliis inferioribus distichis linearibus glabris (1‴ latis) utrinque glabris ligula brevissima; superioribus latioribus ligula truncata apice lacera; panicula patente (3—4-pollicari), radiis semiverticillatis; floribus pedicellatis; glumis inaequalibus acuminatis bifloris; valvulis muticis, inferiore gluma simili. Madera.

12. A. EGMONTIANA. *R. S.* (Syst. V. I. 511.) Culmo erecto folioso ad apicem usque vaginato; foliis strictis setaceo-convolutis; ligula brevi-pilosa; panicula ovata (2—3-pollicari), radiis brevibus rhachique glabris, axillis radiorum brevi-pilosis; spiculis 5-floris; glumis lineari-lanceolatis longe acuminatis flosculos fere aequantibus; valvula inferiore lanceolata in aristam ipsam aequante attenuata; pilis copiosis albis 2/3 valvulae longitudinem aequantibus. Phragmites Egmontiana *Trin.* ♃ Sinus Egmont. Australas.

13. A. AUSTRALIS. *Cav.* (ex *R. S.* l. c.) Culmo erecto folioso vaginis tecto (pluri-pedali); foliis strictis in acumen longissimum setaceum attenuatis, margine scabriusculis (in medio 3—4‴ latis); ligula pilorum series; panicula ovata (3—4-pollicari); radiis inferioribus adpressis, superioribus patulis, basi fasciculis pilorum stipatis; spiculis trifloris; glumis lanceolatis inaequalibus mucronatis laevibus glabris, altera 3-plo longiore; valvula inferiore lineari setacea in aristam attenuata; pilis sericeis candidissimis flosculis 1/4 brevioribus. ♃ Australasia.

14. A. KAKAO. (*Steud.*) Culmo erecto tereti fistuloso nodoso glaberrimo (6—8-pedali); foliis vaginantibus linearibus angustissimis longissimis acutis convolutis margine subtusque denticulato-scabris; vagina adpressa striata laevi; ligula pilosa brevi; panicula terminali pyramidata stricta ramosissima (bipedali); ramis ramulisque piloso-scabris; spiculis pedicellatis bifloris saepe cum rudimento flosculi tertii pedicellati; flore inferiore sessili, superiore pedicellato; glumis lanceolatis acutis glabris enerviis flosculos aequantes vel exteriore eos parum superante; valvula inferiore lanceolata apice bifida aristata, superiore integra acuta, pilis albicantibus annulatis brevibus. A. australis *Less. Rich.* Voy. Astrol. Bot. 121. non *Gmel.* A. conspicua *Forst.* sec. *Trin.* mpt. sed vix. (Incolis: Kakao.) N. Zeeland.

15. A. TRIODIOIDES. *Trin.* Culmo ramoso tereti (3—4-pedali); foliis involutis fere filiformibus intus pilosis extus cum vaginis glabris, basi dilatatis, culmum aequantibus vel superantibus; panicula erecta (9-pollicari); spiculis sessilibus alternis muticis 3—5-floris; glumis aequalibus subulatis vix flosculis brevioribus; flosculis basi pubescentibus, valvula inferiore mutica subulata 5-nervia obsolete 3-dentata. Festuca littoralis *Labil.* N. Holl. t. 27. N. Holl.

An F. littoralis *Less. Rich.* Voy. Astrol. 123 eadem? Foliis involutis culmos superantibus vel aequantibus; panicula coarctata; spiculis imbricatis compressis muticis; glumis aequalibus lanceolatis acutis glabriusculis flosculo parum brevioribus; gluma exteriore basi pube-

scente 5-nervia apice acuta integra, interiore plana apice bifida. Vix dubie alia species. N. Zeelandia.

16. A. RUGI. *Molin.* (Chili. 279.) Culmo valido (10—12- vel 16—20-pedali), nodis valde distantibus; foliis subulatis glabris; calycibus trifloris. ♃ Chili.

17. A. VALDIVIANA. *Molin.* (l. c.) Culmo valido nodis approximatis; foliis subulatis pubescentibus; calycibus trifloris. ♃ Chili.

Species indescripta.

A. FILIFORNIS. *Hassk.* (Catal. hort. Bogot. p. 17.) ♃ Batavia.

AMPELODESMOS. *Link.* Panicula; spiculae 2—4-florae; rhachis articulata pilis longiusculis obsita; glumae 2 ovato-lanceolatae subulatae canaliculatae membranaceae floribus breviores; valvulae 2 membranaceae, inferior acutata, basi pilis obsita, canaliculata superiorem involvens, superior bicarinata paulo brevior; stamina 3; ovarium pyriforme apice pilosum; styli 2 brevissimi terminales; stigmata plumosa; pilis ramosis denticulatis hyalinis; squamulae 2 lanceolatae superne ciliatae ovarium superantes; caryopsis linearis teretiuscula longitudinaliter sulcata.

1. A. TENAX. *Link.* (Hort. I. 136.) Culmo duro laevi recto vaginis fere toto tecto; foliis inferioribus caespitosis firmis culmum (3—4-pedalem) fere aequantibus ($^1/_2$'' latis) glabris margine denticulatis; ligula magna; panicula subsecunda (fere pedali) radiis subverticillatis asperis; spiculis compressis sub-4-floris; glumis inaequalibus altera acuminata longiore; valvula inferiore pilis duplo longiore. *Kunth.* Supl. t. XIV. f. 8. A. festucoides *Desf.* Atl. t. 34. Arundo ampelodesmos *Cyril.* Neap. t. 12. ♃ Afr. bor.

2. A. BICOLOR. *Kunth.* (Gram. I. 79.) Culmo recto firmo fistuloso (2—3-pedali) foliato; foliis glaucis rigidis glabris convolutis margine asperis; panicula coarctata elongata (pedali) erecta; radiis semiverticillatis angulatis asperis; spiculis oblongis cylindricis bifloris; glumis subaequalibus acuminatis (viridi-, albo- et purpureo-variis) flosculos aequantibus; pilis brevibus. Arundo bicolor *Desf.* l. c. t. 33. An prioris var? ♃ Afr. bor.

3. A. EFFUSUS. *Steud.* Culmo duro laevi recto infra et intra panículam asperrimo, multi-pedali; foliis culmi inferioribus longissimis (4-pedalibus) a basi convolutis dorso laevibus margine asperrimis glaucis, ligula longissima (usque pollicari) foliis superioribus minoribus angustioribus; panicula ampla (fere pedali); radiis verticillatis 4—6-nis asperis arcuatis erectis vel deflexis (1—2-pollicaribus et ultra) apicem versus ramosis, spiculis in radiolis pedicellatis vel subsessilibus oblongis 4—6-floris subcompressis; glumis inaequalibus flosculo infimo brevioribus acuminatis; valvula inferiore pilis 2—3-plo longiore apice bifida et inter lacinias brevissime aristulata rarius simpliciter acuminata, superiore simpliciter acuta illam subaequante. A. tenax *Hrbr.* Un. agric. vix vero prioris var. Afr. bor.

GRAPHEPHORUM. *Desv.* Panicula simplex; spiculae 3—5-florae compressae; flores distichi distantes imberbes nonnisi ad basin pilis rhachis involucrati, summus minutissimus vix ullus; rhachis pilis longis ciliata; glumae 2 membranaceae oblongae acutae carinatae, superior major; valvulae 2 membranaceae, inferior lanceolato-oblonga acutiuscula concava, superior brevior bicarinata, carinis ciliato-scabris; stamina 3, ovarium glabrum; styli 2 terminales brevissimi; stigmata plumosa pilis argute dentatis simplicibus hyalinis; squamulae 2 oblique ovatae acutae superne irregulariter dentatae glabrae.

1. G. MELICOIDES. *Beauv.* (Agr. t. 15. f. 8.) Culmo erecto; foliis planis glabris scabris; ligula elongata membranacea; panicula parva subracemoso-contracta; glumis valvulisque majusculis lineari-lanceolatis muticis; floribus basi villosis, rudimento flosculi tertii. *Kunth.* Supl. t. XIV. f. 9. Aira melicoides *Michx.* ♃ Am. sptr.

2. G. ELLIOTTII. *Kunth.* (Gram. I. 80.) Foliis brevibus planis; panicula gracili erecta; calycibus acutis; spiculis superioribus 3-floris. Aira triflora *Ell.* Bot. I. 153. Triodia Greenii *Spr.* ♃ Georgia.

PHRAGMITES. *Trin.* Panicula; spiculae 3—6-florae; flores distichi distantes, infimus masculus, reliqui hermaphroditi (ipsis non pilosis, sed) rhachi pilis longis sericeis obsita; glumae 2 acutatae carinatae floribus breviores membranaceae inaequales; superior major; valvulae 2 membranaceae, inferior longissima angustato-subulata, superior bicarinata; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 elongati; stigmata plumosa, pilis crassiusculis simplicibus bifidis vel ramulosis hyalinis; squamulae 2 glabrae; caryopsis libera.

1. P. COMMUNIS. *Trin.* Radice repente; culmo simplici stricto firmo tereti (5—7-pedali, in siccis humiliore); foliis planis lanceolatis in acumen longum attenuatis (1—1$^1/_2$' longis, 1—1$^1/_2$'' latis), margine asperis; vaginis striatis glabris; paniculae ramosissimae erectiusculae diffusae radiis capillaribus scabriusculis; spiculis erectis ovatis sub-5-floris; glumis valde inaequalibus lanceolatis acutis carinatis laevibus; flosculis muticis, lana glumas aequante; valvula inferiore lanceolato-acuminata, carina hispidula, superiore triplo minore apice bifida. Arundo Phragmites *Lin. Host* Gram. IV. t. 39. *E. B.* t. 401. *Beauv.* Agr. t. XIII. f. 2. Variat: spiculis pauci- vel uni-floris. ♃ Europ. Sibir. Amer. N. Holl.

2. P. FLAVESCENS. *Peterm.* (Flora 1844. p. 227.) Culmo elato; foliis lanceolatis in acumen tenuem attenuatis margine laevibus; ligula pilorum series; panicula ampla pallide flavescente effusa; radiis et pedicellis basi fasciculato-pilosis; spiculis 4—6-floris, infimo masculo seu neutro; valvula superiore obtusa vel emarginato-truncata mucronata. P. isiacus *Reichb.* Fl. exc. P. communis var. flavescens *Custor.* in *Gaud.* Fl. helv. VI. 341. P. gigantea *Gay* in hrbo. un. it. pyr. ♃ German. Helvet. Hispan.

3. P. HISPANICA. *Nees.* (N. Act. Ac. N. C. XXX. supl. I. 152.) Foliis lanceolato-linearibus caudato-acuminatis scabris glaucis; panicula oblonga contracta; radiis mediocribus scabris; spiculis 4-floris pallidis (6''' longis) glumis lanceolatis attenuatis scabris, superiore flosculis — inferiore gluma superiore $^1/_3$—$^1/_4$ breviore, hac nervo excurrente mucronata; valvula flosculi inferioris masculi lanceolato-subulata superiores hermaphroditos e basi tenui membranacea subulatos aequante vel superante; pilis densis flosculos aequantibus. P. caudata *Meyen* it. 407. P. chilensis *Steud.* Nmcl. ♃ Chili. Hispan.

4. A. FISSIFOLIA. *Steud.* Culmo tereti (6—10' alto); foliis lato-lanceolatis caudato-acuminatis (apice filiformi-fissis, an semper?) lineato-nervosis vix scabriusculis (superioribus 1—1$^1/_2$' longis, fere 1'' latis, obscure viridibus); panicula oblongo-ovata densa (ultra pedali); radiis semiverticillatis confertis capillaribus vix scabriusculis; spiculis subtrifloris fuscescentibus 3—4''' longis; glumis distantibus, superiore fere duplo longiore, brevi cuspidatis nervosis laeviusculis; valvula flosculi inferioris masculi elongata lanceolata scabra, superiorum e basi lanceolata subulato-acuminata, pilis laxis quam flosculi brevioribus. Praecedentis vix var. Arundo nr. 139. Philippi Hrb. Valdivia. Chili.

5. P. GRAECA. *Link.* (Linn. IX. 136. sub: Arundo.) Culmo basi ramoso (2—3—4-pedali); vaginis laevibus glabris; ligula brevissima truncata ciliata; foliis glabris margine

scabris (2—4''' latis); panicula elongata, radiis remotiusculis breviusculis laxis; glumis subaequalibus 3—3½''' longis acutatis plerumque bifloris; valvula inferiore ad basin pilis longis munita, ex apice brevi-aristata; superiore breviore acutata tandem lacera. ♃ Graecia.

6. P. LONGIVALVIS. *Steud.* Culmo valido erecto glabro foliato; foliis lanceolatis glabris laevibus acuminatis per totam superficiem minute elevato-puncticulatis (nec scabris) margine laeviusculis; ligula brevissima ciliata; panicula ampla ovata densissima (1' longa, 5'' lata) spiculis trifloris; glumis inaequalibus cum valvulis flosculorum inferiorum distincte nervosis, his acuminatis elongatis (vix setoso-acuminatis); pilis flosculos excedentibus. Vix P. communis cui valde similis var. Ex Museo Lugd. Batav. Japonia.

7. P. ROXBURGHII. *Kunth.* (ex *Nees.* N. Act. l. c. 173.) Culmo ramoso tereti glabro foliato; foliis lanceolatis maxime attenuatis supra glabris, subtus et margine scabris; paniculae amplae laxae radiis radiolisque gracilibus scaberrimis; spiculis 3—4—5-floris; glumis oblongo-lanceolatis acutiusculis vel obtusis, superiore flosculis — inferiore gluma superiore duplo brevioribus; flosculi inferioris masculi valvula inferiore lineari-attenuata, flosculos superiores hermaphroditos subulatosque aequante. Arundo Karka *Roxb.* Fl. Ind. I. 347. Arundo tibialis *Roxb.* Mus. t. 854. Ind. or. Japon.

8. P. EMODI. *Walk. Arn.* (*Nees* l. c.) Culmo ramoso; foliis juvenilibus piloso-hirtis; glumis parum inaequalibus; flosculis 3 hermaphroditis basi ventricosis, hinc in subulam (3''') longam excurrentibus. Caetera praecedentis. ♃ Emodi montes.

9. P. KARKA. *Trin.* Culmo robusto fistuloso (fere digitum crasso) altissimo; foliis longissimis scabris (1'' latis); panicula composita effusa pedali nutante; rhachi subulata angulata; radiis semiverticillatis non articulatis; glumis 2 linearibus striatis flosculo solitario duplo brevioribus inaequalibus; valvulis convolutis subulatis basi fasciculo pilorum ipsos aequante munitis. Trichoon Karka *Roth.* Cat. II. 2. Arundo Karka *Retz.* Obs. IV. p. 21. (cfr. Oxyanthe japonica notam.) ♃ Ind. or.

10. P. NEPALENSIS. *Nees.* (mpt.) Culmis ad nodos turiones (primum squamatos) emittentibus; foliis angustis lanceolato-linearibus acuminatis, junioribus superne subtusque basin versus piloso-hirtis, tuberculis punctiformibus exasperatis; panicula laxa effusa; spiculis 4—5-floris; glumis spicula brevioribus inferiore paulo minore; flosculis superioribus foemineis iongissime subulatis. *Royle* hrbr. nr. 78, 79, 80. ♃ Nepal.

11. P. JAPONICA. *Steud.* Culmo erecto pluripedali vaginato glabro; foliis alternis distichis lanceolatis planis (¾—1-pedalibus) strictis puncticulato subscabriusculis, margine cartilagineo denticulato-scaberrimo; ligula membranacea rigida brevi subdivisa; panicula parum composita 6—7-pollicari stricta; radiis basi fasciculato-setulosis paucis (2—5) inaequaliter remotifloris; glumis 2 subinaequalibus acutis 3—6-floris; flosculorum rhachi pilosa, pilis flosculos subaequantibus; valvula inferiore rigidula striata acuminata interiorem tenuiorem superante. *Zollinger* Hrbr. nr. E. Japonia.

12. P. FILIFORMIS. *Steud.* Culmo valido elato (6-pedali et ultra) tereti glabro vaginato, foliato; vaginis striatis glabris laevibus (vel tenui evanescenti pruinoso afflatis); ligula vix ulla vel setuloso-pilosa; foliis planis carinatis lanceolatis acuminatis glabris laevibus vix margine scabriusculis (1—3-pedalibus, 6—9''' latis); panicula 1½—3-pedali, erecta vel apice nutante; radiis irregulariter fasciculatis tenuissimis erectis 6—12-pollicaribus; spiculis filiformibus, pedicellatis 2—5-floris; glumis inaequalibus angustissimis flosculis brevioribus; his filiformibus ad rachillam pilosis; valvulis acutissimis summis subsquarruloso reflexis. Arundo filiformis *Hassk.* in Hrbo. *Zollinger* nr. 1361. Java.

13. P. ZOLLINGERI. *Steud.* Culmo tereti erecto foliato glabro (usque 30-pedali); vaginis laxiusculis vel adpressis striatis glabris ad oras cum ligula ciliato-pilosis; foliis lineari-lanceolatis acuminatis glabris striatis laevibus (usque bipedalibus); panicula subcontracta longissima (abscissa ultra bipedali); radiis subverticillatis erectis elongatis, radiolis remotis; spiculis subtrifloris; glumis quam spiculae brevioribus, valvulis subaristulato acuminatis squarroso reflexis. Arundo nr. 337 *Zolling.* Java. T = New

14. P. ISIACA. *Kunth.* (Gram. I. 80.) Foliis lineari-lanceolatis subulato-acuminatis stricto-nervosis (2-pedalibus), subtus inter nervos punctis elevatis notatis glaucis laevibus apicem versus margine scabris; panicula oblonga (1½—2-pedali); radiis subverticillatis adpressis, rhachi angulata scabra, elongatis denticulato-scabris in pedicellos basi fasciculato-pilosos solutis; spiculis lineari-subulatis (5—8''' longis) muticis 3—5-floris; glumis valde inaequalibus, inferiore triplo majore ovata obtusiuscula, nervo medio parum prominulo, superiore oblonga apice emarginata flosculis duplo breviore; flosculo inferiore neutro, valvula inferiore (6—7-lineali) oblongo-lanceolata flosculos superiores involvente, apice subemarginata, nervo prominulo. Arundo isiaca *Delil. Sieber.* ♃ Aegyptus.

15. P. LAXIFLORA. *Steud.* Culmo elato fistuloso uti tota planta glaucescente; foliis (superioribus) planis lanceolatis apice longe acuminatis subconvolutis (1' longis et ultra, 2—5''' latis) striatis laevibus margine scabris; vaginis ore pilosis; ligula margo brevissimus ciliatus; panicula ampla (pedali et ultra) magis minusve extensa, radiis semiverticillatis elongatis longe nudis sursum iterum paniculato-divisis; radiolis flexuosis ad angulos tenui-scabriusculis; spiculis apertis laxis 3—7-floris; glumis inaequalibus, inferiore ovata obtusa minore (vix ultra lineali), superioro oblonga acutiuscula quam inferior duplo longiore flosculis pluries breviore; flosculis omnibus distinctis remotiusculis; valvula exteriore anguste lanceolata acuminata, superiore minima; pilis valvula inferiore brevioribus. Arundo isiaca *Hochst.* hrbr. un. it. nr. 1697 et? *Rich.* Fl. Abyss. II. 403. ♃ Abyssinia.

16. P. HUMILIS. *Notaris.* (Sem. H. Genev. 1847.) Dense caespitosa; culmo 3—4-pedali; paniculae confertae subsecundae mediocris radiis fasciculatis, inferioribus ad ortum lana brevissima involucratis; spiculis 7—8-floris concoloribus flavescentibus; gluma inferiore late ovato-lanceolata vix acuta; superiore quam inferior vix dimidio longiore ovato-oblonga acuta vel obtusiuscula; valvula inferiore elongata obtusiuscula superne convoluta; flosculo infimo maximo glumam inferiorem duplo longitudine superante. ♃ Ager Genuiensis.

17. P. PUMILA. *Willk.* (Strand- und Steppen-Gew. der iber. Halbins. 157.) Rhizomate repente stolonifero; culmo humili (2—3-pedali) erecto gracili distiche foliaceo; foliis brevibus angustis canaliculatis acutissimis patentissimis (4—6'' longis) lineari-lanceolatis; ligula longe pilosa; thyrso ovali parvo 5—6-pollicari flavescente; spiculis ma nis 5-floris; flore infimo foemineo aut hermaphrodito monandro, pilis valvulas flore longiores aequantibus. ♃ Hispan.

Species dubia forsan heterogenea.

18. P. XENOCHLOA. *Trin.* (mpt.) Culmo arundinaceo articulato (5-pedali) glabro leviter striato; foliis linearibus convolutis; panicula fusiformi conferta; spiculis subbifloris; glumis 2, valvulis 2 basi lanatis. Xenochloa arundinacea *Lichtnst.* in *R. S.* II. 501. ♃ Pr. b. sp.

AMPHIDONAX. *Nees.* Panicula; spiculae bi—tri-florae geminatae heterogamae vel homogamae polygamo-monoicae, inferiores radiorum omnes mas-

culae, superiorum vel una cujusque paris vel utraque foeminea; glumae duae membranaceae carinatae uninerviae subaequales flosculis breviores aut eos aequantes patentes, superior major; flosculi conformes ob rhachillam subnullam sessiles oppositi, ubi terni magis discreti bivalves; valvula inferior lanceolata longe acuminata subulata convoluta inferne hirsuta pluri- (5—7-) nervia membranacea; superior brevior lanceolata obtusa bidenticulata ad latus utrumque binervia, basi hirsuta; lodiculae membranaceae emarginato-obcordatae vel apice repandae, basi cuneatae glabrae; stamina 3, filamenta brevia, antherae longae lineares luteae; pistilli in masculis vestigia conspicua, staminum in foemineis vix ulla, in spiculis neutris genitalia nulla; ovarium lanceolatum compressum glabrum; styli graciles basi incrassati; stigmata ovata crassa tomentoso-aspergilliformia; caryopsis libera. — Culmi ramosi; folia vel lineari angusta demum complicata et subfiliformia vel lata arundinacea firma; ligula nulla, ejus loco pubescentia aut limbus membranaceo-herbaceus; paniculae radii fasciculati graciles citra basin alternatim divisi compositi et decompositi; pedicelli biflori approximati subsecundi, altero ramulo longiore, supremi quandoque uniflori.

1. A. HEYNEI. *Nees.* (mpt.) Foliis convolutis; panicula laxa nutante (4—6-pollicari); spiculis pallidis homogamis bifloris, glumis flosculo duplo brevioribus. Arundo. *Heyne* in hrbro. *Wight.* nr. 1043. ♃ Courtallum Ind. or.

2. A. BENGHALENSIS. *Nees.* (mpt.) Culmo crasso folioso (6—10-pedali) fistuloso; foliis glabris planis distichis ensiformibus (2′ longis, basi 2″ latis); panicula ramosissima erecta (2-pedali); radiis semiverticillatis inaequalibus ramosis; spiculis 3—4-floris (quam in praecedente 3—4-plo longioribus); glumis aequalibus, flosculo unico sessili; valvula inferiore subulato-attenuata 3-nervia, lana calycem subaequante. Arundo benghalensis *Retz.* Obs. V. p. 20. Arundo bifaria *Wight. Roxb.* in Mus. Soc. Ind. t. 1331 (panicula laxiore). ♃ Peninsula Ind. or.

3. A. BIFARIA. *Nees.* Culmo tereti crasso foliosissimo; vaginis arctis striatis glabris culmum tegentibus; ligula brevissima semilunari; foliis distichis planis patentibus lineari-lanceolatis (1′ longis, 1″ latis) attenuato-acutissimis crassiusculis firmis margine hispidis; panicula oblonga contracta densa erecta (8—10-pollicari); spiculis trifloris; glumis lanceolato-linearibus acuminatis dissitiusculis flosculos subaequantibus; flosculis infimo brevius-pedicellatis; valvula inferiore lanceolata membranacea trinervia, nervis in acumen excurrentibus, pilis flosculo $^1/_3$ brevioribus. Arundo bifaria *Retz.* Obs. IV. p. 21. Arundo triflora *Roxb.* Fl. Ind. I. 317. Donax bifarius *Trin.* in *Spr.* Entd. 2. 73. ♃ Ind. or. Java.

4. A. TENELLA. *Wight. Arn.* Foliis anguste linearibus demum complicatis, culmum aequantibus (fere 2‴ latis) striatis, supra sparsim pilosis; panicula densa; spiculis homogamis bifloris, glumis acutis ($^1/_2$‴ longis) flosculo triplo brevioribus. *Nees.* mpt. ♃ Peninsula Ind. or.

OXYANTHE. *Steud.* Panicula patens vel contracta; spiculae lanceolatae angustae elongatae uniflorae basi pilosae; glumae duae inaequales membranaceae canaliculatae acutae flosculo multo breviores subdistantes; flosculus intra glumas brevi pedicellatus; valvulae duae membranaceae aequales convolutae acutatae (non aristatae), quandoque rudimentum flosculi secundi involventes, basi pilis laxe fasciculatis obsessi; stamina 3; stylus? ovarium? (an planta dioica?)

1. O. JAPONICA. *Steud.* Caule erecto arundinaceo (pluri-pedali) foliato glabro, infra paniculam dense piloso; vaginis striatis glabris ad oras pilosis vel demum glabratis; ligula brevissima membranacea truncata ciliata; foliis lanceolatis glabris longe acuminatis (pedalibus et ultra, 6—8‴ latis) laevibus, margine scabris; panicula densa (fere pedali), radiis subverticillatis, fere a basi radiolosis tenuibus 2—4″ longis erectiusculis flaccidulisque; spiculis angustis pedicellatis 4—5‴ longis, pedicellis pilosis; gluma inferiore oblonga acutata flosculum vix ultra tertiam partem aequante. Variat: panicula rariore contracta lucidula, foliis angustioribus convolutis. Sericura japonica *Steud.* Flora 1846 p. 20. Arundo nitida *Thunb.* in schedula Hrbrii. Lugd. Batav. Musei (quae non exstare videtur in scriptis *Thunbergii*). Japonia.

Sericura *Hassk.* (ab autore in Catal. H. Bogor. 14 verbis descripta) cum Calamagrostide dubie juncta ab *Endichero* (Suppl. III. p. 51) omnino alia est quam supra descripta; est vero haec nostra planta forsan Arundo Karka *Retz.* Phragmites Karka *Trin.* jam a *Rothio* Catal. II. p. 2, qui ab Arundine diversitatem ob flosculum unicum bene perspexit sub Trichoa conditum genus. Caeterum A. Roxburghii *Kunth.* simillima est plantae homonymae *Retzii* praecipue flosculis 3—5 tantum diversa.

GYNERIUM. *Humb. Borpl.* Panicula; spiculae biflorae masculae et foemineae in distinctis plantis; flore altero sessili altero pedicellato; masc. glumae duae lanceolatae membranaceae hyalinae carinatae inaequales; valvulae duae membranaceae, inferior acutato-submucronata uninervia concava imberbis, superior brevior bicarinata; stamina duo; squamulae duae minutae collaterales crassiusculae glabrae; foem. glumae duae uti in masc. flores superantes; valvulae duae, inferior externe pilis longissimis obsita angustato subulata, superior parva bicarinata, carinis pectinato-ciliatis; stamina 2 effeta; ovarium glabrum; styli 2 terminales; stigmata plumosa pilis simplicibus subdenticulatis; squamulae 2 membranaceae subciliatae integrae ovario duplo breviores; caryopsis libera oblonga compressa bicornis.

1. G. SACCHAROIDES. *H. B.* (Pl. aeq. II. t. 215.) Culmis caespitosis altissimis (ad 12—15′ latis); foliis longissimis (4—5′ longis, 2″ latis) coriaceis striatis glabris, medio nervo crasso interne concavo-caniculato piloso, margine serrulato-spinosis; ligula margo ciliatus; panicula ramosissima secunda laxa 5—6-pedali; spiculis bifloris pedicellatis foemineis; flore altero sessili altero pedicellato. *Kunth.* Supl. t. XV. f. 1. G. sagittatum *Aubl. Beauv.* Agr. 138. G. procerum *Beauv.* t. 24. f. 6. ♃ Cumana. Brasil. Guiana.

2. G. ARGENTEUM. *Nees.* (Agr. bras. 462.) Culmo tereti glabro usque ad apicem vaginato (12-pedali et ultra); foliis linearibus carinatis margine cartilagineo-serratis (2—3 quin 4′ longis, 4‴ latis) rigidulis glabris; panicula subsecunda densa contracta apice nutante (2-pedali), radiis gracilibus; spiculis 4—6-floris; flosculis patulis distantibus subulato-acuminatis (candidissimis); glumis longe caudatis (inferiore $4^1/_2$, superiore $5^1/_2$‴ longa) flosculos aequantibus. ♃ Brasil. Chili.

3. G. SPECIOSUM. *Nees. Meyen.* (It. 407.) Foliis linearibus carina margineque cartilagineo-serrulatis; panicula stricta densa spicaeformi; radiis rigidis imbricatis radiolisque brevibus; spiculis 4—6-floris; flosculis imbricatis candidis; glumis bidentatis (3‴ longis); valvula inferiore setaceo acuminata. ♃ Chili.

4. G. QUILA. *Nees. Mey.* (l. c.) Foliis linearibus carinatis margine cartilagineo-serrulatis; panicula subsecunda densa contracta apice nutante; radiis gracilibus laxis; spi-

culis trifloris; flosculis patulis distantibus caudato-acuminatis. Arundo Quila *Molin.* sed non *Bertero.* Variat: culmo humili (1—3-pedali); panicula oblonga densa (3—4-pollicari). Gynerium pygmaeum *Meyen* l. c. Gynerium Neesii *Meyen.* ♃ Chili.

5. G. PARVIFLORUM. *Nees.* (Agrost. bras. 467.) Culmo erecto simplici vel basi ramoso superne compresso (10—15-pedali); foliis ensiformibus versus apicem culmi approximatis distichis, ensiformibus flabelliformi-expansis (4—6′ longis, 1″ et ultra latis), basi pilis longiusculis obsitis; panicula secunda laxa virgata (2—3-pedali) aphylla; radiis spiraliter semiverticillatis virgatis compressis decompositis; spiculis oblongo-lanceolatis (1 ¼‴ longis scabriusculis subunifloris; glumis lanceolatis acuminatis tenerrimis inaequalibus; valvula inferiore oblongo-lanceolata acuta apice obtusa vel bidentata. *Martius* Reise. Vegetation 5-formen V. f. 1. ♃ Brasil.

6. G.? ZEELANDICUM. *Steud.* Culmo —? foliis angustis rigidis complicatis nervosis glabris basi late vaginatis; ligula in fasciculos pilorum breves fissa; panicula amplissima (1 ½′ longa, ½′ lata) nutante dioica; radiis semiverticillatis iterum paniculatis; spiculis masculis in pedicellis capillaribus glabris, 2—3-floris; glumis 2 lanceolatis membranaceo-hyalinis acuminatis imberbibus flosculos aequantibus vel parum superantibus; flosculis in rhacheola unilateraliter pilosa, basi pilis longis ipsos aequantibus involucratis; valvulis 2 inaequalibus, inferiore lanceolata aristato-acuminata, superiore duplo minore; staminibus 3; lodiculae et ovarii rudimentis nullis. An novum genus? desunt foeminae. ♃ N. Zeeland.

Tribus VII. PAPPOPHOREAE. *Kunth.*

Spicae capitatae vel paniculatae; spiculae 2—multiflorae, flores superiores tabescentes; glumae valvulaeque 2 membranaceo-herbaceae, valvula inferior 3—multifida, laciniis subulato-aristatis.

AMPHIPOGON. *R. Brown.* Spicae aequales vel capituliformes; spiculae uniflorae; flos sessilis vel pedicellatus glumis longior; glumae valvulaeque 2 membranaceo-herbaceae; valvula inferior 3—multifida, laciniis subulato-aristatis, aristis rectis scabris subaequalibus; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 terminales; stigmata simpliciter pilosa; squamulae 2 subintegrae. — Gramina caespitosa, radice repente; culmis fasciculatis; foliis setaceis.

* *Spica capitata; spiculae extimae steriles verticillatae involucrantes; glumae hirsutae.*

1. A. LAGUROIDES. *R. Br.* (Prodr. I. 175.) Capitulo globoso; glumis hispidis; pilis basi dilatatis; valvula exteriore acumine suo duplo longiore. *Kunth.* Supl. t. XV. f. 2. N. Holl.

2. A. CYGNORUM. *Nees.* (*Lehm.* Pl. Preiss. II. 100.) Foliis anguste linearibus convolutis, superioribus subinde planis glabris sensim minoribus; capitulo subgloboso, glumis (a medio) hispidis pilis basi dilatatis (bulbosis); valvula inferiore laciniis suis plus duplo breviore. ♃ N. Holl. fluv. Cygnor.

** *Spica oblonga; glumis glabris.*

3. A. STRICTUS. *R. Br.* (l. c.) Glumis ciliatis integris perianthio glabro brevioribus; aristis foliisque strictis. N. Holl.

4. A. DEBILIS. *R. Br.* (l. c.) Glumis 3-fidis perianthio glabro brevioribus; aristis strictis; foliis laxiusculis. N. Holl.

5. A. AVENACEUS. *R. Br.* (l. c.) Glumis acuminatis integris perianthio sericeo longioribus; aristis patentibus. N. Holl.

6. A. GRACILIS. *Nees.* (l. c. 101.) Culmo filiformi gracili (pedali); foliis subulatis glabris; spica oblonga (½-pollicari et ultra); glumis oblongis acutis integris, perianthio longioribus; valvula inferiore in dorso basin versus sericeo-bivittata; aristis patentibus ciliatis. ♃ N. Holl. occ. austr.

7. A. CARICINUS. *Ferd. Müller.* (Linn. XXV. 445.) Culmis erectis foliisque glabris; spica cylindrica in basin et apicem attenuata; spiculis pedicellatis; glumis integris concavo-lanceolatis mucronato-acutis scabris, extima breviore; perianthio glumam superante basi barbato margine membranaceo, lobis ciliato-plumosis lineari-subulatis strictis. N. Holl. austr.

GAMELYTHRUM. *Nees.* Capitulum terminale spiculis exterioribus sterilibus involucrum formantibus; spiculae uniflorae, glumis 2 subaequalibus basi attenuatis in tubum brevem connatis; valvulae 2 basi in tubum (sericeum) connatis membranaceo-marginatis convolutis, inferiore tri- superiore bifida, utriusque laciniis aristatis setaceis adjecta utrinque lacinula brevi membranacea lanceolata a margine valvulae proficiscente; lodiculae angustae truncatae; stamina 3 basi connata; styli 2 discreti; ovarium glabrum lanceolatum.

1. G. TURBINATUM. *Nees.* (*Hook.* Lond. journ. II. 415.) Caespitosa; culmo simplici inferne vaginato; foliis convoluto-setaceis rigidis incurvis scabriusculis; ore vaginae barbato, altero latere lobulo brevi aucto; glumis (6-linealibus) cuneiformibus cuspidatis apicem versus hirsutis, pilis erectis basi haud bulbosis; stipite flosculi basi subpubescentis sericeo. Amphipogon turbinatus *R. Br.* Prodr. 175. ♃ N. Holl.

2. G. DENUDATUM. *Nees.* (l. c.) Caespitosum, culmo simplici inferne vaginato; foliis incurvis convolutis laxe lanuginosis; ore vaginae barbato, altero lobulo vix conspicuo; glumis praesertim involucralibus apicem versus scabris. ♃ N. Holl.

DIPLOPOGON. *R. Br.* Spica capituliformis; spiculae uniflorae; glumae 2 laxae membranaceae aristatae; valvulae 2, exterior apice triaristata; arista intermedia dissimilis tortilis; valvula interior biaristata; squamulae 2 integrae; stamina 3, ovarium sessile; styli 2 basi connati; stigmata plumosa.

1. D. SETACEUS. *R. Br.* (Prodr. 176.) Culmis caespitosis; foliis setaceis; spica ovata subcapitata, spiculis extimis sterilibus verticillatis involucrum praebentibus. N. Holl.

ANOMALOTIS. *Steud.* Panicula contracta; spiculae sesquiflorae; glumae 2 laxae acutae; flosculus perfectus unicus, secundus ad glumam redactus angustam; valvulae 2, exterior apice 3- (raro 2-) setosa, interior bisetosa; arista exterioris basilaris, flosculum superans geniculata; stamina 3; ovarium ovatum; stylus plumosus? achenium —?

1. A. QUINQUESETA. *Steud.* Radice fibrosa, caule basi geniculato, recto (pedali et ultra) foliis linearibus angustis planis (2—3″ longis, ½‴ latis) striatis, glabris; ligula exserta, fissa hyalina; panicula elongata stricta simplici, radiis subfasciculatis inaequalibus; spiculis linealibus; glumis subaequalibus demum patentibus, flosculo longioribus; flosculo incompleto hyalino-angusto; fertili bivalvi, valvulis pubescentibus subaequalibus, apice 2—3-setulosis; setulis brevissimis. Diplopogini *R. Br.* affine genus, quoad florum constructionem, etiam Trisetariae hinc: Trisetaria quinqueseta *Hochst.* Ex collectione a *Schimpero* Argentoratum missa. Abyssinia.

TRIRAPHIS. *R. Brown.* Panicula; spiculae 3—multiflorae floribus distichis, inferioribus hermaphroditis, reliquis, masculis vel neutris; glumae 2 membranaceae aequales muticae; valvulae 2 membranaceae, inferior apice trifida, laciniis subulato-aristatis longissimis rectis, intermedia longiore; valvula superior bicarinata mutica; stamina 3, ovarium glabrum; styli 2, stigmata pilis simplicibus plumosa; squamulae obovato-cuneatae glabrae.

1. T. PUNGENS. *R. Br.* (Prodr. 185.) Panicula effusa; perianthii valvula exteriore coriacea tenuissime pubescente; aristis aequalibus, intermedia simplici; foliis involutis strictis patulis. N. Holl.

2. T. MOLLIS. *R. Br.* (l. c.) Panicula coarctata; perianthii valvula exteriore villis patulis barbata, arista intermedia utrinque lacinula setacea aucta. N. Holl.

3. T. PUMILIO. *R. Br.* (App. ad *Clappert.* Voy. 245.) Panicula coarctata abbreviata; calyce trifloro; flosculo infimo perfecto, reliquis neutris univalvibus. Afr. med.

SCHMIDTIA. *Steud.* Panicula dense contracta spicaeformis; spiculae 4—5-florae; flores inferiores staminiferi (an dioici?), superiores quandoque omnino steriles; glumae duae herbaceae muticae flosculos superantes, inferior parum brevior, utraque multinervia; superior integra ovata margine tenuissime herbaceo marginata, acuta mutica; inferior latior et longior usque ad medium fere 4-partita undique villis longis obvallata; aristae quinque exteriores duae fere e basi valvulae tres intermediae dorsales infra valvulae lacinias ortae, flosculos superantes; stamina tria, lodiculae duae minimae; stylus — ? caryopsis — ?

1. S. PAPPOPHOROIDES. *Steud.* (in *Schmidt* Fl. Promont. virid. p. 144.) Caespitosa; culmis geniculatis vaginiatis ($^1/_2$-pedalibus) foliatis cum tota planta molliter pubescentibus; foliis lanceolatis acuminatis striatis ($^1/_2$—2″ longis, 1—2‴ latis); panicula coarctata (pollicari) multiflora; glumis viridibus herbaceis exarate 7—9-nerviis, margine et apice tenuissime hyalino-membranaceis; ligula margo pilosus; flosculis 4—5 imbricatis, omnibus vel tantum inferioribus staminiferis. Insulae capit. virid.

„Antoschmidtia" planta a me salutata, cum affinitas vocis Smithia nimia videbatur, quae vero celbmo plantae detectori nullam difficultatem objecit, ut votis meis respondens in sui nominis honorem eam salutandi, simplicem denominatiorem Schmidtia praeferret.

PAPPOPHORUM. *Schreb.* Panicula contracta spicaeformis; spiculae 2—4-florae; flos infimus hermaphroditus, superiores tabescentes steriles; glumae duae membranaceae muticae flosculos superantes, inferior brevior; valvulae duae membranaceae, inferior subelliptica 9—13-aristata; aristae subulatae rectae cum valvulis continuae; valvula superior longior bicarinata; stamina 3 rarius 2; ovarium glabrum; styli 2, stigmata pilis denticulatis plumosa; squamulae 2 glabrae truncatae; caryopsis glabra valvulis obtecta libera.

* *Spiculae bi—triflorae; valvula inferior 9-aristata; glumae 3—7-nerviae. Enneapogon. Desv.*

1. P. NIGRICANS. *R. Br.* (Prodr. 185.) Foliis vaginisque glabris scabriusculis; spicae compositae subcylindricae radiis imbricatis; spiculis bifloris, flore superiore tabescente; glumis ovato-oblongis obtusis tenuissime pubescentibus submucronulatis; aristis 9 plumosis. N. Holl.

2. P. PALLIDUM. *R. Br.* (l. c.) Culmo simplici striato inferne folioso glabro; foliis planis anguste linearibus apice acutato-subulatis (3—4‴ longis, 1‴ latis) vaginisque molliter pubescentibus; panicula spicaeformi cylindrica conferta; spiculis 2—3-floris; glumis molliter pilosis, aristis 9 plumosis. N. Holl.

3. P. PURPURASCENS. *R. Br.* (l. c.) Foliis pubescentibus; spicae lobatae lanceolatae radiis alternis racemosis; glumis pubescentibus; aristis 9 plumosis coloratis. N. Holl.

4. P. ELEGANS. *Nees.* (mpt.) Subulis 9 plumosis apice nudis glumisque coloratis; racemo composito lanceolato, radiis alternis approximatis, radiolis 3—4-stachyis foliisque pubescentibus; flosculis ternis basi hirsutis. Calotheria elegans *Wight. Arn.* An a praecedente satis diversa? *Nees.* Ind. or.

5. P. GRACILE. *R. Br.* (l. c.) Culmo foliisque glabris involutis; spica infra divisa, apice simplici; glumis pubescentibus; aristis 9 plumosis. Enneapogon Desvauxii. *Beauv.* Agr. t. 16. fig. 11. N. Holl.

6. P. COERULESCENS. *Gaudich.* (*Freyc.* Voy. 409.) Culmis vaginis foliisque pubescentibus; geniculis barbatis; spica ovato-oblonga; glumis tenuissime pubescentibus; aristis 9 plumosis basi villosis. N. Holl.

7. P. MOLLE. *Lehm.* (Pugil. 2. 40. sub: Enneapogon.) Radice fasciculata; culmo erecto (1—2-pedali) cum vaginis foliisque planis pubescentibus; paniculae racemosae pyramidatae (3—6-pollicaris radiis erectis, flosculis basi dense plumosis; glumis 7—9-nerviis acutis pubescentibus, setis corollae pinnatis. ♃ Afr. austr.

8. P. SCABRUM. *Lehm.* (l. c. sub: Enneapogon.) Radice fasciculata; culmo tenero (pedali) retrorsum cum foliis planis scabris; paniculae racemosae patulae (2-pollicaris) radiis pubescentibus demum contractis; glumis acutis 7—9-nerviis pubescentibus: flosculis 2 basi dense plumosis; setis corollae simplicibus. Variat: spicis contractis; glumis nigro viridibus; aristis basi brevissime pinnatis. Species inter P. scabrum et molle intermedia. ♃ Afr. austr.

9. P. SENEGALENSE. *Steud.* Culmo basi ramoso geniculato cum vaginis nodis foliisque molliter pubescente (6—9-pollicari); foliis angustissime linearibus planis acuminatis flaccidulis (2—3″ longis, vix $^1/_2$‴ latis); ligula pilorum series; panicula cylindrica spicata densa, radiis brevissimis suberectis; glumis obtusiusculis 5—7-nerviis apice denticulatis glabris pellucidis uno margine remote pilosis; flosculis binis basi dense pilosis; setis corollae 9 ultra medium plumosis albis. Senegalia.

10. P. CENCHROIDES. *Lichtst.* (in R. S. 2. 616.) Panicula thyrsoidea cylindracea elongata (nigricante); spiculis bi- rarius trifloris, flore inferiore hermaphrodito diandro, secundo minore masculo triandro, tertio incompleto; glumis pilosulis 3-nerviis subulis valvula sua duplo longioribus ad medium usque plumosis. *Kunth.* Supl. t. XV. f. 3. Afr. austr.

11. P. PHLEOIDES. *Cavan.* (ex *R. S.* II. 616.) Culmo compressiusculo ramoso (pedali) apicem versus ad nodos et vaginas pubescente; ligula brevi ciliata; foliis lineari subulatis strictis rigidiusculis; spica ovato-cylindrica ramulosa, radiis brevissimis; spiculis bifloris; glumis subaequalibus lanceolatis obtusiusculis obsolete trinerviis glabris vel carina glanduloso pilosis margine scabriusculis, flosculis pilosis inferiore majore; valvula inferiore aristis 9 nervisque totidem nigris. Arab. fel. Ins. Philipp.?

12. P. ARABICUM. *Hochst.* (mpt.) Radice caespitosa fasciculata; culmis depressis (2—5-pollicaribus), geniculatis omnino — ad nodos densius — pilosis; foliis planis linearibus acutis vaginisque striatis pubescentibus; spica ovato-oblonga densa ($^1/_2$—$^3/_4$-pollicari); spiculis 2—3-floris; glumis flosculos superantibus pilosis; flosculo infimo majore fertili dense piloso; valvula inferiore 9-aristata, aristis ipsa longioribus ad medium plumosis; flosculo secundo pedicellato 9-aristato, tertio ad pedicellum apice setulosum redacto. Pauca tantum specima legit *W. Schimper* in Arabia petraea Eandem habeo ex Sibiria sub: P. phleoides *Cav.* a qua omnino videtur diversa.

13. P. PERSICUM. *Boiss.* (Diagn. V. 71. sub: Enneapogon.) Radicis fibrosae caespitiferae collo crasso indurato; culmis humilibus (4—5″ longis) adscendentibus cum tota planta breviter velutinis; foliis convoluto-patulis acutis; ligula series pilorum brevium; panicula spicata (2—2½-pollicari) laxiuscula; spiculis trifloris, flore summo tabescente; glumis lanceolatis acutis membranaceis pallidis multinerviis pubescentibus flosculos superantibus, inferiore paulo breviore 7- superiore 5-nervia; valvula inferiore ovato-rotundata brevissima dense velutina in aristas 9 basi plumosas scabras ea 3—4-plo longiores calycem superantes abeunte, interiore aequilonga ovata obtusa bicarinata ad aristas ciliata plicata. *Auger* Hrbr. 5430. Persia.

14. P. BOREALE. *Ledeb.* (Fl. Ross. fasc. 13. 404.) Culmo cum foliis vaginisque pilosiusculis; panicula coerulescente ovoidea; glumis lanceolatis, inferiore trinervia superiore obsolete 5-nervia; flore unico perfecto, altero tabescente; aristis flore duplo longioribus infra medium piliferis. P. phleoides *Turczn.* Cat. Baic. nr. 1285. (cfr. P. arabicum.) ⊙ Sibir. baical.

15. P. NANUM. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis confertissimis nanis (vix ultra pollicaribus) simplicibus vel basi ramulosis; foliis radicalibus caespitosis et culmeis basi vaginatis; vaginis pubescentibus basi dilatatis striatis; foliis setaceo-complicatis raro subexplanatis pubescentibus culmum partim aequantibus vel superantibus acutis rigidulis; racemis densis; glumis membranaceis margine hyalinis pubescentibus, inferiore paulo minore 5-nervia apice bifida; flosculis duobus basi pilosis; arisistis 9 ad medium usque pilosis. P. Vincentianum *J. A. Schmidt.* Fl. Prom. virid. p. 144. Ins. St. Vincent.

** *Spiculae bi—quadriflorae, valvula inferior 9-aristata, glumae multinerviae.*

16. P. SCHIMPERIANUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyss. nr. 323.) Radice fasciculata caespitifera; culmo basi geniculato glabro (½—1-pedali et ultra); nodis vaginisque pubescentibus; panicula racemoso-spicata sublobata (1—1½-pollicari); spiculis 4-floris lanceolatis; glumis inaequalibus, inferiore acuta duplo breviore oblongo-lanceolata, utraque plurinervia subglanduloso pubescente flosculos superante; flosculo infimo pubescente sessili; valvulae inferiore 9-aristata, aristis ultra medium plumosis; flosculo secundo brevissime- tertio cum quarto coalito longius pedicellato glabro. *Rich.* Fl. Abyss. II. 403. ♃ Abyssin.

17. P. FLAVESCENS. *Lindl.* (in *Mitchell* Journ. of Austr. p. 34.) Culmis geniculis villosis; foliis vaginisque pubescentibus tactu scabris; spica composita densissima oblonga glumis ovatis pilosis, valvulis lanatis; aristis 9 rigidis pallidis plumosis. N. Holl. orient.

18. P. VIRENS. *Lindl.* (l. c.) Pumilum caespitosum; foliis tactu scabris; vaginis pilosis; valvulis sericeo-pilosis; aristis 9 plumosis rigidis apice nudis. N. Holl. orient.

19. P. AVENACEUM. *Lindl.* (l. c. 320.) Panicula pilosa angustata interrupta ramulis inferioribus demum refractis; glumis pubescentibus multistriatis; valvulis villosis, aristis 9 inaequalibus scabris infra medium pilosis. N. Holl. tropica.

20. P. AUCHERI. *Jaub.* et *Spach.* (Ill. pl. or. t. 323.) Radice fibrosa dense caespitifera; caulibus adscendentibus vel erectis simplicibus teretibus glabris vel molliter pubescentibus ad nodos barbato-lanulosis; foliis subcoriaceis glaucis papilloso-scabris, radicalibus 1—2″ longis distiche confertis, caulinis subulato-filiformibus; vaginis subcoriaceis papillosis et puberulis, ore barbato-lanulosis; panicula oblonga racemiformi contracta subsimplici 2—4-pollicari multi spiculata; radiis inaequalibus 2—7-spiculatis; spiculis brevi pedicellatis teretiusculis 2—4-floris; glumis persistentibus flosculos (demtis aristis) subduplo longioribus; valvula exteriore majore chartacea rigidula 9-nervia, apice 9-fida laciniis dentiformibus in aristas desinentibus dorso setoso-hirsutis; aristis setaceo subulatis strictis inaequilongis longe plumosis apicem versus serrulato ciliatis; caryopsi minuta elliptica obtusa. Persia austr.

21. P. BRACHYSTACHYUM. *Jaub. Spach.* (l. c. t. 324.) Radice fibrosa caespitifera; caulibus pusillis (½—1½-pollicaribus) confertis teretibus foliatis pubescentibus, nodis crassiusculis lanoso-barbatulis; foliis involutis filiformibus obtusiusculis pubescentibus (5—9‴ longis); panicula spicaeformi coarctata ovali vel oblonga obtusa multispiculata; radiis inaequalibus subfasciculatis vel solitariis 1—4-spiculatis; spiculis breviter pedicellatis trifloris; flore infimo majore solo perfecto hermaphrodito; glumis hoc paulo brevioribus 5—6-nerviis navicularibus ovalibus vel oblongis obtuse emarginatis muticis exaristatis; valvula exteriore subtubuloso-inflexa carinata 9-nervia dorso a basi ad medium dense setoso-hirsuta apice 9-fida aristulis setaceo-subulatis plumosis apice ciliolatis. Arab. fel.

*** *Spiculae tri—quadriflorae; valvula inferior sub-13-aristata, glumae uninerviae. Polyrhaphis. Trin.*

22. P. ALOPECUROIDEUM. *Vahl.* (Symb. III. t. 51.) Culmo ramoso (3—4-pedali); foliis convoluto subulatis vel attenuato-acuminatis culmo brevioribus subtus vaginisque glabris; panicula subspicata elongata cernua; spiculis 3—4-floris; flosculis 3 superioribus pedicellatis tabescentibus; glumis lanceolatis uninerviis flores triplo superantibus; flosculo fertili sericeo barbato. *Beauv.* Agr. t. 17. fig. 1. *Kunth.* Supl. t. 15. fig. 4. Aegilops Alopecuros. *Salzm.* hrbr. ♃ Am. austr. Pr. b. sp.?

23. P. LAGUROIDEUM. *Schrad.* (in *Schult.* Mant. 2. 342.) Culmo simplici glabro (2—3-pedali); foliis linearibus in acumen longissimum setaceum attenuato-cuspidatis margine scabris subtus cum vaginis glabris; ligula brevissima pilosa; panicula coarctata elongata (pedali et ultra) laxa apice nutante; spiculis 2—3-floris; glumis lanceolatis acuminatis. (Prioris var. *Trin.*) Ind. occ. Brasil.

24. P. MUCRONULATUM. *Nees.* (Agr. bras. 412.) Culmo ramoso; foliis attenuato-acuminatis convolutis vaginisque glabris; panicula spicata angusta elongata cernua; spiculis sub-4-floris; glumis subaequalibus oblongis membranaceis setaceo-mucronatis uninerviis; flosculis inferioribus 2 (raro 3) perfectis; valvula inferiore subcoriacea sericeo-strigosa quadrifida. ♃ Brasil.

25. P. MACROSTACHYUM. *Nees.* (l. c. 411.) Culmo simplici (4—5-pedali); ligula longiuscule pilosa; foliis in apicem longissimum setaceum attenuatis basi vaginisque adpresse pilosis; panicula coarctata longissima subnutante; spiculis 3-floris; glumis lanceolatis acuminatis. P. laguroideum *Schrad.* var.? *Nees.* ♃ Brasil.

**** *Species dubiae.*

26. P. MEGAPOTAMICUM. *Spr.* (Cur. p. 34.) Culmo simplici; follis ciliatis; racemo spicato paucifloro; pedunculis abbreviatis villosis; calycibus subternis glabris nervosis; aristis sub-12 longissimis patentibus. Rio grande.

27. P. ELONGATUM. *Spr.* (l. c.) Foliis convolutis longissimis; panicula cylindrica elongata lobata; calycibus glabris; aristis subvicinis. Monte Video.

BOISSIERA. *Hochst.* Panicula coarctata; spiculae 3—5-florae; glumae inaequales flosculis breviores, inferior acuta, superior longior obtusa apice denticulato-lacera; flosculo infimo sessili, superioribus pedicellatis omnibus striguloso-pilosis; valvula inferiore flosculi infimi 5—7- superioribus 7—9—13-setis, caeterum apice hyalina multifida margine ciliata; superior hyalina fere aequilonga margine ciliata; flosculi fertiles inferiores; stamina 2—3; stylus elongatus plumosus; ovarium —? caryopsis —?

1. B. BROMOIDES. *Hochst.* (mpt.) Radice fibrosa; culmo a basi ramoso (1—6-pollicari) uti tota planta piloso;

foliis lanceolatis (in majoribus 2—4″ longis, 2—4‴ latis) acuminatis; ligula hyalina pilosa setuloso-lacera; panicula contracta (1—3-pollicari) densa; glumis nervosis glabriusculis; flosculis pilosis. Variat: aristis pallidis vel apice purpurascentibus. Pappophorum Pumilio *Trin.* Bromus nr. 402. Hrbr. arab. un. it. ♃ Arabia. Persia.

PTILONEILEMA. *Steud.** Racemus compositus; racemuli alterni abbreviati subcapitato dense aggregati 5—6-spiculati; spiculae subtriflorae; glumae (vel involucella) 2 setiformes basi subampliatae ultra medium plumosae in apicem setosum scabrum spiculas duplo superantem elongatae; flosculi 3, infimi valvula inferiore bifido-setulosa infra fissuram aristulata, arista setis longiore, superiore latiore simpliciter bifida setosa; stamina — ? ovarium — ? caryopsis subcompresso-ovata apice styli residuis breviter bicornuta, scutello minimo punctiformi; flosculi superiores varie incompleti.

* A πτιλον, pluma et ειλημα involucrum.

1. P. PLUMOSUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo ramoso geniculato adscendente in racemum attenuato; racemi radiis remotiusculis, subcapitato aggregatis; foliis linearibus planis vel convolutis cum vaginis glanduloso-pilosis; margine subserrulato-scabris. Pennisetum plumosum. Hrbr. un. it. nr. 794. Eutriana abyssinica *R. Br.* ⊙? Arab. fel. Abyssin. =Melanor

HETERANTHELIUM. *Hochst.* Spica dense imbricata; spiculae 2-triflorae; glumae 2 involucriformes setaceae a flosculis subremotae; flosculi plerumque 3, duo sessiles hermaphroditi, intermedius pedicellatus sterilis, quandoque tantum unicus fertilis; valvula inferior fertilium pilosa et tuberculato-scabra, 5-nervia in setam longam ipsa 3—4-plo longiorem marginibus pilosam elongata; valvula superior minor apice breviter bifido-setosa; flosculus sterilis, pedicellatus ad valvulam 3—5 setosam redactus; spiculae plures ad glumas et flosculi sterilis aristas redactae; stamina 3; ovarium — ? caryopsis ovato-oblonga crassiuscula apice hispidula. (Hordeaceis clbms. generis autor inseruit, sed per Echinariam Pappohoreis propius.)

1. H. PILIFERUM. *Hochst.* (Hrbr. *Kotschy* pl. alep. nr. 130. a.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmeis depressis (2—4-pollicaribus) vaginis tectis, his foliisque linearibus pilosis; ligula brevi membranacea truncata dentata; spica terminali solitaria (pollicari et ultra) nunc viridi nunc violaceo-purpurascente *Jaub.* et *Spach.* Ill. pl. or. t. 359. Elymus pilifer. *Russel?* An? Elymus squarrosus. *Russ.?* Syria. Persia.

ECHINARIA. *Desf.* Spicae capitato-globosae simplices; spiculae bi(-4-florae; flos superior pedicellatus saepe tabescens vel ad pedicellum redactus; glumae 2 membranaceae obovatae carinatae; inferior apice biaristata, superior paulo longior uniaristata, aristae subulatae interdum evanescentes; valvulae 2 membranaceae, inferior 5-nervia apice bifida; limbo interno membranaceo crenato, laciniae subulatae vel complanatae lanceolato-subulatae rigidae; stamina 3, ovarium subturbinatum apice pilosum; styli 2 longissimi; stigmata glabra; caryopsis oblonga teretiuscula glabra.

1. E. CAPITATA. *Desf.* Radice fibrosa; culmis caespitosis simplicibus erectis (2—6-pollicaribus); foliis planis linearibus cum vaginis puberulis; ligula brevi, piloso-lacera; spica terminali solitaria vix semipollicari subglobosa. *Beauv.* Agr. t. XVII. fig. 2. *Kunth.* Supl. t. XV. f. 5. Sesleria echinata *Host.* Gram. 3. t. 8. Cenchrus capitatus *Lin.* ⊙ Europ. austr. Afr. bor. Syria.

2. E. PUMILA. *Willkomm* (Bot. Zeit. 1848. 415.) Caespitosa; culmis foliosis (1—2-pollicaribus); spicis capitatis paucifloris inter foli fere occultis; cristis glumarum patulo reflexis (quam in C. capitata) brevioribus rigidioribusque. Hispania.

WILHELMSIA. *C. Koch.* Thyrsus; spiculae 4—5-florae a latere planae; glumae villosae inaequales, inferior angustior minor lanceolata uni- superior trinervia; flosculi 2 inferiores fertiles, valvula eorum inferior villosa, ex apice breviter bifida, aristata; valvula superior linearis bifida, lobis aristae formibus; germen anguste oblongum; stylus erectus stigmatibus plumosis; flosculi 2 vel 3 superiores structura dura, plerumque univalvulacea; eorum valvula glabra, apice recurva, breviter aristata aut mutica.

1. W. CAUCASICA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 400.) Annua; foliis brevibus lanceolatis pilosis; thyrsi ramis brevissimis 1—2-spiculatis, fere spicam referentibus. ⊙ Grusia.

COTTEA. *Kunth.* Panicula; spiculae 6—9-florae; flores distantes distichi summus tabescens; glumae 2 membranaceae concavae multinerviae apice trilobae, lobi acutato-mucronati, superior paulo minor integra acutata; valvulae 2 membranaceae; inferior 5-fida sub-11-aristata concava, aristae rectae continuae, inaequales, tribus majoribus; valvula superior bicarinata apice bifida, lobis acutato-mucronatis; stamina 3; ovarium glabrum, styli 2, stigmata plumosa, pilis dentato-papillosis caryopsis oblonga teretiuscula glabra.

1. C. PAPPOPHOROIDES. *Kunth.* (Gram. t. 52.) Culmis erectis ramosis ad nodos pubescentibus; foliis linearibus planis angustato-subulatis (2—4″ longis, 2‴ latis) pubescentibus; ligula margo ciliatus; panicula ramosa erecta. Peru.

2. C. SARMENTOSA. *Nees.* (mpt.) Culmis sarmentosis per intervalla foliosis; racemo composito vel decomposito compacto. Hrbr. *Lindley* ex Ins. St. Vincentii.

CATHESTECUM. *Presl.* Spica; spiculae ternae, laterales inferiores sessiles biflorae, intermedia 4-flora, flores omnes hermaphroditi; laterales: glumae 2 lineari-lanceolatae subcarinatae setoso-hispidae inferior major colorata; valvula inferior ovata apice bifida utrinque et inter lacinias aristata, aristis plumosis; valvula superior multo minor ovato-lanceolata obtusa binervia, nervis marginalibus sub apice in mucronem brevem divergentem excurrentibus; stamina 3, ovarium apice emarginatum; styli 2 liberi, stigmata plumosa. Spicula intermedia: glumae 2 oppositae, inferior lanceolata apice bifida et aristata flore brevior; superior dimidio brevior obovata emarginata, arista plumosa; flosculi binatim super se positi; valvula inferior ovata 4-fida; inter lacinias 3-aristata, aristis plumosis, reliqua ut in spiculis lateralibus.

1. C. PROSTRATUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. t. 42.) Culmis caespitosis diffusis prostratis ramosis radicantibus glabris, nodis pilosis; foliis linearibus margine scabris supra pilosis planis aut canaliculatis, vaginis margine pilosis; spicis e summis vaginis depauperatis secundis. Mexico.

Tribus VIII. CHLORIDEAE. *Kunth.*

Spicae aut racemi disticho-secundi rarius solitarii; spiculae rarius uni- plerumque pluriflorae, flosculis superioribus tabescentibus; glumae 2 carinatae in rhachi persistentes; valvulae 2 plerumque rigidores, inferior apice rarius mutica, plerumque uni-pluriseta.

MICROCHLOA. *R. Brown.* Spica terminalis solitaria; spiculae unilaterales uniflorae; flos sessilis; glumae 2 oblongae acutiusculae subaequales membranaceae muticae; valvulae 2 glumis breviores tenuissime membranaceae hyalinae, externe dense pilosae; inferior late ovata truncata submucronata, mucrone membranaceo, concava 3-nervia; superior bicarinata; stamina 2—3; ovarium glabrum; styli 2, stigmata plumosa, pilis simplicibus; squamulae 2 membranaceae glabrae, valvulae superiori adnatae.

1. M. SETACEA. *R. Br.* (Prodr. I. 208.) Pusilla (digitalis) caespitosa; culmis pluribus filiformibus ramosis; foliis linearibus demum complicatis subscabris, culmeis versus basin pilosis; spica setacea (2—3-pollicari) subincurvae valvulis dorso dense pilosis. M. indica *Beauv.* Agr. t. 20. f. 8. Nardus indica *Lin.* Rottboella setacea *Roxb.* Corom. I. t. 132. ⊙ Ind. or. occ. Mexico. N. Holl. (Sine dubio diversae sub hac latent species.)

2. M. CAFFRA. *Nees.* (Fl. Afr. I. 246.) Culmis caespitosis (4—6—12-pollicaribus) erectis simplicibus rigidulis; foliis complicato-filiformibus glaucis rigidulis (1—5″ longis) basi ciliatis; vaginis arctis, suprema subventricosa; ligula truncata glabra; spica leniter falcata (2—4-pollicari); rhachi pilosula; spiculis uniserialibus lanceolatis subimbricatis (1—2‴ longis, violaceo-purpurascentibus) glumis aequalibus flosculo duplo longioribus acuminatis; valvula inferiore in nervis dense pilosa. ⊙ Afr. austr.

3. M. OBTUSIFLORA. *Benth.* (in *Hook.* Niger Fl. 565.) Foliis brevibus convoluto-filiformibus arcuatis ($^1/_2$—1-pollicaribus); spicae (1—2-pollicaris) pedunculo e vagina amplicata haud exserto; rhachi latiuscula compressa; glumis obtusiusculis vel nervo in mucronulum exserto, valvulis glumas paulo superantibus, dorso longiuscule pilosis. Praecedenti similis. Guinea.

4. M. ABYSSINICA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 321.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis simplicibus (5—12-pollicaribus) tenuibus glabris; vaginis elongatis striatis (purpurascentibus), suprema basin racemi vaginante; foliis planiusculis plerumque compressis angustissimis viscidulis glaucescentibus, margine pilis longis sparsis; ligula obsoleta; spica arcuata (3—5-pollicari); rhachi glabra, vel margine puberula; spiculis uniseriatis subdistantibus (purpurascentibus) angustissimis acutiusculis; glumis aequalibus flosculo duplo longioribus; valvula inferiore dorso pilosa. (Praecedenti satis similis, sed multo tenuior.) *Rich.* Fl. Abyss. II. 403. ⊙ Abyssinia.

SCHOENEFELDIA. *Kunth.* Spicae solitariae vel plures 2—4; spiculae unilaterales arcte imbricatae sessiles uniflorae; glumae duae subaequales acutato-subulatae carinatae flosculum basi pilosum duplo superantes; valvulae duae membranaceae, inferior sub apice longissime aristata concava, superior canaliculata dorso ciliata vel pilosa; stamina tria; ovarium fusiforme; stylus simplex (styli basi approximati apice plumosi *Edgew.*); caryopsis subfusiformis libera.

1. S. STRICTA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis uti tota planta viridi-glaucescentibus basi geniculatis tunc erectis gracilibus ($^1/_2$—1-pedalibus); vaginis glabris solutis; ligula brevissima pilosa; foliis planis linearibus acuminatissimis (1—3″ longis, 1‴ latis) glabris; spicis erectis strictis solitariis vel binis 2—3-pollicaribus; spiculis biseriatis; rhachi complanata haud articulata; spiculis vix linealibus albis; valvula inferiore dorso ciliata; arista tenuissima spiculas 5—8-ies superante. S. gracilis *Kunth.* ex parte. Nubia.

2. S. NUTANS. *Steud.* Radice fibrosa vix caespitifera; culmo erecto gracili ramoso uti tota planta pallide glaucescente ($2^1/_2$—3-pedali); vaginis glabris solutis; ligula pilosa brevi; foliis planis sursum subsetaceo convolutis, sparsim longe pilosis elongatis (5—8″ longis, $^3/_4$‴ latis); spicis curvato nutantibus 3—4-nis elongatis (5″ longis); spiculis biseriatis, linealibus (nigricantibus); valvula inferiore undique pilosa, arista tenuissima spiculas 6—10-ies superante. S. gracilis *Kunth.* Gram. I. t. 53. ex parte. Vix praecedentis tantum varietas. Senegambia.

3. S. PALLIDA. *Edgew.* (Asiat. Journ. 1852. p. 183.) Annua ramosa glabra; vaginis margine ciliolatis; ligula ciliato-membranacea; foliis linearibus hinc illinc pilis perpaucis sparsis, demum convolutis; spicis geminis (raro solitariis vel ternis) secundis confertifloris ($2^1/_2$—3-pollicaribus); rhachi margine serrulata; spiculis unifloris sessilibus bifariis, glumis duabus persistentibus acute carinatis, nervo medio sulcatis, apice in setulam productis, in priore (inferiore?) majore valvulis plus duplo longiore, flore in callo sericeo stipitato bipaleaceo, valvula exteriore majore alteram plane enerviam involvente, extus puberula sub apicem fissam aristam longissimam hispidam gerente; lodiculis glabris apice emarginatis; achenio longo coeruleo. Banda Ind. or.

CTENIUM. *Panzer.* Spica plerumque solitaria recurva; spiculae unilaterales in rhachi communi biseriales submultiflorae; flosculi baseos et apicis imperfecti; glumae duae, inferior minuta membranacea persistens, superior herbacea a dorso refracto-setigera; flosculi — praeter abortivos — tres, mares triandri vel neutri, inferiores duo uni- vel bivalves mutici vel setigeri, hermaphroditus unicus; valvula infra apicem setigera; lodiculae oblongae acutae; caryopsis libera.

1. C. AMERICANUM. *Spr.* (Syst. I. 274.) Culmis simplicibus erectis (bipedalibus); foliis inferioribus linearibus equitantibus, dein alternis, culmeis fere filiformibus subulatis rigidis glaberrimis; vaginis ore subpilosis; spica unilaterali (2—3-pollicari); gluma exteriore scrobiculato-glandulosa biaristata, arista altera infra apicem obliqua laterali, altera terminali minima recta; flosculis basi et in medio pilosis; valvula inferiore fertilium infra apicem aristata. *Panzer* Ideen t. 13. f. 3. Chloris monostachya *Michx.* Fl. am. I. 59. Campylopus monostachyus *Beauv.* Agr. t. 13. f. 1. ⊙ Am. sptr.

2. C. ELEGANS. *Kunth.* (Gram. I. t. 59.) Radice fibrosa puberula subcaespitifera; culmis erectis glabris ($1^1/_2$—2-pedalibus), infra spicam pubescentibus; vaginis glabriusculis striatis ore pilosis; foliis planis scabris; spica unilaterali stricta (2—6-pollicari), rhachi extus et ad insertionem spicularum pilosa; spiculis biseriatis subhorizontalibus 4-floris; gluma exteriore binervia, in nervo altero versus medium tuberculato-submucronata, nervo altero papilloso scabro; flosculis undique longe pilosis; valvula inferiore sub apice arista flosculos vix duplo superante aristulata. Senegamb. Nubia.

3. C. SERPENTINUM. *Steud.* Radice fibrosa pubescente subcaespitifera; culmis e basi geniculata erectis (1—2-pedalibus); glabris infra spicam pubescentibus; va-

ginis striatis glabriusculis; foliis planis angustis (vix 1''' latis) scabriusculis apice convolutis, pilis aliquot longis obsitis; ligula membranacea obovato-obtusa; spica unilaterali simpliciter recurvata vel serpentino-flexuosa; rhachi extus glabra, ad insertionem spicularum pilosula; spiculis biseriatis erecto-patulis; gluma exteriore uninervia, nervo papilloso-scabro e medio simpliciter (vix mediante nodulo) setigera; flosculis basi praesertim pilosis; valvula inferiore sub apice aristata, arista flosculos 3—4-plo superante. *Jardin* legit in insula Noctis Archip. Guinea.

4. C. CANESCENS. *Benth.* (in *Hook.* Nig. Fl. 566.) Culmis apice pubescentibus; spicis 2—4-nis; spiculis 4-floris; flore infimo neutro univalvi, caeteris bivalvulis, quorum altero neutro vel masculo, tertio hermaphrodito; gluma superiore canescenti hirtella binervia, costis 2 in aristas productis, altera ex apice excurrente, altera a medio dorso divaricata. Guinea.

5. C. RUPESTRE. *Schmidt.* (Fl. insul. Prom. virid. 149.) Radicis fibris flexuosis tomentosis; culmis erectis strictis glabris, nodis imberbibus; foliis planis linearibus subulatis apice convolutis, margine scabriusculis (2—3''' latis); vaginis sulcato-striatis, ligula densissime fimbriato-ciliata; spica terminali solitaria erecta demum vix falcata 3—4-pollicari; rhachi complanata margine scabriuscula; spiculis unilateralibus sessilibus arctissime imbricatis biseriatis 3—4-floris; glumis inaequalibus membranaceo-cyaneis, inferiore parva lanceolata uninervia carinata, carina subciliolata; superiore triplo longiore ovato-lanceolata uninervia carina glabra; valvulis 2 membranaceis, inferiore oblonga sub apice biloba aristata bicarinata papilloso striata superne rigida; arista scabra valvulam paulo superante, inferiore oblonga mutica apice emarginata vel biloba. Ins. Prom. virid.

6. C. CONCINNUM. *Nees.* (Fl. Afr. I. 237.) Culmis simplicibus; foliis angustis sulcatis scabris; spica elongata apice recurva; spiculis 4-floris; gluma superiore integra setaceo-mucronata binervia dorso aristata, arista glumam superante, nervo altero inferiorisque glumae carina papillosis; aristis flosculorum fastigiatis. Afr. austr.

7. C. CIRRHOSUM. *Kunth.* (Gram. II. t. 136.) Radice fibrosa; culmo erecto ($1\frac{1}{2}$—2-pedali) puncticulato-scabro, fasciculatim-ramoso; vaginis laxis foliisque linearibus puncticulato-scabris caeterum glabris; ligula brevi rotundata integra; spica elongata (4—5-pollicari) apice recurva; gluma superiore integra binervia, dorso aristata, nervo altero papilloso-tuberculato; flosculi neutrius secundi arista longissima recurvata. Campulosus cirrhosus *Nees.* Agr. bras. 416. ⊙ Brasil. —

8. C. PLANIFOLIUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 287. sub: Campulosus.) Radice fibrosa; culmo erecto tereti ($2\frac{1}{2}$—3-pedali) praesertim sub nodis scabro; vaginis laxiusculis foliisque planis vel summis convolutis scabris; ligula ovata obtusa brevi; spica solitaria secunda arcuata vel spiraliter torta (4-pollicari); spiculis 4—5-floris biseriatis densis basi pilis brevissimis stipatis; gluma superiore binervia nervo uno in mucronem setuliformem excedente glandulis tuberculiformibus pellucidis munito; valvulis inferioribus pilosis. ⊙ Mexico.

9. C. BRACHYSTACHYUM. *Kunth.* (l. c. t. 137.) Radice fibrosa firma caespitifera; culmis erectis simplicibus gracilibus (2-pedalibus); vaginis arctis striatis glabris; foliis anguste linearibus sulcato-striatis rigidis scabris, radicalibus subfiliformibus pilosis; ligula brevi rotundata; spica breviuscula ($1—1\frac{1}{2}$-pollicari) falcata; spiculis 5-floris; gluma superiore bifida trinervia, nervis tuberculatis; floribus duobus inferioribus breviter aristatis. Campulosus brachystachyus *Nees* l. c. ♃ Brasil.

HARPECHLOA. *Kunth.* Spica terminalis subfalcata; spiculae unilaterales imbricato-biseriatae quadriflorae; flos inferior hermaphroditus, superiores tabescentes glabri; glumae duae carinatae muticae; exterior (superior) spiculam superans, interior 3-plo brevior persistens; valvulae 2 membranaceae muticae; inferior obovata carinata dorso marginibusque dense ciliata, superior vix brevior bicarinata; lodiculae 2; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 terminales discreti; stigmata elongata pilis simplicibus plumosa; caryopsis compressa.

1. H. CAPENSIS. *Kunth.* (Gram. I. 92. Supl. t. XVII. f. 1.) Radice valide fibrosa; culmo erecto (1—2-pedali) glabro; foliis elongatis (pedalibus culmum saepe subaequantibus, caulinis brevioribus) planis vel convolutis rigidulis praesertim basin versus pilosis; spica (2—4-pollicari) subfalcata; spiculis viridi-fuscis. Melica falx. *Lin.* Chloris falcata *Swartz* Berl. Magt. III. t. 1. f. 1. ♃ Afr. austr.

CHLORIS. *Swartz.* Spicae digitato-fasciculatae rarissime geminae vel solitariae; spiculae 2-plurifloras, sursum imperfectae in rhachi communi unilaterales alternae (sub-) sessiles; glumae 2 membranaceae persistentes, inferior minor, superior saepe mucronata vel setigera; flosculi inferiores 1—3 hermaphroditi; valvula inferior compresso-carinata chartacea apice emarginata bifida aut bidentata vel truncata et a tergo sinus plus minus longe setigera; carina et margine saepe barbata aut ciliata, superiorem dorso planiusculam amplectens; flosculi imperfecti 1—plures pedicellati; lodiculae membranaceae glabrae; stamina 3; styli basi confluentes; stigmata pilis simplicibus plumosa; caryopsis elongata vel obovata glabra libera.

Dispositio specierum.

§. 1. Spicae solitariae vel binae coadunatae. nr. 1—6.
§. 2. Spicae 3 vel plures confertae vel digitatae.
* Arista flosculos aequans.
a. Corolla ciliata vel ex toto pilosa. nr. 7—39.
b. Corolla non ciliata. nr. 40—49.
** Aristae flosculis breviores vel subnullae.
a. Corollae ciliatae. nr. 50—62.
b. Corollae non ciliatae. nr. 63—66.
§. 3. Species minus notae. nr. 67—69.

§. 1. *Spicae solitariae vel binae coadunatae.*

Spica solitaria quandoque etiam observatur: in C. penicillata *Pers.* infra nr. 37.

1. C. MACROSTACHYA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1477.) Radice fibrosa validiuscula; culmo erecto ramoso (2—3-pedali) foliato glabro; foliis linearibus elongatis ($1—1\frac{1}{2}$' longis, 2—3''' latis) acuminatis nervosis retrorsum scabris; ligula obsoleta; spica solitaria terminali elongata (5—7-pollicari); spiculis sessilibus (sine arista 3''' longis) sordide viridibus 3-floris; glumis 2 inaequalibus, inferiore subherbacea majore in aristam ipsa duplo breviorem terminata; superiore hyalina; flosculis basi pilosis, lateralibus 2 alternis completis; valvula inferiore ex apice bifido-setoso longe aristata, alterius neutrius seu fertilis valvula infra apicem setosum brevi aristata; flosculo intermedio tabescente. Megastachya abyssinica *Hochst.* l. c. ♃ Abyssinia.

2. C. TRIANGULATA. *Hochst.* (l. c. nr. 1084.) Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculatis adscendentibus simplicibus (6—8-pollicaribus) vaginisque glabris; foliis planis angustissimis linearibus margine scabris versus basin longe pilosis; ligula brevissime rotundata; spica solitaria; spiculis unilateralibus alternis trifloris; glumis inaequalibus, exteriore ovata brevi acuminata; flosculi hermaphroditi basi pilosi sessilis valvula exteriore late ovata tumidulo-convoluta obtusa 3-nervia, carina pilosa, margine nuda, ex apice aristata; flosculis 2 sterilibus similibus pedicellatis minoribus paulo brevius aristatis. *Rich.* Fl. Abyss. II. 409. Abyssinia.

3. C. TENELLA. *Roxb.* (Flora Ind. or. 330.) Culmo declinato erecto glabro (pedali); foliis elongatis mollibus glabris; spicis solitariis secundis (vix 2-pollicaribus); spiculis alternis distichis sub-5-floris; flosculis 3—4 hermaphroditis; valvula inferiore obcordata cucullata margine glabra 3-nervia, nervis pilosis marginibus glabris; flosculo intimo neutro. Peninsul. Ind. or.

4. C. SPATHACEA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nub. nr. 98.) Radice fibrosa caespitifera; albido vel viridi-glaucescens; culmis geniculatis simplicibus vel ramosis (4—9-pollicaribus); vaginis (margine et) ore pilosis; foliis lanceolatis brevibus; vaginis summis spathaceo-dilatatis spicam solitariam involventibus, plus minus deciduis; spiculis uniseriatis alternis turgidulis 4—5-floris; glumis valde inaequalibus, exteriore longe acuminata, spiculas superante; flosculis fere omnibus fertilibus; valvula inferiore basi dorso et ad nervos longe setaceo-barbata, margine ipso membranaceo nudo; flosculis summis nudis, omnibus aristatis, aristis parum inaequalibus. ♃? Nubia. Variat: colore rufescente. Pr. b. sp.

5. C. VILLOSA. *Pers.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi dense vaginatis suberectis (6—12-pollicaribus) simplicibus glabris: vaginis infimis hinc inde pilosis vel cum foliis glabris, his linearibus angustis subconvolutis; ligula brevissima ciliolata; spicis geminis cohaerentibus (pilis intricatis tam arcte, ut spicam solitariam aemulent); spiculis sub-4-floris; flosculis 2 inferioribus hermaphroditis basi et dorso arcte longeque pilosis; valvula inferiore apice obtusa, margine nuda, infra apicem aristata; flosculis 2 sterilibus pedicello insertis truncato-obtusis glabris aristatis. *Kunth.* Supl. t. 16. fig. 3. Tetrapogon villosus *Desf.* Fl. atl. 2. t. 255. ♃ Afr. sptr. Arab.

6. C. DISTACHYA. *Kunth.* (Gram. I. t. 51.) Culmis basi ramosis repentibus, compressis glabris; ramis erectis simplicibus; foliis angustissime linearibus complicatis inferne margineque scabris; vaginis compressis margine oreque pilosis; spicis subgeminis; spiculis trifloris; flosculis inferioribus pubescentibus breviter aristatis, summo tabescente mutico. C. monostachya *Poir.* Enc. Supl. 2. 238. Cynosurus monostachyus *Vahl?* An Eutriana Enteropogon (*Steud.*)? Ind. or. Maurit.

§. 2. *Spicae 3—plurimae confertae vel digitatae.*

* Aristae flosculos superantes.

a. Corollae ciliatae vel ex toto pilosae.

7. C. CILIATA. *Swartz.* (Fl. ind. occ. I. 197.) Radice filiformi fasciculata; culmo simplici erecto glabro (2-pedali); foliis lanceolato-linearibus elongatis erectis lineatis glabris; spicis 4—5 digitatis erectiusculis (sub-2-pollicaribus); rhachi trigona stricta; flosculis alternatim imbricatis sessilibus; gluma superiore simpliciter acuta flosculum hermaphroditum dimidiato-ovatum dorso margineque dense villosum subaequante; hermaphrodito rudimentoque exteriore truncato solo setigeris, setis inaequalibus villo longioribus; flosculo neutro inferiore mutico. *Beauv.* Agr. t. XVI. fig. 6. Andropogon pubescens *Ait.* H. Kew. 3. 423. ⊙ Ind. occ.

8. C. POLYDACTYLA. *Swartz.* (l. c. 199.) Radice filiformi fasciculata; culmo simplici erecto tereti geniculato glabro (2—3-pedali); foliis linearibus acutis erectis brevibus striatis; vaginis arctis collo villosis; spicis pluribus (6—20) fasciculatis fastigiatis sessilibus (3—6-pollicaribus); spiculis unilateralibus sessilibus; glumis acuminato-subulatis dorso hispidis, inferiore breviore florem hermaphroditum aequante, superiore hunc superante; valvulis integris, inferiore subrotunda infra apicem aristata, dorso margineque longe ciliata; aristis valvula triplo longioribus. ⊙ Am. austr.

9. C. PUBESCENS. *Lagasc.* (Elench. 5.) Vaginis glabris; foliis tenuiter pubescentibus; spicis erectis plurimis umbellatis; flosculi hermaphroditi valvula inferiore oblonga, dorso subpilosa, apice ciliata et longe aristata; flosculo masculo aristato. Prioris var. *Spr.* ⊙? Peru.

10. C. BARBATA. *Swartz.* (l. c. p. 200. nota.) Culmo articulato (pedali) compresso ramoso; foliis acutis superne vaginisque collo pilosis; spicis digitatis (4—15, sesquipollicaribus); spiculis imbricatis; gluma superiore nervo mucronata flosculum hermaphroditum dimidiato-obovatum superne villoso-ciliatum aequante; flosculis neutris binis truncatis setigeris; setis omnibus aequalibus. *Jacq.* Ecl. Gram. I. t. 8. *Hassk.* Plant. rar. Jav. 29. Am. austr. Ind. or. Java.

11. C. MONTANA. *Roxb.* (Fl. ind. I. p. 331.) Spicis digitatis 4—6 secundis basi coadunatis; floribus hermaphroditis ciliatis aristatis; aristis stramineis; floris neutrius valvulis 3 muticis. Caeterum praecedenti similis. Ind. or.

12. C. COMPRESSA. *Nees.* (Agrost. bras. 421. et? *Dec.* Cat. H. Monsp.) Culmo ramoso compresso; foliis acutis basi vaginisque ore subciliatis; spicis digitatis (6—9); spiculis imbricatis; gluma superiore nervo mucronata flosculum hermaphroditum dimidiato-obovatum apice utrinque barbatum aequante; flosculis neutris binis, inferiore truncata setigera, superiore mutico minuto; setis flosculorum inaequalibus. C. polydactyla *Durand. Jacq.* Ecl. gram. t. 9. ⊙ Am. austr.

13. C. ALBA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 289.) Culmo vaginisque compressis; ligula brevissima ciliolata; foliis scabris; spicis pluribus (14) fasciculatis erectis; spiculis bifloris; gluma superiore florem hermaphroditum aequante bidentata breviter aristata; valvula hermaphroditi inferiore 5-nervia, medio gibba apicem versus longe dorsoque secusque marginem ciliata; valvula superiore acuta, arista valvula sua triplo longiore; flosculo neutro truncato. ⊙ Mexico.

14. C. CONSANGUINEA. *Kunth.* (Gram. I. 89.) Culmis vaginisque glabris; foliis planis nervosis margine scabris; spicis crebris (20) fasciculato-digitatis elongatis, rhachibus scabris. Rio Janeiro.

15. C. ELEGANS. *H. B.* (N. gen. I. t. 49.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis aut procumbentibus ramosis (2-pedalibus) glabris; foliis linearibus planis interne margineque scabris; ligula brevi ciliato-fimbriata; spicis pluribus (9—10) sessilibus umbellato-fasciculatis (2-pollicaribus) erectis; rhachi hispido-scabra; spiculis unilateralibus sessilibus bifloris; glumis acuminato-subulatis, superiore duplo longiore florem hermaphroditum subaequante; valvula inferiore subrotunda apice longe barbata infra apicem aristata, arista valvula 2—3-plo longiore; flosculo sterili pedicellato, arista quam in hermaphrodito breviore. ⊙ Mexico.

16. C. PROPINQUA. *Steud.* Culmo erecto simplici vel ramoso glabro foliato, subangulato striato; ligula brevissima membranacea obtusa; foliis lineari-lanceolatis attenuato-acuminatis margine scabriusculis; spicis paucis (4—6) fasciculatis apice arcuatis (ultra bipollicaribus); rhachi angusta minute-setuloso scabra; spiculis unilateralibus sessilibus bifloris; glumis inaequalibus acuminatis, superiore longiore hermaphroditum subaequante; valvula inferiore flosculi hermaphroditi chartacea brunnea subrotunda carinata acuta bifida, marginibus et carina longe (nitide-albo) ciliata, infra apicem aristata, arista ipsam vix longitudine aequante, flosculo secundo minore omnino simili albido-viridi-marginato. An praecedentis var.? *Duchaissing* legit in Guadaloupe.

17. C. PARAGUAIENSIS. *Steud.* Culmo tenui simplici (?) striatulo glabro; foliis culmeis planis, apice convolutis angustis; vaginis glabris inferioribus ore longe sparsim pilosis; ligula obsoleta; spicis fasciculato-umbellatis (5) filiformibus; spiculis (praeter aristas) obtusis (lucido violaceis) 3-floris; glumis lanceolatis acuminatis flosculis brevioribus; hermaphroditi sessilis basi pilosi valvula

inferiore late ovata obtusa margine sursum pilis longis ciliata aristata; sterilibus 2 pedicellatis obliquis obtusis e pilis apice aristatis, aristis omnibus subaequalibus. *Rengger* legit in Paraguay.

18. C. VIRGATA. *Swartz.* (Fl. Ind. I. 203.) Culmo erecto ramoso (3-pedali) glabro; foliis planis linearibus scabris; vaginis ore pilosis; ligula brevi fimbriato-ciliata; spicis pluribus (8, tripollicaribus) fasciculatis erectis filiformibus; spiculis sessilibus densis oblongis bifloris; glumis lanceolatis, superiore majore flosculos superante, brevi aristatis; flosculo hermaphrodito sessili, valvula inferiore ovata infra apicem bidentatum longe barbata et aristata, arista valvula 3-plo longiore; flosculi neutri arista duplo breviore. Rhabdochloa virgata *Beauv.* ⊙ Antigua. Mexico.

19. C. HUMILIS. *Kunth.* (Gram. II. t. 180.) Radice fibrosa; culmis caespitosis simplicibus erectis; foliis planis obtusiusculis margine scabris; vaginis compresso-carinatis glabris; spicis ternis patulis; spiculis bifloris; flore utroque aristato, hermaphrodito basi barbato apice scabriusculo, sterili pedicellato minuto; glumis mucronatis, carina scabris. An C. Beyrichiana *Trin.?* ⊙ Brasil.

20. C. BEYRICHIANA. *Kunth.* (Gram. I. t. 56.) Culmis repentibus ramosis vaginisque compressis; foliis planis margine scabris; spicis digitatis (6—8) patentibus; rhachibus complanatis; spiculis bifloris; flore superiore tabescente minuto uniaristato; glumis lanceolato-subulatis; valvula inferiore floris hermaphroditi superne scabriuscula longissime aristata. C. pycnothrix *Trin. Nees* Agr. br. I. 423. ⊙ Brasil.

21. C. CRUCIATA. *Swartz.* (l. c. 192.) Culmis adscendentibus basi ramosis (subpedalibus); foliis angustis glabris; lineari-subulatis remotis; vaginis brevibus striatis ore glabris; spicis subquaternis cruciatis filiformibus (pollicaribus); spiculis bifloris; glumis inaequalibus glabris lanceolatis acuminatis; valvulis glumis 3-plo majoribus; inferiore carinata acuminata apicem versus dorso aristata, arista valvula 3—5-plo majore flexuosa; superiore minore mutica. ⊙ Jamaica. (Vix eadem videtur ac sequens.)

22. C. HUMBOLDTIANA. (*Steud.*) Radice fibrosa; culmis suberectis ramosis (3—6-pollicaribus) filiformibus glabris; foliis linearibus angustissimis glabris; vaginis ore sparsim barbatis; spicis subquaternis cruciatis sessilibus patulis ($^1/_2$-pollicaribus); spiculis sparsis breviter pedicellatis unilateralibus linearibus bifloris; glumis hyalinis glabris acuminatis, superiore inferiore triplo breviore; valvula hermaphroditi inferiore infra apicem bidentatum et margine ciliata aristata; arista valvula longiore; valvula superiore apice bidentata mutica. C. cruciata *H. B.* (vix *Swartz.*) ⊙ Ins. Cuba.

23. C. RADIATA. *Swartz.* (l. c. 201.) Culmo erecto compresso glabro inferne ramoso et distiche folioso (1—2-pedali); foliis planis obtusis margine scabris vaginisque compressis ciliatis vel tenuiter pilosis; spicis crebris fasciculato-congestis erecto-patulis; spiculis bifloris; flore utroque longissime aristato, hermaphrodito basi barbato superne ad marginem ciliato; sterili pedicellato minuto clavato. *Kunth.* Gram. II. t. 179. ⊙ Ind. occ. (Pr. b. sp. sed. nec a *Dregeo*, nec *Ecklonio* et *Zeyhero*, nec *Kraussio* ibi lecta.)

24. C. TRUNCATA. *R. Br.* (Prodr. I. 186.) Culmis geniculato-adscendentibus basi repentibus vaginisque compressis glabris ore pilosis; foliis distichis acutatis planis interne margineque scabris; spicis compluribus digitatis divaricatis; spiculis bifloris; flore utroque longissime aristato, hermaphrodito basi barbato, superne ad marginem ciliato; sterili pedicellato unipaleaceo oblique truncato rudimentam tertii includente. *Kunth.* Gram. II. t. 178. ♃ N. Holl. Ins. Philip. Timor.

25. C. DECORA. *Nees.* (in *Royle* hrbr. nr. 87.) Culmo adscendente compresso; foliis lineari-elongatis attenuatis basi subciliatis vaginisque glabris, his ore barbatis; spicis digitatis (12—14) arctis erectis (2—$2^1/_2$-pollicaribus); spiculis imbricatis; gluma superiore lineari-lanceolata ex apice bidente breviter setuligera flosculum hermaphroditum dimidiato-ovalem apice barbatum in nervis argenteo sericantem aequante; flosculo sterili singulo obconico glaberrimo setigero, setis utriusque aequalibus. ⊙ Nepal.

26. C. LONGIFOLIA. *Steud.* Culmis geniculatis elatis (pluripedalibus) cum nodis glabris; vaginis ore parce pilosis; foliis linearibus angustis longissimis (ultra pedalibus, 1—$1^1/_2$‴ latis) viridiglaucescentibus margine scabriusculis; spicis plurimis (12—18) confertis erectis tenuibus (2—3-pollicaribus); spiculis trifloris; flore hermaphrodito apice fasciculatim piloso aristato; binis sterilibus pedicellatis truncatis margine tenuissime brevissime ciliolatis, aristis quam masculi paulo brevioribus. Hrbr. *Cuming* nr. 696. Ins. Philip. Corregidor.

27. C. RHACHITRICHA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto glabro ($1^1/_2$-pedali); foliis planiusculis angustissimis vel convoluto-setaceis culmum plus minus aequantibus (rufescentibus); ligula brevissima ciliata; vaginis laxiusculis glabris, suprema vaginante spicas complures (10—20) digitato-fasciculatas (ultra pollicares); spiculis bifloris, altera sessili, altera pedicellata, pedicello cum rhachi spiculisque undique sericeo-pilosis; flosculo utroque aristato, arista ipsos pluries superante. *Cuming* hrbr. nr. 111. Ins. Philip.

28. C. DIVARICATA. *R. Br.* (l. c.) Spicis 6—9 digitatis divaricatis; glumis bifloris subulatis; perianthiis subulato-lanceolatis scabriusculis nudis triaristatis, aristis lateralibus brevissimis, intermedia elongata. N. Holl.

29. C. PRIEURI. *Kunth.* (Gram. II. t. 134.) Culmi inferne compresso, simplici vel ramoso; vaginis compresso-carinatis superne ciliatis; foliis inferne scabris; spicis fasciculatis (5—7) erectis; spiculis 6—8-floris; floribus omnibus aristatis, infimo hermaphrodito, reliquis univalvibus neutris; valvula inferiore superne ciliata longe aristata, cum superiore punctulato-asperata. Senegambia.

30. C. DOLICHOSTACHYA. *Lagasc.* Culmo basi radicante ramoso (ultra pedali) foliato; vaginis laxis basi membranaceis solutis cum foliis undique glabris; ligula margo brevissimus pilosus; foliis linearibus angustis (6—10″ longis, vix ultra 1‴ latis) striatis margine scaberrimis; spicis pluribus (usque 12) dense digitato-fasciculatis patentibus et erectis a basi secundifloris (4—5″ longis); spiculis bifloris cum rudimento pedicellato, glumis inaequalibus anguste lanceolatis acuminatis; flore utroque longe aristato truncato carina margineque (sub lente valida) rariter brevissimeque ciliato, aristis (uti flosculi) pallidis, flosculum 2—3-plo superantibus. Sec. spec. in H. Berol. cultum; vix una praecedentium. — —

31. C. MECCANA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. arb. nr. 802.) Radice fibrosa; culmo prolifero ramoso ($1^1/_2$—3-pedali) teretiusculo vel sulcato-angulato glabro; vaginis laxiusculis (subinflatis) tenui-striatis ore barbatis; ligula brevissima lacera; foliis linearibus acuminatis margine sparsim e tuberculis pilosis (3—5″ longis, 1—2‴ latis); spicis pluribus (7—11) fasciculatis erectis filiformibus; spiculis subsessilibus angusto-linearibus 4—5-floris; glumis valde inaequalibus — superiore majore flosculis breviore — setuloso-acuminatis; flosculi hermaphroditi sessilis valvula inferiore ovato oblonga ad marginem apice utrinque setuloso-piloso infra apicem aristata, aristis (pallidis) flosculorum sterilium vix pedicellatorum parum brevioribus. C. cryptostachya *Steud.* in *Schmidt.* Fl. Cap. vir. p. 148. Mecca. Ins. Capit. Virid.

32. C. PUNCTULATA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nubic. nr. 23.) Radice fibrosa subcaespitifera, culmis basi geniculatis, ramosis; vaginis laxiusculis infimis undique pilosis,

supremis maximis inflatis flores foventibus; ligula brevi vel exserta lacinulata; vel integra; foliis linearibus acuminatis (2—3″ longis, 1—2‴ latis) sparsim e tuberculis pilosis; spicis pluribus (5—9) fasciculatis erectis filiformibus; spiculis brevi pedicellatis basi pilosis angusto-linearibus 4-floris; glumis valde inaequalibus superiore majore flosculos subaequante setuloso-acuminata; flosculi hermaphroditi sessilis valvula inferiore ovato oblonga ad marginem apice utrinque setuloso-pilosa, infra apicem aristata; flosculis 3 sterilibus in pedicello communi omnibus aristatis, aristis flosculis longioribus inaequalibus (coerulescentibus). Nimis praecedenti affinis. Nubia.

33. C. RUFESCENS. *Steud.* Culmo tereti-compresso foliato vaginato glabro pedali; vaginis glabris striatis inferioribus solutis; foliis angustis linearibus laevibus glabris (2—3″ longis, vix 1‴ latis); basi pilis aliquot munitis vel nudis; ligula obsoleta; spicis pluribus (7, ultra pollicaribus); fasciculatis, erectis; rhachi glabra laevi; spiculis sessilibus 3- rarius 2-floris; glumis inaequalibus pellucidis flosculis brevioribus, acutis; flosculi hermaphroditi sessilis valvula inferiore apicem versus longe tenuissime ciliata, infra apicem aristata; sterilibus subbinis in pedicello communi truncatis, aristatis aristis rufescentibus, flosculos plus duplo superantibus. *Urville* legit in Ins. Maurit.

34. C. INFLATA. *Link.* (En. I. 105.) Culmo laevissimo (2—3 pedali); vaginis teretibus glaberrimis; ligula brevi; spicis numerosis (usque 20), rhachi sparsim pilosa; spiculis subtrifloris; valvula inferiore hermaphroditi apice longe ciliata; interiore aequali nuda; flosculis neutris 2, aristatis, valvulis inflatis aristatis. ♃ California.

35. C. ROXBUNGHIANA. *Schult.* (Mant. 2. 239.) Culmo basi subdecumbente adscendente (2-pedali); spicis fasciculato-umbellatis pluribus (10—20) spiculis subtrifloris; glumis inaequaliter lanceolatis muticis; flosculi sessilis hermaphroditi valvula inferiore margine ciliata, aristata; flosculis 2 neutris pedunculatis univalvibus muticis. C. polystachya *Roxb.* Fl. ind. 332. Ind. or.

36. C. TETRAMERIS. *Trin.* (mpt.) Culmo tereti filiformi asperulo glauscescente (ultra pedali); vaginis superne tumescentibus glabris ad oras sparsim pilosis; ligula brevissima; foliis angustissimis linearibus retrorsum scabris; spicis quaternis erectis patulis; spiculis imbricato erectis lanceolatis; glumis valde inaequalibus, inferiore triplo minore, superiore corolla vix breviore setulosa; valvula inferiore 3-nervia, apice bifida, nervo medio in aristam ipsa 4-plo longiorem terminata. Agrostis filiformis *Koenig.* Cynodon elongatus *Spr.* Entd. 2. p. 64. Ind. or.

37. C. PENICILLATA. *Pers.* Culmo tereti erecto superne pubescente; spicis digitatis (ternis, raro solitariis) basi barbatis; spiculis confertissimis subulatis 4-floris; glumis inaequalibus, exteriore longiore bisulcata dorso aristata; flosculis basi barbatis; 2 hermaphroditis superne penicillis 2 barbatis margineque pilis longis ciliatis, aristatis; sterilibus minoribus, altero mutico. Cynosurus penicillatus *Vahl.* Symb. 2. 21. Ind. or.

38. C. MADAGASCARIENSIS. *Steud.* Culmo vaginis foliisque glaberrimis; vaginis inferioribus laxis, ligula brevissima membranacea ciliolata; spicis pluribus (6—8) ex uno puncto ortis denseque aggregatis (2-pollicaribus); spiculis densis bifloris; glumis inaequalibus exteriore longiore trinervia aristulato-mucronata, interiore duplo minore acutiuscula; neutro flosculo minore truncato infra apicem aristata, hermaphroditi valvula inferiore superne penicillis 2 longius barbata, caeterum sparsim pilosa vel glabrescente, flosculi tertii rudimentum nullum vel ad stipitem brevem apice pilosum redactum. Praecedenti affinis species, sed vix dubie distincta. *Le Jolis* 1849 legit in Madagascar.

39. C. WIGHTIANA. *Nees.* (mpt.) Culmo ramoso angulato superne tuberculato vel papilloso-aspero, juniore pubescente demum glabrescente; vaginis foliisque acutis villosis; spicis digitatis 3—5 compactis brevibus ($^1/_2$—$^3/_4$″ longis); gluma superiore ex apice emarginato mucronata flosculum hermaphroditum dimidiato-obovatum asperum dorso inferne-margine superne dense villoso-barbatum subaequante, flosculis omnibus ventricoso-inflatis, neutris quaternis e basi setigeris, inferiore neuto barbato reliquis nudis, setis aequalibus; valvula hermaphroditi superiore lata plana, inferiore apice brevissime bidentata. Chloris *Wall.* cat. nr. 3809. Chloris incompleta *Wight* hrbr. ♃ Penins. Ind. or.

b. Corollae non ciliatae.

40. C. GRACILIS. *Durand.* (Chlor. 10.) Radice fibrosa; culmo adscendente compresso (pedali) glaberrimo, basi radicante; foliis linearibus basi-vaginisque ore pilosulis; ligula crenata; spicis plurimis subverticillatis digitatis glabriusculis; glumis lineari-lanceolatis acuminatis bifloris; flosculi hermaphroditi sessilis valvula inferiore ovato-lanceolata 3-nervia apice truncata emarginata, infra apicem cum neutro longe pedicellato aristata. *Jacq.* Ecl. Gram. t. 10. ⊙ Panama. Mexico.

41. C. GLAUCESCENS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo ima basi ramoso vel simplici, geniculato erecto, cum tota planta glaucescente; foliis inferioribus equitantibus vaginis praesertim margine caeterum cum foliis sparsim pilosis; his linearibus obtusis ($1^1/_2$—3″ longis, 1—$1^1/_2$‴ latis); spicis pluribus (5—20) fasciculatis ($1^1/_2$-pollicaribus) tenuibus; spiculis uniseriatis distichis angustis linearibus teretibus bifloris; glumis inaequalibus lanceolatis angustis inferiore flosculos subaequante; flosculi hermaphroditi valvula inferiore acuta sub apice brevissime setuloso aristata, arista flosculum 2—3-plo superante; flosculi incompleti arista duplo breviore. *Duchaissing* legit in Guadeloupe.

42. C. SALZMANNI. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto simplici (7—8-pollicari) compressiusculo glabro; vaginis ore margineque (plerumque etiam foliis) sparsim pilosis; his linearibus obtusis vel brevissime mucronulatis (1—3″ longis, $^1/_2$ vix ultra 1‴ latis); ligula brevissima membranacea ciliata; spicis fasciculato-digitatis; spiculis lanceolato-linearibus; glumis inaequalibus lanceolatis, superiore flosculos subaequante acuminata; flosculo neutro breviore aristato cum hermaphrodito (basi piloso) glabro; hujus valvula-tenuissime puncticulata; arista longissima flosculo 3—4-plo longiore. C. crinita *Salzm.* hrbr. Sequenti satis affinis, sed diversa. Bahia.

43. C. LEPTOSTACHYA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 951.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis simplicibus vel ramosis (4—10-pollicaribus) cum foliis vaginisque glabris; foliis lanceolato-linearibus; ligula obsoleta; vaginis inflatis glabris; spicis fasciculatis digitatis (3—4-nis) filiformibus (1—$1^1/_2$-pollicaribus); glumis inaequalibus bifloris, exteriore spicula parum breviore acuminata tenuissime ciliolata (violacea); flosculi hermaphroditi sessilis basi pilosuli valvula inferiore carina asperula, margine nuda, infra apicem longissime aristata; flosculo incompleto pedicellato breviter aristato. *Rich.* Fl. Abyss. II. 407. ⊙ Abyssinia.

44. C. INTERMEDIA. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 407.) Annua; culmo erecto (pedali); foliis lanceolatis brevibus planis obtusis margine subdenticulato-scabris; ligula brevissima membranacea fimbriata; vaginis compressis glabris; spicis saepius 3—4 fasciculato-digitatis ($1^1/_2$-pollicaribus); rhachi compressa triquetra margine subulata, denticulato-scabra; spiculis alternis secundis sessilibus; gluma exteriore acutissima carinata in dorso scabra flosculos fere aequante et superiorem duplo superante; floris hermaphroditi basi serie pilorum cincti valvula exteriore interiores floremque neutrum involvente, dorso carinata scabra, in parte superiore ciliis destituta; arista valvulam 4-plo superante. Prioris var.? Abyssinia.

45. C. SUBBIFLORA. *Steud.* Culmo erecto simplici subglaucescenti-viridi ($1^1/_2$-pedali et ultra) cum nodis foliis-

que glabris; vaginis ore pilosis; ligula ciliata; foliis linearibus elongatis (6—12″ longis, 1‴ latis), margine scaberrimis; spicis digitato-confertis (5-nis, 1½″ longis) glabris; spiculis biserialibus subimbricatis linealibus obtusissimis glabris, subbifloris; glumis inaequalibus lanceolatis, superiore flosculos fere aequante; flosculo inferiore sessili hermaphrodito, superiore pedicellato neutro; valvula exteriore omnino mutica vel vix infra apicem brevissime mucronata, margine glabra vel rarius (sub lente valida) ciliolata. C. pratensis *Lesible* in Hrbo. *Lenormand.* Am. sptr.

46. C. DIGITATA. (*Steud.*) Culmis basi procumbentibus adscendentibus (4—5-pedalibus); foliis superne vaginisque ore pilosis; spicis 4—5-filiformibus digitatis terminalibus expansis (6—9-pollicaribus) basi pilosis; floribus serie dupplici sessilibus; glumis inaequalibus, interiore 3—4-plo longiore breviter aristata; flosculo fertili unico, valvulis inferioribus sub apice et rudimento pedicellato aristatis. Melica digitata *Roxb.* Fl. Ind. 328. Chloris Roxburghiana *Edgew.* Asiat. Journ. 1852. p. 183. ♃ Ind. or.

47. C. MOOREI. *Ferd. Müller.* (Linn. XXV. 444.) Caulibus erectiusculis basi ramosis (pedalibus et infra); foliis planis vix apice involutis scabris; vaginis sublaevibus; ligula dense ciliata; spicis 8—15 sub anthesi divaricatis 12—15 spiculatis (e purpureo obscure coerulescentibus vel pallidis); axi barbato; glumis bifloris fere conduplicatis subulatis membranaceis dorso scabris, exteriore duplo majore interiore aristam floris hermaphroditi attingente; hujus valvulis scabris subulatis ex apice acute bidentato aristatis, arista scabra valvulam duplo superante, denique cum flore patente; valvula flosculi sterilis scabri duplo minore tenuissima pedicellum aequante arista quater breviore cum utroque continua; spicularum axi pedicellari barbellato, rhachi subcompresso quadrangulata tenui scabra saepe flexuosa. N. Holl. austr.

48. C. INCOMPLETA. *Roth.* (N. pl. spec. 60.) Culmo erectiusculo filiformi (2-pedali) glabro; vaginis margine asperis, inferioribus sparsim pilosis; spicis erectis secundis (3—4-nis) basi pilosis; glumis membranaceis subulatis, inferiore triplo majore in aristam ipsa duplo breviorem attenuata; flosculi hermaphroditi valvulis aequalibus apice bidentatis, inferiore basi pilosa, dorso glabra, sub apice aristata; flosculo sterili minimo longe aristato. Ind. or.

49. C. ACICULARIS. *Lindl.* (in *Mitch.* Journ. of Austr. p. 33.) Culmo stricto; foliis involutis glabris tactu scabris; spicis 8—9 subacutis; spiculis bifloris; flore utroque setaceo aristato, supremo sterili angustissimo. Austral. trop.

50. C. SCLERANTHA. *Lindl.* (l. c. 31.) Culmo stricto; foliis planis glabris tactu scabris; spicis 4—7 strictis; spiculis bifloris, flore utroque brevi-aristato cartilagineo truncato trinervi glabro, supremo sterili vacuo. Austral. trop.

** Aristae flosculos non superantes vel subnullae.

a. Corollae ciliatae.

51. C. CARIBAEA. *Spr.* (Syst. Veg. I. 295.) Spicis fasciculatis plurimis; glumis cuspidatis; valvula inferiore flosculi hermaphroditi basi, dorso margineque ciliato-villosa; flosculis interioribus truncatis; aristis brevissimis rectis. C. barbata *Sw.* var.? *Nees.* Ins. Carib.

52. C. FASCICULATA. *Schrad.* (in *Schult.* Mant. II. 339.) Culmis erectis (2-pedalibus et ultra); foliis margine scabris; vaginis subcompressis glabris; ligula obsoleta; spicis numerosis (18) umbellato-fasciculatis; spiculis subsessilibus bifloris; glumis inaequalibus, interiore majore hermaphroditum vix superante; valvulis integris, hermaphroditi exteriore margine (nec dorso) pilis longis ciliata, apice cum valvula flosculi sterilis et gluma interiore mucronata. Brasil. et — si Chloris distichophylla *Lagas.* omnino eadem — Chili.

53. C. ARUNDINACEA. *Nees.* (in litt.) Culmo erecto simplici teretiusculo; foliis planis acuminatis margine scabris; ligula setosa; spicis numerosis digitatis longis undatis; gluma superiore lineari-lanceolata subulato-acutata flosculum hermaphroditum dimidiato-ovalem superne villoso-ciliatum in carina appresso-pilosum subaequante; flosculis neutris binis truncatis, exteriore setigera, seta flosculi fertilis seta breviore. ♃ *Sellow* legit in Brasilia.

54. C. PAYTENSIS. *Steud.* Caule rigido ramoso (7—10-pollicari) glabro foliato; vaginis equitantibus striatis ad oras pilosulis; foliis distichis glabris subconvolutis rigidis pungentibus (pollicaribus), margine scabris; spicis 4—5 digitato-confertis (pollicaribus) rectis; spiculis unilateralibus biserialibus dense imbricatis; glumis inaequalibus carinatis, superiore flosculos fere aequante; valvula flosculi fertilis margine ciliata mutica vel brevissime mucronulata. *Urville* legit prope Payta Peru.

55. C. CONFERTIFOLIA. *Trin.* (in *Spreng.* Entd. 2. 74.) Culmo erecto (1½-pedali) compresso, basi radicante; foliis confertissimis distichis obtusis compressis glabris; spicis subsenis erecto-patulis; spiculis bifloris; glumis inaequalibus, inferiore minore, superiore apice bifida mucronata; flosculi hermaphroditi sessilis valvula inferiore subrotunda acutiuscula, margine albo-villosa, superiore aequilonga inclusa lanceolata tenuissime ciliolata. An C. fasciculatae *Schrad.* var.? Ins. St. Cathar.

56. C. ABYSSINICA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 79, 1800.) Radice fibrosa valida, caespitifera; culmis erectis ramosis teretibus glabris (2—4-pedalibus); vaginis striatis ore pilosis, superioribus dilatatis flores foventibus; foliis linearibus angustis acuminatis (6—12″ longis, 1—2‴ latis), glabris; ligula brevi-ciliolata; spicis pluribus (6—18) fasciculato-umbellatis erecto-patulis; spiculis sessilibus oblongo-ovatis 4—5-floris; glumis inaequalibus exteriore herbacea longiore, carina scabra apice setuloso-mucronata; flosculis exterioribus 2 hermaphroditis; valvula inferiore margine — praesertim apicem versus — piloso-ciliata; inferiore apice aristulata, arista ipsam aequante; flosculis intermediis incompletis muticis. *Rich.* Fl. Abyss. II. 403. ♃ Abyss. Seneg.

57. C. BREVISETA. *Benth.* (*Hook.* Niger Fl. 566.) Culmo ramoso compresso vaginisque glabris; foliis planis subpilosis; spicis 7—11 digitatis; gluma superiore nervo mucronato flosculum hermaphroditum dimidiato-ovatum ad carinam marginesque ciliatum aequante; neutris binis, inferiore truncato setigero superiorem muticum includente, setis flosculorum tenuissimis brevibus. Prom. Coast Guineae.

58. C. GAYANA. *Kunth.* (Gram. I. t. 58.) Radice fibrosa tomentosa; culmo erecto simplici vel ramoso glabro (1—1½-pedali); vaginis ore pilosis; ligula brevi longe ciliata; foliis linearibus (4—7″ longis, 1½—3‴ latis); spicis umbellato-fasciculatis (12—15) erecto-patulis; rhachibus scabris; gluma exteriore subherbacea carina scabra setuloso-acuminata; spiculis 2—3- raro 4-floris oblongo-ovatis; flosculo infimo ad marginem piloso-ciliato, altero glabro utroque aristulato, arista flosculi longitudine, tertio tabescente mutico vel nullo. Praecedenti nimis affinis. ♃ Pr. b. sp. Senegamb.

59. C. PETRAEA. *Thunb.* (Fl. cap. I. 409.) Culmo simplici glabro erecto (1—2-pedali) aphyllo; foliis subdistichis linearibus superne tenuissime serrulatis ciliatis; vaginis equitantibus compressis; spicis fasciculatis (4—7) strictis; glumis inaequalibus bifloris, superiore infra apicem setigera; valvula inferiore obtusa infra apicem subemarginatum brevissime setigera, dorso inferne marginibusque superne sericeo ciliolatis. *Jacq.* Ecl. I. t. 11. Eustachys petraea *R. S.* II. 615. Andropogon capensis *Houtt.* Pflanz.-Syst. XII. t. 93. fig. 3. Schultesia petraea *Spr.* pug. II. 17. Pr. b. sp. Am. austr. et septr.

Character generis Eustachys *Desv.* Spiculae digitato-fasciculatae; spiculae biflorae in rhachi communi unilaterales sessiles; glumae duae membranaceae superior sub apice emarginato setigera; valvulae duae, inferior sub apice mucronata, superior bicarinata mutica. Huic vix et ne vix quidem satis distincto generi associantur insuper: Chlo-

ris fasciculata *Schrad.* quae teste *Nees* eadem ac: C. distichophylla *Lagas.* et Chl. polystachya *Lagasc.*

60. C. SUBMUTICA. *H. B.* (N. gen. I. t. 50.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto ramoso (pedali) glabro; ligula brevissima fimbriato-ciliata; foliis planis linearibus vaginisque glabris; spicis numerosis (9—10) umbellato-fasciculatis; spiculis bifloris; glumis lanceolatis carinatis, superiore duplo longiore flosculos aequante; valvula inferiore truncata subciliata mucronata. ⊙ Mexico.

61. C. RETUSA. *Lagasc.* (Diagn. p. 5.) Spicis digitatis subsenis; gluma inferiore retusa mucronata; flosculo hermaphrodito ciliato-barbato mutico. An Chl. petraea var.? *Kunth.* Bonaria.

62. C. BAHIENSIS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi ramoso tum erecto (2-pedali) vaginisque compressis glabris ore nudis; foliis inferioribus cum vaginis equitantibus, his mox a culmo solutis; foliis complicatis linearibus obtusis (3—5″ longis, explanatis 3—4‴ latis) carina margineque scabris caeterum cum tota planta glabris; spicis 4—6 erectis una alterave longiore apice recurva; rhachi margine ciliata; spiculis obtusis bifloris, glumis herbaceis inaequalibus, exteriore ovata obtusa ex apice emarginato brevissime aristulata; flosculi fertilis valvula inferiore dorso margineque longiuscule ciliato-pilosa ex apice obtuso emarginato brevissime mucronata vel mutica; sterili brevi epilo mutico. C. pendula *Salzm.* hrb. *Moricand* hrbr. nr. 2442. Bahia.

b. Corollae non ciliatae.

63. C. PANICEA. *Willd.* (Spec. IV. 923.) Culmo adscendente basi radicante subramoso (3-pedali); foliis planis retrorsum scabris ($^1/_2$-pedalibus); vaginis subpilosis ore et margine ciliatis; ligula brevissima ciliata; spicis sub-4-nis cruciatis elongatis (4-pollicaribus) filiformibus; glumis inaequalibus lanceolatis apice mucronato-aristulatis; valvulae inferioris arista recta ipsa breviore. ♃ Ind. or.

64. C. VENTRICOSA. *R. Br.* (Prodr. I. 186.) Spicis 3—4 digitatis divaricatis; glumis bifloris coloratis acutis, interiore lanceolata; corollis truncato-rotundatis ventricosis scabris nudis; arista valvula sua parum longiore. N. Holl.

65. C. INERMIS. *Trin.* Culmo compresso; spicis pluribus patentibus; calycibus flosculisque glabris, muticis. C. polystachya *Lagas.* El. 4. Mexico.

66. C. SUBTRIFLORA. *Steud.* Culmo erecto cum nodis vaginis foliisque glabris; his lineari-lanceolatis angustis (culmeis 8″ longis, 1—1$^1/_2$‴ latis) longe acuminatis; spicis numerosis (15) confertis parum patentibus (3—4-pollicaribus); spiculis unilateralibus alternis linearibus subtrifloris; gluma inferiore duplo breviore acuta; superiore subaristato-acuminata; flosculo neutro et fertili lateralibus glabris, aristis ipsos aequantes terminatis; intermedio neutro (quandoque deficiente) pedicellato parvo. *Leprieur* in Senegambia.

§. 3. *Species quoad sectionem vel omnino dubiae, vel indescriptae.*

67. C. RUFESCENS. *Lagasc.* (Elench. 5.) Culmo compresso; spicis digitatis 6-nis; glumis muticis; calycibus imberbibus. Ins. Philipp.

68. C. CRINITA. *Lagasc.* (l. c.) Spicis fasciculatis plurimis; valvulae inferioris apice indiviso triaristato. (An Aristidae species?) Ins. Philip.

69. C. PUMILIO. *R. Br.* (Prodr. I. 186.) Spicis 2—4 erectiusculis; spiculis bifloris; glumis acuminato-aristatis; perianthiis ciliatis lanceolatis; aristis lateralibus valvula brevioribus, intermedia elongata. N. Holl.

C. GUINEENSIS. *Schum. Thonn.* Besk. p. 51.

C. PILOSA. *Schum. Thonn.*

LEPTOCHLOA. *Beauv.* Spicae racemoso dispositae; spiculae unilaterales sessiles 2—multiflorae distichae; glumae 2 carinatae membranaceae plerumque floribus breviores muticae; valvulae 2 membranaceae, inferior 3-nervia carinata mutica, mucronata vel aristata; superior brevior bicarinata; arista recta non articulata; stamina 3; styli 2 terminales; stigmata penicilliformia; squamulae 2 membranaceae glabrae; caryopsis oblonga glabra.

§. 1. *Species genuinae.*

* Spica filiformi solitaria.

1. L. CYNOSUROIDES. *R. S.* (Syst. Veg. II. 579.) Culmis basi repentibus ramosis filiformibus; foliis setaceis (1$^1/_2$-pollicaribus); vaginis compressis; spica lineari solitaria (pollicari) disticha; spiculis subulatis parvis 3-floris; glumis subaequalibus subulatis; flosculis glabris, hermaphrodito sessili, masculo pedicellato; valvulis inferioribus sub apice aristatis, arista calyce parum longiore; flosculo tertio sterili. Cynosurus filiformis *Vahl.* Ind. or.

** Spicis filiformibus pluribus.

2. L. DOMINGENSIS. *Link.* Culmis glabris simplicibus vel ramosis (2—3-pedalibus); foliis planis linearibus acutis margine retrorsum scabris; vagina hirsuta; paniculae ramoso-digitatae radiis alternis vel oppositis basi fasciculato-pilosis; spiculis sub-5-floris subsessilibus; flosculis omnibus aristatis. Cynosurus domingensis *Jacq.* Ic. rar. t. 22. Rabdochloa domingensis *Beauv.* Agr. t. XVII. fig. 3. ♃ Ind. occ.

3. L. MUTICA. *Steud.* Culmo erecto (pluripedali) foliato glabro; vaginis striatis glabris; ligula brevissima fimbriato-ciliata; foliis linearibus striatis acuminatis (6—7″ longis, 4‴ latis); paniculae (7—8-pollicaris) radiis crebris (25—30) subverticillatis vel binis, basi remotiuscule sursum imbricato-floriferis; spiculis sessilibus sub-5-floris; glumis lanceolatis angustissimis quam flosculi brevioribus; valvula inferiore margine ciliata, apice obtusiuscula omnino mutica. L. virgata *Hochst.* Hrbr. *Kappl.* nr. 1553. Sequenti quidem simillima, sed flosculis muticis facile dignoscenda. Surinam. Am. austr.

4. L. VIRGATA. *Beauv.* (Agr. t. XV. fig. 1.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (2—3-pedali) glabro; foliis linearibus acuminatis (6—10″ longis, 2—4‴ latis) vaginisque striatis glabris; ligula brevissima fimbriato-ciliata; paniculae radiis creberrimis (25—40, 4—6″ longis) alternis, oppositis et verticillatis; spiculis sessilibus sub-6-floris alternis approximatis; flosculis plerisque hermaphroditis; valvula inferiore bidentata ciliata aristata, arista brevi, valvula superiore acuminata. Cynosurus virgatus *Lin.* Eleusine virgata *Pers.* ⊙ Am. austr.

5. L. TETRAQUETRA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 288.) Radice fibrosa; culmo glabro compresso (2-pedali); vaginis foliisque scabriusculis, his linearibus acutis (vix 1$^1/_2$‴ latis); ligula fimbriata; panicula erecta patente; spicis creberrimis alternis; spiculis sub-4-floris; valvula inferiore integerrima obtusa mutica pilosiuscula, superiorem ovatam obtusiusculam aequante. ⊙ Ins. Luzon.

6. L. DIGITARIA. *Nees.* (Agr. bras. 433.) Culmis caespitosis subramosis (2-pedalibus); foliis margine scabris glaucescentibus, inferioribus interne vaginisque inferioribus pilosis; ligula ciliata; spicis numerosis (25—30, 2—3-pollicaribus) subverticillatis; spiculis 4—7-floris; valvula inferiore bidentata, superiore acuminata, utraque ciliata; arista valvula sua inferiore 3-plo breviore. Chloris digitaria *H. B.* ⊙ Quito.

7. L. ERAGROSTOIDES. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi geniculato vel erecto simplici ($^1/_2$—2-pedali) foliato omnino glabro; foliis linearibus acuminatis (3—6″ longis, 1$^1/_2$—2‴ latis) scabriusculis; vaginis striatis glabris; ligula lacera (non ciliata); paniculae (4—6-pollicaris) radiis creberrimis alternis, binis vel solitariis vel subfasciculatis erectis arcuatis ab ima basi floriferis; spiculis ex omni parte glaberrimis 2—7-floris, flosculis singulis pedicellulatis; valvula inferiore ovata concava praeter nervum carinalem omnino enervia obtusa vel vix acutiuscula mutica. Eragrostis foret

nisi valvula superior undique glabra. Ex Hrbo. Musei Lugd. Bat. Japonia.

8. L. GRACILIS. *Nees.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo erecto ramoso ($1^1/_2$-pedali) glabro; foliis linearibus planis glaucescentibus, interne pilosis; ligula ciliata; vaginis pilosiusculis; spicis numerosis (16) alternis aut oppositis inferioribus distantibus; spiculis ovatis sessilibus 4—6-floris; glumis lanceolatis obtusiusculis; flosculo summo tabescente; fertilium valvula inferiore ciliata infra apicem bidentatum aristata, superiore mutica. Chloris gracilis *H. B.* N. gen. I. 168. ♃ Quito. Brasil.

9. L. PROCERA. *Nees.* (l. c. 431.) Culmo basi sublignoso erecto (3—5-pedali) glabro, superne fasciculatim ramoso; vaginis arctis striatis glabris; ligula angusta truncata margine ciliolata; foliis fasciculatis angustis ($^3/_4$—2′ longis, 4—5‴ latis) acuminatis, scabris basi subpilosis; panicula laxiuscula polystachya, radiis filiformibus verticillatis et alternis; spiculis sessilibus subtrifloris; corollae valvula inferiore integra nuda, apice brevissime setulosa; flosculo supremo sterili. ♄ Brasil.

10. L. SCABRA. *Nees.* (l. c. 435.) Radice fibrosa subtomentosa; culmo erecto (2—3-pedali) simplici compresso; vaginis ore nudis compressis foliisque scabris, his planis (10—12″ longis, 3—4‴ latis) acuminatis; spicis verticillato-aggregatis confertis; spiculis sub-6-floris muticis pellucidis; valvulis nudis, inferiore oblonga acute carinata mucronato-acuta. ⊙ Brasil.

11. L. TENERRIMA. *R. S.* (Syst. V. 2. 581.) Culmis tenerrimis (pedalibus et ultra) foliis linearibus carinatis scabriusculis; vaginis glabris (in descriptione legitur pilosis), ligula oblonga ciliata; spicis alternis gracillimis; spiculis distichis muticis 2—3-floris; glumis carinatis acutis membranaceis floribus brevioribus, inferiore ovato-lanceolata, superiore oblonga; valvulis glabriusculis, inferiore ovato-elliptica apice rotundato-biloba 3-nervia carinata mutica, superiore paulo breviore, bicarinata. *Kunth.* Supl. t. XVI. fig. 5. Poa chinensis *Burm.* Ind. t. 11. f. 3. ⊙ Ind. or. China. Am. austr.?

12. L. BRACHIATA. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo a basi ramoso tenui brevi (sine panicula 4—5-pollicari) erecto; vaginis laxiusculis pilosis; ligula brevi tenuiter fissa; foliis lanceolatis acutis glabris scabriusculis (1—2″ longis, vix 1‴ latis); panicula simplicissima, radiis alternis horizontaliter vel erecto patentibus, gracilibus; spiculis sessilibus vix sese attingentibus 2—3-floris; glumis longitudine subaequalibus; valvula inferiore mutica, interrupte basi et margine ciliata. *Duchaissing* legit in Guadaloupe.

13. L. CHINENSIS. *Nees.* (Agr. bras. 432.) Culmo erecto ramoso crassiusculo glabro; foliis linearibus canaliculatis vaginisque compressis scabris; paniculae ramosissimae (pedalis) radiis fasciculatis simplicibus a basi floriferis; spiculis alternis approximatis breviter pedicellatis subsexfloris; glumis lanceolatis subulatis interiore majore duplo breviore flosculis alternis pedicellatis; valvulis subaequalibus obtusissimis apice hyalinis. Poa chinensis *Roth.* n. pl. sp. 65. Ind. or.

14. L. WIGHTIANA. *Nees.* (in litt.) Vaginis radicalibus disticho-patentibus; foliis lineari-elongatis rigidis margine scabris subtus laevibus; racemis partialibus creberrimis brevibus strictis subverticillatis racemum elongatum lanceolatum densum struentibus; glumis subaequalibus subulato-acuminatis muticos subaequantibus. Dineba verticillata *Wight* hrbr. Ind. or.

15. L. MUCRONATA. *Kunth.* (Gram. I. 91.) Radice fibrosa tenui; culmo erecto simplici ($^1/_2$—1-pedali); vaginis pilosis; ligula obsoleta; foliis planis linearibus acuminatis glabris; paniculae elongatae radiis tenuissimis simplicibus alternis oppositis et subverticillatis; spiculis minutissimis ($^1/_2$—$^3/_4$‴ longis) sub-4-floris; glumis flosculos superantibus mucronatis; flosculis muticis, valvula inferiore nuda apice obtusa. Eleusine mucronata *Michx.* Fl. I. 65. (Optime congruit cum specimine in Louisiana lecto.) Ischaemum scariosum *Walt.* Am. sptr.

16. L. PELLUCIDULA. *Steud.* Culmo (abscisso) simplici elatiore; vaginis foliisque glabris; ligula membranacea obtusa fissa; foliis lanceolatis acuminatis (5—7″ longis, 2‴ latis) margine scaberrimis; panicula ampla (fere pedali), radiis inferne verticillatis, sursum inordinatim sparsis erecto-patentibus tenuissimis; spiculis subunilateraliter distichis minimis 2—3-floris, glumis carina scabriusculis brevioribus quam flosculi 2—3-flori; valvulis muticis acutis pellucidis glabris. *Duchaissing* legit in Panama.

17. L. ATTENUATA. *Nutt.* (Gen. sub: Oxydenia.) Culmo erecto tereti (2—3-pedali); foliis planis (8—12″ longis, 3—4‴ latis) apice subulatis; vaginisque glanduloso-pilosis; paniculae simplicis (12—18-pollicaris) radiis numerosis (30—40) alternis attenuatis basi subdivisis; spiculis subtrifloris, glumis linearibus subulatis muticis corolla majoribus, valvulis ovatis obtusis laevibus, inferiore 3- superiore 2-nervia. Vix eadem ac praecedens. ⊙ Am. sptr.

18. L. FILIFORMIS. *R. S.* Culmo erecto fistuloso ramoso (3-pedali) glabro; foliis lanceolatis nervosis glabris; ligula brevi barbiformi; vaginis elongatis e glandulis pilosis; paniculae terminalis radiis plurimis virgatis oppositis; spiculis alternis subsessilibus (purpureis) 2—3-floris; glumis inaequalibus lanceolatis acuminatis quam flosculi brevioribus; valvulis muticis (bifidis) aequalibus. Eleusine sparsa *Mühlbg.* Eleusine filiformis *Pers. Jacq.* Ecl. Gram. t. 4. Am. austr. sptr.

19. L. UNIFLORA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abys. 1707.) Radice fibrosa; culmo ima basi ramoso flaccidulo ($1^1/_2$—2-pedali) foliato cum vaginis foliisque striatis glabris; his lato-lanceolatis ($1^1/_3$—$3^1/_2$″ longis, $2^1/_2$—4 raro 5‴ latis) tenuissimis pellucidis acuminatis; ligula lacera; paniculae (4—5-pollicaris) radiis alternis vel inferioribus subverticillatis; spiculis sessilibus alternis remotiusculis unifloris; glumis lanceolatis acuminatis flosculo longioribus carina scabris; valvulis aequalibus acutis subhyalinis muticis; rudimento flosculi secundi nullo. ♃? Abyssinia.

Species inter Agrostidem et Leptochloam intermedia, sed habitus totus Leptochloae, quamvis ob spiculas unifloras propius Agrostidi. Novum Agrostidearum genus?

20. L. COROMANDELINA. *Steud.* Culmo tenui simplici glabro; foliis lanceolatis acutis scabris (2—3″ longis, 1‴ et ultra latis); vaginis scabriusculis e glandulis sparsis pilosis vel glabrescentibus; ligula praeter marginem vaginae oris membranaceum fissum vix ulla; paniculae (6—8-pollicaris) radiis erectis filiformibus solitariis alternis vel binis oppositis 2—3-pollicaribus; spiculis tenuissimis brevissime pedicellatis subbi- (raro 3-) floris minimis (vix $^1/_2$‴ longis); glumis inaequalibus quam flosculi brevioribus acutis; valvulis rigidulis muticis uninerviis obtusiusculis. Coromandel.

21. L. HIRTA. *Nees.* (sub: Dineba. mpt.) Culmo ramoso (vix $^1/_2$-pedali) basi infracto, foliis planis vaginisque praesertim inferioribus tuberculato-hirtis; spicis brevibus (vix 3‴ longis) fasciculiformibus alternis distichis erectis, inferioribus demum reflexis; gluma inferiore lineari-subulata duplo breviore; spiculis subbifloris, superioribus in setam subuliformem simplicem excurrentibus. L. arabicae *Kunth.* proxima. Ins. Albermarle, Gallipogorum.

22. L. COERULESCENS. *Steud.* Culmo basi ad geniculos radicante, adscendente ($1^1/_2$-pedali) glabro foliato; vaginis striatis tenuissime (sub lente valida) pubescenti-scabriusculis; foliis lineari-lanceolatis acuminatis (3—4″ longis, vix ultra 1‴ latis) scabriusculis; panicula erecta pyramidata (5—6 pollicari); radiis pluribus irregulariter sparsis simplicibus (2—3-pollicaribus) spiculis pedicellatis alternis sub-5-floris (coerulescentibus); glumis inaequalibus persistentibus flosculis brevioribus, uninerviis, inferiore acu-

tiuscula; valvulis oblongis obtusiusculis tenuissime punctículato-scabris. Legit *Leprieur* in Senegal.

23. L. ARABICA. *Kunth.* (En. I. 271.) Culmis prostratis (spithameis) teretibus; foliis planis vel subulatis; spicis alternis secundis paniculatis: rhachi sulcata angulata; spiculis ternis rarius 4-nis et pluribus, ad dentem singulum rhachidis sessilibus, intermedio brevi petiolato, bifloris; glumis aequalibus lanceolatis in setam subaristaeformem attenuatis; flosculis pedicellatis muticis hermaphroditis. Dineba arabica *Jacq.* Frag. t. 121. f. 1. *Beauv.* t. XIV. f. 2. D. aegyptica *Delil.* Aeg. t. 11. ⊙ Ind. or. Arab.

§. 2. *Species anomalae, pleraeque ad alia genera referendae.*

24. L. MOLLIS. *Kunth.* (Gram. II. t. 135.) Culmo erecto subsimplici; foliis lanceolato-linearibus planis utrinque scabris, vaginis molliter pilosis; ligula ovata glabra; spicis 6—11 racemosim dispositis sparsis adpresso confertis; spiculis obovato-oblongis 6—7-floris; glumis carinatis scabriusculis caudato-subulatis spicula paulo brevioribus; valvula inferiore sub apice bilobo breviter aristata, dorso margineque pilosa. ⊙ Senegambia.

25. L. DUBIA. *Nees.* (Agr. bras. 433.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (2—3-pedali) glabro; ligula brevissima ciliata; foliis planis linearibus acuminatis vaginisque scabris; spicis numerosis (12—16) alternis oppositis et verticillatis patulis subfastigiatis; spiculis breviter pedicellatis 7—8-floris, flosculis distantibus; glumis oblongis acutis inaequalibus spicula duplo brevioribus; valvulis subciliatis, inferiore emarginato-bifida mutica carina et margine pilosa; (interdum mucroniformi aristata). Chloris dubia *H. B.* N. gen. t. 694. ⊙ Mexico.

26. L. ANOPLIA. *Nees.* (Linn. XIX. 691.) Culmo basi repente ramis erectis humilibus; foliis angustis pilosociliatis; vaginis ore barbatis; spicis binis brevibus (3—4-linealibus); spiculis bifloris muticis; valvula inferiore apice 2—3-denticulata. Anoplia mexicana *Nees* mpt. Mexico.

Character generis Anoplia: spicae racemosim dispositae abbreviatae; spiculae unilaterales subsessiles alternae biflorae; flosculi mutici, superus masculus 3-ander, inferior foemineus angustior; glumae 2 carinatae muticae membranaceae, superior major; valvulae duae membranaceae flosculi inferioris lanceolata, apice obtusiusculo 2—3-denticulata, superioris oblonga acutiuscula; styli longi; stigmata filiformia; lodiculae brevissimae; masculi flosculi; stamina 3, antherae oblongae, lodiculae nullae.

27. L. HUMILIS. *Nees.* (mpt.) Culmo humili foliis vix longiore, basi compresso; vaginis foliisque e tuberculis pilosis; spicis partialibus paucis (subternis) pedunculatis brevibus; spiculis sessilibus disticho-secundis bifloris muticis. (An non praecedenti nimis affinis? *St.*) ♃ Hrbr. *Lindley* ex Mexico.

28. L. PECTINATA. *Kunth.* (Gram. I. 91.) Foliis glabris linearibus (3‴ latis); paniculae (5—6-pollicaris) rectae spicis numerosis (40—50) rectis linearibus sessilibus geminis vel solitariis, compressis pectinatis alternis; spiculis distichis calyce mucronato brevioribus. Cynosurus pectinatus *Lam.* Enc. 2. 188. cfr. Pterygostachium Lehmanni. Ind. or.

29. L. VERTICILLATA. *Kunth.* (l. c.) Culmo tereti erecto glabro (1—4-pedali); foliis bifariis magnis vaginisque sparsim pilosis; paniculae erectae compositae spicis numerosis verticillatis expansis linearibus; spiculis 8—12-floris; glumis subulatis; valvula inferiore in mucronem longum terminata; seminibus oblongis rugosis. Eleusine verticillata *R xb.* Fl. ind. I. 346. Ind. or.

30. L. CALYCINA. *Kunth.* (l. c.) Culmis erectis (2—3-pedalibus); foliis sparsim pilosis; spicis numerosis expansis alternis secundis; spiculis 3-floris; glumis aequalibus flosculos 2—3-plo superantibus longe mucronatis; valvulis obtusis; seminibus triangularibus rugosis. Eleusine calycina *Roxb.* l. c. 347. Ind. or.

31. L. RACEMOSA. *Kunth.* (l. c.) Culmo subcompresso erecto glabro; foliis linearibus striatis margine scabris, vaginisque compressis glabris; ligula brevissima pilosa; paniculae patulae racemis densis alternis secundis; spiculis 12-floris; glumis lanceolatis flosculis brevioribus; valvula exteriore ovato-mucronata versus apicem dorsoque aspera; interiore paulo longiore ovata breviter mucronata ad marginem replicatum villosa; semine subgloboso nigro. Eleusine racemosa *Roth.* N. gen. 80. Ind. or.

32. L. LINDLEYANA. *Kunth.* (Agr. syn. 525. et Supl. 222.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis ramosis scabriusculis (7—9-pollicaribus); foliis planis linearibus acutatis (1—2″ longis, 1‴ latis) subtus vaginisque (e glandulis) pilosis; ligula plicato-crenulata; spicis numerosis (17) racemosim dispositis distichis patulis; spiculis (5—7 in quolibet spica) sessilibus alternis 6-floris; glumis subaequalibus carina hispidulo-scabris apice subulatis, flosculis paulo brevioribus; valvula inferiore apice biloba aristata, dorso adpresse-pilosiuscula, margine pilis longis mollibus dense ciliata. Ins. Gallopogas Am. austr.

33. L. GRANDIGLUMIS. *Nees.* (Fl. Afr. 252.) Culmo adscendente compresso folioso (½-pedali); vaginis tuberculato-asperis; foliis (1—2½″ longis, 1½‴ latis) linearibus asperis, siccis convolutis; racemis partialibus crebris sub fructu divaricatis, subverticillatis; spiculis 3—5-floris alternis brevissime pedicellatis internodiis longioribus vel aequalibus; glumis subulato-acuminatis flosculos ⅓ superantibus; valvula inferiore bifida cum setula brevi interjecta ciliata. ♃ Afr. austr.

35. L. SUBDIGITATA. *Trin.* mpt. Culmo tereti; foliis vaginisque glabris; spicis digitatis numerosis; spiculis imbricatis sub-7-floris; valvula inferiore obtusa 3-nervia basi subsericea. Poa digitata *R. Br.* Prodr. 182. N. Holl.

CTENOPSIS. *Notaris.* Rachis continua simplex dorso convexiuscula, facie duplici ordine parallele excavato-dentata, dentibus patulis calloso-rotundatis alternantibus, apice spicula solitaria vel binis abortivis terminata; spiculae biseriales secundae sessiles 5—6-florae, flosculo supremo plerumque incompleto, alternatim superimpositae; flores remotiusculi; glumae cartilagineae; inferior (interior) squamaeformis canaliculata obtusa; superior (exterior) canaliculata uninervia acuta multoties brevior subinde minima dentiformis vel obsoleta; valvula inferior cartilaginea canaliculata 3-nervia acuta nervo medio excurrente mucronata vel breviter setigera; superior membranacea binervia apice bidentata; paleolae minimae; stamina 3; stigmata 2 plumosa; caryopsis lineari-oblonga sulco exarata.

1. C. PECTINELLA. *Notaris.* (Sem. H. Genuen. 1847.) Radice fibrosa tenui; culmis simplicibus vel subramosis geniculatis (4—5-pollicaribus) cum nodis foliisque anguste linearibus demum convolutis culmo brevioribus glabris; paniculae vel racemi simplicis rhachi convexicula dorso — apice ex toto — cartilaginea margine anguste herbacea; spiculis distichis alternis secundis dentibus rhacheos immersis; glumis minimis squamaeformibus vel obsoletis; flosculis undique aspero-pubescentibus laxiusculis pedicellatis vel sessilibus; valvula inferiore acuminata vel cuspidato-setigera. (Sec. spec. caeterum minus completum, cultum.) Festuca pectinella *Delil.* (ubi?) ⊙ Afr. bor.

ELEUSINE. *Gaertn.* Spicae in apice rhacheos confertae radiatae vel digitatae (una alterave solitaria magis inferiore); spiculae multi- (5—6-) florae compressae in rhachi complanata secundae alternae distichae; glumae 2 carinatae membranaceae muticae flosculis breviores, inferior interior; flosculi imbricati;

valvula inferior mutica obtusiuscula raro subulato-mucronata plerumque integra vel raro bidentata carinata, superior latere reflexa binervia obtusa; lodiculae 2 membranaceae truncatae vel emarginatae fimbriatae vel glabrae; styli 2 basi confluentes stigmata pilis simplicibus plumosa; caryopsis libera glabra utriculata, pericarpio frustulatim secedente; semen ovale transversim rugosum.

* *Valvula inferiore obtusa (vel non acutato-mucronata).*

1. E. INDICA. *Gaertn.* (Fruct. I. p. 8.) Radice fibrosa (tomentosa) caespitifera; culmo compresso foliato (1/2—2-pedali); vaginis ore (margineque) pilosis; foliis planis linearibus obtusiusculis hinc inde pilis adspersis, vel omnino glabris; ligula brevi pilosa; spicis rectis strictis linearibus sub-4-nis, una saepius a caeteris remota (1—2-pollicaribus) rhachi angusta; spiculis sub-6-floris; valvulis oblongis glabris, apice integris. *Kunth.* Supl. t. XVI. fig. 4. *Trin.* Ic. t. 71 *Lam.* ill. t. 48. f. 3. ⊙ Ind. or. occ. Afr. Am. — Variat: culmo humili, spicis binis quin solitariis abbreviatis. Ins. Azor. Guadaloupe. Taiti.

2. E. JAPONICA. *Steud.* Culmo erecto (plus quam pedali) stricto ramoso compresso glabro; vaginis ore pilosis; foliis strictis erectis angustis glabris acutis, ligula margo crenulatus brevissimus; spicis (5-nis an semper?) omnibus fasciculato-congestis, strictis linearibus (2 1/2—3-pollicaribus); rhachi angusta; spiculis sub-6-floris, valvulis glabris apicem versus minute denticulatis; seminibus nigris. An prioris varietas? E. indica *Steud.* Hrbr. *Goering* nr. 7. Japon.

3. E. CORACANA. *Gaert* (Fruct. I. t. 1. f. 11.) Culmo erecto elato (3—4-pedali) simplici vaginis tecto; his ore pilosis; ligula brevissima fimbriata pilosa; foliis linearibus planis compressis elongatis (pedalibus et ultra, culmum superantibus); spicis digitatis latis (3—7) crassis demum apice incurvis; rhachi margine membranaceo-dilatata; spiculis confertissimis obovatis sub-6-floris; valvulis glabris concavis obtusis apice subdenticulatis; caryopsi flavescente; semine subtiliter ruguloso. *Beauv.* Agr. t. XV. fig. 2. *Schrb.* Gram. II. t. 35. ⊙ Ind. or. Afr. austr.

4. E. TOCUSSO. *Fres.* (Mus. Senk. II. 141.) Radice fibrosa tomentosa; culmo erecto (1—2-pedali) ramoso compresso tecto vaginis ore pilosis; ligula ciliata; foliis planis compressis obtusiusculis glabris vel pilis sparsis margine obsitis (5—10-pollicaribus, culmum aequantibus vel superantibus); spicis digitatis (3—7 raro una alterave minore remotiore) crassiusculis (2—3-pollicaribus); rhachi subtriquetra, margine vix membranacea; spiculis confertis 5—7-floris; valvulis ovatis concavis obtusis integris; caryopsi viridula, seminibus nigris rugulosis. *Rich.* Fl. Abyss. II. 411. E. cerealis *Ehrnbg.?* ⊙ Abyssin.

5. E. CAESPITOSA. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 412.) Caudice horizontali inflato incrassato, foliis vaginisque dense sericeis obtecto; radicis fibris teretibus crassiusculis sericeis; culmis erectis aut repenti-stoloniferis (vix pedalibus); foliis alternis aut ad nodos congestis lanceolatis glaucis brevibus rigidiusculis margine denticulato-scabris; ligula brevissima membranacea sericea; vaginis compressis glabris; spicis 3—4 fasciculato-digitatis gracilibus angustis acutis distantifloris; rhachi lineari scabra subflexuosa; spiculis alternis subdistinctis brevissime stipitatis compressis saepius trifloris; gluma exteriore angusta obtusa breviore carinata scabra, interiore longiore acuta, carina scabra; valvula exteriore apice acuta, inferiore subbifida brevissime mucronata scabra. Abyssinia.

6. E. STRICTA. *Roxb.* (Fl. ind. I. 344.) Culmis erectis compressis (2—3-pedalibus); foliis bifariis; spicis digitatis rectis; calycibus 3—6-floris; seminibus globosis. E. Tocusso *Fres. Hochstettero* videtur. ⊙ Culta in Ind. or.

7. E. FLAGELLIFERA. *Nees.* (in *Royle* hrb. Linn. 1842. 220.) Radice fibrosa tomentosa caespitifera; culmis basi vaginis emarcidis bulboso-incrassatis, prolifero elongatis uti tota planta glaucescentibus, glabris ad nodos proliferos tomentoso-villosis; vaginis ore pilosis; foliis lanceolatis sursum convolutis rigidulis puberulis et hinc inde pilosis margine scabris; spicis digitatis fasciculatis 3—4-nis, radiis basi pilosis, rhachi angusta; spiculis laxe imbricatis 3—6-floris; valvula exteriore obtusa apice denticulata margine nuda, inferiore ciliata. E. arabica *Hochst. Steud.* Hrbr. un. it. arab. nr. 800. E. stolonifera *R. Br.?* Variat: spiculis abbreviatis in capitulum congestis. ♃ Ind. or. Arab.

8. E. FLOCCIFOLIA. *Spr.* (Syst. I. 350.) Radice fibrosa caespitifera; culmis adscendenti-erectis (1—2-pedalibus) simplicibus vel ramosis, foliatis; vaginis laxis solutis, ore pilosis; ligula brevissima ciliolata; foliis linearibus elongatis compressis flaccidulis margine per intervalla penicillato-pilosis (demum pilis evanidis); spicis linearibus angustis, inferioribus alternis supremis geminis, basi pilosis; spiculis secundis biseriatis glabris 3—5-floris; valvulis obtusis muticis glabris. Cynosurus floccifolius *Forsk.* Fl. aeg. arab. 21. ♃ Arabia. Abyssin.

9. E. BREVIFOLIA. *Hochst. Steud.* (Hrbr. un. it. arab. nr. 799.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmis e procumbenti adscendentibus simplicibus vel ramosis depressis (1—5-pollicaribus), glabris (basi lutescentibus); vaginis ore nudis; ligula brevi denticulata; foliis subovato-lanceolatis (1/2—1 1/2″ longis, 1 1/2—2 1/2‴ latis) brevi acutis striatis glabris; spicis remotiusculis 2—4-nis abbreviatis; spiculis ovatis 5—7-floris secundis; valvulis obtusis muticis glabris inferiore trinervia. Coelachyrum brevifolium *Hochst.* et *Nees.* Linn. 1842. 221. ⊙ Arab. fel.

Character generis Coelachyrum: Spiculae multiflorae convexae; glumae et flosculi conformes tenui-herbaceae muticae; gluma superior et valvula inferior flosculorum trinerviae, nervo laterali margini approximato; valvula superior inferiorem aequans ovalis obtusa margine nuda argute inflexa binervia; lodiculae subquadratae membranaceae truncatae glabrae; stamina duo; ovarium ovale depressum glabrum; styli breves graciles distantes; stigmata angusta.

10. E. RIGIDA. *Spreng.* (c. post. p. 36.) Culmo adscendente geniculato (pedali) glabro, infra spicas piloso; vaginis laxis ore (glabris vel) pilosis laxis; foliis anguste linearibus (2—3″ longis, vix 1‴ latis) glabris; ligula obsoleta pilosa; spicis confertis patentibus vel reflexis 3—8 abbreviatis (3/4″ longis); rhachi basi pilosa caeterum glabra; spiculis 6—8-floris subovatis, valvulis exterioribus concavis ovatis praeter carinam margine utrinque uninerviis striatulis, apice acutis (nec mucronatis). Sec. spec. cultum in Horto Berol. ⊙? Monte Video.

11. E. POLYDACTYLA. *Steud.* Culmo elato glabro; foliis culmeis longissimis (ultra pedalibus, 1—2‴ latis) anguste linearibus, basi cum vagina ore sparsim pilosis; ligula brevi membranacea; spicis plurimis (sub-12) elongatis (6—9-pollicaribus) digitato confertis — una remota — erectis; spiculis ovatis subdisticho-alternis 5—12-floris, supremis paucifloris; valvulis muticis obtusiusculis glabris. Hrbr. *Cuming.* nr. 824. Ins. Philippicae.

** *Valvula inferiore subulato-mucronata basi bidentata.*
Acrachne Nees.

12. E. MULTIFLORA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyss. nr. 110.) Radice fibrosa caespitifera; culmis pluribus erectis simplicibus (pedalibus) cum vaginis foliisque pubescentibus et pilis sparsis obsitis; ligula membranacea fimbriata; foliis planis linearibus culmos superantibus; spicis subdistantibus 3—7 abbreviatis (1/2—1-pollicaribus) densis crassis; rhachi margine membranaceo-dilatata denticulata; gluma exteriore breviore et angustiore lanceolata acuta denticulato-scabra, caeterum glabra; spiculis oblongo-lanceolatis 7—11-floris; valvulis ovatis concavis acuminatis integris. *Rich.* l. c. ⊙ Abyssin.

13. E. VERTICILLATA. *Roxb.* (Fl. ind. I. 346.) Culmo

tereti erecto glabro (1—4-pedali); foliis bifariis; paniculae erectae compositae spicis multis expansis verticillatis sessilibus linearibus; spiculis numerosis duplici serie imbricatis 8—12-floris; valvula exteriore in mucronem longum terminata; semine oblongo rugoso. Cynosurus verticillatus *Wight.* Acrachne eleusinoides *Nees.* mpt. Eragrostidi affine *Wall.* cat. nr. 3822. Ind. or.

14. E. MARGINATA. *Lindl.* (Ann. sc. nat. XV. 64.) Culmo tereti glabro; foliis glabris; ligula nulla, spicis digitatis strictis; spiculis subsexfloris; valvula inferiore mucronata marginata. N. Holl.

Species dubiae.

15. E. GONANTHA. *Sckrank.* (Syllog. Ratisb. I. 191.) Culmo compresso; foliis distichis linearibus (1/2—1″ longis, 3—4‴ latis) margine scabris caeterum glabris; spicis digitatis subternis; spiculis alternis secundis muticis bifloris; flosculo hermaphrodito neutrum includente margine et carina basi ciliato. ♃ Brasil.

16. E. TRISTACHYA. *Schrank.* (l. c.) Foliis superne parce longe pilosis; spicis digitatis subternis; spiculis 4-floris muticis; valvulis membranaceis; stigmatibus atropurpureis subplumosis. E. indica *Gaert.* var? ⊙ —

17. E. OLYGOSTACHYA. *Link.* (Hort. I. 60.) Vaginis superne margine sparsim pilosis; foliis elongatis (3‴ latis); spicis binis vel ternis strictis (ultra pollicaribus); spiculis 4-seriatis 5-floris; valvula exteriore oblonga acutiuscula; caryopsi rufescente, seminibus globosis fuscis. E. indica γ. brachystachya *Trin.* ⊙ —

18. E. DISTANS. *Link.* (l. c.) Vaginis foliisque glabris elongatis angustis; spicis quinis patentibus strictis (3—4-pollicaribus); spiculis 5—7-floris; valvula exteriore lanceolata acutiuscula; caryopsi viridi-flavescente; semine oblongo trigono. ⊙ — —

DACTYLOCTENIUM. *Willd.* Spicae digitato-fasciculatae, rarissime solitariae; spiculae unilaterales 2—multiflorae in rhachi secundae distichae; glumae 2 carinato-compressae subherbaceae flosculis breviores, superior (exterior) infra apicem acute cuspidata; flosculi submembranacei, valvula inferior alte carinata ex apice mucronata, 3-nervia, superior margine reflexa binervia, brevior; squamulae 2 truncato 2—3-lobae glabrae; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2, stigmata pilis ramosis plumosa; caryopsis libera utriculata pericarpio frustulatim secedente; semen subglobosum transversim rugosum.

1. D. AEGYPTIACUM. *Willd.* Radice fibrosa caespitifera; culmis adscendentibus prolifero ramosis quandoque radicantibus, rarius simplicibus (3—12-pollicaribus); vaginis foliisque sparsim e tuberculis pilosis; ligula brevi ciliari; spicis digitatis 3—4-nis (raro 5—8-nis) crassiusculis brevibus (vix pollicaribus); rhachi in mucronem terminata; spiculis unilateralibus imbricatis 3—5-floris; aristulis glumarum spiculas excedentibus, valvula inferiore carina scabra breviter ex apice mucronata. *Beauv.* Agr. t. XV. fig. 2. Cynosurus aegyptiacus *Lin.* ⊙ Afr. bor. Eur. austr.

2. D. FIGAREI. *Notar.* (Sem. H. Gen. 1847.) Dense caespitosum; culmis prostratis ad nodos radicantibus proliferisque; spicis digitatis 2—3—4-nis; spiculis biserialibus secundis contiguis trifloris, flosculo superiore plerumque chartaceo; valvula inferiore ex apice attenuato mucronata rigidiuscula; caryopsi lineolis annulatim dispositis scabra. Praecedentis var.? Aegyptus.

3. D. MUCRONATUM. *Willd.* (Enum. 1029.) Radice fibrosa; culmo adscendente erecto simplici (pedali et ultra); vaginis foliisque e tuberculis pilosis; ligula brevi ciliari; foliis lanceolatis acuminatis (2—3″ longis, 2—3‴ latis); spicis digitatis 3—5-nis crassiusculis (pollicaribus et ultra); rhachi in mucronem terminata, spiculis unilateralibus imbricatis densis; arista glumarum spiculas 5—6-floras subaequante, valvula inferiore carina brevi ciliolata, infra apicem distincte mucronulata. An D. aegyptiacum Hrbr. un. it. Nub. nr. 22 et *Willd.* var.? Nubia. Ind. or.? Guiana.

4. D. AUSTRALE. *Steud.* Culmo erecto toto foliato pallescenti glauco glabro; vaginis ore foliisque basin versus parce pilosis, his angusto linearibus elongatis (3—8″ longis, vix ultra lineam latis); spicis subbinis (pollicaribus) linearibus imbricatis; rhachi in mucronem terminata; arista glumarum flosculos aequante, valvula inferiore ex apice integro mucronata. D. mucronatum var. *Nees.* Fl. Afr. 250. ⊙ Afr. austr.

5. D. ARISTATUM. *Link.* (Hort. I. p. 59.) Culmo demisso (6-pollicari); foliis culmum aequantibus vel superantibus angustis (vix linea latioribus) pilis longis basi subbulbosis, margine scabris; spicis 5-nis abbreviatis (4—5‴ longis); rhachi apice nuda acuta; glumis carina laevibus, arista gluma sua fere longiore. D. aegyptiacum *Willd.* var. vix dubie. ⊙ In Aegypto legit *Ehrenberg.*

6. D. PROSTRATUM. *Link.* (l. c.) Culmo repente; foliis subundulatis ciliatis et pilosis, pilis basi bulbosis; spicis binis arrectis; rhachi spicae glabra mutica; arista gluma sua breviore. Chloris prostrata *Poir?* Ind. or.

Quomodo Dactyloctenii species, cum „calyces mutici" a *Poiretio* Enc. meth. Supl. II. 239. postulentur?

7. D. RADULANS. *R. Br.* (Prodr. I. 186. sub: Eleusine.) Foliis planis pilosis; spicis quaternis patulis; spiculis bifloris, flosculo superiore tabescente; gluma interiore aristata; valvula exteriore acuminata. N. Holl.

CYNODON. *Rich.* Spicae digitatae, geminatae vel racemosae; spiculae unilaterales subbiflorae; flore inferiore hermaphrodito, superiore ad pedicellum subuliformem redacto interdum nullo; glumae 2 carinatae membranaceae muticae parum inaequales; superior (exterior) paulo major; valvulae 2 membranaceae, inferior carinata acuta mutica aut infra apicem brevi mucronata, superior dorso bicarinata; stamina 3, ovarium glabrum; styli 3 terminales, stigmata pilis simplicibus plumosa; squamulae 2 carnosae glabrae; caryopsis libera glabra.

1. C. DACTYLON. *Pers.* (Synops. I. 85.) Radice caespiti- vel stolonifera; culmis repentibus compressis radicantibus et prolifero-ramosis; foliis distichis vaginisque e tuberculis pilosis; ligula ciliata; spicis digitatis binis, ternis, quaternis linearibus glabris; gluma inferiore flosculo tertia parte — superiore eodem quarta parte breviore; valvula inferiore dorso nudiuscula vel ciliata apice acutiuscula; rudimento clavato. Variat: culmo plus minus repente vel stolonifero; foliis latioribus vel angustioribus plus minus pilosis quandoque nudis. *Beauv.* Agr. t. IX. fig. 1. *Kunth.* Supl. t. XVI. fig. 1. Digitaria stolonifera *Schrad.* Fl. Germ. t. 3. fig. 9. Panicum Dactylon *Lin. E. B.* t. 850. *Host.* Gram. 2. t. 18. C. stellatus *Willd.* ⊙ Reg. austr. totius orbis.

2. C. GLABRATUS. *Steud.* Culmis adscendentibus erectis (1—1 1/2-pedalibus) cum foliis linearibus erectis viridi-glaucescentibus vaginisque omnino glabris; ligula ciliari; spicis digitatis 4—5-nis (2-pollicaribus et ultra) glumis lanceolatis angustis inferiore flosculo duplo, superiore 1/3 breviore; valvula inferiore pellucida dorso ciliata apice obtusa; rudimento setiformi. C. Dactylon *Hrbr. un. it. arab* nr. 311. *Hrbr. nubic.* 431. ⊙ Arab. Nubia.

3. C. PASCUUS. *Nees.* (Agr. bras. 425.) Culmis repentibus ramosissimis subcompressis; foliis distichis viridibus angustissimis glabriusculis; vaginis margine et ore pilosis; spicis digitatis 4—5-nis, gluma inferiore flosculo subduplo — superiore 1/3 breviore acuta, valvula inferiore

dorso subciliata mutica; rudimento setuliformi. ⊙ Brasil. Afr. austr.

4. C. INCOMPLETUS. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 243.) Culmis repentibus ramosis compressis; foliis glaucis linearibus (2″ longis, vix 1‴ latioribus) glabris; vaginis ore pilosis; ligula truncata ciliolata; spicis digitatis 4—8-nis erectis strictis; glumis acutis, inferiore flosculo 4-plo — superiore eodem triplo breviore; valvula inferiore semiovali acutiuscula dorso ciliata; rudimento plerumque nullo. ⊙ Afr. austr.

5. C. NOTATUS. *Nees.* (l. c. 244.) Culmis repentibus ramosis subtetragonis; foliis angustis (ad summum pollicaribus, lineam vix latis) saepe convolutis vaginisque villosis; spicis digitatis (ternis) divaricatis; glumis acutiusculis aequalibus flosculo 4-plo brevioribus; valvula inferiore dorso subciliata apice rotundata; nervo laterali lineola purpureofusca notato, carina apicem versus purpureo; rudimento nullo. ⊙ Afr. austr.

6. C. ARCUATUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 290.) Culmis repentibus ramosis dense caespitosis compressis; ramis adscendentibus (6—15-pollicaribus) foliosis glabris; vaginis ore pilosis; foliis distichis planis e basi ovata linearibus (2″ longis, 1½‴ latis) ciliolato-serrulatis; spicis 3—4-nis; spiculis uniseriatis; glumis aequalibus acutis corolla lanceolata acutiuscula puberula brevioribus, carina ciliolatis. ♃ Ins. Luzon.

7. C. ERECTUS. *Presl.* (l. c.) Culmis erectis ramosis compressiusculis glaberrimis (pedalibus); foliis distichis planis (2—3″ longis, 1‴ latis) acutiusculis supra scabris; spicis 5—6-nis; spiculis subtriseriatis; glumis corolla brevioribus, superiore in mucronem aristaeformem excurrente; valvulis carina ciliatis; inferiore sub apice brevissime aristulata. ♃ Mexico. Peru.

8. C. TENER. *Presl.* (l. c.) Culmis repentibus adscendentibus (1½-pedalibus) ancipitibus, nodisque glaberrimis; vaginis scabris; foliis distichis planis margine scabris superne pilosis; spicis 3—4-nis erecto-patentibus; spiculis secundis biseriatis; glumis lanceolatis flosculo brevioribus carina scabris, adpressis, superiore aristata; valvula inferiore rotundata obtusa, carina margine piloso-ciliata. ♃ Luzonia.

9. C. RADIATUS. *Roth.* (Nov. pl. spec. 38.) Culmo ramoso erecto anguloso glabro; foliis linearibus planis margine tenuissime serrulatis asperis caeterum cum vaginis nudis; ligula margo membranaceus brevissimus; spicis digitatis sub-8-nis patentibus dense imbricatis; spiculis alternis solitariis adpressis; glumis lineari-subulatis dorso asperis; valvula inferiore ovato-lanceolata dorso pilosa. Ind. or.

10. C. GRACILIS. *Nees.* (mpt.) Culmo ramoso tenerrimo foliisque lanceolatis tenuibus glabris; spicis pluribus racemosis filiformibus, inferioribus suboppositis; gluma superiore lineari, inferiore oblonga longe subulata; valvula inferiore acuta dorso margineque villosa, rudimento nullo. An praecedentis var.? Leptochloa gracilis *Wight* hrbr. ⊙ Penins. Ind. or.

11. C. PILOSUS. *R. S.* (S. Veg. II. 412.) Culmo geniculato (1½-pedali); foliis margine pilosis (radicalibus ½-pedalibus); spicis digitato-fasciculatis; rhachi plana ad dentes villosa; floribus geminatis, altero sessili, altero pedicellato; glumis ovatis planis inaequalibus. Agrostis pilosa *Retz.* Obs. VI. p. 22. Ind. or.

12. C. VIRGATUS. *Nees.* (mpt.) Culmo basi repente adscendente ramoso, foliisque glabris; vaginis superioribus subvillosis; racemis plurimis racemosis, inferioribus subverticillatis; spiculis glabris; gluma superiore et valvula inferiore pone apicem mucronulatis, rudimento nullo. Leptochloa virgata *Wight.* hrbr. Agrostis virgata *Willd.* in *Rottl.* hrbr. Agrostis chinensis *Koen.* in *Rottl.* hrb. ♃ Penins. Ind. or.

13. C. TENELLUS. *R. Br.* (Prodr. I. 187.) Spicis 2—3 digitatis; valvula inferiore villoso-pubescente glumis paulo breviore; setula nulla ad basin paleae superioris. N. Holl.

14. C. POLYSTACHYUS. *R. Br.* (l. c.) Spicis plurimis racemosis; glumis scabriusculis parum brevioribus flosculis pubescentibus. Leptochloa uniflora *Trin.* N. Holl.

CHONDROSIUM. *Desv.* Spicae subfalcatae solitariae, rarius 2—5 distantes; spiculae unilaterales sessiles imbricato-biseriatae biflorae, flore inferiore sessili hermaphrodito, superiore pedicellato tabescente sterili triaristato interdum duplici; glumae 2 carinatae acutato-subulatae membranaceae, superior (exterior) longior; valvulae membranaceae, inferior 3-nervia carinato-concava trifida, laciniis lateralibus subulato-aristatis brevioribus, intermedia sub apice bifido aristata; aristis rectis inarticulatis, rarissime abortientibus; valvula superior bicarinata; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 terminales elongati, stigmata pubescentia, penicilliformia vel plumosa; squamulae 2 glabrae; caryopsis libera?

1. C. HUMILE. *Beauv.* Radice fibrosa; culmis caespitosis simplicibus (3—9-pollicaribus) scabriusculis; foliis linearibus subconvolutis glabriusculis; vaginis striatis glabris; ligula brevissima glabra; spica solitaria falcata (½-pollicari); spiculis unilateralibus sessilibus densissime bifariam imbricatis bifloris; rhachi compressa glabra; glumis lanceolatis acuminatis, superiore longiore flosculum subaequante, dorso ciliato-scabris purpurascentibus); valvula inferiore dorso basique pilosa, arista intermedia duplo longiore ipsam aequante. *H. B.* N. gen. I. t. 56. *Kunth.* Supl. t. XVII. fig. 15. ♃ Quito. N. Granata.

2. C. TENUE. *H. B.* (l. c. t. 57.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis simplicibus scabriusculis (5—8-pollicaribus); foliis linearibus planis interne pubescentibus; vaginis ore subciliatis; ligula brevissima obsoleta; spica solitaria falcata (8—10‴ longa), basi bractea brevi bifida munita; spiculis densissime bifariam imbricatis; glumis lanceolatis acuminatis dorso hispido-scabris (viridescentibus), inferiore duplo breviore; valvula inferiore dorso margineque piloso ciliata, arista intermedia ipsam aequante. ♃ Mexico. Ins. Philip.

3. C. GRACILE. *H. B.* (l. c. t. 58.) Culmo erecto simplici (bi-pedali) striato; foliis anguste linearibus cum vaginis striatis et glabris; ligula brevissima ciliata; spica solitaria recta (1—1½-pollicari) basi bractea lanceolata bifida suffulta; rhachi interne et margine pubescente; glumis inaequalibus coloratis, superiore dorso glandulosa, glandulis piliferis; valvula inferiore (purpurascente) basi pilosa. ♃ Mexico.

4. C. ASCHENBORNIANUM. *Nees.* (Linn. XIX. 692.) Culmo adscendente glabro; foliis angustissime linearibus glabris margine scabris, demum complicato-setaceis; spicis racemosis binis ternisve subfalcatis; racemo subsecundo; glumis coloratis, superiore dorso basique hirsuta; pedicello sterili glabro apice barbato; flosculi sterilis valvula tripartita triaristata, superiore majore obovata cucullata obtusissima. Praecedenti similis. *Aschenb.* Hrbr. nr. 331. Mexico.

5. C. HIRTUM. *H. B.* (l. c. t. 59.) Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculato-adscendentibus (8—10—15-pollicaribus) basi ramosis, apice et infra nodos pilosis; foliis planis linearibus scabris interne pilosis; ligula brevissima ciliata; spica solitaria vel geminata quin pluribus subfalcatis geniculatis (si solitaria basi bractea lineari ciliata instructa); spiculis unilateralibus sessilibus densissime imbricatis; rhachi glabriuscula vel pilosa, apice nuda spicam superante; glumis lanceolatis acuminatis, inferiore duplo breviore glabra; superiore dorso bifariam tuberculis piliferis

muricato-hirsuta; valvula inferiore (apice purpurascente) pilosa. Atheropogon papillosus *Engelm.* ⊙ Mexico. Missouri.

6. C. HUMBOLDTIANUM. *Kunth.* (Gram. I. 93.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis (5—9-pollicaribus) apice pubescentibus; foliis linearibus planis rigidis sparsim pilosis; vaginis glabris; ligula brevissima fimbriato-ciliata; spicis (4—6) alternis sessilibus ovatis; rhachibus ciliato-pubescentibus apice nudis; spiculis densis biseriatis bifloris; glumis inaequalibus pubescentibus (purpurascentibus) superiore majore spicula duplo breviore; valvula inferiore subpubescente apice trifida (non aristata), lobis subaequalibus lateralibus acutatis intermedio latiore obtuso mucronulato. Dinebra chondrosioides *H. B.* N. gen. I. t. 53. ♃ Mexico.

Species dubiae.

7. C. SIMPLEX. *Kunth.* (Gram. I. 94.) Culmis humilibus (1—7-pollicaribus) basi geniculatis teretibus glabris; foliis glaucis linearibus brevibus planis vaginisque glabris; ligula brevissima fissa; spica terminali ($^1/_2$—$^3/_4$-pollicari) oblonga glaberrima; rhachi subfalcata. C. humile *Beauv.* var.? Actinochloa simplex *R. S.* II. 418. ⊙ Ins. Philip. Peru.

8. C. PROSTRATUM. *Kunth.* (l. c.) Culmo ramosissimo prostrato tereti gracili glabro (5—8-pollicari); foliis inferioribus subsetaceis flaccidis, superioribus planis glaberrimis; ligula biaurita; ramis monostachyis; spicis linearibus glaberrimis; flosculo hermaphrodito undique neutro basi hirtello; valvula interiore prioris mutica. Actinochloa prostrata *R. S.* l. c. ⊙ Mexico.

9. C. SCORPIOIDES. *Kunth.* (l. c.) Culmo erecto filiformi monostachyo; spica lineari oblonga spiraliter revoluta. Bouteloua scorpioides *Lagas.* diagn. p. 5. ♃ N. Hispan.

OPIZIA. *Presl.* Spicae terminales solitariae; spiculae secundae triflorae, flos inferior hermaphroditus duo superiores neutri; glumae 2, inferior late ovata 5-dentata, dentibus 3 mediis aristatis, superior multo minor integra acuta mutica; floris hermaphroditi valvulae 2 ovatae inferior apice bifida, lobis obtusis mutica; superior minor integra truncata acuminata; styli 2; stigmata villosa; ovarium ovatum inaequale; caryopsis subrotunda compressa; flores neutri abortivi bini pedicellati juxta se affixi, gluma utrique communis carinata triloba basi angustissima lobo medio 3-fido, laciniis aristatis.

1. O. STOLONIFERA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. t. 41. f. 1.) Culmo radicante repente; foliis linearibus planis; vaginis compressis; ligula membranacea multidentata; spicis 12—16-spiculatis, spiculis alternis secundis, rhachi triquetra inarticulata. ⊙ Mexico.

SCHELLINGIA. *Steud.* Spica racemosa secunda; spiculae in pedicello communi 2—3-fido 2—triflorae; flos intermedius hermaphroditus, laterales neutri; hermaphroditi glumae 2, cuneatae apice truncatae ciliolatae, ex nervo medio unico brevissime acuminatae membranaceae pellucidae; valvulae 2 subaequales apice bifidae 2—3 aristatae, aristis vix valvulae longitudinis; lodiculae 2 tenuissimae valvulas fere aequantes; stamina 3, stylus? caryopsis? flores neutri minores; glumae illis flosculi fertilis similes, valvulae muticae.

1. S. TENERA. *Steud.* (Flora 1850. p. 231. t. 1.) Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculatis ramosis (3—7-pollicaribus) tenuibus cum foliis angustissimis planis vaginisque glabris; ligula exserta lacera; spicis terminalibus solitariis racemosis (1—1$^1/_2$-pollicaribus); spiculis distinctis (20—40) remotiusculis, insidentibus pedicello communi basi piloso mox tri- (raro tantum 2-) fido. ⊙ Hrbr. *Galeotti* nr. 5750. Mexico.

Genus certe praecedenti affine, sed vix idem differt: glumis non aristatis, sed valvulis. Est: Chloris pedicellata. *Steud.* in Hrbo. *Delessert.*

SPARTINA. *Schreb.* Spicae racemosim dispositae; spiculae unilaterales sessiles arcte imbricato-biseriatae compressae uniflorae, flore sessili imberbi; glumae 2 carinatae membranaceae muticae vel aristatae, superior (exterior) multo major, florem superans; valvulae 2 membranaceae muticae, inferior compresso-carinata, superior longior navicularis dorso binervia; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 terminales elongati connati vel superne liberi; stigmata pilis simplicibus plumosa; caryopsis compresso-teres glabra.

1. S. JUNCEA. *Willd.* (En. 81.) Radice subrepente stolonifera; culmo erecto 1$^1/_2$—2-pedali) tereti rigido glabro; foliis distichis convolutis (8—12″ longis) patentibus; vaginis remotis; ligula ciliata; spicis pedunculatis (plerumque 3, rarius 1 usque 5, 1—1$^1/_2$″ longis) lineari-lanceolatis, pedunculis glabris; glumis valde inaequalibus; valvula inferiore breviore lanceolata carina serrulato-ciliata, apice subfissa; superiore subglabra integra; stylis 2. Trachynotia juncea *Michx.* Fl. I. 64. ♃ Am. sptr.

2. S. JUNCIFORMIS. *Engelm.* et *Gray.* (Boston Journ. V. 30.) Culmo subhumili (1—2-pedali); foliis angustis convolutis, caulinis paucis brevibus, radicalibus caespitosis culmum subaequantibus; spicis 8—10 oblongis sessilibus ad rhachin laeviusculam adpressis; carina glumarum longitudine subaequalium valvulaeque inferioris ciliato-hispida. Am. sptr. Texas.

3. S. GRACILIS. *Hook.* (in *Trin.* Agrost. I. 88.) Radice repente longe stolonifera; culmo simplici (2—2$^1/_2$-pedali) glabro; vaginis laxiusculis glabris; ligula brevi ciliari; foliis planis angustis vel compresso-involutis (3—7″ longis, 2‴ latis); spicis alternis (5—7) subsessilibus lineari-adpressis (1—1$^1/_2$-pollicaribus); rhachi pilosa; spiculis valde imbricatis (4‴ longis); glumis acutis, carina pilosis, inferiore dimidio breviore, superiore valvulis paulo longiore; valvulis acutiusculis inferiore carina pilosa. ♃ Am. sptr.

4. S. CYNOSUROIDES. *Willd.* (l. c. 80.) Culmo erecto tereti fistuloso (4—9′ alto, basi fere 1″ in diametro); foliis planis (2′ longis, 4—8‴ latis) demum convolutis, glaucescentibus; vaginis glabris; ligula barbata; spicis numerosis (10—40) paniculatis (2—3-pollicaribus), alternis in pedunculis cum rhachi communi triquetris scabris; spiculis arctissime imbricatis; glumis valde inaequalibus, exteriore duplo majore in setam aristaeformem elongata, carina serrulato-scabra, interiore subsimili minore flosculo sublongiore; valvulis muticis, inferiore apicem versus serrulato-scabra. *Beauv.* Agr. t. VII. fig. 6. *Torr.* Flor. N. York. II. t. 153. *Kunth.* Supl. t. 17. f. 3. Trachynotia cynosuroides et polystachya *Michx.* l. c. sec. *Torr.* Fl. I. 70. ♃ Am. sptr.

5. S. GLABRA. *Mühlbrg.* (Gram. I. 54.) Culmo tereti (3—5-pedali) subsucculento glaberrimo; foliis concavis (2′ longis, $^1/_2$″ latis) longe acuminatis et demum involutis; spicis alternis sessilibus erectis (8—14) rhadidi triquetrae adpressis; glumis inaequalibus carina (sub lente) ciliolatis, inferiore angustissima duplo breviore superiore setaceo-angustata; valvulis lineari-lanceolatis glabris; stylo ad medium fisso. S. laevigata *Link. Willd.* ♃ Am. sptr.

6. S. PATENS. *Mühlbrg.* (Descp. gram. 55.) Culmo tereti (2-pedali) foliisque apice filamentosis, vaginisque glabris; ligula barbaeformi; spicis alternis secundis, rhachi scabra; calycis pedicellati gluma altera longiore mucronata dorso hispida; altera breviore acuminata. Carolina.

7. S. FOLIOSA. *Trin.* (Agrost. I. 92.) Culmo vaginato

(2-pedali); vaginis glabris; ligula brevi ciliari; foliis planis (3—8″ longis, 3—5‴ latis) rigidiusculis acuminatissimis glabris; spicis pluribus (9—12) alternis vel subbinis (1½—2-pollicaribus); rhachi glabra; spiculis (6—7‴ longis) imbricatis glaberrimis; glumis acutis, inferiore valvulis ⅓ breviore, superiore iisdem paulo longiore; valvulis acutiusculis glaberrimis. California.

8. S. STRICTA. *Roth.* Radice longe repente; culmo erecto rigido simplici (subpedali) glaberrimo; foliis rigidis involutis apice subulato-mucronatis laeviusculis, vaginis arctis glabris basi spathacea culmum cingentibus; ligula brevissima erosa; spicis terminalibus paucis (geminis raro ternis) simplicibus; spiculis secundis adpressis bifariam laxiuscule imbricatis; glumis acuminatis pubescentibus. Limnetis pungens *Pers. Host.* Gram. IV. t. 66. Dactylis stricta *Ait. E. B.* t. 380. ♃ Eur. austr. Anglia.

9. S. ALTERNIFLORA. *Loisl.* (Fl. Gall. II. 719.) Radice squamata repente; culmo erecto stricto (1—1½-pedali); vaginis basi dilatatis; foliis planis apice convolutis (culmum fere aequantibus); ligula brevissima ciliato-lacera; spicis erectis culmo adpressis (1—1½-pollicaribus) gracilibus; spiculis alternis distinctis; glumis glabris carina vix apice setuloso-asperis, obtusiusculis. ♃ Gallia austr.

10. S. VERSICOLOR. *Fabre.* (Ann. sc. nat. 3. ser. XIII. 123. t. 3.) Radice repente; caulibus prostratis repentibus adscendentibus vel erectis subcylindricis fistulosis glabris; vaginis albo-striatellis, folii limbo canaliculato (1½-pedali et ultra, basi 1½—2‴ lato) supra eximie albo striato, inferne glabro viridi vel purpurascente; ligula pilorum series; spicis 3—5 racemum laxum formantibus simplicibus biseriatis; spiculis unilateralibus sessilibus arcte imbricatis unifloris compressis purpureo-violascentibus; glumis inaequalibus serrulato dentatis; valvulis inaequalibus oblongis membranaceis pellucidis summo apice roseis. Gallia austr.

11. S. BRASILIENSIS. *Radd.* (Agr. br. 21.) Culmo erecto (4—5-pedali); foliis angustis demum convolutis glabris; spicis numerosis alternis approximatis (1½-pollicaribus); spiculis disticho-imbricatis complanatis; gluma inferiore lineari breviore, superiore spiculam aequante ovato-lanceolata apice longe subulata, dorso pectinato-hispida; valvulis parum inaequalibus elliptico-compressis obtusis apice bifidis. ♃ Brasil.

12. S. COARCTATA. *Trin.* (Agrost. I. 88.) Culmo valido erecto (5—6-pedali) glabro; vaginis arctis glabris; ligula ciliari; foliis involutis (2—3-pedalibus) firmis glabris; racemis plurimis (15—18) alternis vel subbinis lineari-adpressis (2—3-pollicaribus); rhachi glabra; spiculis (5—6‴ longis) arcte imbricatis; glumis acuminatis carina pilosis, inferiore dimidio breviore, superiore valvulis ⅓ longiore; valvula inferiore carina pilosa. Monte Video.

13. S. DISSITIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici fere toto vaginis tecto (cum spicis ½-pedali); vaginis laxiusculis strictis glabris; ligula margo brevis ciliarum; foliis e basi latiore mox convolutis acuminatis glabris laevibus rigidiusculis (4—6″ longis); spicis e vagina suprema pluribus (3) pedunculatis remotifloris (medio vel apice una alteram attingente) paucis (6—10) solitariis rhachi complanatae glabrae insidentibus alternis 3—5‴ longis (quandoque basi bracteola herbacea ipsas aequantes lineari angustissima munitis); glumis acutis muticis subaequilongis glabris laevibus vel hinc inde carina asperulis flosculum superantibus, obscure nervosis. Rottboellia paniculata *Salzm.* Hrbr. Bahia.

14. S. CILIATA. *Kunth.* (*Duper.* it. bot. 15. t. 2.) Vaginis foliisque glabris involuto-filiformibus; spicis crebris arcte adpressis; glumis carina ciliatis; valvula inferiore carina spinuloso-ciliata. Brasil.

15. S. DENSIFLORA. *Brogn.* (in *Duper.* l. c.) Spica cylindrica subfusiformi; ramis undique imbricatis adpressis; spiculis lanceolatis coriaceis glaberrimis lucidis; carinis denticulatis. Chili.

16. S. PECTINATA. *Link.* (Jahrb. III. 92.) Foliis convolutis; spicis alternis solitariis secundis; rhachi scabra; valvulis dorso scaberrimis. Am. sptr.

17. S. PUMILA. *Roth.* (Catal. 3. 10.) Culmo tenui; foliis erecto-patulis involuto-filiformibus apice setaceis; ligula ciliata; spicis terminalibus subbinis (1—2-pollicaribus), altera sessili altera pedunculata; rhachi flexuosa dorso bisulcata; spiculis secundis adpressis densissime imbricatis obliquis; gluma longiore dorso tricostata scabra mucronata. ♃ Am. sptr.

18. S. ARUNDINACEA. *Carmich.* (Linn. Trans. XII. 504.) Culmis plurimis fasciculatis sublignosis (5—8-pedalibus) foliosis; foliis linearibus planis sulcatis margine scabris; vaginis striatis superne ventricosis; spica communi teretiuscula (6-pollicari), partialibus (pollicaribus) arcte imbricatis; gluma exteriore superante valvulam oblique truncatam. Ins. Tristan de Cunha.

19. S. FASCICULATA. *Beauv.* (Agrost. 25.) Spicis linearibus erectis fasciculatis subdigitatis; spiculis distichis rhachi adpressis. Dactylis fasciculata *Lam.* ill. I. 180. Amer. austr.

20. S. GENICULATA. *Beauv.* (l. c.) Culmis ramosis, geniculatis; foliis linearibus plicatis mucronatis; spicis ternis distichis. Dactylis geniculata *Burm.* Fl. Ind. t. 12. f. 3. Panicum bicorne *Kunth.* sec. *Hassk.* Pl. jav. p. 12. Java.

21. S. CAPENSIS. *Nees.* (Fl. Afr. 260.) Radice repente; culmo glabro (1½-pedali) vaginis tecto; foliis involutis (6-pollicaribus) glabris; ligula brevissima ciliari; spicis sessilibus (2—4) approximatis conniventibus (3-pollicaribus); rhachi glabra; spiculis subimbricatis (6‴ longis); glumis acutiusculis, inferiore carina pilosa valvulas subaequante, superiore tota pilosula valvula parum longiore; valvula inferiore fere tota pilosula. ♃ Pr. b. sp.

Species indescriptae.

S. PUBERA. *Hassk.* (H. Bogor. p. 18.) ⊙ Batavia.
S. GLABRIUSCULA. *Hassk.* (l. c.) ⊙ Batavia.

EUTRIANA. *Trin.* Spicae abbreviatae, racemosim dispositae; spiculae unilaterales sessiles alternae 2—3-florae, flore terminali tabescente triaristato vel ad pedicellum subulatum redacto; glumae 2 carinatae muticae membranaceae, superior (exterior) major floribus brevior; valvulae 2 coriaceo-membranaceae, inferior trifida, laciniis in flore inferiore subulatis, in superiore subulato-aristatis; valvula superior bicarinata; stamina 3, ovarium glabrum; styli 2 terminales; stigmata plumosa; squamulae 2 glabrae.

* *Spiculae biflorae, vel triflorae.*

1. E. CURTIPENDULA. *Trin.* Radice subrepente stolonifera; culmo basi geniculato adscendente (1½—2-pedali) tereti; foliis linearibus planis demum involutis vel in longissimum acumen attenuatis; vaginis pubescentibus margine pilosis; ligula brevissima fimbriata; spicis pluribus (20—40) sessilibus remotiusculis patentibus vel reflexis; rhachi complanata apice acuminata nuda, 6—8-flora; spiculis bifloris; glumis valde inaequalibus inferiore angustissima setiformi fere duplo breviore quam superior lanceolata mucronato-acuminata; flosculi perfecti scabri valvula inferiore brevi 3-cuspidata, superiore bicuspidata; flosculo sterili uniaristulato. Chloris curtipendula *Michx.* Fl. I. 59. *Jacq.* Ecl. gram. t. 7. Dineba curtipendula *Beauv.* Agr. t. XVI. fig. 1. ♃ Am. austr. et bor.

2. E. AFFINIS. *Hook.* (Acta Soc. Linn. XX. 174.) Foliis glaberrimis vel parce pilosis; spicis racemosis secundis reflexis; spiculis 4—7 fasciculatis bifloris; glumis subulato-aristatis infra apicem subtrifidis; floris inferioris valvula inferiore trifida, segmentis aristatis, superiore subaequilonga

bifida; floris superioris valvula inferiore scariosa profunde bifida, inter segmenta aristata, trinervia, nervis lateralibus submarginalibus in aristas productis, valvula superiore minima (rarius nulla) integra vel bifida. E. curtipendula *Schweinitz* (non *Trin.*) ♃ Am. sept. Texas.

3. E. ARISTIDOIDES. *H. B.* (N. gen. t. 695. sub: Dinebra.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis ramosis (1—1½-pedalibus) vaginisque striatis glabris; ligula brevi truncata; spicis in racemum secundum (3—4-pollicarem) dispositis (7—8) pedicellatis distantibus; rhachibus angulis scabris; partialibus apice acuminato-subulatis nudis, 3 spiculatis; spiculis bifloris sessilibus linearibus rhachi adpressis; glumis lanceolatis acuminatis dorso scabriusculis, superiore duplo longiore flosculum aequante; valvulis hermaphroditi lineari-lanceolatis, inferiore 3-dentata pilosa, dente intermedio breviter aristato, superiore bidentata glabra; flosculo sterili triaristato, aristis hermaphroditum superantibus. ♃ Mexico.

4. E.? CHLORIDEA. *Kunth.* Culmo erecto; foliis linearibus planis utrinque margine scabris, basi longe piloso-ciliatis; ligula margo angustus membranaceus; spicis alternis paniculatis sub-5-nis; glumis inaequalibus inferiore majore acuminata; valvula inferiore glabra uniaristata, flosculo hermaphrodito basi pilis brevibus obvallato sterili 3-aristato. Dineba chloridea *Presl.* Rel. Haenk. I. 291.

5. E.? HIRSUTA. *Kunth.* Radice fibrosa; culmo erecto ramoso (4—5-pollicari); ramis patulis glabris; ligula pilorum series; foliis linearibus planis apiculatis ad basin e tuberculis pilosis; spicis racemosis; rhachi hirsuta; racemo disticho; spiculis (6‴ longis) patentissimis; glumis inaequalibus pilosis; valvula inferiore scabra; flosculo neutro triaristato. Dineba hirsuta *Presl.* l. c. 292. ⊙ Peru.

6. E.? CRISTATA. *Kunth.* Culmo basi repente, ramoso ad nodos tumido (pedali et ultra) vaginisque laxiusculis glaberrimis; foliis linearibus acutis glabris margine scabris (2″ longis, 1‴ latis); spica longe pedunculata (3—4″ longa) multiflora; spiculis solitariis secundis cristatis; valvula inferiore bifida, dentibus subulatis; flosculo sterili 3-aristato. Dineba cristata *Presl.* l. c. ⊙ Peru.

7. E. TRIAENA. *Trin.* Culmo erecto ramoso (1½-pedali) glabro; foliis planis linearibus striatis pilosulis scabris; vaginis glabris; ligula brevissima ciliata; spicis solitariis (4-pollicaribus); spiculis pedicellatis alternis distantibus bifloris; glumis 2 carinatis lanceolatis acuminatis, inferiore dimidio breviore basi aristata, arista crassa ad medium glumae adhaerente eamque aequante, superiore mutica; flosculi hermaphroditi sessilis valvulis lanceolatis acuminatis glabris; inferiore longiore 3-nervia, superiore bicarinata. Triaena racemosa *H. B.* N. gen. I. t. 61. ⊙ Mexico.

8. E. ENTEROPOGON. (*Steud.*) Culmo basi procumbente ramoso (1½-pedali); nodis glabris; vaginis striatis ore barbatis; ligula villis longis notata; foliis angustis linearibus apice attenuatis; spica secunda multiflora tenui (3—4-pollicari); calyce biglumi trifloro, glumis lanceolatis nervo viridi; corollis masculis et hermaphroditis basi barbatis, aristatis bivalvibus, valvula exteriore bifida; flore intermedio sterili lanceolato apice aristato. Ischaemum melicoides *Koenig* in *Willd.* spec. IV. 941. Enteropogon melicoides *Nees.* mpt. Rottboellia trichantha *Roth.* N. pl. sp. p. 42? Chloris simplex *Schum. Thonn.* Beskr. p. 51. Chloris distachya *Kunth.* En. 265? Ind. or. Guinea.

Character generis Enteropogon: Spica simplex; spiculae disticho-secundae subtriflorae, flosculis in axi barbato alternis, supremo sterili unisetigero; glumae 2 membranaceae uninerviae inferior minor mucronata, exterior flosculos subaequans; flosculi fertiles bivalves rigiduli; valvula inferior dorso bisulca 3-nervia ex apice acute bifido stricte setigera, laciniis lateralibus subulatis brevibus, superior profunde canaliculata apice bidentata; lodiculae obliquae oblongae membranaceae glabrae; flosculus terminalis pedicellatus parvus subuniglumis.

9. E. BROMOIDES. *Kunth.* (Supl. t. XVII. f. 4.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto subramoso vaginisque (saepius purpurascentibus) glabris; foliis linearibus acuminatis planis margine (basin versus denticulato-) scabris et ciliatis; spicis racemosis, racemo disticho, oblongis pedicellatis alternis remotiusculis; rhachi ciliato-scabra apice acuminato nudo; spiculis lanceolatis alternis densis (2—3-floris); glumis lanceolatis acuminato-mucronatis dorso ciliato-scabris (purpurascentibus), superiore majore flosculos subaequante; valvula inferiore hermaphroditi apice dentibus subulato-aristatis 3, intermedio longiore, superiore bidentato subulata. Dinebra bromoides *H. B.* N. Gen. I. t. 51. ♃ Mexico.

10. E. REPENS. *Kunth.* Radice fibrosa; culmo repente ramoso, ramis adscendentibus (5—6-pollicaribus); foliis planis linearibus margine scabris; vaginis ore pilosiusculis; ligula brevissima; spicis racemosis (4—5) alternis breviter pedicellatis oblongis compressis 7—8 spiculatis; spicis distichis oblongis bifloris; rhachi compressa acuminato-subulata apice nuda; glumis oblongo-lanceolatis acuminatis carinatis (purpurascentibus) carina hispido-scabris, caeterum glabris, superiore longiore; valvulis hermaphroditi lanceolatis inferiore dentibus subulato-aristatis, intermedio longiore; valvula superiore subulato-bidentata. Dinebra repens *H. B.* l. c. t. 52. ♃ Mexico.

11. E. PILOSA. *Hook fil.* (Acta Linn. soc. XX. 173.) Foliis vaginisque supra laxe patentim pilosis; spicis horizontalibus; spiculis sub-4 confertis bifloris; floris inferioris valvula inferiore 3-nervia, trifida, segmentis subulato-aristatis; valvula superiore bifida bicarinata, carinis minute scabriusculis; floris superioris valvula exteriore bifida inter segmenta ciliata longe aristata, nervis lateralibus ultra segmenta in aristas breves productis. Ins. Albemarle.

12. E. GRACILIS. *Hook. fil.* (l. c.) Glaberrima culmo erecto gracili folioso; foliis longe lineari-lanceolatis culmo brevioribus, in acumen elongatum sensim productis; panicula stricta erecta; spiculis secundis sessilibus trifloris; glumis inaequalibus, superiore flosculum solitarium aequante subacuta integra; valvulis subaequilongis, inferiore apice breviter bicuspidata, superiore latiuscula convoluta apice bifida dorso basi setula subaequilonga acuta. Tucuman.

13. E. JUNCIFOLIA. *Kunth.* (Supl. t. XVII. f. 5.) Culmo assurgente geniculato; foliis linearibus strictis laevibus; paniculae simplicis radiis alternis patentibus; spiculis distichis 3-floris, flosculis paulo distantibus; glumis oblongo-lanceolatis acutato-mucronatis muticis; flosculi hermaphroditi valvula inferiore oblonga trifida, laciniis subulatis, intermedia aristata, arista in altera terminali in altera dorsali; flosculo summo tabescente trifido aristato vel ad pedicellum subulatum redacto. Heterostega juncifolia *Desv. H. B.* N. gen. I. t. 54. Dineba americana *Beauv.* t. XVI. f. 1. ♃ Ind. occ.

** *Spiculae 4—5-florae.*

14. E. MULTISETA. *Nees.* (Agr. bras. 413.) Radice fibrosa caespitifera; culmis basi repentibus geniculato-adscendentibus simplicibus (pedalibus); foliis planis linearibus apice angustato-subulatis pilosiusculis margine scabris supra glaucis; vaginis fissis glaucescentibus glabris; ligula brevissima ciliata; spicis (3—4) racemosis secundis 4—5-floris; rhachi subcomplanata hispidulo-scabra apice libera; spiculis imbricatis basi sericeo-barbatis; flore inferiore hermaphrodito triaristato dorso pilosiusculo, reliquis unipaleaceis in fasciculum 9—11-aristatum congestis; glumis inaequalibus mucronato-aristatis. Pappophorum eutrianoides *Trin.* ♃ Brasil.

Species dubiae.

15. E. LAGASCAE. *Kunth.* (Gram. I. 95.) Culmo adscendente subtristachyo; spicis lanceolatis subpilosis; foliis convoluto-filiformibus Bouteloua juncifolia *Lagasc.* diagn. p. 5. ♃ Mexico.

16. E. LEDEBOURII. *Trin.* Culmis caespitosis (2—4-

pollicaribus); foliis planis rigidiusculis pilosulis mucronulatis subpungentibus glaucis; spica elongata unilaterali vel disticha; glumis lineari-lanceolatis acutissimis. Cynosurus secundus *Pursh* Fl. II. 728. E. curtipendula *Trin.* sec. *Kunth.* En. I. 280. Domingo. Louisiana.

17. E. BARBATA. *Kunth.* (Gram. I. 95.) Spicis 2—4 alternis linearibus; glumis aristatis laevibus; flosculi hermaphroditi valvula exteriore inferne ciliato-barbata. Bouteloua barbata *Lagasc.* l. c. ⊙ Mexico. Ins. Philip.

18. E. ANTILLARUM. (*Steud.*) Radice fibrosa; caule repente ramoso adscendente articulato vel flexuoso; foliis glaucis filiformi-subulatis culmo brevioribus; paniculae oblongae purpurascentis ramis simplicibus brevibus subsecundis; spiculis raris sessilibus alternis; glumis inaequalibus acutis apice incurvis bifloris; flosculo altero sessili bivalvi, altero subpedicellato univalvi; aristis tribus inaequalibus, intermedia longiore calycis vix longitudine. Aristida Antillarum *Lam.* ill. Chaetaria Antillarum *Beauv.* (Eutrianae species *Trin.* Stipaceae Ind. p. 180.) Ins. Antill.

19. E. OLIGOSTACHYA. *Kunth.* (l. c. 96.) Spicis 2—3 subterminalibus multifloris, calyce corollaque pilosis; valvula exteriore distincte triaristata, aristis lateralibus brevioribus e dorso valvulae; valvula neutrius triaristata. Atheropogon oligostachyus *Nutt.* Gen. I. 78. Missuri.

POLYODON. *Humb. Bonpl.* Spicae racemosae; rhachis spicata apice bifida; spiculae unilaterales biflorae; glumae 2 muticae; flosculus alter hermaphroditus sessilis; valvula inferior 5-dentata dentibus lateralibus et intermedio aristatis, superior paulo brevior bifido-dentata; caryopsis libera; flosculus sterilis pedicellatus, valvula inferior 7-dentata, dentibus alternis aristatis; valvula superior minima subaristata.

1. P. DISTICHUM. *H. B.* (N. gen. I. t. 55.) Radice fibrosa; culmo erecto ramoso (6—8-pollicari) tereti glabro; foliis linearibus planis basi pilosiusculis margine scabris; ligula brevissima ciliata; spicis (15—16) alternis sessilibus remotis subreflexis oblongis 3-spiculatis; spiculis lanceolatis bifloris; glumis inaequalibus lanceolatis acuminatis dorso scabris, superiore longiore flosculos aequante; valvulis glabris. ♃ Quito.

PENTARRHAPHIS. *H. B.* Spica terminalis solitaria; spiculae triflorae, flore infimo hermaphrodito sessili; medio masculo pedicellato, summo sterili aristaeformi; glumae 2, inferior ex aristis 5 basi subconnatis composita, superior bidentata, aristata; paleae 2, inferior masculi 7- hermaphroditi 5-dentata, dentibus exterioribus et intermedio aristatis; stamina 3; styli 2, stigmata penicilliformia; caryopsis valvula inclusa libera.

1. P. SCABRA. *H. B.* (N. gen. I. t. 60.) Radice fibrosa; culmo erecto ramoso (2-pedali) cum foliis vaginisque glabris; foliis planis striatis; spicis longe pedunculatis solitariis ($1^1/_2$—2-pollicaribus); rhachi compressa subpubescente; spiculis alternis sessilibus 3-floris distantibus. ♃ Mexico.

POLYSCHISTIS. *Presl.* Spicae solitariae vel geminae; spiculae alternae sessiles secundae biflorae; flore inferiore hermaphrodito, superiore neutro in pedicello piloso; glumae 2, inferior 4-partita, flore brevior, laciniae lineari-subulatae pilosae; superior paulo longior linearis acuta; valvula hermaphroditi inferiore apice 3-fida, laciniis lateralibus subulato-aristatis, media longiore bifida inter lobos aristata, superior valvula linearis apice bidentata; stamina 3; ovarium apice emarginatum glabrum; styli 2, stigmata pilosa; flosculi neutri valvula inferiore ovato-lanceolata 5-fida, laciniis subulato-aristatis; valvula superiore apice bidentata.

1. P. PAUPERCULA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. t. 41. f. 12.) Radice fibrosa annua; culmis caespitosis erectis canaliculatis tenuibus glabris (vix digitalibus); foliis linearibus acutis pilosiusculis, margine scabris; vaginis ore pilosis; ligula brevissima truncata. ⊙ Luzonia.

TRIATHERA. *Desv.* Spica solitaria simplex, rhachi haud articulata; spiculae sessiles alternae secundae distantes biflorae cum rhachi articulatae; flore inferiore sessili hermaphrodito, superiore breviter pedicellato tabescente ad aristas 3 longissimas scabras redacto; glumae 2 uninerviae carinatae ovato-lanceolatae acuminato-subulatae, superior longior rhachi contigua; valvula inferior herbacea oblongo-lanceolata apice trifida, laciniis subulatis, valvula superior lanceolata bifida; ovarium elongatum glabrum; styli 2, stigmata pilis simplicibus plumosa.

1. T. AMERICANA. *Desv.* (Jour. d. Bot. 1813. 67.) Culmo ramosissimo; foliis involuto-setaceis rigidulis; vaginis ore piloso-barbatis. T. juncea *Beauv.* Agr. p. 39. t. 9. f. 4. Domingo.

TRIPLASIS. *Beauv.* Spica composita, ramis alternis simplicibus apice floriferis; spicula 4-flora, flosculis distantibus summo abortivo; glumae 2 membranaceae acutatae; valvulae 2 inaequales, inferior profunde bifida inter lacinias subulatas longissime aristata, superior integra pilosa, reflexa; stylus 2-partitus; stigmata aspergilliformia.

1. T. AMERICANA. *Beauv.* (Agr. t. 16. f. 10.) Racemo laxo; ramulis alternis simplicibus; flosculis pedicellatis. *Poir.* Enc. Ill. t. 912. Am. sptr.

GYMNOPOGON. *Beauv.* Panicula simplex ramis alternis; spiculae biflorae rhachi parallelae; glumae 2 carinatae lanceolato-subulatae subaequales, vel inferior brevior, flosculos superantes; hermaphroditus inferior sessilis basi barbatus; superior pedicellatus tabescens minutus aristatus; hermaphroditi valvulae subaequales; inferior cylindraceo-involuta sub apice bilobo aristata, arista recta; superior bicarinata; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2, stigmata penicilliformia, pilis dentatis; caryopsis libera subcylindrica non sulcata.

1. G. RACEMOSUS. *Beauv.* (Agr. t. 9. f. 3.) Culmo adscendente; foliis amplexicaulibus ovato-lanceolatis subtus sulcato-striatis; paniculae radiis setaceis simplicibus erectis; glumis acuminatis; valvulae inferioris nudiusculae seta hac valvula subtriplo — rudimento pseudoflosculoso duplo longiore. Andropogon ambiguus *Michx.* Fl. I. 58. Anthopogon lepturoides *Nutt.* ♃ Am. sptr.

Huc vix dubie referendum genus: Alloiantheros *Rafin.* (in *Seringe* Bull. bot. p. 221): calyx biglumis inaequalis; corolla biglumis aequalis exterior 3-nervia aristata, interior bifida dorso aristata; cum synon. Andropogon aristatus. (Cujus aut?)

2. G. LAEVIS. *Nees.* (Agr. bras. 428.) Radice repente stolonifera; culmo ramosissimo adscendente (pedali); vaginis laxiusculis (infimis marcescentibus) glabris; ligula angustissima; foliis lanceolatis rigidulis (1″ longis, 2‴ latis) basi rotundatis glabris glaucescentibus; racemi flaccidi radiis filiformibus (5—6-pollicaribus) basi nudis, spicularum rudimentis setiformibus sparsim obsitis; glumis subulatis, seta valvulae inferioris hirta hac valvula subtriplo — rudimenti pseudoflosculosi seta duplo longiore. Mühlenbergia spicata *Kunth.* ♃ Brasil.

3. G. FASTIGIATUS. *Nees.* (l. c. 430.) Radice fibrosa

tenui; culmis caespitosis gracilibus simplicibus (pedalibus et ultra); vaginis glabris; ligula brevissima crenulata; foliis lanceolatis (1—1½″ longis, 1—1½‴ latis) acuminatis planis supra scabriusculis; paniculae spicatae radiis (7—11) alternis erecto-patentibus ad angulos scabris (pollicaribus); spiculis disticho alternis; glumis subulatis; seta valvulae inferioris hirtae hac valvula 4-plo longiore, rudimento setiformi nudo flosculo breviore. Variat: seta floris abbreviata. G. brevifolius *Trin.* ♃ Brasil.

4. G. MOLLIS. *Nees.* (l. c. 427.) Radice fibrosa; culmis fasciculatis erectis ramosis (pedalibus) glabris; vaginis pubescentibus ore pilosis; ligula brevissima lacero-ciliolata; foliis linearibus (3—4″ longis, 2‴ latis) acuminatis pubescentibus; spicis axillaribus simplicibus, terminali composita vel digitata; glumis lanceolatis; flosculo fertili rudimentoque basi et apice barbatis, utriusque setis inter se flosculoque aequalibus. ♃ Brasil.

5. G. DISTICHOPHYLLUS. *Steud.* Foliis vaginatis, disticho-patentibus basi ad oras vaginarum pilosis caeterum glabris rigidis e basi cordato-auriculata lanceolatis acutis subpungentibus (1½—3″ longis, 2—3‴ latis); vaginis imbricatis, ligula nulla (vel vix margo angustissimus); paniculae radiis subumbellatis subfastigiatis (4—5-pollicaribus) simplicissimis rigidiusculis; glumis subaequalibus anguste lanceolatis rigidulis acutis carina scabris, flosculum (demtis aristis) superantibus; flosculi perfecti valvula inferiore basi pilosa ex apice vel paulo inferius aristata, arista flosculum aequante; flosculo neutro ad aristam geniculatam redacto. Sciadonardus distichophyllus *Steud.* Flora 1850. p. 229. Agrostis Boeckeleri *Seubert* Hrbr. Texas nr. 128. Louisiana Herbr. *Hartmann* nr. 57. Texas.

6. G. FOLIOSUS. *Nees.* (Agr. bras. 426.) Radice fibrosa; culmo erecto rigido simplici vel ramoso glabro (5—10-pollicari) basi praesertim foliato; foliis e basi plana convolutis strictis rigidis subdistichis brevibus (vix pollicaribus); vagina margine et ore ciliata; spicis 4—6-digitato fasciculatis (1—1½-pollicaribus); glumis lanceolatis angustis acuminatis subaequalibus; valvula flosculi pubescentis fertilis inferiore uniseta, seta valvula 4—5-plo longiore; rudimento flosculi secundi tenui apice bisetoso, setis flosculum 3—4-plo superantibus. Chloris foliosa *Willd* spec. IV. 928. Chloris Aristida *Salzm.* Hrbr. Bahia. Ind. occ. Surinam.

PLEURAPHIS. *Torr.* Flores spicati; spiculae ternae in quavis rhacheos articulo, sessiles basi involucro villoso cinctae, spicula centralis perfecta; glumae 2 uniflorae obovata-cuneatae bifidae 5-setosae; corolla bivalvis hyalina; valvula inferior unisetosa; stamina 3; germen ovatum, styli 2 distincti, stigmata elongata simpliciter plumosa; spiculae laterales masculae; glumae 2, inferior dorso basin versus setigera, valvulae inermes; stamina 3.

1. P. JAMESII. *Torr.* (Ann. Lyc. Nvbo. I. t. 10.) Radice repente, caespitifera; culmo tereti glabro (pedali); foliis convoluto-setaceis glaucis striatis scabris; ligula laciniato-barbulata; spica terminali erecta (1—2-pollicari). *Fendler* Hrbr. nr. 946. ♃ Am. sptr. Mexico.

MELANOCENCHRIS. *Nees.* Racemus gracilis secundus; spiculae sesqui- vel tri-florae (flosculo extremo rudimentali) in rhachi brevi approximatim alternae capitulum involucratum exhibentes; glumae in spiculis infimis 2 aequales, in superioribus (raro omnibus) una bracteaeformis subulata rigida hirsuta flosculis longior membranaceo-marginata; flosculi 2, ubi gluma singula, in axilla glumae et rhachillae, alter interior perfectus sessilis, alter stamineus vel neuter pedicellatus, tertius dum adest, rudimentarius clavatus; valvulae 2 membranaceo-herbaceae, inferior 3-nervia apice bifida-subulata cum seta interjecta longiore apice bifida; flosculus superior conformis minor; squamulae breves subquadratae bidentatae; stamina 3; germen oblongum laeve compressum truncatulum; styli longi filiformes distenti; stigmata angusta brevi puberula; caryopsis libera.

1. M. ROTHIANA. *Nees.* (Ann. of nat. hist. VII. 221.) Culmis caespitosis basi decumbentibus radicantibus filiformibus ad nodos barbatis; foliis brevibus rigidis complicatis apice convolutis mucronatis vaginisque sparsim pilosis; ligula nulla; racemo erecto; spiculis secundis brevibus; aristis fuscescentibus. Pammereullia monoica *Roth* N. pl. sp. 33. Ind. or.

2. M. ROYLEANA. *Nees.* (l. c.) Culmo erecto apice fasciculato; foliis subulatis glabris; flosculis binis, valvula inferiore apice trisecta. Ind. or.

Chloridea nomine tantum nota.

CASIOSTEGA. *Ruprecht.*

ANOMALA. *Rupr.* (Bull. Brux. IX. 2. p. 233. Herb. Galeot. nr. 5703.) ♃ Mexico.

Tribus IX. AVENACEAE. *Kunth.*

Inflorescentia paniculata; spiculae bi- multiflorae; flosculus terminalis saepe abortiens; glumae (magnae) spiculas plus minus cingentes cum valvula inferiore chartaceo membranaceae vel scarioso-rigidulae, haec in pluribus aristata, arista dorsalis aut infra apicem orta et tortilis; valvula apice plerumque bifida aut setigera.

AIRA. *Lin.* Spiculae hermaphroditae bi- raro triflorae; glumae duae subaequales membranaceae carinatae flosculos aequantes vel superantes; valvulae duae herbaceae, inferior nunc supra basin vel dorso aristata, nunc apice integra bifida vel 4-dentata; lodiculae duae membranaceae; stamina 3, ovarium glabrum; stigmata 2 subsessilia terminalia plumosa; caryopsis glabra.

Synopsis specierum.

Sectio I. Aristatae.
- §. 1. Valvula inferior integra; arista dorsalis medio articulata, apice clavata, ad geniculum barbata. Corynephorus. *Beauv.* nr. 1—4.
- §. 2. Valvula inferior apice truncata 3—4-dentata, supra basin breviter aristata; arista paulum tantum inflexa, basi vix torta. Deschampsia. *Beauv.* nr. 5—33.
- §. 3. Valvula inferior bicuspidata, dorso aristata, arista inflexa basi torta. Caryophyllea. nr. 34—47.

Sectio II. Muticae. Airopsis. *Desv.*
- §. 4. Valvula inferior truncata denticulata (non bidentata vel bicuspidata); arista evidentius inflexa, basi torta. Avenella. nr. 48—60.
- §. 5. Catabrosa. *Beauv. Autor.* ex parte. nr. 61—78.
- §. 6. Species quoad sectiones vel omnino minus notae. nr. 79—88.

Sectio I. Aristatae.

§. 1. Corynephorus. *Beauv.*

1. A. CANESCENS. *Lin.* Radice tenui fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis adscendentibus (3—12-pollicaribus) glabris laevibus foliatis; foliis setaceis erectis laevibus rigidulis glaucescentibus; vaginis glabris; ligula lanceolata acuta; paniculae erectae (1—3-pollicaris) coarctatae radiis alternis subbinis ramosis; glumis acutis flosculis subduplo longioribus, his basi pilosis; arista fere basilari, inferne tortili, medio geniculata annulata, apice clavata flores non excedente. *Fl. dan.* t. 1023. *E. Bot.* t. 1190. Corynephorus canescens *Beauv.* Agrost. t. 18.

fig. 2. Weingartneria canescens *Bernh.* Fl. Erf. 51. Europ.

2. A. ARTICULATA. *Desf.* (Fl. Atl. I. t. 13.) Culmis caespitosis ramosis, basi geniculatis subfiliformibus (saepe cum vaginis purpurascentibus, $^1/_3$—1-pedalibus); foliis angustissimis canaliculatis vel convoluto-filiformibus glaucis; paniculae patentissimae radiis oppositis capillaribus; glumis acutis flosculos superantibus, his basi pilosis; arista medio annulata geniculata apice clavato flosculos excedente. A. aetnensis *Presl.* Fl. Sic. I. 44. Prioris var.? ⊙ Ital. Hispan. Afr. septr.

3. A. FASCICULARIS. *Boiss. Reutt.* (Pugil. pl. nov. 123. sub: Corynephorus.) Foliis caulinis e vagina longa latiuscula anguste linearibus abbreviatis, radicalibus setaceis; culmis erectis basi geniculatis; panicula patente tandem contracta; radiis capillaribus trichotomis inferne longe nudis, superne fasciculos oblongos spicularum dense congestarum ferentibus; glumis anguste lineari-lanceolatis inferne viridibus, superne albo-scariosis acutis subinaequalibus; flosculis basi pilis ipsis brevioribus et arista apice clavata ad medium torquata glumas superante instructis, apice acuminatis bifidis; antheris minimis subquadratis. ⊙ A. articulata β gracilis *Desf.* Fl. atl. Gall. austr. Sicil. Hispan. Afr. septr.

4. A. MACRANTHERA. *Boiss. Reutt.* (l. c. 124. sub: Corynephorus.) Foliis brevibus radicalibus setaceis, caulinis e vagina longa angustissima-linearibus; culmis erectis basi geniculatis; paniculae patentis tandem subcontractae radiis abbreviatis tertia parte inferiore nudis, superne laxiuscule spiculiferis; glumis aequalibus violaceo-variegatis lanceolatis apice attenuatis acutis; flosculis basi pilis brevissimis aristaque apice clavata ad medium torquata glumis paulo breviore instructis, superiore pedicellato, valvula inferiore lanceolata acuta, antheris magnis linearibus. Hispania.

§. 2. Deschampsia. *Beauv.*

5. A. CAESPITOSA. *Lin.* Radice dense caespitifera fibrosa; culmis erectis laevibus foliosis (2—4-pedalibus); foliis planis angustis mucronatis rigidiusculis nervosis subtus laevibus supra margineque scabris, radicalibus basi dilatatis vaginantibus; ligula exserta acuta; paniculae patentis (saepe pedalis) radiis semiverticillatis capillaribus ramosissimis; glumis subaequalibus dorso scabris flosculos subaequantibus; valvula inferiore basi e dorso aristata; arista recta brevi vel rarius glumam excedente. *Fl. dan.* t. 240. *Host.* Gram. II. t. 42. Deschampsia caespitosa *Beauv.* Agr. t. 18. fig. 3. *Trin.* Ic. t. 253. Variat: flosculis majoribus muticis, quandoque trifloris. A. alpina *Roth.* ♃ Europ. Sibir. Am. septr.

6. A. WILHELMSII. *Steud.* Culmo erecto simplici (abscisso bipedali) glabro foliato; foliis planis linearibus brevissime acuminatis striatis (4—6″ longis, $1^1/_2$—1‴ latis); ligula elongata lanceolata; paniculae erectae contractae (6—7-pollicaris) radiis ternis inaequalibus superne ramosis striatis; spiculis (flavo-argenteo et luteo-variegatis) lanceolatis bifloris; glumis inaequalibus flosculis brevioribus apice obtusiusculis denticulatis; flosculis basi pilosis; valvula inferiore ex ima basi vel paulo superius aristata, apice denticulata; arista flosculos vix excedente. Caucasia.

7. A. BIEBERSTEINIANA. *Schult.* (Mant. II. 380. sub: Deschampsia.) Culmo erecto gracili ($1^1/_2$-pedali); foliis radicalibus canaliculatis (2—3″ longis, 1‴ latis) rigidulis glaucis, culmeis abbreviatis, vaginis elongatis; paniculae patentis radiis primariis longissimis (violaceis) longe nudis; valvula inferiore basi pilosa, dorso arista ipsam aequante instructa. Aira brevifolia *Bbrst.* Fl. supl. 63. A. caespitosa *Lin.* sec. *Trin.* ♃ Tauria caucas.

8. A. REFRACTA. *Lagasc.* (Gen. diagn. p. 3.) Foliis radicalibus conduplicatis refractis subpungentibus; ligula maxima biaurita acuminata; panicula nutante; valvula inferiore infra medium aristata basi pilosa, arista ipsi subaequali. Iterum A. caespitosa *Lin.* var. *Trin.* ♃ Hispania.

9. A. BOTTNICA. *Whlbg.* (Lapp. t. 4.) Culmo erecto flaccido; foliis conduplicatis filiformibus intus sulcatis abbreviatis rigidulis; paniculae longissimae (usque pedalis) angustissimae radiis paucis simplicibus erectis fere rhachi adpressis (fuscopurpureis); glumis patentibus angustis acuminatissimis flosculos (longe) superantibus; flosculis basi eximie pilosis, secundo longius aristatis; arista tortili flosculos superante. (Non A. montana *Lin.* nec A. caespitosae *Lin.* var.) ♃ Europ. boreal.

10. A. TRIFLORA. *Friwalds.* (Flora 1836. 433.) Foliis linearibus glaucis elongatis; panicula ampla pendula; spiculis 3-floris; flosculis basi aristatis splendentibus subcoloratis. Affinis A. caespitosae *Lin.* ♃ Turcia Europ. Alpes.

11. A. JUNCEA. *Vill.* (Delph. p. 86.) Culmo 1—2-nodo (pedali) 1—2-foliato; foliis radicalibus dense caespitosis involuto-setaceis; panicula patente obtusissima (fusca); glumis apice laceris vel dentatis; valvula inferiore flosculi pedicellata apice tricuspidata; arista basilari longitudine calycis (caduca). ♃ Gallia.

12. A. MEDIA. *Gouan.* (Ill. p. 3.) Culmo gracili sub nudo; foliis radicalibus fasciculatis (2-pollicaribus) setaceis; panicula coarctata laxa; flosculis basi pilosis; arista dorsali vel subterminali flosculis breviore. Vix eadem ac praecedens. Gallia austr.

13. A. DISCOLOR. *Thuil.* (Paris. I. 39.) Culmo erecto; foliis radicalibus elongatis fere filiformibus; ligula longissima acuminata; paniculae debilis contractae radiis capillaribus flexuosis; floribus majusculis; glumis violaceis flosculos subalbidos geniculato aristatos aequantibus. A. flexuosa *Lin.* sec. *Dec.* A. media *Gouan.* sec. *Trin.* ♃ Gallia.

14. A. LATIFOLIA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1330. sub: Deschampsia.) Radice valide fibrosa; culmo erecto toto vaginis tecto ($1^1/_2$-pedali); vaginis foliisque striatis glabris laevibus; his lineari-lanceolatis planis culmi fere longitudine (1—$2^1/_2$‴ latis) acuminatis; ligula longe exserta lanceolata acuta; paniculae (basi saepe vaginae suprema subinclusae, 5—7-pollicaris) radiis inferioribus pluribus semiverticillatis sursum ramosis capillaribus, superioribus solitariis; spiculis (violaceo et luteo variegatis) majusculis; glumis acutis longioribus; flosculis basi pilosis; arista basilari eos aequante vel superante. Variat: culmo humiliore apice longe nudo, foliis brevioribus; panicula angustata abbreviata; spiculis argenteis. Hrbr. un. it. 4. sub: nr. 555. *Rich.* Fl. Abyss. II. 413. ♃ Abyssinia.

15. A. AMBIGUA. *Michx.* (Fl. am. 1. 61.) Foliis subsetaceis; panicula ampla pyramidata; glumis flavescentibus; flosculis basi brevissime aristatis et barbatis. A. caespitosa β. *Pursh.* (*Torrey* Fl. am. omnino neglexit.) ♃ Am. sptr.

16. A. ARISTULATA. *Torrey* (Fl. am. 138.) Culmo erecto paucifoliato (2-pedali); foliis planis striatis erectis margine scabris; vaginis glabris; ligula elongata membranacea; paniculae oblongae pyramidatae patentis radiis (sub-5-nis superioribus 3-nis) capillaribus flexuosis; glumis inaequalibus, inferiore ovata acuta uninervia, carina scabra; flosculis glumas excedentibus, basi pilosis; valvula inferiore truncata laciniata arista dorsali vix exserta. ♃ Am. septr.

17. A. ARCTICA. *Spr.* Culmis simplicibus erectis (3—5-pollicaribus) glabris; foliis involutis subulatis, caulinis abbreviatis; ligula oblonga laciniata; paniculae coarctatae lanceolatae (fusco-purpurascentis) radiis verticillatis laevibus; spiculis 2- raro 3-floris, semper cum rudimento pedicelliformi flosculi alterius; glumis lanceolatis acutissimis scariosis spiculis brevioribus; valvula inferiore basi barbata, apice eroso multidentata, dorso vel infra medium aristata, arista recta valvulam vix vel paulo superante. Variat: flosculis muticis, folio caulino longiore. Des-

champsia brevifolia *R. Br.* in *Parrey* Voy, app. 291. Ins. Melville.

18. A. LABRADORICA. *Steud.* Culmo erecto tenui glabro sursum longe nudo (subpedali); foliis planis angustissimis ($1\frac{1}{2}$—2″ longis, $\frac{1}{2}$‴ latis) linearibus obtusiusculis striatis margine scabris; ligula exserta latiuscula denticulata; paniculae erectae (2-pollicaris) patulae radiis ternis apice trichotomis, radiolis 1—3-floris; spiculis oblongo-lanceolatis bifloris; glumis subaequalibus acutissimis (violaceo et sordide-flavido-variis) glabris carina scabris flosculos superantibus; valvula inferiore basi brevi et rariter pilosa, apice integra obtusiuscula; arista dorsali glumas parum superante. Labrador.

19. A. LENDIGERA. *Lagasc.* (Gen. diagn. p. 3.) Culmo erecto (4—12-pollicari); foliis lineari-setaceis laevibus; paniculae primo contractae dein patentis trichotomo-ramosae radiis iterum trichotomis; spiculis parvis (albo nitidis) bifloris; glumis flosculos aequantibus; valvulis apice irregulariter denticulatis, basi pilis raris brevissimis stipatis; valvula inferiore infra apicem aristata, arista flosculos excedente. ⊙ Hispania.

20. A. PULCHELLA. *Willd.* (En. 101.) Culmo tenuissimo (spithamaeo); vaginis glabris; ligula obtusa brevi; foliis compresso-angustissimis ($\frac{1}{2}$-pollicaribus); panicula tenera plus minus patente ($1\frac{1}{2}$—3-pollicari); radiis binis capillaribus a medio trichotomis; spiculis linealibus (aeneo-coloratis); pilis calli rhacheosque obsoletis; glumis subenerviis; valvula inferiore suberoso integriuscula supra medium aristulata; arista recta glumas $\frac{1}{3}$ excedente. *Trin.* Ic. t. 260. Deschampsia pulchella *Trin.* Act. Petr. VI. 2. p. 7. Eur. austr.

21. A. AUSTRALIS. *Nees.* (mpt. sub: Deschampsia.) Foliis convoluto-filiformibus rigidis elongatis; panicula coarctata lanceolata, pedicellis scabris; spiculis majusculis ($2\frac{1}{2}$‴ longis, pallide viridibus) scabris; flosculis apicem versus scabris basi haud villosis, axi tantummodo hirsuto et ad flosculi basin barbato; arista stricta valvulam superante. Ins. Owyhee.

22. A. GRANDIFLORA. *Nees.* (mspt. sub: Deschampsia.) Culmo erecto? (bipedali); foliis linearibus striatis laevibus strictis culmo brevioribus, inferioribus complicatis; ligula longa bifida; paniculae laxae patulae radiis fasciculatis laeviusculis, longioribus cujusque fasciculi trans medium divisis; axi et pedicello sterili pilis canis hirsutis; spiculis laevibus (3‴ longis); arista dorsali media stricta valvulam acute 4-dentatam aequante, utraque valvula 4-dentata; rhachillae pilis ad $\frac{1}{3}$ valvulae pertingentibus. Terra ignis.

23. A. BERTERONIANA. *Trin.* (Acta Petr. VI. 2. p. 10. sub: Deschampsia.) Radice fibrosa tenui; culmo basi plus minus ramoso erecto (variae longitudinis a 5-pollicari ad $1\frac{1}{2}$-pedalem), tenui striato glabro; foliis angustissimis planis (vix $\frac{1}{4}$‴ latis) culmeis remotis paucis; ligula longe exserta lanceolata acuta; paniculae elongatae laxae radiis 2—5-nis, supremis solitariis inaequalibus scabris; spiculis bifloris; glumis lanceolatis, acutis carina scabris flosculos superantibus; valvula inferiore apice breviter bifido-setosa infra apicem denticulata, basi pilosa, pilis ipsa duplo brevioribus; arista basilari basi torta, medio geniculata flosculos longe excedente. Trisetum Berteronianum *Kunth.* Gram. II. t. 142. Re vera species transitum in hoc genus formans *Bertero* nr. 30. 271. et 782. ⊙ Chili.

24. A. GAYANA. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo basi ramuloso; foliis angustissimis planis, ligula longe exserta lanceolata; paniculae coarctatae ovatae radiis abbreviatis pilosis scabris; spiculis bifloris (apice pulchre rubentibus); glumis lanceolatis acutis carina scabriusculis, flosculos superantibus; valvula inferiore apice pluridentata, dentibus inaequalibus, basi pilosa, pilis ipsam aequantibus; arista basilari recta (non geniculata, nec torta) flosculos excedente. Trisetum Berteronianum *Steud.* in Hrbo. *Deless.* cujus forsan varietas alpina. ⊙ *Gay* legit in Cordileras. Chili.

25. A. PULCHRA. *Nees. Meyen* (N. act. N. C. XVII. supl. 2. 156. sub: Deschampsia.) Culmo erecto (2—3-pedali) foliis brevibus (2″ longis) convolutis scabris; vaginis striatis laevibus; ligula elongata acuta; paniculae ramis 2—5 gracilibus; spiculis albo-purpureo-aureo-que variis; glumis subaequalibus flosculos aequantibus; stipite flosculi superioris dimidium fere flosculum aequante sub flosculis longiuscule piloso; valvula inferiore apice praemorso-dentata mutica; arista vel nulla vel rudimentaria. ♃ Chili.

26. A. KINGII. *Hook. fil.* (Antarct. voy. 376. t. 136.) Glaberrima elata (2—4-pedalis); culmis caespitosis erectis simplicibus 2—3-nodosis; ligula oblonga scariosa alba; vaginis striatis; foliis anguste linearibus glaberrimis striatis, marginibus siccitate involutis; panicula elongata effusa, radiis gracilibus verticillatis; glumis lanceolatis acuminatis albidis nitidis vix puberulis ter longioribus quam flosculi pedicellati; valvula inferiore basi longe et dense sericeo-barbata, apice truncata vix bifida, irregulariter 4-dentata puberula obscure 3-nervia, nervo intermedio supra medium in aristam rectam valvula paulo longiorem desinente, valvula superiore bifida. Fret. Magellan.

27. A. MAGELLANICA. *Hook. fil.* (l. c. t. 134.) Puberula; culmis erectis basi caespitosis simplicibus (6—8-pollicaribus) foliatis; vaginis striatis glabratis; ligula brevi ovata obtusa; foliis planis latiusculis flaccidis lineari-lanceolatis supra puberulis; panicula effusa pauciflora; rhachi radiisque elongatis pubescenti-scaberulis; glumis ovato-lanceolatis acuminatis subaequalibus pubescentibus dorso scabridis flosculos stipitatos superantibus, superiore basi trinervia; valvula inferiore late ovata basi sericeo-barbata puberula 5-nervia, nervo intermedio infra apicem irregulariter 4-dentatum in aristam strictam glumis inclusam desinente. Magellan.

28. A. LAEVIS. *Brot.* (Fl. Lusit. 90.) Radice fibrosa; culmo erecto glabro striato (4—7-pollicari); foliis planis subcarinatis scabriusculis; ligula membranacea elongata fissa; paniculae ovatae laxae radiis divaricatis laevibus; spiculis receptaculo tuberculato-turbinato insidentibus glaberrimis obtusis; glumis subaequalibus lanceolatis obtusiusculis margine membranaceis (sordide-albidis), paulo brevioribus quam flosculi basi vix pubescentes; valvula inferiore apice obtusa denticulata paulo infra apicem aristata; arista quam valvula dimidio breviore erecta. ⊙ Lusitania.

29. A. ALBA. *Vahl.* (in *R. S.* Syst. II. 688.) Culmo tereti laevissimo (pedali); vaginis profunde striatis glabris; foliis erectis patentibus convolutis, culmeis setaceo-subulatis striatis scaberrimis; ligula biaurita; paniculae erectae laxiusculae (3-pollicaris) radiis 5—7 flexuosis erectis pedunculisque incrassatis hispidulis; spiculis 5—7 in singulo radio ovato-oblongis; glumis inaequalibus lanceolato-compressis apice denticulato-laceris minoribus quam flosculi basi pilosi; valvula inferiore apice dentato-lacera, arista fere basilari exserta. Groenland.

30. A. NITIDA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 251. sub: Deschampsia.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis striatulis totis vaginis tectis teretibus (4—6-pollicaribus) vaginisque glabris; ligula elongata bipartita; foliis convoluto-setaceis mollibus glabris; panicula contracta erecta (vix 2-pollicari), radiis alternatim binatis flexuosis scabris; glumis inaequalibus ovato-lanceolatis acutissimis, superiore flosculos superante; valvula inferiore 4-dentata, arista sub medio exoriente, recta flosculum aequante; valvula superiore ovali bidentata. ♃ Mexico.

31. A. CALYCINA. *Presl.* (l. c. sub: Deschampsia.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmis erectis geniculatis tenuibus (4—9-pollicaribus) vaginisque glabris; ligula lineari-lanceolata; foliis convoluto-setaceis glabris (polli-

caribus); panicula patente laxa, radiis alternis binatis; spiculis 3—4-linealibus; glumis lanceolatis acutis scabris 3-nerviis parum inaequalibus flosculum superantibus; valvula inferiore 5-dentata, arista basilari geniculata flosculos excedente. ♃ Peru.

32. A. HOLCIFORMIS. *Presl.* (l. c. sub: Deschampsia.) Radice fibrosa; culmo erecto tereti striato sub nodis scabro caeterum glabro (1½-pedali); ligula bilacinulata; foliis linearibus convoluto-setaceis culmum subaequantibus; panicula contracta erecta (6-pollicari); ramis alternatim fasciculatis erectis patentibus scabris; glumis lanceolatis acutis aequalibus flosculo brevioribus, valvula inferiore tridentata, arista dorsali recta flosculo breviore. ♃ — —

33. A. MADERASPATANA. *Nees.* (mpt.) Foliis setaceo-scabris; panicula angusta; glumis quam flosculi duplo longioribus superne- flosculisque punctulato-scabris; arista prope basin inserta collari medio cincta glumas haud excedente; valvula infera integra. ♃ Madras.

§. 3. Caryophylleae.

34. A. PRAECOX. *Lin.* Radice parva fibrosa; culmis erectis laevibus foliosis (2—4 raro 8—9″ altis); foliis setaceis; vaginis caulinis inflatis angulatis nervosis laevibus; ligula obtusa; panicula oblonga spicaeformi conferta erecta (vix pollicari); spiculis bifloris (albido-virescentibus nitidis); glumis aequalibus dorso scabris flosculos superantibus; flosculis dorso aristatis, arista setacea geniculata flosculos excedente. *Curt.* Lond. 3. t. 3. *Fl. dan.* t. 383. *Reichb.* Ic. f. 1675. ⊙ Europ. Am. sptr.

35. A. CARYOPHYLLEA. *Lin.* Radice fibrosa parva; culmo basi ramoso glabro foliato (½—1½-pedali); foliis setaceis, inferioribus longioribus emarcidis, caulinis longius vaginatis, vaginis subinflatis; ligula elongata lanceolata; paniculae patentis radiis trichotomis divaricatis; spiculis bifloris in radiolorum apice congestis (purpureo-argenteis nitidis); glumis scariosis flore longioribus dorso scabris; valvula inferiore apice bicuspidata; arista dorsali geniculata flosculos excedente. *Fl. d.* t. 382. *E. Bot.* t. 812. *Host.* Gram. II. t. 44. *Beauv.* Agrost. t. 18. f. 4. *Reichb.* Ic. II. t. 1676. *Kunth.* Supl. t. 18. f. 2. ⊙ Eur. As. Afr. Amer.

36. A. HOSTII. *Steud.* Radice fibrosa; culmis erectis subteretibus superne scabris simplicibus vel ramosis; foliis canaliculatis scabris; ligula oblonga acuminata laevi; paniculae patentis rhachi radiisque aculeolato-exasperatis; spiculis ovatis bifloris; glumis acutis carina scabris ad oras ciliatis flosculo longioribus; valvula inferiore apice bifida, dorso scabra, supra basin aristata, inferiore bifida ad nervos scabriuscula. A. canescens *Host.* Gram. IV. t. 36. non *Lin.* Praecedentis var. *Trin.* ⊙ Bohem.

37. A. MULTICAULIS. *Dumort.* (Agrostgr. belg. t. 7. f. 28.) Dense caespitosa; culmis pluribus simplicibus (pedalibus et ultra) cum vaginis foliisque scaberrimis; paniculae erectae contractae radiis 1—2-nis ramosis remotiusculis; glumis ovatis subaequalibus obtusiusculis superantibus flosculos binos quorum superior stipitatus; valvula inferiore apice bicuspidata basi pilosa e dorso aristata; arista dorsali basi torta medio geniculata flosculos excedente. (Diagnosis partim ex icone.) A. caryophyllea *Lin.* var. *Trin.* ⊙ Belgium.

38. A. CAPILLARIS. *Host.* (Gram. IV. t. 35.) Radice fibrosa; culmo erecto basi geniculato sursum scabriusculo; foliis canaliculato-setaceis brevibus; vagina suprema inflata involvente paniculam ramosissimam; radiis capillaribus subtrichotomis primum contractis dein patentissimis; spiculis bifloris aequaliter sparsis, pedicellis elongatis plerumque spicula pluries longioribus; glumis flosculos superantibus; valvula inferiore mutica apice bicuspidata, superiore infra medium dorsi aristata, arista flosculos excedente. A. elegans *Willd.* Avena capillaris *Mert. Koch.* ⊙ Eur. austr.

39. A. NOTARISIANA. (*Steud.*) Foliis vaginisque scabris; panicula trichotoma demum divaricata; pedicellis omnibus spicula multoties longioribus tenuissimis flexuosis; glumis apice attenuato-acuminatis integris vel denticulatis; flosculis omnibus aristatis. A. ambigua *Notaris* Linn. XIX. 397. ⊙ Genua.

40. A. SETACEA. *Retz.* (Observ. III. 10.) Glabra pallida; foliis setaceis; panicula diffusa; spiculis 2—3-floris; glumis subaequalibus margine diaphanis; flosculis basi pilosis, inferiore mutico, superiore breviter aristato. ♃ Europ.

41. A. CUPANIANA. *Guss.* (*Parlat.* Giorn. I. 175.) Radice fibrosa capillari albida; culmo solitario erecto simplici vel basi ramoso (½—1-pedali); foliis convolutis setaceis brevibus; ligula acutiuscula; vaginis scabris; panicula capillari trichotoma ramosa patente, ramulis brevissimis; spiculis approximatis; glumis erosulis obtusis saepe cum acumine, carina scabriusculis; flosculis scabriusculis, altero mutico, altero aristato; arista calyce duplo longiore; valvula inferiore brevissime bifida. A. capillaris *Guss.* Fl. Sic. 145. ⊙ Sicilia.

42. A. DANTHONIOIDES. *Trin.* (Act. Petrop. 1830. 57.) Caespitosa; foliis angustissimis; glumis perianthia inaequaliter denticulata dorso aristata superantibus, arista geniculata glumis longiore. An A. calycina *Presl.?* Am. bor. occ.

43. A. ACUTIGLUMA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici (pedali et ultra) foliato glabro; vaginis striatulis; foliis planis angustisssimis (2—5″ longis, ½—¾‴ latis) linearibus brevissime acuminatis scabriusculis; ligula exserta acuta; paniculae erectae (4—5-pollicaris) lucidae radiis divaricatis repetito-trichotomis plerumque 1—2-spiculatis; spiculis bifloris; glumis lanceolatis acutissimis flosculos superantibus; valvula inferiore apice 5-nervia bicuspidata, paulo infra apicem aristata; arista recta glumas excedente. Aira an caryophyllea diversa. *Bert.* hrbr. chil. nr. 31. ⊙ Chili.

44. A. LATIGLUMA. *Steud.* Radice tenuissime fibrosa; culmo humili (2—6-pollicari) ima basi (non ita caespitoso quam) ramoso; foliis angustissime linearibus vel convolutis; vaginis laxiusculis striatis; ligula lineari-lanceolata elongata; paniculae erectae subcontractae radiis rectis subbinis sursum ramulosis; radiolis flexuosis tenuissimis; spiculis ovatis bifloris; glumis late-ovatis flosculos fere duplo superantibus obtusis brevissime mucronulatis (aureo- flavido- et albido-flavescenti-variis); valvula inferiore apice attenuata subcurvata brevissime bi- (raro pluri-) setosa, infra apicem aristata, arista flosculos excedente. A. caryophyllea *Hochst.* Hrbr. abyss. nr. 546. Plantae Linnaeanae forsam varietas, cum specimina capensia formas repraesentent intermedias. ⊙ Abyssin.

45. A. PICTIGLUMA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici erecto foliato vaginato (6—9-pollicari); vaginis striatis subtumidulis ore puberulis vel cum ligula ciliatis; foliis angustis subconvolutis (1—3″ longis, vix ultra ½‴ latis) apice setaceis; panicula contracta densa (1½-pollicari), radiis solitariis — ternis 4—6-spiculatis; glumis bifloris flosculos multo superantibus acutis nitidis (basi violaceis, carina viridula, apice flavido-albidis); flosculis basi fasciculato-pilosis, valvulis sparsim pilosis (viridi-violaceis), apice bisetosis et infra apicem aristatis, arista medio geniculata, basi vix torta glumas parum excedente. In collectione a *Schimpero* Argentoratum missa. Abyssinia.

46. A. ANTARCTICA. *Hook fil.* (Antarct. voy. 377. t. 133.) Culmis dense caespitosis humilibus (1—3″ longis) erectis vel procumbentibus foliosis; foliis longe vaginantibus lineari-subulatis margine involutis; panicula maxima (4—6-pollicari) effusissima; radiis fasciculatis capillaribus pedicellisque elongatis scabriusculis; spiculis lanceolatis angustis fere ¼ uncialibus, 1—2-floris, setulaque flosculi tertii auctis; glumis lanceolatis cariua scabridis margine

(sub lente) ciliatis, acutis flosculos superantibus; valvula inferiore profunde bifida fere bicuspidata, sinu quadrato bidentata, basi aristata, arista recta glumas paulo superante. Ins. Falckl. Kerguel.

47. A. PARVULA. *Hook. fil.* (l. c.) Caespitosa puberula vel glabrata; culmis erectis basi fibrosis et pluries divisis rigidiusculis (3—5-pollicaribus) foliatis; foliis setaceis culmo brevioribus; ligula valde elongata scariosa acuminata; panicula erecta contracta subsimplici pauciflora, radiis brevibus spiculisque erectis; glumis lanceolatis acuminatis flosculos pedicellatos triplo superantibus; valvula inferiore late ovata basi barbata, apice bifida inter segmenta acute bidentata, dorso supra basin aristata, arista geniculata glumas vix excedente. Ins. Hermite. Prom. Horn.

§. 4. Avenella.

48. A. FLEXUOSA. *Lin.* Radice fibrosa, fibris (in aridis) pilosis; culmo erecto nudiusculo laevi ($^1/_2$—2-pedali); foliis angustissimis subsetaceis tereti-filiformibus solidis; ligula breviuscula truncata quandoque bifida; paniculae patentis nutantis trichotomo-ramosae radiis scabris flexuosis, radiolis alternis; glumis inaequalibus lanceolatis acutis bifloris quam flosculi brevioribus; flosculis basi pilosis; arista geniculata fere e basi valvulae inferioris hanc excedente. *Fl. dan.* t. 157. *Host.* Gram. 2. t. 43. *Schreb.* Gram. 2. t. 30. *E. Bot.* t. 1519. A. collina *Dumort.* Avena flexuosa *Leers.* Hrbor. t. 5. fig. 1. Variat: foliis strictis erectis rigidioribus; paniculae radiis brevioribus erectis. *Welwitsch* Hrbr. 1851. nr. 435. ♃ Eur. As. Am. sptr.

49. A. ULIGINOSA. *Weih.* et *Boengh.* (Fl. Monast. 25.) Radice fibrosa; foliis angustissimis planiusculis vel complicato-setaceis; ligula lanceolata acuminata; paniculae primum contractiusculae demum patentis trichotomo-ramosae radiis erectis vix flexuosis; glumis obovatis obtusiusculis subaequalibus flosculos fere aequantibus 3-floris, flosculo tertio rudimentario sed etiam aristulato; fertilibus basi pilosis fere a basi aristatis; pedicello flosculi superioris fere dimidia ipsius longitudine. *Reichb.* Ic. II. fig. 280. ♃ Germ. bor.

50. A. MONTANA. *Lin.* Culmo erecto ($1^1/_2$—2-pedali); foliis setaceis, radicalibus plurimis, caulinis paucis; paniculae angustatae erectae radiis flexuosis demum patulis; spiculis subovatis (quam in A. flexuosa duplo majoribus); flosculis basi pilosis aristatis, arista tortili flosculos excedente. *Stillingfl.* Gram. t. 4. A. bottnica *Whlbrg.* Lapp. I. t. 4. Deschampsia bottnica *Trin.* Fund. 158. Deschampsiae caespitosae var. b. *Trin.* Act. Petr. VI. 2. p. 8. ♃ Europ. bor.

51. A. CORSICA. *Tausch.* (Flora 1837. p. 102.) Foliis subulato-convolutis; panicula elongata attenuata stricta; spiculis bifloris; glumis ovatis acutiusculis quam flosculi brevioribus; his basi pilosis aristatisque, arista exserta rectiuscula. Corsica.

52. A. ALPINA. *Lin.* Culmo crassiusculo stricto (2-pedali); foliis caespitosis convoluto-setaceis rigidulis brevibus; paniculae densae radiis laevibus, inferioribus (saepius viviparis) laxis pendulis, superioribus erectiusculis; spiculis (quam in A. caespitosa) majoribus (violaceo-fuscis); glumis subaeqealibus acuminatis laevibus aequantibus flosculos sessiles basi pilosos; arista inferioris infra apicem bifidum, valvulam vix superante, superioris arista terminali brevissima. *Wahlbg.* Lapp. t. 3. *Trin.* Ic. t. 22. A. laevigata *Smith.* E. B. t. 2102. A. caespitosa *Lin.* var. *Trin.* Act. Petrop. l. c. ♃ Europa bor.

53. A. ATROPURPUREA. *Whlbrg.* (Fl. lap. p. 37.) Culmo erecto (subpedali); foliis planis mollibus tenuibus (1‴ latis); vaginis laxiusculis longis; paniculae divaricatae pauperae radiis subbinis simpliciusculis 5—7-spiculatis; glumis oblongis acutis (atro-purpureis vel violaceis) flosculos duplo superantibus; valvulis integris; arista dorsali geniculata apicem glumae vix attingente. A. alpina *Vahl.* Fl. d. t. 961. Vahlodea atropurpurea *Fries.* Sum. pl. 242. ♃ Lappon.

Character generis Vahlodea: Spiculae bi- multi-florae, floribus omnibus perfectis; flores hermaphroditi: glumae duae herbaceae spiculam longe superantes et includentes; valvulae 2 herbaceo-cartilagineae enerviae acuminatae, inferior dorso tenui aristata; stigmata e latere floris progredientia.

54. A. GLABRATA. *Brot.* (Fl. Lusit. 91.) Radice fibrosa; culmis plurimis (50) caespitosis obliquis vel erectiusculis (2—5-pollicaribus) laevibus glaberrimis; foliis planis glabris supra et margine scabriusculis; vaginis longis striatis glabris; ligula elongata albido-membranacea; panicula ovata laxa, florente patente antea et postea contracta (1—$1^1/_2$-pollicari); glumis lanceolatis glabris laevibus flosculos subaequantibus; corollis ad apicem usque glaberrimis; valvula inferiore apice crenulata subtruncata infra dorsum aristata, arista reflexa flosculos excedente; valvula superiore fere aequilonga subtruncata. ⊙ Lusitania.

55. A. INVOLUCRATA. *Cav.* (Icon. t. 44. f. 1.) Culmo erecto gracili (9—12-pollicari); vaginis scabriusculis; ligula exserta (2-lineali); foliis compresso-angustissimis glabris (sub-2-pollicaribus); panicula patente vel patula (4-pollicari); radiis verticillorum inferiorum sterilibus plurimis (sub 20) setiformibus, superioribus binis — septenis fertilibus apicem versus floriferis; glumis parum inaequalibus, flosculis subfasigiatis plerumque paulo brevioribus; pilis calli rhacheosque brevissimis; valvula inferiore brevissime denticulata vel subintegra mutica. *Kunth.* Supl. t. XVIII. t. 1. ⊙ Hispania.

56. A. BAETICA. *Trin.* (Act. Petr. VI. 2. 17.) Culmo simplici (10-pollicari); vaginis sursum scabriusculis; ligula acutiuscula; foliis tenuissimis subconvolutis ($1^1/_2$-pollicaribus) glabris; paniculae contractae (sub 2-pollicaris) radiis superius floriferis, radiis binis ad medium nudis, tum trichotomis, radiolis 1—2-floris; spiculis subultra-linealibus; glumis mucronato-acutiusculis flosculis ($^1/_3$ vel ultra) longioribus; calli pilis brevissimis, rhacheos nullis; valvula inferiore biaciculato brevi-acuta, supra basin aristata, arista glumas superante. Hispan. austr.

57. A. VERSICOLOR. *R. S.* (Syst. II. 679.) Radice fibrosa caespitifera; culmis vaginatis foliosis teretibus (6—9-pollicaribus); vaginis laxiusculis glabris; foliis setaceis, radicalibus (2—3-pollicaribus) patenti-flexuosis; culmis erectis rigidiusculis obtusiusculis; ligula oblonga obtusa; paniculae (1—$1^1/_2$-pollicaris) subcontractae rhachi radiisque subhispidulis, his erectiusculis subadpressis; pedunculis capillaribus flexuoso-tortis; glumis inaequalibus carina aculeolatis margine membranaceis flosculos superantibus; valvulis inaequalibus inferiore ad nervos hispidula, basi pilosa, apice integra; arista tortili paulo supra basin orta, spiculas excedente. Port Egmont. Ins. Falckl.

58. A. DURIUSCULA. *Poir.* (Enc. supl. II. 76.) Caespitosa; culmo rigido humili basi geniculato gracili (3—6-pollicari); foliis brevibus subulato-convolutis; ligula exserta lanceolata; paniculae brevis patentis pedicellis unifloris; spiculis compressis dilatatis (basi purpureis); glumis aequalibus lanceolatis acutis; flosculis binis sessilibus basi pilosis glumas vix aequantibus utrisque aristatis; arista (nigra) corollam parum excedente. — —

59. A. ANOMALA. *Trin.* (Linn. X. 301.) Paniculae thyrsoideae densae radiis a basi floriferis; glumis acuminatis ad carinam denticulato-hirtis flosculo solitario $^1/_4$ longioribus; valvula solitaria biseta, supra basin aristata, arista glumas excedente. (Agrostidea potius videtur.) Andes. Chili.

60. A. VIVIPARA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmis basi geniculatis erectis validulis cum tota planta glauco- vel albido-pallidis (pedalibus et ultra) glaberrimis, vaginis laxis striatis; ligula longe exserta acuminata quandoque apice fissa; foliis angustis planis vel convolutis laevissimis rigidulis glabris (2—4″ longis, $^1/_2$‴ latis);

panicula laxa ampla (½-pedali); radiis subverticillatis 3—5-nis superioribus binis vel solitariis rigidulis erecto-patulis basi longe nudis glaberrimis laevissimis apicem versus plurispicatis; spiculis violaceo flavido aureis (perfectae nullae adsunt); glumis 2 subaequalibus acutis; valvula inferiore brevi aristata caeterum cum reliquis floris partibus in cornua foliacea rigidula complicata acuta (2—6‴ longa) mutata. De Genere vix dubium; species typica ignota. Prope Fridrichsthal Groenlandiae.

Sectio II. Muticae. — Airopsis *Desv.* Catabrosa *Beauv. Autor.* ex parte.

61. A. GLOBOSA. *Thore.* (Journ. de Bot. I. t. 7.) Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculatis erectis glabris (4—8-pollicaribus); vaginis subinflatis striatis (purpurascentibus); foliis involutis striatis rigidulis, caulinis superioribus brevissimis; ligula oblonga apice lacera; paniculae erectae oblongae coarctatae radiis semiverticillatis capillaribus strictis flexuosis; glumis persistentibus hemisphaerico-concavis glabris (albido-nitentibus) flosculos margine ciliatos excedentibas. *Kunth.* supl. t. 18. fig. 3. Milium tenellum *Cav.* Icon. III. t. 274. f. 1. Airopsis globosa *Beauv.* Agr. t. 14. fig. 8. Gallia. Hispania.

62. A. AGROSTIDEA. *Loisl.* (Notic. p. 16.) Radice fibrosa; culmo nunc (juniore) erecto simplici, nunc basi geniculato radicante superne ramoso; foliis planis laevibus lanceolatis vel linearibus; ligula exserta lanceolata acuta; paniculae laxae ovatae (½—2-pollicaris) radiis subbinis, basi nudis superne ramosis capillaribus; spiculis in pedicellis solitariis ovatis obtusis; glumis ovatis concavis flosculos minutos truncatos multo superantibus. *Kunth* supl. t. 18. f. 4. Poa agrostidea *Dec.* Ic. rar. I. t. 1. ♃ ⊙ Gallia austr. Ital.

Hanc speciem in genus propium et species duas distinguit *Parlatore* Giorn. bot. I. p. 170. sc. Antinoria: Spiculae biflorae, floribus hermaphroditis altero sessili altero pedicellato; glumae 2 subaequales ovatae carinatae membranaceae muticae flosculis longiores; valvulae 2 hyalino-membranaceae muticae longitudine aequales, apice truncatae, inferior lata, apice subtriloba nuda, superior linearis; ovarium glabrum; stigmata sessilia plumosa subterminalia; caryopsis ovoideo-triquetra, paleis tecta. — 1. Antinoria insularis *Parlat.* Paniculae ramosissimae diffusae ramis subtrichotomis capillaribus patentibus, glumis laxiusculis in anthesi erecto-patentibus, fructiferis caryopside subduplo longioribus; antheris brevibus. Species ex Sardinia et Sicilia. 2. A. agrostidea *Parlat.* Paniculae ramosae ramis subdichotomis capillaribus erecto-patentibus; glumis laeviusculis quam in praecedente duplo majoribus, in anthesi horizontaliter patentibus, fructiferis caryopside minima multoties longioribus, antheris longis grandibus. Species Gallicae.

63. A. LAGASCAE. *Kunth.* (Gram. I. 99.) Radice fibrosa; culmis pluribus teretibus striatis glabris adscendentibus; vaginis laxiusculis glabris; ligula longissima acuminata; foliis planiusculis apice subconvolutis; paniculae (nunc minimae, nunc 2—3-pollicaris) radiis hispidulis capillaribus subpatentibus flexuosis; glumis patentibus obtusissimis flosculos superantibus. An praecedentis var.? ⊙ Hispan. Corsica.

64. A. MINUTA. *Lin.* Radice fibrosa; culmo simplici erecto filiformi; foliis planis brevibus lanceolatis acutis vaginisque glabris; ligula oblonga obtusa; paniculae patentis radiis capillaribus; spiculis ovatis bifloris; glumis subaequalibus carinatis acutis parum brevioribus quam flosculi; valvula inferiore apice truncata 2—5-denticulata, inferiore fere aequali. *Schreb.* Gram. t. 22. f. 2. Catabrosa minuta *Trin. Kunth.* Supl. t. 25. f. 3. ⊙ Hispan.

65. A. HUMILIS. *Bbrst.* (Fl. taur. cauc. I. 57.) Radice fibrosa caespitifera; caespitibus subbulboso-aggregatis; culmo humili (2—4-pollicari) basi geniculato adscendente; foliis angustissimis planis (½—1‴ latis) glabris; ligula brevissima; paniculae patulae radiis simplicibus paucifloris; glumis subaequalibus acutiusculis quam flosculi mutici brevioribus; valvula inferiore apice membranacea truncata denticulata. Catabrosa bulbosa *Trin.* ♃ Caucas. Persia.

66. A. CATABROSOIDES. *C. Koch.* (Linn. XXI. 406. sub: Poa.) Caespitosa; fasciculis foliorum cum caule florente vaginis inclusis; ligula ovata acuta; ramis paniculae binis denique horizontaliter patentibus; spiculis subbifloris; glumis tenuibus inaequalibus acutis; valvula inferiore inferius pilosa superius diaphana truncata et irregulariter denticulata inferiorem aequante. An praecedentis var.? Montes Pontici. Caucas.

67. A. VARIEGATA. *Boiss.* (N. pl. diagn. 5. 71. sub: Catabrosa.) Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculatis (½-pedalibus); foliis radicalibus brevibus planis obtusis laevibus; ligula brevi obtusa; paniculae aequalis divaricatae radiis patentibus vel deflexis (pollicaribus, purpureis); spiculis (purpureo flavoque variis) bifloris cum flosculi tertii rudimento; glumis subinaequalibus oblongis concavis membranaceis glabris flosculos subaequantibus, inferiore acuta superiore obtusiuscula; flosculo altero sessili, altero in pedicello apice nodoso; valvulis subaequalibus dorso parce puberulis apice truncato denticulatis, inferiore trinervia, superiore basi carinato-binervia. ⊙ Olymp. Bithyn.

68. A. VIOLACEA. *Boiss.* (l. c. 7. 126. sub: Catabrosa.) Radice fibrosa caespitifera; culmis humilibus (2—3-pollicaribus) basi geniculatis tunc erectis glabris; vaginis striatis laxiusculis; ligula exserta obtuse denticulata; foliis angustissimis planis (vix 1″ longis, ½‴ latis) obtusiusculis, caulinis brevissimis; paniculae ovatae (1—1½-pollicaris) radiis ternis, binis supremis solitariis divaricato-patulis simplicibus 1—3-spiculatis; spiculis oblongis 2—3-floris (viridi-albo et violaceo variegatis); glumis inaequalibus, inferiore ovata obtusa apice (plerumque) denticulata, superiore lanceolata utraque flosculis breviore; valvulis subaequalibus apice truncatis denticulatis. ⊙? Hrbr. *Kotschy* nr. 738 et 753. Persia austr.

69. A. PUMILA. *Pursh* (Fl. I. 76.) Radice fibrosa; culmo erecto (vix pollicari) folia plana glabra parum excedente; panicula parva pauciflora; pedicellis brevibus; flosculis obtusis calyce duplo longioribus; valvulis margine membranaceis. ♃ Pensylvania. (Post *Purshium* a nemine visa species, quae secundum *Gray* Poa annua *Lin.*)

70. A. TENUIFOLIA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 256. sub: Catabrosa.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis teretibus (4—5-pollicaribus) vaginisque glabris; foliis angustissime linearibus canaliculatis scabriusculis; paniculae contractae (1½-pollicaris) spicaeformis erectae radiis alternis fasciculatis scabris; spiculis ovatis trifloris; glumis ovatis obtusissimis inaequalibus; valvula inferiore ovata obtusa eroso-emarginata 5-nervia, superiore simili bidentata, utraque glumis longiore. ♃ Chili.

71. A. TRIGLUMIS. *Steud.* Culmo tenui erecto tereti glabro (ultra pedali); foliis angustissimis convolutis vel planis 3—5″ longis, vix ½‴ latis) linearibus brevi acutis laevibus glabris; panicula (e folio supremo basin vaginante exserta) ovato-pyramidata (4—5-pollicari); radiis 4—5-nis subverticillato-approximatis simplicibus laxifloris; spiculis lanceolatis sessilibus; glumis 3, tertia accessoria saepe fugaci vel nulla hyalina, flosculis 2—3-plo breviore, duabus legitimis flosculos aequantibus vel superantibus pallide aureis nitidis bi- raro unifloris; valvulis hyalinis lanceolato-oblongis omnino muticis. Agrostis nova spec. *Seubert* Pl. mex. *Vincenti* nr. 62. Texas.

72. A. PARADOXA. *Steud.* Culmo erecto foliato (pedali et ultra) glabro striato; foliis anguste lanceolatis attenuato-acuminatis planis margine (in sicco) revolutis utrinque puberulis internodio longioribus (3—5″ longis, ½—2‴ latis); panicula (e folio supremo basin vaginante 3-pollicari exserta) erecta composita subcontracta; radiis subbinato fasciculatis; radiolis (pedicellis) capillaribus spicula plerumque longioribus unispiculatis; spiculis obtusis patulis bi- raro abortu unifloris; glumis flosculos sessiles vix superantibus ovatis concavis obtusis subaequalibus nervosis

subpellucidis; valvulis tenuissimis ciliatis, ciliis ex glumis exsertis. Agrostis herbacea *Steud.* in Hrbo. *Lenormand.* Guinea.

73. A. SPECTABILIS. *Steud.* Radice valida fibrosa culmo cum tota planta rufescente erecto tereti stricto simplici glabro foliato (2—3-pedali); vaginis striatis glabris; ligula membranacea plus minus exserta fissa; foliis lineari-lanceolatis planis acuminatis (usque pedalibus et ultra, 2—3''' latis); paniculae laxae patentis amplae compositae radiis 3—4-nis fasciculato-verticillatis remotis radiolisque glaberrimis flexuosis apicem versus floriferis in pedicellos divisis; spiculis ovatis subpatulis 2—3- rarissime 4-floris; glumis ovato-lanceolatis concavis herbaceis subpatulis acutiusculis, margine hyalinis quam flosculi brevioribus; valvulis omnino muticis apice breviter hyalinis obscure denticulatis. An? Arundo airaeformis *Radd.* Osserv. sulla Madera p. 10. at multae notae recedunt. *Kuhl* legit in Madera et (nisi ex errore in altera schedula) in Pr. b. sp.

74. A. GIGANTEA. *Steud.* Radice, culmo foliisque ignotis; panicula maxima (fere bipedali); rhachi rhaceolisque compressiusculis asperulis; radiis subsolitariis (quandoque uno alterove minore auctis) paniculatis subcontractis nutantibus; spiculis patentibus bifloris; glumis flosculos non aequantibus cum valvulis tenui-membranaceis pellucidis rufescentibus; flosculis muticis altero sessili altero pedicellato omnino glabris; valvula inferiore ovata concava integra vel minutissime bifida, inferiore minore acuta. Ex Hrbo. *Mougeot* verosimiliter ex Antillis.

75. A. CONTROVERSA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto gracili (bipedali et ultra) foliato glabro; vaginis tenuissime striatis foliisque glabris; his linearibus angustis (2—4'' longis, vix ultra lineam latis); ligula exserta fissa; paniculae erectae contractae (4—8-pollicaris) radiis subverticillatis erectis supra basin divisis tenuibus; spiculis patentibus bifloris (pallidis); glumis inaequalibus, inferiore lineari-lanceolata angusta, superiore late ovata concava obtusa vel brevissime acuta, utraque carina aculeolato-scabra flosculis fere duplo breviore; flosculo altero sessili, altero pedicellato glabro; valvula inferiore ovata obtusa, raro brevissime mucronulata carina scabriuscula, superiore lineari hyalina apice bifida. A. capillacea *Frank* hrbr. un. it. cum Reboulea gracili mixtae sed vix eadem ac sequens. Ohio. Cincinnati. Miamo. Am. sptr.

76. A. CAPILLACEA. *Lam.* (Ill. 1. 177.) Culmo erecto gracili filiformi (8-pollicari); foliis angustis glabris brevibus; paniculae capillaris maximae effusae laxae radiis in peduculos setaceos unifloros abeuntibus; glumis inaequalibus brevissimis; flosculis binis muticis, altero pedicellato, valvulis corollinis concavis acutis asperis. *Pursh.* Fl. Am. I. 76. (sed *Mühenberg*, *Torrey* et *Gray* non habent.) ♃ Virgin. Carolina.

77. A. FILIFORMIS. *Koenig.* (in *Roxb.* Fl. ind. I. 328.) Glabra erecta pedalis; culmis plerumque nudis teretibus; foliis ensiformibus parvis; paniculis oblongis compositis, racemis simplicibus filiformibus expansis secundis alternis; floribus serie duplici; calycibus bifloris magnis. Ind. or.

78. A. NEUTRALIS. *Raoul.* (Choix d. pl. N. Zeel. 12.) Caespitosa; culmis fasciculatis ($1\frac{1}{2}$—2-pedalibus) ima basi radicantibus et squamis fuscescentibus tectis, simplicibus erectis remote-nodosis foliosis; foliis involutis junciformibus margine asperis rigidulis; ligulis ovatis scariosis auriculato-bilobis; panicula erecta coarctata elongata ramosa; radiis semiverticillatis gracilibus ima basi coalitis; pedicellis subflexuosis scabris; glumis aequalibus ovato lanceolatis glabris; flosculi inferioris pedicello rhachique superioris pilosis; valvula inferiore ovata obscure trinervia apice denticulato-lacera, superiore carinata binervia apice obscure emarginata glabra, arista nulla. N. Zeeland.

§. 5. Species quoad sectiones vel omnino minus notae.

a. *Aristatae.*

79. A. ARGENTEA. *Lowe.* (Trans. Cambr. 4. 1. 9.) Caespitosa; foliis conduplicatis filiformibus compressis; paniculae coarctatae apice nutantis radiis verticillatis scabris; flosculis calycem aequantibus basi pilosis; arista dorsali vel fere basilari recta flosculos duplo excedente. Madera.

80. A TRIARISTATA. *Clarke.* (Reise IV. 197.) Vaginis foliorum ventricosis amplissimis; panicula spicaeformi oblonga; glumis sulcatis villosis; valvula exteriore triaristata. (Potius Triseti species?) Palaestina.

81. A. CHINENSIS. *Retz.* (Observ. 3. 10.) Culmis basi ramosis (pedalibus); foliis glabris brevibus setaceis; panicula erecta brevi; glumis lanceolatis striatis subaequalibus glabris; flosculis aristatis villosis, altero sterili. China.

82. A. TENERA. *Kit.* (in *Schult.* Fl. Austr. I. 199.) Radice fibrosa; culmis erectis; foliis planis; panicula patente; flosculis aristatis glabris calyce longioribus. ⊙ Slavonia.

b. *Muticae*

83. A. PALLESCENS. *Kit.* (in *R. S.* II. 685.) Culmis erectis; foliis glabris acuminatis; panicula laxa contracta; spiculis subtrifloris cuneiformi subovatis; valvulis obtusis, inferiore calycem aequante glabra. Hungaria.

84. A. AEGYLOPSOIDES. *Walt.* (Carolina 78.) Spicis secundis muticis; corollae valvula altera ovata acuminata, altera columnari obtusa. (A *Purshio* omnino neglecta.) Carolina.

85. A. BREVIFOLIA. *Pursh.* (Fl. I. 76.) Culmo stricto glabro nudiusculo; foliis planis; paniculae semiverticillatae patentis radiis simpliciusculis alternifloris; glumis calycem aequantibus valvulisque lanceolatis acutis muticis. Airopsis brevifolia *R. S.* ♃ Vulgatissima in planitiebus Missouri.

86. A. SABULORUM. *Labil.* (N. Caled. t. 21.) Culmo basi radicante; foliis vaginantibus convolutis; paniculae strictae radiis multifloris apice pubescentibus; calycibus corollisque muticis glabris subaequalibus. N. Caledon.

87. A. VIRIDULA. *Poir.* (Enc. Supl. II. 76.) Culmis basi geniculatis (pedalibus et ultra) foliatis; foliis planis glabris laevibus margine scabris; ligula exserta obtusa bifida; paniculae coarctatae subinclinatae radiis verticillatis subsecundis; spiculis parvis (viridi-flavescentibus) glumis subaequalibus acutis; flosculis glabris vix longitudine calycis. (An Glyceriae species?) — —

88. A. SCABRA. *Zuccagn.* (*Roem.* coll. 124.) Culmis erectis subcompressis ramosis (2-pedalibus); foliis planis carinatis apice subulatis margine scabris; ligula elongata integra; paniculae patentis radiis verticillatis radiolisque scabris, his tortuosis unifloris; glumis carina scabris 2- (rarius 4—5-) floris, inaequalibus ovatis acutis; corollae valvulis glabris. (Iterum Glyceriae species?) ♃ — —

TRISETUM. *Pers.* Panicula; spicnlae 2—4-florae; glumae 2 membranaceae muticae; raro aristatae; valvulae 2 herbaceae, inferior apice bicuspidata dorso aristata, superior bicarinata; arista tortilis; stamina 3; ovarium glabrum; stigmata 2 sessilia villoso-plumosa; squamulae 2 glabrae integrae vel lobatae; caryopsis glabra libera.

Specierum ordo.

a. Species Europaeae. nr. 1—27.
b. Species Asiaticae. nr. 28—33.
c. Species Africanae. nr 34—47.
d. Species Americanae. nr. 48—66.
e. Species Australasicae. nr. 67. 68.
Patriae dubiae. nr. 69.

a. *Species Europaeae.*

1. T. OVATUM. *Pers.* Pallide virens 8—12-pollicaris; foliis villosis brevibus; spica terminali ovata densa (quandoque globosa) spiculis compressis 3—5-floris; glumis flosculos subaequantibus apice aristatis; valvula inferiore

5-nervia pilosa 3-aristata, arista media reflexa longiore et crassiore; superiore apice bifida. Trichaeta ovata *Beauv.* Agr. t. XVII. fig. 8. Bromus ovatus *Cav.* ic. 6. t. 591. f. 2. ⊙ Lusitan. Hispan.

2. T. GLACIALE. *Boiss.* (Elench. p. 62.) Radice caespitosa fibrosa; culmis laevibus glabris (3—5-pollicaribus, foliis planis rigidiusculis (sub-2-pollicaribus) obtusiusculis velutinis dorso margineque albo-nervosis, caulinorum vaginis elongatis pilosis limbo brevissimo; panicula spicaeformi ovata vel cylindrica, pedicellis hirsutis; spiculis glabris subbifloris; glumis acutis subaequalibus; valvula inferiore apice bifida, lacinulis lanceolatis mucronatis, aristis flosculos multo superantibus; axi piloso, ovario glabro. ♃ Alpes Hispan.

3. T. SUBSPICATUM. *Beauv.* (Agr. p. 88.) Radice fibrosa; culmo erecto inferne vaginato superne nudo dense pubescente (3—6-pollicari); foliis lineari-lanceolatis acutis (nunc culmum fere aequantibus, nunc 3—4-plo brevioribus, 1—2''' latis); ligula brevi lacinulata; panicula coarctata subspicata ovata vel oblonga ($^1/_2$—1-pollicari), radiis brevibus flexuosis 2—4-spiculiferis; spiculis ovato-lanceolatis compressis (flavo et violaceo variis) 2—3-floris; glumis flosculos subaequantibus acutis; valvula inferiore apice bifida, dorso aristata, arista reflexa calycem excedente. Aira subspicata *Lin. Fl. dan.* t. 228. *Host* Gram. 2. t. 45. *Jacq.* Coll. t. 19. f. 3. Eur. As. Am. bor.

Ab hac specie differe dicitur: T. sibiricum. *Rupr.* Beitr. z. Pfl.-Kunde d. Russ. Reichs II. 65. statura majore, panicula minus densa vix spicata; culmo infra paniculam nec non rhachi et pedicellis spicularum glaberrimis. T. flavescens *Autor.* Fl. Ross.

4. T. AUREUM. *Nees.* (mspt.) Culmo elatiore (1—$1^1/_2$-pedali) infra paniculam cum vaginis glaberrimo; foliis lato linearibus supra pilosis; panicula subspicata; spiculis aureo-fulvis nitidissimis, arista demum reflexa glumas excedente. *Royle* hrbr. nr. 44. ♃ Nepal.

5. T. MORISII. *Trin.* Radice fibrosa; culmo erecto; foliis brevissimis rigidis; panicula subovata; spiculis subquadrifloris; flosculis basi barbatis, glumis eos aequantibus; valvula inferiore apice bifido setigera; arista geniculata. Avena gracilis *Moris* Elench. 1. p. 50. Sardinia.

6. T. MELITENSE. *Steud.* Radice caespitifera; culmis basi dense foliatis (2—4-pollicaribus); foliis linearibus vaginisque tumidulis pubescentibus culmo multo brevioribus, caulinis brevissimis; panicula densa ovata, radiis spiculas 2—4 ferentibus; spiculis bifloris; glumis flosculos subaequantibus glabris carina subscabris, valvula inferiore laciniis brevibus bifida e medio aristata; arista geniculata flosculo fere duplo longiore. T. subspicatum *Beauv.* var.? Malta.

7. T. PARVIFLORUM. *Pers.* Culmo adscendente ($^1/_2$—2-pedali); foliis planis latiusculis striatis pubescentibus, vaginis pilosis; ligula brevi truncata; paniculae pyramidalis radiis semiverticillatis capillaribus scabris; spiculis 2—3-floris (viridi-argenteis nitidis); glumis inaequalibus lanceolato-acuminatis carina-scabris; valvula exteriore majore; arista parum infra apicem inserta flosculis multo longiore; valvula superiore apice truncata lacera. Avena parviflora *Desf.* Fl. Atl. I. t. 32. ⊙ Ital. Afr. septr.

8. T. FRIESIANUM. (*Steud.*) Radice caespitifera; culmis basi denso foliorum fasciculo munitis; foliis infimis pubescentibus; panicula diffusa aequali, deflorata spicaeformi-contracta gracili; radiis spiculas 2—3 ferentibus; spiculis confertis subbifloris; ovario glabro; axi piloso, pilis flore brevioribus, valvula inferiore apice cuspidato-bifida. Avena agrostoidea *Fries* Summa pl. 243. Avena subspicata var. *Laest.* ♃ Scandinavia.

9. T. MICRANTHUM. *R. S.* (Syst. II. 659.) Radice fibrosa; culmo erecto (8—12-pollicari); foliis lineari-lanceolatis pubescentibus, margine remote ciliatis; vaginis pilosis; ligula oblongo-lanceolata lacera; panicula coarctata subsecunda ($^1/_2$—2-pollicari); spiculis nitidis 2—3-floris, flosculis 2 pedicellatis; glumis inaequalibus lanceolatis acutis; valvula inferiore bifida, arista sub apice valvulam duplo superante. Avena parviflora *Willd.* Magaz. 1808. 289. et? *Desf.* sec. *Kunth.* ⊙ Europ. austr.

10. T. CONDENSATUM. *Presl.* (in *Schult.* Mant. 2. 366.) Radice fibrosa; culmo erectiusculo; foliis hirtis; panicula subcontracta; spiculis bifloris glabris; gluma superiore paulo majore; rhachi brevissime pilosa; valvula inferiore bicuspidata supra medium aristata. T. neglectum *Presl.* Fl. sic. T. parviflorum *Desf.* var.? ⊙ Italia infer.

11. T. NEGLECTUM. *Willd.* (Berl. Mag. 2. 289. sub: Avena.) Radice fibrosa; culmo basi ramoso adscendente (3-pollicari usque 2-pedali); vaginis striatis; foliis mollibus planis lanceolatis pilosis; ligula brevi fissa; paniculae dense confertae subsecundae (1—6-pollicaris) radiis nunc solitariis nunc ternis semiverticillatis alternis erectis vel patulis; spiculis compressis (viridi-argenteo-variegatis) 4—6-floris; subpatulis; glumis inaequalibus acuminatis margine albo-membranaceis carina scabris; flosculis basi pilosiusculis; valvula superiore ovata sub medium aristata, inferiore apice bifido setosa; arista flosculos excedente recurva. Avena neglecta *Savi* Pis. t. 1. f. 4. ⊙ Eur. austr.

12. T. CHLORANTHUM. *Link.* (Linn. XVII. 401. sub: Avena.) Caespitosa; culmis erectis (6—8-pollicaribus) vel adscendentibus laevibus glabris; vagina laevissima striata; foliis brevibus planis supra sparsim pilosis; ligula truncata lacera; paniculae condensatae ($1^1/_2$-pollicaris) radiis paucis patentibus; glumis acutis (basi viridi-flavescentibus margine pallidis) quam flosculi longioribus; valvula inferiore apice bisetosa colorata, arista sub articulo torta glumas excedente. ⊙ Graecia.

13. T. LOEFFLINGIANUM. *Beauv.* Culmis pluribus (vix digitalibus); foliis planiusculis, summo ventricoso latiore; panicula coarctata crassa; spiculis bifloris; glumis flosculis longioribus; flosculo altero pedunculato; valvula inferiore apice longe bisetosa, medio dorsi aristata, pilosula. Avena Loefflingiana *Lin.* *Willd* Berl. Mag. 2. t. 8. f. 3. ⊙ Hispania.

14. T. CAVANILLESII. *Trin.* (Act. Petr. I. 63.) Radice fibrosa tenui; culmis basi geniculatis, erectis (3—9-pollicaribus) glabris, apice cum vaginis tumidulis et foliis — planis angustissimis linearibus — pubescentibus; paniculae subspiciformi-contractae lobatae (pollicaris et ultra) axi radiisque pubescentibus; spiculis lanceolatis (albo et viridi variis nitentibus) bifloris; glumis acutis flosculo brevioribus; axi piloso, pilis flosculos subaequantibus; valvulis glabris longe bisetosis, inferiore supra medium aristata, arista geniculata flosculis duplo longiore. Avena Loefflingiana *Cav.* Ic. I. t. 45. f. 1. non *Lin.* ⊙ Vallesia. Italia.

15. T. DUFOUREI. *Boiss.* (Pugil. pl. nov. 122.) Annuum pumilum (5—8-pollicare); foliis linearibus striatis culmoque patulo hispidis; vagina ad seriem pilorum reducta; panicula oblongo-ovata sublobata, radiis pedicellisque villosis rectis brevibus; spiculis lateralibus subsessilibus, terminali breviter pedicellato omnibus bifloris; glumis nitidis flavido-virentibus subinaequalibus carina ciliatis lineari-lanceolatis, basi subattenuatis, apice subangulato-angustatis; axi adpresse et brevissime hirsuto, flosculis glabris; valvula inferiore gluma subbreviore lineari-lanceolata apice in setas 2 scabras ipsa $^1/_3$ breviores abeunte, supra medium dorsum arista geniculata basi contorta setis 2—3-plo longiore instructa, valvula superiore vix breviore anguste lineari margine scabrido-hirtula, apice acute bidentata. ⊙ Hispan. austr.

16. T. ARGENTEUM. *R. S.* Radice repente; culmis (subcaespitosis) basi ramosis geniculatis vel erectis ($^3/_4$—$1^1/_2$-pedalibus) tenuissime pubescentibus (vel glabratis); foliis linearibus planis patentibus; ligula brevissima truncata ciliolata; paniculae diffusae aequalis radiis inaequalibus pubescentibus 1—3-spiculatis; spiculis subtrifloris pa-

tentibus; glumis inaequalibus acutis; axi piloso, pilis flosculos (inferiores) dimidio (supremum fere) aequantibus; valvula inferiore breviter setaceo-bicuspidata herbacea (viridi-luteo-variegata); superiore hyalina pellucida argentea apice dentata vel cuspidata; arista supra medium orta flosculis subduplo longiore geniculata. Avena distichophylla *Host.* Gram. 2. t. 53. ♃ Alp. rhaet. noric.

17. T. BREVIFOLIUM. *Host.* (Gram. 3. t. 40. sub: Avena.) Radice gracili repente: culmo basi geniculato ramoso humili (4—6-pollicari) glabro; foliis lanceolatis dense- vel cum vaginis obsoletius villosis brevibus (½—1″ longis, 1—1¼‴ latis); ligula brevissima truncata; paniculae erectae (sub-pollicaris) pauciflorae radiis eretis plerumque 1- rarius 2-spiculatis; spiculis lanceolatis (flavo et violaceo variis vix apertis) bifloris; axi piloso; pilis flosculum superius aequantibus, inferiore duplo brevioribus; valvula inferiore breve bicuspidata herbacea, superiore hyalina apice dentata vel cuspidata; arista supra medium orta flosculis subduplo longiore, geniculata. Avena distichophylla *Vill.* delph. II. t. 4. f. 4. Prioris var. *Koch.* ♃ Alp. Tyrol. Austr. Valles. Galliae.

18. T. AGROSTOIDES. *Griseb.* (Flor. Rumel. II. 454. sub: Avena.) Radice fibrosa simplici; culmo subsolitario stricto (1—1½-pedali) tenui, foliisque convoluto-setaceis glabris erectiusculis; ligula protensa; panicula aequali oblongata (2—4″ longa, ½″ lata) pallide virente nitente, radiis semiverticillatis decompositis; spiculis minutis bifloris gluma majore trinervia superatis; arista dorsali, valvula inferiore oblongo-lanceolata in acumen breviter bicuspidatum attenuata, inferne ciliolata uninervia, axi ad floris basin brevissime ciliato. T. airoides var. *Turczn.* hrbr. ⊙ Thracia.

19. T. MYRIANTHUM. *Bertol.* (Fl. ital. I. 722. sub: Avena.) Radice tenui-fibrosa ramosissima; culmis caespitosis adscendentibus (½—2-pedalibus) teretibus striatis glabris; foliis anguste linearibus acuminatis extus glabris intus tenuissime puberulis margine scabridis, vaginis striatis glabris laxiusculis; ligula exserta elongata; panicula ramosissima multiflora; spiculis minutis; glumis subaequalibus flosculos parum superantibus; valvula exteriore e medio aristata. Mediolanum.

20. T. TENUE. *R. S.* Radice fibrosa; culmo basi procumbente vel erecto (1—1½-pedali); foliis linearibus planis (siccis convolutis) pubescentibus vel cum vaginis glabris; ligula elongata acutiuscula demum fissa; paniculae aequalis radiis 2—3-nis filiformibus flexuosis ramulosis; spiculis lanceolatis teretiusculis subtrifloris; glumis inaequalibus lanceolatis inferiore 7- superiore 9-nervia; flosculis calyce longioribus, inferiore apice uniaristato, reliquis apice cuspidato-biaristatis, dorsoque aristato; arista tortili geniculata flosculis duplo longiore. Avena tenuis *Maench. Host.* Gram. II. t. 55. ⊙ Europ. Iberia.

21. T. VIRESCENS. *Nees.* (mspt.) Culmo validulo majusculo; foliis latis (3—4‴ et 1′ longis) scabris; panicula aequali laxa valde expansa; spiculis subtrifloris (6—7‴ longis) pallide e glauco viridibus; rhachilla pilosa ad geniculos dense barbata; flosculis glumas excedentibus; valvula inferiore 7-nervia laevi. *Royle* hrbr. nr. 137. 138. ⊙ Ind. or.

22. T. FLAVESCENS. *Lin.* (sub: Avena.) Radice fibrosa plus minus repente; culmo basi subgeniculato vel erecto (1½—3-pedali) glabro infra geniculos (saepe) pubescente; foliis linearibus molliter pilosis; ligula brevissima truncata ciliata; paniculae aequalis erectae vel cernuae radiis capillaribus ramosis flexuosis; spiculis oblongis subtrifloris; flosculis demum remotis, basi brevissime pilosis, calyce longioribus; glumis lanceolatis acuminatis inaequalibus, inforiore 1- superiore 3-nervia; valvula inferiore apice aristaeformi-bifida supra medium dorsi aristata, arista geniculata flosculum excedente. *Schreb.* Gram. t. 9. *Host.* Gram. 3. t. 38. *Beauv.* Agr. t. 18. f. 1. *Kunth.* Supl. t. 19. f. 2. *E. Bot.* t. 952. ♃ Eur. As. Am. sptr.

23. T. ALPESTRE. *Schrad.* (Germ. I. 379. sub: Avena.) Radice fibrosa caespitifera; culmo tenui erecto tereti (3—8-pollicari); foliis linearibus vaginisque pubescentibus; ligula brevissima truncata denticulata; paniculae aequalis radiis 4—3—2-nis inaequalibus erecto-patulis; spiculis 3—4-floris (ex flavescenti purpureo et viridi variis); flosculis calycem excedentibus basi axique pilosis; valvula inferiore apice breviter bisetosa, infra apicem tenui aristata, arista flosculos excedente. *Host.* Gram. 3. t. 39. Avena triaristata *Vill.* Delph. 2. t. 4. ♃ Alp. Eur. Variat: flosculis axique vix pilosis. T. subspicatum *Turcz.* Alp. Baical.

24. T. VELUTINUM. *Boiss.* (Elench. 92.) Radice fibrosa; culmis adscendentibus (1—2-pedalibus) foliosis; foliis omnibus caulinis dense velutino tomentosis, limbo plano rigide-patulo acuto; ligula brevissima truncata pilosa; paniculae contractae spicaeformis radiis hirtulis; spiculis trifloris glabris; glumis inaequalibus acutis; valvula inferiore apice bifida; arista refracta flores duplo superante; axi piloso; ovario glabro. ♃ Alp. Hispan.

25. T. TRANSYLVANICUM. *Steud.* Radice repente; culmo basi subgeniculato vel erecto (1—1½-pedali) tenuiculo glabro; foliis linearibus planis laevibus glabris; caulinis (1—2) erectis longe acuminatis; ligula latiuscula fissa; paniculae aequalis erectae vel apice cernuae radiis rectis inaequalibus ramosis; spiculis oblongis bifloris (flavescenti-albidis); glumis inaequalibus, inferiore lanceolata acuta, superiore majore ovata obtusa vel rarius brevi-acuminata flosculos subaequante; valvula inferiore apice aristaeformi-bifida, supra medium aristata, arista geniculata flosculo fere duplo longiore. T. tenue *Baumg.* hrbr. ♃? Transylv.

26. T. VILLOSUM. *Bertol.* (in *R. S.* Mant. 2. 368.) Radice fibrosa; culmis caespitosis (6—9-pollicaribus) molliter deflexo-pilosis; foliis linearibus angustissimis vaginisque glabris; ligula brevissima truncata lacera; paniculae strictae rhachi villosa, radiis subverticillatis, supremis solitariis; spiculis bifloris, glumis acuminatis inaequalibus; flosculis basi axique villosis; valvula inferiore apice biseta dorso aristata; arista flosculis 2—3-plo longiore. ♃ Montes Aprutii.

27. T. GMELINI. *Trin.* (Act. Petrop. VI. 2. 14.) Culmo inferne ramoso cum vaginis (sub lente) puberulo (8—9-pollicari); ligula brevissima apice subrotundato-denticulata; foliis linearibus pubescenti-pilosulis (1″ longis, ¾‴ latis); panicula stricto-lineari-contracta; spiculis trifloris, glumis subaequalibus glabris trinerviis flosculos superantibus; calli rhacheosque pilis brevissimis; flosculis acutis brevissime biaciculatis infra apicem patulo setigeris. Bromus cinereus *Gmel.* Hispan.

b. *Species Asiaticae.*

(Huc etiam: T. subspicatum *Beauv.* T. pumilum *Kunth.* T. alpestre *Beauv.*)

28. T. RIGIDUM. *Bieberst.* (Fl. taur. cauc. I. 77. sub: Avena.) Rhizomate validiusculo repente; culmo erecto rigidulo (1—1½-pedali) cum vaginis foliisque glabris; his lineari-lanceolatis planis acuminatis distiche patentibus vel reflexis; caulinis summis brevissimis; paniculae patenti-erectae vel apice nutantis (1½—3-pollicaris) radiis subverticillatis ramulosis; spiculis ovatis patentibus 2—3-floris; axi dense piloso, pilis flosculos subaequantibus; glumis valde inaequalibus, inferiore lanceolata duplo minore, superiore obovata flosculis parum breviore; valvula inferiore bisetosa, longe infra apicem aristata, arista geniculata flosculum dimidium superante. Arundo Wilhelmsii *Ledeb.* Mem. Mosc. VI. t. 19. Avena macra *Hohnckr.* En. Elibat. 214. ♃ Caucasia.

29. T. RUPRECHTI. *Griseb.* (in *Ledeb.* Fl. Ross. XIII. 418. sub: Avena.) Culmo glabro; foliis planis latis supra

pilosulis; vaginis inferioribus velutino-pubescentibus; ligula brevi; panicula patente, ramis semiverticillatis; spiculis 2—3-floris exsertis; axi unilateraliter piloso; pilis callorum abbreviatis e callo vix exsertis, axibus elongatis internodio superiori aequilongis; glumis inaequalibus; valvula inferiore breviter pilosiuscula scabra purpurascente apice breviter bicuspidata; arista supra dorsum medium inserta recurvato-patentissima, ovario glabro. T. sibiricum *Rupr.* Fl. Samoj. nr. 329 ex parte. Russia arct.

30. T. DANAENSE. *Boiss.* (Diagn. VII. 123. et Hrbr. *Kotschyi* Persic. nr. 754 a.) Radice subrepente fibrosa; culmis adscendentibus basi geniculatis (6—10-pollicaribus); foliis radicalibus caespitosis lanceolatis dense pubescentibus, culmeis inferioribus subdistichis, superioribus brevissimis, ligula brevi ciliata; paniculae erectae contractae (subpollicaris) radiis abbreviatis; spiculis ovatis patulis trifloris; axi dense piloso, pilis flosculo brevioribus; glumis inaequalibus lanceolatis quam flosculi multo brevioribus; valvula inferiore bisetosa infra apicem aristata, arista flosculis $^1/_3$ longiore. ♃ Persia austr.

31. T. TRISETARIA. *Roem. Schult.* (Syst. II. 659.) Culmo recto stricto basi ramoso; foliis planis brevibus linearibus (3-pollicaribus) vaginisque plus minus villosis; panicula contracta spicaeformi (6—7-pollicari); spiculis bifloris; flore inferiore hermaphrodito basi barbato brevius — superiore ad aristam redacto longius pedicellato; glumis flores superantibus; valvula inferiore lanceolata apice bisetosa 5-nervia infra apicem aristata. Trisetaria (*Forsk.* Fl. aeg. arab. 27.) linearis *Delil.* Aegypt. t. 12. Trisetum arenarium *Labil.* Pl. rar. Syr. t. 7. ⊙ Aegypt. Syria.

32. T. SMYRNAEUM. *Trin.* (Act. Petr. VI. 2. p. 13.) Culmo simplici humili (digitali); vaginis inferioribus pubescentibus; ligula brevissima; foliis linearibus (1″ longis, $^3/_4$‴ latis) pubescentibus; panicula thyrsoidea lineari-oblonga densiuscula (9‴ longa); spiculis 3—4-floris; glumis paulo inaequalibus glabris, superiore flosculo suo paulo breviore; callo subnudo; rhacheos pilis brevissimis; flosculis omnibus hirtis, inferioribus infra apicem brevissime bisetum erecto setigeris. Koeleria biseta *Steud.* Hrb. un. it. Smyrn. Asia min.

33. T. SESQUIFLORUM. *Trin.* (l. c.) Culmis caespitosis glabris (6—10-pollicaribus); ligula breviuscula cum vaginis foliisque glabris; foliis fasciculorum culmum aequantibus vel superantibus attenuato-acuminatis (usque 1′ longis) culmeis brevioribus; panicula thyrsoidea lineari-ovali densa ($1^1/_2$-pollicari); spiculis sesquifloris; glumis aequalibus glabris flosculos superantibus; calli rhacheosque pilis brevibus; flosculo 4-aciculato medio vel paulo inferius aristato, arista geniculata flosculo perfecto parum longiore, rudimento styliformi piloso flosculo $^1/_4$ breviore. Kamtschaca, Unalaschca.

c. *Species Africanae.*

Huc etiam: T. parviflorum *Pers.* T. Trisetaria *R. S.*

34. T. PUMILUM. *Desf.* (Fl. Atl. I. 103. sub: Avena.) Radice pubescente; culmis filiformibus basi geniculatis vel nodosis (3—8-pollicaribus); foliis mollibus vaginisque pubescentibus; paniculae rectae subspicatae (1—2-pollicaris) radiis brevibus inaequalibus; spiculis subquadrifloris (pallide flavis); glumis subaequalibus ciliatis dorso carinatis apice membranaceis quam flosculi paulo brevioribus; valvula inferiore sub apice bidentato aristata; arista recta tenui, vix bilineali. ⊙ Afr. septr. Arab. petr.

35. T. NANUM. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 259. sub: Diplachne.) Radice fibrosa parva; culmis confertis pusillis ramosis (pollice vix longioribus, rubicundis); vaginis amplis brevibus, inferioribus e tuberculis hirsutis ore barbatis; ligula brevissima ciliolata; racemi decomposito-spicaeformis oblongi vel ovati radiis geminis vel solitariis divisis; spiculis oblongis compressis 5—6-floris; glumis subaequalibus setaceo-acuminatis integris vel apice denticulo munitis; valvula inferiore rhachillaque patenti-hirsutis; illa apice bifida, laciniis setulosis, arista media valvulae longitudine. Afr. austr.

36. T. NITIDUM. *Desf.* (l. c. t. 31. f. 2. sub: Avena.) Radice pubescente; culmis rectis (pedalibus et ultra) filiformibus glabris; foliis molliter pubescentibus planis; paniculae spicatae rhachi pubescente; spiculis 3—4-floris sublanatis (pallide flavis); glumis subaequalibus lanceolatis acutis apice scariosis dorso ciliatis; flosculis lateralibus sessilibus; valvula inferiore concava oblonga acuta mucronibus 2 aristaeformibus; arista dorsali recta longa. *Kunth.* Supl. t. XX. f. 4. ⊙ Barbaria.

37. T. LACHNANTHUM. *Hochst.* (Hrbr. un. it. abys. nr. 859.) Culmo basi flagellifero ramoso geniculato adscendente (3-pedali et ultra) cum vaginis foliisque — linearibus planis — glabris; ligula exserta lacera ciliolata; paniculae elongatae (subpedalis) contractiusculae radiis verticillatis inaequalibus distantibus, summis solitariis, omnibus capillaribus scabriusculis; spiculis 4—5-floris apertis laxis, axi dense piloso, pilis flosculos subaequantibus; glumis valde inaequalibus, inferiore lanceolata acuta minore, superiore obovata; valvula inferiore brevi bicuspidata infra apicem aristata; arista geniculata flosculo duplo longiore. *Rich.* Fl. Abyss. II. 416. ♃? Abyssinia.

38. T. UMBROSUM. *Hochst.* Radice fibrosa; culmo geniculato tereti vaginato, foliato ($1^1/_2$-pedali) uti tota planta glabro; vaginis striatis apice plerumque solutis; foliis linearibus angustis flaccidis (fere usque pedalibus, 1‴ latis); ligula exserta lacera; panicula contracta subracemosa laxa, radiis solitariis 1—2-floris: spiculis bifloris laxis; glumis inaequalibus, inferiore breviore uni- superiore 3-nervia utraque albida acuta apice pellucida, breviore flosculis basi fasciculato-pilosis; valvula inferiore apice bifida setosa, supra medium aristata; arista geniculata flosculis (3-linealibus) duplo longiore, infra geniculum torta. Ex collectione a *Schimpero* Argentoratum missa. Abyssinia.

39. T. NEESII. *Hochst.* (Hrbr. Abyss. ed. *Hohnkr.*) Radice fibrosa; culmo erecto glabro vel ad nodos et vaginas inferiores pubescente; foliis linearibus planis acuminatis (6—10″ longis, 1—2‴ latis) tenuissime pubescentibus; paniculae laxae elongatae (6—8-pollicaris) radiis subverticillatis capillaribus basi longe nudis sursum ramosis scabris; spiculis bifloris (vel trifloris *Rich.*); glumis inaequalibus, majore ovata flosculos aequante, minore eis breviore, utraque brevi acuminata; flosculis basi barbatis; valvula inferiore minutissime (sub lente valida, subglanduloso-) pubescente, apice simpliciter bifido-setosa; arista tortili flosculos plus duplo superante. Danthonia elongata *Hochsl.* hrb. un. it. nr. 402. *Rich.* Fl. Abyss. II. 416. ♃ Abyssin.

40. T. DREGEANUM. (*Steud.*) Radice fibrosa; culmo (pedali) foliisque scabris; his linearibus angustis demum complicatis glabris, caulinis paucis erectis brevioribus; ligula lata ciliata; paniculae subsimplicis radiis subbinis 1—2-spiculiferis; spiculis sub-4-floris patulis; glumis inaequalibus acutissimis apice membranaceis flosculis brevioribus; rhacheos articulis pilosis, pilis flosculo brevioribus; valvula inferiore lanceolata apice longe (fere dimidiam spiculam) setosis, arista subdorsali glumas duplo excedente. T. barbatum *Nees.* Fl. Afr. 345. (non *Steud.*) ♃ Afr. austr.

41. T. ANTARCTICUM. *Nees.* (Fl. Afr. 346.) Radice fibrosa; culmis erectis simplicibus teretibus glabris (pedalibus et ultra), geniculatis; foliis angusto-lanceolatis rectis demum convolutis, superioribus apice pungentibus, glabris, ligula lanceolata demum lacera; paniculae (4—5-pollicaris) angustae contractae radiis brevibus inaequalibus erectis 1—3 spiculatis; spiculis lanceolatis compresso-teretiusculis 4-floris; glumis inaequalibus lanceolatis acuminatis brevioribus, flosculis subdistantibus basi fasciculis pilorum ipsis duplo brevioribus munitis, axi geniculato nudiusculo; valvula inferiore tenuissime punctulato-scabra, apice bisetu-

losa supra medium aristata, arista geniculata flosculo fere duplo longiore. Avena antarctica *Thunb.* ♃ Afr. austr.

42. T. LEONINUM. *Steud.* Culmo geniculato simplici foliato (pedali et ultra) glaberrimo; foliis linearibus striatis vaginisque glabris; ligula membranacea exserta; paniculae racemosae laxae radiis scabris; spiculis trifloris; glumis inaequalibus margine pellucido-membranaceis minoribus flosculis basi fasciculo pilorum rigidorum munitis; valvula inferiore undique scabra apice bisetosa, arista dorsali flosculis multo longiore. Avena leonina *Steud.* Flora 1829. p. 434. *Kunth.* Gram. II. t. 175. Prioris var. *Nees.* l. c. sed vix. ♃ Afr. austr.

43. T. IMBERBE. *Nees.* (l. c. 347.) Culmo foliisque linearibus planis angustis glabris, his supra et margine scabris culmo brevioribus; paniculae angustae contractae radiis scabris; spiculis 4-floris tumidulis (lutescentibus nitidis, saepe in modum Secalis cornuti corruptis); glumis flosculis brevioribus, articulis rhachillae omnino glabris; setis valvula ovata brevioribus; arista glumas duplo excedente. ♃ Afr. austr.

44. T. LONGIFOLIUM. *Nees.* (l. c. 348.) Culmo foliisque — culmum aequantibus convoluto-filiformibus — glabris, his margine scabris, vaginis inferioribus dehiscentibus convolutis elongatis; paniculae angustae contractae rectae radiis nudis; spiculis 4-floris; flosculis glumis longioribus glabris impunctatis; rhachillae articulis brevi barbatis, setis valvula oblonga brevioribus; arista glumas plus duplo excedente. ⊙ Afr. austr.

45. T. STEUDELII. *Nees.* (l. c. 349.) Radice fibrosa; culmo simplici ($1\frac{1}{2}$—3-pedali) cum vaginis foliisque — planis linearibus margine scabris — glabris; ligula brevi obtusa incisa; paniculae strictae aequalis contractae radiis fasciculato-semiverticillatis; spiculis lanceolatis bifloris; glumis oblongo-lanceolatis setaceo-acuminatis parum inaequalibus brevioribus; flosculis basi axique pilosis; valvula inferiore undique scabra apice bifida laciniis iterum bifido-setulosis; arista infra fissuram orta calyce longiore. Avena quinqueseta *Steud.* Flora l. c. 485. ⊙ Afr. austr.

46. T. ANDROPOGONOIDES. *Steud.* (l. c. 486. sub: Avena.) Culmo basi globoso glaberrimo (2-pedali) foliato; vaginis glabris (purpurascentibus) foliis linearibus angustis apice convoluto-setaceis; paniculae compositae erectae radiis racemosis binis ternis vel solitariis; glumis 3—4-floris brevioribus flosculis; valvula inferiore triseta; setis minimis flosculos vix excedentibus; flosculo uno alterove incompleto. Diplachne andropogonoides *Nees.* l. c. 258. ♃ Afr. austr.

47. T. HIRTULUM. (*Steud.*) Culmo simplici (pedali) glabro; foliis (inferioribus culmum aequantibus, superioribus minoribus) angusto-linearibus vel convoluto-filiformibus vaginisque dense pubescenti-hispidis; ligula truncata incisa; paniculae angustae contractae radiis nudis; spiculis 4—5-floris; glumis lanceolatis subulato-acuminatis carina scabris brevioribus flosculis; axi brevissime barbato; valvula oblongo-lanceolata scaberrima apice longe setosa, arista glumas triplo excedente flexuosa scaberrima. T. hirtum *Nees.* l. c. 350. (non *Trin.*) Avena symphicarpa *Trin.* mpt. an? A. hirta *Schrad.* in *R. S.* Mant. 2. 374. ⊙ Afr. austr.

Species Americanae.

d. *Americae septentrionalis.*

48. T. CERNUUM. *Trin.* (Act. Petr. 1830. I. 61.) Panicula laxa nutante; spiculis 3—4-floris; glumis parum inaequalibus superiore longiore 3-plo latiore; pilis calli brevibus, rhacheos medium valvulae attingentibus; valvula inferiore bisubulata supra medium longe aristata. Ins. Sitka.

49. T. LABRADORICUM. *Steud.* Culmo erecto tenui (6—8-pollicari) cum rhachi vaginis foliisque — angustissimis subconvolutis — velutino pubescentibus; paniculae erectae angustae ($1\frac{1}{2}$-pollicaris) radiis brevissimis paucispiculatis; spiculis compressiusculis ovatis 2—3-floris; glumis oblongis abrupte acuminatis margine scabris; flosculis basi vix pilosis; valvula inferiore margine carinaque aspera apice brevissime bisetosa, arista infra apicem orta longitudine flosculum aequante. Labrador.

50. T. GROENLANDICUM. *Steud.* Radice fibrosa repente; culmo erecto validulo ($\frac{1}{2}$—1-pollicari) cum vaginis totum culmum tegentibus foliisque planis lanceolatis (2—3″ longis, $\frac{1}{2}$—1‴ vel ultra latis) velutino pubescentibus; panicula dense contracta oblonga (1—$2\frac{1}{2}$-pollicari) radiis brevibus solitariis — ternis, 3—6-spiculatis; spiculis oblongis subtrifloris; glumis 2 parum inaequalibus carinatis ovatis concavis obtusiusculis flosculum infimum aequantibus; flosculorum rhacheola pilosa; valvula inferiore dorso herbacea margine et sursum membranacea apice acutiuscula brevissime bisetulosa infra apicem ($\frac{1}{4}$ ipsius longitudinem) aristata, arista flosculos excedente subpatula scabra; valvula superiore hyalino-membranacea vix inferiore breviore apice brevi bifida. Praecedenti et cum hac Triseto obovato valde affinis. Groenlandia.

51. T. PALUSTRE. *Torr.* (Fl. I. 126.) Culmo erecto (1—2-pedali); foliis planis linearibus (vel convolutis 2—3-pollicaribus) vaginisque glabris; ligula brevi retusa; paniculae contractae nutantis radiis subverticillatis, inferioribus 5-nis; spiculis longe pedunculatis subcompressis 2—3-floris; glumis inaequalibus acuminato-mucronatis 3-nerviis carina scabris; callo piloso, axi nudiusculo; valvula inferiore lanceolata acuminata apice breviter bisetosa, arista paulo infra apicem torta valvulam aequante, superiore dimidio breviore membranacea apice lacera. Avena palustris *Michx.* ♃ Am. sptr.

52. T. MOLLE. *Kunth.* (Gram. I. 101.) Tota mollissime breviter pubescens; racemo confertiuscule adpresso-spicato; calycibus bifloris; flosculis imberbibus aristatis; arista recta non contorta longitudine calycis. *Torr.* Fl. N. York. II. t. 154. Avena mollis *Michx.* Fl. Am. I. 72. Canada.

53. T. ANDINUM. *Benth.* (Plant. Hartw. 261.) Breviter molliterque tota pubescens; foliis culmo (pedali) brevioribus; vaginis laxis; ligula brevi lacera; panicula conferta oblonga subspicata ($2\frac{1}{2}$″ longa) densiflora; spiculis bifloris cum tertia aristaeformi; arista dorsali ad medium inserta, flosculos excedente vix torta. Antisana.

e. *Americae australis.*

54. T. TOLUCCENSE. *Kunth.* (Gram. I. t. 60 et Supl. t. XIX. f. 2.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis simplicibus ($1\frac{1}{2}$-pedalibus) superne pubescentibus; vaginis glabriusculis; foliis planis striatis margine scabris; ligula laciniata glabra; paniculae coarctatae (3-pollicaris) cylindraceae radiis abbreviatis alternis adpressis rhachique pubescenti-villosis; spiculis oblongis bifloris; glumis oblongis acuminato subulatis fere aequalibus (apice purpurascentibus) flosculos fere aequantibus; valvula inferiore apice subulato-dentata, arista dorsali recta, superiore scabra apice bidentata. Avena toluccensis *H. B.* ♃ Mexico.

55. T. ELONGATUM. *H. B.* (N. gen. I. 148. sub: Avena.) Culmo glaberrimo (pedali), foliis margine scabris vaginisque glabris; panicula coarctata cylindrica (3-pollicari); spiculis bifloris; glumis acutis subulatis flosculo brevioribus; valvula inferiore dentato-bifida dentibus subaristatis, arista dorsali recta. *Kunth.* Supl. t. XX f. 3. Praecedentis var. *Presl.* ♃ Mexico.

56. T. VIRIDE. *H. B.* (l. c. sub: Avena.) Culmo erecto simplici (3-pedali) glabro; foliis planis striatis inferne pilosiusculis, margine scabris; ligula elongata glabra; paniculae ramosae (9—10-pollicaris) apice nutantis rhachi radiisque subverticillatis scabris; spiculis trifloris; rhachi pilosa; glumis linearibus subulatis glabris carina scabris flosculos subaequantibus; valvula inferiore apice subulato-bifida, dorso scabra aristata, arista tortili valvula longiore. ⊙ Mexico.

57. T. DEYEUXIOIDES. *H. B.* (l. c. t. 687. sub: Avena.)

Radice fibrosa; culmis caespitosis ($1^1/_2$-pedalibus) glaberrimis; foliis planis linearibus acuminatis scabris; ligula exserta glabra; paniculae ramosae (saepe nutantis) radiis verticillatis inferioribus patulis, superioribus erectis scabris; spiculis 3-floris flore terminali sterili; glumis spicula paulo brevioribus linearibus acutis; flosculis basi pilosis; valvula inferiore apice bidentata dorso aristata, arista geniculata flosculum duplo superante. Deyeuxia triflora *Nees.* Linn. XIX. 691. An eadem ac praecedens *Nees?* ♃ Mexico.

58. T. BARBATUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo ima basi ramoso erecto (bipedali) glabro; ramis brevibus floriferis; foliis planis linearibus glabris; ligula exserta dentata; paniculae (culmi principalis) patentis (3-pollicaris et ultra, ramorum multo minoris) radiis semiverticillatis sub-4-nis inaequalibus teretibus rhachique glabriusculis; spiculis 6—7-linealibus 3—5-floris compressiusculis apertis; glumis inaequalibus lanceolatis acuminatis glabris, flosculos subaequantibus; superiore subsetosa, latiore 3-nervia; flosculis undique hirtis axeos articulis subglabris; valvula inferiore apice longe bisetosa infra apicem aristata, arista basi leviter torta, geniculata flosculos plus duplo superante. Bromus nr. 860. *Berter.* hrbr. ♃ Chili.

59. T. HIRTUM. *Trin.* (Linn. X. 300.) Panicula laxa lucidissima; spiculis 6-linealibus 2—3-floris; glumis parum inaequalibus flosculos suos aequantibus; calli rhacheosque pilis brevissimis; flosculis pilosis infra apicem brevi subulato-bifidum geniculato-aristatis; ovario barbato. Andes Chili.

60. T. CAUDULATUM. *Trin.* (l. c.) Culmo compresso; vaginis foliisque pubescentibus; panicula squarruloso-patente; spiculis 3-linealibus subtrifloris; glumis inaequalibus (caudulatis), superiore flosculo suo paulo breviore; calli rhacheosque pilis brevissimis; flosculis glabris cuspidato-bifidis ad laciniarum basin patulo-setigeris; ovario nudo. Andes Chili.

61. T. BARBINODE. *Trin.* (l. c.) Panicula subcylindraceo-contracta; spiculis 4-linealibus 2—3-floris; glumis paulo inaequalibus; superiore flosculum suum subexcedente; calli pilis flosculo $^3/_4$ rhacheos eodem plus dimidio brevioribus; flosculis medio dorso pilosulis, brevi bisubulatis, supra medium patulo aristatis; ovario nudo. Andes Chili.

Non mihi contigit specierum a *Bertero* lectarum unam alteramve ad *Trinianas* reducere; hae in Andibus chilensibus a *Poeppigio*, illae a *Berterone* in pascuis collium partim editiorum sunt lectae.

62. T. SPLENDIDULUM. *Steud.* Culmo erecto striato glabro (pluripedali); foliis (caulinis, radicalia desunt) planis lanceolatis elongatis (7—8″ longis, $1^1/_2$‴ latis) brevi acuminatis glabris; ligula exserta obtusa denticulato-lacera; paniculae erectiusculae (4-pollicaris) radiis semiverticillatis inaequalibus teretibus piloso-scabris sub-6-nis; spiculis 3—4-linealibus apertis subtrifloris compressiusculis; glumis valde inaequalibus inferiore lanceolata acuta, superiore duplo latiore ovata acuminata; axi piloso, pilis flosculos subaequantibus; valvula inferiore herbacea glabra apice breviter bisetosa, infra apicem aristata; arista subgeniculata flosculis longiore; valvula inferiore hyalina brevissime bifida vel denticulata. Festuca nr. 996. *Bert.* hrbr. Chili.

63. T. AIRAEFORME. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculato-erectis humilibus (2—5″); vaginis striatis glabris, ligula exserta lanceolata hyalina acuta; foliis angustis mox convolutis brevibus; panicula contracta subspicaeformi, interrupta (1—2-pollicari); radiis 2—3-nis brevibus erectis paucifloris; spiculis ultra linealibus 2—$2^1/_2$-floris; glumis acutis subaequalibus flosculos superantibus; flosculis perfectis 2, altero pedicellato, altero sessili, auctis saepe tertio incompleto ad pedicellum apice penicellato-pilosum redacto, omnibus basi fasciculato pilosis; valvula inferiore infra apicem aristata, apice brevissime bifido aristulata, superiore breviter simpliciter acuminata. Ambigit inter Trisetum et Airam. Hrbr. *Lechler* nr. 723. Chili.

64. T. HETERONYMUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto (1—2-pedali) cum vaginis foliisque molliter pilosis, his lineari-lanceolatis planis acutis; paniculae cylindrico-contractae subinterruptae (1—2-pollicaris) radiis verticillatis brevibus erectis inaequalibus a basi spicigeris; spiculis compressiusculis oblongis 4-floris; glumis valde inaequalibus acutis spiculis multo brevioribus, axeos articulis pilosis, pilis flosculo multo brevioribus; valvula inferiore setulis brevissimis adpressis scabriuscula, apice brevi bicuspidata infra apicem aristata, arista tenuissima flosculos multo excedente. Anthoxanthum — *Bert.* hrbr. nr. 83. — Variat: statura et omnibus partibus minoribus, spiculis trifloris. Bromus nr. 117. *Bert.* Chili.

65. T. MALACOPHYLLUM. *Steud.* Culmo erecto stricto (1—3-pedali) glabro; vaginis foliisque elongatis (pedalibus) linearibus molliter pubescenti-villosis; ligula exserta denticulata pilosa; paniculae contractae pyramidatae angustatae (2—4-pollicaris pallide rufescentis) radiis subverticillatis brevibus erectis inaequalibus supra basin spiculiferis; spiculis subcompressis oblongis apice apertis bifloris; glumis valde inaequalibus acutis superiore flosculos fere aequante; his basi brevi rigide barbatis; valvula inferiore apice breviter bisetulosa infra apicem aristata, arista flosculos excedente. Festuca nr. 997. *Bert.* hrbr. Variat: culmo humiliore; foliis abbreviatis angustioribus subconvolutis. Festuca nr. 998. *Bert.* sed vix species distincta. Chili.

66. T. LUTEUM. *Lin. fil.* (Supl. 112. sub: Avena.) Panicula patente; calycibus bifloris subulatis; corollis nudis triaristatis; arista intermedia flexuosa. (Habitus Airae flexuosae.) Ins. Martinica.

e. *Species Australasicae.*

67. T. GLOMERATUM. *Trin.* (mpt.) Culmis erectis vaginisque retrorsum sericeo-pilosis; foliis linearibus sulcato-striatis utrinque molliter sericeo-pilosis; panicula angusta glomerata; radiis cylindraceo oblongis fasciculato-congestis, erecto-patulis, inferioribus parum distantibus; spiculis 2—3-floris, glumis molliter pubescentibus inaequilateris flosculos superantibus; flosculis scabris sub apice bifido breviter aristatis, summo mutico. Koeleria glomerata *Kunth.* Gram. II. t. 219. ♃ Ins. Owyhee.

68. T. PHLEOIDES. *Kunth.* (Gram. I. 101.) Totum mollissime pubescens; panicula racemoso-spicata; spiculis bifloris nitidis; glumis dorso ciliatis; valvula inferiore glabra apice bifida aristata, arista glumis longioribus. Avena phleoides *Urvill.* An T. subspicatum *Beauv.* var.? *Brongn.* ♃ Ins. Maclovianae.

Patriae dubiae.

69. T. ALOPECUROS. *R. S.* (S. Veg. I. 660.) Culmis erectis debilibus ($^1/_2$—1-pedalibus) glabris ad nodos fuscescentibus; foliis planis (1—2″ longis, $^1/_2$—1‴ latis) pubescentibus scabriusculis, vaginis margine ciliatis; ligula parva ovato-acuminata; panicula densa (1—2-pollicari) ovata demum contracta subspicata; spiculis ovatis compressis 3—6-floris; glumis lanceolato-subulatis dorso scabriusculis, valvulis inaequalibus; inferiore apice bifida biaristata et supra medium aristata, arista medio geniculata. Avena alopecuros *Roth.* Catal. 3. 20. —

AVENA. *Lin.* Panicula composita vel effusa vel contracta aequalis vel secunda; spiculae (grandiusculae) bi—multiflorae; glumae 2 chartaceo-membranaceae flosculis saepe longiores, muticae; flosculi remotiusculi; valvula inferior rigidula apice plerumque bicuspidata plus minus e dorso aristata; arista torta; superior bicarinata mutica; flosculi terminales saepe tabescentes; lodiculae 2 membranaceae magnae bidentatae; stamina 3; ovarium apice pilosum; styli breves distantes; stigmata pilis simplicibus plumosa;

caryopsis elongata canaliculata apice pilosa, valvula superiore vestita.

Synopsis specierum.

Sectio I. Species genuinae, paniculatae vel subracemosae, grandiflorae glumis 5—9-nerviis, plerumque cultae. nr. 1—25.
Sectio II. Species geminae paniculatae vel subracemosae, floribus mediocribus, sylvestres. nr. 26—67.
Sectio III. Rhachis spicata, spica composita, spiculae sessiles alternae 9—11-florae; flosculi distichi; glumae inaequales obtusae; valvula inferior 2-fido dentata, dorso supra medium aristata. Gaudinia *Beauv.* nr. 68—72.
Sectio IV. Flores paniculati plerumque monoici, inferior masculus, superior hermaphroditus, arista in illo basilari, in hoc subapicali. Arrhenatherum *Beauv.* nr. 73—78.
Sectio V. Panicula subracemosa, glumae 3—5-nerviae, valvula inferior plurinervia; caryopsis sulco exarata. Trisetarium *Ledeb.* nr. 79.
Species minus notae. nr. 80—85.

Sectio I. Species genuinae, paniculatae vel subracemosae, grandiflorae, glumis 5—9-nerviis, plerumque cultae.

1. A. SATIVA. *Lin.* Radice fibrosa; culmo erecto glabro laevi (pluri-pedali); foliis latis lanceolatis; ligula obtusa villosa; paniculae erectae aequalis divaricatae radiis aculeolatis; spiculis oblongis subteretibus 2—3-floris; flosculis calyce minoribus glabris, altero aristato, altero mutico, tertio abortivo. Variat: valvulis albidis et nigricantibus, flosculis quandoque omnibus muticis. *Host.* Gram. II. t. 59. *Kunth.* Supl. t. XX. f. 1. ⊙ Colitur.

2. A. BYZANTINA. *Koch.* (Linn. XXI. 392.) Glaberrima; spiculis magnis bifloris; flosculo inferiore basi pilis quartam partem flosculi attingentibus obsito; superiore nudo; flosculis aristatis glabris laeviusculis; palea inferiore bifida; aristae parte inferiore tortili glabra laevi. A. sativa *C. Koch* Linn. XIX. 5. ⊙ Oriens.

3. A. INTERMEDIA. *Lindgren.* (Bot. Notiz. 1841. 151.) Panicula aequali patente; spiculis pendulis 2—3-floris; flosculis gluma brevioribus; gluma superiore 9-nervia; floribus lanceolatis apice dentato-bifidis, dorso aristatis, totis nudis vel glabris, vel valvula inferiore dorso pilosiuscula; axi pilis albis hirsuta. ⊙ —

4. A. TRISPERMA. *Schübl.* (et *Mart.* Fl. Würtm. p. 72.) Panicula erecta divaricata; spiculis pendulis, trifloris; flosculis glabris uno alterove aristato. ⊙ Colitur.

5. A. RUBRA. *Zuccag.* (Cent. nr. 126.) Paniculae compositae verticillatae radiis fastigiatis; spiculis bifloris; flosculis omnibus muticis; valvula exteriore apice lacera dorso retrorsum scabra; seminibus villosis rubris. A. sativa *Lin.* var.? ⊙ Culta.

6. A. ORIENTALIS. *Schreb.* Culmo elato (4—5-pedali); foliis lineari-lanceolatis laxis; ligula brevi obtusa; paniculae secundae coarctatae longissimae rhachi superne compressa, radiis erectis; spiculis oblongis bifloris nutantibus (raro quibusdam erectis vel horizontalibus); valvula inferiore ad oras ciliata caeterum glabra, flosculis alterius aristata alterius mutica. *Host.* Gram. 3. t. 44. Variat: flosculo utroque mutico. ⊙ Culta.

7. A. NUDA. *Lin.* Radice fibrosa; culmo erecto glabro laevi; foliis lineari-lanceolatis latis scabris; ligula scabriuscula; paniculae erectae radiis gracilibus compressis; spiculis oblongis subcylindricis 3—4- (raro 2-) floris; flosculo terminali plerumque imperfecto, omnibus calyce minoribus basi nudis; valvula inferiore margine ciliata, in terminali mutica, in reliquis supra dorsi medium aristata. An cum praecedente iterum A. sativae var.? ⊙ Colitur.

8. A. FATUA. *Lin.* Radice fibrosa; culmo erecto glabro laevi; foliis latis scabris ad oras aculeolatis; ligula brevi truncata; paniculae aequalis erectae rhachi scabra; spiculis oblongis subtrifloris; flosculis calyce minoribus omnibus aristatis basi pilosis, pilis rufescentibus; seminibus cito caducis. *Host* l. c. 2. t. 58. *Fl. d.* 1629. *E. B.* t. 2221. *Fl. d.* t. 1629. ⊙ Inter segetes.

9. A. HIRTULA. *Lagasc.* (El. Gen. diag. p. 4.) Panicula subsecunda; spiculis bifloris; flosculis hirsutis triaristatis, aristis duabus terminalibus setaceis. (In *Lagasca* dicitur *calycibus* hirsutis triaristatis, quod si ita species foret alius generis; sec. *Spr.* praecedentis var. ⊙ Hispania.

10. A. TRICHOPHYLLA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 393.) Foliis radicalibns angustis exacte linearibus pectinato-ciliatis, caulinisque latioribus hirsutis; spiculis bifloris; glumis 9-nerviis oblongo-lanceolatis duplo et ultra longioribus ac latis; flosculis ochraceis denique nigricantibus; palea inferiore bifida (nec biaristata); ramis paniculae inferis 3—4-nis, uni- rarissime bicuspidatis. ⊙ Schirvan.

11. A. HIRSUTA. *Roth.* (Catal. 3. 19.) Radice fibrosa; culmo erecto (pluripedali); foliis linearibus angustis; panicula patula laxa; spiculis 2—3-floris; flosculis linearibus apice bisetis infra medium utrinque rhachique albo-hirsutis; arista dorsali geniculata. ⊙ Europ. Am. austr.

12. A. HYBRIDA. *Peterm.* (Flora 1844. 228.) Culmo erecto (2—3-pedali); panicula subcontracta subsecunda; spiculis plerumque bifloris; glumis flosculos superantibus, superiore 11-nervia; flosculis lanceolatis glabris; axi villoso; valvula inferiore apice 4-dentata, dorso (in utroque flosculo) aristata. (A. sativae et fatuae proles hybrida?) ⊙ Inter segetes Saxoniae.

13. A. STERILIS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo erecto (2—4-pedali) ad geniculos piloso; foliis lineari-lanceolatis canaliculatis scabris; vaginis inferne pilosis; ligula brevi obtusa; paniculae secundae apice nutantis radiis scabris (infimis quandoque basi pilosis); spiculis longissimis sub-5-floris; flosculis inferioribus aristatis inferne pilosis; arista longissima sub geniculo pubescente. *Host.* Gram. 2. t. 57. *Beauv.* Agr. t. XVIII. f. 5. *Jacq.* Ic. I. t. 23. ⊙ Eur. austr. Inter segetes.

14. A. HOPPEANA. *Scheele.* (Flora 1844. 57.) Foliis vaginisque hirsutis; panicula laterali patula; spiculis trifloris; axi hirsuto; gluma superiore 9-nervia; flosculis lanceolatis dorso aristatis a basi ad medium usque setoso-pilosis duobus inferioribus apice biaristatis, arista recta; superiore apice bifido mutico. A. pubescens *Hoppe* non *Lin.* Istria.

15. A. STRIGOSA. *Schreb.* (Spicil. 52.) Radice fibrosa; culmo erecto (2—4-pedali) glabro laevi; foliis scabris mollibus; vaginis apicem versus ciliatis; ligula brevi obtusa; paniculae oblongae (apice plerumque nutantis) secundae radiis gracilibus scabris; spiculis oblongis subteretibus 2—3-floris; flosculis glabris, axi glabro ad basin flosculi superioris fasciculo pilorum brevi munito; laciniis valvulae inferioris in aristas (saepe margine ala membranacea auctas) elongatis arista dorsali longissima reflexa. *Host.* Gram. 2. t. 56. *E. Bot.* t. 1266. Danthonia strigosa *Beauv.* Culta.

16. A. ABYSSINICA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1877.) Radice fibrosa villosa; culmo erecto (3—4-pedali) vaginis, foliisque undique glaberrimis; ligula exserta lacera; paniculae erectae patentis radiis semiverticillatis elongatis teretibus glabris basi longe nudis; spiculis erectis vel subpendulis 2—3-floris; glumis superantibus flosculos glabros basi vix pilis rigidis brevibus apicem versus margine et ad insertionem aristae pilis sparsis raris munitis. A. sterilis *Hochst.* l. c. nr. 950 est eadem minus evoluta. ⊙ Abyssinia.

17. A. PERSICA. *Steud.* Culmo erecto (3—4-pedali) vaginisque glabris; foliis lanceolato-linearibus retrorsum scaberrimis; ligula exserta dentato-lacinulata; paniculae erectae patentis radiis semiverticillatis tenuissimis teretibus glabris basi longe nudis; spiculis nutantibus (vel flexione pedicelli erectis); glumis latissimis margine et apice scariosis flosculos superantibus 9—11 lati-nerviis bifloris; flosculis a basi supra medium pilosis et puncticulato-scabris, crassinerviis; arista longissima geniculata. A. sterilis *Boiss.* Hrbr. *Kotschyi* Persia nr. 162. Persia.

18. A. CHINENSIS. *Hort.* Radice valide fibrosa; culmo erecto uti tota planta glaberrimo; foliis lato-linearibus scabriusculis; ligula brevi dentato-laciniata; paniculae erectae subcontractae radiis erecto-patentibus subverticillatis inaequalibus teretibus scabris; spiculis nitidis sub-5-floris erectis; glumis flosculis brevioribus; flosculis rhachique omnino nudis; valvula inferiore apice nunc simpliciter brevissime bifida nunc inter dentes raro breviter mucronulata, dorso plerumque nuda vel aristata, arista brevi valvula breviore. ⊙ Culta, an ex China.

19. A. JAPONICA. *Steud.* Culmo (sursum certe erecto) cum vaginis foliisque glabris; his lanceolatis acuminatis scabris; ligula obtusa sublacera; paniculae strictae erectae radiis inaequalibus 2—4 spiculatis erectis scabris; glumis subaequalibus flosculos binos superantibus, exarato 9-nerviis apice hyalinis acuminatis; flosculorum valvulis a basi ultra medium pilis albis sericeis laxe indutis, a dorso aristatis apice breviter 2—3-fidis, aristis flosculos duplo excedentibus. (Sec. unicum incompletum specimen Hrbrii. Mus. Lugd. Batav.) Japonia.

20. A. PILOSA. *Bbrst.* (Fl. tauroc. supl. 84.) Radice fibrosa; culmo (pedali) erecto; foliis planis (2—4″ longis, ½—2‴ latis) vaginisque striatis pilis rigidis obsitis; ligula ovata denticulata; paniculae contractae secundae brevis radiis alternis tenuibus tortis brevioribus quam spiculae 3-florae; glumis valde inaequalibus 5—7-nerviis, majore flosculos aequante; axi flosculisque basi pilosis; valvula inferiore ultra medium setoso-bipartita, arista ex fissura ipsa multo longiore; flosculo intermedio sterili. ⊙ Iberia.

21. A. WIESTII. *Steud.* Radice fibrosa, caespitifera; culmis erectis (pedalibus et ultra) basi geniculatis; vaginis longis laxis pubescentibus; foliis planis (2—4″ longis, ½—2‴ latis) vaginisque infimis dense molliter pilosis; ligula lacera; paniculae elongatae (4—5-pollicaris) subcontractae secundae radiis verticillatis (3—5-nis) erectis vel horizontalibus inaequalibus (spiculis longioribus vel brevioribus) flexuosis; spiculis bifloris; glumis aequalibus flosculos aequantibus; flosculis fere ad apicem usque pilosis; valvula inferiore setoso-bifida infra fissuram ex dorso (in utroque flosculo) aristata, arista ipsa longiore. In Aegypto pauca specimina legit *Wiest.* ♃

22. A. BREVIS. *Roth.* (Abhand. 42.) Radice fibrosa; culmo erecto (2—3-pedali) glabro; foliis planis lineari-lanceolatis scabris; vaginis ore (plerumque) sparsim pilosis; ligula brevi truncata crenulata; paniculae erectae secundae primum contractae radiis pluribus angulatis filiformibus scabris ramulosis; spiculis teretiusculis 2- raro 3-floris; flosculis glumas subaequales aequantibus; valvula exteriore apice bifida aut bidentata dorso aristata scabra (plerumque) pilosa; arista ipsa 3-plo longiore. ⊙ German.

Species hujus sectionis dubiae.

23. A. VILIS. *Wallr.* (Linn. XIV. 543.) Panicula aequali effusa; glumis bifloris 9-nerviis flosculos aristaeque geniculum superantibus; valvula inferiore apice tricuspidata dorso aristata 5-striata nuda; axis hirsuti pilis brevissimis adpressis ipsam aequantibus. Inter segetes Harcyniae.

24. A. NIGRA. *Wallr.* (l. c. 544.) Panicula aequali effusa; glumis 3-floris 9-nerviis flores aristaeque geniculum excedentibus; flosculis lanceolato-linearibus apice producto 3-cuspidatis, dorso aristatis, pilis adpressis setosis; axis hirsuti pilis sensim truncatis arctis erectis seminis diametro brevioribus. Cum praecedente A. sativae *Lin.* var.? Inter segetes Harcyniae.

Species hujus sectionis anomala, uniflora.

25. A. UNIFLORA. *Parlator.* (Pl. nov. 84.) Radice fibrosa; culmo erecto vel adscendente glabro (3—4-pedali); foliis linearibus acuminatis glabris; ligula brevissima truncata denticulata; paniculae laxae (4—6-pollicaris) subsecundae radiis 3—4-nis erecto-patentibus scabris, divisis; spiculis ovatis pendulis uniforis; glumis subinaequalibus ovatis sub-9-nerviis flosculo subduplo longioribus; flosculo unico stipitulato; valvula inferiore apice bifida, dorso aristata, arista basi contorta geniculata (nigrescente) glumis duplo longiore. ⊙ Teneriffa.

Sectio II. Species genuinae paniculatae vel subracemosae; flosculis mediocribus, glumis 1—3-nerviis; sylvestres.

26. A. PRATENSIS. *Lin.* Radice fibrosa; culmis stri ctis glaberrimis; foliis linearibus acutiusculis margine scabris, fasciculorum complicatis rigidulis; ligula elongata acuta; paniculae racemosae simplicis radiis 1—2-nis erectiusculis; spiculis sub-5-floris, flosculis calycem excedentibus remotiusculis basi axique pilosis; valvula inferiore brevi bisetulosa vel dentata dorso aristata, arista flosculos multo excedente. *E. B.* t. 1204. *Host.* Gram. II. t. 51. *Leers* t. 9. f. 1. *Fl. d.* t. 1083. ♃ Europ. Sibir.

27. A. CARPATICA. *Host.* (Gram. IV. t. 31.) Radice repente; culmo erecto subcompresso glabro laevi; foliis canaliculatis, vaginis compressis ore aculeolatis et pilosis; ligula truncata; panicula erecta patente; spiculis oblongis 2—5-floris, flosculo summo imperfecto; glumis minutissime aculeolato-asperis; valvula inferiore ciliata apice 4-dentata, dorso scabra, 5-nervia, nervo medio in aristam dorsalem longe excurrente, valvula superiore apice bifida. Carpati.

28. A. CARYOPHYLLEA. *Smith.* (Prodr. I. 67. Fl. graeca t. 89.) Foliis planis nudis; panicula spicata; spiculis 8-floris basi axique nudis. A. pratensis *Lin.* var.? ♃ Ins. Cimoli.

29. A. BROMOIDES. *Lin.* Culmis erectis superne nudis (2½-pedalibus); foliis linearibus (3—5″ longis, 1½‴ latis); paniculae subspicatae (fere ½-pedalis) spiculis binatis, altera pedunculata, 8-floris erectis teretibus argenteis, aristis divaricatis. Vix Avenae pratensis *Lin.* var. ♃ Gallia.

30. A. AMETHYSTINA. *Dec.* (Fl. franc. supl. 260.) Culmo recto simplici foliato (3—6-pollicari); foliis angustis reflexis superioribus glabris, inferioribus vaginisque villosis; paniculae erectae angustae depauperatae radiis unispiculatis; spiculis bifloris (e violaceo argenteo et albo variis); glumis oblongis acutis subaequalibus flosculos aequantibus; flosculo inferiore uni- superiore biaristato. ⊙ Alpes Galliae.

31. A. PUBESCENS. *Lin.* Radice fibrosa subrepente dense caespitifera; culmis erectis glabris (1½—2-pedalibus); foliis planis obtusiusculis molliter pubescentibus; vaginis striatis pilis rigidiusculis; ligula obtusa denticulata; paniculae aequalis racemosae radiis semiverticillatis 4—5-nis 1—3 spiculiferis; spiculis 2—3-floris; flosculis basi axique pilosis glumas lanceolatas subdiaphanas excedentibus; valvula inferiore 5-nervia apice inaequaliter 3—5-dentata, arista dorsali flosculis longiore. *E. B.* t. 1640. *Host.* Gram. II. t. 50. A. sesquitertia *Lin.* ♃ Europ. Asia.

32. A. GLABRA. *C. Koch.* (Linn. XIX. 5.) Caule foliisque glaberrimis; panicula aequali racemosa, ramis spiculam solitariam raro duas gerentibus, floribus stipite penicillato instructis glabris; ovario piloso, valvula anteriore glaberrima. Praecedentis var. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. XIII. 414. Russia. Armen.

33. A. SCABRIVALVIS. *Trin.* (Act. Petrop. IV. 2. 28.) Culmo pluri-pedali; vaginis glabris, ligula acuta longiuscula (3-lineali); foliis planis compressiusculis (3″ longis, 1‴ latis); panicula laxiuscula (7—9-pollicari pubescente); spiculis 4—5-floris; radiis 2—3-nis brevibus; glumis inaequalibus, superiore flosculo dimidio breviore; rhacheos articulis hinc barbatis; flosculis omnibus basi pilis brevissimis cinctis acutiusculo-bifidis et medio aristatis; arista inferne torta geniculata flosculo duplo breviore. Chili.

34. A. CANTABRICA. *Lagasc.* (in *Herrer.* Agr. 141.) Culmo erecto (3—4-pedali); foliis radicalibus dense caespitosis (1′ longis, 6—7‴ latis) semper (etiam hyeme) virentibus laevibus; floribus paniculatis, spiculis subbifloris. A. pubescens *Lin.* var.? ♃ Eur. austr.

35. A. PLANICULMIS. *Schrad.* (Germ. t. 6. f. 2.) Radice repente; culmo erecto compresso glabro sursum scabro; foliis planis mucronulatis scabris; ligula acuta demum lacinulata; paniculae aequalis erectae radiis 3—5-nis brevibus patentibus 1—3-spiculiferis; spiculis lanceolatis teretiusculis dein compressis nitidis 2—5-floris; flosculis glumas lanceolatas acuminatas inaequales excedentibus; axi piloso; valvula inferiore 5-nervia scabra apice inaequaliter lacinulata e dorso aristata; arista flosculo duplo longiore. A. latifolia *Host.* Gram. IV. t. 22. Gaudinia planiculmis *Beauv.* Agr. p. 95. Silesia. Panonia.

36. A. COMPRESSA. *Heuffel.* (Flora 1835. 244.) Radice fibrosa dense caespitifera; culmo (1—1½-pedali) vaginisque compressis glabris; foliis latis brevibus margine scabris; panicula erecta contracta; spiculis subsexfloris; flosculis remotiusculis glumas neutras superantibus; pedicellis pilosiusculis; valvula interiore bicarinata integra, exteriore multinervia puberula apice bicuspidata, arista dorsali geniculata. ⊙ Banatus.

37. A. SULCATA. *Gay.* (Ann. d. sc. nat. 1836. Hrbr. *Durieu* nr. 176.) Radice fibrosa subrepente; culmo compresso erecto (2-pedali) vaginisque glabris; foliis culmeis abbreviatis (2—4″ longis, 2—2½‴ latis) radicalibus longioribus, planis linearibus obtusis, nervo medio prominente, margine albo-cartilagineis scabris; ligula exserta erecta acuta; paniculae contractae erectae (6—8-pollicaris) radiis subbinis erectis inaequalibus 1—2-spiculatis; spiculis teretiusculis 6-floris; glumis inaequalibus acuminatis flosculis brevioribus, his basi cum axi barbatis, caeterum glaberrimis; valvula inferiore sursum membranacea apice breviter bifida, arista dorsali flosculis subduplo longiore. ♃ Alpes Asturiae.

38. A. ALPINA. *Smith.* (Fl. angl. I. 165.) Radice dense caespitifera; culmo tereti; foliis linearibus supra (margine serrulato-) asperrimis glabris; paniculae contractae racemosae radiis geminis 1—2-spiculiferis inaequalibus; spiculis 5—8-floris; axi piloso; valvula inferiore apice bifida supra medium aristata. A. planiculmis *E. B.* t. 2141. A. praeusta *Reichb.* ♃ Alpes Angl. Germ.

39. A. SPLENDENS. *Boiss.* (Elench. p. 62.) Radice fibrosa; culmo erecto (1—2-pedali); foliis planis brevibus glaucescentibus subundulatis margine albido-scabris caeterum laevibus; cau inorum vagina longissima limbo ligulam oblongam acutam parum superante; paniculae contractae racemosae radiis scabris; spiculis sub-7-floris; flosculis laxe imbricatis; glumis acutis hyalino membranaceis; valvula inferiore basi axique pilosis, apice membranacea acutissima bifida; arista longa geniculata. ♃ Alpes Hispan.

40. A. SEMPERVIRENS. *Vill.* (Delph. t. 5.) Radice valide fibrosa; culmis erectis teretibus (1½—3-pedalibus); foliis culmeis lanceolato-linearibus acuminatis brevibus (2—3″ longis) striatis, radicalibus elongatis rigidis complicatis vel convolutis angustissimis; vaginis glabris, ligula oblonga vel brevi truncata; paniculae aequalis rhachi angulata; radiis filiformibus hispidulis 1—2—3-nis; spiculis oblongis subcompressis nitidis (flavo et purpureo variis) subquadrifloris; glumis oblongo-lanceolatis acutis brevioribus; flosculis basi pilosis; valvula inferiore apice bifida ad oras ciliata dorso aristata, arista flosculo paulo longiore. *Host.* Gram. III. t. 41. *Reichb.* Ic. t. 1781. A. Hostii *Boiss* et *Reut.* Pugil. 121. ♃ Alp. Eur. austr.

41. A. FALLAX. *R. S.* (Syst. II. 672.) Radice fibrosa dense caespitifera; culmo basi squamis foliaceis margine ciliatis cincto; foliis radicalibus longis firmis glaucescentibus glabris ad oras vaginae pilosis; panicula subpatula; spiculis 3-floris; flosculis duobus fertilibus lanatis aristatis, sterili mutico. An eadem ac praecedens aut consequens? ♃ Pyren. Sabaud.

42. A. SEDENENSIS. *Dec.* (Fl. franc. 3. 719.) Foliis angustis involutis culmo multo brevioribus; ligula brevi truncata; paniculae erectae contractae radiis geminis; spiculis 2—3-floris; glumis inaequalibus acuminatis flosculos subaequantibus; axi piloso; valvula inferiore bifida basi pilosa. ♃ Alp. Galliae.

43. A. SETACEA. *Vill.* (Delph. 2. t. 5.) Culmis rectis filiformibus; foliis setaceis rigidis culmi longitudine; vaginis lanuginosis (raro glabris); paniculae rectae pauciflorae radiis glaberrimis 1—2-spiculatis; spiculis purpurascentibus 2—3-floris; flosculis majusculis basi villosis aristatis; aristis nigris recurvis. A. sempervirens *Vill.* var. *Trin.* A. villosa *Bertol.* sec. *Tausch.* Alp. Desphinat.

Praecedentes species nr. 40—43 *Notaris* in Indice seminum H. Genuensis 1847 ita exposuit:

A. sempervirens. *Vill.* (Fl. Delph. II. 440. t. 5. mala.) Foliis convolutis; ligula brevi truncata ciliata; spiculis 3—4-floris; flosculo superiore abortivo, inferiore supra medium aristato, caeteris muticis; axi affatim barbato; glumis inaequalibus acuminatis, superiore 3-nervia, flosculos subaequante; valvula inferiore flosculi inferioris 7-nervia scabra apice membranacea breviter bifida, laciniis nervis dorsalibus excurrentibus brevissime setigeris; paleolis elongatis oblongo-linearibus.

A. fallax. *R. S.* Foliis junioribus convolutis, culmorum florentium convolutis explanatisque, facie striatis scabris; ligula integra vel dentata, sub lente pubescente utrinque in auriculam saepe producta; spiculis trifloris; flosculis aristatis, supremo abortivo; axi barbato; glumis inaequalibus acuminatis, superiore 3-nervia flosculos aequante; valvula inferiore flosculi inferioris 5-nervia, sub lente minute punctata, apice membranacea bifida; laciniis nervis dorsalibus excurrentibus brevi-setigeris; paleolis lanceolato-acuminatis. A. sempervirens *All.* (non *Vill.*)

A. convoluta. *Presl.* Foliis complicato-setaceis; ligula brevissima ciliata; spiculis 4-floris; flosculis omnibus aristatis, supremo abortivo; axi piloso; glumis inaequalibus acuminatis, superiore 3-nervia flosculos subaequante; valvula inferiore flosculi inferioris scabra 7-nervia, ex apice membranaceo obtuso vel attenuato, nervis dorsalibus excedentibus bicuspidato-setigeris; paleolis lineari-elongatis. *Parlat.* Fl. Panorm. 188. A. fallax *Bertol.* Fl. it. I. 700. non *R. S.* Sicilia.

A. setacea. *Vill.* (Delph. II. 144. t. V.) Foliis convolutis strictis rigidis culmum aequantibus vel superantibus; ligula subnulla; panicula stricta pauciflora: spiculis 3-floris; floribus omnibus aristatis, supremo plerumque tabescente; axi piloso; glumis inaequalibus, inferiore uninervia acuta, superiore 3-nervia acuminata flosculos aequante; valvula inferiore flosculi inferioris 5-nervia, apice profunde bifida, segmentis membranaceis, nervis dorsalibus excurrentibus, acuminate-cuspidatis; paleolis ovato-acutatis. A. sempervirens *Bertl.* Fl. it. 698. Delphin. Sicilia.

A. sedenensis. *Dec.* (Fl. fr. 3. 319.) Foliis junioribus complicatis serius explanatis, vaginisque sub lente puberulis glabrisve; ligula brevi truncata nuda; spiculis 2—3-floris; flosculis omnibus aristatis, supremo tabescente; axi piloso; glumis inaequalibus subacutis, superiore 3-nervia flosculos subaequante; valvula inferiore flosculi inferioris punctato-scabra 7-nervia apice membranacea obtusa plicatula integra vel breviter bifida, segmentis obtusis, nervis omnibus ante apicem evanidis; paleolis linearibus. In Pyren. monte Cenisio Alp. Delphin.

44. A. BESSERI. *Griseb.* (in *Ledeb.* Fl. Ross. XIII. 415.) Rhizomate fibroso; foliis complicato-setaceis pungentibus margine scabris, imis culmum saepe superantibus, superiorum ligula brevissima lacera; panicula subaequali pauciflora; spiculis 2—4-floris exsertis; callis villosis; valvula inferiore scabriuscula virente apice membranacea lacera. A. sempervirens *Besser* En. 6. ♃ Russia med. austr.

45. A. LUCIDA. *Bertol.* (Fl. it. I. 701.) Radice fibrosa; culmo erecto (2—3-pedali); foliis planis linearibus angustis (1—1½‴ latis) abbreviatis mucronulatis intus subpilosis extus cum vaginis glabris; ligulis superioribus elongatis acuminatis integris; panicula subsimplici contracta sub anthesi erecto-patula; spiculis oblongis (flosculo tertio abortivo) nitentibus variegatis; glumis inaequalibus lanceolatis acuminatis, interiore flosculos aequante vel superante; valvula exteriore lanceolata compresso-canaliculata, apice breviter bidentata e medio dorso ipsa 1½—2-plo longius aristata, interna nuda apice brevissime bidentata. Inter A. fallacem et A. pubescentem dicitur intermedia. A. fallax *Pollin.* Fl. Veron. 773. A. sesquitertia *Comol.* Prodr. p. 18. ♃ Italia.

46. A. TAYGETANA. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo basi vaginis emarcidis glaberrimis tecto erecto tenui foliisque glaucis; his convoluto-filiformibus, radicalibus longissimis (culmum dimidium superantibus) erectis rigidulis; ligula brevissima truncata vel subfissa; paniculae contractae erectae (5—8-pollicaris) radiis subternis 1—3-spiculatis; spiculis trifloris; glumis parum inaequalibus acuminatis flosculos basi cum axi pilosos aequantibus; flosculo intermedio longe pedunculato tabescente; valvula inferiore margine apiceque pellucido-membranacea dorso punctulato-scabra apice brevissime bifida e dorso aristata, arista ipsa valvula subduplo longiore. A. fallax *Boiss* in Herb. *Heldr.* Variat: glumis flosculis brevioribus, spiculis 5-floris. A. Heldreichii *Parlat.* Giorn. bot. I. 189. ♃ Graecia.

47. A. COMPACTA. *Boiss.* (Diagn. VII. 122.) Caespitosa glaucescens glaberrima; culmis erectis (6—8″ altis) basi vaginis foliorum vetustis munitis; foliis fere omnibus radicalibus breviter vaginatis arcte plicato-convolutis duris rigidis tenuibus striatis erecto-subincurvis culmo brevioribus; ligula brevissima ovata; foliis culmeis binis brevissimis longe vaginatis; ligula bifida; spiculis 5—7 erectis, inferioribus breviter pedunculatis superioribus sessilibus in racemum simplicem dispositis 6—8-floris, flore supremo tabescente; glumis lanceolato-concavis longe attenuato-acuminatis membranaceis flaccidis striato-plicatis, inferiore oblongo-lanceolata extus inferne longe et adpresso pilosa viridi, superne acuta bifida, lobis rectis e basi lanceolata setaceo acuminatis, arista inter lobos orta basi plana infra medium torta valvulam superante; valvula inferiore lineari bicarinata, apice breviter bidentata ad carinas scabrida, ovario apice dense piloso sulcato. Danthonia compacta *Boiss Heldr.* pl. exsic. 1845. Graecia.

48. A. SCABRIUSCULA. *Lagasc.* (Gen. et spec. nov. diagn. 4.) Foliis margine involuto subulatis scabriusculis; panicula contracta angusta; spiculis trifloris; flosculis glabris apice bisetosis. ⊙ Hispan.

49. A. ARIGUENSIS. *Steud.* Radice fibrosa dense caespitifera; culmis erectis tenuibus (5—9″ longis) cum tota planta glaberrimis, 3—4 vaginatis et foliatis; vaginis arctis striatis; ligula brevi-membranacea dense ciliata; foliis radicalibus confertis convolutis rigidis subpungentibus culmo brevioribus, culmeis 3—4 parvis similibus; panicula simplicissima racemosa radiis 4—6 alternis unispiculatis; spiculis viridi et coerulescenti variis 3—5-floris, glumis ovato-lanceolatis acutis nervosis laevibus flosculos subaequantibus, his basi sericeo pilosis, altero margine sericeo ciliato, apice bisetoso, infra apicem aristata, arista subtorta valvulam subaequante, valvula superiore tenuiore bicarinata hyalina acuta. *Lechler* hrbr. 717. Arigue Chili.

50. A. FILIFOLIA. *Lagas.* (N. gen. diagn. 4. ex *Boiss. Elench.* p. 63.) Radice fibrosa dense caespitifera; foliis longis convolutis filiformibus duris pungentibus; culmis erectis (2—3-pedalibus); paniculae attenuatae spicaeformis radiis scabris; spiculis glabris 3-floris, flosculo superiore sterili; glumis acutis inaequalibus nitidis; valvula inferiore apice bifida dorso aristata, arista spicula duplo longiore; axi ad flosculorum basin ovarioque pilosis. ♃ Alpes Hispan.

51. A. LONGIFOLIA. *Requien* (in *Duby* Bot. 514.). Foliis angustis planis involutisque in pagina superiore asperis; ligula oblonga acuminata; panicula erecta angusta contracta, pedicellis 1—2-nis; spiculis 5—8-floris; glumis inaequalibus acuminatis brevioribus flosculis, basi et axi parce piloso; valvula inferiore apice breviter bidentata 7-nervia aristata. ♃ Gallia merid.

52. A. THOREI. *Duby.* (l. c. 512.) Radice fibrosa densissime caespitifera; culmis tenuibus erectis (2—3-pedalibus et ultra) striatis glabris; foliis angustissimis subplanis vel involutis rigidis longissimis acutis pungentibus (½—1‴ latis, culmi dimidium superantibus); inferioribus vaginisque pilosis; paniculae erectae subcontractae (2—3-pollicaris) radiis 1—3-nis inaequalibus flexuosis erectis; spiculis ovatis bifloris; glumis ovatis acutis flosculos subaequantibus; flosculis pubescentibus, basi axique pilosis; inferiore infra medium aristato, superiore mutico; valvula inferiore apice acuminata integra. ♃ Gallia pyren.

53. A. FLEXUOSA. *Schrank.* (Regensb. Denksch. 2. 7.) Culmo filiformi (pedali); foliis setaceis; panicula contracta spicaeformi, rhachi radiisque (nigro-purpurascentibus) flexuosis, his cauli adpressis; spiculis (fusco-purpureis apice albidis) bifloris; glumis flosculos aristatos aequantibus; arista (nigricante) flosculos superante. Labrador.

54. A. SQUARROSA. *Schrank.* (l. c.) Culmo erecto (vix pedali) cum foliis planis; vaginis panicula ejusque radiis pubescentibus; panicula spicata conferta (⅝″ longa, ½″ lata), radiis radiolisque brevibus; spiculis bifloris; flosculis aristatis; aristis (nigricantibus) undulatis squarroso-patentibus. Labrador.

55. A. VERSICOLOR. *Vill.* (Delph. II. t. 4. fig. 5.) Radice fibrosa; culmo erecto aut basi geniculato-declinato (1—1½-pedali); foliis linearibus planis supra laeviusculis margine scabris obtusiusculis; ligula exserta lanceolata; paniculae racemosae subovatae radiis geminis 1—2-spiculatis, spiculis sub-5-floris nitidis (e purpureo violaceo viridi vel albo variis); glumis inaequalibus brevioribus quam flosculi cum axi breviter pilosi; valvula inferiore apice bifida, insuperque uno alterove dente instructa e dorso aristata; arista subdivaricata flosculos longe excedente. A. Scheuchzeri *All. Host.* Gram. 2. t. 52. Variat: foliis angustissimis, flosculis laxis. ♃ Alpes Austr. Helvet. Gall.

56. A. BAUMGARTENII. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto cum vaginis superioribus foliisque linearibus abbreviatis (2″ longis, 1—1½‴ latis) glabris; vaginis infimis retrorsum pilosis; ligula ovato-lanceolata; paniculae secundae radiis inferioribus 4-nis superioribus 2-nis vel solitariis subnutantibus unispiculatis; spiculis 2—3-floris (purpureo-flavido, viridi et albo variegatis); glumis inaequalibus flosculis parum brevioribus; valvula inferiore apice longe membranacea pellucida dentato-lacera supra medium aristata, arista recta flosculis duplo longiore. A. versicolor *Baumg.* hrbr. Transylvan.

57. A. GLAUCA. *Lapeyr.* (Pyr. supl. 20.) Glauca; vaginis infra dentato-ciliatis, superne remoto-ciliatis; foliis convolutis; ligulis scariosis exsertis integris acuminatis, inferiorum foliorum brevibus lanatis; spiculis 3—4-floris, flosculis basi lanatis. (Vix A. versicolor *Vill.*) ♃ Pyrenaei.

58. A. LASIANTHA. *Link.* (Linn. IX. 135. 568.) Culmo erecto (2—3-pedali); nodis fuscis hirtis; vaginis striatis glabris; ligula elongata lacera; foliis (3—6″ longis, 1½‴ latis) subtus glabris supra pilosis; paniculae effusae subsecundae radiis tenuibus superne hirtis; spiculis 2—3-floris; glumis inaequalibus valvulisque molliter pilosis; valvula inferiore apice bifido, dorso aristata, arista non geniculata reflexa longitudine valvulae. Graecia.

59. A. DESERTORUM. *Lessing.* (Linn. IX. 208.) Radice fibrosa dense caespitifera; culmis laevissimis (½—1-pedalibus) erectis; foliis teretiusculo-complicatis rigidiusculis inaequalibus scabriusculis apice subulatis; ligula amplexicauli apice divisa; paniculae racemosae laxae secundae brevis radiis solitariis vel infimis binis brevibus; spiculis 3-floris; flosculis 2 hermaphroditis vel intermedio masculo, summo neutro mutico vel uti reliquis aristatis; glumis inaequalibus, altera flosculos aequante, altera superante; valvula inferiore basi axique villosis, dorso aristata, arista flosculis duplo longiore. A. sempervirens *Ledeb.* Fl. alt. I. 89. et aliorum aut. Fl. Ross. Avena *Gmel.* sib. nr. 65. ♃ Sibiria.

60. A. LONGIGLUMIS. *Durieu.* (Rev. bot. 359.) Annua; foliis vaginisque pilosiusculis laevibus; ligula truncata brevi ciliato-fimbriata; panicula secunda laxa; spiculis tri-

floris; glumis longissimis flosculos longe superantibus aequalibus utraque 9-nervia; rhachilla pilosissima articulata, articulo inferiore persistente longissimo obliquo subulato; flosculis a basi ultra medium molliter pilosissimis; valvulis parum inaequalibus, exteriore 7-nervia paulo supra medium aristata, in setas duas longissimas scabras valvulam plus dimidiam longas desinente; inferiore lineari apice bidentata. ⊙ Algeria.

61. A. LEPTOSTACHYS. *Hook fil.* (Antarct. voy. 378.) Glaberrima nitida; culmo erecto gracili debili (pedali) vaginato foliato; ligula membranacea ovata fimbriata; foliis flaccidis striatis (6—8-pollicaribus); panicula gracillima flexuosa nutante, radiis breviusculis subverticillatis capillaribus paucifloris; glumis inaequalibus, inferiore quam flosculus $^1/_2$ breviore; valvula inferiore lanceolata basi barbata bicuspidata, inter segmenta aristata; arista gracili reflexa quam spicula bis longiore. Fret. Magellan.

62. A. TRICHOPODIA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 254.) Radice fibrosa; culmo subramoso erecto (10—14-pollicari) tereti laeviusculo nodisque glaberrimo; vaginis laxiusculis striatis hirsutis; foliis planis inferne scabriusculis superne hirsutis, acutissimis; ligula brevi truncata; panicula patula erecta composita (6—8-pollicari); radiis alternatim fasciculatis erecto patulis radiolisque scabris; spiculis brevissime pedicellatis bifloris, parvis (vix 3‴ longis) teneris; glumis subaequalibus lanceolatis flosculo brevioribus; flosculis basi pilis brevissimis cinctis, altero sessili, altero pedicello piloso suffulto; valvulis inaequalibus, inferiore bifida, lacinulis lanceolatis, dorso aristam fractam ipsae aequalem emittente; superiore breviore bimucronata. ⊙ Mexico.

63. A. NUTKAENSIS. *Presl.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo erecto compresso glabro ($1^1/_2$-pedali) vaginis tecto; ligula exserta truncata lacinulata; foliis linearibus planis vagina brevioribus (2‴ latis) scabris; panicula laxa secunda (5-pollicari); radiis elongatis binis bis trichotomis, radiolis simplicibus unispiculatis; spiculis (3‴ longis) quadrifloris; glumis inaequalibus, inferiore lanceolata subulato-acuminata, superiore fere duplo majore oblongo-ovata acuminata 5-nervia; flosculis alternis pilis brevibus obvallatis; valvula inferiore sub-7-nervia scabra setaceo-bilaciniata, arista supra dorsali recta spiculam superante; superiore lanceolata apice bidentata. ♃ Sinus Nootka.

64. A. BORBONIA. *Steud.* Culmo laevi simplici (?); foliis lineari-lanceolatis; ligula longe exserta; panicula subracemosa contracta (5-pollicari); radiis paucifloris; spiculis bifloris; glumis inaequalibus, utraque lanceolata subsetoso-acuminata inferiore uni- superiore trinervia; flosculo altero pedicellato pedicello piloso; aristis flosculis 2—3-plo longioribus spiraliter (plerumque inter sese con-) tortis. Ins. Borbonia.

65. A. CLAUDA. *Durieu.* (Revue bot. I. 360.) Annua; foliis pilosis apice spiraliter tortis vaginisque laevibus; panicula secunda laxa; spiculis plerumque trifloris; glumis valde inaequalibus, interiore 7-nervia, exteriore dimidio breviore 5-nervia; rhachilla pilosissima articulata, articulo inferiore persistente longissimo obliquo subulato; flosculis glabris gluma interiore paulo longioribus, medio dorso aristatis; valvulis valde inaequalibus interiore acute bidentata, exteriore fere duplo longiore, glabra supra medium asperula, apice in setas duas longissimas rigidas saepissime bifidas (lacinia altera breviore) scabras desinente. ⊙ Algeria.

66. A. ERIANTHA. *Durieu.* (l. c.) Annua; foliis glabris apice spiraliter tortis remote ciliatis vaginisque scabris; panicula secunda laxa; spiculis plerumque trifloris; glumis inaequalibus interiore 7-nervia, exteriore 5-nervia; rhachilla pilosissima articulata, articulo inferiore persistente longissimo obliquo subulato; flosculis gluma inferiore paulo brevioribus, infra medium glabris, supra villosissimis, medio dorso aristatis; valvulis parum inaequalibus, interiore acute bidentata, exteriore una vix parte quinta longiore; flosculorum inferiorum apice in setas duas ipsa gluma quadruplo breviores capillares flaccidas hirsutas superne indivisas desinente; flosculo summo mutico. ⊙ Algeria.

67. A. ANTARCTICA. *R. Br.* (Prodr. I. 209. obs. et: *Lesson Rich.* Astrol. Bot. 139.) Culmo erecto adscendente filiformi tenuissimo (8—10-pollicari) geniculato laevi vaginato; foliis planis linearibus erectis striatis glabris (6—7-pollicaribus); vaginis margine diaphanis membranaceis; ligula nulla nisi margo brevissimus; panicula erecto-patente composita (3—4-pollicari), radiis paniculatis brevibus geminis vel ternis paucispiculatis; spiculis oblongis patentibus compressis tenuissimis trifloris; glumis patentibus altera majore oblonga obtusiuscula compressa margine membranaceo-pellucida, altera breviore subulata mucronata; flosculis basi albis pilis minutis cinctis; valvula inferiore lineari compressa margine membranacea dorso sub apice aristata; arista setacea tenuissima alba flosculo fere duplo longiore; superiore lineari tota membranaceo-hyalina apice bimucronato, breviore. (Ex *Forster* mpt.) Aira antarctica *Forst.* Prodr. 41. Trisetum antarcticum *Trin.* Act. Petr. 1810. I. 61. Avena Forsteri *Kunth.* N. Zeeland.

In specimine ex N. Zeelandia forsan huc pertinente est: Culmo tereti erecto striato glabro parce foliato (ultra bipedali), nodis fuscis glabris; panicula erecta patente (4″ longa, 2″ lata); rhachi radiisque scabriusculis, radiis 4—6-nis subverticillatis, supremis binis vel solitariis; spiculis 3- vel $3^1/_2$-floris nitentibus patulis; glumis 2, inferiore lanceolata superiore plus duplo breviore et angustiore 5—7-tenui nervia, neutra flosculos aequante; flosculis 3 perfectis, quarto si adest rudimentario; pilis rhacheolae valvulaeque inferioris brevibus, hac dorso herbacea margine splendide membranacea alba glabra apice bifida infra apicem aristata; arista flosculum aequante; valvula inferiore lanceolata albo membranacea splendida. An eadem? cum neutra vero convenit: Toresia antarctica *Beauv.* Agr. t. 12. f. 7.

Sectio III. Spicatae. Gaudinia *Beauv.*

Ob paniculas plus minus spicatas species aliquot prioris sectionis huc referri possunt: v. c. A. flexuosa *Schrank.* A. squarrosa *Schrank.* A. planiculmis *Schrad.* A. filifolia *Lagasc.*

68. A. FRAGILIS. *Lin.* Radice fibrosa subrepente; culmo basi geniculato et ramoso vel simplici ($1—1^1/_2$pedali); foliis planis linearibus brevibus (1—3″ longis, 1—$1^1/_2$‴ latis) vaginisque pilosis; ligula brevi obtusa vel obsoleta; panicula spicata (3—5-pollicari) erecta fragili articulata; spiculis sub-5-floris adpressis alternis glabris; glumis valde inaequalibus, altera ovata obtusa 6-nervia, altera duplo minore 2—3-nervia; axi flosculisque glabris; valvula inferiore apice acuta vel bifida, infra apicem aristata; arista valvula duplo longiore. *Schreb.* Gram. 2. t. 24. f. 3. *Host.* Gram. 2. t. 54. Gaudinia fragilis *Beauv.* Agr. p. 95 et G. avenacea t. 19. f. 5. ⊙ Acrospelion. *Besser.* Europ. austr.

69. A. GEMINIFLORA. *Kunth.* (Gram. t. 61.) Radice fibrosa; culmo basi ramosissimo humili (3—6-pollicari); vaginis foliisque molliter pilosis, his lanceolatis acutis; ligula ovata laciniato dentata; paniculae dense spicatae contractae spiculis angustis sub-5-floris pubescentibus; glumis inaequalibus lanceolatis, flosculis axique nudis; valvula inferiore apice bisetoso-fissa, infra apicem aristata, arista tenui valvulam aequante. ⊙ Ins. Azor.

70. A. PRESLII. *Kunth.* Radice fibrosa caespitifera; culmis teretibus versus nodos dense albo pilosis geniculatis (3—10-pollicaribus); vaginis laxiusculis pubescentibus vel villosis; ligula brevi truncata ciliata; foliis culmeis planis innovationum convolutis, margine et sursum scabris; panicula spicaeformi erecta oblonga ($1^1/_2$-pollicari, flavescente); radiis alternatim fasciculatis pedicellisque pilosis; spiculis solitariis bifloris; glumis membranaceis diaphanis piloso scabris, flosculis calyce longioribus; valvula inferiore bifido-laciniata, laciniis setis terminatis, arista dorsali fracta valvula breviore. A. pilosa *Presl.* Rel. Haenk. I. 253. ♃ Chili.

71. A. TRITICOIDES. *Lindl.* (in *Mitchell* Journ. Austral. 365.) Culmo ramoso stricto; foliis glabris margine

spinuloso-scabris, basi planis apice involutis; spica cylindracea disticha secunda; spiculis subtrifloris, flore summo mutico abortiente; valvulae inferioris dorso lanatae arista recta gluma mucronata multinervia longiore. N. Holl. orient. trop.

72. A. MACRA. *Bbrst.* (Fl. tauro-cauc. 77.) Culmo humili (vix digitali); foliis angustis glabris; panicula racemosa elongata; spiculis solitariis aut binis, altera sessili altera pedicellata 2—4-floris; flosculis glabris, infimo mutico, caeteris aristatis, aristis divaricatis. Gaudinia Biebersteinii *Trin.* ⊙ Iberia. Caucas. (cfr. Bomus Hohenackeri.)

Sectio IV. Flores plerumque monoici, inferior masculus, superior hermaphroditus, arista in illo basilari, in hoc subapicali. Arrhenatherum *Beauv.*

73. A. ELATIOR. *Lin.* Radice fibrosa subrepente nodosa vel bulboso-incrassata; culmo adscendente erecto (2—4-pedali) ad nodos glabro vel villoso; foliis lineari-lanceolatis planis ad oras scabris; vaginis ciliatis; paniculae aequalis erectae vel apice nutantis contractae radiis 4—6-nis inaequalibus simplicibus vel ramosis; spiculis subcompressis bifloris; glumis inaequalibus, longiore flosculos parum superante; flosculis basi pilosis, hermaphrodito brevius aristato vel mutico. *Schreb.* Gram. 1. t. 1. *Host.* Gram. 2. t. 49. *Kunth.* Supl. t. XXI. f. 4. A. bulbosa *Willd.* Arrhenatherum avenaceum *Beauv.* t. XI. f. 5. Holcus avenaceus *Scop. E. B.* t. 813. Variat: arista flosculi hermaphroditi elongata geniculato-inflexa. Arrhenatherum biaristatum *Peterm.* et: flosculo inferiore hirtello, superiore longe hirsuto. Arrhenatherum erianthum *Boiss.* et *Reut.* pugil. pl. nov. 121. Tandem mire variat: flosculis 3—4, tertio nempe pedicellato mutico, quarto ad glumam redacto, proprii generis foret typus nisi in eodem specimine spiculae — praesertim inferne — adsint nullo modo ab illis formae regularis diversae; Arrhenatherum kentukense *Torr.* in Hbo. Mus. Lug. Batav. et hinc sine dubio: A. americanum *Beauv.* in ind. p. 152 non differt. ♃ Eur. Am. sptr.

74. A. ALBA. *Vahl.* (Symb. 2. 24.) Culmo erecto gracili tereti (1—2-pedali); foliis glabris glaucis; panicula simplici pauciflora; spiculis bifloris; glumis (pallide viridibus) margine hyalinis fere longitudine flosculorum; flosculis pilosis altero aristato, altero mutico (in culta saepe utroque aristato). Prioris var. *Trin.* ♃ Eur. austr. Afr. bor.

75. A. PALLENS. *Link.* (in *Schrad.* Jour. 1799. 314.) Radice fibrosa; culmo erecto (pedali); foliis convoluto setaceis, radicalibus longissimis, culmeis brevioribus; vaginis pubescentibus; paniculae densae brevis ovatae radiis arrectis; spiculis bifloris pallidis; flosculis hirsutis, altero aristato, altero mutico vel brevius aristato. Lusitania.

76. A. MONTANA. *Brot.* (Fl. Lusit. 109.) Radice fibrosa; culmo erecto (4-pedali) glabro ad nodos villoso; foliis planis strictis ($2^1/_2$''' latis) supra vaginisque villosis; ligula brevi truncata; paniculae laxae ($^1/_2$—$^3/_4$-pedalis) radiis glabris scabris; spiculis subquadrifloris (viridi-purpureis); glumis inaequalibus acuminatis, altera flosculos aequante vel superante; flosculis duobus hermaphroditis tertio (saepe masculo) mutico, illis e dorso aristatis, omnibus basi pilosis, flosculo quarto tabescente. ♃ Lusitania.

77. A. KOTSCHYI. *Boiss.* (Hrbr. Persiae nr. 272 et Diagnos. VII. 122. sub: Arrhenatherum.) Radice fibrosa ad basin culmi bulboso-incrassata; culmo erecto (pedali); foliis linearibus elongatis vaginisque pubescentibus; ligula exserta incisa; vagina suprema maxima paniculam basi involucrante; paniculae erectae laxae radiis capillaribus patentibus; spiculis elongatis nitidulis pallidis bifloris; glumis inaequalibus quam flosculi brevioribus; flosculis pilosis, masculo ab ima basi longe, hermaphrodito infra apicem brevi aristato. ♃ Persia austr.

78. A. STRIATA. *Michx.* (Fl. Am. I. 73.) Culmis caespitosis gracilibus (1—2-pedalibus); foliis angustis; panicula simplici laxa secunda demum nutante; pedicellis capillaribus scabris 3—5-spicatis; glumis inaequalibus purpureis quam flosculi multo brevioribus; valvula inferiore valide 7-nervia, dorso rotundata basi fasciculo pilorum valvulam superiorem superantium ciliato-fimbriata, arista longa infra apicem attenuatum bifidum. Trisetum purpurascens *Trin.* Am. sptr.

Sectio V. Trisetarium *Ledeb.* Glumae 3—5-nerviae, valvula inferior pluri-nervia; caryopsis sulco exarata.

79. A. CALLOSA. *Turcz.* (Catal. Baic. nr. 1295. et *Ledeb.* Fl. ross. fasc. XIII. 415.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui ($1^1/_2$—2-pedali) cum vaginis foliisque glabro, his angustis planis lineari-lanceolatis margine scabriusculis (2—5'' longis, $^1/_2$—1''' latis) acuminatis superioribus minoribus; ligula hyalina parva; paniculae simplicissimae subracemosae radiis solitariis rarius binis unispiculatis; spiculis teretiusculis 3—5-floris, glumis quam flosculi multo brevioribus violaceis neutris glabris; flosculis basi fasciculo pilorum ipsis multoties breviore munitis, valvula inferiore viridi et violaceo varia valide 7—9-nervia acuminata vel bicuspidata infra apicem aristata, arista recta vel leviter geniculata, valvula superiore bicarinata apicem versus ciliata. Avena striata *Turczn.* hrbr. vix *Michx.* (ex specimine *Turczanin*). Sibiria baical.

Species quoad sectionem vel omnino minus notae.

80. A. STIPAEFORMIS. *Lin.* Culmis ramosis laevibus saepe reclinatis (pedalibus); ramis e singulis foliorum alis solitariis etiam floriferis brevibus; panicula avenacea parva; glumis 2, altera lanceolata, altera ovata; flosculis binis sessilibus valvulis laevibus, exteriore basi hirta. Chaetaria stipaeformis *Beauv.* Agr. 30. Pr. b. sp.

81. A. PENSYLVANICA. *Lin.* Culmo erecto glabro; foliis lineari lanceolatis; paniculae attenuatae radiis laevibus alternis; pedicellis scabris; glumis inaequalibus albis quam flosculi brevioribus; flosculis basi pilosis, altero mutico altero e basi aristato, arista flosculo duplo longiore. A. elatior *Lin.?* sec. *Torr.* Fl. Am. 131. Am. septr.

82. A. NERVOSA. *R. Br.* (Prodr. I. 178.) Panicula simplici rara nutante; spiculis sub-5-floris; valvula inferiore 7-nervia, glumis longiore apice lacinulata. Vix genuina Avenae species sed nulli generi potius referenda Bromum tamen accedens *R. Br.* N. Holl.

83. A. POURRETII. *Willd.* (Berl. Mag. II. t. 8. f. 4.) Culmo basi ramoso (3—6-pollicari); foliis linearibus glabris; ligula lanceolata elongata fissa; paniculae patulae ($1^1/_2$-pollicaris) radiis hispidis; glumis inaequalibus corolla longioribus; valvula inferiore apice sub-3-dentata, supra basin aristata, arista flosculo duplo longiore. A. airoides *Pourr.* Agrostis Pourretii *R. Br.* ⊙ Hispan.

84. A. MAXIMA. *Presl.* Radice fibrosa; panicula secunda; spiculis bifloris, flosculis gluma minoribus pilosis aristatis; arista gluma duplo longiore geniculata. A. pensylvanica *Presl.* Gram. sicul. p. 30. ⊙ Sicilia.

85. A. ELATA. *Forsk.* (Fl. aegypt. arab. p. XIX.) Parva subspicata, caule et foliis villosis. Prope Bycanth.

DUPONTIA. *R. Brown.* Panicula contracta, spiculae ovatae biflorae cum rudimento clavato setuliformi flosculi tertii; glumae subaequales scariosae concavae muticae subaequantes flosculos scariosos muticos, alterum pedicellatum; valvula inferior ovata mutica obtusa basi breve piloso-barbata, superior angustior lineari-oblonga glaberrima; lodiculae duae hyalinae apice erosae; stamina tria; ovarium glabrum, styli duo plumosi; caryopsis — ?

1. D. FISCHERI. *R. Br.* (in *Parr.* Voy. app. 291.)

Culmis erectis simplicibus (6—10-pollicaribus) glaberrimis; foliis angusto linearibus acutis (2—3″ longis) planis; vaginis fissis; ligula obtusa subtruncata; paniculae simplicis (fusco et purpurascenti variae) radiis subgeminis paucifloris. (cfr. Poa pelligera *Rupr.*) Ins. Melville.

2. D. PSILOSANTHA. *Rupr.* (Fl. Samoj. t. 6.) Rhizomate repente; foliis lineari-attenuatis; ligulis breviter productis; paniculae coarctatae radiis 1—2; glumis apice in acumen tenue productis; valvula inferiore dorso glaberrima acutiuscula et quandoque setula terminata. D. Fischeri *Hook.* Fl. bor. am. 2. 242. (non *R. Br.*) Poa psilosantha *Rupr.* l. c. p. 64. Donax Kotzebuensis *Trin.* ex *Rupr.* l. c. Arundo hyperborea *Trin.* mpt. Amer. Russ. arctic.

ERIACHNE. *R. Brown.* Panicula; spiculae biflorae; flosculi sessiles vel pedicellati hermaphroditi; glumae 2 membranaceae aequales muticae; valvulae 2 membranaceae inferior concava vel in aristam terminalem simplicem desinens vel mutica; superior bicarinata; squamulae 2 carnoso-membranaceae; stamina 3; ovarium glabrum; stigmata plumosa, pilis simplicibus denticulata; caryopsis glabra exsulca.

a. *Muticae.*

1. E. ECKLONII. *Nees.* (Fl. Afr. I. 273.) Radice fibrosa; culmo erecto rigido ($^1/_2$—1-pedali); vaginis arctis rigidis striatis glabris ore ligulae loco pilis brevibus fimbriatis; foliis erectis striatis convolutis subulatis apicem versus vel undique scabris ($^1/_2$—$1^1/_2$-pollicaribus); paniculae subcylindricae spicaeformis radiis brevibus rigidis fasciculatim divisis; spiculis ovatis; glumis flosculis duplo longioribus, cymbiformibus valvulaque inferiore nervosa in carina scabris, hac 7-nervia acutiuscula margine basin versus pilosa; superiore lineari bifida. ♃ Afr. austr.

2. E. ASSIMILIS. *Steud.* Culmo basi adscendente erecto rigidulo (semipedali); vaginis striatis puberulis margine oreque tenuissime ciliatis, ligula membranacea abbreviata; foliis patentibus lanceolatis striatis rigidis scabriusculis apice convoluto-subpungentibus ($^1/_2$—$^3/_4$″ longis, basi 1—$1^1/_2$‴ latis); paniculae subcylindricae spicaeformis radiis brevissimis fasciculatis; spiculis ovatis; glumis flosculos superantibus cymbiformibus carina aculeolato-scabris; valvula inferiore obliqua basi fasciculatim pilosa, nervosa, obtusa; superiore lineari apice lacera. Sub: E. Ecklonii *Nees* misit *Drege,* cujus forsan var.? ♃ Afr. austr.

3. E. TUBERCULATA. *Nees.* (l. c. 274.) Culmo erecto gracili simplici; vaginis striatis ore barbatis; foliis convoluto-setaceis incurvis (1—3″ longis, vix 1‴ latis) glabris; ligula brevissima ciliata; paniculae lanceolatae angustae ($1^1/_2$-pollicaris) obtusae radiis flexuosis ad genicula callosis a medio divisis; spiculis ovalibus pallidis; glumis subaequalibus in carina tuberculoso-crenatis; flosculis superne glabris dorso infero puberulis basi minutim barbatulis; valvula inferiore in mucronulum brevem simplicem vel bifidum contracta; caryopsi postice profunde canaliculata. ♃ Afr. austr.

4. E. PALLIDA. *Nees.* (l. c. 275.) Culmo basi repente adscendente (pedali et ultra, ramoso?) polyphyllo dense vaginato; vaginis striatis; ligula brevissima truncata; foliis lineari attenuatis (3—7″ longis, 1—$1^1/_2$‴ latis) striatis glabris demum convolutis; paniculae contractae densae radiis flexuosis a medio subtrichotomo-divisis; spiculis ovatis pallidis; glumis glabris acutis paulo brevioribus flosculis (inferne) hirsutis; valvula inferiore integra acuta. ♃ Afr. austr.

5. E. AUREA. *Nees.* (l. c. 276. Culmo erecto ($^1/_2$—1-pedali) cum nodis glabro; vaginis margine lanato-ciliatis; foliis linearibus angustis demum convolutis supra villoso-canis; paniculae erectae strictae (3—4-pollicaris) radiis geminis subtrichotomis (aureo-purpurascentibus) basi callosis; spiculis ovatis; glumis glabris (purpureo-fulvo et aureo variis) flosculos superantibus; valvula inferiore ovata nervosa sericeo strigilosa apice 3-dentata. Aira aurea *Steud.* Fl. 1829. 470. ♃ Afr. austr.

6. E. AMPLA. *Nees.* (l. c. 277.) Culmo erecto (1—2-pedali) cum vaginis foliisque glabris; vaginis striatis ore pilosis; foliis anguste linearibus elongatis (3—8″ longis, 1—$1^1/_2$‴ basi latis) sursum convolutis; paniculae dilatatae (4—5″ longae, et fere totidem latae) effusae radiis 2—3-nis repetito-trichotomis capillaribus in axillis subcallosis puberulis; spiculis oblongis; glumis acutis flosculos superantibus (basi purpurascentibus); valvula inferiore ultra medium pilosa apice obtuse 3-dentata. ♃ Afr. austr.

7. E. MICROPHYLLA. *Nees.* (l. c.) Rhizomate subrepente caespitifero; culmis basi dense foliatis geniculatis, erectis ($^1/_2$—$^3/_4$-pedalibus) glabris tetragonis (viscosulis); vaginis sulcatis ore barbulatis; foliis lanceolatis planis apice subconvolutis, abbreviatis (4—7″ longis, basi 1—$1^1/_2$‴ latis) glaucis margine scabris; paniculae divaricatae (2—$2^1/_2$″ longae et latae) radiis geminis sursum repetito trichotomis rhachique glutinosis; spiculis ovalibus; glumis acutis flosculos superantibus; valvula inferiore ultra medium pilosa, apice emarginato 5-dentata. ♃ Afr. austr.

8. E. STEUDELII. *Nees.* (l. c. 278.) Culmo basi ramoso adscendente filiformi geniculato glabro; foliis angustissimis subplanis vel convolutis filiformibus; vaginis laxiusculis ore pilosis; paniculae brevis effusae rarae radiis 2—3-chotomis paucifloris; spiculis oblongis obtusiusculis; glumis glabris flosculos superantibus (apice subfuscis); valvula inferiore basi pubescente margine fimbriata apice integra vel obsolete dentata, superiore lineari hyalina ciliata. E. capensis *Steud.* Flora 1829. 470. ♃ Afr. austr.

9. E.? MALOUINENSIS. *Steud.* Culmis basi ima divisis, adscendentibus glabris (5-pollicaribus); foliis radicalibus fasciculatis convolutis rigidis curvulis culmo triplo brevioribus, culmeis vaginas terminantibus brevissimis (3—4‴ longis); panicula simplicissima, radiis solitariis unifloris pedicellos formantibus; glumis ovatis obtusiusculis ex luteo-albo et purpureo variis. (Flosculi omnes delapsi, hinc genus ex summa cum quibusdam Eriachnidis speciebus affinitate tantum divinari potest.) *Urville* legit in Ins. Malouinis.

10. E. MUCRONATA. *R. Br.* (Prodr. I. 184.) Foliis strigoso-ciliatis; paniculae coarctatae simplicis radiis paucifloris; glumis glabris; valvula inferiore mucronata infra medium hispida. N. Holl.

11. E. PREISSIANA. *Nees.* (*Lehm.* Pl. Preiss. II. 102.) Culmo ad nodos contracto geniculato glabro (pedali); foliis convolutis glabris, infimis culmo parum brevioribus; panicula contracta (1—$1^1/_2$-pollicari) oblonga; spiculis oblongis (4-linealibus); glumis 9—11-nerviis asperiusculis; valvula inferiore subulato-acuminata superioreque bidentula basi hirsutis. ♃ N. Holl. austr. occ.

12. E. BREVIFOLIA. *R. Br.* (l. c.) Culmo 5—6-nodo ad nodos leviter geniculato (2-pedali); ligula brevi rigidepilosa; foliis setaceis strictis vaginisque glabris laevibus; panicula coarctata simplici (2-pollicari); axi piloso; radiis paucifloris; glumis glabris; glumis 9-nerviis laevibus vel pilosis; valvula exteriore mucronata, infra medium hispida, superiore basi villosa. N. Holl.

13. E. OVATA. *Nees.* (in *Hook.* Lond. Jour. II. 416.) Culmi nodis vaginis foliisque glabris; panicula contracta brevi; spiculis glumisque ovatis, his 9—11-nerviis asperiusculis; valvulis subulato attenuatis a basi ad medium hirsutis, superiore mucronata, inferiore bidentula. Praecedenti affinis. ♃ Ad fluv. Cygnor. N. Holl.

14. E. OBTUSA. *R. Br.* (l. c.) Foliis vaginisque glabris; panicula coarctata, radiis inferioribus parum divisis; glumis glabriusculis acutissimis perianthio obtusiusculo brevioribus. N. Holl.

15. E. CAPILLARIS. *R. Br.* (l. c.) Culmi trinodis (6—9-pollicaris) nodis glabris; foliis vaginisque e tuberculis hispidis; panicula effusa capillari rara (1—2-pollicari); radiis paucifloris; rhachi villosa; glumis glabris; valvula inferiore mucronata, inferne ad medium margine usque infra apicem villosa, superiore margine ciliata. *Kunth.* Gram. t. 63. N. Holl.

b. *Aristatae.*

16. E. RARA. *R. Br.* (l. c.) Culmi tenuis binodis (fere pedalis) inferne ramulosi nodis barbatis; ligula ciliari; foliis pilosis scabris, inferioribus planis, superioribus convolutis; panicula simplicissima (pollicari), ramis pilosis paucifloris distichis; glumis glabriusculis, aristis flosculo longioribus. N. Holl.

17. E. SQUARROSA. *R. Br.* (l. c.) Culmo ramoso ($1^1/_2$-pedali); ligula brevi ciliari; foliis vaginisque scabris, articulis sericeo-barbatis; spica subramosa, radiis paucifloris approximatis; glumis glanduloso-hispidis acuminatis, aristis flosculo longioribus. N. Holl.

18. E. GRACILIS. *Brogn.* (in *Duper.* it. 25.) Culmo vaginis foliisque glabris; ligula foliisque margine ciliatis; spica pauciflora; radiis distantibus gracilibus erectis 3—4-floris; glumis acutis valvulas vix aequantibus glabriusculis; valvulis sericeo-villosis aristatis, aristis has subaequantibus. Ins. Molucc.

19. E. GLAUCA. *R. Br.* (l. c.) Culmo ultra pedali; ligula brevi ciliata ad latera longius pilosa; foliis convolutis vaginisque glabris laevibus, articulis imberbibus; panicula coarctata (2—3-pollicari) radiis multifloris, axi glabro; floribus imbricatis; glumis hispidis 13-nerviis; aristis flosculo longioribus. N. Holl.

20. E. AVENACEA. *R. Br.* (l. c.) Culmo tenui trinodi (7—9-pollicari); foliis setaceis vaginisque glabris; panicula coarctata; axi glabro; radiis simplicibus; floribus distinctis; glumis glaberrimis 13-nerviis; perianthii valvulis basi exteriore etiam margine barbatis. N. Holl.

21. E. CILIATA. *R. Br.* (l. c.) Foliis vaginisque hispidis; panicula subcoarctata simplici; radiis paucifloris; floribus distinctis; glumis glabriusculis acuminatis; perianthiis longitudinaliter barbatis, aristis flosculum subaequantibus. N. Holl.

22. E. PALLESCENS. *R. Br.* (l. c.) Foliis vaginisque glabris laevibus; panicula effusa rara, radiis capillaribus; glumis glabris obtusiusculis, aristis flosculum subaequantibus. N. Holl.

23. E. STRICTA. *Steud.* Culmis erectis strictis rigidulis glabris (ultra pedalibus) tenuibus teretibus striatis, foliis imis planiusculis angustissimis pubescentibus, culmeis convoluto setaceis strictis acutis subpungentibus laevibus, vaginis ore pilosis; ligula brevi pilosa; paniculae simplicissimae radiis pauci- (2—4-) floris; glumis nervosis tenuissime pubescentibus ciliatisque; flosculis densius pilosis, arista longitudine ipsos aequantibus. Hrbr. *Urville.* Patria?

24. E. TRISETA. *Nees.* (Mspt.) Culmo foliisque setaceis laevibus; panicula subsimplici pauciflora coarctata; glumis glabris subulato-acuminatis quam flosculi (sine setis) longioribus; valvula inferiore uniseta, superiore biseta. An distincti generis inter Festucaceas reponendi? *Nees.* Ceylon.

ANISANTHA. *C. Koch.* Panicula simplex; spicula multiflora; flosculus infimus fertilis, secundus masculus, reliqui steriles et axin communem amplectentes, omnes pilosi ex apice bifido longe aristati; glumae membranaceae inaequales; stamina 3; ovarium oblongum stigmatibus 2 sessilibus instructum; caryopsis elongata ex latere ad axin spectans concava.

A. PONTICA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 394.) Glaberrima; foliis ligula perbrevi instructis; gluma inferiore uni- superiore trinervia; valvula inferiore 5-nervia. In montibus Techorak.

ANISOPOGON. *R. Brown.* Panicula; spiculae biflorae; flosculus inferior hermaphroditus pedicellatus, superior neuter setiformis; glumae duae membranaceae subaequales 3—plurinerviae flosculos superantes; valvulae 2 subcoriaceae apice bifidae, inferior arista interjecta longissima inferne torta; lodiculae 2—3; stamina 3; ovarium stipitatum superne pilosum; stigmata 2 longissima plumosa.

1. A. AVENACEUS. *R. Br.* (Prodr. I. 176.) Culmo tenui erecto (3-pedali) glabro; foliis linearibus angustis elongatis (1′ longis et ultra, 1—2‴ latis); ligula ciliata; foliis planis vel involutis; paniculae effusae laxae radiis capillaribus solitariis 1—2-floris; spiculis longissimis ($1^1/_2$″ longis); glumis plurinerviis lanceolatis acuminatis; valvula inferiora sericeo-pilosa. *Beauv.* Agrost. t. 9. f. 8. ♃ N. Holl.

2. A. CAPENSIS. *Nees.* (Fl. Afr. I. 265.) Culmo basi ramoso vaginato incurvo-erecto ($^1/_2$-pedali) glabro; vaginis margine dense lanuginoso-fimbriatis; ligula setosa; foliis brevibus ($^1/_4$—1″ longis, 1‴ latis) molliter pubescentibus; spiculis bifloris (6‴ longis); glumis lanceolatis setaceo-acuminatis; valvula inferiore glabra, apice scabra. ⊙ Afr. austr.

ANTHOSACHNE. *Steud.* Panicula; spiculae pluriflorae; flosculi supremi steriles; glumae 2 lanceolatae quam flosculi multoties breviores deciduae; flosculi in rhachi articulata sessiles remoti, rhacheos articuli infra flores pilosi; valvulae 2, inferior lanceolata apicem versus nervosa in aristam ipsa pluries longiorem terminata margine reflexa, superiorem aequilongam obtusam muticam amplectens; stamina 3 linearia; ovarium oblongum; stylus penicillatus; caryopsis —

A. AUSTRALASICA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici tereti foliato glabro (2—3-pedali); foliis e basi auriculata lineari-lanceolatis acuminatis (5—8″ longis, vix ultra 1‴ latis) pilosulis vel glabris; panicula basi in vagina summa involuta vel longe exserta, pluriradiata, radiis apice spiculiferis, spiculis longis glabris. *Drummond* coll. IV. nr. 382, 383, 384. N. Holl.

MEGALACHNE. *Steud.* Panicula ramosa; spiculae subtriflorae; flosculi 2 perfecti, tertius supremus tabescens; glumae 2 lineari-lanceolatae in aristam ipsas aequantem terminatae; flosculus inferior sessilis, superior brevi pedicellatus; valvula inferior subcoriacea sursum nervosa in aristam divaricato-patentem ipsam superantem vel aequantem terminata, arcte amplectens superiorem membranaceam lineari-angustam apice bifidam, laciniis inaequaliter aristatis; genitalia —? (in specimine suppetente ustilagine correpta.)

M. BERTERONIANA. *Steud.* Culmo ramosissimo geniculato uti tota planta glaberrimo pluripedali; foliis planis anguste linearibus (4—6″ longis, 1—$1^1/_2$‴ latis) longe setoso-acuminatis, junioribus quandoque margine setuloso-ciliatis; vaginis ad oras laciniato-fissis, laciniis setaceis inaequalibus (2—5‴ longis); paniculae terminalis radiis solitariis 2—3-nis paucifloris; spiculis angustis (sine setis) $^3/_4$-pollicaribus. Bromus? *Bertero* hrbr. nr. 1440. Ins. Juan Fernandez.

TRISTACHYA. *Nees.* Panicula; spiculae bi-

florae per ternas in ramorum apice congestae, media saepe macrior et effoeta; flos inferior masculus vel neuter, superior pedicellatus hermaphroditus basi barbatus; glumae 2 lanceolatae 3-nerviae canaliculatae herbaceae, superior paulo longior flores superans; flos superior: valvulae duae herbaceae muticae, inferior glumis simillima, superior brevior binervia; squamulae 2 carnosae integrae; stamina 2 vel nulla; pistilli rudimentum vel nullum; flos hermaphroditus: valvulae 2 subaequales, inferior subcoriacea apice bifida inter lobos longissime aristata cylindraceo convoluta superiorem involvens; arista inferne spiralis, basi articulata; squamae 2; stamina 2—3, antherae longissimae; styli 2 elongati glabri; stigmata plumosa.

Genera Tristachya et Loudetia inter Avenaceas et Andropogoneas sunt quasi intermedia.

1. T. LEIOSTACHYA. *Nees.* (Agr. bras. 459.) Culmo stricto (3—4-pedali) tereti laevi, vaginato; foliis radicalibus plurimis linearibus angustis duriusculis convolutis scabris; vaginis sursum pubescentibus; ligula truncata lanuginoso-lacera; paniculae (semipedalis) nutantis subsecundae radiis solitariis gracilibus simplicibus vel bifidis, spiculis subsessilibus (fere 2-pollicaribus); glumis laevibus glabris; arista basi longe contorta (5-pollicari basi fusca.) ♃ Brasil.

2. T. MEXICANA. *Kunth.* (En. I. 308.) Radice fibrosa; culmo erecto basi geniculato dein stricto tereti, nodis lanatis; vaginis superioribus longissimis glaberrimis, inferioribus dorso hirsutis; ligula brevi truncata integra; foliis planis angusto-linearibus glabris vel basi pilosis margine scabris, apice convolutis obtusiusculis; panicula erecta stricta 6—8-pollicari, rhachi triquetra scabra; radiis alternis solitariis et in medio binis scabris, spiculis terminalibus ternis breviter pedicellatis, lanceolatis (pollicaribus, viridibus rubro illinitis); glumis valvulisque laevibus; valvula hermaphrodita inferiore lanceolata cartilaginea extus sericea, basi barba cincta, trinervia 3-dentata, dentibus lateralibus minutis, medio in aristam longissimam excedente. Monopogon avenaceus *Presl.* Rel. Haenk. I. t. 44. Eadem ac praecedens species sec. *Trin.* ♃ Mexico.

3. T. CHRYSOTHRIX. *Nees.* (l. c. 460.) Culmo erecto (2—2½-pedali) ad nodos barbato; foliis linearibus angustis convolutis dorso hirtis; paniculae radiis hirsutis, inferioribus a basi bipartitis; spiculis subsessilibus (6—7‴ longis) glumis lanceolatis tuberculatis fulvo-hirsutis; arista basi contorta (1½-pollicari basi fusca). ♃ Brasil.

4. T. LEUCOTHRIX. *Trin.* (in *Nees* l. c.) Culmo erecto (2—2½-pedali) ad nodos longe piloso; foliis planis elongatis (pedalibus et ultra, 1—2‴ latis) cum vaginis (his praesertim ore) pilosis; paniculae (3—4-pollicaris) radiis 3—5 solitariis simplicibus apice pilosis; pedicellis terminalibus brevissimis confertis; spiculis ternis (sine arista subpollicaribus); glumis margine et carina fusco glanduloso tuberculatis e tuberculis longe pilosis, valvulis glumis fere conformibus, inferiore sub-7-nervia; arista torta (2-pollicari et ultra). Avena hispida *Thunb.* Prodr. p. 22. ♃ Afr. austr.

5. T. MONOCEPHALA. *Hochst.* (Flora 1846. p. 120.) Culmo erecto (spithameo) in capitulum tristachyum solitarium terminato; nodis barbatis; foliis angustissimis convolutis brevibus culmo multoties brevioribus; spiculis conformatione praecedentis, cujus forte var. Pr. b. sp.

6. T. SIMPLEX. *Nees.* (l. c. 269.) Culmo simplici (2—3-pedali) ad nodos barbato; vaginis e tuberculis hirsutis; foliis elongatis striatis culmum aequantibus, planis demum convolutis; paniculae (½-pedalis) radiis ad basin fasciculatim partitis et iterum ramosis; pedunculis 2—monostachyis; spiculis in pedicello solitariis (6‴ longis); gluma inferiore minore ovata obtusa, superiore lanceolata; flosculo fertili cylindrico involuto in pedicello hirsuto; valvula inferiore apice bidentata; arista (1½—2-pollicari) basi torta. ⊙ Afr. austr.

7. T. BARBATA. *Nees.* (l. c.) Radice valide fibrosa, rhizomate crasso; culmis basi squamatis (1—2-pedalibus) ad geniculos barbatis; foliis abbreviatis lanceolatis (1—2-pollicaribus, 2—3‴ basi latis) acuminatis glaucis; ligula barbata; paniculae contractae radiis solitariis vel geminis apice plerumque 3- (in minoribus 1—2-) spicatis; pedicellis brevibus (sed distinctis); spiculis lanceolatis (4—5‴ longis); glumis inaequalibus glabris; flosculo hermaphrodito in medio longe barbato apice in setas 2 diviso, arista basi torta medio geniculata (pollicari et ultra). Sorghum barbatum. Hrbr. un. it. arab. nr. 788. Loudetia barbata *A. Braun* Flora 1841. p. 714. ♃ Arab. fel.

8. T. MICROSTACHYA. *Nees.* (mpt.) Vaginis alte tubulosis; gluma inferiore tuberculata, pedunculo pedicellisque apice albo-setoso-ciliatis; spiculis omnibus pedicellatis, arista spicula duplo longiore; flosculo inferiore univalvi. (An alius generis?) *Lindley* hrbr. Lima.

LOUDETIA. *Hochst.* Panicula; spiculae biflorae; glumae 2, inferior minor oblonga obtusa, superior lanceolata apice truncatula flosculos aequans; flosculus inferior neuter vel masculus superiore major; valvula exterior chartacea interior hyalina minor, utraque glabra; flosculus superior undique pilosus apice truncatus bisetulosus inter setulas longissime valide aristatus; stamen 1 (an semper?); stylus brevis, stigmata 2 glabra; lodiculae 2 carnosulae rugosae.

1. L. ELEGANS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 18.) Rhizomate bulboso incrassato; culmo geniculato erecto glabro ad nodos annulatim piloso (2—3-pedali), vaginis apice solutis foliisque plus minus e tuberculis villosis; his planis angustis linearibus sursum subconvolutis, radicalibus latioribus; paniculae erecto-patulae (subpedalis) radiis subverticillatis longe a basi divisis sparsim spiculiferis; spiculis angustis apice patulis glumis valvulaque flosculi sterilis sparsim piloso-strigosis; arista spiculis 4—6-plo longiore. Tristachya elegans *Rich.* Fl. Abyss. II. 417. ♃ Abyssinia.

2. L. (TRISTACHYA) ARUNDINACEA. *Hochst.* (l. c. nr. 1214.) Radice fibrosa; culmo basi subbulboso incrassato geniculato cum nodis glabro erecto (2—3-pedali); vaginis apice solutis glabris ad oras barbatis; foliis linearibus planis acuminatis; paniculae erecto-patulae (subpedalis) radiis verticillatis longe supra basin divisis sparsim spiculiferis; spiculis angustis teretibus; glumis valvulaque inferiore flosculi sterilis e tuberculis nigris pilosis, arista spiculis 2—3-plo longiore. *Rich.* l. c. ♃ Abyssinia.

DANTHONIA. *Decand.* Panicula vel racemus; spiculae 2—multiflorae; glumae 2 membranaceae subcarinatae muticae, flores aequantes vel superantes; valvulae 2, inferior subcoriaceo-membranacea concava multi- (9-) nervia, apice bifida inter lacinias muticas vel setosas aristata; arista inferne complanata vel spiraliter torta, interdum brevissima recta; valvula superior bicarinata; lodiculae 2; stamina 3; ovarium glabrum stipitatum; styli 2 terminales; stigmata plumosa; caryopsis laevis libera.

Specierum ordo.

I. Species Capitis bonae spei.
- §. 1. Pentaschistis *Nees.* nr. 1—43.
- §. 2. Himantochaete *Nees.* nr. 44—60.
- §. 3. Pentameris *Beauv.* nr. 61.
- §. 4. Chaetobromus *Nees.* nr. 62—68.
- §. 5. Trichopteryx *Nees.* nr. 69.

II. Species Arabiae et Abyssiniae. nr. 70—79.
III. Species Asiae. nr. 80—81.
IV. Species Novae Hollandiae. nr. 82—99.
V. Species Europae. nr. 100.
VI. Species Americae. nr. 101—105.

I. *Species capenses.*

§. 1. Pentaschistis. *Nees.* Valvula inferior obsolete nervosa apicem versus 5—9-nervia bifida, laciniis bifidis; arista setis interjecta basi plana tortilis, medio geniculata.

1. D. MUTICA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 281.) Culmo glabro (pedali et ultra); foliis lineari-attenuatis vaginisque villosis eglandulosis ore barbatis; paniculae obovatae (3-pollicaris) radiis 4—2-nis erectis glabris eglandulosis a medio trichotomis flexuosis in axillis barbatis; spiculis bifloris ovatis; glumis ovatis acutis pubescentibus subaequantibus flosculos muticos villosos; valvula inferiore 7-nervia 3—5-dentata, denticulo medio paulo majore. ♃ Afr. austr.

2. D. HIRSUTA. *Nees.* (l. c. 282.) Culmo simplici erecto (2-pedali et ultra) infra genicula scabro; vaginis laxis striatis e tuberculis hirsutis margine ciliatis; foliis planis (basi 2''' latis) lineari-attenuatis margine serrulato-scabris hirsutis culmum aequantibus; ligula brevi ciliata; paniculae (8—10-pollicaris) effusae radiis eglandulosis 2—3-nis prope a basi trichotomis axillis fulvo callosis; spiculis bifloris; glumis oblongo-lanceolatis acutis aequantibus flosculos lanceolatos; valvula inferiore inferne seriatim pilosa, apice biloba inter lobos exserente setam strictam basi planam scabram vix $^1/_2$-linealem. ♃ Afr. austr.

3. D. POROSA. *Nees.* (l. c. 283.) Radice fibrosa; culmo glabro simplici basi dense folioso; foliis linearibus ($1^1/_2$—4'' longis, 1''' latis) glaucis margine calloso-denticulatis; vaginis superne poroso-glandulosis ore barbatis; paniculae densiusculae (2-pollicaris) radiis a medio subtrichotomis laevibus; spiculis bifloris; glumis oblongis in mucronem brevem attenuatis superne albo-membranaceis (caeterum violaceis) flosculos subdimidio superantibus; flosculis dorso margineque puberulis; seta lacinulae interioris brevissima aut nulla, aristis inaequalibus, inferiore glumis breviore, superiore easdem duplo excedente. ♃ Afr. austr.

4. D. CIRCINNATA. *Steud.* Culmo erecto (pedali et ultra), toto foliato pubescente, infra paniculam (et ad nodos) poroso-glanduloso; vaginis (plus minus) pubescentibus ore barbatis; foliis (summis basin versus) hinc inde poroso-glandulosis convoluto teretibus circinnato-flexuosis glabriusculis glaucis; panicula coarctato-ovatae (2-pollicaris) radiis subverticillatis capillaribus erectis sursum divisis; spiculis bifloris; glumis ovatis concavis margine et sursum albo-membranaceis (caeterum violaceis) subaequalibus apice breve mucronatis flosculos subdimidio superantibus; flosculis basi setuloso-pilosis caeterum glabris; valvula inferiore inter lacinulas brevissimas (interdum non conspicuas) brevissime aristulata, arista altera sublongiore rarissime glumam excedente. D. porosa *β. Nees* l. c. (Ab *α*, quam non vidi, videtur specie diversa.) ♃ Afr. austr.

5. D. AIROIDES. *Nees.* (l. c. 284.) Radice fibrosa validula dense caespitifera; culmis erectis geniculatis (3—6-pollicaribus) simplicibus vel basi ramosis; foliis radicalibus angustissimis planiusculis vel subconvolutis longioribus pollicaribus et ultra; culmeis brevissimis vaginisque tumidulis molliter e tuberculis villosis; his glandulosis ore barbatis; paniculae erecto-patentis radiis subtrichotomis glandulosis vel laevibus; spiculis bifloris saepe cum rudimento setuliformi flosculi tertii; glumis oblongo-lanceolatis, maxima parte albido membranaceis basi viridi-herbaceis, apice subulato-acuminatis; flosculis fere ad apicem usque pilosis; valvula inferiore longe bisetosa, setis indivisis, arista geniculata (flavescente) flosculis duplo longiore. Pentameris airoides *Nees* Sem. H. Wratisl. 1834. ⊙ Afr. austr.

6. D. PATULA. *Nees.* (l. c. 285.) Radice fibrosa; culmo erecto vel geniculato simplici vel basi ramoso ($^1/_2$—$^3/_4$-pedali) glabro; foliis planis linearibus angustissimis pilosis; vaginis arctis striatis ore et ad marginem pilosis; paniculae erectae patentis radiis capillaribus repetito trichotomis ad axillas pilosis eglandulosis; spiculis bifloris; glumis oblongis setuloso-acuminatis flosculos parum superantibus, maxima parte membranaceis; flosculis longe pilosis; valvulae inferioris lacinis longe setosis; arista (flavida) flosculis fere duplo longiore. ⊙ Afr. austr.

7. D. CYATOPHORA. *Nees.* (l. c. 286.) Culmo glabro; foliis brevibus acuminatis margine vaginisque in carina cyatiformi-glandulosis villosulisque; paniculae brevis patentis radiis trichotomis in medio cyatophoris; spiculis bifloris (pallidis); glumis dorso scabriusculis flosculos $^1/_4$ superantibus; flosculis glabris basi barbatis; laciniis valvulae inferioris unisetis, seta valvula subbreviore, arista glumas duplo excedente. ⊙ Afr. austr.

8. D. SCABRA. *Nees.* (l. c. 287.) Culmo basi decumbente, adscendente erecto (1—2—3-pedali) simplici vel ramoso; foliis linearibus rigidulis planis summis brevissimis pubescentibus, margine uti vaginae ore pilosis, paniculae radiis glumaque dorso pateriformi-glandulosis; vaginis subtumidis; paniculae contractae vel subpatulae radiis infra medium divisis pubescentibus; spiculis bifloris aureo-variegatis; flosculis gluma duplo brevioribus pubescentibus, lacinis valvulae inferioris bifidis, interiore lacinula setiformi longitudine valvulae, exteriore brevi acuta; arista glumas duplo superante. Variat: magnitudine, pubescentia paniculaque contracta vel ampla patente. Avena papillosa *Steud.* Flora 1829. 434. ♃ Afr. austr.

9. D. GLANDULOSA. *Schrad.* (*Schult.* Mant. II. 385.) Radicis fibris elongatis; culmo ima basi subcaespitoso-ramoso; geniculato, adscendente (pedali, ramis multo humilioribus); vaginis tumidulis foliisque planis latiusculis lanceolato-acuminatis glandulis stipitatis dense obsitis; paniculae ovatae coarctatae radiis erectis glandulis sessilibus sparsim munitis; spiculis bifloris; glumis glabris subduplo longioribus flosculis basi breviter pilosis; valvula inferioris setis binis ipsam aequantibus; arista glumas duplo excedente. D. glandulosa *β.* speciosa *Nees* l. c. 289. ⊙ Afr. austr.

10. D. HETEROPLA. *Steud.* Culmo simplici basi decumbente adscendente (6—10-pollicari); vaginis adpressis foliisque planis angustissimis nunc pilis longis nunc glandulis sessilibus munitis; paniculae laxiusculae ovatae radiis erecto-patulis capillaribus laevibus; spiculis bifloris, glumis glabris acuminatis subduplo longioribus flosculis fere ad apicem usque setuloso-pilosis; valvulae inferioris setis binis ipsa duplo brevioribus; arista glumas duplo excedente. D. glandulosa *α* minor *Nees* l. c. sed vix prioris var. ⊙ Afr. austr.

11. D. DENSIFOLIA. *Nees.* (l. c. 291.) Rizomate procumbente caespitifero; culmo basi ramosissimo adscendente (3—6-pollicari) densifolio; foliis linearibus acuminatis glabris ore vaginarum barbato; paniculae brevis contractae basi angustatae rhachi radiisque dense pateriformi-glandulosis, his infra medium divisis, axillis pubescentibus; spiculis bifloris; flosculis gluma carina glandulosa subduplo brevioribus sparsim villosulis; laciniis valvulae inferioris binis inaequalibus; arista glumas duplo superante. ♃ Afr. austr.

12. D. PAPILLOSA. *Trin.* (Ic. gr. VI. t. 66.) Culmo basi ramoso glabro (pedali et ultra) inferne densifolio; foliis linearibus attenuatis glabris margine confertim cyathiformi-glandulosis, vaginis villosis glabrisve ore barbatis, superioribus dorso glandulosis; paniculae contractae basi attenuatae radiis eglandulosis subimberbibus; spiculis bifloris; flosculis gluma duplo brevioribus villosis; villis mediis longioribus; valvulae inferioris laciniis bifidis, lacinula in-

teriore setiformi flosculum aequante, exteriore brevi 3-dentata; arista glumas subduplo excedente. Holcus asper *Thunb.* ♃ Afr. austr.

13. D. FILIFORMIS. *Nees.* (l. c. 293.) Radice fibrosa quandoque subrepente; culmo basi caespitoso-ramoso, gracili ($^1/_2$—1-pedali) cum foliis glaucescente glabro; his complicato-filiformibus tenuibus erectis; vaginis ore longe parceque barbatis; paniculae oblongae laxiusculae radiis a medio fere trichotomis minutissime cupulari glandulosis, in axillis subbarbatis vel nudis; spiculis bifloris; glumis setaceo cuspidatis dorso glabris vel minutissime glanduloso asperis duplo longioribus flosculis a basi ad apicem (sparsim) pilosis; valvulae inferioris setis vix longitudine flosculi; arista glumas duplo excedente. ♃ Afr. austr.

14. D. VILLOSA. *Trin.* (*Nees* l. c. 294.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis (4—18-pollicaribus) glabris basi subramosis; foliis planis linearibus angustissimis margine glanduloso-denticulatis nudisve vel simpliciter villosis; vaginis dorso cupulari-glandulosis vel nudis, ore longe barbatis; paniculae ovatae laxae radiis divisis ad genicula callosa brevi barbatis; spiculis bifloris; glumis setaceo-acuminatis duplo brevioribus flosculis pilosis; setis ipsis brevioribus, arista glumas (plus) duplo superante. D. Thunbergii *Kunth.* Gram. II. t. 176. D. micrantha *Trin.* (non *Nees.*) Avena triseta *Thunb.* ♃ Afr. austr. Abyssin.

15. D. KUHLII. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis-erectis geniculatis (4—12-pollicaribus) fere totis vaginis tectis striatis pubescentibus vel demum glabratis summis paniculae basin (plerumque) amplectentibus, ore truncata semper patenti-longiuscule pilosis; foliis planis vel demum convolutis (2—5″ longis, vix 1‴ latis) summis superantibus paniculam contractam ovatam densam (1—1$^1/_2$-pollicarem); radiis confertis brevi spatio nudis, radiolis capillaribus in pedicellos spicula multo breviores divisis; spiculis parvis (demtis setis vix 1‴ excedentibus); glumis ovatis concavis acutatis flosculos superantibus (stramineis), his sericeo-pilosis, setis valvula duplo arista hac 4-plo longioribus. Variat: *β.* glabrata: partibus omnibus magis flosculis omnino glabratis et: *γ.* densiflora: panicula e foliis longe exserta densiore magis rotundata, flosculis glabratis. Dr. *Kuhl* legit: Pr. b. sp.

16. D. WEBBIANA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmis geniculatis erectis (3—6-pollicaribus); vaginis foliisque planis abbreviatis lineari-lanceolatis ($^1/_2$—$^3/_4$″ longis) e glandulis minutis villoso-pubescentibus; paniculae erectae primum contractae dein patulae ($^3/_4$—1$^1/_2$-pollicaris) radiis medio trichotomis, radiolis 2—3-chotomis ad genicula nudis parum incrassatis; spiculis bifloris; glumis (violaceo- et albido variis) aequalibus acuminatis (vix linealibus) superantibus flosculos glaberrimos, aristis glumis duplo longioribus. *Webb* legit in Pr. b. sp.

17. D. INVOLUTA. *Steud.* Culmo erecto vaginato (pluri-pedali) glabro; vaginis margine et ex toto plus minus, ad oras dense pilosis; supremis inflatis paniculam (certe ejus basin) involucrantibus; ligula praeter pilos vaginam terminantes nulla; foliis convolutis rigidulis laevibus, supremis paniculam multo superantibus, hac primum contracta dein patente, radiis e nodis sericeo-pilosis 2—3-nis, radiolis capillaribus teretibus glabris; spiculis bifloris; glumis subaequalibus acutis (4‴ longis) flosculos duplo superantibus nitidis setulis minimis (sub lente validissima vix conspicuis) scabriusculis stramineo flavis; flosculis (praesertim basi) longe pilosis; valvulae inferioris setis ipsam vix aequantibus, arista torta geniculata glumis dimidio longiore. Pr. b. sp.

18. D. ELEGANS. *Nees.* (l. c. 296.) Caespitosa; culmo basi ramosissimo glabro; foliis inferioribus et in ramis sterilibus disticho-confertis subulatis erectis cum vaginis e tuberculis hirsutis setis patentissimis; vaginis superioribus elongatis foliisque brevibus glabris ore barbatis; paniculae brevis laxae contractae radiis capillaribus paucifloris scabris; spiculis bifloris; glumis subulato-acuminatis (flavo-aureis) apicem versus lineatim strigilosis; valvulae inferioris setis ipsa brevioribus, arista glumas duplo excedente. ♃ Afr. austr.

19. D. BUEKEANA. *Lehm.* (in *Nees* l. c. 297.) Culmo procumbente adscendente glabro basi saepe repente, ramoso; foliis linearibus attenuatis supra vaginisque inferioribus apicem versus vel undique e tuberculis pilosis eglandulosis, ore vaginarum barbatulo; paniculae densae ovalis radiis geminis erectis capillaribus paucifloris scabris; spiculis bifloris; glumis setaceo-acuminatis laevibus (albido et violaceo variis) duplo longioribus flosculis glabriusculis aut laxe puberulis; valvulae inferioris setis ipsa longioribus, arista glumis duplo longiore. ♃ Afr. austr.

20. D. PROPINQUA. *Nees.* (l. c.) Culmo glabro basi diviso; foliis anguste linearibus attenuatis utrinque vaginisque superne setulosis denseque villosulis eglandulosis; paniculae laxae patulae radiis capillaribus trichotomis prope a basi divisis eglandulosis ad genicula callosa barbatis; spiculis bifloris; glumis laevibus (sulphureis et plus minus purpurascentibus) longe setaceo acuminatis 2—3-plo longioribus flosculis villosulis; valvulae inferioris setis ipsa arista glumis duplo longioribus. ♃ Afr. austr.

21. D. MICRANTHA. *Nees.* (l. c. 300.) Culmo basi ramoso adscendente ($^1/_2$—$^3/_4$-pedali) glabro; foliis linearibus planis vaginisque glabris, his ore parce barbatis; paniculae ovatae densae radiis brevibus crassiusculis scabris brevi a basi divisis eglandulosis; spiculis bifloris; glumis oblongis subulato-acuminatis (griseo-violaceo et luteo-albidis), carina scabriusculis $^1/_3$ brevioribus flosculis parce puberulis; valvulae inferioris setis ipsam aequantibus, arista glumas duplo superante. ♃ Afr. austr.

22. D. RUPESTRIS. *Nees.* (l. c.) Culmis fasciculatis erectis simplicibus ad apicem usque vaginatis; foliis elongatis (culmum aequantibus) linearibus convolutis vaginisque scaberrimis margine eglandulosis; vaginis ore barbatis supremis dorso serie glandulosa; paniculae laxae basi vaginatae radiis scaberrimis eglandulosis infra medium trichotomis geniculis barbatis; spiculis bifloris; glumis subulato-acuminatis carina glandulosis (viridi-floris); flosculis gluma subduplo brevioribus, laciniis valvulae inferioris ipsa brevioribus, arista glumas subduplo excedente. ♃ Afr. austr.

23. D. BARBATA. *Nees.* (l. c. 301.) Culmo glabro erecto simplici; foliis linearibus vaginisque striatis glabris eglandulosis apice scabris; ligula barba erecta stricta culmo adpressa; paniculae obovatae radiis versus medium divisis trichotomis erectis strictis, geniculis imberbibus; spiculis bifloris; glumis oblongis acuminatis (viridi-luteo- et purpureo-variis); flosculis gluma subduplo brevioribus; sparsim pilosulis; valvulae inferioris setis ipsa brevioribus, arista glumas duplo excedente. ⊙ Afr. austr.

24. D. ANGUSTIFOLIA. *Nees.* (l. c. 302.) Culmo glabro gracili (pedali); foliis angustis demum convoluto-setaceis curvatis vaginisque glabris margine scabris, ore vaginarum barbato; paniculae contractae (2—2$^1/_2$-pollicaris) oblongae basi attenuatae radiis laevibus a medio divisis ad genicula barbatis caeterum nudis; spiculis bifloris; glumis oblongis setaceo-acuminatis duplo longioribus flosculis pubescentibus; laciniis valvulae inferioris bifidis, interiore setiformi flosculo breviore, arista glumas duplo excedente. ⊙ Afr. austr.

25. D. VISCIDULA. *Nees.* (l. c.) Culmo glabro (pedali); foliis convoluto-filiformibus vaginisque inferioribus villosis, vaginis superioribus margine ciliatis oreque barbatis; paniculae obovatae basi attenuatae (2-pollicaris) rhachi radiisque viscidis eglandulosis supra basin trichotomis; spiculis bifloris; glumis lanceolato-acuminatis laevibus (virescentibus basi cum pedicellis violaceis) duplo longioribus flosculis altero latere inferius puberulis; laciniis valvulae

inferioris bifidis, lacinula interiore setiformi flosculo duplo longiore; arista glumas duplo excedente. ♃? Afr. austr.

26. D. ERIOSTOMA. *Nees.* (l. c. 304.) Culmo basi fruticoso radicante flabellatim diviso (2—3-pedali) glabro; foliis convoluto-filiformibus culmum subaequantibus rectis supra margineque scaberrimis; vaginis inferioribus undique — superioribus margine saltim oreque dense lanuginoso-tomentosis; paniculae oblongae densae contractae radiis brevi a basi divisis multifloris scabris eglandulosis, inferioribus fasciculatis; spiculis bifloris; glumis (3‴ longis, albidis) duplo longioribus flosculis erecto-villosis; laciniarum valvulae inferioris setula valvulam aequante; arista glumas tertia parte excedente. ♄ Afr. austr.

27. D. DISTICHOPHYLLA. *Lehm.* (Pug. III. 41.) Culmo basi ramoso glabro; foliis convoluto filiformibus culmo brevioribus incurvis, apice subulato-rigidis, supra margineque scaberrimis; vaginis margine aut superne undique patulo-villosis, ore longe barbato; paniculae oblongae contractae laxiusculae radiis geminis prope a basi subtrichotomo-divisis scabris eglandulosis; spiculis bifloris; glumis setaceo acuminatis (5‴ longis, stramineis) plus duplo longioribus flosculis patulo-villosis; laciniarum setula valvulam aequante; arista glumas parum superante. Pentameris distichophylla. *Nees* Linn. VII. 314. ♃ Afr. austr.

28. D. COLORATA. *Steud.* (Flora 1823. p. 481. sub: Avena.) Radice fibrosa caespitifera; culmo glaberrimo laevissimo noduloso (1—1½-pedali) basi vaginis tecto; foliis convoluto-setaceis glaucis; vaginis glabris (violaceo-glaucescentibus); paniculae simplicis radiis binis vel solitariis asperulis; spiculis bifloris; glumis subaequalibus (flavo-violaceo-variegatis) subsetuloso-acuminatis superantibus flosculos pilosos; valvula inferiore undique — basi setis rigidiusculis — pilosa; setis flosculos aequantibus; valvula inferiore ciliata apice fissa; arista flosculis duplo longiore torto-geniculata (fusco-flavescente.) Pentameris tortuosa *Nees* Linn. VII. 311. (non *Trin.*) ♃ Mons tabularis.

29. D. LONGIGLUMIS. *Nees.* (Fl. Afr. 306.) Culmo basi lignescente elato fasciculato-ramoso; foliis convoluto-filiformibus elongatis laevibus rigidis; vaginis inferioribus strigoso-hirsutis, superioribus margine ciliatis ore barbatis; paniculae contractae (½-pedalis) radiis inferioribus geminis reliquis alternis a basi trichotomo-divisis rigidulis eglandulosis laevibus, axillis barbatis; spiculis magnis (9—10‴ longis) bifloris; glumis anguste lanceolatis setaceo-acuminatis (aureo-violaceis) triplo longioribus flosculis oblongis a basi ad medium erecto-pilosis profunde bifidis, lacinulae interioris seta valvula plus duplo breviore, arista glumis breviore. ♃ ♄ Mons tabularis.

30. D. SPECIOSA. *Lehm.* (in *Nees* l. c.) Culmis fasciculatis (1—1½-pedalibus) simplicibus strictis; foliis convoluto-setaceis rigidis culmo brevioribus laevibus; vaginis arctis ore obliquo villoso-barbato obsolete striatis; paniculae oblongae (2—4-pollicaris) radiis brevibus prope a basi trichotomo-divisis rigidulis eglandulosis laevibus; spiculis magnis (8—9‴ longis) bifloris lanceolatis acuminatis plus duplo longioribus flosculis oblongis striatis undique patulo-pilosis profunde bifidis, lacinulae interioris seta valvula paulo breviore; arista glumas vix excedente, valida inferne torta fusca, extus aureo-sericante. ♃ Afr. austr.

31. D. HEPTAMERA. *Nees.* (l. c.) Culmo fastigiatim ramoso inferne simplici; foliis confertis distichis setaceis strictis; vaginis arcte imbricatis margine superne ciliatis; panicula coarctata oblonga; spiculis bifloris; glumis glabris acuminatis duplo longioribus flosculis hirsutis; valvula inferiore utrinque trifida, laciniis capillaribus, mediis valvula triplo-hac eadem quadruplo longioribus. ♃ Afr. austr.

32. D. CIRRHULOSA. *Nees.* (l. c.) Culmo erecto simplici gracili (pedali) apice pubecente; foliis filiformibus culmum subaequantibus apice cirrhoso-curvatis vaginisque scabris, his ore barbulatis; paniculae ovatae basi angustatae (2-pollicaris) radiis erecto-patulis prope a basi trichotomis, inferne geniculisque callosis hirtis eglandulosis; spiculis bifloris (luteo-violaceo et pallide-variegatis); glumis laevibus mucronato-acutis (non acuminatis) triplo longioribus flosculis glabris basi brevi spatio adpresso-puberulis; laciniis valvulae exterioris bifidis, lacinula interiore setigera, seta valvulam aequante; arista glumas duplo excedente. ♃ Afr. austr.

33. D. CRISPA. *Nees.* (l. c. 310.) Culmo erecto (pedali) ramoso glabro; foliis canaliculato-filiformibus crebris plerumque tortuosis (culmum superantibus vel eo brevioribus) supra pubescentibus vel glabris; vaginis striatis ore barbulatis; paniculae laxae erectae (1—3-pollicaris) radiis gracilibus paucifloris scabris; spiculis bifloris; glumis lanceolatis setaceo-acuminatis (4—7‴ longis), dimidio longioribus flosculis erecto-villosis; laciniis valvulae inferioris bifidis, lacinula inferiore setiformi valvulae longitudine; arista glumas duplo superante. ♃ Afr. austr.

34. D. LIMA. *Nees.* (l. c. 312.) Culmo subsimplici (pedali) superne cum foliis convoluto-filiformibus vaginisque scaberrimis; ore vaginarum imberbi; paniculae angustae contractae radiis geminis validis rhachique pateriformi-glandulosis, axillis imberbibus; spiculis bifloris; glumis setaceo-mucronatis (3—4‴ longis) duplo longioribus flosculis scabris, ad nervos punctulato-granulatis basique piloso-strigulosis, laciniis indivisis in setam valvula breviorem attenuatis; arista glumas dimidio excedente. ♃ Afr. austr.

35. D. TORTUOSA. *Trin.* (Ic. gr. VI. t. 68.) Culmo erectro elongato simplici; foliis convoluto-filiformibus margine scabris elongatis curvulis; vaginis longis laxis glabris aut molliter puberulis ore subimberbibus; paniculae oblongo-lanceolatae contractae radiis fasciculatis prope a basi trichotomo-divisis gracilibus scabris eglandulosis imberbibus; spiculis bifloris; glumis setaceo-acuminatis (3—4‴ longis) tertia parte longioribus flosculis seriatim strigilosis; valvulae inferioris laciniis bifidis; lacinula interiore setiformi valvulam aequante, arista glumas dimidio excendente. ♃ Afr. austr.

36. D. ANGULATA. *Nees.* (Fl. Afr. 313.) Culmo erecto elato simplici superne angulato; foliis convoluto-filiformibus supra margineque scaberrimis; vaginis longis inferioribus fasciculorumque strigoso-pilosis ore barbatis; paniculae oblongo-lanceolatae contractae radiis rigidulis geminis vel solitariis supra basin divisis scabris eglandulosis imberbibus; spiculis bifloris; glumis valde acuminatis (4‴ longis, luteo et violaceo-variis) subduplo longioribus flosculis seriatim strigilosis; valvulae inferioris laciniis bifidis; lacinula interiore setiformi valvulam aequante; arista glumas subduplo excedente. ♃ Afr. austr.

37. D. NUTANS. *Nees.* (l. c.) Culmo erecto simplici elato (2-pedali) gracili; foliis convoluto-filiformibus laxis laevibus glabris culmum subaequantibus; vaginis longis margine nudis inferioribus incumbenti-puberulis ore molliter barbatulis; paniculae angustae nutantis elongatae (6—7-pollicaris) subsecundae rhachi radiisque gracilibus laevibus eglandulosis imberbibus geminis a basi divisis; spiculis bifloris; glumis laevibus lanceolatis acuminatis (5‴ longis) duplo longioribus flosculis seriatim strigilosis; valvulae inferioris lacinula interiore setigera, seta valvulam aequante; arista glumas duplo excedente. ♃ Afr. austr.

38. D. COLLINITA. *Nees.* (l. c. 315.) Viscidula pubescens; culmo erecto simplici vel basi fasciculato (½—1-pedali); foliis linearibus planis (¼—2″ longis, 1—1½‴ latis) inferioribus molliter pubescentibus; paniculae erecto-patulae laxae (quandoque subsecundae 1½—2½-pollicaris) pauciflorae radiis gracilibus binis vel solitariis elongatis basi pubescentibus; spiculis majusculis bifloris; glumis lanceolatis setaceo-acuminatis (7—8‴ longis) fere duplo lon-

gioribus flosculis stipitatis laevibus; stipite apiceque flosculi argenteo strigosis; setis laciniarum interioribus valvula longioribus basi puberulis; arista glumas (glabriusculas vel pubescentes) duplo excedente. ⊙ Afr. austr.

39. D. PALLESCENS. *Nees.* (l. c. 316.) Culmo erecto simplici glabro; foliis linearibus elongatis attenuatis demum convolutis supra vaginisque aut margine et ore aut undique mollissime villosulis; paniculae erectae patulae radiis strictis supra basin trichotomis geniculis tumidis barbatis; spiculis bifloris (pallidis vel dorso purpurascentibus); glumis lanceolatis acuminatis laevibus (4—5‴ longis) fere dimidio longioribus flosculis inferne villosis apice nudis; valvulae inferioris laciniis bifidis, lacinula interioris seta valvula duplo breviore; arista glumas dimidio excedente. Avena pallida *Thunb.* Fl. cap. 117. ♃? Afr. austr.

40. D. TRICHOTOMA. *Nees.* (l. c. 318.) Culmo erecto tereti ($1\frac{1}{2}$—3-pedali) glabro; vaginis margine et ore barbatis infimis hirsutis; foliis linearibus planis (3—8″ longis, 1—$1\frac{1}{2}$‴ latis) glabris; paniculae subcorymbosae (3—4-pollicaris nutantis vel erectae) radiis geminis intenato trichotomis; spiculis bifloris, glumis lanceolatis acuminatis (6—7‴ longis, luteo- et purpureo variis) inferne pubescentibus duplo longioribus flosculis ad medium usque strigoso hirtis; laciniis valvulae inferioris bifidis, lacinulae interiore setigera, exteriore triangulari barbata, setis flosculo longioribus; arista glumas plus duplo excedente. Avena aristoides *Thunb.?* ♃ Afr. austr.

41. D. MACRANTHA. *Schrad.* Culmo erecto aut adscendente simplici vel basi ramoso inferne polyphyllo dense vaginato ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); foliis elongatis (culmum fere aequantibus) angustis attenuatis demum convolutis supra scabris subtus vaginisque glabris his margine et ore nudis; paniculae (2—4-pollicaris) subsimplicis radiis brevibus paucifloris; spiculis maximis ($1\frac{1}{2}$-pollicaribus) bifloris; glumis lanceolatis attenuatis (pallidis aut dorso violaceis) 3—4-plo longioribus flosculis oblongis sursum calloque baseos obconico dense villosis; seta lacinulae interioris valvulae inferioris hanc aequante; arista glumis breviore torta ad torsiones elegantissime albo fimbriata. D. calycina *R. S.* Avena macrocalycina *Steud.* Flora 1829. 482. ♃ Afr. austr.

42. D. DENUDATA. *Nees.* (l. c. 320.) Culmo erecto simplici gracili glabro (pedali); foliis anguste linearibus attenuatis margine scabris vaginisque glabris; ore vaginarum imberbi; paniculae oblongae densae utrinque acutae contractae (2—$2\frac{1}{2}$-pollicaris) radiis brevibus rigidis scabris prope a basi divisis eglandulosis; spiculis bifloris; glumis (5—6‴ longis) lanceolatis glabris longe setaceo-acuminatis subtriplo longioribus flosculis erecto-puberulis; laciniis valvulae exterioris bifidis, lacinula interiore setigera, seta ipsa longiore; arista glumas dimidio excedente. (An sequentis var.?) ♃ Afr. austr.

43. D. CURVIFOLIA. *Schrad.* (*Schult.* Mant. II. 386.) Culmo erecto simplici; foliis elongatis plus minus curvatis attenuatis convolutis vaginisque (purpurascentibus) glabris imberbibus: paniculae spicaeformis oblongae (bipollicaris) radiis brevibus imbricatis ramosis; spiculis bifloris; glumis (pallidis, 5‴ longis) in setam tenuissimam attenuatis scabris duplo longioribus flosculis pubescentibus; valvulae inferioris laciniis bifidis, lacinulae interioris seta valvula longiore; arista glumas dimidio excedente. D. livida *Trin.* ic. V. t. 50. Avena glomerata *Steud.* Holcus avenaceus *Thunb.* ♃ Afr. austr.

§. 2. Himantochaete. *Nees.* Spicula 2—multiflora; flosculorum valvula inferior bifida, basi herbacea 7—9-nervia, nervo uno binisve utrinque in dentem membranaceo-subulatum excurrentibus, tribus mediis in aristam basi taeniiformem subcontortam desinentibus.

44. D. PUMILA. *Nees.* (l. c. 323.) Culmis humilibus (digitalibus); foliis rigidis late linearibus obtusis convoluto-falcatis pubescenti-scabris; vaginis ore barbatis; racemo spicato paucifloro; spiculis (3—5) magnis 8—9-floris; glumis lanceolatis (5—6‴ longis) abrupte acutis longioribus flosculis racemoso imbricatis; valvula inferiore basi medioque argenteo-fasciculatim barbata; laciniis lateralibus valvula 3-plo brevioribus; arista plana parumper tortili valvula sua longiore. ♃ Afr. austr.

45. D. TENELLA. *Nees.* (l. c. 324.) Radice fibrosa capillari, caespitifera; culmis adscendentibus ($\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$-pollicaribus) gracilibus; vaginis superne oreque setuloso-pilosis; foliis convoluto-setaceis obtusiusculis striatis (3—5″ longis) curvulis; paniculae simplicis subfastigiatae fasciculatae radiis simplicibus unifloris; spiculis 3—5-floris; glumis oblongo-lanceolatis glabris subaequalibus; valvula inferiore profunde biloba, lobis obtusis nudis basi cingulo medio lateribusque pilosis; arista valvulam aequante. ⊙ Afr. austr.

46. D. SETOSA. *Nees.* (l. c. 325.) Pumila ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$-pollicaris), culmis caespitosis; vaginis sulcatis; foliis convoluto-setaceis setosis; panicula simplici fasciculiformi; spiculis 6—7-floris; glumis oblongis acutis (3‴ longis) flosculos aequantibus; valvula inferiore bifida laciniis acutis nudis, basi, ad latera et medio cingulo pilosis; arista valvula duplo longiore. ♃? Afr. austr.

47. D. PURPUREA. *Beauv.* (Agrost. 160.) Culmo repente densissime ramoso, fasciculis adscendentibus; vaginis sulcatis foliisque complicato-setaceis rigidis (glabris vel setosis), ore setoso-barbatis; spiculis (purpurascentibus) quadrifloris; glumis oblongis acutis flosculis parum brevioribus; valvula inferiore profunde bifida laciniis acutis nudis, basi ad latera cinguloque medio pilosis; arista valvulam subaequante. Avena purpurea *Thunb.* Fl. cap. 103. ♃ Afr. austr.

48. D. HOLCIFORMIS. *Nees.* (l. c. 226.) Culmo simplici gracili ($\frac{3}{4}$-pedali); foliis convoluto-setaceis culmo brevioribus incurvis vaginisque glabris; vaginarum ore barbato; paniculae angustae laxae (2—$2\frac{1}{2}$-pollicaris) radiis alternis vel geminis a medio divisis paucifloris; spiculis bifloris; glumis aequalibus acutis dimidio longioribus flosculis dense lanatis; arista valvula duplo breviore plana vix contorta glumas parum excedente. ♃ Afr. austr.

49. D. GLAUCA. *Nees.* (l. c. 327.) Culmo ramoso adscendente (pedali) cum vaginis foliisque lineari-lanceolatis velutino scaberrimis glaucis; vaginis tumidis sulcatis ore dense lanatis; paniculae oblongae (3—4-pollicaris) densiflorae radiis a basi floriferis subcylindricis fasciculatis; spiculis 3—4-floris; glumis oblongo-lanceolatis acutis (pallidis ore leviter purpureo-variis) scabris fere duplo longioribus flosculis inferne scabrido-lineatis, supra medium fasciculato-piliferis; laciniis valvulae acutis muticis, arista glumam vix excedente. D. glauca a *Dregeo* communicata non differt a D. Forskohlei. *Trin.* ♃ Afr. austr.

50. D. CURVA. *Nees.* (l. c. 328.) Culmo basi repente ad genicula prolifero; ramis fertilibus simplicibus curvato-adscendentibus (raro erectis); vaginis glabris ore barbatis; foliis angustissimis linearibus supra margineque scabris; panicula ovata spicaeformi vel lobata; spiculis 4—5- (raro 2-) floris; glumis oblongis acutis aequantibus flosculos inferne erecto-pilosos; laciniis valvulae setigeris; arista tenui flosculum subaequante. ♃ Afr. austr.

51. D. LANATA. *Schrad.* (*Schult.* Mant. II. 386.) Culmo simplici erecto validiusculo (1—$1\frac{1}{2}$-pedali); vaginis superioribus inflatis laxis striatis vix pubescentibus, inferioribus tomentoso-lanatis, foliis linearibus glabris demum (apice) convolutis; panicula densissima coarctata ovata (1—$1\frac{1}{2}$-pollicari); spiculis 3—4-floris; glumis lato-ovatis glabris subaequantibus flosculos longe villosos; laciniis valvulae inferioris cuspidatis, arista glumas vix excedente. Avena lupulina *Steud.* Fl. 1829. 486. ♃ Afr. austr.

52. D. RIGIDA. *Steud.* (Flora 1829. 482. sub: Avena.) Culmo erecto simplicissimo rigido glabro (pedali) basi vaginis imbricatis tecto; vaginis ore barbatis (purpureo-striatis); foliis rigidis abbreviatis (2—3″ longis) convolutis obtusis tenuissime puncticulatis; ligula pilorum series; panicula simplici laxa (2-pollicari); spiculis bifloris; glumis aequalibus acutis flosculos superantibus; valvulis pilosis; inferiore apice bisetosa, arista dorsali lineari plana; valvula superiore obscure fissa. D. obtusifolia *Hochst.* Flora 1846. p. 120. Afr. austr.

53. D. RUFA. *Nees.* (l. c. 330.) Culmo simplici erecto (1—1½-pedali); foliis linearibus glabris; vaginis radicalibus glabriusculis omnibus ore barbatis; panicula ovata densa; spiculis (6—6½‴ longis) subbifloris; glumis lanceolatis (fulvis) duplo longioribus flosculis ad medium usque increscenti hirsutis (perfectis duobus tertio incompleto); arista rectiuscula vix glumas aequante. ♃ Afr. austr.

54. D. LUPULINA. *Beauv.* Culmo simplici erecto; vaginis radicalibus dense tomentosis; foliis convoluto-canaliculatis glabris; paniculae ovato-pyramidatae densae subaequalis luteae radiis brevissimis ad insertiones barbatis; spiculis imbricatis oblongis (4—5‴ longis, lutescentibus) 4—5-floris; glumis flosculos subaequantibus lanceolatis acuminatis; flosculis inferne vel ultra medium albo-lanatis; laciniis valvulae inferioris setaceo acuminatis, arista recta crassa rigida brevi. Avena lupulina *Thunb.* Fl. cap. 118. Afr. austr.

55. D. DECORA. *Nees.* (l. c. 332.) Culmo simplici (1½—2-pedali); vaginis ore barbatis infimis lanatis; foliis canaliculato-filiformibus sparsim puberulis; paniculae ovalis (1½—2-pollicaris) radiis gracilibus erectis e basi rigida subtrichotomis, in axillis callosis et barbatis, radiolis gracilibus flexuosis; spiculis 4—5-floris (8—9‴ longis); glumis lanceolatis acuminatis scabris (luteo et aureo viridique variis) flosculos superantibus; his basi seriatim strigosis in medio pilis longis dense coronatis, corona valvula breviore; arista flosculo ⅓ longiore. ♃ Afr. austr.

56. D. CINCTA. *Nees.* (l. c.) Culmo simplici elato erecto, vaginis foliisque convolutis glabris; ore vaginarum longe barbato; paniculae lanceolatae densae spicaeformis (fere pedalis albae) radiis fasciculatim divisis, brevioribus a basi floriferis; spiculis subtrifloris; glumis lanceolato-acuminatis (5‴ longis, laevibus pallidis) subtrifloris fere duplo longioribus flosculis basi pubescentibus in medio pilis longis dense coronatis; corona valvula longiore; arista torta glumas vix superante. ♃ Afr. austr.

57. D. PAPPOSA. *Nees.* (l. c. 333.) Culmo basi ramoso elatiore; vaginis profunde striatis foliisque convolutis glabris; oris vaginarum dense lanato-barbatis; panicula lanceolata densa spicaeformi; spiculis subtrifloris; glumis lanceolato-acuminatis (6‴ longis, pallide purpurascentibus medio fuscis) parum longioribus flosculis basi pubescentibus, in medio utrinque barba duplici valvulam aequante; arista subtorta valvula longiore glumasque superante. Avena nr. 845. *Eckl.* hrb. un. it. ♃ Afr. austr.

58. D. ELEPHANTINA. *Nees.* (l. c. 334.) Culmo erecto simplici (2—5-pedali); vaginis amplis striatis superioribus glabris infimis sericeo-micantibus; foliis basi subplanis sursum convoluto-filiformibus elongatis aculeolato-scabris; oris vaginarum imberbibus; paniculae speciosae contractae densae lobato-pyramidatae (5—7-pollicaris) radiis a basi fasciculatim divisis; spiculis sub-4-floris (5—7‴ longis, pallide stramineis); glumis lanceolatis setaceo acuminatis superantibus flosculos strigiloso-hirsutos; laciniis valvulae inferioris setigeris; arista basi plana torta flosculos duplo excedente. Avena elephantina *Thunb.* Fl. cap. 117. ♃ Afr. austr.

59. D. DISTICHA. *Nees.* (l. c. 335.) Radice caespitifera; culmis erectis glabris gracilibus (pedalibus et ultra); foliis complicato-setaceis elongatis; vaginis arctis ad oras margineque pilosis; spicae subsecundae distichae radiis brevissimis; spiculis imbricatis 3—4-floris; glumis lanceolatis acuminatis (6‴ longis) carina cum rhachi pilosis subaequantibus flosculos lineari-convolutos margine pilis mollibus ciliatos; valvula inferiore ad medium bifida setis flosculos subaequantibus; arista leviter torta flosculos fere duplo excedente. ♃ Afr. austr.

60. D. RADICANS. *Steud.* Culmo basi geniculato radicante dense foliato adscendente (1½-pedali) glabro; foliis planis angustis (4—6″ longis, 1‴ latis) sursum convolutis vaginisque glabris; ligula brevissima ciliata; paniculae expansae radiis capillaribus sursum divisis sparsim pilosulis; radiolis unispicatis; spiculis bifloris; glumis pellucidis flosculos superantibus; flosculis basi ad medium pilosis; valvula inferiore apice 3-setosa, setis teretibus asperulis, lateralibus ipsa 2—3-plo, media 5-plo longiore; superiore bifido-setosa, setis ipsa multo brevioribus. Triraphis capensis *Nees* Fl. Afr. 271. (ex specimine Dregeano.) ♃ Afr. austr.

§. 3. Pentameris. *Beauv.* Spiculae biflorae; glumae flosculos ovatos superantes nitidae aequales, apice hyalinae; flosculus superior pedicellatus; valvula inferior 9-nervia bifida, laciniis setiformibus; arista basi tortilis; ovarium truncatum, discus pileiformis.

61. D. THOUARSII. *Nees.* (l. c. 337.) Culmo erecto vel procumbente ramosissimo dense vaginato (2-pedali), ramis inferioribus brevibus sterilibus; vaginis imbricatis striatis hirsutulis, inferioribus efoliatis, superioribus glabris ore dense barbatis; foliis angustissimis demum convolutis supra villosulis vel omnino glabris; paniculae laxae radiis fasciculatis stiguloso-hirtis trichotomis; glumis oblongo ovatis flosculos pluries superantibus. Pentameris Thouarsii *Beauv.* Agr. t. 18. f. 8. *Kunth.* Rev. I. t. 66. ♃ Afr. austr.

§. 4. Chaetobromus. *Nees.* Spiculae 2—plurifloraе; glumae flosculos superantes dorso multinerviae; flosculus inferior sessilis quandoque difformis, aut omnes sexu diversi; valvula inferior obsolete 9-nervia bifida laciniis integris setiferis.

62. D. FASCICULARIS. *Nees.* (l. c. 341. sub: Chaetobramus.) Culmo erecto compresso; vaginis ore barbatis (infimis violaceis); foliis convoluto-setaceis culmo brevioribus; panicula subsimplici (1½—2-pollicari) racemoso-spicata; pedicellis spiculis brevioribus basi barbulatis; spiculis sub-6-floris; glumis oblongo-lanceolatis glabris scabriusculis (fulvis, 7‴ longis) parum longioribus flosculis imbricatis inferne in margine fasciculatim pilosis. ♃ Afr. austr.

63. D. JUNCEA. *Trin.* (Act. Petr. VI. 2. 34.) Culmo stricto (ultra pedali); vaginis inferioribus imbricatis glabris, supremis villosulis; ligula villorum subtomentosorum series; foliis setiformi convolutis strictis, inferioribus culmum subaequantibus glabris; panicula contracta simplici (2-pollicari et ultra) subpauciflora; radiis binis simplicibus; pedicellis laevissimis; glumis (sub-10-linealibus) acuminatis subuninerviis bifloris, flosculos plus duplo superantibus; valvula inferiore tota villosula; superiore ⅓ longiore lateribus ad medium usque villosa; arista valvula plus duplo longiore. *Eckl.* Hrbr. un. it. nr. 932. Afr. austr.

64. D. STICTA. *Schrad.* (*Schult.* Mant. II. 383.) Culmis dense caespitosis (1½—2-pedalibus) foliisque filiformibus strictis glabris; ore vaginarum barbato; panicula angusta subspicaeformi contracta (sub anthesi subpatula); spiculis 5—7-floris; glumis flosculos subaequantibus; flosculis imbricatis basi margineque barbatis; arista glumis multo longiore. A. hexantha *Steud.* Flora 1829. 486. ♃ Afr. austr.

65. D. INTERCEPTA. *Nees.* (l. c. 342. sub: Chaeto-

bromus.) Culmo simplici (semipedali); vaginis glabris ore brevi barbatis; paniculae oblongae ($2^1/_2$-pollicaris) radiis alternis scabris, radiolis bifloris; spiculis (5''' longis) bifloris; glumis lanceolatis acuminatis 7-nerviis; flosculis illis duplo brevioribus glabris; superiore masculo in pedicello obconico villoso, inferiore sessili basi barbato. ♃ Afr. austr.

66. D. DREGEANA. *Nees.* (l. c. 343. sub: Chaetobromus.) Culmo erecto (2-pedali) striato glabro; foliis planis linearibus puberulis; paniculae erectae subsecundae radiis a basi fasciculatis brevibus; radiolis basi longe barbatis; spiculis subtrifloris, glumis lanceolatis acutis flosculos subaequantibus; flosculis pedicellatis, pedicellis sericeo-barbatis; valvula inferiore bifida, laciniis setigeris; arista basi plana vix torta glumas parum excedente. ♃ Afr. austr.

67. D. ZEYHERIANA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo simplici erecto (1—2-pedali); vaginis baseos dense intricato villoso-pilosis; foliis convolutis rigidis culmo bevioribus laevibus glabris; panicula simplici (bipollicari), radiis simplicibus uni- rariter bispicatis glabris; spiculis 3—5-floris; glumis (violaceo et albido flavido variis) lanceolatis acutis 6—7''' longis, basi 5—7-nerviis glabris flosculos superantibus; flosculis undique dense piloso-sericeis; valvula inferiore basi multi-nervia, apice longe bifida, laciniis brevisetigeris, arista intermedia basi torta geniculata glumas subaequante. Hrbr. *Zeyher* nr. 4555. Pr. b. sp.

68. D. INVOLUCRATA. *Schrad.* (*Schult.* Mant. II. 383.) Radice fibrosa tomentosa; culmis erectis (1—3-pedalibus; foliis linearibus planis glaucis pubescentibus; vaginis ore barbatis; paniculae contractae ovato-oblongae (1—2-pollicaris) radiis brevibus infra spiculam annulato-barbatis; spiculis 3—4-floris; glumis lato-ovatis acuminatis basi nervosis (pallidis vel dorso purpurascentibus) flosculos tegentibus; flosculo inferiore sessili uniseto glabro masculo; reliquis cum rhachilla dense strigoso pubescentibus aristatis, arista flosculos parum excedente. ♃ Afr. austr.

§. 5. Trichopteryx. *Nees.* Spiculae biflorae polygamae cum rudimento flosculi tertii; glumae inaequales flosculos superantes; flosculi sessiles, inferior masculus muticus; superioris valvula inferior bifida, laciniis setigeris.

69. D. TRICHOPTERYX. *Nees.* (Fl. Afr. 339. sub: Trichopteryx Dregeana.) Culmis gracilibus incurvis glabris ($^1/_3$—$^3/_4$-pedalibus) inferne ramosis; vaginis arctis glabris; foliis angustis planis demum convolutis, margine serrulato-scabris; paniculae contractae (3-pollicaris) radiis dissitiusculis capillaribus; pedicellis infra spiculam barbatis; glumis 3-nerviis (rufo-ferrugineis); flosculis glabris. Trichopterya *Lindl.* Introd. et Veg. Kingd. ♃ Afr. austr.

II. *Species Arabicae et Abyssinicae.*

70. D. FORSKOHLEI. *Trin.* (Ic. V. t. 49.) Radice fibrosa tomentosa caespitosa; culmis pluribus adscendentibus vaginis foliorum tectis (1—2—8-pollicaribus); vaginis subtumidis striatis tenui pubescentibus ore barbatis; foliis brevibus lanceolatis patentibus striatis rigidulis acuminatis puberulis; panicula interrupte-spicata contracta, basi vagina involucrata vel vix exserta; spiculis sub-3-floris; glumis nervosis acutis flosculos parum superantibus; flosculis binis fertilibus seriatim apice longius pilosis, summo glabrescense non aristato; valvula inferiore fertilium apice bifida breviter setosa; arista longitudine valvulae. Avena pensylvanica *Forsk.* Fl. aeg. arab. p. 23. An D. glauca *Nees* Fl. Afr. austr. 327.? specimina a *Dregeo* missa vix differunt. ♃ Aegypt. Arabia.

71. D. (Pentaschistis.) TENUIGLUMIS. *Steud.* Radice validiuscula fibrosa dense caespitifera; culmis erectis simplicibus ($1^1/_2$—2-pedalibus) totis vaginatis foliisque planiusculis angustis demum convolutis rigidiusculis, culmum aequantibus vel superantibus glabris; vaginis glabris, summa paniculam basi vaginante; paniculae coarctatae (4—5-pollicaris) radiis erectis subracemosis; spiculis lanceolatis angustis 3—4-floris; glumis angustis lanceolatis acuminatis multo brevioribus flosculis basi margine rhachique pilosis; valvula inferiore bifida, setis valvulas subaequantibus, arista tenuissima valvulam duplo superante. D. abyssinica *Hochst.* Hrbr. un. it. 114. *Rich.* Fl. Abyss. II. 419. ♃ Abyssin.

72. D. (Pentaschistis.) GRANDIFLORA. *Hochst.* (l. c. 690.) Radice validiuscula fibrosa caespitifera; culmis erectis tenuibus (pedalibus et ultra) foliatis cum tota planta glaucescentibus glabris; foliis angustissimis sursum vel demum ex toto convoluto-filiformibus culmum superantibus; paniculae contractae racemosae pauciflorae radiis inaequalibus, radiolis praesertim infra spiculam pilosis; spiculis angustis lanceolatis, 3-floris; glumis longissimis (ultra pollicaribus) longe acuminatis glabris margine hyalinis; flosculis binis superioribus pedicellatis basi cum rachilla et apice fasciculatim pilosis; valvulae inferioris bifidae laciniis longe setosis; arista torta glumas parum excedente. ♃ *Rich.* l. c. Abyssin.

73. D. ALBIDA. *Hochst.* Radice valida fibrosa; culmo basi oblique subdiviso; ramis approximatis, uno alterove culmum, omnibus folia proferentibus; culmo ipso geniculato glabro (pedali et ultra); foliis angustissimis striatis convolutis rigidulis culmum plus minus aequantibus; paniculae pauci- (5—7-) flora simplicissima subspicata; rhachi pubescente; spicis alternis subsessilibus solitariis (infimis saepe incompletis), 3—4-floris basi — uti flosculi ipsi — pilis rigidiusculis munitis; glumis membranaceis subpellucidis albidis flosculos subaequantibus; valvulis subaequalibus membranaceis pellucidis; superiore lineari mutica uninervia, altero margine ciliata, apice obtusiuscula integra vel pilis quasi denticulata; inferiore duplo latiore, supra basin fasciculato-pilosa dein adpresse pilosa nervosa apice bifido-setosa; arista basi herbacea torta margine ciliolata, a medio recta flosculum dimidio superante. *Schimper* legit in Abyssinia.

74. D. CANDIDA. *Hochst.* Radice valide fibrosa; culmo basi subdiviso, ramo unico culmum ipsum caeteris folia fasciculata proferentibus; culmo gracillimo erecto (7—8-pollicari) cum vaginis foliisque subcandido-viridescentibus; foliis rigidulis striatis convolutis glabris erectis vel curvatis culmum fere aequantibus vel minoribus; ligula pilorum series ad vaginae exitum; panicula pauci- (4—6-flora simplicissima laxe spicata; flosculis solitariis alternis subsessilibus 2—3-floris basi praeter infimum vix pilosis; rhachi pubescente; glumis flosculos subaequantibus membranaceis 3-nerviis, nervis viridibus, medio fere ad apicem, lateralibus vix ad medium productis, venis transversis anastomosantibus, apice bifidis vel integris acutis; flosculi basi fasciculato-pilosa; valvulis subaequalibus, inferiore acuta integra vel bifida, superiore breviter setoso-bifida, utraque glabra; arista tota herbacea et torta flosculos dimidio excedente. Abyssinia.

75. D. SUBULATA. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 420.) Caudice subterraneo horizontali; culmis foliisque caespitosis; illo vix pedali gracili; his radicalibus numerosis erectis involuto-subulatis longiusculis glabris; ligula annulari pilosa; vaginis glabris laevibusque; panicula spicaeformi pauciflora; spiculis 4-floris; glumis parum inaequalibus lanceolatis glabris acutis; valvula inferiore membranaceo nervosa, basi pilis cincta apice bifida, et arista plana spirali brevi terminata, et ad insertionem aristae penicillo pilorum notata. Prov. Ouodgerate Abyssin.

76. D. TRISETOIDES. *Hochst.* Radice tenuifibrosa; culmo basi ramoso, ramis geniculatis teretibus glabris (8—15'' altis) foliatis; vaginis striatis ex toto praesertim ad oras pubescentibus; foliis anguste linearibus planis (2—4'' longis, 1''' latis) pilosulis vel glabris; ligula pilorum series; panicula ramosa composita contracta (1—2-pollicari); radiis

radiolisque capillaribus nodulis verruciformibus obsitis; spiculis pedicellatis solitariis parvis (exceptis aristis vix ultra $1\frac{1}{2}'''$ longis); glumis subaequalibus argenteo-violascenti nitidis flosculos binos superantibus; flosculis basi — valvulis e toto pilosis exserte nervosis, inferiore apice bisetulosa et aristata, arista non torta geniculata setis et flosculo ipso plus duplo longiore. Abyssinia.

Haec species cum binis praecedentibus non sunt in collectionibus ab unione itin. editis, sed in ea a *Schimpero* Argentoratum missa.

77. D. ANOMALA. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo adscendente debili (pedali); foliis planis linearibus angustis elongatis (4—5″ longis, $1—1\frac{1}{3}'''$ latis), vaginisque striatis imberbibus pubescentibus; paniculae laxissimae radiis capillaribus erecto-patulis patenti-pilosis paucifloris; spiculis lanceolatis trifloris; glumis inaequalibus flosculis dimidio brevioribus, inferiore breviore lanceolata acuminata, superiore multinervia apice obtuso integro vel dentato hyalino, utraque cum flosculis undique pilosis, flosculis duobus cum valvula inferiore brevissime bifida, tertii bifido-setosi setis flosculum aequantibus; arista tenui flosculos excedente. ⊙ Abyssinia.

Inter species Danthoniae tenuiglumis *Steud.* unicum specimen hujus speciei erat intermixtum, quae seorsim a *Schimpero* non est lecta. Cum speciebus 2 sequentibus ad genus Streblochaete *Hochst.* pertineret non nisi glumis brevioribus flosculisque pedicellatis a Danthonia distinctum.

78. D. KOESTLINI. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 412.) Radice fibrosa sublignescente; culmis a basi ramosis ($\frac{1}{4}$—1-pedalibus tenuibus glabris; vaginis ore pilosis; foliis subdisticho patentibus planis linearibus sparsim pilosis vel glabratis angustissimis ($\frac{1}{2}—\frac{3}{4}'''$ latis, 1—2″ longis); paniculae erecto-patulae tenuis radiis paucifloris; spiculis lanceolatis 4—pluri-floris; glumis flosculis multo brevioribus ovalibus apice obtusis integris vel denticulatis; flosculis imbricatis, basi pilosis; valvula inferiore infra medium fasciculato-pilosa, apice bifido- bisetosa, setis valvula longioribus, arista basi robusta spiraliter contorta valvula multoties longiore. *Rich.* Fl. Abyss. II. 421. Streblochaete Schimperi *Hochst.* in schedula nr. 683. ♃ Abyssinia.

79. D. STREBLOCHAETA. *Steud.* Radice fibrosa, culmo erecto glabro (2—3-pedali) basi repente; foliis lanceolatis planis acutissimis scabris (4—8″ longis, 2—4''' latis); ligula longe exserta hyalino-membranacea denticulata; paniculae elongatae (4—6-pollicaris) contractae subsecundae subnutantis radiis 3—5-nis supra basin divisis, radiolis 1—2-spiculatis; spiculis elongatis lanceolatis 3-floris; glumis subaequalibus quam flosculi multo brevioribus lanceolatis acutis integris; flosculis imbricatis in rhacheos articulis glabris remotiusculis pedicellatis, pedicellis dense pilosis; valvula interiore apice bifida brevi setosa, arista infra apicem orta longissima torta (cum reliquis aristis implexa.) Streblochaete nutans *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 683. Trisetum longearistatum *Rich.* Fl. Abyss. II. 417. ♃ Abyssinia.

III. *Species Asiaticae.*

80. D. LUZONIENSIS. *Steud.* Culmo erecto tereti stricto (ultra pedali) glabro sparsim foliato; foliis angustis linearibus glabris (2—3″ longis, vix $\frac{1}{2}'''$ latis); vaginis ore fasciculato-pilosis; ligula brevi membranacea fissa; panicula erecta contracta (3—4-pollicari); spiculis 2—3-floris; glumis ovato-lanceolatis acuminatis 3-nerviis; flosculo altero vel binis perfectis basi pilosis, altero mutico; valvula inferiore fertilis apice tenuissime bisetosa, inter setas aristata, arista geniculata flosculo fere duplo longiore. Hrbr. *Cuming* nr. 1415. Ins. Luzon.

81. D. NEUROELYTRUM. *Steud.* Culmo geniculato glabro erecto (ultra $1\frac{1}{2}$-pedali) sparsim foliato; foliis linearibus acuminatis angustis ($1—1\frac{1}{2}'''$ latis, 3″ longis) basi dense villoso-pubescentibus; vaginis margine piloso-ciliatis; ligula brevi membranacea truncata; panicula erecto-patente (4—5-pollicari); spiculis plerumque bifloris (raro trifloris); glumis ovato-lanceolatis acuminatis 3-nerviis; flosculo altero (cum secundo si adest) perfecto, altero neutro mutico basi piloso; valvula inferiore flosculi fertilis apice bisetosa, setis tenuissimis flosculo subaequalibus, inter setas arista geniculata flosculo duplo longiore. *Fortune* Hrbr. nr. 5. China.

IV. *Species Novae Hollandiae.*

82. D. LONGIFOLIA. *R. Br.* (Prodr. N. Holl. 176.) Foliis subsetaceis elongatis; vaginis collo nudis; panicula effusa; spiculis subquadrifloris gluma laevi brevioribus; valvula inferiore ad medium villosa; villis supremis elongatis valvulam occultantibus; setis lateralibus longitudine valvulae. N. Holl.

83. D. PALLIDA. *R. Br.* (l. c.) Foliis setaceis; vaginis collo barbatis; panicula effusa; spiculis subquadrifloris gluma laevi brevioribus; valvula inferiore ad medium villosa superne nuda; setis lateralibus valvula brevioribus. N. Holl.

84. D. SEMIANNULARIS. *R. Br.* (l. c. 177.) Panicula lanceolata; spiculis sub-5-floris quam glumae scabriusculae brevioribus; valvula exteriore basi medioque barbata; serie villorum superiore longitudine dimidiae aristae intermediae tortilis, lateralibus sesquilongioris glumam vix superantis. Arundo semiannularis *Labil.* N. Holl. I. t. 33. N. Holl.

Non omnino convenit D. semiannularis *Sieb.* Agrost. nr. 83. Caule basi squama una alterave e basi lata lanceolata vestito, tereti laevi glaberrimo foliato gracili stricto (3-pedali); foliis radicalibus culmeisque convoluto setaceis ad oras vaginarum striatarum pilosis (4—7-pollicaribus), scabriusculis glabris; paniculae contractae (3—4-pollicaris) radiis inaequalibus ternis, binis, summis solitaris 2- raro 3-saepe unispiculatis; spiculis patulis $3—3\frac{1}{2}$- (nulla 4- vel 5- quisbusdam bi-) floris: glumis elevato striatis margine membranaceis, laevibus, acuminatis (sub lente validissima apice denticulato-fissis) subaequalibus flosculos aequantibus; valvula inferiore fasciculatim pilosa supra medium nuda apice bisetosa, arista e medio valvulae orta, basi torta glumas non vel parum excedente; flosculo 4-to si adest incompleto. An distincta species?

85. D. PILOSA. *R. Br.* (l. c.) Culmo erecto glabro striato (pedali et ultra) foliato; foliis vaginisque (praesertim margine) pilosis; foliis convoluto filiformibus (2—5″ longis) panicula subcoarctata ovato-lanceolata ($1\frac{1}{2}$-pollicari); spiculis sub-6-floris quam glumae (albido-nitidae) dorso nervosae margine membranaceae brevioribus; valvula exteriore basi medioque fasciculatim pilosa; setis lateralibus valvula ipsa longioribus, arista intermedia basi vix torta duplo longiore. N. Holl.

86. D. CAESPITOSA. *Gaudich.* (in *Freys.* it. 408.) Culmis caespitosis simplicibus; vaginis foliisque convoluto-setaceis glabris; panicula simplici spicaeformi; spiculis 6-floris; glumis angustato-acutatis glabris flosculos duplo superantibus; valvula inferiore 9-nervia apice bifida et triaristata, inferne triplici serie pilosum per fasciculos dispositorum valvulam subaequantium barbata; setis lateralibus rectis, arista intermedia inferne spiraliter torta. Variat: culmo stricto elongato, panicula densa multiflora; et: culmo gracili panicula racemosa pauciflora. D. annularis *R. Br.* sec. *Trin.* negante *Neesio* in *Lehm.* Pl. Preiss. II. 104. ♃ N. Holl.

87. D. GUNNIANA. *Nees.* (in *Hook.* Lond. Journ. II. 417.) Foliis linearibus planis pilosis, radicalibus caespitosis obtusis brevibus; vaginis glabris basi oreque barbatis; racemo subsimplici (e spiculis 6—8, raro infimo ramo distachyo) lanceolato; spiculis 6-floris gluma laevi brevioribus; flosculorum valvula inferiore basi medioque barbata, serie villorum superiorum rariore emarginaturam subattingente; setis lateralibus valvula longioribus, arista dimidio brevioribus. Praecedenti affinis *Guun.* nr. 998. Ins. Van Diemen.

88. D. LAPPACEA. *Lindl.* (Ann. sc. nat. XV. 64.) Spicis geminatis foliis brevioribus; valvula inferiore sericea cornea, laciniis lateralibus foliaceis divaricatis arista rigida brevioribus. N. Holl.

89. D. PECTINATA. *Lindl.* (l. c.) Spica simplici secunda pleiostachya pectinata foliis multo longiore; valvula inferiore villosissima, laciniis lateralibus membranaceis aristae aequalibus. N. Holl.

90. D. PERIANTHA. *Lindl.* (l. c. 65.) Foliis setaceis vaginisque patentim pilosis, collo barbato; panicula subcoarctata lanceolata; valvula exteriore laevigata basi apiceque villosissima; setis lateralibus debilibus subulatis, arista intermedia brevioribus. N. Holl.

91. D. PARADOXA. *R. Br.* (Prodr. p. 177.) Panicula effusa; spiculis sub-4-floris gluma longioribus; valvula exteriore basi pubescente apice tridentata, dente medio dissimili divaricato. Port-Jacks.

92. D. RACEMOSA. *R. Br.* (l. c.) Culmis rectis ($1\frac{1}{2}$-pedalibus et ultra); teretibus; foliis striatis setaceis undique vaginisque pilosis collo barbatis; racemo subsimplici; spiculis 7—8-floris glumam aequantibus; valvula exteriore basi medioque barbata, villorum seriei superioris fasciculis distinctis brevioribus; aristis lateralibus valvula triplo brevioribus. Arundo penicillata *Labil.* N. Holl. t. 34? N. Holl.

93. D. VARIA. *Nees* (in *Hook.* Lond. Journ. II. 416.) Foliis planis scabris, vaginis glabris ore barbatis; panicula contracta lanceolata; spiculis (cum aristis 1″ longis) 5—6-floris glumis scabriusculis brevioribus; valvula inferiore basi medioque barbata serie villorum superiore in fasciculis 7 dispositorum valvulam a basi ad sinum aequante; aristis lateralibus valvula longioribus, intermedia dimidio minoribus. *Lehm.* Pl. Preiss. II. 103. N. Holl.

94. D. SETACEA. *R. Br.* (Prodr. 177.) Foliis culmisque setaceis, ore vaginae patenti barbato; racemo subsimplici; spiculis 4-floris — flosculo terminali tabescente — quam glumae laeves brevioribus; valvula exteriore basi medioque barbata, serie superiore villorum valvulam subaequante, aristis lateralibus valvula longioribus. ♃ N. Holl.

95. D. PAUCIFLORA. *R. Br.* (l. c.) Foliis strictis glabris, culmisque setaceis; racemo paucifloro; spiculis trifloris gluma laevi acuta brevioribus; valvula exteriore basi medioque barbata, villis serieis superioris longitudine valvulae, arista intermedia glumam vix aequante. ♃ N. Holl.

96. D. LINKII. *Kunth.* (En. I. 315.) Foliis longissimis angustis praesertim vagina pilosissimis; paniculae radiis paucifloris solitariis arrectis; glumis nervosis flores tri— quadruplo superantibus; valvula inferiore ultra medium bipartita longe pilosa, lacinulis aristatis, arista dorsali inflexa vix glumas superante. Avena bipartita *Link.* Hort. I. 113. N. Holl.?

97. D. UNAREDE. *Raoul.* (Choix d. pl. N. Zeel. p. 11. t. 3.) Caespitosa; culmis adscendentibus simplicibus basi foliatis; vaginis culmum involventibus margine scariosis, striatis glabris; ligula ad annulum barbatum redacta; foliis lineari-junciformibus summis longioribus panicula contracta (sub-3-pollicari); spiculis erectis pedicellatis, pedicellis striatis plus minus angulatis rhachique communi scabris; spiculis 5—7-floris; glumis aequalibus flosculos includentibus lanceolatis 5-nerviis, nervo medio scabro; flosculorum inferiorum valvula inferiore ovata triaristata alte incisa 9-nervia, inferiore binervia oblongo-lanceolata obtusa. N. Zeeland.

98. D. RAOULII. (*Steud.*) Caespitosa; culmo erecto vaginato (3-pedali); vaginis sericeis; ligula annulus barbatus; foliis linearibus laevibus junciformi-subulatis; panicula ampla laxa ramosissima; racemis partialibus gracilibus laxis; spiculis subsecundis 4—5- (in descriptione 3-) floris; glumis inaequalibus, inferiore ovato-lanceolata alte bifida extrorsum dense barbata 9-nervia aristata; superiore oblonga binervia inferne dorso barbata. D. rigida *Raoul* l. c. t. 12. N. Zeelandia.

99. D. CINGULA. *Steud.* Culmo tereti tenui (plus quam pedali) erecto foliato; foliis culmeis (inferiora desunt) subconvolutis filiformibus scabriusculis omnibus culmo multo brevioribus (2—3″ longis, explanatis vix ultra $\frac{1}{2}$‴ latis) vaginatis; vaginis ore distincte longiuscule pilosis; paniculae contractae erectiusculae (3-pollicaris) radiis inferioribus binis, supremis solitariis pauci-spiculatis; rhachi pedicellisque angulatis scabris; spiculis 4—6-floris; glumis aequalibus (argenteo viridi et purpureo-variegatis) nitidis laevibus vel vix dorso scabriusculis flosculos (sine aristis) superantibus; rhacheola dense pilosa; valvula inferiore basi et supra basin medium versus discolore et annulo pilorum cincta, superne viridi 5—7-nervia, apice profunde bifida 3 aristata, arista intermedia duplo longiore; valvula superiore membranacea pellucida oblongo-lanceolata obtusa margine extremo subherbacea tenuissime (sub lente valida) ciliolata. Vix una praecedentium. Ex Hrbo. *Kampmann* e N. Zeelandia.

V. *Species Europaea.*

100. D. PROVINCIALIS. *Dec.* (Fl. gall. 3. 33.) Culmo gracili adscendente ($\frac{1}{2}$—1-pedali); foliis planis angustis inferioribus filiformibus basi vaginisque ore fasciculato-pilosis; panicula recta simplici racemosa; glumis acuminatis laevibus 4—6-floris; flosculis calyce brevioribus; valvula inferiore villosa apice divaricato emarginata, arista (rufa) basi torta flosculos superante. *Trin.* Icon. VI. t. 67. Avena calycina *Vill.* Delph. II. t. 2. f. 9. Avena spicata *Lin.* var. *β. Willd.* Spec. ♃ Gallia. Austr. Tauria.

VI. *Species Americanae.*

101. D. SPICATA. *Roem. Schult.* (Syst. 2. 690.) Culmo gracili erecto ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); foliis numerosis planis vel involutis (6—8″ longis) superne villosis, caulinis abbreviatis; ligula subnulla ciliata; paniculae simplicis subspicatae (2-pollicaris) radiis inferioribus subdivisis; spiculis sub-7-floris teretibus, demum apertis; glumis subaequalibus lanceolatis glabris flosculos $\frac{1}{3}$ superantibus; valvula inferiore villosa obtusa 7-nervia ex apice bifido aristata, arista flosculos duplo superante. Avena glumosa *Michx.* Fl. II. 72. Avena spicata *Lin.* Triodia glumosa *Beauv.* Agr. t. 18. f. 7. Merathrepta *Rafin.* in *Seringe* Bullet. 1. 221. ♃ Am. septr.

102. D. SERICEA. *Nutt.* (Gener. I. 71.) Culmo erecto; paniculae racemosae compositae radiis 2—3-spiculatis; spiculis 8—9-floris calyce parum brevioribus; valvula inferiore lanceolata margine dense villosa, apice bifido-setosa; arista inter setas orta contorta; valvula inferiore multo breviore ciliata. *Trin.* Ic. V. t. 53. Prioris var.? *Torr.* ♃ Am. septr.

103. D. SECUNDIFLORA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 255.) Culmo erecto (2-pedali et? ultra) compresso striatulo nitidulo glaberrimo; vaginis striatis glabris; ligula ciliarum series; foliis angusto linearibus setaceo-involutis acutis intus scabriusculis; panicula simplici secunda ($2\frac{1}{2}$-pollicari), rhachi radiisque scabris; radiis solitariis alternis 2—3-spiculatis; spiculis 6—8-floris; glumis lanceolatis scabris flosculos superantibus; valvula inferiore basi marginibusque pilosa bilaciniata, laciniis ovatis in setas productis; arista media torta basi longe pilosa. ♃? Peru?

104. D. SERICANTHA. *Steud.* Culmo simplici erecto (pedali) glabro, infra paniculam piloso; vaginato foliato; vaginis plus minus tumidis striatis; inferioribus praesertim setoso pilosis; foliis convolutis rigidis subpungentibus intus pilosis (3—5″ longis); panicula subspicato-contracta ovata (2-pollicari), rhachi radiisque sericeo-pilosis; spicis 3—5-floris; glumis lanceolatis acuminatis patulis flosculos multo superantibus (7—8‴ longis) 3-nerviis glabris; flosculis undique pilis sericeis vestitis; valvula inferiore 5-nervia e apice breviter bifida aristata, arista brevi recta valvulam ipsam vix longitudine aequante, superiore ovata acuta vix nervosa. *Jameson* in monte Antisana Columbiae.

105. D. PICTA. *Nees. Meyen.* (Act. N. Cur. XVII. supl. 2. 157.) Radice firma fibrosa caespitifera; culmo simplici

erecto ($^3/_4$—1-pedali); vaginis glabris; foliis linearibus convolutis supra pilosis vel glabris rigidulis, inferioribus culmum aequantibus; ligula brevissima ciliata; panicula lanceolata spicaeformi densa (pollicari et ultra), radiis angulatis paucifloris; flosculis basi pubescentibus in medio cingulo pilorum patentium lacinias aequantium; arista glumas aequante vel vix superante. ♃ Cordileras. Peru.

MONACHATHER. *Steud.* Racemus simplex; spiculae alternae pedicellatae 4—5-florae; glumae duae subaequales subcoriaceae multinerviae flosculos aequantes vel superantes; flosculi in fasciculum coadunati basi dense et longe sericeo-argenteo-pilosi, intimi incompleti; valvula inferior herbacea ultra medium fissa, laciniis acutis non aristatis, arista e sinu lacinularum has ipsas vix aequante; valvula superior duplo minor membranacea integra vel utrinque in lacinulam divisa, non aristata, apice obtusa denticulata; stamina 3; ovarium?

1. M. PARADOXUS. *Steud.* Radice longe fibrosa; culmo basi in bulbum incrassato squamis partim glabris nervosis, partim dense tomentosis tectum, tenui glabro (subpedali); vaginis arctis striatis; ligula pilosa; foliis inferioribus subplanis superioribus convolutis rigidulis sparsim vel basin versus pilis conspersis; racemo stricto simplici; spiculis pedicellatis solitariis alternis 5‴ longis sub-5-floris; glumis flosculos aequantibus subpunctulato-scabriusculis, apice subpungenti-mucronulatis (vix aristulatis) exarate 11-nerviis subcoriaceis margine membranaceo-hyalinis. *Drumond* Hrbr. coll. IV. nr. 396. N. Holl.

Forsan Danthoniae quaedam species a. *Browneo* nimis breviter descriptae ad hac genus referendae.

Gramina inter Avenaceas et Festucaceas intermedia.

URALEPIS. *Nutt.* Panicula vel racemus; spiculae multiflorae; flores distichi, summus tabescens; glumae 2 membranaceae subcarinatae muticae inaequales spicula plerumque breviores; valvulae 2 membranaceae inferior trinervia concava 2—4-fida, inter lacinias muticas brevi-aristata, superior bicarinata; stamina 1—3; squamulae duae apice truncato-rotundatae glabrae; caryopsis oblonga teres laevis glabra libera.

* *Valvula inferior apice denticulata.*

1. U. ARISTULATA. *Nutt.* (Gen. I. 63.) Radice caespitifera; culmis basi procumbentibus (pedalibus), ad nodos barbatis; foliis subulatis pungentibus supra villosis; ligula barbata; paniculis simplicibus vel racemosis, lateralibus vaginis inclusis, terminali partim exserta; spiculis teretibus subtrifloris quandoque cum rudimento quarti flosculi; glumis flosculos multo superantibus apice laceris; valvulis margine villosis, inferiore truncata trifida; dentibus lateralibus obtusiusculis intermedio mucronato vel brevissime aristulato. ⊙ Am. sptr.

2. U. PURPUREA. *Nutt.* (l. c.) Culmis caespitosis erectis vel geniculato-adscendentibus simplicibus semitereticanaliculatis, nodis sericeo-barbatis; foliis planis interne puberulis, externe vaginisque scabriusculis; spicis axillaribus terminalibusque depauperatis vaginis involutis; spiculis 4—5-floris; nervis valvulae utriusque sericeo-pilosis (*Kunth.* — aristis longitudinae corollae *Torr.*) *Kunth.* Gr. I. t. 67. Diplocea barbata *Rafin.* Tricuspis purpurea *A. Gray* Man. 589. Aira purpurea *Walt.* ⊙ Carolina. Am. sptr.

3. U. PULCHELLA. *Kunth.* (Gram. I. 108. Supl. t. XXII. f. 2.) Culmis subproliferis fasciculato-ramosis erectis; foliis planis subulatis rigidis scabris; vaginis striatis cum ligula ciliatis; panicula valde depauperata; spiculis tribus alternis pedicellatis subseptemfloris; glumis lanceolatis acuminatis glabris, superiore paulo majore spiculam aequante; valvula inferiore oblonga a basi ad medium pilosa, apice bifida, inter lacinias obtusas aristata; arista recta scabra lacinias superante, superiore breviore truncato-dentata. Tricodia pulchella *H. B.* N. gen. I. t. 47. ♃ Mexico.

4. U. AVENACEA. *Kunth.* (l. c. t. XXII. f. 3.) Culmo repente ramoso, ramis erectis (4—5-pollicaribus); foliis planis externe pilosis margine scabriusculis; ligula abbreviata ciliata; paniculae simplicis radiis alternis rachique pilosis; spiculis oblongis sub-6-floris; glumis lanceolatis acuminatis (purpurascentibus) glabris, superiore paulo longiore spicula breviore; flosculis basi lanato-pilosis; valvula inferiore trifida lacinia intermedia aristaformi, laterales acutas superante; valvula superiore oblonga acuta. Triodia avenacea *H. B.* l. c. t. 48. ♃ Mexico.

5. U. CUPREA. *Kunth.* (Gram. 1. t. 68.) Radice valide fibrosa; culmo erecto (4—6-pedali) firmo compresso anguloso, basi squamoso-vaginato glabro, vaginis solutis ore barbatulis; foliis elongatis compressis (pedalibus et ultra, explanatis 2—4‴ latis) glabris; paniculae erectae (6—12-pollicaris) radiis subverticillatis elongatis flexuosis ad axillas pilosis, basi longe nudis; spiculis plus minus pedunculatis 5—7-floris (rubro-purpurascentibus); glumis inaequalibus acutis, brevioribus flosculis basi (vix) pilosis; valvula inferiore apice 4—5-dentata, dente intermedio in mucronem brevissimum terminato. Poa seslerioides *Michx.* Tricuspis seslerioides *Torr.* Fl. Newyork. t. 156. Tricuspis coroliniana *Beauv.* Agr. t. 15. f. 10. Windsoria praeformis *Nutt.* Poa quinquefida *Pursh.* ♃ Am. sptr.

6. U. PALLIDA *Kunth.* Culmo erecto (pedali) foliis planis lanceolatis retrorsum scabris; vaginis tenuissime sulcatis glabris; ligula exserta lanceolata; paniculae erectae flaccidae radiis flexuosis asperis; spiculis oblongis 5-floris glabris (pallidis); glumis inaequalibus multo brevioribus flosculis basi nudis; valvula inferiore apice 5-dentata, dente medio breviter cuspidato. Triodia pallida *Spr.* Ent. I. 246. ♃ Am. sptr.

7. U. AMBIGUA. *Kunth.* Paniculae patentis radiis subsimplicibus alternis; spiculis ovatis crassis sessilibus 5—6-floris; valvula inferiore apice 5-dentata, dente intermedio mucronato; valvula superiore profunde impressa laevi. Windsoria ambigua *Nutt.* Gen. I. 70. Am. sptr.

8. U. CILIATA. *Steud.* Culmo glabro (plus quam pedali); vaginis e glandulis pilosis internodio brevioribus laxiusculis; ligula membranacea exserta fissa; foliis (culmeis) linearibus acutis sparsim pilosis (2—3″ longis, $^1/_2$—1‴ latis); panicula e racemis pluribus simplicibus composita erecta (4—5-pollicari); racemis sparsis solitariis vel 2—3-nis; spiculis patentibus sub-5-floris; glumis oblongis acuminatis flosculos subaequantibus; valvula inferiore toto margine longe ciliata apice 3—5-denticulata, medio in aristulam brevissimam terminata. *Leprieur* legit in Senegal.

** *Valvula inferior ad et infra apicem latere (saepe minutissime) denticulata. Diplachne Beauv.*

9. U. FUSCA. (*Steud.*) Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto (bipedali) vaginis laxis inferioribus membranaceis tecto; foliis angustisimis linearibus elongatis planis vel involutis; paniculae erectae (4—6-pollicaris) radiis alternis a basi racemoso-floriferis; spiculis lanceolatis 5—7-floris; glumis inaequalibus obtusiusculis superiore longiore apice fissa, brevioribus flosculis margine basin versus pilosis; valvula inferiore apice bifida infra apicem utrinque dente (saepius vix conspicuo) instructa, ex apice breviter mucronata. Festuca fusca *Lin.?* certe: *Visian.* pl. Aeg. p. 6. *Delil.* Aeg. t. 11. f. 1. Diplachne fusca *Beauv.* (Plantae Palaestinae spiculae tribuuntur 16—24-qui in nostra 6—12-florae.) ♃ Aegypt. Palaest.

10. U. DRUMMONDII. *Steud.* Radice crasse fibrosa; culmo erecto (pluripedali) vaginato glabro; vaginis elonga-

tis submembranaceis laxis glabris; ligula hyalina acuta; foliis angustis complicatis acuminatis scabriusculis ($^1/_2$—$^3/_4$-pedalibus); panicula basi vagina summa tecta, elongata (pedali) subcontracta; radiis fere semper solitariis alternis angulosis scabris, racemoso-floriferis; spiculis solitariis sessilibus irregulariter alternis 5—9-floris linearibus acutis; glumis inaequalibus hyalinis praeter carinam enerviis, flosculo infimo brevioribus; valvula inferiore ovata concava brevissime bifida, inter lacinulas brevissime (vix $^1/_2$''' longe) aristatula, margine et basin dorsi versus (in striis 2 ad carinam approximatissimis) sericeo-pilosulis; valvula superiore hyalina minore brevissime bifida et acuminata pilosa. Hrbr. *Drummond* Coll. IV. sine numero. N. Holl.

Vix dubie Triodia pungens *R. Br.*; in nostra planta nihil pungentis nisi valvulae aristula, nec quid viscidi in vaginis.

11. U. ALBA. *Steud.* Culmo erecto (pluripedali) glabro uti tota planta glaucescente; vaginis laxis amplis; ligula elongata fissa; foliis convolutis elongatis rigidulis; paniculae erectae (pedalis) radiis 1—3-nis erecto-strictis a basi floriferis racemosis; spiculis sessilibus vel brevi pedicellatis 6—9-floris albidis; glumis inaequalibus pellucidis quam flosculi distichi brevioribus; valvula inferiore margine (inferne) piloso-ciliata, dorso scabra, ex apice brevissime (quandoque vix-) bifido mucronato-apiculata, infra apicem utrinque denticulata (dentibus sub lente validissima piloso-fissis). Diplachne alba *Hochst.* Hrbr. Nubic. un. it. nr. 200. ♃ Nubia.

12. U. ALOPECUROIDES. *Hochst.* (Hrbr. Abyss. nr. 2055. sub: Diplachne.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (vel ex una radice binis), cum tota planta glabro (bipedali et ultra) vaginato foliato; vaginis laxiusculis striatis laevibus; foliis oblongis basi rotundato subcordatis glaucescentibus (3'' longis, 5—7''' latis) 9—11-nerviis et inter nervos longitudinaliter tenuissime striatulis; ligula membranacea brevissima obtusa; panicula spicata terminali (3—5-pollicari), radiis numerosis adpressis filiformibus a basi floriferis; spiculis tenuissimis albescentibus 5—9-floris, anguste lanceolatis; glumis inaequalibus quam spiculae brevioribus; valvulis margine pilosis; inferiore apice indistincte bifida denticulata, ex apicis fissura setigera, seta tenui valvulam longitudine superante. Habitus alienus; folia lato-lanceolata Bambusacearum formam aemulant, spiculae tenuiores, setae longiores quam in omnibus hujus generis speciebus; novi generis? typus; caeterum Vulpiae propius cognatum, a qua nonnisi valvula inferiore apice obtusiuscula et in lacinulas vel dentes fissa et nervo carinali valido in aristam decurrente differt. Abyssin.

13. U. LIVIDA. *Nees.* (Fl. cap. I. 254. sub: Diplachne.) Culmo erecto stricto glabro; vaginis striatis; ligula lata ovata demum lacera; foliis planis linearibus glabris; paniculae racemosae (6—7-pollicaris) erectae radiis subverticillatis prope a basi floriferis; spiculis 8—12-floris, alternis approximatis adpressis (fusco-lividis); glumis oblongo-lanceolatis apice emarginatis mucronulatis; valvula inferiore latere edentula margine inferius et rhachillae articulis dense strigoso-fimbriatis. ♃ Afr. austr.

14. U. ELEUSINE. *Nees.* (l. c. sub: Diplachne.) Culmo adscendente simplici teretiusculo glabro; vaginis striatis nudis; ligula brevi lacinulato-ciliata; foliis planis attenuatis (8—9'' longis, 2''' latis); paniculae spicatae radiis alternis (3—4) erectis sessilibus densis linearibus; spiculis oblongis (viridulis, albo-variis) sessilibus 6-floris; glumis inaequalibus lanceolatis acutiusculis carina scabris; valvula inferiore oblonga obtusa, margine apicis obiter denticulata, dorso inferne scabriuscula; superiore breviore obtusa integra. ⊙ Afr. austr.

15. U. CAPENSIS. *Kunth.* (*Nees* l. c. sub: Diplachne.) Radice fibrosa crassa, dense caespitifera; culmis erectis strictis simplicibus (3—4-pedalibus) glabris compresso-angulatis; vaginis apice laxis glabris; ligula ovata membranacea; foliis elongatis (culmum subaequantibus) angustissimis linearibus vel convoluto-filiformibus scabris; paniculae racemoso-compositae ($^3/_4$—1-pedalis) radiis alternis, mediis subverticillatis scabris a basi floriferis; spiculis lanceolatis compressis (4—$4^1/_2$''' longis plumbeis) scabris 5—9-floris; glumis flosculis brevioribus lanceolatis acutis; valvula inferiore oblonga, inferius trifariam sericea, infra apicem utrinque dentata, medio e dorso setulosa. Variat: culmo basi procumbente radicante ex geniculis fasciculatim prolifero. ♃ Afr. austr.

16. U. VERTICILLATA. *Nees. Meyen.* (N. act. N. C. XVII. supl. 2. 159. sub: Diplachne). Culmo compresso striato (pedali et ultra) basi ramoso; vaginis foliisque scaberrimis, his convoluto-filiformibus rigidulis (5—6'' longis, 1''' latis); ligula elongata lacera; racemo composito polystachyo (6—7-pollicari), partialibus verticillatis vel alternis subspicatis; spiculis 4—5-floris lineari-lanceolatis obscure viridibus; valvula inferiore margine basin versus argenteo-sericea, apice bidenticulata et brevimucronulata; superiore oblonga obtusa plana parum minore. ♃ Chili. Peru.

17. U. BRASILIENSIS. *Nees.* (mpt. sub: Tridens.) Radicis fibris crassis flexuosis; culmo erecto simplici (2-pedali) laevi, nodis glabris (luteis); vaginis striatis glabris; foliis (1—6'' longis, $1^1/_2$''' latis) rigidis patentibus acuminatis glabris; paniculae elongatae (4—7-pollicaris) spicaeformis densae radiis brevibus racemifloris a basi fere floriferis; spiculis imbricatis ovalibus 6—10-floris (2—$2^1/_4$''' longis, pallide purpurascentibus); glumis ovatis carinatis setaceo-acuminatis glabris flosculis duplo brevioribus; valvula inferiore dorso lateralibusque longe ciliatis. ♃ Brasil.

18. U. VIRENS. *Kunth.* Radice fibroso-fasciculata; culmis pluribus (8—12-pollicaribus) basi procumbentibus vel erectis, ramosulis basi bulbosis; vaginis laxis collo nudis; ligula magna exserta; foliis planis lineari-acuminatis (3—4'' longis, 1—2''' latis); spicae terminalis compositae (5—7-pollicaris), rhachi angulata scabra; radiis subvirgatis 2—3-nis; spiculis angustis teretibus linearibus 6—8-floris adpressis alternis; glumis inaequalibus spicula multo brevioribus acutis; flosculis imbricatis; valvula inferiore oblonga apice bifida 3-nervia, inter dentes et utrinque setuligera, setula terminali valvula 6-plo breviore; valvula superiore lanceolata apice bidentata, ciliata. Tridens virens *Nees.* Agr. bras. 476. ♃ Brasil.

19. U. ARENARIA. (*Hochst. Steud.* Hrbr. arab. un. it. nr. 808. sub: Diplachne.) Radice fibrosa caespitifera; culmis pluribus (1—7-pollicaribus) basi procumbentibus, adscendentibus cum vaginis foliisque scabris; vaginis laxis sparsim e papillis pilosis; foliis abbreviatis lanceolatis ($^1/_2$—1'' vix ultra longis, 1—2''' latis) rigidulis; ligula exserta fissa; paniculae terminalis radiis brevibus inaequalibus a basi floriferis; spiculis lanceolatis 5—7-floris; glumis inaequalibus longiore flosculos subaequante; valvula superiore margine longe pilosa apice bifida, laciniis denticulatis e fissura brevi aristulata, arista valvula 2—4-plo breviore. Arab. felix.

POMMEREULLA. *Lin. fil.* Spicae terminales solitariae ad basin folio spathiformi involutae; spiculae subsessiles subsexflorae; flores arcte imbricati, duo inferiores unipaleacei neutri, hermaphroditis superioribus similes, terminalis tabescens; glumae duae a floribus remotae valde inaequales; inferior lanceolata concava mutica spicula paulo brevior, superior minuta subulata; valvulae 2, inferior herbacea concava apice 4-fida, dorso aristata, lobi interiores lanceolato-subulatae mucronato-aristatae, exteriores majores alaeformes ovato-oblongae; arista divaricata; valvula superior bicarinata diaphano-membranacea; squamulae 2 subfalcatae glabrae; stamina 3;

styli 2; stigmata plumosa; caryopsis ovato-elliptica glabra libera.

1. P. CORNUCOPIAE. *Lin. fil.* Glaucescens; radice alba stolonifera; culmis pluribus (1—5-pollicaribus); vaginis bifariam imbricatis; foliis lanceolatis obtusiusculis (vix pollicaribus) interdum basi sparsim ciliatis; spica basi folio spathaeformi obvallata; spiculis alternis; flosculis hermaphroditis; calyce nudo. *Roxb.* Corom. II. t. 131. *Beauv.* Agr. t. XVIII. fig. 6. Ind. or.

TRIODIA. *R. Brown.* Panicula; spiculae 2—multiflorae; glumae 2 subaequales; valvulae 2, inferior tridentata, dentes subaequales, intermedius strictus; squamulae 2. — Gramina perennia rigidula habitu Poae vel Festucae.

1. T. PUNGENS. *R. Br.* (Prodr. N. Holl. 182.) Foliis involutis patentibus pungentibus; vaginis inferioribus viscidis; panicula coarctata erecta; radiis alternis subsimplicibus; perianthii valvula exteriore infra medium carina margineque lanata. T. viscida *R. S.* ♃ N. Holl. (cfr. Uralepis Drummondii.)

2. T. PROCERA. *R. Br.* (l. c.) Foliis convolutis laxiusculis, collo sericeo-barbatis; panicula effusa, radiis indivisis spicatis spiculis breviter pedicellatis 3—4-floris; glumis scabriusculis; valvula exteriore carina glaberrima margine glabriuscula. ♃ N. Holl.

3. T. SPLENDIDA. *Steud.* Culmo elato basi radicante foliis vaginisque equitantibus munito, elato (3-pedali); vaginis solutis striatis glabris; ligula membranacea fissa; foliis elongatis (culmum plus minus aequantibus) basi planiusculis (2—3''' latis) sursum complicatis, rigidis laevibus; panicula stricta splendida elongata (5—8-pollicari), radiis binis interruptis brevibus densifloris; spiculis 3-floris; glumis membranaceis pellucidis acutis subaequalibus flosculos (sine aristula) vix aequantibus; valvula inferiore bifida brevi aristata, laciniis obtusis muticis, marginibus ciliatis. ♃ N. Zeelandia.

4. T. PARVIFLORA. *R. Br.* (l. c.) Foliis involutis laxiusculis, ligula lacera; panicula effusa elongata, radiis indivisis spicatis; spiculis linearibus sub-6-floris; valvula exteriore carina nuda, margine pubescentula. ♃ N. Holl.

5. T. MICROSTACHYA. *R. Br.* (l. c.) Foliis involutis; collo vaginae barbato; panicula elongata subcontracta; radiis indivisis spicatis; spiculis subtrifloris; glumis scabris; valvula exteriore obtusa brevissime tridentata, carina margineque glabra. ♃ N. Holl.

6. T. IRRITANS. *R. Br.* (l. c.) Foliis involutis patulis rigidis pungentibus; panicula coarctata; spiculis imbricatis lanceolatis; valvula exteriore basi villosa. ♃ N. Holl.

7. T. AMBIGUA. *R. Br.* (l. c.) Foliis involutis; ligula lacera; panicula effusa; radiis semiverticillatis indivisis spicatis; spiculis subsessilibus linearibus 6—10-floris; valvula exteriore margine sericea, interiore ciliata. Vix genuina species facie omnino Poae *R. Br.* ♃ N. Holl.

8. T. KERGUELENSIS. *Hook fil.* (Antarct. voy. p. 379. t. 138.) Dense caespitosa humilis (2—4-pollicaris); culmis basi foliosis; foliis glaberrimis rectis setaceis (vix rigidis) margine involutis (vix pollicaribus), vagina tumida; ligula ovata subacuta; panicula simplici pauciflora scaberula; spiculis pedunculatis ($1^1/_2$''' longis) ovato-oblongis bifloris; glumis scaberulis concavis coriaceo-chartaceis basi nudis; valvulis aequilongis, inferiore dorso convexa obscure 5-nervia, superiore bifida; caryopsi ovoidea glaberrima. ♃ Ins. Kerguelens.

9. T. ANTARCTICA. *Hook fil.* (l. c. 380.) Dense caespitosa glaberrima humilis (4-pollicaris); culmis fastigiatis, basi inclinatis, valde foliosis; foliis plurimis erectis substriatis (non rigidis) basi longe membranaceis vaginantibus, culmum fere aequantibus, margine involutis; ligula ovata acuminata; panicula subsimplici coarctata vel basi ramosa; spiculis parvis trifloris glabriusculis; glumis subaequalibus lanceolatis; flosculis basi nudis; valvulis subaequalibus, inferiore 5-nervia acuta obscure tridentata, dente medio parum elongato, superiore bicarinata apice bifida. ♃ Ins. Hernitte. Terra ignis.

10. T. DECUMBENS. *Beauv.* (Agr. tab. XV. fig. 9.) Radice subrepente caespitifera; culmis basi decumbentibus adscendentibus erectis rigidis subcompressis (1—2-pedalibus) ultra medium foliatis; foliis linearibus acuminatis rigidulis carinatis scabris cum vaginis pilosis; panicula subsimplici contracta pauciflora; rhachi radiisque angulosis flexuosis; spiculis oblongo-ovatis 3—5-floris; flosculis arcte imbricatis; glumis ventricoso convexis flores amplectentibus; valvula inferiore bifida interjecta arista recta. Festuca decumbens *Lin. Leers* t. 7. f. 5. *Fl. d.* t. 162. Poa decumbens *Scop. Host.* Gram. II. t. 72. Danthonia decumbens *Dec. Kunth.* supl. t. XXI. f. 2. ♃ Europ. Rossia.

11. T. FILIFORMIS. *Nees.* (mpt.) Foliis convolutis vaginisque scabris; ligula brevissima; panicula coarctata spiciformi, radiis geminis altero a basi fasciculatim partito, altero apicem versus composite spicato; spiculis subsecundis obovatis 4—5-floris; glumis aequalibus flosculos inferiores aequantibus valvulaque inferiore scabriusculis trinerviis glabris; setula gracili lacinias subaequante. Festucae (Diplachne) scirpifoliae *Presl.* dicitur affinis, differre vero: spiculis minoribus et setula breviore. ♃ An ad Festucas revocanda? *Cuming* legit prope Valparaiso. Chili.

12. T. TRIDENTICULATA. *Nees.* (mpt.) Foliis convolutis vaginisque glabris; spiculis oblongis 4—5-floris scabris; valvulis 5-nerviis, seta denticulisque aequalibus brevissimis. (An iterum ad Festucam amandanda species?) ♃ *Gillies* legit prope Mendoza.

Tribus X. FESTUCACEAE. *Kunth.*

Inflorescentia: panicula, rarius spicae secundae, forma paniculae dispositae; spiculae solitariae compressiusculae aut compressae pluri- vel multi- raro uniflorae, flosculis omnibus saltim inferioribus aut plerisque hermaphroditis; glumae duae carinatae uni—pluri-nerviae herbaceo-membranaceae quam valvula inferior flosculorum plerumque breviores; inferior minor; valvula inferior herbaceo-chartacea mutica, aut ex apice vel paulo inferius setigera, seta recta; superior bicarinata; lodiculae duae membranaceae aut crassiusculae; stamina 3 (raro pauciora); caryopsis libera aut adhaerens.

Sectio I. Poeae. — Valvulae herbaceo-molles muticae aut sinuato-dentatae in quibusdam margine dilatatae et membranaceae; ovarium glabrum; caryopsis libera.

POA. *Lin.* Panicula magis minusve composita quandoque contracta; spicula 2—7-flora compressa mutica; glumae duae carinatae flosculis plerumque breviores muticae; inferior 1—3- superior plerumque 3—7-nervia; flosculi bivalves; valvula inferior herbaceo-chartacea carinata 5-nervia rarius nervis intermediis obsoletis 3-nervia, superior parum brevior angustior marginibus inflexis membranacea, apice bidentata cum superiore decidua; seminis scutellum ipso $^3/_4$ brevius.

Ordo specierum.

1. Species Europae omnino. nr. 1—35.
2. Species regionum arcticarum. nr. 36—72.
3. Species Asiae mediae, Caucasiae, Tauriae, Dahuriae, Persiae. nr. 73—83.
4. Species Asiae australis et orientalis, Arabiae, Indiae orientalis, Chinae, Japoniae. nr. 84—97.
5. Species Africae septentrionalis et mediae, Aegyptiacae, Nubicae, Abyssinicae. nr. 98—101.
6. Species Africae australis et Insularum. nr. 102—108.
7. Species Americae australis. nr. 109—155.
8. Species Americae septentrionalis. nr. 156—170.
9. Species Australasicae. nr. 171—191.
10. Species patriae dubiae. 192.

1. *Species Europaeae omnino.*

1. P. ANNUA. *Lin.* Radice fibrosa vel subrepente; culmo subcompresso (2—12-pollicari); vaginis glabris; ligula (folii supremi) producta; foliis acutiusculis brevibus (1—1½″ longis, 1—2‴ latis); paniculae subsecundae divaricatae radiis glabris solitariis vel geminis demum deflexis; spiculis oblongo-ovatis 3—7-floris perbrevi-pedicellatis; perianthiis plus minus distincte nervosis ovato-ellipticis obtusiusculis undique aut basi tantum nudis. *Leers* Herbor. t. 6. f. 1. *Host.* Gram. 2. t. 64. *E. B.* t. 1141. *Kunth.* Supl. t. XXIII. fig. 2. — Variat: panicula angustata, saepe subracemosa; culmis debilibus spiculis 5—7-floris variegatis. P. supina *Schrad. Host.* l. c. 4. t. 27. et: culmo vix pollicari, flosculis dense pubescentibus. ⊙ Eur. As. Afr. Am. cfr. P. Hohenackeri *Trin.*

2. P. OVALIS. *Tinco.* (Pl. rar. Sicil. 21.) Radice repente fibrosa; culmis caespitosis decumbentibus basi radicantibus teretibus gracilibus subcompressis glaberrimis (8—12-pollicaribus) inferne ramosis; foliis anguste linearibus margine scabris (1—2-pollicaribus); vaginis arctis striatis glabris; panicula aequali composita diffusa (2—3-pollicari), radiis geminatis laevibus glabris distantibus flexuosis; spiculis ovatis sub-6-floris remotis; flosculis laxiusculis, basi villo connexis, carina nervisque ad marginem inferne sericeis. ♃ Sicilia.

3. P. LAXA. *Haenk.* (Sudet. p. 118.) Radice fibrosa; culmo debili flaccido (8—15-pollicari) cum tota planta glaberrimo; ligulis omnibus oblongis acutis; foliis angusto-linearibus (1—2″ longis, ½—1‴ latis) attenuato-acutis; paniculae oblongo-contractae apice cernuae vel flexae radiis filiformibus geminis vel solitariis (rarissime ternis) glabris; spiculis ovatis plerumque 3-floris (variegatis); floribus ovato-lanceolatis, margine dorsoque dense pubescentibus plerumque liberis. *Host* Gram. 3. t. 15. P. flexuosa *Smith.* E. B. t. 1123. ♃ Alp. Europ. Am. sptr.

4. P. MINOR. *Gaud.* (Fl. Helv. I. 253.) Radice fibrosa; culmo debili flaccido (7—10-pollicari); foliis anguste linearibus (1—1½″ longis, ½—¾‴ latis) cum tota planta glaberrimis; paniculae oblongae vel subovato-contractae nutantis spiculis (albis vel variegatis) oblongo ovatis 4—6-floris; floribus lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus basi lana cohaerentibus. *Rchbch.* ic. XI. f. 1623. P. supina *Sturm.* Fl. f. 34. Prioris var. *Trin.* ♃ Alp. Austr. Helv.

5. P. CONCINNA. *Gaud.* (Agr. helv. 196.) Radice fibrosa; culmo basi subbulboso-incrassato; foliis angustelinearibus; ligulis omnibus oblongis acutis; paniculae erectae patentis radiis geminis vel solitariis scabris; spiculis in apice ramorum confertis ovato-acutatis 6—10-floris; floribus oblongo-lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus liberis. *Rchb.* l. c. f. 1617, 1618. ♃ Vallesia. Austr. litt.

6. P. PUMILA. *Host.* (Gram. 2. t. 91.) Radice fibrosa caespitosa; foliis anguste linearibus; ligulis omnibus oblongis acutis; paniculae erectae divaricatae radiis geminis solitariisve, radiolis fere rectangule divergentibus scabris; spiculis per anthesin subaequaliter sparsis ovatis 4—6-floris; flosculis oblongo-lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus liberis. P. bulbosa *Lin.* var. *Kunth.* ♃ Alp. Austr.

7. P. BULBOSA. *Lin.* Radice fibrosa caespitosa; culmo basi subbulboso-incrassato (pedali); ligulis omnibus oblongis acutis; foliis angusto-linearibus; paniculae erectae patentis radiis geminis vel solitariis scabris; spiculis in apice ramorum confertis (saepe in gemmas foliaceas mutatis) 4—6-floris; floribus oblongo-lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus lana cohaerentibus. *Rchbch.* l. c. f. 1619, 1620. *Host.* Gram. 2. t. 65. *E. Bot.* t. 1071. Variat: floribus minoribus obtusiusculis. P. delicatula *Wilhm.* pl. exsic. ♃ Europ. Asia.

8. P. ALPINA. *Lin.* Radice fibrosa caespitosa; culmo erecto (½—1-pedali et ultra) glabro; ligulis inferioribus brevibus truncatis, superioribus oblongis acutis; foliis latiuscule linearibus (1—2″ et ultra longis, 1—2‴ latis) subabrupte in apicem brevem acutum contractis; paniculae erectae sub anthesi patentissimae radiis geminis glabris vel scabris; spiculis ovatis 4—10-floris; floribus ovato-lanceolatis (saepe in gemmas foliaceas (mutatis) margine dorsoque dense pubescentibus liberis vel per pilos cohaerentibus. *Rchb.* l. c. f. 1625, 1626. *Host.* Gram. 2. t. 67. *E. B.* t. 1003. Variat: culmis demissis, foliis longiusculis, radiis tenuissimis. P. alpina minor *Gaud. Hopp.* foliis brevioribus latis rigidiusculis glaucis margine cartilagineo. P. badensis *Haenk.* P. collina *Host.* l. c. t. 66. et: paniculae densioris magis coarctatae radiis brevioribus 3—5-nis. ♃ haec in Groenlandia, caeterum in Alp. Eur. Cauc. Am. sptr.

9. P. BREVIFOLIA. *Gaud.* (Fl. helv. I. 245.) Radice fibrosa caespitosa; culmo erecto (subpedali); foliis radicalibus dense aggregatis abbreviatis (vix pollicaribus) lanceolatis striatis rigidis acumine subpungente, margine (tenuissime quidem sed distincte serrulato-) scaberrimis; culmeis brevissimis; ligula exserta truncata; paniculae ovatae radiis binis; flosculis 4—6-floris margine superne membranaceo-albidis a medio et carina pilosis. Prioris var.? ♃ Alp. Helv.

10. P. CENISIA. *All.* Radice stolonifera; culmo (ultra pedali) vaginisque glabris; vagina suprema folio suo multo longiore; ligulis brevibus superiore ovata; foliis lanceolatis planis acutis; panicula patente, pedunculis laevibus vel scabriusculis inferioribus geminis raro quinis; spiculis ovatis 3—5-floris; flosculis dorso margineque dense pubescentibus lana connexis 5-nerviis. P. flexuosa *Whlbrg. Host.* Gram. 4. t. 26. P. Halleridis *Rchbch.* ic. f. 1634. P. distichophylla *Gaud.* ♃ Alp. Europ. austr. med. arct.

11. P. SUDETICA. *Haenk.* Radice longe lateque repente; culmis compressis (2—5-pedalibus); fasciculis foliorum sterilibus distichis, his plano compressis, culmeis planis lanceolatis apice conniventi-cuspidatis; ligula brevi truncata; paniculae patentis radiis scabris, inferioribus 5-nis filiformibus; spiculis ovato-oblongis 3—5-floris; flosculis elevato 5-nerviis totis glabris vel basi pilis lanatis parce adspersis. *Host.* Gram. 3. t. 13. Poa hybrida *Gaud. Rchbch.* ic. f. 1656. (cfr. P. longifolia *Trin.*) ♃ Germ. Helv. (Brasil. *Trin.*)

12. P. LITHUANICA. *Gorski.* (in *Eichw.* Skiz. v. Lith. 117.) Culmo erecto sub-6-nodo compresso glabro, vaginis laxis compressis sub apice scabriusculis; foliis linearibus planis internodiis longioribus vaginasque duplo superantibus cernuis; panicula elongata diffusa cernua, ramulis elongatis longe nudis scabris 3—5-nis; spiculis linearibus 5—8-floris; flosculis basi attenuatis nudis liberis remotiusculis, oblongis, dorso teretibus, medio introrsum subventricosis apice acutiusculis; glumis membranaceis subenerviis; valvula inferiore nervis prominulis distinctis 7—9 scabris, superiore subfalcata carinis ciliolata. Vix prioris var., quacum plerumque conjungitur. ♃ Lithuania.

13. P. SULCATA. *Lagasc.* (Diagn. 3.) Culmo erecto

(3—4-pedali) glaberrimo vaginisque ancipitibus; panicula patula; spiculis sub-8-floris; calycis gluma exteriore 5-nervia. ♃ Hispan.

14. P. SPICATA. *Lin.* (Mant. 32.) Culmo e basi adscendente undique vaginis tecto (palmari); foliis angustis laevibus; panicula in spicam coarctata (longitudine fere culmi); flosculis subulatis distantibus; valvula exteriore oblonga acuminata. Hispan.

15. P. TRIVIALIS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo subcompresso (2—3-pedali) basi radicante; vaginis subcompressis scabris; foliis erectiusculis flaccidis acutiusculis carinatis margine scabris; ligula vaginarum superiorum protracta oblonga; paniculae patentis ramis scabris, inferioribus 5-nis; spiculis ovatis plerumque 3-floris; floribus elevato 5-nerviis glabris basi obsolete pilosis. *E. Bot.* t. 1072. *Fl. dan.* t. 1444. P. dubia *Leers* Herbor. t. 6. f. 5. ♃ Europ. As. Am. sptr. Japon.

16. P. SEMINEUTRA. *Trin.* Culmo glabro; foliis flaccidis scabris; ligula acuta; paniculae diffusae radiis hispidulis; glumis attenuato-lanceolatis acutis; flosculis calycem excedentibus binis altero hermaphrodito, altero neutro. Praecedentis var. *Trin.* Aira semineutra *W. K.* in *Schult.* Oestr. Fl. I. 199. ♃ Pannonia.

17. P. PRATENSIS. *Lin.* Radice stolonibus elongatis repente; culmo vaginisque glabris; vagina suprema folio suo multo longiore; foliis planis latiusculis vel angustioribus imo convoluto-setaceis; ligula brevissima truncata; paniculae patentis radiis inferioribus subquinis filiformibus scabris vel laevibus; spiculis 3—5-floris ovatis, pedicello longioribus; flosculis dorso margineque dense pubescentibus, lana dense connexis 5-nerviis, nervis prominulis. *Kunth.* Supl. t. XXII. fig. 3. P. angustifolia *Lin. Leers.* l. c. f. 3. ♃ Eur. As. Am.

18. P. HETEROPHYLLA. *Scheele.* (Flora 1844. 58.) Radice stolonibus elongatis repente; culmo adscendente compresso vaginisque glabris; vagina suprema folio paulo longiore; foliis radicalibus et stolonum acutis margine scabris, caulinis obtusis glabris; ligula ovata; panicula patente; pedunculis glabriusculis binis; spiculis ovatis 3—4-floris; foliis dorso et margine dense pubescentibus liberis 5-nerviis. ♃ Hannover.

19. P. FERTILIS. *Host.* (Gram. 3. t. 14.) Radice fibrosa subrepente caespitosa; culmis ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$-pedalibus) vaginisque glabris; ligula oblonga acuta; foliis linearibus planis acutis undique vel tantum margine et carina scabris; panicula diffusa ramosissima patente; radiis scabris inferioribus plerumque quinis; spiculis ovato lanceolatis 2—5-floris; floribus obsolete nervosis margine basin versus linea angusta pubescente notatis. P. serotina *Ehrh.* P. angustifolia *Rchbch.* ic. f. 1645, 1646, 1647. ♃ Eur. Cauc. Sibir. Am. sptr.

20. P. FLACCIDULA. *Boiss. Reut.* (Pugil. pl. nov. 128.) Perennis caespitosa; radice fibrosa; culmis foliosis (pedalibus et ultra); foliis anguste linearibus scabridulis flaccidis, radicalibus angustioribus, culmeis vagina sua laeviuscula internodio longiore brevioribus; ligula exserta elongata apice fissa; paniculae elongatae angustae flaccidae subnutantis radiis inferioribus binis; spiculis 3—5-floris ovatis; flosculis lanceolatis superne albo-membranaceis obtusiusculis obsolete nervosis, praeter lanam basilarem undique breviter adpresse pubescentibus. ♃ Hispania.

21. P. FERATIANA. *Boiss. Reut.* (l. c.) Perennis caespitosa; radice fibrosa; culmis erectis foliosis superne nudis; foliis linearibus laevibus superioribus vagina sua internodio breviore longioribus; ligula exserta lanceolata; panicula erecta patente, radiis inferioribus subternis; spiculis ovatis bifloris; flosculis lanceolatis apice scariosis ovatis elevato-trinerviis, ad nervum dorsalem puberulis, basi parce lanatis caeterum glabris. Pyren. occid.

22. P. NEMORALIS. *Lin.* Radice fibrosa caespitosa vel breviter stolonifera; culmis erectis flaccidulis vel firmulis viridibus vel glaucescentibus; vaginis internodio brevioribus, nodis denudatis; vagina suprema foliolo suo breviore, ligula brevissima vel subnulla; foliis linearibus angustis brevi acuminatis; paniculae patentis (junioris contractae) ramis scabris, inferioribus 2—5-nis, asperis, nunc a basi nunc altius compositis; spiculis ovato-lanceolatis 2—5-floris pedicellum plus minus aequantibus; flosculis obsolete nervosis lanceolatis ad carinam nervosque marginales villosis, basi sublanatis vel nudis. *Fl. D.* t. 749. *E. B.* t. 1265. *Leers* t. 5. f. 3. ♃ Europ. Caucas. Am. sptr.

23. P. BALFOURI. *Parnell.* (*Jardine* Annal. X. 122. t. 5.) Radice repente; culmo erecto compresso scabriusculo (4—6-pollicari) basin versus 3—4-foliato; vaginis glabriusculis; ligula prominente obtusa; foliis lanceolatis, superioribus vaginam subaequantibus (pollicaribus, 1''' latis); panicula simplici vel composita (1—3-pollicari), radiis scabris, inferioribus plerumque binatis; spiculis erectis ovatis trifloris; flore infimo aequante glumas parum inaequales canaliculatas; flosculo infimo basi piloso. Scotia.

24. P. CAESIA. *Smith.* (Fl. brit. 103.) Radice fibrosa subcaespitosa; culmo erecto (pedali) uti tota planta glaucescente laeviusculo; vaginis longitudine foliorum striatis subscabris; ligula brevissima obtusa quandoque elongata; paniculae erectae diffusae ramosissimae radiis semiverticillatis scabris, radiolis binatis; spiculis ovatis erectis 5-floris; flosculis remotiusculis dorso lanatis margine scariosis sericeis basi liberis. P. glauca *Sm.* E. B. t. 1720. Vix prioris var. ♃ Anglia. Germ. Helv.

25. P. GAUDINI. *R. S.* Radice fibrosa; culmo superne scaberrimo; vaginis scabris; ligula longiuscula obtusata; foliis superne pilis brevibus pubescentibus; spiculis trifloris (3-linealibus); glumis praesertim ad nervum dorsalem asperis acutis; flosculo scabriusculo, limbo aureo margine membranaceo ad basin villo crispo nervisque villosis, superne glabrescentibus. P. aspera *Gaud.* Agr. 198. Vix eadem ac praecedens. ♃ Helvetia.

26. P. MILIACEA. *Link.* (H. Berol. 174.) Foliis angustis laevibus; ligula longiuscula obtusa; panicula effusa; glumis obtusis laevibus; flosculis laevissimis apice truncato-denticulatis. P. nemoralis *Lin.* var.? ♃ Gall. Ital.

27. P. RARIFLORA. *Desf.* (Catal. 1829. 387.) Culmis caespitosis ramosis basi repentibus, ramis geniculato-adscendentibus glabris; foliis margine scabris, vaginis internodio multo brevioribus; ligula abbreviata rotundata glabra; panicula valde depauperata diffusa, radiis scabris; spiculis elliptico-oblongis 3—5-floris; floribus basi villosis; palea inferiore 5-nervia, nervis extimis medioque inferne pilosis. *Kunth.* Rev. gram. 2. t. 150. P. depauperata *W. K.* P. nemoralis var. *Trin.* P. Kitaibelii *Kunth.* ♃ Gallia. Carinth.

28. P. COMPRESSA. *Lin.* Radice repente stolonibus elongatis; culmis subancipito-compressis (pedalibus); foliis planis acutis vaginisque laevibus; ligula brevi obtusa; paniculae erectae subsecundae plus minus confertae radiis binis vel pluribus angulatis asperulis a basi floriferis vel inferne non longe nudis; spiculis ovato-oblongis 3—9-floris brevi pedicellatis; flosculis dorso margineque basin versus puberulis vel lana parca cohaerentibus obsolete nervosis. *Host.* Gram. 2. t. 170. *E. Bot.* t. 565. *Fl. dan.* t. 742. ♃ Eur. Sibir. Caucas. Am. sptr.

29. P. LANGEANA. *Reichb.* (Fl. exc. 140 4.) Culmo compresso basi repente; ligula oblonga producta; panicula aequali laxa; spiculis rhombeis 5—6-floris. Praecedentis an P. trivialis var. ♃ Ad Rhenum.

30. P. COSTATA. *Schum.* (En. pl. Saell. p. 28.) Culmo (pedali) tereti glabro subnudo, erecto vel adscendente; foliis radicalibus longissimis filiformibus scabriusculis, culmeis brevissimis; panicula coarctata spicaeformi; spiculis ova-

tis subtrifloris subpubescentibus; flosculis 3—5-nerviis scabridis. Koeleriae species? *Trin.* ♃ Saelland.

31. P. SCHULTESII. *Kunth.* (Gram. I. 117.) Culmo 3-pedali et ultra; foliis lineari-setaceis convolutis retrorsum scabris; ligula brevi bifida; paniculae patentissimae radiis capillaribus longissimis scabris; spiculis lanceolatis 2—3-floris. P. miliacea *Kit.* in *Schult.* Fl. Aust. I. 22. ♃ Hungaria.

32. P. SPICATA. *Lin.* Culmis e basi adscendentibus (palmaribus) undique vaginis tectis; foliis angustis laevibus; panicula racemoso-spicata fere culmi longitudine; spiculis subulatis; flosculis remotis glabris. P. festucoides *Lam.* ill. 182? ♃ Lusit. Hispan. Belgium.

33. P. BIVONAE. *Palator.* (Pl. nov. p. 83.) Radice fibrosa; culmo tereti compresso (pedali) erecto vel adscendente tecto vaginis compressis margine membranaceis; ligula oblonga apice saepe bifida; foliis linearibus (2—3‴ latis) acutis carinatis margine subundulatis; paniculae diffusae ramis alternatim semiverticillatis 3—5-nis; spiculis 5—7-floris; glumis spicula brevioribus margine membranaceis; flosculis alternis basi villo non connexis, valvula exteriore 3-nervia margine ciliolata. P. cilianensis *Biv.* hrb. non *All.* ♃ Mons Aetna.

34. P. SCARIOSA. *Lagasc.* (Diagn. p. 3.) Panicula elongata contracta subsecunda; spiculis sub-7-floris glumae valvulis scariosis cuspidatis. ♃ Hispan. (cfr. Festuca amethystina.)

35. P. FENAS. *Lagasc.* (El. 4. nr. 45. sub: Festuca.) Culmo laevi (1—2-pedali); foliis planis striatis glabris; ligula brevi; vaginis laevibus; paniculae racemosae radiis simpliciusculis; spiculis oblongis 5-floris; glumis valde inaequalibus; flosculis distantibus laevibus acutatis. Eadem ac praecedens? *Trin.* ♃ Hispania.

II. *Species regionum arcticarum, et Europaearum et Americanarum cum Sibiria et regione Altaica.*

Huc etiam P. cenisia nr. 10, P. fertilis nr. 19, P. compressa nr. 28.

36. P. VERSICOLOR. *Bess.* (*Schult.* Mant. II. 303.) Culmo basi decumbente radicante, quandoque ramoso; foliis flaccidulis deorsum scabriusculis brevi-acutatis (1—2‴ latis, 3—8″ longis); ligulis productis; paniculae patulae (variegatae vel pallide virentis) plus minus laxae radiis sub-3-nis angulato-filiformibus asperiusculis inferne nudis; spiculis 3—5-floris pedicello longioribus; flosculis distincte nervatis lanceolatis acutis ad carinam et saepe ad nervos marginales plus minus villosis, basi contortiplicato lanatis. P. sterilis *Bbrst.* var. sec. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. Podolia. Altai.

37. P. ARCTICA. *R. Br.* (Flor. Ins. Melv. p. 288.) Culmo erecto vel adscendente simplici vel basi diviso gracili laevi foliato; foliis radicalibus angusto-linearibus culmo aliquoties brevioribus, culmeis latioribus planis margine laevibus vel denticulis obsoletissimis; vaginis striatis; ligula subquadrata, nunc paulo longiore quam lata, apice eroso-incisa; paniculae effusae radiis 3—4 semiverticillatis 1—2-floris capillaribus laevibus cum spiculis ovatis 3—4-floris coloratis; glumis subaequalibus acutis carinatis, carina extra medium obsolete denticulata; palea inferiore basi lanata, lana longa flosculos connectente, carina lineaque submarginali sericeis. (cfr. P. similis *Rupr.*) ♃ Am. arctic.

38. P. COLORATA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto (pedali) simplici striato validulo glabro parce foliato; foliis culmeis brevibus (vix ultra pollicaribus) planis lanceolatis margine reflexo (excepto apice vix scabriusculo) laevibus; vaginis striatis folio longioribus; ligula membranacea subtruncata apice eroso-incisa (fere duplo latiore quam longa); paniculae erecto-patentis radiis firmulis pilis brevissimis adspersis, inferioribus binis (quandoque e bracteola vaginulaeformi ortis), superioribus ternis et solitariis apice spiculi- (3—5-) feris; spiculis ovatis 4-floris coloratis (amethystino-aureis); glumis subinaequalibus ovalibus inferiore acuta, superiore acutato-mucronata (hinc parum longiore), utraque 3-nervia nitidula glabra; palea exteriore basi intricato-lanata margine scariosa caeterum (lutescenti-brunnea) brevissime pilosula. An prioris var? Cum sequente misit Mission. *Albrecht* ex Labrador.

39. P. LABRADORICA. *Steud.* Culmo erecto firmulo simplici (pedali et ultra) glabro; vaginis elongatis striatis; ligula lata truncata minute-denticulata; foliis linearibus planis striatis glabris (2″ longis, 1—2‴ latis); paniculae elongatae contractae strictae (4—6-pollicaris) radiis erectis subadpressis semiverticillatis 4—5-nis inaequalibus simplicibus supra basin floriferis, teretiusculis glabris; spiculis ovatis glabris coloratis (pallide purpureis) 2—3-floris; glumis inaequalibus altera spiculas fere superante acutata, altera breviore acutiuscula; valvula inferiore carinata, basi pilis brevissimis paucis stipata, caeterum glabra. Labrador.

40. P. GROENLANDICA. *Steud.* Radice repente (?); culmo erecto validulo simplici (1—1½-pedali) tereti glabro ad medium usque et ultra remote vaginato foliato; ligula membranacea obtusa; vaginis striatis glabris; foliis planis linearibus laevibus glabris obtusiusculis (1—2½″ longis, 1‴ et ultra latis); panicula erecta patula ovata (ultra 2-pollicari); radiis 2—4-nis subangulatis scabris inaequalibus basi plus minus longe nudis, apice in pedicellos subunispiculatos divisis; spiculis ovatis (ultra 2-linealibus) 5- raro tantum 3-floris (pulcherrime viridi-amethystino et aureo variegatis) puberulis; glumis ovatis acutiusculis subaequalibus flosculum infimum aequantibus; flosculis basi longe pilosis; valvula inferiore 5-nervia obtusa carina scabra. Praecedenti P. coloratae certe affinis, sed differt: Toto habitu majore, spiculis speciosioribus, panicula magis extensa, an var.? Prope Friedrichsthal Groenlandiae.

Friedrichsthal statio missionis diversa a Friedrichshaab.

41. P. INTERMEDIA. *Steud.* Radice fibrosa substolonifera; culmo validulo erecto simplici (1½-pedali et ultra) tereti striato glabro, foliato; vaginis longis striatis glabris; ligula membranacea obtusa subdenticulata; foliis planis, radicalibus culmi dimidium superantibus, culmeis brevioribus latioribus (1‴ latis), omnibus glabris laevibus; panicula erecta patula ovata (ultra 2—3-pollicari); radiis inferioribus 4-nis, superioribus 3—2-nis, inaequalibus flexuosis basi plus minus longe nudis, apice in pedicellos 1—3-floros divisis; spiculis ovatis 1½—2-linealibus trifloris (viridibus vel apicem versus amethystino et flavo variis); flosculis basi, carina saepe etiam margine pilosis; valvula inferiore 5-nervia, nervis plus minus adpresse pilosis. Ambigit inter P. groenlandicum cui habitu et P. blepharachnem cui flosculorum structura propior. Prioris forsan varietas. *Hohenacker* hrbr. Friedrichsthal Groenlandiae.

42. P. ASPERULA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi radicante substolonifero tereti stricto tenuiore (quam in praecedente) foliato; vaginis longis striatis glabris scabriusculis; ligula brevissima membranacea obtusa; foliis angustis planiusculis lanceolatis scabriusculis (2—3″ longis, vix ultra ½‴ latis); panicula contracta erecta (2—3-pollicari) radiis binis-ternis erectis inaequalibus angulatis scabris 1—3-spiculatis; spiculis oblongis (1½—2‴ longis) 2—3-floris; glumis ovatis acutiusculis flosculo infimo parum brevioribus; valvula inferiore obtusiuscula cum glumis apice violaceo et luteo varia caeterum viridi, carina et ad nervos pilosa. An praecedentis var. Friedrichsthal Groenlandiae.

43. P. BLEPHARACHNE. *Steud.* Rhizomate subrepente fibrilloso; culmo erecto subgracili basi vaginis foliisque cincto; foliis planis brevibus culmeis paucis remotis quam vaginae striatae brevioribus, breviter acute subpungenti acutatis planis glabris vix pollicaribus supremis minoribus; ligula lata obtusa vel apice lacera; panicula patente ambitu ovata, 1—1½-pollicari; radiis binis apice in pedicellos unispiculatos divisis glabris laeviusculis, spiculis ovatis sub florescentia late apertis (fere Brizae formam aemulan-

tibus) sub-5-floris; glumis ovatis acutiusculis 3-nerviis flosculum infimum fere aequantibus; flosculis basi parce pilosis valvulis flavo et coerulescenti variis; exterioribus margine nudis interioribus subexserte longiuscule ciliatis. Prope Friedrichsthal Groenlandiae.

44. P. ALTAICA. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 382.) Radice repente; culmo compresso (ad summum pedali) laevi vel rarius subasperiusculo; foliis inferioribus brevioribus, sensim longioribus supremis palmaribus et ultra; ligulis plus minus productis; paniculae contractae (1½—2—3-pollicaris) radiis 2—4 angulatis laevibus vel subasperiusculis, inferne nudis; spiculis (fusco-viridibus vel purpureo-variegatis) 2—3-floris, pedicello subaequilongis vel brevissime pedicellatis; flosculis obsolete nervosis elliptico-lanceolatis acutis ad carinam nervosque marginales villosulis basi contortiplicato-lanatis. ♃ Altai.

45. P. ANGUSTATA. *R. Br.* (Parr. voy. 187.) Radice fibrosa; culmo erecto glabro (4—6-unciali); foliis angusto-linearibus acutis glabris laevibus; ligula subquadrata; paniculae erectae simplicis lineari-lanceolatae coarctatae radiis 3—4 paucifloris; spiculis 4—5-floris oblongis coloratis; gluma inferiore dimidio minore utraque hyalina glaberrima uninervia; valvula inferiore basi elanata ad nervos glabriuscula vel pubescente apice scarioso erosa. Atropis angustata *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 390. Ins. Melv. Am. arct.

Diagnosis *Grisebachii* est: Pumila, rhizomate repente, stolonibus prostratis; foliis anguste linearibus demum convolutis; ligula producta, paniculae coarctatae radiis 2—3 solitariisque laeviusculis, superioribus abbreviatis, imis demum patentibus; spiculis 2—6-floris; floribus remotis lanceolatis obtusiusculis obsolete 5-nerviis, glumis ovatis, superiore duplo majore rotundato-obtusa. Ad hanc speciem ducuntur (an omnino recte?) P. phryganodes *Trin.* et P. nootkaensis *Presl.* Sibir. orient. Genus Atropis *Rupr.* vero amplectitur plures Glyceriae species, sc. Gl. distans, *Mert. Koch.* G. conferta *Fries.* G. convoluta *Fr.* G. tenuiflora *Griseb.*

46. P. ABBREVIATA. *R. Br.* (l. c.) Culmo foliato basi saepe diviso (3—4-unciali); foliis involutis subsetaceis retrorsum scabris; vaginis subcylindricis fere ad basin fissis; paniculae simplicissimae (vix uncialis) coarctatae subovatae radiis alternis subbifloris strictis laevibus; spiculis oblongis coloratis 4—5-floris; glumis acutissimis valvulis longitudine subaequalibus carinatis glaberrimis, inferiore parum minore; valvula inferiore basi lana parca inflexa instructa latere ad ⅔ sericea. Ins. Melv. Am. arct.

47. P. LEPTOCOMA. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 374.) Radice fibrosa; culmo tenui gracili (plus minus pedali) foliis planis angustis (½—1''' latis); ligulis plus minus productis; paniculae tenerae patentis (2—4-pollicaris) saepissimae flaccidae pauciflorae radiis binis capillaceo-filiformibus laevissimis superne floriferis; spiculis sub-3-floris pedicello subaequilongis vel longioribus; flosculis subobsolete nervosis, lineari-lanceolatis acutiusculis ad carinam villosulis basi contortiplicato-lanatis. Sequentis var. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. Ins. Sitka. Camtschaka.

48. P. FLAVICANS. *Ledeb.* (Fl. ross. XIII. 373.) Rhizomate stolonifero; foliis anguste linearibus attenuatis; ligula oblonga lacero-acuta; paniculae tenuis ramis 1—3 laxiusculis; spiculis 2—3-floris, lanugine obsoleta, floribus ovato-oblongis obtusatis inferne linea laterali carinaque sericeo-pubescentibus, imo glumis sesquilongiore, interstitiis linearum pubescentium margineque glabris, nervis lateralibus parum conspicuis. ♃ Unalaschka.

49. P. STENANTHA. *Trin.* (l. c. 376.) Radice fibrosa; culmo caespitoso (1—2-pedali et ultra) erecto tenui glaberrimo; foliis erectis angustis; ligulis productis; paniculae contractiusculae lineari-oblongae (2—5-pollicaris) radiis binis vel pseudoternis solitariisque plus minus filiformibus scabriusculis laevibusve, inferne plus minus longe nudis; spiculis 2—5-floris pedicellis plus minus aequilongis longioribusque; flosculis subobsolete nervosis lanceolato-linearibus acutiusculis ad carinam villosulis inferne pilosulis basi subbarbulatis. Camtschaka. Unalasch. Sitcha.

50. P. NEGLECTA. *Steud.* Radice fibrosa; culmis erectis rigidulis striatis glabris (3—6-pollicaribus) foliatis; foliis radicalibus planis striatis angustissimis linearibus culmo brevioribus (vix ½''' latis); culmeis convolutis brevibus erectis rigidulis (vix pollicaribus); ligulis plus minus elongatis hyalinis apice dentatis vel fissis; panicula contractiuscula (1'' longa, 2—3½''' lata), radiis solitariis raro binis basi nudis, apicem versus paniculato-divisis, radiolis 1—3-spiculatis, spiculis ovatis 3- raro 4—5-floris; glumis quam flosculi brevioribus herbaceis obscure trinerviis; flosculis basi vix pilosis, valvulis membranaceis 3—5-nerviis inferiore flavidula distincte 5-nervia obtusiuscula, ad carinam ciliato-asperula, interiore tenuiore subhyalina. Poa stenantha *Turcnz.* Hrbr. (vix *Trin.*) Dahuria.

51. P. OCHOTENSIS. *Trin.* (l. c. 377.) Radice fibrosa; culmo tenui scabriusculo (pedali); foliis angustissimis erectis; ligulis plus minus productis; paniculae contractae (ultra 2-pollicaris) radiis sub-4-nis subangulato-filiformibus scabriusculis fere a basi floriferis; spiculis sub-7-floris pedicello duplo vel multo longioribus, lanceolatis; flosculis satis distincte nervosis, lineari-ellipticis obtusiusculis ad carinam nervosque marginales villosulis, basi parce contortiplicato-lanatis. Sibir. ochotens.

52. P. ROTUNDATA. *Trin.* (l. c. 378.) Radice subrepente? culmo gracili (ultra pedali) compresso glabro inferne geniculato; foliis angustis, sursum longioribus; ligula productiuscula; paniculae angustatae sublinearis-laxae elongatae (subspithamineae) radiis sub-5-nis angulato-filiformibus scabriusculis simpliciusculis inferne nudis; spiculis (rotundato-apertis, e viridi et spadiceo variis) 3-floris brevipedicellatis; flosculis obsolete nervosis lineari ellipticis acutiusculis, dorso lateribus basique contortiplicato-villosulis. Unalaschka.

53. P. FULVA. *Trin.* (l. c.) Radice repente; culmo crassiusculo (1—2-pedali), foliis brevi acutis (2—3''' latis glauco-fuscescentibus); ligulis productis; paniculae 5—8-pollicaris) foliis ipsam superantibus obvolutae, rarius nudae fuscescendo-fulvae, patulae radiis subquaternis subangulato-filiformibus laevibus inferne plus minus nudis; spiculis subacerosis 4—6-floris pedicello subaequilongis vel longioribus; flosculis obsolete nervosis lanceolato-ellipticis obtusiusculis nudis basi vix barbatulis. Glyceria norwegica *Sommerf.* var. sec. *Fries* Summa Veget. 244. Sinus Eschholz.

54. P. GLUMARIS. *Trin.* (l. c. 379.) Radice repente; culmo valido tereti (1½—3-pedali) rigido; foliis firmis planiusculis brevi et subcucullato acutis, superioribus praelongis, ligulis breviusculis vel supremis productiusculis; paniculae strictae angustatae densae (pedalis, rarius oblongae et duplo brevioris) radiis brevibus 2—3 angulato-filiformibus laevibus a basi floriferis; spiculis 2—5-floris magnis pedicello longioribus; glumis flosculos subaequantibus vel demum parum brevioribus; flosculis distinctiuscule nervosis lineari-lanceolatis plus minus acutis ad carinam nervosque marginales villosulis vel nudiusculis, basi barbatis. Glyceria glumaris *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 392. Sibir. arctica.

55. P. SUBFASTIGIATA. *Trin.* (l. c.) Radice repente; culmo cum tota planta glaucescente, compresso (1—3-pedali) foliis planis brevi-acutis; ligulis plus minus productis; paniculae amplissimae lucidissimae (in majoribus ultra-pedalis) demum patentissimae radiis 2—3-nis crassiusculis compressis strictis (inferioribus elongatis cum superioribus subfastigiatis) plus minus asperis quin laevibus, apice floriferis; spiculis 3—4-floris pedicello aequilongis vel longioribus; glumis distinctiuscule 5-nerviis lanceolatis acutis nudis; valvula interiore 5-nervia ad marginem tenuissime subfloccoso piliosa. Glyceria subfastigiata *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 392. Sibiria transbaicalensis.

56. P. URSSULLENSIS. *Trin.* (in *Bung.* supl. Fl. Alt. 527.) Radice fibrosa; culmo erecto sesquipedali; foliis angustis (½—1''' latis, palmaribus); ligulis brevissimis; paniculae patulae (vix spithamineae subfuscescenti-viridis) patulae radiis subternis, subangulato-filiformibus asperis inferne nudis; spiculis 3—5-floris pedicello longioribus; flosculis distinctiuscule nervatis, elliptico-lanceolatis obtusiusculis ad carinam nervosque marginales villosulis, basi parce brevique contortiplicato-lanatis. P. nemoralis *Lin.* var. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. Reg. altaica.

57. P. ATTENUATA. *Trin.* (Act. Petr. 1838. supl. 64.) Radice fibrosa; culmo glaucescente stricto (semipedali); foliis angustissimis subconvolutis (vix pollicaribus); ligulis productis; paniculae patulae (1—1½-pollicaris) radiis 2—3-nis brevibus angulato-filiformibus asperis basi non longe nudis; spiculis sub-5-floris brevi pedicellatis; flosculis obsolete nervatis lanceolatis attenuato-acutis ad carinam nervosque marginales villosulis, basi parum contortiplicato-villosis. Reg. altaica.

58. P. BRYOPHILA. *Trin.* (l. c. 65.) Radice fibrosa caespitifera; culmo compresso spithamineo superne longe nudo; vaginis internodio longioribus; ligulis productiusculis acuto-laceris; foliis compressis (subpollicaribus); paniculae patulae (½—2-pollicaris) radiis 2—3-nis angulatis laeviusculis inferne nudis; spiculis subtrifloris pedicello longioribus; flosculis obsolete nervatis ovatis acutiusculis dorso lateribusque villosulis basi nudis. Sibiria (Sinjawin).

59. P. PHRYGANODES. *Trin.* (l. c. 1831. p. 389.) Radice stolonifera; culmo procumbente adscendente (spithamineo) glaberrimo; foliis angustissimis plus minus involutis brevibus saepe incurvis; ligulis brevissimis; paniculae (ultra pollicaris) radiis binis laevibus (demum refractis) apice parce floriferis, summis brevissimis contracto-erectis; spiculis (herbaceo-membranaceis) linearibus sub-4-floris; flosculis subobsolete nervosis lineari-lanceolatis acutiusculis undique nudis. Fretum Kotzeb.

60. P. DESERTORUM. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa caespitifera; culmo pertenui (5—10-pollicari) basi dense vestito vaginis emarcidis laceris et hinc subbulboso; foliis subcapillaribus (fasciculorum pollicaribus, culmeis brevioribus); ligulis productis; paniculae simplicissimae (pauperae angustissimae et brevissimae) radiis solitariis binisve (brevissimis unifloris); spiculis 2—4-floris pedicello longioribus (e purpureo et viridi variis); flosculis obsolete nervatis lanceolatis subaciculato-acutis undique nudis. Desertum Kirgish.

61. P. TRISTIS. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo 5—9-pollicari; foliis angustis compressis mucronulatis sursum sensim longioribus (1—2-pollicaribus); ligulis productis; paniculae contractae racemiformis (sub-2-pollicaris) radiis subbinis angulatis asperis paucifloris inferne nudis; spiculis (purpurascendo-atris) sub-3-floris pedicello parum longioribus; glumis acutissimis aequalibus paulo brevioribus; flosculis plus minus distincte nervatis, ovato vel elliptico-lanceolatis acutis, ad carinam nervosque pubescendo-villosulis, basi breve et subparce contortiplicato-lanatis. Reg. altaic.

62. P. DIAPHORA. *Trin.* (l. c. 69.) Radice fibrosa; Culmo tenui (2—5-pollicari) basi saepe erecto- et floriferoramoso; foliis angustissimis (semipollicaribus); ligulis obtusiusculis laciniatis; paniculae (plus minus pollicaris) pauperculae radiis 2—5-nis subangulatis scabriusculis inferne plus minus nudis; spiculis 2—3-floris pedicello longioribus vel eum aequantibus; flosculis obsolete nervatis lanceolatis aciculato-acutissimis nudis. Aira altaica *Trin.* in *Bung.* supl. Regio altaica.

63. P. GELIDA. *R. S.* (Syst. V. II. 540.) Radice repente; culmo adscendenti erecto (pedali) compressiusculo striato; foliis radicalibus paucis planis striatis; ligula brevissima; paniculae diffusae nutantis radiis geminatis (1½-pollicaribus) glaberrimis, apice uni- raro bi-spiculatis; spiculis ovatis 5—7-floris (viridi- albo- et violaceo-variis); glumis ovato-lanceolatis acuminatis inaequalibus; flosculis basi villis longis connexis. ♃ Groenland.

64. P. DISSITIFLORA. *R. S.* (l. c.) Culmo subcompresso (pedali et ultra) vaginisque scabriusculis; foliis culmeis (4—5'' longis, vix 1''' latis) planis glabris apice mucronato-subpungentibus; ligula oblonga; paniculae strictae erectae (3-pollicaris) ramis geminatis asperis sub-bispiculatis; spiculis ovatis 5—7-floris (viridi-purpureo-variis) flosculis distantibus (ut axis pilosus cernatur); glumis subaequalibus lanceolatis acuminatis; valvula exteriore ovato-lanceolata obtusiuscula obsolete 3-nervia. Groenland.

De Pois arcticis sequentia profert clbrms. *Ruprecht* in Beiträge zur Pflanzenk. d. Russ. Reichs II. 62.

65. P. REMOTIFLORA. *Rupr.* (l. c. t. 5.) Culmo tenuiore (½—1-pedali), nodo uno alterove (e vaginis?) exserto; foliis angustis ad summum 1''' latis, flaccidis complicatis; panicula apice erecta; radiis infimis semiverticillatis divaricatis, uno saepe deflexo, longioribus ultra medium nudis; spiculis 3—4-floris (3—3½''' longis); flosculis satis remotis erectis acutioribus; pedicellis partialibus flosculorum (jam secundi) visibilibus. Ins. Kolgujew Samoyed.

66. P. TRICHOCLADA. *Rupr.* (l. c. t. 4.) Proxima Poae Laestadtii (cfr. Glyceria norwegica nota), sed differt: habitu triviali; panicula densiflora, forma spicularum magis ovata; flosculis infimis longioribus aliter coloratis; semiverticillis radiorum infimorum vix callosis, densius floriferis; a Poa deflexa (cfr. nota ad nr. 72.): radiis paniculae minus strictis, fere squarrulosis culmo (et rhachi) infra paniculam triplo crassiore ultra 1''' fere lato; spiculis bilinearibus et minoribus subtrifloris. ♃ Terra Samojedor.

67. P. LATIFLORA. *Rupr.* (l. c. t. 4.) Habitus Poae fulvae, sed differt: statura minore (6—9-pollicari), panicula rigidiore apice non nutante, spiculis latioribus basi minus attenuatis, apice multo obtusioribus, trifloris hinc brevioribus (vix ultra 1½''' longis). ♃ Ins. Kolgujew.

68. P. SIMILIS. *Rupr.* (l. c. t. 6.) Valde similis Poae arcticae *R. Br.* (nr. 37), differt vero: spiculis subbifloris e fulvo et purpurascente variegatis; flosculo secundo longius pedicellato basi setulis (nec lana) obvallato, dorso et lateribus glabro ecostato, glumis angustioribus longioribus; a Poa remotiflora (nr. 65): statura minore (3—5-pollicari) nodis omnibus obtectis, radiis infimis geminis vel ternis; spiculis minoribus (vix 2''' longis). Ins. Kolgujew.

69. P. POECILANTHA. *Rupr.* (l. c. t. 5.) Similis quidem Poae trichocladae (nr. 66) et deflexae sed: radii infimi magis contracti, a basi fere spiculis obsessi non refracti; culmus 15—20-pollicaris crassus, nodis 3 exsertis; folia plana uti in antecedentibus; spiculae variegatae 3-lineales 4-florae; flosculus infimus 1½-linealis, superiores duo remotiusculi; panicula erecta. Ins. Kolgujew.

70. P. SCLEROCLADA. *Rupr.* (l. c. t. 6.) Transitus quasi inter Arctophilas et Dupontias, habitus plane idem ac Poae latifoliae et reliquarum, folia eadem, nodus unus alterve exsertus; spiculae praecedentis sed gluma quaelibet flosculo suo distincte brevior; culmus 12—15-pollicaris, paniculae radii infimi semiverticillati patuli, unus interdum deflexus uti in P. remotiflora, cujus habitu gaudet, sed tota panicula multo rigidior est, spiculae crassiores majores, color fulvus magis praedominans; spiculae interdum 4-florae cum rudimento. Terra Samojed.

71. P. PSILOSANTHA. *Rupr.* (l. c. t. 6.) A praecedente minus habitu quam statura, panicula pauperiore contracta radiis 2 erectis vel adpressis et nodis obtectis recedit, ut vix sit separanda, licet glumae flosculos suos non semper distincte excedunt; glumae acutissimae nudatae flosculos superantes vel aequantes; flosculi acuminati glaberrimi, qua nota et foliis angustioribus longioribusque sta-

tim a sequente dignoscitur. Ins. Kolgujew. (cfr. Dupontia psilosantha.)

72. P. PELLIGERA. *Rupr.* (l. c. 64.) Spicula biflora; flosculi glumis quidpiam breviores obtusiusculi dorso undique breviter pubescentes; rhachis crassa, ad insertionem radiorum annulo prominente notata. An Dupontia Fischeri *R. Br.?* Terra Samojed.

In *Ruprecht* Fl. Samoj. cisural. p. 64 et in *Ledeb.* Flora Ross. IV. hae species ad paucas reducuntur sub: Colpodii Sectio II: Arctophila; spiculae callo pilorum brevium rigidorum fasciculo instructi, palea inferior glabra, nervis haud prominulis.

Colpodium fulvum *Ledeb.* Rhizomate repente; culmo crasso stricto folioso, nodis exsertis; vaginis plerisque ad medium fissis; foliis planis late linearibus versus apicem attenuatis, superioribus longioribus; ligula producta; paniculae effusae ramis semiverticillatis apice nutantibus; spiculis 2—6-floris; glumis flore quarta parte superatis; valvula inferiore elliptica apice obtusata. Poa fulva *Trin.* (supra nr. 53.) P. scleroclada *Rupr.* (nr. 70.) P. latiflora *Rupr.* (nr. 67.) P. poicilantha *Rupr.* (nr. 69.)

Colpodium pendulinum *Ledeb.* Rhizomate repente; culmo stricto folioso gracili, nodis exsertis; vaginis plerisque infra medium fissis; foliis strictis planis vel inferne convolutis anguste linearibus, versus apicem sensim attenuatis, supremo decrescente; ligula producta; paniculae effusae ramis semiverticillatis geminisque tenuibus nutantibus; spiculis 3—7-floris, flosculis remotiusculis; glumis flore parum superatis, valvula inferiore oblongo-lanceolata obtusiuscula. Poa pendulina *Fl. dan.* t. 2343. P. deflexa *Rupr.* Fl. Samoj. 317. P. trichoclada *Rupr.* (supra nr. 66.) P. remotiflora *Rupr.* (supra nr. 65.) Glyceria pendulina *Laest.* (cfr.) Variat: culmo humili, nodis tectis, foliis convolutis; paniculae ramis 2—3 patentibus, spiculis bifloris. Poa similis *Rupr.* (supra nr. 68.)

III. *Species Asiae mediae, Caucasiae, Tauriae, Dahuriae, Persiae, Arabiae.*

Huc etiam: P. annua nr. 1. P. bulbosa nr. 7. P. alpina nr. 8. P. trivialis nr. 15. P. nemoralis nr. 22. P. compressa nr. 28. P. versicolor nr. 36.

73. P. STERILIS. *Bbrst.* (Fl. tauroc. I. 62.) Radice fibrosa, culmis adscendentibus (pedalibus) gracilibus firmulis; foliis planis (radicalibus 2-pollicaribus) caulinis brevibus) distiche patentibus; vaginis angustis elongatis; ligula vix ulla suprema productiore; paniculae elongatae attenuatae radiis binis brevissimis; spiculis subtrifloris acutis glabris; glumis acutis enerviis; flosculis acutiusculis basi nudis. P. serotina *Ehrh.* var. *Trin.* ♃ Tauria.

74. P. CAUCASICA. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 378.) Radice repente vel stolonifera; culmis caespitosis (spithamineis et brevioribus) adscendenti-geniculatis; foliis radicalibus angustissimis saepe incurvis paniculam subaequantibus, culmeis latioribus brevibus; ligulis productiusculis; paniculae ovatae patentis radiis 2—3 filiformibus laevibus superne floriferis; spiculis trifloris pedicello longioribus; flosculis obsolete nervosis elliptico-lanceolatis plus minus acutis ad carinam pilosulis. Caucasia.

75. P. HOHENACKERI. *Trin.* (l. c. 1838. supl. 60.) Radice subrepente; culmo compressiusculo tenui (1—1½-pedali); ligulis brevissimis; foliis angustissimis compresso-convolutis laevissimis (inferioribus spithamineis); paniculae angustatae patulae (2-pollicaris glaucescentis) radiis 5-nis subfiliformibus laeviusculis, inferioribus superne, superioribus fere a basi floriferis; spiculis 5-floris brevissime pedicellatis; flosculis distincte nervatis lineari-lanceolatis acutis dorso ad nervos laterales basique contortiplicato-lanatis. P. annua var. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. Caucas.

76. P. LONGIFOLIA. *Trin.* (l. c. 61.) Radice subrepente; culmo (fere 3-pedali), vaginisque teretibus laevibus; ligula vix ulla; foliis angustis plerisque convolutis, fasciculorum praelongis (1—1½-pedalibus) strictiusculo erectis; paniculae 4—5-pollicaris contractiusculae radiis 2—4-nis subangulato-filiformibus inferioribus inferne nudis; spiculis 3—4-floris plerumque brevissime pedicellatis; flosculis distincte nervatis lanceolatis acutis nudis. P. sudetica α *Trin.* in *Meyer* Verz. cauc. Pfl. ♃ Caucasia.

77. P. TRISTRIATA. *Steven.* Ligula exserta brevi; panicula contracta; spiculis parvis glabriusculis, bifloris; glumis acutis, flosculis obtusis palea exteriore trinervia. *Bbrst.* fl. supl. 63. Caucas.

78. P. IBERICA. *Hort. Petr.* (Linn. XVIII. 213.) Radice fibrosa; foliis planis acuminatis, fasciculorum distichis, folio summo vagina subancipiti longiore culmum aequante; paniculae fructiferae contractae ramis strictis scabris, inferioribus 5-nis; spiculis ovato-oblongis 3—4-floris; flosculis glaberrimis subfalcatis; paleis elevato 5-nerviis glumisque acuminatis. ♃ Iberia.

79. P. DAHURICA. *Trin.* (Act. Petr. 1838. supl. 63.) Radice fibrosa; culmo palmari usque spithamineo; foliis angustissimis subconvolutis (pollicaribus) cum culmo vaginisque glaucescentibus; ligulis productioribus, suprema longiore; paniculae (pollicaris) plus minus contractae radiis 2—3-nis subfiliformibus scabris fere a basi floriferis; spiculis sub-4-floris brevissime pedicellatis; flosculis obsolete nervatis (subovato-) lanceolatis acutiusculis ad carinam nervosque marginales pubescendo-villosulis, basi nudis vel brevissime parce pilosis. P. attenuata var. *Criseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 371. ♃ Dahuria.

80. P. POLYGAMA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 409. sub: Festuca.) Annua, multicaulis; paniculae amplae radiis asperis angulatis inferioribus 5-nis mediis 4-nis, superioribus 2-solitariis; spiculis 3-floris cum flore quarto supremo incompleto; axi glabro; glumis inaequalibus lanceolatis ex nervo medio laevibus; flosculis punctulatis truncatis apiculatis ex tertia parte arido-membranaceis; valvula superiore inferiorem aequante. ⊙ Oriens.

81. P. PERSICA. *Trin.* (l. c. 1831. p. 373.) Radice fibrosa; culmo tenui (pedali et minore) scabro simplici vel ima basi ramoso; ligulis productis; foliis linearibus superioribus longioribus, deorsum — vaginis sursum scabris; paniculae oblongae (1½-palmaris) vel patentis radiis 5-nis vel pluribus (ad 15) angulato-filiformibus scabris plerumque a basi compositis; spiculis (elliptico-linearibus) 3—6-floris pedicello aequilongis vel longioribus; flosculis distinctiuscule nervosis linearibus acutiusculis nudis aut ad carinam nervosque laterales obsolete pubescentibus. Variat: spiculis albo- et violaceo-variis vel viridibus et culmo humillimo vix ultra pollicari. P. parvula *Hrbr.* un. it. arab. nr. 105. Festuca persica *C. Koch* et F. leptantha *C. Koch* Linn. XXI. p. 410. Nephelochloa persica *Ledeb.* Fl. ross. IV. 367. ⊙ Persia. Arabia.

82. P. HEPTANTHA. *C. Koch.* (l. c. 410. sub: Festuca.) Verticillis 8—10-floris, mediis sub-5- superis sub-2-radiatis; spiculis 7-floris, axi piloso; glumis inaequalibus 1—3-nerviis acutis; flosculis punctulatis, oblongo-lanceolatis vel breviter cuspidatis; valvula superiore lineari-oblonga, inferiore minore. In montibus elatis Caucasiae.

83. P. GRACILIS. *H. Paris.* Culmo rigido simplici glabro (2-pedali); foliis elongatis convolutis rigidis pungentibus glaucis; paniculae amplae (6—8-pollicaris) subdiffusae radiis verticillatis scabris; spiculis copiosis parvis glabris sub-5-floris obtusis; glumis angustis subacutis. P. glauca *Poir.* Enc. V. 73. Variat: panicula coarctata; glumis oblongo-lanceolatis acuminatis. P. gracilis β. *Bertol.* Comm. Bonon. V. 413. Ad Euphratem.

IV. *Species Asiae australis et orientalis, Arabiae, Indiae, Chinae, Japoniae.*

Huc etiam P. annua nr. 1. P. bulbosa nr. 7. P. trivialis nr. 15.

84. P. LIMBATA. *Link.* (Hort. I. 179.) Culmo ramoso; foliis vaginisque scabriusculis; ligula elongata acuta; spiculis 5-floris; valvula exteriore ad basin villo vix ullo, nervo dorsali et submarginali parum villoso, lateralibus subevanidis. P. palustris *Roth.* var.? *Link.* ♃ Nepal.

85. P. AMBOINENSIS. *Lin.* (Mant. I. 557.) Culmo tereti panicula coarctata subsecunda; radiis verticillatis; spiculis 5-floris; (antheris rubris pistillis albis). (Poae compressae *Lin.* dicitur similis haec species valde dubia.) Ind. or.

86. P. CONTRACTA. *Retz.* (Obs. III. p. 11.) Glaberrima; culmo crassiusculo (bipedali), foliis filiformibus; pa-

nicula contracta in vagina suprema fere involuta; radiis simplicibus rigidis longis; spiculis lanceolatis 3-floris alternis sessilibus; glumis glabris acutis flosculo brevioribus. Ind. or.

87. P. HIMALAYANA. *Nees.* (mpt.) Culmo sarmentoso compresso; vaginis scabriusculis, ligula ovata obtusa; foliis angustis acuminatis ad paniculam adscendentibus; panicula angusta contracta laxa; radiis subgeminis flexuosis; spiculis 2—3-floris; glumis acuminatis flosculisque patulis lanceolatis; his dorso infero parce sublanatis; valvula inferiore 5-nervia, nervis parum prominulis. Nepal.

88. P. ROYLEANA. *Nees.* (*Royle* hrb. nr. 140.) Culmo erecto compresso subangulato; vaginis compressis acute carinatis laevibus; foliis linearibus ore hirtis, ligula brevi obtusa; panicula patente, radiis fasciculatis gracilibus a medio divisis angustis; spiculis ovatis obtusis 3-floris pedicello longioribus; flosculis glabris oblongis obtusiusculis; valvula inferiore 7-nervia, superiore ad latera reflexa scaberrima. ♃ Ind. or.

89. P. LINEARIS. *Trin.* (*Bung.* fl. chin. in Mem. sav. II. 145.) Radice fibrosa; culmo debili pertenui compressiusculo (pedali et ultra) uti tota planta glaucescente; vaginis scabriusculis; ligulis productis; foliis tenuissimis (4—5-pollicaribus); paniculae sublineari-angustae (1—2-pollicaris) plus minus secundae radiis subternis subangulatis scabris brevibus plerumque a basi floriferis; spiculis sub-5-floris brevissime pedicellatis; flosculis obsolete nervatis lineari- vel lanceolato-ellipticis obtusiusculis ad carinam nervosque marginales villosis basi contortiplicato-lanatis. China bor.

90. P. SPHONDYLODES. *Trin.* (l. c. 145.) Radice fibrosa; culmo firmo strictiusculo (1—1½-pedali) scabriusculo superne longe nudo; vaginis laeviusculis; ligulis productis; foliis planis (½''' latis, subpalmaribus); paniculae angustae junioris lineari-contractae, adultae verticillato-patulae radiis (brevissimis) sub-4-nis subangulatis scabris a basi floriferis; spiculis 4—5-floris subsessilibus vel brevi pedicellatis; flosculis obsolete nervatis lineari-lanceolatis ad carinam nervosque marginales densiuscule ciliato-villosis, basi contortiplicato-lanatis. China bor.

91. P. HIRTA. *Thunb.* (Fl. jap. 49.) Radice fibrosa; culmo recto simplici (pedali) glabro tereti; vaginis elongatis punctato-ciliatis; foliis ensiformibus integris striatis punctato-ciliatis; paniculae patulae virgatae (pedalis) radiis angulatis ciliato-scabris; spiculis subtrifloris, glumis carina tenuissime serrulatis. Japonia.

92. P. DELICATIOR. *Steud.* Radice fibrosa tenui sub caespitifera; culmo tenui debili erecto (1½—5-pollicari) glabro; vaginis striatis apice cum ligula pilosulis; foliis radicalibus et culmeis inaequalibus (1—3'' longis) angustissimis subconvoluto-subsetaceis glabris laevibus; panicula diffusa patula; radiis binis—3-nis remotis basi longe nudis apice divisis, pedicellisque (radiolis) capillaribus; spiculis solitariis alternis 3—5-floris; glumis inaequalibus lanceolatis acutis, longiore vix dimidiam spiculam aequante; flosculis in rhachi flexuoso pedicellulatis; valvulis subpellucidis, inferiore trinervia, superiore non ciliata. (Habitu potius Eragrostis.) Hrbr. *Zollinger* nr. 1599. En. p. 100. Java.

93. P. ACROLEUCA. *Steud.* Culmo elongato (summitates tantum prostant) vaginato, glabro; vaginis sulcato-striatis glabris brevibus, suprema plerumque basin paniculae involvente; ligula oblonga subhyalina; foliis linearibus brevi acuminatis leviter scabriusculis (usque 9'' longis, 1—2''' latis); paniculae elongatae (½ usque 1½-pedalis) flaccidae radiis subternis inaequalibus capillaribus scabridis apice subpaniculatis, radiolis 3—5-spiculatis; spiculis ovatis sub-5-floris laxiusculis; valvulis tenui-pubescentibus 3-nerviis apice hyalino membranaceis integris vel obscure bifidis; pilis flosculorum raris. Ex Hrbo. Mus. Lugd. Batav. Japonia.

94. P. PSILOCAULIS. *Steud.* Radice tenuissime fibrosa caespitifera; culmis tenuissimis flaccidis ultra pedalibus laevibus glabris; vaginis tenuibus submembranaceis striatis glabris; foliis angustis striatulis linearibus flaccidis (3—5-pollicaribus, vix ½''' latis); ligula oblonga hyalina; panicula elongata lucidissima rariflora (3—6-pollicari), radiis capillaribus binatis vel solitaribus longe nudis apice simplicibus vel divisis 3—9-spiculatis; spiculis obovatis laxifloris, sub-5-floris; valvulis pubescentibus obscure sub-3-nerviis, apice brevissime hyalinis obtusis vel acutiusculis; pilis flosculorum raris. Ex Museo Lug. Batav. Japonia.

95. P. DIANTHA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmo basi geniculato (tunc vel omnino) erecto, foliato; foliis lineari-lanceolatis angustis multistriatis glabris, (2—4'' longis, vix ultra 1''' latis) acuminatis; ligula hyalina oblonga vel lanceolata exserta; panicula contracta ramosa (2—4-pollicari); radiis 2—4-nis racemosis; pedicellis compresso angulatis scabris; spiculis parvis subbifloris; glumis lanceolatis carinatis scabris subaequalibus scabris 3-nerviis acuminatis flosculos superantibus; flosculis 2, altero sessili altero brevi pedicellato, basi pilosis. Habitus Festucae (an F. misera *Thunb.* insufficienter descripta?). Ex Hrbo. Musei Lugd. Batav. Japonia.

96. P. PUBERULA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo subcompresso cum vaginis foliis paniculaeque radiis puberulis; vaginis tumidiusculis; ligula producta ovata obtusa; foliis linearibus elongatis (2—3'' longis, 1—1¼''' latis); paniculae divaricatae radiis solitariis, demum uno alterove deflexo basi nudis; spiculis lanceolatis 2—3-floris; glumis valvulisque obscure nervosis pubescentibus. P. annua Hrbr. un. it. arab. nr. 968. ⊙ Arab. felix.

97. P. SINAICA. *Steud.* Radice fibrosa caespitosa; culmo basi vaginarum residuis dense tecto hinc bulboso-incrassato (¾—½-pedali); ligulis productis lanceolato-fissis, foliis subsetaceo-convolutis uti tota planta glaucescentibus ad basin culmi confertis brevibus (1—1½'' longis); culmeis planiusculis brevioribus; paniculae ovato-oblongae erectae (1—2½-pollicaris) radiis 3—4-nis in minoribus fere a basi, in majoribus supra basin floriferis; spiculis sub-6-floris; flosculis oblongo-lanceolatis margine dorsoque pilosis caeterum glabris distinctis. P. bulbosa *Hrbr. un. it. arab.* nr. 326. P. Catharinae *Presl.* Bot. Bmrkg. 120. (nomen). ♃ Mons Sinai.

V. *Species Africae septentrionalis et mediae, Aegyptiacae, Nubicae, Abyssinicae.*

Huc etiam: P. annua *Lin.*

98. P. SIMENSIS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. abyss. 993.) Radice fibrosa; culmo erecto (ultra pedali) vaginisque glabro; vagina suprema folio suo multo longiore; ligulis omnibus exsertis lanceolatis acutis; foliis radicalibus subconvoluto-setaceis subcircinnatis culmi fere longitudine; culmeis linearibus planis angustis; paniculae patulae laxae (3-pollicaris) radiis 2—3-nis filiformibus basi longe nudis laevibus; spiculis ovatis 3—5-floris; flosculis discretis (ut rachis sit conspicua) ad nervos scabriusculis, basi pilis aliquot vestitis caeterum nudis. *Rich.* Fl. Abyss. II. 422. ♃ Simen Abyssin.

99. P. SCHIMPERIANA. *Hochst.* (l. c. nr. 1386.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis vel basi geniculatis (8—15'' altis) vaginisque glabris; ligula ovata denticulata pilosulo-scabra quandoque nulla (evanescente); foliis planis angustis (½''' latis, 2—4'' longis) apice abrupte acutis; paniculae contractae (1—1½-pollicaris) radiis binis erectis a basi vel parum superius floriferis; spiculis lanceolatis 2—3-floris; flosculis scabriusculis undique nudis. ⊙? Abyssin.

100. P. LEPTOCLADA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1826.) Culmo erecto gracili (bipedali); foliis anguste linearibus glaucis acutis glabris margine scaberulis; ligula longa tenui-membranacea integra; vaginis scaberulis; paniculae elongatae subspicaeformis radiis semiverticillatis brevibus erectis;

spiculis trifloris, glumis florem inferiorem sessilem aequantibus dorso carinatis apice acutis in carina scabris; valvula exteriore subcarinata acuta involvente, in parte superiore carinae scabra caeterum glabra. *Rich.* Fl. Abyss. II. 422. Abyssinia.

101. P. OLIGANTHA. *Hochst.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmis erectis gracilibus glabris (6—10-pollicaribus) foliatis, striatis; foliis angustis linearibus acutis (2—4″ longis, ½‴ latis); ligula brevi ovata obtusa subcrenulata; vaginis glabris striatis; paniculae simplicis rhachi flexuosa glabra laevi, radiis gracilibus subhorizontaliter patentibus, inferioribus binis vel omnibus solitariis remotis simplicibus vel uno alterove radiolo, supra basin floriferis, spiculis unilateralibus secundis brevi-pedicellatis bifloris; glumis parum inaequalibus flosculis brevioribus subtrinerviis margine hyalinis; flosculis basi intricato-pilosis; valvulis inaequalibus, superiore fere duplo longiore (apice violaceo) vix puberula. *W. Schimper* in collect. Argentor. missa. Abyssinia.

VI. *Species Africae australis et Insularum.*
Huc etiam: P. annua nr. 1.

102. P. BINATA. *Nees.* (Fl. Afr. 379.) Radice fibrosa; culmo erecto compresso (1—1½-pedali) vaginisque striatis; foliis planis (1—2½″ longis, ½—1‴ latis) linearibus apice complicato-acutis incurvis; ligula brevi exserta obtusa vel truncata; paniculae patentis (2—3-pollicaris) radiis geminis gracilibus laevibus basi longe nudis, radiolis flexuosis; spiculis ovalibus 3—5-floris; flosculis alternis ad carinam obsolete puberulis; valvula inferiore apice membranacea acuta distincte 5-nervia. ♃? Afr. austr.

103. P. TENUIFLORA. *Lichtst.* (in *R. S.* II. 566.) Culmo bipedali articulis paucis; foliis caulinis nervosis linea dorsali elevata, culmeis linearibus convolutis apice incurvis; panicula verticillata ramosa conferta; spiculis linearibus 14-floris flosculis distantibus. Pr. b. sp.

104. P. SQUARROSA. *Lichtst.* (in *R. S.* II. 553.) Foliis culmeis linearibus convolutis, radicalibus setaceis; paniculae contractae radiis adscendentibus incurvis; spiculis 6-floris; glumis acutis 3-nerviis. Pr. b. sp.

105. P. THOUARSIANA. *Kunth.* (Gram. 2. t. 152.) Culmo simplici basi repente; foliis lanceolatis acutatis planis vaginisque glabris; ligula abbreviata; panicula erecta subsimplici patentissima subdepauperata; radiis scabris; spiculis oblongis vel lineari-oblongis compressis 4—16-floris glabris; palea inferiore emarginata mucronulata obsolete 7-nervia; carina scabra, caryopsi ovata triangulari laevi glabra. Madagascar?

106. P. BORBONICA. (*Kunth.* Gram. II t. 151. non? *Poir.*) Culmis caespitosis simplicibus erectis; foliis planis margine convolutis filiformibus glabris; paniculae ramosae erectae diffusae radiis 2—3-nis remotis scabriusculis; spiculis subbifloris; glumis 3-nerviis carina hispido-scabris; palea inferiore 5-nervia acutata, carina hispido-scabra basi villosa. Ins. Borbon.

107. P. POIRETII. (*Steud.*) Glabra; culmis teretibus basi geniculatis filiformibus ramosis; ramis oppositis et verticillatis laevibus patentissimis; foliis planis margine subinvolutis demum ad faucem vaginae nudis; panicula laxa; pedicellis setaceis divaricatis unifloris; spiculis ovatis subbifloris; glumis aequalibus obtusis fuscis; flosculis calyce longioribus, valvulis acutiusculis. P. borbonica *Poir.* Enc. Supl. IV. 331. sed vix quoad descriptionem *Kunthii.* Ins. Borbon.

108. P. KERGUELENSIS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo simplicissimo nano (1—2-pollicari); foliis angustissimis setaceis canaliculatis rigidis culmum subaequantibus; floribus paucis racemosis alternis spiculis 2—3-floris; glumis 3-nerviis carina laevibus, subaequantibus flosculos tenuissime sericeo pubescentes; valvula exteriore carina hispida apice obtusiuscula vix denticulata, interiore simillima vix longiore. Triodia Kerguelensis *Hook.* mpt. sec. spec. Hookerianum. ⊙ Ins. Kerguelens Land.

VII. *Species Americae australis.*
Huc etiam: P. annua nr. 1. P. sudetica nr. 11. P. pratensis nr. 17.

109. P. SUBUNIFLORA. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 83.) Radice fibrosa, culmo erecto striato (3-pedali) glabro; foliis planis linearibus interne margineque scabris; ligula elongata fissa; paniculae ramosae verticillatae secundae radiis distantibus glabris; glumis dorso ciliato-hispidis; paleis subaequalibus acutis, inferiore sub apice mucronulata, flosculo altero sterili brevissimo ciliato-hispido. Deyeuxia poaeformis *H. B.* ♃ Mexico.

110. P. PALLENS. *Poir.* (Enc. V. 91.) Culmo compresso glabro laevi (2-pedali); foliis angustis acutis longissimis laevibus; paniculae elongatae (6—8-pollicaris) radiis verticillatis numerosis asperrimis; radiolis filiformibus; spiculis compressis glabris (pallide flavis) lucidis, sub-12-floris; valvulis acutis transparentibus margine membranaceis. Bonaria.

111. P. BONARIENSIS. *Kunth.* (Rev. Gram. I. 115.) Culmis gracilibus debilibus (2—3-pedalibus) glabris; foliis filiformibus elongatis subglabris glaucescentibus ad oras vaginae parum pilosis, paniculae oblongae angustae subnitidae radiis adpressis; spiculis compressis 3-floris; glumis acutis villosiusculis. Festuca bonariensis *Lam.* ill. I. 192. Bonaria.

112. P. LEPIDA. *Nees.* (mspt.) Culmo gracili, infra paniculam laevi; foliis brevibus complicatis vaginisque superioribus glabris; ligula longa acuta; paniculae lanceolatae contractae radiis brevibus fasciculatis; spiculis ovalibus 3—4-floris albo-purpureo-que variis nitentibus; flosculis basi villis connexis carinaque villosis; valvula inferiore obscure 5-nervia apice membranacea obtusiuscula. An praecedens vel var.? ♃ *Cuming* legit in Andibus Chili.

113. P. SELLOWII. *Nees.* (Agr. bras. 491.) Culmo simplici compresso erecto (ultra pedali) glabro; vaginis internodio longioribus carinatis glaberrimis laevibus; ligula brevi truncato-rotundata, incisa; foliis linearibus latiusculis (3‴ latis, 5″ longis) mucronato-acutis margine cartilagineo, rigidis glabris laevibus; paniculae longe exsertae (3—4-pollicaris) ovatae erectae radiis semiverticillatis (senis vel potius solitariis ad basin fasciculatim divisis) scabris basi nudis apice densifloris; spiculis subsecundis ovatis sub-4-floris subsessilibus; flosculis acuminatis basi villis connexis. P. sudetica *Haenk.* var. *Trin.* ♃ Brasil.

114. P. UMBROSA. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 387.) Radice repente; culmo ima basi erecto-ramoso (2-pedali); foliis planis flaccidulis (1‴ latis); ligulis productis; paniculae laxiusculae (spithameae) radiis 5-nis angulato-filiformibus plus minus scabris; spiculis 6—7-floris pedicello longioribus; flosculis distantibus, valvula inferiore distincte nervosa lineari lanceolata acuta nuda vel villos rarissimos rectos e callo emittente. Brasil.

115. P. LIGULARIS. *Nees.* (mspt.) Radice repente caespitifera, culmo simplici (½—1½-pedali) foliis angustis superioribus plano-complicatis vel (in minoribus) omnibus convoluto-filiformibus; ligula longa lanceolato-acuminata tubulosa, demum fissa (2—5‴ longa); paniculae oblongo-lanceolatae contractae lobulatae radiis brevibus, aliis a basi aliis trans basin densifloris glanduloso-scabris; spiculis ovatis acuminatis 6-floris, flosculis ad articulum subvillosis dorso glabris; valvula inferiore obscure 5-nervia acutissima. Variat: culmis apice nudis haud vaginatis, spiculis purpurascentibus. Bahia.

116. P. LANUGINOSA. *Poir.* (Enc. V. 91.) Radice repente stolonifera; culmo simplici (pedali, binodi) subcompresso vaginisque glabris; ligula oblonga lacera; foliis angusto-linearibus mox involutis supra glaucis glabris scabriusculis (ad os vaginae utrinque macula lutea notatis);

paniculae (5—6-pollicaris) subspicato-coarctatae radiis brevibus approximatis solitariis fasciculatim divisis scabris; spiculis in ramulis arcte imbricatis ovatis 5—10-floris; valvula inferiore ad carinam inferne villoso sericea, axi sub singulo flore fasciculo pilorum flosculos duplo superantium munito. ♃ Brasil.

117. P. LANIGERA. *Nees.* (Agr. bras. 491.) Culmo simplici (vix pedali); vaginis valde compressis carinatis glabris; ligula abbreviata rotundata vel truncata, foliis distichis linearibus rigidis planis; panicula ramosa coarctata lobata; spiculis 2—5-floris omnibus stamineis effetis; floribus basi longissime lanatis, palea inferiore 5-nervia, dorso margineque densissime sericeo-ciliata. *Kunth.* Rev. Gram. 2. t. 153. ♃ Hrbr. *Bert.* nr. 1822. Brasil. Chili.

118. P. ERIOPHORA. *Steud.* Culmo erecto (ultra bipedali) tereti; vaginis elongatis scabridis; foliis culmeis (radicalia desunt) linearibus planis (1—1½''' latis, 6—8'' longis) striatis; ligula protacta lanceolata pilosa; panicula erecta coarctata lobata elongata (6—7-pollicari); radiis verticillatis compositis nunc a basi nunc versus medium floriferis, radiis pubescenti-scabriusculis; spiculis imbricatis sub-6-floris; glumis acutis spiculis multo brevioribus; valvula exteriore ex toto pubescente, infra medium carina et margine uti basi dense lanato-villoso apice scarioso ciliato; axi ipso inter flosculos nudo vel villoso. An varietas praecedentis? Hrbr. *Bert.* nr. 993. ♃ Chili.

118b. P. OBVALLATA. *Steud.* Radice fibrosa dense caespitifera; culmis rectis striatis basi dense vaginis emarcidis tectis (3—5-pollicaribus) glabris laevibus, foliis rigidis erectis striatis planis vel carinato-compressis obtusis vix mucronulatis summo apice scabris culmo brevioribus vaginisque glabris vel his ore pilosis; ligula exserta ovata vel oblonga acuta; panicula densa contracta basi lobata (pollicari et ultra); radiis brevibus subverticillatis divisis; spiculis ovatis 2—3-floris, albo-purpureo-variis; glumis lato-ovatis flosculis brevioribus, acutis; flosculis basi pilis densis ipsos ½ vel omnino aequantibus obvallatis; valvulis hyalinis dorso glabris, basi obscure 5-nerviis. *Gay* legit in Cordilleras. Chili.

119. P. PACHYPOGON. *Nees.* (mspt.) Culmo adscendente rigidulo apice scabro; foliis linearibus obtusis complicatis scabriusculis; ligula lata acuta; paniculae oblongae contractae radiis brevibus subfasciculatis; spiculis ovatis 2—3-floris albo-purpureoque variis nitentibus; rhachi densissime villoso-barbata, barba erecta flosculorum dorsum ad medium tegente, flosculis basi dorsoque laxi villosulis; valvula inferiore obscure 5-nervia acuta cum mucronulo setiformi. Praecedenti forsan nimis affinis. Chili.

120. P. PUBIFLORA. *Benth.* (Plant. Hartw. 261.) Culmo erecto simplici (1—1½-pedali); foliis convolutis rigidis vaginisque glabris laevibus; panicula erecta ramosa contracta stricta; ramis alternis rhachique glabriusculis; spiculis 4-floris ovali-oblongis; glumis glabriusculis; valvulis inaequalibus pubescentibus dorso ciliatis acute acuminatis. Antisana.

121. P. MEYENII. *Nees.* (*Meyen* it. I. 484.) Culmo simplici erecto (3—4-pollicari); ligula foliorum inferiorum truncata, supremi folii elongata; foliis lineari-angustis siccis convolutis vaginisque glabris; panicula subsecunda, radiis solitariis; spiculis ovatis trifloris; flosculis (superioribus) dorso infero strigoso-sericeis, valvula inferiore 5-nervia apice repando-obtusa. ♃ Peru.

120. P. VAGINALIS. *Benth.* (Plantae Hartw. 261.) Culmo erecto simplici (1—1½-pedali); foliis convolutis rigidis vaginisque glabris laevibus; panicula ramosa contracta stricta subspicaeformi, radiis alternis spiculisque trifloris oblongis glabris laevibus; glumis inaequalibus, exteriore (4''' longa) lanceolata margine hyalina nervis 3 viridibus, interiore multo angustiore breviore anguste acuminata uninervia; valvulis glabris subulato-acuminatis submuticisve. Antisana.

123. P. CHILENSIS. *Trin.* (Act. Petr. 1838. supl. 62.) Radice fibrosa saepe stolonifera; culmo spithamineo-sesquipedali; foliis convolutis, inferioribus complanatis (5—12-pollicaribus); ligulis plus minus productis; paniculae compactae saepe lobatae (digitalis, flavido-virentis) radiis 3—5-nis teretiusculis laeviusculis vel scabris, fere semper a basi floriferis; spiculis 3—5-floris perbrevi pedicellatis; flosculis obsolete nervatis lanceolatis acutiusculis aut undique nudis aut basi parce contortiplicato-infimisque dorso-villosis. Chili.

124. P. KOELERIOIDES. *Trin.* (l. c.) Culmo stricto (pedali et ultra); vaginis internodio brevioribus, ligulis brevi exsertis; foliis convolutis, rarius complanatis (1''' latis, 4—5'' longis); paniculae sublineari-contractae radiis 2—3-nis solitariisque subangulatis scabris, inferioribus brevi nudis; spiculis sub-5-floris pedicello longioribus; flosculis subobsolete nervatis lanceolato-ellipticis obtusiusculis plerumque pone apicem cuspidulatis nudis. Chili.

125. P DANTHONIOIDES. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmis strictis, basi geniculatis tenui-striatis glaberrimis (8—10-pollicaribus); foliis planis vel convolutis abbreviatis (vix pollicaribus, culmis 4—5''' longis) rigidulis; paniculae angustissimae racemoso-spicatae (1—2-pollicaris) radiis brevissimis subsolitariis angulatis scabris omnibus a basi floriferis 1—3-spiculatis; spiculis pallidis 3—5-floris; glumis flosculis parum brevioribus carina setuloso-scabris; valvula inferiore oblongo-ovata apice eroso-denticulata rarius pone apicem mucronulata semper nuda. An praecedentis var.? Danthonia an Festuca? *Bertero* Hrbr. nr. 1000. ♃ Chili.

126. P. TUMIDULA. *Steud.* Radice fibrosa, culmo erecto stricto (1½-pedali) striatulo glaberrimo; ligula exserta lacera; foliis inferioribus linearibus (2—4'' longis, 1''' latis) vaginisque striatis et pilosis, superioribus subconvolutis; paniculae angustae racemoso-spicatae radiis solitariis — ternis brevissimis adpressis pauci spiculatis; spiculis tumidulis ovatis obtusis pubescenti-asperis 3—5-floris; glumis ovatis obtusis flosculis brevioribus; valvula inferiore basi longe ciliato-pilosa, apice lacera: superiore ex toto ciliata. Festuca an Danthonia? *Bertero* Hrbr. nr. 276. et 277. ♃ Chili.

127. P. PHALAROIDES. *Nees.* (mpst.) Culmo semitereti basi nodoso folioso cum foliis complicatis laevi; vaginis longissimis; ligula oblonga; paniculae oblongae radiis fasciculatis inaequalibus brevibus; spiculis in radiis imbricatis late-ovatis 4—5-floris viridibus; flosculis basi liberis; valvula inferiore 7-nervia, nervis crassis, dorsali lateralibusque extremis basi sericeo-villosis. ♃ *Cuming* legit in Montevideo.

128. P. SECUNDA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 271.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto compresso flexuoso basi vaginis emarcidis cincto (6—7-pollicari) vaginisque compressis glabris; ligula elongata ovato-lanceolata acutiuscula; foliis planis inferioribus culmum subaequantibus (1''' latis) margine scabris; panicula simplici secunda contracta erecta (1½—3-pollicari); spiculis ovatis subquadrifloris; glumis inaequalibus ovatis acutiusculis apicem versus brevissime ciliolatis; valvula inferiore 5-nervia scabra ovata acutiuscula basi hirsutula. P. annua β secunda *Nees.* ♃ Chili.

129. P. AESTIVALIS. *Presl.* (l. c.) Radice fibrosa annua; culmo erecto compresso (3—5-pollicari) vagini que glabris; foliis planis linearibus margine scabris (1½—3'' longis, 1—2''' latis); panicula simplici patente (1½-pollicari); rhachi glabra; spiculis ovatis trifloris; glumis inaequalibus ovatis acutis, inferiore 5- superiore uni-nervia; valvulis inferioribus obtusissimis ad carinas medio pilosis. Poa annua var.? *Bertero* Hrbr. nr. 554. ⊙ Chili.

130. P. ANGUSTA. *Presl.* (l. c. 271.) Radice caespitifera perenni; culmo erecto compresso geniculato striato (5—10-pollicari) vaginisque striatis glabris; foliis compresso-canaliculatis rigidulis acutissimis scabris culmum superantibus; panicula patente erecta (2—3-pollicari); radiis inferioribus fasciculatis 4—3-nis superioribus binis et solitariis; spiculis ovatis trifloris; glumis inaequalibus; valvulis inferioribus 5-nerviis scabriusculis, superioribus binerviis. ♃ Peru.

131. P. ALGIDA. *Trin.* (Linn. X. 306.) Radice repente; culmo pumilo, ligulis superioribus productis; paniculae demum patentis radiis binis angulatis laevibus superne floriferis; spiculis sub-5-floris brevi pedicellatis; flosculis distinctiuscule nervatis ovato-lanceolatis obtusiusculis, inferioribus dorso lateralibus basique — superioribus dorso superne villosis. Andes. Peru.

132. P. ANDINA. *Trin.* (l. c.) Culmo compresso; ligula breviuscula; paniculae contractae radiis 3—pluribus subangulatis laevibus a basi vel superius floriferis; spiculis 3—4-floris, pedicellis plerumque brevissimis; flosculis obsolete nervosis lineari-lanceolatis acuminatis praeter basin longe villosam nudis. Chili Andes.

133. P. FALVESCENS. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; ligula productiuscula; paniculae contractae radiis ternis subangulato-teretiusculis scabris inferne plus minus longe nudis; spiculis brevi-pedicellatis sub-3-floris; flosculis distinctiuscule nervatis lineari-lanceolato-ovatis, obtusiusculis acutiusculisve nudiusculis; sub lente hirsutulis ad carinas hispidis. Chili.

134. P. CONFORMIS. *Nees.* (mpt.) Culmo infra paniculam — foliisque angustis linearibus margine — scabris; ligula ovata obtusa; paniculae oblongae radiis fasciculatis brevibus inaequalibus, longioribus apice fasciculigeris; spiculis ovalibus 4—5-floris viridibus; flosculis basi villo latente crispo connexis, dorso nudis; valvula inferiore trigono carinata basi 5-nervia acuta carina scabra toto chartacea. ♃ *Cuming* legit prope Valparaiso. Chili.

135. P. CURVA. *Nees.* (mpt.) Culmo incurvo foliisque convolutis recurvis rigidulis glabris glaucis, ligula exserta obtusa; paniculae oblongae densae spicaeformis radiis fasciculatis inaequalibus omnibus brevibus; spiculis ovatis 4—5-floris purpureo-viridique variis nitidis; flosculis liberis glabris glumisque carina scabris laevibus; valvula superiore inferiorem superante. ♃ Cum praecedente legit *Cuming.* Chili.

136. P. TRICOLOR. *Nees.* (mpt.) Culmo torto elatiore infra paniculam scaberrimo, foliis linearibus planis (4—8″ longis, 1½‴ latis) acuminatis rigidis scabris; ligula ovata obtusa; paniculae lineari-lanceolatae elongatae basi interruptae radiis fasciculatis inaequalibus, longioribus prope a medio florigeris; spiculis ovatis 4—6-floris tricoloribus (3‴ longis) scabris; flosculis basi subnudis, carina inferne ciliolatis; valvula inferiore basi 5-nervia acuta, apice membranacea margine ciliolata. ♃ *Cuming* legit cum praecedentibus Chili.

137. P. RESINULOSA. *Nees.* (mpt.) Culmis erectis simplicibus teretibus (½—1-pedalibus); foliis convoluto-filiformibus scabris, ligula brevi obtusa; paniculae contractae lanceolata radiis fasciculatis gracilibus omnibus basi simplicibus apicem versus dense spiculigeris; spiculis ovatis compressis 6—7-floris; flosculis distincte alternis; valvula inferiore oblongo-lanceolata acutiuscula obsolete 3-nervia, punctis minimis resinoso-micantibus conspersa. *Gillies* legit in Mendoza.

138. P. DENUDATA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis strictis vel basi geniculatis glabris undique laevibus teretibus striatis (pedalibus); vaginis striatis glabris; ligula vix ulla; foliis a basi tereti-convolutis laevissimis culmum aequantibus vel brevioribus; paniculae longissime exsertae contractae (2—3-pollicaris) radiis semiverticillatis inaequalibus brevioribus a basi — longioribus plus minus supra basin floriferis vix scabriusculis; spiculis ovatis 5—7-floris subpatulis; flosculis cum rhacheola omnino nudis glabris, glauco-viridi et albo variis; glumis ovato-lanceolatis acutiusculis flosculos infimos subaequantibus; valvula inferiore ovato concava acuta omnino glabra obscure nervosa, carina scabra, superiore tenuissime ciliata. Praecedenti videtur simillima, sed nil resinosi in valvulis. Hrbr. *Lechler.* nr. 578. ex parte. Variat: foliis ex parte planis angustissimis. Hrbr. *Lechler.* nr. 277. Valdivia Chili.

139. P. VAGINIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto toto vaginato (cum panicula parum ultra pedali); vaginis caulinis ampliatis laxis elongatis, terminali basin paniculae involvente dilatata striata, in folium mox tereti-convolutum culmum et paniculam excedentem terminata; foliis infimis radicalibusque tereti convolutis laevissimis glabris; panicula contracta caule multo longiore (7—9-pollicari); radiis subverticillatis erectis inaequalibus brevioribus a basi longioribus plus minus superius floriferis; spiculis ovatis subpatulis 3—8-floris pallide viridi et lutescenti variis; glumis quam flosculi brevioribus parum inaequalibus acuminatis; valvulis basi et carina (rhacheolaque) plus minus dense lana involutis et ciliatis acutis nervosis. Praecedenti — quacum miscuit lector — valde similis sed notis allatis facile dignoscenda *Lechler* Hrbr. nr. 578. a. Chili.

140. P. TENUICULMIS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo tenui elato (3-pedali) geniculato, glabro; ligula tenuissima setulosa; foliis angustissimis (planis ½‴ latis) vel convoluto-filiformibus laeviusculis glabris, radicalibus longissimis (usque pedalibus) culmeis abbreviatis; paniculae racemoso-spicatae (3-pollicaris) radiis 3—4-nis superioribus simplicibus, erectis adpressis basi nudis pauci spiculatis; spiculis ovatis compressis 5—7-floris scabriusculis; glumis flosculis multo brevioribus, valvula inferiore obtusa apice vix denticulata rarissime setula brevissima infra apicem instructa, basi nuda. Danthonia nr. 947. *Bert.* hrbr. Chili.

Poae species: Koelerioides, danthonioides, tumidula, tenuiculmis et decumbens formae sunt genus Triodiam ad Poam reducentes.

141. P. ARIGUENSIS. *Steud.* Radice tenui fibrosa subcaespitifera; culmis erectis tenuibus tereti-compressis glabris laevibus (ultra pedalibus); vaginis striatis glabris; ligula oblonga hyalina obtusiuscula (2‴ longa); foliis planiusculis angustis brevibus (1—3″ longis, ½—1‴ latis) vix scabriusculis; paniculae patulae apice subcontractae (3—4-pollicaris) radiis inaequalibus capillaribus verticillatis supremis inordinatis, vel a basi vel superius spiculiferis; spiculis inaequalibus oblongis vel ovatis 3—7-floris plus minus patulis; glumis lanceolatis sub-3-nerviis, flosculis distincte alternis lana rara obvallatis; valvulis obtusiusculis sub-5-nerviis apice membranaceo-albidis. Hrbr. *Lechler* nr. 719. Arigue Chili.

142. P. CONCEPTIONIS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo brevi (3—4-pollicari sine panicula) vaginis hirsutis tecto; ligula pilorum brevium series; foliis planis linearibus undique hirsutis (4—5″ longis, 1‴ latis) acuminatis; panicula vagina suprema basi involucrata elongata culmo (florente) duplo et ultra longiore; erecto-patente lucida; radiis inferioribus verticillatis, superioribus solitariis in axillis pilosis, radiolis pedicellos unispiculatos formantibus; spiculis ovatis glaberrimis sub-5-floris; glumis ovatis praeter carinam enerviis brevioribus flosculis subtumidulis, valvula inferiore subenervia, superiore glabra (non pilosa). Conception Chili.

143. P. REMOTA. *H. B.* (N. Gen. I. 162.) Culmo erecto simplici (2—3-pedali) glabro; vaginis striatis glabris; ligula abbreviata glabra; foliis linearibus planis utrinque scabris; paniculae simplicis coarctatae (5-pollicaris) radiis alternis erectis adpressis scabris; spiculis oblongis octofloris, floribus distantibus; glumis inaequalibus lanceolatis

acuminatis glabris, inferiore majore spicula 5-plo breviore; valvula inferiore 5-nervia scabriuscula. ♃ Quito.

144. P. DEPAUPERATA. *H. B.* (l. c. 162.) Culmo erecto simplici (2—3-pedali) glabro; foliis convolutis vel linearibus rigidis vaginisque glabris; ligula longissima glabra; paniculae ramosae verticillatae patulae (6—7-pollicaris) radiis scabris flexuosis; spiculis oblongis bifloris; glumis dorso scabriusculis oblongis acutis longitudine spiculae; valvula inferiore 5-nervia acuta glabra. ♃ Quito.

145. P. MULALENSIS. *H. B.* (l. c.) Culmo erecto simplici compresso (2—3-pedali) glabro; foliis externe scabris interne vaginisque glabris; paniculae ramosae verticillatae patulae (6—7-pollicaris) radiis flexuosis scabris; spiculis ovatis trifloris; glumis lanceolatis acutis 3-nerviis glabris, valvula inferiore ovata acuta 5-nervia superiore lanceolata, utrisque praecipue basin versus pilosiusculis. ♃ Quito.

146. P. DACTYLOIDES. *H. B.* (l. c. 163.) Culmo erecto simplici (2-pedali) scabro striato; ligula abbreviata scabra; foliis convoluto-setaceis rigidis pungentibus vaginisque scabris; paniculae ramosae coarctatae strictae (3—4-pollicaris radiis alternis adpressis scabris; spiculis oblongis 3-floris; glumis ovato-lanceolatis acuminatis 3-nerviis scabriusculis spicula duplo brevioribus, valvula inferiore lanceolata acuminato-subulata (apice purpurascente) 5-nervia glabra. ♃ Quito.

147. P. HOLCIFORMIS. *Presl.* (Rel. Haenk. 272.) Culmo tereti (8-pollicari) vaginisque scabris; foliis conduplicatis rigidis carina scabris cartilagineo-acuminatis; ligula exserta ovata, acuminata; panicula erecta simplici contracta spicaeformi (4—5-pollicari); rhachi-ramisque alternatim subfasciculatis scabris; spiculis ovatis sub-6-floris; glumis 3-nerviis paleaque inferiore 5-nervia ovalibus acuminatis nervo-medio scabris. ♃ Chili.

148. P. ZEAE. *R. S.* (Syst. V. II. 558.) Culmo striato compresso (4?-pedali) vaginis scabris; ligula exserta lacera; foliis longissimis (½—1-pedalibus, 1½''' latis), subtus margineque scabris; paniculae ramosissimae subcontractae radiis angulatis scabris; spiculis in ramis rigidis sessilibus, nunc unilateralibus nunc distichis copiosissimis 7-floris; glumis inaequalibus parvis, majore vix ½ lineam excedente ovato-oblonga obtusa carina in mucronem brevissimum producta; valvula inferiore margine involuta enervia (?) ad carinam scabra, interiore ciliata utraque apice erosa. ♃ Bogota.

149. P. VIRGATA. *Poir.* (Enc. V. 78.) Culmo glabro recto elongato; foliis angustis longis junciformibus laevibus; paniculae strictae elongatae (pedalis) radiis simplicibus adpressis; spiculis sessilibus subdistichis compressis secundis ovatis obtusis subtrifloris. Domingo.

150. P. CUMINGII. *Trin.* Radice subrepente (?) culmo subdodrantali; ligulis productis; foliis convolutis vel compressis (3—4-pollicaribus); paniculae compactae lineari-oblongae (2-pollicaris) radiis 2 nis et solitariis teretiusculis laevibus a basi floriferis; spiculis sub-5-floris brevissime pedicellatis; flosculis distincte nervatis elliptico lanceolatis acutiusculis ad carinam villosulis basi nudis. (Valvula inferior quandoque inter nervos 5 principalis nervos gerit accessorios 2 minus distinctos unde ad Uniolam accedit.) Chili.

151. P. ALOPECUROS. *Kunth.* (Gram. I. 116.) Foliis distichis glaberrimis culmum longe vaginantibus et aequantibus; panicula ampla contracta; spiculis nitidis glabris compressis 6—8-floris; glumis dorso margineque minute ciliatis muticis; valvulis acutis subscarioris basi lana candida floccosa parce cinctis, inferioribus dorso ciliatis, superioribus minimis angustis. Arundo Alopecuros *Gaudich.* Malv. 11. Festuca Alopecuros *Brongn. Duper.* it. 32. An vera Poa? ♃ Ins. Maclov.

152. P. SCABERULA. *Hook. fil.* (Antarct. voy. p. 378.) Radice fibrosa; culmis erectis vel basi adscendentibus gracilibus striatis scaberulis (pedalibus et ultra); foliis paucis longe vaginantibus setaceis (3—5-pollicaribus); ligula ovata obtusa membranacea; panicula subsecunda coarctata densiflora (2—3-pollicari) basi interrupta; spiculis parvis (1½''' longis) puberulis late ovatis subtrifloris; glumis subaequalibus uninerviis, dorso scabridis; flosculis pubescentibus basi lanatis, breviter pedicellatis; valvula inferiore subcarinata trinervia, nervis lateralibus tenuissimis, carina dorso superne scabrida, inferne ciliato-plumosa; superiore ⅓ breviore apice bidentata. Fretum Magellan.

153. P. RIGIDIFOLIA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi vaginis ampliatis solutis membranaceis foliorum annotinorum persistentium obvallatis; ligulis elongatis hyalinis; foliis annotinis recentibusque convolutis teretibus rigidis laevibus glabris apice pungentibus aequantibus vel superantibus culmum (cum panicula forsan nondum plane evoluta 6—7-pollicarem); panicula contracta spicaeformi interrupta (3-pollicari); radiis verticillatis inaequalibus erectis culmo subadpressis a basi vel superius floriferis; spiculis lanceolatis bifloris basi plus minus pilis obvallatis; glumis flosculis parum brevioribus acutis apice scabris; valvula inferiore glumae simili plus minus carina scabra, caeterum laevi vix nervosa. *Lechler* Hrbr. sine nr. legit ad Port. William Falklandiae.

154. P. CONTROVERSA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto glabro (nondum evoluto?) foliis breviore; foliis basi vaginis dilatatis vaginantibus; ligula elongata hyalina oblonga plerumque fissa vel lacera; foliis immediate supra vaginam convolutis glaucis rigidissimis laevissimis glaberrimis acutis pungentibus (pedalibus et ultra); panicula contracta, radiis subverticillatis vel irregulariter dispositis brevibus multispiculatis; spiculis ovatis subpatulis 5-floris; glumis lanceolatis acutis vix aequantibus flosculum infimum; flosculis distincte alternis remotiusculis; valvula inferiore ovato-concava vix oblique distincte 3- vel obscurius 5-nervia apice bidentata et inter dentes aristula brevissima (vix lineali) mucronata. Sub: Dactylis caespitosa, *Lechler* misit, a qua magnitudine habitu et foliorum structura valde recedit, quacum vero flosculorum conditione omnino congruit. sed tamen vix sequentis var. minor. Hrbr. *Lechler* nr. 106. Port. William Falkland.

155. P. FORSTERI. *Steud.* Rhizomate densissime caespitifero tumulos parvos 3—6' altos, 3—4' latos formante; radicibus fibrosis tortuosis; culmis numerosis erectis ramosis vel basi tantum divisis 3—4-pedalibus glabris compressis foliatis (materia saccharina scatentibus, junioribus edulibus); foliis inferioribus longissimis 5—7-pedalibus culmos superantibus basi 1'' latis sensim in apicem acuminatum attenuatis, supra margine involuto canaliculatis a medio flexis vel pendulis, foliis culmeis sensim minoribus erectis; vaginis compressis striatis glabris apice apertis; ligula tenuissima membranacea rotundata; panicula spicaeformi densa valde compressa interrupta 6—8-pollicari, 1½—2'' lata, spiculis brevissime pedicellatis late ovatis 4-floris; glumis lanceolatis acuminatis flosculos superantibus subcarinatis brevi ciliatis margine subinvolutis, apicem versus membranaceis pellucidis, superiore parum longiore trinervia; valvula inferiore puberula apice- bifida et breviter mucronato-aristata. Dactylis caespitosa *Forst.* Comm. Goett. IX. p. 22. *Hook.* Lond. Journ. II. 298. t. IX. X. Festuca caespitosa *Roem. Schul.* II. 732. Festuca flabellata *Lam.* Enc. Terrae Magellan.

Species indescriptae.

P. GLYCERIOIDES. *Rupr.* (Bull. Brux. IX. 2. p. 235. Hrbr. Galeot. nr. 5767.) ⊙ Orizaba. Mexico.

P. CONGLOMERATA. *Rupr.* (l. c. Hrbr. Galeot. nr. 5776.) ⊙ Orizaba. Mexico.

Species Americae septentrionalis.

Huc etiam: P. annua *Lin.* P. laxa *Haenk.* P. nemoralis *Lin.* P. serotina *Ehrh.* P. trivialis *Lin.* P. pratensis *Lin.* P. compressa *Lin.*

156. P. FASCICULATA. *Torr.* (Fl. 107.) Radice valide fibrosa; culmo firmo (1—2-pollicari) foliato, basi ramoso, tereti; foliis (6—10-pollicaribus) planis vaginisque glabris; ligulis ovatis obtusis; paniculae (3—6-pollicaris) expansae radiis rigidulis strictis fasciculatis; spiculis subracemosis sessilibus oblongis vel lanceolatis 3-floris; flosculis distinctis; glumis minutis inaequalibus; majore 3-nervia apice truncata; valvula inferiore ovata obrupte acuminata obscure 5-nervia glabra, superiore ciliata. ♃ Am. septr.

157. P. PURSHII. *H. Hafn.* Radice fibrosa; culmo humili (2—4-pollicari) subcompresso-ancipiti striato glabro vaginato; vaginisque striatis glabris; foliis angustis (1/2''' latis, 1—1 1/2'' longis) acuminatissimis striatis glabris; paniculae erecto-patulae (pollicaris et ultra) radiis inferioribus binatis superioribus solitariis alternis parum compositis vel unispiculatis; spiculis 5- raro 7- laxiuscule floris; albo-violaceo-variis glumis inaequalibus membranaceis pellucidis flosculis pluries brevioribus; valvula inferiore obovata, carinata apice et lateribus membranaceo-pellucida, carina scabra cum hac trinervia. Sec. spec. cultum in Horto Goetting. Praecedenti certe affinis sed quoad descripitionem distincta. ⊙? Am. septr.?

158. P. BRACHYPHYLLA. *Schult.* Radice repente culmo erecto obliquo subangulato (2-pedali); foliis linearibus glabris brevissimis; ligula acuminata; paniculae laxae radiis binis flexuosis, superioribus subternis; spiculis 3—4-floris, flosculis distinctis; glumis subaequalibus; valvula inferiore 5-nervia (purpurea) pubescente. P. alpina *Pursh.* P. brevifolia *Mhlbrg.* gram. 138. ♃ Am. sptr.

159. P. PUNGENS. *Torr.* (Fl. 109.) Radice perenni; culmo compresso (1 1/2-pedali) superne longe nudo; foliis radicalibus angustis erectis longioribus, culmeis planis lanceolatis brevissimis, acumine coarctato pungente; ligulis truncatis laceris; paniculae patentis radiis 2—3-nis alternis capillaribus apice spiculiferis; spiculis cuneato-ovatis vel lanceolatis 3—4-floris; glumis glabris; superiore acuta; valvula inferiore ovato-lanceolata apice subobtusa scariosa obscure 5-nervia ad nervos 3 et basi villosa. An eadem ac P. brevifolia *Mhlbrg.?* sec. *A. Gray.* Variat: foliis inferioribus omnibus planis lanceolatis (1—1 1/2''' latis), valvula inferiore basi pilis aliquot adspersa ad carinam vix pilosa. Ex Hrbo. *Rugel* 1842. Am. sptr.

160. P. CROCATA. *Michx.* (Fl. I. 68.) Radice repente; culmo erecto (2—3-pedali); foliis planis angustis glabris (subpedalibus); ligula elongata lacera; panicula elongata (8—10-pollicari) diffusa demum subsecunda semiverticillata; spiculis ovato-lanceolatis 2—3-floris; glumis flosculos fere aequantibus acutissimis carina scabris; flosculis (apice flavis) basi sublanatis obscure 5-nerviis. P. serotina *Torr.* Fl. Am. 110. vix *Ehrh.* ♃ Am. sptr.

161. P. SUBVERTICILLATA. *Pers.* (Synop. I. 92.) Culmo gracili recto glabro foliato; foliis longis acutis mollibus; ligula nulla vel hujus loco macula rufescens; paniculae diffusae pendulae radiis longissimis scabris apice spiculiferis; spiculis sub-5-floris; glumis mucronatis; flosculis laevibus. P. laxa *Lam.* ill. p. 183. Quamvis, quoad descriptionem distincta species, post *Purshium* ab autoribus plane neglecta vel dubie ad Poam flavam *Lin.* iterum vix notam relata est. Am. sptr.

162. P. LAMARCKII. *Kunth.* (En. I. 362.) Culmo bipedali et ultra; foliis longissimis latiusculis firmis acutis glabris; vaginis scabris; ligula brevi lacera; paniculae diffusae radiis asperrimis; spiculis compressis obtusis sub-5-floris, corollis exquisite striatis. P. striata *Lam.* ill. 183. (nec *Michx.*) Iterum ab Autoribus Fl. am. neglecta species. An. P. nervata *Willd.* Am. sptr.

163. P. STOLONIFERA. *Mhlbrg.* (Descrpt. p. 139.) Culmo geniculato (3-pedali) subscabro stolonifero, stolonibus compressis; foliis lineari-lanceolatis margine scabris, basi undulatis; vaginis carina scabris; ligula inferiore obtusa, superiore elongata acuminata; paniculae diffusae radiis verticillatis vel aggregatis angulatis scabris; spiculis trifloris; glumis inaequalibus 3-nerviis; flosculo dorso carinato 3-nervio basi villoso. P. trivialis *Lin.* sec. *Torr.* sed vix, omnino vero *Autor.* Fl. Am. sptr. ♃ Am. sptr.

164. P. SYLVESTRIS. *Gray.* (Manual. 596.) Culmo complanato gracili erecto (2—3-pedali); foliis linearibus pallidis, culmeis internodio brevioribus (2—4'' longis); ligula brevi; panicula longe pedunculata pyramidali, ramosissima, ramis adscendentibus patentibus (1—2-pollicaribus) supra medium floriferis; spiculis 2—3-floris saepe pedicello brevioribus; flosculis oblongis obtusis subdistincte nervosis dense sericeo-villosis per totam longitudinem carinae et marginum. An eadem ac praecedens? sec. *Gray.* Am. septr.

165. P. DEBILIS. *Torr.* (ex *A. Gray.* Man. 596.) Culmo tereti gracili debili (1 1/2—2-pedali); foliis culmeis 3—4, linearibus brevibus obtusis; panicula gracili debili, radiis paucis geminis vel infimis ternis; spiculis 2—4-floris (vix 2''' longis, pallide viridibus); glumis acutis glabris; floribus lato oblongis obtusissimis glabris excepta basi parce pilosa. Am. sptr.

166. P. NUTKAENSIS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 272.) Radice fibrosa; culmo erecto tereti (6—8-pollicari); foliis anguste linearibus convolutis acutis vaginisque glabris; ligula ovata obtusa; panicula erecta contracta stricta (4-pollicari) superne simplicissima, inferne ramis binatis; rhachi scabra; spiculis linearibus (5''' longis) utrinque (obtusis? an) acutis sub-octo-floris; flosculis liberis demum patentissimis; glumis ovatis inaequalibus glabris; valvula inferiore 5-nervia ovata acuta. ⊙ Sinus Nootka.

167. P. EMINENS. *Presl.* (l. c. 273.) Radice repente fibrosa; culmo tereti superne nudo (1 1/2-pedali) glabro; vaginis inferioribus scabris; foliis planis linearibus (4'' longis, 4''' latis) margine scabris; panicula erecta simplici contracta densiuscula (5—6-pollicari) spicaeformi; rhachi ramisque alternatim fasciculatis glabris; spiculis ovatis 5—6-floris (4''' longis); glumis ovatis 3-nerviis aequilongis; flosculis basi villo stipatis; valvula inferiore ovata scabra 5-nervia acuta. ♃ Sinus Nootka.

168. P. CALIFORNICA. (*Steud.*) Radice repente, filiformi culmo foliis breviore simplici ad paniculam usque vaginato; vaginis albo-membranaceis foliisque convoluto-filiformibus glabris et laevibus; paniculae ovatae vel ovalis densae spicaeformis radiis geminis brevibus inaequalibus; spiculis ovatis compressis trifloris pallidis; valvulis acutis liberis dorso parce ciliolatis, interiore acute carinata 5-nervia. ♃ Hrbr. *Lindley* nr. 47. P. Douglassi *Nees* mpt. (quae denuminatio bis occurrit hinc mutata.) California.

169. P. COLUMBIENSIS. (*Steud.*) Culmo humili foliisque linearibus angustis glabris, ligula foliorum inferiorum truncata, superiorum lanceolata elongata; panicula laxa patula, radiis filiformibus geminis, infimis apice oligostachyis, superioribus monostachyis; spiculis ovatis sub-7-floris, flosculis alternis rhachillaque glabris, supremo incompleto; valvula inferiore oblongo-lanceolata acutiuscula obsolete 5-nervia, carina scabriuscula (colorata). ♃ P. Douglassii *Nees* mpt. *Douglas* legit ad flumen Columbia.

170. P. MODESTA. *Tuckerm.* (*Sillim.* Journ. Tom. 45. p. 45.) Culmo basi geniculato ramoso compresso glabro (spithamaeo); foliis linearibus tenuiter striatis rigidiusculis supra scabris (3—4'' longis, 1/2''' latis); vaginis striatis scabriusculis; ligula conspicua membranacea truncata erosa, demum irregulariter laciniata; panicula stricta vix

demum oblonga (6—9-pollicari), radiis solitariis filiformibus, radiolisque ramosis rhachique scabris; spiculis sparsis breviter pedicellatis (pedicellis 1—3-linealibus) bifloris; glumis inaequalibus oblongo-lanceolatis tenuissime striatis obtusis erosis glabris; flore inferiore sessili majore lanceolato enervi, carina inferiore versus apicem scabriuscula, eroso glabro ad basin interiorem pedicello florem alterum minorem fulciente instructo; caryopsi ovata fusca. Poa? uniflora *Mhlbrg.* gram. 151. Cambridge.

IX. *Species Novae Hollandiae.*

171. P. AUSTRALIS. *R. Br.* (Prodr. 179.) Culmo compresso (palmari et ultra); foliis setaceo involutis scabris, intus basi tomentosis; vaginis glaberrimis ore tomentoso-ciliatis; panicula effusa vel subcontracta; spiculis 5—6-floris lanceolatis; glumis scabris; valvula exteriore basi truncata. Arundo poaeformis *Labil.* N. Holl. t. 35. N. Holl.

172. P. LABILLANDIERI. *Steud.* Culmo subprolifero ramoso; geniculis superioribus foliiferis; vaginis exterioribus interiores involventibus, omnibus glabris ore abrupte foliiferis glabris; ligula vix ulla foliis convoluto-filiformibus retrorsum scabris longissimis (pedalibus et ultra, culmo parum brevioribus); panicula erecta subcontracta (3—4-pollicari); radiis capillaribus inaequalibus 3—5-nis, supremis solitariis, supra basin floriferis; spiculis subtrifloris; glumis scabriusculis flosculo brevioribus; valvula inferiore 5-nervia basi floccoso-pilosa. (Mirum hanc plantam ex Hrbo. *Labillandieri* descriptam in ejus operibus desiderari, vix enim praecedentis videtur tantum varietas ramosa prolifera.) N. Holl.

173. P. IMPLEXA. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 388.) Radice fibrosa; culmo tenui gracili pubescente ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); foliis involuto-setaceis (4—8-pollicaribus) scaberrimis glaucescentibus; ligulis brevissimis vel vix ullis; paniculae subpatulae radiis 2—4 vel pluribus filiformibus scabris inferne nudis; spiculis 3—6-floris; flosculis subdistantibus; glumis ovatis acutis; perianthiis distincte nervosis pubescentibus carina basi pilosulis. P. australis *Sieb.* Hrbr. nr. 77. P. Sieberiana *Spr.* P. Sprengelii *Kunth.* P. imbecilla *Spr.* sec. *Trin.* N. Holl. N. Zeeland.

174. P. LAEVIS. *R. Br.* (Prodr. 179.) Radice fibrosa; culmo erecto stricto (2-pedali) glabro; foliis setaceo-involutis, vaginisque laevibus; ligula brevissima; paniculae subcontractae radiis inaequalibus strictis brevioribus a basi, longioribus supra medium floriferis; spiculis glaucescentibus 4—5-floris; glumis scabris, perianthii valvula exteriore basi parce lanata apice scariosa. Ins. Van Diemen.

175. P. PORRANTHA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; foliis radicalibus fasciculatis, extus annotinis emarcidis basi dilatatis cinctis; recentibus convolutis angustissimis acuminatis glabris, basi cum ore vaginarum pilosis, culmeis culmum erectum rigidulum (5—7-pollicarem) superantibus; panicula contracta racemosa; racemulis solitariis vel 2—4 confertis interrupte distantibus; spiculis 3—7-floris; valvulis utrinque uninerviis acutiusculis undique glabris. Ex hrbo. *Urville.* Port-Jacks.

176. P. PLEBEIA. *R. Br.* (l. c.) Foliis planiusculis supra scabris, subtus vaginisque laevibus; ligula brevissima; panicula effusa; spiculis 5—6-floris lanceolatis; glumis scabris; perianthii valvula exteriore carina marginibusque basi lanatis. N. Holl.

177. P. SAXICOLA. *R. Br.* (l. c.) Foliis planis, ligula mediocri imberbi; panicula coarctata simplici; spiculis 3—4-floris lanceolatis; glumis laeviusculis margine pubescentibus; perianthii valvula exteriore basi nuda, marginibus pubescentibus. N. Holl.

178. P. EFFUSA. *Nees.* (in *Hook.* Lond. Journ. II. 418. sub: P. saxicola β effusa.) Culmis basi fasciculatim ramosissimis adscendentibus filiformibus flaccidis (5—10-pollicaribus); foliis perangustis planis (siccis) complicato-filiformibus scabris culmo brevioribus; vaginis compressis scabris, ore nudis; ligula rotundata glabra; panicula patente vel patentissima, radiis capillaribus 1—3 compositis simplicibusve a medio ad apicem floriferis; glumis ovatis acutiusculis margine subtilissime pubescentibus, superiore minore; flosculis distantibus viridibus; valvula inferiore oblongo-lanceolata obtusa 5-nervia, carina et margine brevissime lanuginosa. Variat: panicula simplici contracta cum tota planta minore, quae probabiliter vera P. saxicola *R. Br.* Ins. Van Diemen.

179. P. AFFINIS. *R. Br.* (l. c.) Foliis planis paginis laevibus; ligula brevissima; panicula subeffusa; spiculis 4—5-floris lanceolatis; glumis scabriusculis, perianthii valvula exteriore basi nuda, marginibus pubescentibus. N. Holl.

180. P. NODOSA. *Nees.* (in *Lehm.* Pl. Preiss. II. 105.) Radice repente nodosa; foliis elongatis scabris, ligula ovata exserta; paniculae contractae radiis 3—4 filiformibus scabris inferne longo tractu nudis; spiculis ovali-oblongis 4-floris; pedicellis spicula subduplo brevioribus; valvula inferiore distincte nervosa ad carinam et latera inferne villosula, apice scariosa obtuse denticulata. N. Holl. occ. austr.

181. P. SERPENTUM. *Nees.* (l. c.) Culmo obliquo laevi (2-pedali); foliis angustis planiusculis demum convolutis culmum aequantibus; ligula brevissima; panicula effusa vel etiam angusta contracta; spiculis 4—5-floris lanceolatis; glumis scabris; flosculis basi carina et margine glabris liberis; valvula exteriore apice scariosa truncato-obtusa. N. Holl. occ. austr.

182. P. DRUMMONDIANA. *Nees.* (in *Hook.* Lond. Journ. II. 418.) Radice repente nodosa; foliis convoluto-filiformibus elongatis retrorsum scaberrimis; ligula brevi truncata; paniculae contractae radiis geminis scaberrimis a medio floriferis; spiculis ovatis turgidiusculis (e viridi et purpureo-variis) 5-floris scabris pedicello 3—4-plo longioribus; valvula infera flosculorum distincte nervosa, carina marginibusque basi subpubescentibus, apice obtusa scariosa erosulo-denticulata. ♃ Ad fluv. Cygnor.

183. P. COGNATA. *Steud.* Culmo basi bulbis 2 superpositis suffulto erecto glabro laevi; vaginis infimis solutis elongatis striatis glabris basi subamethystinis; ligula brevi obtusa; foliis infimis planis angustis superne angustioribus apice convoluto-setaceis (usque pedalibus et ultra, vix 1″ latis) culmeis vaginis arctis insidentibus sensim minoribus omnibus vix scabriusculis; panicula oblonga (3″ alta, 1″ lata) radiis subverticillatis capillaribus scabriusculis basi longe nudis apice divisis; pedicellis quam spiculae longioribus vel brevioribus, spiculis oblongis sub-5-floris sub lente validissima puncticulato-asperulis, caeterum omnino glabris subnitentibus; glumis oblongis acutiusculis flosculo infimo brevioribus; valvula inferiore 3—5-nervia apice brevi membracea leviter violascente obtusa. An eadem cum praecedente, cui numerus *Drummondii* non est additus; nostra est collect. IV. nr. 589. N. Holl.

184. P. HOMOMALLA. *Nees.* (in *Lehm.* l. c.) Culmo simplici (pedali et ultra) stricto compresso; foliis angustis planis, vaginis ancipitibus striatis; ligula ovata obtusa; paniculae angustae (1—2-pollicaris) radiis alternis a medio floriferis, radiolis spiculisque subsecundis; pedicellis spicula brevioribus crassiusculis; spiculis subtrifloris oblongis; glumis laeviusculis acutis glabris; valvula inferiore 5-costata, nervo dorsali inferius sericeo-scabro. N. Holl. occ. austr.

185. P. URVILLEI. *Steud.* Culmo erecto stricto glabro tereti ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); foliis angustissimis convolutis strictulis culmum aequantibus laevibus; vaginis radicalibus membranaceis solutis; ligula vix conspicua; paniculae elongatae (4—6-pollicaris) subnutantis radiis verticillatis inaequalibus, brevioribus a basi — longioribus plus minus supra basin floriferis; spiculis 3—6-floris; valvulis subpatulis apice scariosis basi et margine dense lanatis 2—3-

nerviis. Ex Hrbo. *Urvillei* (cfr. Eragrostis eximia). Port Western.

186. P. PORPHYROCLADOS. *Nees.* (l. c.) Culmo binodi (1 1/2-pedali); foliis setaceo convolutis strictis scabris culmo brevioribus; vaginis ore membranaceo bilobis nec barbatis; paniculae contractae radiis inferne simplicibus scabris; spiculis 4-floris oblongis coloratis; glumis scabris; valvula inferiore distincte 5-nervia obtusiuscula, carina puberula basi lanata. N. Holl. occ. austr.

187. P. ANCEPS. *Forst.* (Prodr. 43.) Culmo ancipiti; panicula diffusa; spiculis 5-floris acutis basi pubescentibus. An P. australis *R. Br.?* N. Zeelandia.

188. P. CAESPITOSA. *Soland.* (*Forst.* Prodr. 498.) Culmis caespitosis e basi subtuberosa strictis foliosis (1 1/2—2-pedalibus); foliis convolutis glabris culmum superantibus; paniculae aequalis subdiffusae radiis subadpressis; spiculis ovatis 4-floris (sub-) pubescentibus. N. Zeeland.

189. P. HYPOPSILA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo tenui (pedali et ultra) foliisque angustissimis (vix 1/2''' latis) complicatis flaccidulis glabris; vaginis striatis; ligula tenui pellucido-membranacea; panicula elongata tenui contracta (4—6-pollicari); radiis subverticillatis inaequalibus racemosis; spiculis laxe-4-floris; glumis valde inaequalibus lanceolatis, inferiore duplo utraque flosculis pluries breviore; valvula inferiore 3—5-nervia, carina setuloso-scabra et omnino scabriuscula, basi parce pilosa. N. Zeeland.

190. P. MONTICOLA. *Gaudich.* (in Freyc. it. 408.) Culmis erectis simplicibus; vaginis foliisque glabris, convolutis apice rigidis collo barbatis; paniculae longissimae radiis erectis filiformibus; spiculis 5—10-floris lineari-oblongis glabris. Ins. Sandwic.

191. P. RAMOSISSIMA. *Hook.* Culmo radicante ramoso undique folioso; foliis (sub florescentia plurimis delapsis) anguste linearibus flaccidulis culmum superantibus laevibus glabris; ligula lanceolata acuta vel fissa; panicula simplici subracemosa; radiis abbreviatis validulis; spiculis 5—7-floris; glumis flosculis brevioribus; margine crispulis; valvula inferiore obscure 5-nervia basi floccoso-pilosa. Ins. Aucland. Compellianae.

Patria dubia.

192. P. MELICOIDEA. *Link.* (Hort. 186.) Culmo rigido (4-pedali); vaginis laevissimis longissimis; ligula longa scabra rigida bipartita vel lacera; foliis demum convolutis; paniculae elongatae (pedalis) radiis brevibus subsolitariis ad basin usque laxiuscule floriferis scabris; spiculis 3-linealibus; glumis subaequalibus lanceolatis glabris; valvula exteriore exarato-trinervia obtusissima scabra, margine brevissime pilosa basi nuda. ♃ — —

DISSANTHELIUM. *Trin.* Panicula; spiculae biflorae; flosculi subchartacei glumis aequalibus herbaceo-membranaceis breviores; valvula inferior uninervia glabra mutica; callus cum rhachi nudus; caryopsis libera dorso sulcata antice subangulata.

1. D. SUPINUM. *Trin.* (Linn. X. 305.) Sine descriptione. De genere addit: Genus ab Aira praeter habitum alienissimum differt: caryopsi libera antice angulata; a Poa, cui habitu similius, glumis flosculis longioribus; ab utraque valvula inferiore uninervia. Cerro de Pasco. Chili.

ERAGROSTIS. *Beauv.* Panicula plus minus composita vel decomposita, quandoque spicaeformis vel racemosa; spiculae bi—multiflorae, magis minusve complanatae; glumae 2 spicula breviores muticae uninerviae deciduae, flosculi bivalves; valvula inferior carinata (saepe) 3-nervia; superior reflexa plicata bifido-dentata vel integra ciliata, diutius persistens; lodiculae 2; stamina 2—3; styli 2; stigmata plumosa; seminis scutellam ipso dimidio brevius.

* Ordo specierum.

1. Species Europaeae. nr. 1—6.
2. Species Asiaticae. nr. 7—69.
3. Species Africae septentrionalis et mediae, Abyssiniae, Senegambiae. nr. 70—98.
4. Species Africae australis et Insularum. nr. 99—131.
5. Species Americae septentrionalis. nr. 132—149.
6. Species Americae australis. nr. 150—221.
7. Species Australasiae. nr. 222—243.
8. Species patriae dubiae. nr. 244—245.

I. *Species Europaeae.*

1. E. PILOSA. *Lin.* (sub: Poa.) Radice fibrosa; culmo erecto basi geniculato vel procumbente glabro (1—2-pedali); foliis linearibus planis acuminatis (2—5'' longis, 1''' latis) raro convolutis, vaginisque glabris ad exortum utrinque fasciculato-pilosis; paniculae floriferae contractae demum patulae lucidae (4—8-pollicaris) radiis pluribus semiverticillatis solitariisque, plus minus longe supra basin compositis, inferioribus ad basin pilosis; spiculis pedicellum plus minus aequantibus elliptico-linearibus 5—7—plurifloris; flosculis ovatis acutiusculis subpellucidis, nervo laterali obsoleto; valvula superiore parum breviore, plus minus evidenter serrulata. *Host.* Gram. II. t. 68. Variat: vaginis ad oras vix pilosis vel omnino nudis vel radiis paniculae nudis. ⊙ Europ. austr. As. media. Amer. Afr. sptr. Nubia.

2. E. VERTICILLATA. *Cav.* (Icon. I. t. 93. sub: Poa.) Culmo basi infracto subramoso vel ramosissimo; foliis vaginisque glabris, his ore barbatis; paniculae patulae radiis capillaribus flexuosis, inferioribus verticillatis ad axillas subbarbatis; spiculis linearibus acutis 7—11-floris; gluma inferiore minuta; valvula inferiore obtusa 3-nervia. ⊙ (cfr. E. punctata nr. 17.) Hispan. Lusit. Brasil. Nubia.

3. E. POAEOIDES. *Beauv.* Radice fibrosa; culmo caespitoso ramoso (1/2—2-pedali et ultra) plus minus glaucescente; vaginis glabris ore barbatis; foliis planis lanceolatis acutis glabris aut cum vaginis sparsim pilosis; paniculae patentis radiis solitariis vel binis a basi vel superius floriferis; axillis nudis; spiculis pedicello plerumque multo longioribus elliptico-linearibus 8—50-floris; flosculis ovatis obtusiusculis vel (in majoribus) brevissime mucronulatis emarginatis, nervo laterali valido. Variat: α. major; spiculis multifloris latioribus; flosculis plerumque mucronulatis, (saepe vero in uno eodemque specimine mucronatis et obtusis.) Briza Eragrostis *Lin. Schreb.* Gram. 2. t. 39. Eragrostis major *Host.* Gram. IV. t. 24. β. minor; tenuior, spiculis minoribus circiter 10-floris, flosculis (plerumque) muticis. E. poaeoides *Beauv.* Agr. t. XIV. f. 11. Poa Eragrostis *Lin. Host.* l. c. II. t. 69. ⊙ Europ. austr. media. Asia. Afr. Amer.

4. E. LEERSIOIDES. *Presl.* (Gram. Sicul. 44. sub: Megastachya.) Radice fibrosa, culmo erecto, vaginis glabris; ligula pilosa; foliis planis paniculam excedentibus; paniculae contractae radiis glabris; spiculis ovatis 2—4-floris. ⊙ Sicilia.

5. E. TRITICEA. *Presl.* (l. c. 45. sub: Megastachya.) Culmis diffusis; foliis planis; ligula exserta; panicula spicata simplici; rhachi universali inferne complanata; spiculis ovalibus distichis compressis sessilibus 6-floris; valvulis 3-nerviis. ⊙ Sicilia.

6. E. PAPPOSA. *Dufour.* (in *R. S.* II. 585. sub: Megastachya.) Culmis basi procumbentibus (1 1/2-pedalibus); foliorum vaginis apice papposo-pilosis; foliis striatis; panicula patente; pedicellis flexuosis; spiculis sub-6-floris; glumis inaequalibus basi violaceis apice albidis. An cum binis praecedentibus E. poaeoides *Beauv.* var. Hispan.

II. *Species Asiaticae.*

Huc etiam: E. pilosa nr. 1. E. poaeoides nr. 3. E. abysinica nr. 71.

7. E. SUAVEOLENS. *Becker.* (Beitr. z. Kenntn. des Russ. Reichs VIII.) Annua glabra; culmo erecto (bi-

pedali); ligula linea villosa; panicula ampla ramosissima latissima in fructu divaricata; radiis basi nudis; pedicellis elongatis capillaceis; spiculis linearibus 10—16-floris; glumis obtusiusculis; valvula exteriore acuta trinervia: caryopsi (sub lente) tenuissime longitudinaliter striata. ⊙ Asia minor. Sarepta.

8. E. COLLINA. *Trin.* (Act. Petrop. 1831. 413.) Radice valida fibrosa; culmo erecto arundinaceo (1½—3-pedali) glabro; foliis radicalibus junioribus convolutis, adultis et culmeis planis lineari-lanceolatis acutatis subcoriaceis glaucescentibus; ligula ciliari brevissima; vaginis internodio brevioribus ore nudis; paniculae amplae (4—8-pollicaris) radiis nunc verticillatis nunc alternis solitariis basi longe nudis, superne plus minus dense composito-ramosis; spiculis brevibus subadpresso pedicellatis oblongis 2—5-floris; flosculis lineari oblongis acutiusculis obsolete nervosis nudis, valvulis subaequilongis laeviusculis. Aira arundinacea *Lin.* Poa arundinacea *Link.* Poa tatarica *Fisch.* in *Bess.* Catal. Krmnz. supl. 13. ⊙ Caucas. Persia.

9. E. MOSSULENSIS. *Steud.* Radice fibrosa tomentosa caespitifera; culmis geniculato-erectis (1—2-pedalibus) cum tota planta glaberrimis laevissimis, foliatis; foliis angusto-linearibus elongatis (½—1' longis, vix 1''' latis); vaginis imberbibus; ligula brevissima ciliari; paniculae elongatae pyramidatae (5—8-pollicaris) radiis semiverticillatis erecto-patentibus strictis, nunc a basi nun superius divisis et floriferis laevissimis; spiculis brevi pedicellatis (pedicellis spiculas subaequantibus) pallide viridibus ovalibus 5—7-floris, flosculis distinctis; valvula superiore ovata cum inferiore parum minore ad carinas ciliato-scabra. E. namaquensis *Hochst.* Hrbr. Kotschy Alepp. nr. 434. a. non *Nees.* nr. 127. Syria.

10. E. INDICA. *Willd.* (Act. Berol. IV. 194.) Culmo basi ramoso; vaginis barbatis; paniculae contractae laxae radiis capillaribus verticillatis; spiculis 4-floris linearibus glaucis. E. verticillaris *Wight. Arn.* et *Nees* Glumac. ind. or. var. indica. ⊙ Java. Ind. or.

11. E. SECUNDA. *Nees.* (mpt.) Collo radicis fibroso; culmo adscendente terti filiformi; foliis linearibus convoluto-filiformibus subulatis; spica simplici; spiculis secundis homomallis subimbricatis a basi laxiore ad apicem spicae 4—12-floris ovalibus compressiusculis; glumis inaequalibus; valvula inferiore ovata attenuata acutiuscula punctata leviter trinervia. Zeylon.

12. E. BIFARIA. *Vahl.* (Symb. 2. 19. sub: Poa.) Glabra; culmis erectis simplicibus gracilibus (1—2-pedalibus); foliis carinato-complicatis rigidis glaucescentibus glabris; vaginis carinatis; spica stricta simplici unilaterali-disticha; spiculis sessilibus alternis lineari-lanceolatis compressis; inferioribus 4—11- superioribus 15—17-floris. *Kunth.* Gram. I. t. 80. Ind. or.

13. E. CRETACEA. *Nees.* et *Arn.* (mpt.) Radice longe fibrosa caespitifera; culmis erectis humilibus (3—5-pollicaribus) compressis: foliis angustis complicatis glabris; spica simplici rigida undata marginata; spiculis secundis distichis incumbentibus 4-floris subovalibus utrinque convexis fere cartilagineis; glumis aequalibus ad carinam bisulcis; valvula inferiore ovata obtusa angulato-trinervi, nervis crassiusculis tumidulis. Hrbr. *Lindl.* nr. 60. Madras.

14. E. COROMANDELINA. *Roth.* (N. pl. sp. 70. sub: Poa.) Radice fibrosa caespitosa; culmis filiformibus teretibus laevibus (pedalibus et ultra) erectis; foliis convoluto-setaceis laevibus; spicae laxae secundae (4—5-pollicaris) oblongae compresso-planae compositae spiculis alternis distichis sessilibus in rhacheos foveis, lanceolatis nitidis compresso-planis multi (16—32-) floris erecto-patulis, inferioribus-remotioribus, superioribus approximatis et non raro secundis. Eadem ac E. bifaria *Vahl.* sec. *Trin.* Ind. or.

15. E. CYNOSUROIDES. *Retz.* (Obs. IV. p. 20. sub: Poa.) Radice repente; culmo valido basi vaginis emarcidis imbricatis tecto incrassato, subarundinaceo; foliis rigidis planis vel junioribus radicalibus convolutis; elongatis (4—8-pollicaribus ad ultra pedalibus); ligula ciliari; vaginis eberbibus; racemi compositi conferti elongati (½—2-pedalis) radiis sparsis densis racemosis a basi floriferis; spiculis sessilibus secundis distichis subimbricatis 9—50-floris; flosculis lanceolato-ovatis nitidis obscure nervosis. *Del.* Aegypt. t. 10. f. 3. ♃ Briza bipinnata *Lin.* Aegypt. Arabia. Ind. or.

16. E. CAUDATA. *Nees.* (mpt.) Culmo adscendente ramoso tereti, foliisque linearibus angustis vaginisque scabriusculis, collo vaginarum nudo; panicula supradecomposita angusta elongata erecta; radiis per intervalla approximatis indeque subverticillatis a basi fasciculatim divisis patentibus densifloris brevibus omnibus interstitia aequantibus aut superantibus; axillis nudis, excavatis; spiculis patentibus ovatis 6—8-floris; pedicellis spiculam subaequantibus; valvula inferiore membranacea obtusa 3-nervia, nervo laterali basin versus elevato plicaeformi margini propinquo, superiore valvula nuda; caryopsi oblonga basi attenuata. Variat (monstrositas?) paniculis ad basin caespitis multis aggregatis subradicalibus. ♃ Nepal. China.

17. E. PUNCTATA. *Lin.* (sub: Poa.) Culmo erecto (sub-) simplici tereti (6—9-pollicari); foliis parvis glabris; vaginae ore barbatis; paniculae oblongae radiis simplicibus expansis, inferioribus verticillatis; spiculis remotiusculis linearibus 12—14-floris glabris; semine oblongo. Eragrostidi verticillatae (nr. 2.) proxima ejusque forsan var. Ind. or.

18. E. NUTANS. *Retz.* (Obs. IV. 19. sub: Poa.) Culmo erecto simplici glabro (3—5-pedali); foliis angustis elongatis scabris; paniculae lineari-contractae (1—2-pedalis) radiis filiformibus solitariis binis vel pluribus approximatis adpressis; spiculis 8—14-floris pedicellatis glabris; semine oblongo. Eragrostis nutans *Roxb.* Fl. ind. 337. Ind. or.

Roth n. pl. sp. 64 addit: corollae valvula exteriore ovata acuta concava margine apiceque recta (nec apice deflexa et margine reversa uti in *Retzio* sed) interior e margine reflexa glabra.

19. E. STRICTA. *Roth.* (N. pl. sp. 68. sub: Poa.) Culmo tereti glabro nitido intra paniculam sulcato-angulato; foliis linearibus sulcatis dorso nervis elevatis asperis, exsiccatione convolutis; vaginis glabris; ligula margo cartilagineus; panicula oblonga contracta densa aequali (fere pedali), radiis fasciculatis erectis densis angulosis scabris; spiculis compressis parvis linearibus (sordide albis), in radiis inferioribus 5—6- in superioribus 10—12-floris; flosculis oblongis obtusis sessilibus liberis; valvula exteriore oblonga obtusa apice (ad lentem validam) serrulata, tricostata, ad costas aspera. Praecedentis var. *Trin.* Ind. or.

20. E. ELONGATA. *Jacq.* (Ecl. Gram. t. 3.) Culmo simplici gracili (1½—2½-pedali) glabro; foliis glaucescentibus margine scabris; ligulis abbreviatis ciliatis; paniculae elongatae (8—10-pollicaris) nutantis radiis patentibus distantibus abbreviatis; spiculis linearibus obtusis (glaucis vel subpurpurascentibus) 7—11-floris adpressis; glumis diaphanis inaequalibus uninerviis, flosculis liberis acutis (coloratis) 3-nerviis. E. brasiliensis var. *Nees.* ♃ Ind. or.

21. E. UNIOLOIDES. *Nees.* (mpt.) Rhizomate repente; culmo ramoso adscendente nodisque glabris; ligula brevissima: foliis lanceolato-linearibus basi ciliatis vel pilosulis; panicula racemoso-decomposita oblonga densiuscula erecta, radiis plerisque solitariis a basi divisis pedicellisque longis gracilibus patulis; axillis nudis; spiculis ovatis 4—20-floris pallidis varius purpureis; flosculis arcte imbricatis inferioribus [illegible]; valvula inferiore ovato-oblonga acuta 3-nervia, nervo laterali plicaeformi elevato; caryopsi oblonga. Poa uniloides *Retz.* non *Roxb.* Poa amabilis *Lin.* cognata et forsan P. amabilis *Hassk.* Pl. jav. rar. 36. Java.

22. E. AMABILIS. *Lin.* (sub: Poa.) Foliis gramineis strictis ad angulum acutum exeuntibus; panicula patente; spiculis octofloris (18-floris in syst. Veget.) linearibus. *Pluck.* Alm. t. 300. f. 2. Species vexata ad plures alias relata P. Eragrostodi maxime affinis dicitur a *Linaeo* ab aliis cum E. rubente *Lam.* vel E. poaeoidi vel E. atrovirente et sequente comparatur. Forsan melius delenda species; cfr. caeterum de reliquis affinitatibus et forsan varietatibus *Hassk.* Pl. jav. rar. 36. Ind. or.

23. E. CONFINIS. *Nees.* (mpt.) Radici capillari; culmo gracili simplici laxo cum nodis foliisque linearibus glabris; ore vaginarum barbato; panicula composita brevi; radiis alternis fere a basi florentibus, basi glabris; spiculis subsessilibus late ovatis 4—14-floris purpurascentibus (vix 2''' longis, basi 1 1/2''' latis); flosculis arcte imbricatis, basi ad latus barbatulis, inferioribus deciduis; valvula inferiore late ovata, sursum paulo latiore obtusa chartacea nervis distinctis, lateralibus margini approximatis. Praecedenti et E. poaeoidi dicitur proxima. ⊙ Ind. or.

24. E. SPARTINOIDES. *Steud.* Culmo tereti tenui cum nodis vaginis foliisque angustissimis glabris; panicula interrupte racemosa, radiis subfasciculato-alternis 2—4-nis spiculis compressis linearibus (sordide-flavescentibus) 12—30-floris, flosculis obtusiusculis, valvula exteriore 3-nervia margine tenuissime membranaceo albida, carina (sub lente validissima) ad nervos asperula, apice integra. Hrbr. *Cuming* nr. 668. Ins. Phil pp.

25. E. GENICULATA. *Nees. Meyen.* (N. act. N. C. XVII. supl. I. 203.) Radice fibrosa, culmis decumbenti-adscendentibus simplicibus (pedalibus et ultra) geniculatis; vaginis margine oreque ciliatis; foliis anguste linearibus (2—3'' longis, 1''' latis) attenuatis rigidulis scabris, infimis cum vagina saepe hirsutis; paniculae spicaeformis sursum incrassat e suclavatae (2—3-pollicaris) basi interruptae radiis brevibus solitariis alternis in axillis barbatis, prope a basi divisis densifloris 7—multi-stachyis; spiculis imbricatis ovato-lanceolatis 8—10-floris (2—2 1/2''' longis, pallidis); valvula inferiore mucronata, nervo laterali angulari, superiore breviore margine brevi-ciliata. E. affinis *Nees. Meyen.* teste *Nees* in litt. Ind. or.

26. E. POLYMORPHA. *Willd.* (Act. Ber. IV. 194. sub: Poa.) Foliis angustis planis vel subinvolutis glabris; ligula ciliari barbatula; vaginis barbatis, paniculae patulae lucidae radiis solitariis a basi compositis, axillis nudis; pedicellis spicula brevioribus et longioribus; spiculis ovatis imbricatis eleganter pectinatis 10—12-floris; flosculis ovatis acutiusculis distincte nervosis; valvula superiore subaequilonga, utraque apice ciliata. Ind. or.

27. E. ZEYLANICA. *Nees.* (l. c. 204.) Culmo simplici adscendente gracili; foliis strictis complicato-subulatis laevibus margine baseos ciliatis; paniculae compositae radiis brevibus alternis subsimplicibus prope a basi florentibus, axillis nudis; spiculis approximatis subsessilibus lineari-lanceolatis multi- (8—30—40-) floris pallide purpurascentibus; valvula inferiore ovata acuminata trinervia aequata, superiore subduplo minore margine ciliata. ⊙ Zeylon.

28. E. RUBENS. *Lam.* (Ill. t. 45. f. 2. sub: Poa.) Culmo gracili glabro; foliis brevibus acutis glabris; vaginis ore fasciculo pilorum munitis; paniculae patulae patentis radiis brevibus capillaribus ramosis; spiculis ovatis obtusis 12—18-floris (albido-flavis vel purpureis); valvulis glabris ovatis. An Poa amabilis *Lin.* Ind. or.

29. E. RIPARIA. *Willd.* (Act. Berol. IV. 185. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmis subramosis erectis caespitosis (4'' usque, 1 1/2' altis); foliis canaliculato-convolutis rectangule-patentibus; panicula coarctata stricta; spiculis oblongis 6-floris; flosculis obtusis liberis, valvula corollae interiore margine ciliata. E. ciliaris β. *Trin.* Ind. or.

30. E. CILIARIS. *Lin.* (sub: Poa.) Radice fibrosa; culmo a basi ramoso (nunc brevissimo 1—2-pollicari, nunc 1—1 1/2-pedali) basi geniculato; foliis angustis linearibus patentibus; vaginis ore barbatis quandoque ex toto pilosis, saepius glabris; paniculae thyrsiformis coarctatae (nunc vix 1/2 nunc 3—5-uncialis, nunc continuae, nunc interruptae) radiis brevissimis — raro elongato-patulis — a basi compositis; spiculis oblongis 6—20-floris brevissime pedicellatis; flosculis obtusiusculis; valvula inferiore longiore mucronata 3-nervia rari — superiore longe ciliata (pilis demum deciduis). *Jacq.* Ic. rar. t. 304. ⊙ Ind. or. Senegamb. Afr. austr. et med. Am. austr. N. Holl.

31. E. MANGALORICA. *Hochst.* (in Hrbo. *Hohenackr.* ind. or. nr. 262.) Culmo erecto geniculato (pedali et ultra) cum nodis foliisque brevissimis (1—2'') glabris; vaginis ore pilosis; paniculae contractae (2'' longae, 1/2—3/4'' latae) radiis solitariis irregulariter in rhachi distributis, fere a basi floriferis non pilosis; spiculis 8—14-floris (rufescentibus), valvulis margine ciliatis ovatis obtusis carina laevibus latere uninerviis. Ind. or.

32. E. CILIATA. *Nees.* Culmis erectis rigidis glabris (1—2-pedalibus); foliis ad vaginae os pubescentibus; panicula columnari (2—4-pollicari) ad radiorum insertionem pilosa; spiculis 6—12-floris; valvula exteriore trinervia cuspidata marginibus ciliata; semine obovato globoso glabro fusco. Poa ciliata *Roxb.* Fl. Ind. I. 336. Ind. or.

33. E. RUPESTRIS. *Roth.* (N. pl. spec. 71. sub: Poa.) Radice bulbosa fibrosa; culmo adscendente erecto subramoso (1 1/2-pedali); foliis linearibus nervosis vix scabriusculis; vaginis ad oras et margines pilosis; ligula barbata; paniculae subcylindricae obtusae basi interruptae (2—3-pollicaris) radiis densissime compactis brevissimis basi barbatis; spiculis 8—10-floris laxe imbricatis; flosculis sessilibus mucronatis laxis; valvula interiore lanceolata dorso pilosa, exteriore ovato-lanceolata carinata trinervia margine subciliata, nervo dorsali in mucronem brevem exeunte. E. ciliaris var. *Trin.* Ind. or.

34. E. HASSKARLI. (*Steud.*) Culmo compressiusculo, foliis oblongo-lanceolatis et vagina purpurascentibus hirsutis; paniculae patentissimae radiis gracilibus scabriusculis; spiculis oblongis, valvulis longiter et retrorsum patenti-ciliatis. Poa ciliatis *Hassk.* H. Bogor. p. 18. Vix una praecedentium, quibus affinis. Batavia.

35. E. HAPALANTHA. *Trin.* (Act. Petrop. 1831. 399.) Culmis caespitosis simplicibus et ramosis teretibus glabris; foliis linearibus planis membranaceis interne scabris externe vaginisque glabris; panicula ramosa erecta elongata angusta inferne interrupta; radiis fasciculatis brevibus erecto-patulis scabriusculis; spiculis oblongis 5—8-floris glabriusculis viridulo-albidis; floribus diandris; valvulae superioris carinis hispidulo-scabris; caryopside elliptica laevi. Poa interrupta *Lam.* ill. I. 185. *Kunth.* Gram. 2. t. 188. Ind. or. Ins. Timor.

36. E. MILLEFLORA. *Steud.* Culmo erecto subcompresso glabro (pluri-pedali) foliato; foliis linearibus angustis (pedalibus et ultra, vix 1 1/2—2''' latis) acuminatis scabriusculis: vaginis solutis glabris; ligula brevissima membranacea apice multifida; paniculae pyramidatae longissimae (1—1 1/2-pedalis) radiis irregularibus solitariis vel approximatis (sed semper pseudoverticillatis) erecto-patentibus anguloso-scabris; radiolis capillaribus; spiculis pedicellatis minimis 5—9-floris erectis. Ins. Timor.

37. E. VISCOSA. *Trin.* (l. c. 397.) Foliis angustis vaginisque glabris; ligula ciliari barbata; paniculae thyrsiformi-contractae elongatae saepe interruptae radiis brevissimis a basi compositis; spiculis oblongis 6—20-floris brevissime pedicellatis, valvula inferiore saepius — superiore parum longiore raro — longe ciliata. Poa riparia *Willd.* sec. *Trin.* sed certe non Eragrostis viscosa *Hochst.* Ind. or.

38. E. TENELLA. *Lin.* (sub Poa uti *Kunth.* Gram. II. t. 147.) Erecta glabra, culmis inferne prostratis ramosis (1—2-pedalibus); foliis laevibus margine scabris ad vaginae faucem pilosis; panicula patenti lineari-oblonga verticillata, pedicellis basi pilosis; spiculis minimis 4—6-floris nutantibus glabris. ⊙ Ind. or. (cfr. E. plumosam et tenellulam.)

39. E. PLUMOSA. *Retz.* (Obs. IV. 20. sub: Poa.) Culmis confertis subramosis glabris filiformibus foliosis; foliis linearibus (1—2″ longis) ad faucem vaginae longe pilosis; paniculae ovato-oblongae diffusae radiis sparsis horizontalibus ad insertiones pilosis, radiolis dependentibus; spiculis pedicellatis 4—6-floris; valvulis interioribus ciliatis. Poa tenella *Lin.* var. *Trin.* Poa decipiens *Link.* ⊙ Ind. or.

40. E. JAPONICA. *Thunb.* (Fl. jap. p. 51 sub: Poa.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici vel ramoso tereti glabro tenuissime striato (1—2-pedali); vaginis striatis ad oras cum basi foliorum tenuissimis pilis longis munitis; nodis glabris; foliis angustis inaequalibus (2—8″ longis, vix ultra ½‴ latis); panicula contracta demum patente ½—1-pollicari, apice nutante; radiis glabris irregulariter dispositis, superioribus solitariis divisis; radiolis capillaribus, pedicellis spiculis longioribus vel brevioribus, his tenuissimis linearibus 5—9-floris; flosculis minimis, praeter nervum carinalem nunc enerviis nunc semitrinerviis, margine et apice (fructiferis fere ex toto) subpellucido membranaceis; achenio obovato glabro luteo-brunneo. Sec. spec. Japonica.

Descriptio *Thunbergii* l. c. in eo tantum recedit, quod auctor: „folia absque ullis pilis ad vaginas" requirit; pili vero adeo sunt teneri, ut incautum observatorem vel oculos inarmatos facile fugere possint. Descriptio *Trinii* in Actis Petrop. VI. I. 405. adeo recedit a nostra planta, nempe: „spiculis subrotundo-ovatis plus minus obtusis, distincte nervosis, valvula apice serrulata" ut sagacissimus observator aliam speciem ante oculos habuisse videatur; sed nulla est in collectionibus Musei Lugd. Batav. nec in *Goeringii*, in quam hae notae quadrent. cfr. caeterum: E. tenellula *Kunth.* infra nr. 224.

41. E. NARDOIDES. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 415.) Radice fibrosa; culmis caespitosis filiformibus subgeniculatis (pedalibus et ultra); foliis filiformibus sparsim pilosis ciliatis; ligula ciliari parce barbata; racemis simplicissimis tenuibus (6—8-pollicaribus); spiculis sessilibus subseriatim alternis secundis elliptico-linearibus 6—8-floris; flosculis ovatis subobsolete nervosis; valvula superiore parum breviore tenere serrulata. Nepal.

42. E. STENOPHYLLA. *Hochst.* (Hrbr. *Hohenack.* Ind. or. nr. 664.) Culmo simplici striato tereti stricto glabro (pedali et ultra) basi praesertim foliato; foliis linearibus angustissimis subconvolutis glabris (2—4″ longis, basi vix 1‴ latis); vaginis striatis ore pilosis; ligula vix ulla brevissima; panicula erecta contracta (4-pollicari); radiis fasciculatis erectis culmo fere adpressis racemoso-paniculatis; spiculis linearibus 12—20-floris; flosculis laxiusculis glabris laevibus, valvula interiore quam exterior duplo angustiore tenuissime serrulata. Canara Ind. or.

43. E. CERNUA. *Willd.* (Act. Berol. IV. 182. sub: Poa.) Culmo geniculato adscendente (bi-pedali); foliis canaliculatis; vaginis fauce pilosis; panicula contracta; spiculis linearibus 12-floris; valvulis corollae exterioribus ovatis obtusis 3-nerviis (apice violaceis). Ind. or.

44. E. LUZONIENSIS. *Steud.* Culmo erecto tenui tereti (pluripedali) glabro; foliis angustis apice convolutis (culmeis 3—4‴ longis, basi vix 1‴ latis); vaginis ore vix pilosiusculis; paniculae contractae elongatae (½—1-pedalis) radiis fasciculatis erectis subdistantibus interstitia superantibus; spiculis longe pedicellatis linearibus compressis 8—12-floris; valvulis exterioribus distincte trinerviis scabris laevibus. Hrbr. *Cuming.* nr 1416. Ins. Luzon.

45. E. PROCERA. *Roxb.* (Fl. Ind. I. 334. sub: Poa.) Culmis ramosis teretibus (3—5-pedalibus); foliis elongatis gracilibus scabris; ligula longa lacera membranacea; paniculae amplae (9—18-pollicaris) radiis elongatis simplicibus filiformibus; spiculis pedicellatis remotiusculis linearibus multifloris. Ind. or.

46. E. KOENIGII. *Kunth.* (En. I. 346. sub: Poa.) Culmis teretibus glabris (1—3-pedalibus) erectis; foliis angustis elongatis scabris glabrisque; paniculae erectae linearis (6—12-pollicaris) radiis brevibus, (inferioribus praesertim) remote fasciculatis, vel binis imo solitariis; spiculis pedicellatis minutis 6—12-floris; valvulis glabris, semine obcordato. Poa interrupta *Koen.* in *Roxb.* fl. Ind. I. 337. non *Roth.* Ind. or.

47. E. MINUTIFLORA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 274.) Culmo erecto tereti striato glaberrimo (bipedali et ultra), nodis rufis glabris; vaginis laxis superne solutis apice rotundato-auriculatis foliisque glabris; ligula margo angustissimus membranaceus; foliis anguste- (1½‴) lanceolatis acutissimis apice scabris; panicula erecta contracta subspicaeformi (12-pollicari); radiis inferioribus alternis solitariis, superioribus verticillatis; spiculis parvis (1‴ longis) linearibus utrinque obovatis 3—6-floris; glumis aequalibus ovatis diaphanis flosculos superantibus uninerviis; valvulis inferioribus trinerviis acutis glaberrimis; superioribus ovatis binerviis apice bidenticulatis. Poa biflora *Retz.* Obs. V. 19. Aira ciliata *Spr.* pugil. I. 7. Ind. or.

48. E. DIARRHENA. (*Steud.*) Radice caespitifera; culmis erectis ramulosis glabris (3—6-pedalibus); foliis elongatis (1—2 pedalibus) in acumen longum attenuatis glabris; paniculae linearis (dimidia totius plantae longitudine) radiis sparsis compositis expansis glabris; spiculis lanceolatis parvis 4—8-floris glabris obtusiusculis diandris. Poa diandra *Roxb.* Fl. Ind. I. 337. (non *R. Br.*) Poa diarrhena *Schult.* Mant. Bengal.

49. E. ELEGANTULA. *Nees.* Culmo erecto simplici glabro (1—3-pedali) tereti; foliis paucis parvis ad faucem barbatis caeterum glabris; paniculae oblongae nutantis radiis solitariis remotiusculis ramosis adpressis; spiculis pedicellatis 8—12-floris (purpurascentibus); corollae valvula exteriore 3-nervia; semine globoso fusco. Poa elegans *Roxb.* Fl. ind. I. 330. Poa elegantula *Kunth.* Ind. or.

50. E. MULTIFLORA. *Roxb.* (l. c. sub: Poa.) Culmo suberecto tereti (6—18-pollicari) glabro; foliis brevibus ad vaginae faucem pilosiusculis; paniculae oblongae (reliquae plantae longitudinem excedentis) nutantis radiis brevibus filiformibus simplicibus; spiculis pedicellatis longissimis linearibus confertis 50—70-floris glabris; glumis glabris obtusis, valvula exteriore trinervia glabra; semine glabro fusco. Ind. or.

51. E. FLEXUOSA. *Roxb.* (l. c. 341. sub: Poa.) Culmo suberecto flexuoso glabro (1½—2-pedali et ultra); foliis planis; vaginis ore pilosis; paniculae ovatae confertae elongatae (plerumque dimidiam plantae longitudinem superantis) nutantis radiis solitariis alternis subhorizontalibus ramosis; glandula in axillis singulis fusca pilosa; spiculis lanceolatis 20-floris; semine fusco glabro. Poa Roxburghiana *Schult.* Mant. Ind. or.

52. E. CUMINGII. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo gracili tereti (½—1-pedali) nodisque glabris; vaginis ore pilosis; foliis angustissimis planis vel subconvolutis (1—2″ longis, vix ½‴ latis); paniculae elongatae laxae radiis remotis abbreviatis, ad insertionem glabris vel pilosulis; spiculis brevi-pedicellatis 12—24-floris; glumis glabris; valvula exteriore obtusiuscula. Hrbr. *Cuming* nr. 672 et 1104. Ins. Philip.

53. E. PANICULATA. *Roxb.* (l. c. sub: Poa.) Culmo suberecto glabro (2—4-pedali); foliis longis ore vaginarum pilosissimis; paniculae oblongae radiis numerosissimis filiformibus expansis ad insertiones pilosis; spiculis longe pedicellatis 4—16-floris; glumis ciliatis; valvula exteriore apice rotundata, interiore dorso obsolete ciliata. Ind. or.

54. E. GANGETICA. *Roxb.* (l. c. sub: Poa.) Culmis caespitosis numerosis ramosis glabris (pedalibus); foliis par

vis glabris; paniculae ovatae rarae radiis remotis alternis subdivergentibus; spiculis linearibus 30—40-floris acuminatis glabris; spiculis inferioribus deciduis; glumis flavis obtusis. Ind. or.

55. E. EUCHROA. *Steud.* Culmo basi ramoso adscendente tereti glabro (ultra pedali); foliis anguste lanceolatis abbreviatis (1—1¾″ longis, basi 1½‴ latis) rigidulis strictis acutis; paniculae ovatae vel ovato-oblongae patentis (2—3-pollicaris) radiis subsolitariis alterris vel oppositis a basi ramosis, pedicellis plerumque unispiculatis brevioribus spiculis oblongo-ovatis 12—24-floris glabris nitidulis fusco-purpureo et albido variis vel rubellis glaberrimis; valvulis subobliquis carinatis nervo prominente, carina margineque asperulis. Hrbr. *Cuming* nr. 2420. E. rubens *Hochst.* in *Hohnkr.* Hrbr. Ind. nr. 133. nec: Poa rubens *Lam.* Variat: culmo pedali, vel multo minore et debiliore. Ind. or. et: culmis dense caespitosis, paniculis minoribus. Hrbr. *Goering* sect. II. nr. 140. Japan an Java.

56. E. MUCRONATA. *Roth.* (N. pl. sp. p. 64. sub: Poa.) Vaginis margine et ad oras barbatis; paniculae aequalis patulae radiis ad basin nudis; spiculis lanceolatis 10—13-floris; glumis abbreviatis; flosculis apice liberis seu patenti recurvis; valvula exteriore obtusa sub apice brevissime mucronulata, interiore dorso nuda Poae Eragrostidi affinis, an potius Eleusines species? *Roth.* Ind. or.

57. E. ROTHII. *Link.* Radice caespitosa fibrosa; culmis erectis (2—3-pedalibus) basi vaginis tectis; foliis linearibus angustis margine scabris; vaginis laxis glaberrimis; ligula margo cartilagineus; paniculae elongatae (pedalis) racemosae sursum attenuatae radiis verticillatis numerosis ramosissimis patulis remotis; spiculis minutis 3—4-floris pedicellatis; flosculis obtusis liberis omnibus pedicellatis; seminibus globosis nitidis. Poa interrupta *Roth* l. c. 67. Poa Rothii *Kunth.* Gram I. 114. Ind. or.

58. E. NIGRA. *Nees.* (mpt.) Culmo erecto cum foliis planis linearibus vaginisque glabris; ore vaginarum nudo vel barbato; panicula racemoso-decomposita patente; radiis a basi divisis flexuosis subcapillaribus laevibus, inferioribus suboppositis; axillis parce barbatis; spiculis longe pedicellatis 4—8-floris plumbeo-fuscis; rhachilla undata; glumis lanceolatis acuminatis; valvula inferiore ovata acutiuscula 3-nervia, nervis vix prominulis, superiore nuda breviore; caryopsi ovata compresso-trigona truncata crenulato-striata, postice canaliculata. ♃ Penins. Ind. or.

59. E. ATROPURPUREA. *Hochst.* (in *Hohnkr.* Hrbr. Ind. nr. 938.) Culmo erecto compresso simplici glabro (1—2-pedali); vaginis praesertim ore rigidule barbatis; ligula brevissima lacera ciliata; foliis inferioribus planis brevibus, superioribus angustis complicatis nervoso-striatis (3—5″ longis, vix ultra 1‴ latis); panicula lucida expansa (6—12-pollicari); radiis solitariis vel (paucis) binatis capillaribus basi pilis aliquot tenuibus obsitis; radiolis alternis hinc inde divisis pedicellos unispiculatos spicula longiores formantibus; spiculis lanceolatis nigrescentibus laxiuscule (vix ultra) 5-floris; glumis inaequalibus lanceolatis acuminatis; valvula inferiore ovato-lanceolata praeter carinam enervia laevissima glaberrima. Eragrostidi nigrae et ferrugineae *Thunb.* similis easque quasi intermedia. Montes Nilagiri.

60. E. PARVIGLUMIS. *Hochst.* (l. c. nr. 936.) Culmo a basi vel paulo superius ramoso subcompresso geniculato (pedali et ultra) vaginisque elevato-striatis glabris, his ore sparsim pilosis; foliis planis convolutis pallide glaucis apicem versus setaceis (2—3″ longis) plus minus pilis patentibus longiusculis adpressis, demum glabratis; panicula ovato-oblonga laxiuscula (3—5-pollicari); radiis solitariis alternis fere a basi ramosis erecto-patentibus in axillis plus minus pilosis; radiolis divisis capillaribus, divisionibus pedicellos spiculas aequantes vel superantes formantibus; spiculis linearibus laxiuscule 8—10-floris; glumis valde inaequalibus, inferiore minuta; valvula utraque apice subtruncato-obtusa (sub lente valida) setuloso-scabra. Mont. Nilagiri.

61. E. RHACHITRICHA. *Hochst.* (l. c. nr. 280.) Foliis culmeis angustissimis basi sparsim pilosis; paniculae effusae patulae (6—9-pollicaris — in planta Senegalensi pedalis et ultra) radiis solitariis radiolisque capillaribus basi fasciculo pilorum munitis; spiculis linearibus 20—30-floris violaceo-albido variis; valvula exteriore oblique ovata, carina apice denticulato-scabra ad latera uninervia, inferiore in rhachi persistente. Ind. or. Senegam.

62. E. ORIENTALIS. *Trin.* (Act. Petrop. 1838. supl. 73.) Culmo bipedali; vaginis internodio brevioribus; foliis planis (2—3‴ latis, 5—8″ longis) glabris; ligula ciliari barbata; paniculae glaucescentis (5—9-pollicaris) apertae radiis sparsis a basi compositis, axillis (saepe obsolete) barbatis; spiculis brevi pedicellatis lineari-ellipticis 4—17-floris; flosculis ovatis acutiusculis distincte nervosis. Poa subsecunda *Lam.* sec. *Nees* N. act. N. cur. XVII. supl. I. 206. Nepal. China.

63. E. MILLETII. *W. Arn.* (ex *Nees* l. c.) Caule gracili (ultra pedali) basi ramoso erecto glabro; vaginis foliisque linearibus attenuatis strictis hirsutis (5—6″ longis, 1‴ latis); paniculae laxae oblongae (6-pollicaris) radiis alternis erecto-patulis subcapillaribus scabris undato-flexuosis a basi divisis, axillis nudis, radiolis 1—3-stachyis; spiculis lanceolatis inaequalibus (1—2—9‴ longis) 5—50-floris pallide griseo rufescentibus; rhachilla brevi-undata, pedicellis longis gracilibus; valvula inferiore ovata acuta obsolete trinervia, superiore vix breviore pubescenti-ciliata persistente; caryopsi ovali subtilissime striolata lutescente. E. pilosissima *Link.* Poa subsecunda β. *Lam.* ⊙ Ind. or.

64. E. CYLINDRICA. *Roxb.* (Fl. ind. 335. sub: Poa.) Erecta gracilis (12—18-pollicaris); foliis gracilibus; paniculae cylindricae radiis brevibus adpressis ramosis alternis confertis; spiculis 6—12-floris; floribus diandris; valvula corollae interiore ciliata. China.

65. E. FERRUGINEA. *Thunb.* (Fl. jap. 50. sub: Poa.) Radice valide fibrosa pubescente; culmo erecto simplici compresso glaberrimo (pedali et ultra); vaginis fauce barbatis; foliis convolutis striatis erectis glabris culmo sublongioribus; paniculae erectae strictae subpatulae radiis pedicellisque capillaribus flexuosis rigidulis; spiculis linearibus vel oblongis 5—10-floris; glumis acutis pellucidis; flosculis fusco-ferrugineis vel rufescentibus; valvulis ovatis concavis laxiusculis acutis. Japon.

66. E. POGONIA. (*Steud.*) Radice fasciculari; culmo simplici erecto tereti glabro (8—10-pollicari) ad genicula barbato; foliis angustis (in icone 3‴ latis) linearibus apice setaceo-acuminatis convolutis glabris culmo longioribus; paniculae oblongae radiis capillaribus simplicibus bifidis vel ramosis, pedicellis alternis flexuosis glabris; spiculis 5—7-floris oblongis (saepe ferrugineis) glabris; valvulis (an utrisque?) serratis. Poa barbata *Thunb.* Jap. t. 10. ⊙ Japonia.

67. E. BULBILLIFERA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitosa et bulbillos minimos ferente, squamis aliquot ovatis vel oblongis obtusis nervosis (1—2‴ longis) vestita; culmis teretibus gracilibus striatis rigidulis erectis 5—12″ longis foliatis; ligula brevissima ciliari; foliis angustissimis convoluto subteretibus rigidis acutissimis glabris inaequalibus (2—7″ longis) laevibus, basi ad oras vaginarum pilosis; panicula simplici depauperata laxa, radiis solitariis 2—5-summis unispiculatis; spiculis linearibus livido-viridibus 7—15-floris; valvula inferiore rigidiuscula acute carinata ovata acuta sub-3-nervia laevi. Hrbr. Mus. Lugd. Batav. Japon.

68. E. AUREA. *Steud.* Culmo erecto simplici vel subramoso cum nodis vaginis foliisque glabris, his linearibus acuminatis tenuibus margine scabris (5—7″ longis, 2‴ latis); panicula basi vaginata elongata (pedali) lineari-ob-

longa; radiis fasciculatis pseudo-verticillatis ramulosis; spiculis longius pedicellatis in apice pedicellorum solitariis parvis 5—7-floris flavescenti-aureis; glumis oblongis obtusis subinaequalibus apice (sub lente validissima) ciliolatis cum valvulis homomorphis non ciliatis pellucidis. Hrbr. *Goering* nr. 15. Japon. Hrbr. *Cuming* nr. 545. Ins. Philip. (cfr. Vilfa verticillata.)

Species Africae septentrionalis et mediae, Abyssiniae, Senegambiae.

Huc etiam referendae E. pilosa nr. 1. E. verticillata nr. 2. E. poaeoides nr. 4. E. cynosuroides nr. 15. E. rubens nr. 28. E. ciliaris nr. 31. E. rhachitricha nr. 61. E. aspera *Nees* 125.

69. E. ATROVIRENS. *Desf.* (Fl. Atl. t. 17. sub: Poa.) Culmo erecto (2-pedali et ultra) uti tota planta glabro; foliis brevibus rigidiusculis acutis; ligula nulla; panicula patente; spiculis planis linearibus 8—10-floris. ♃ Afr. sptr.

70. E. TAFFZAGRA. (*Steud.*) Culmo erecto (bipedali); foliis linearibus angustis glabris ligula pilosa; vaginis glabris aut sparse ciliatis, inferioribus basi purpurascentibus; panicula ramosa expansa, radiis alternis remotis capillaribus scabris; spiculis latis compressis triangularibus apice obtusis 12—16-floris nigrescenti viridibus pulverulento-pubescentibus; glumis carinatis, carina scabris; flosculis distichis densis; valvula exteriore carinata apice acuta, in parte carinae superiore denticulato-scabra. Poa amabilis *Rich.* Tent. Fl. Abyss. II. 428. Poa rubens *Lam.* teste *Rich.*, quae vero quoad descriptiones omnino diversa videtur. Incolis Taffzagra. Abyssinia.

71. E. ABYSSINICA. *Jacq.* (Ic. I. t. 17. sub: Poa.) Radice fibrosa, fibris validiusculis; culmo erecto geniculato simplici vel ramoso (1—3-pedali) uti tota planta glabro; foliis planis angustis linearibus; ligula brevissima ciliari; paniculae contractae strictiusculae ($^1/_2$—1-pedalis et ultra) radiis inferioribus verticillatis superioribus binis vel saepius solitariis superne compositis capillaribus flexuosis asperis; pedicellis elongatis; spiculis lineari-lanceolatis 4—6-floris, laevibus; flosculis ovato-lanceolatis acutis remotiusculis distincte nervosis; valvula superiore dimidio breviore apice (sub lente valida) serrulato-scabra. Variat: spiculis albis, viridibus, flavescentibus, cupreis vel violaceo-purpureis. ⊙ Abyssin. Ind. or.

Requirit *Trinius* (Act. Petr. 1831 p. 411): axillas pilosas, quas in centies speciminibus spontaneis et in horto cultis semper „glabras" video.

72. E. PUBERULA. *Steud.* Radice tenui fibrosa; culmo erecto simplici (2—3-) pedali; foliis planis angustis linearibus, elongatis (pedalibus), vaginisque scabriusculis; ligula elongata (2—2$^1/_2$-lineali) membranacea; paniculae elongatae strictae angustissimae radiis subverticillatis erectis adpressis inaequalibus, asperis; pedicellis brevissimis; spiculis 3—4-floris, glumis his parum brevioribus acutis vel brevi-cuspidatis; flosculis lanceolatis acutis subapproximatis distincte nervosis tenuissime pubescentibus. (Pauca specimina legit *W. Schimper* in) Abyssinia.

73. E. OVINA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1831.) Radice fibrosa, caespitifera; culmis tenuibus humilibus (5—9-pollicaribus) glabris; vaginis ad oras et basi margine longe pilosis; ligula vix ulla; foliis angustissimis planis vel subconvolutis glabris; paniculae erectae strictae radiis semiverticillatis, radiolosis capillaribus erectis; pedicellis flexuosis longis; spiculis 4—12-floris compressis glabris nitidis; flosculis parvis praeter nervum medium obscure nervatis glabris, valvula inferiore ovata obtuse acuminata. *Rich.* Fl. Abyss. II. 428. sub: Poa. ⊙ Abyssin.

74. E. MACILENTA. *Rich.* (l. c. sub: Poa.) Annua gracilis; culmo erecto (vix pedali); foliis linearibus angustis acutis glaucis glabriusculis, margine retrorsum scaberulis; ligula pilosa; vaginis ciliatis pilosisque; panicula gracili elongata distantiflora, radiis erectis scabris; spiculis longe pedicellatis 2—5-floris nigrescenti-viridibus, glumis lanceolatis acutissimis dorso carinatis in carina scabris; valvula exteriore carinata acuta. ⊙ Abyssinia.

75. E. TENUIFOLIA. *Hochst.* (l. c. nr. 92.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis simplicibus (1—2-pedalibus) glabris; vaginis ore margineque pilosis; ligula margo brevissimus pilosus; foliis angustissimis linealibus planis vel subconvolutis glabris; paniculae suberectae (3—6-pollicaris) radiis patentissimis solitariis alternis supra basin divisis, ad axillas pilosis; radiolis capillaribus patentibus; spiculis linearibus glabris 8—12-floris obscure nervatis, nitidis; glumis brevissimis, altera minutissima, valvula exteriore ovata obtusiuscula apice carina scabriuscula. ⊙ *Rich.* Fl. Abyss. II. 425. sub: Poa. Abyssinia.

76. E. LONGIFOLIA. *Hochst.* (l. c. nr. 272.) Radice fibrosa, caespitifera; culmis erectis ($^1/_2$—1-pedalibus) glabris; vaginis foliisque papilloso-pilosis, his angustissimis linearibus planis sursum convolutis culmum fere aequantibus; ligula brevi ciliata; paniculae simplicis (quandoque racemoso-elongatae, plerumque brevis $^1/_2$—1-pollicaris) radiis fere a basi floriferis; spiculis latiusculis linearibus 6—15-floris nitidulis tenuissime (apice) pubescentibus; valvulis inferioribus obscure nervatis margine tenuissime ciliolatis. *Rich.* l. c. sub: Poa. ♃ Abyssinia.

77. E. PANICIFORMIS. *A. Braun.* (Flora 1841. p. 274.) Caule erecto (vix pedali); foliis convolutis; paniculae erectae patentis radiis verticillatis vel spiraliter alternis; pedicellis capillaribus elongatis; spiculis ovatis obtusis flosculis numerosis imbricatis. (E seminibus Abyssin., non in plantis siccis a *Schimpero* missis.) Abyss.

78. E. DIPLACHNOIDES. *Steud.* Radice fibrosa dense caespitifera; culmis basi geniculatis tunc erectis strictis uti tota planta glabris et glaucescentibus, valde inaequalibus (3″—1—1$^1/_2$′ altis); vaginis striatis; ligula brevi, ciliolata; foliis linearibus planis retrorsum scabriusculis (1—3″ longis, 1—1$^1/_2$‴ latis); paniculae (culmo plerumque longioris saepe pedalis) contractiusculae vel subpatulae radiis semiverticillatis, supra basin divisis; spiculis (pallidis vel subpurpurascentibus) tenuibus distichis laxiuscule 6—10-floris; flosculis 3-nerviis, carina aculeolato-scabris, obtusis, (aculeo carinae ultimo saepius parumper elongato) apice (sub lente valida) setuloso-laceris. Diplachne poaeformis *Hochst.* Hrbr. nubic. un. it. nr. 346. ♃ Nubia.

79. E. HOCHSTETTERI. *Steud.* Radice fibrosa, vix caespitifera; culmo erecto elongato (3-pedali et ultra) uti tota planta glabro et glaucescente; vaginis striatis laxis; ligula brevissima setulosa; foliis linearibus planis (2—5″ longis, 1—3‴ latis) retrorsum scabriusculis; paniculae longissimae (1—1$^1/_2$-pedalis) erecto-patulae vel contractiusculae radiis solitariis alternis basi longe nudis sursum divisis; spiculis (pallidis) tenuibus distichis laxiuscule 6—12-floris, obscure 3-nerviis, carina aculeolato-scabris obtusis raro brevissime mucronulatis. Diplachne elongata *Hochst.* l. c. nr. 150. ♃ Nubia.

80. E. TENUIFLORA. *Rupr.* (Hrbr. Fl. aeth. *Kotsch.* nr. 185.) Radice fibrosa; culmo basi geniculato, radicante, ramoso (2-pedali et ultra) glabro; vaginis ad oras setuloso-pilosis: ligula setuloso-ciliata brevi; foliis linearibus planis scabris; paniculae amplae patentissimae (usque pedalis, 4—5″ latae) radiis verticillatis elongatis patentibus supra basin divisis; radiolis capillaribus subflexuosis; spiculis tenuibus laxe- et 6—10-floris; flosculis glabris distincte nervatis obtusiusculis. (E. tenuiflora *Lichtst.* in schedula *Ruprechti*, an ideo Poa t. *Licht.* in *R. S.?* quoad descriptionem vix haec, a *Neesio* in Agr. Afr. austr. omissa dubia species.) Sennaar Nubiae.

81. E. RETINORRHOEA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis (5—9-pollicaribus) simplicibus vel ramosis demum plus minus viscosis; foliis planis lanceolatis acutissimis erectis (1—3′ longis, 1—1$^1/_2$‴ latis) cum vaginis ore papilloso-pilosis; ligula brevi ciliata; paniculae

oblongae (2—4-pollicaris) radiis capillaribus erecto-patentibus verticillatis sparsisque in axillis pilosis, ramosis; pedicellis elongatis spiculas aequantibus vel multoties superantibus; his parvis tenuibus oblongis 4—8-floris (viridi-purpureo-variis); valvula inferiore (flosculorum praecipue inferiorum) longe ciliata. E. viscosa *Hochst.* Hrbr. un. it. 824. *Rich.* Fl. Abyss. II. 424. sub: Poa, vix *Trin.* quem cfr. supra nr. 37. Abyssinia.

Viscositas culmi et ramorum non est character specifice distinctivus etiam in aliis speciebus v. c. E. gummiflua *Nees*, glutinosa *Swartz*, porosa *Nees* obvius.

82. E. LEPIDA. *Hochst.* (l. c. nr. 1040.) Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculatis erectis (6—14-pollicaribus); vaginis ore et margine foliisque sparsim longe pilosis; his angustissime lanceolatis apice convoluto acuminatis; ligula brevissima membranacea fissa; paniculae oblongae elongatae (3—6-pollicaris) radiis solitariis sparsis patentibus supra basin ramosis in axillis nudis; radiolis capillaribus flexuosis puberulis; spiculis tenuibus laxi-3—5-floris; valvula inferiore longe ciliata. *Rich.* l. c. 424. Abyssinia.

83. E. TREMULA. *Hochst.* (l. c. nr. 6.) Radice fibrosa caespitosa; culmis erectis laevissimis ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$-pedalibus); vaginis ore margineque uti folia basi sparsim pilosis; his angusto-lanceolatis planis, apice subconvoluto-setaceo-acuminatis; ligula brevissima vel vix ulla ciliata; paniculae amplae diffusae (6—10″ longae, 4″ latae) radiis solitariis alternis in axillis nudis supra basin divisis, radiolis (pedicellis) tenuissimis capillaribus elongatis tenuissime puberulis; spiculis linearibus obtusis 8—24-floris (albo et rufescenti-variis); valvula inferiore ovata obtusa, nervo medio (viridi) valido, margine nuda, interiore margine tenuissime serrulato scabra. (Non eadem videtur ac sequens.) Nubia.

84. E. LAMARCKII. (*Steud.*) Culmis rectis laevissimis tenuibus; paniculae ramosissimae radiis capillaribus longissimis in axillis fasciculo pilorum munitis; spiculis (fere pollicaribus) obtusis linearibus compressis (pallide flavo- et purpureo-variegatis) lucidis glabris sub-30-floris; valvulis concavis obtusis. Poa tremula *Lam.* Enc. V. 89. Senegambia.

85. E. CAMBESSEDIANA. *Kunth.* (Gram. II. t. 148. sub: Poa.) Culmis prostratis longissimis ramosissimis; ramis caespitoso-fasciculatis erectis ramosis; foliis linearibus planis interne scabris basi pilosis, externe vaginisque glabris; paniculae ramosae diffusae radiis solitariis patentibus glabris; spiculis lineari-oblongis 7—27-floris; floribus diandris; palea inferiore 3-nervia glabra. Senegambia.

86. E. LEPRIEURII. *Steud.* Radice fibrosa; culmo a basi ramoso uti tota planta undique glaberrimo (cum panicula $1\frac{1}{2}$—2-pedali); culmo ramisque foliatis, foliis erectis strictis linearibus margine scabriusculis (2—5″ longis, vix ultra 1‴ latis); paniculis in culmo et ramis, his ipsis longioribus ($\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{4}$-pedalibus) laxis; radiis nunc solitariis nunc subverticillatis erecto patulis, demum plus minus horizontaliter patentibus remotis, saepius flexuosis et valde radiolosis; spiculis parvis compressiusculis 5—7-floris (vix ultra $\frac{3}{4}$—1‴ longis); valvula inferiore ad carinam minutissime remote scabriuscula caeterum laevi ad margines pellucida. Senegal. (*Leprieur* hrbr. 1831. Simillima E. namaquensi *Nees* nr. 127 et E. mossulensi *Steud.* nr. 10.)

87. E. BIFORMIS. *Kunth.* (l. c. t. 149. sub: Poa.) Culmis erectis ramosis foliisque rigidis glaucescenti-viridibus margine vaginisque scabriusculis ore barbatulis; paniculae subramosae radiis solitariis remotis patulis elongatis; spiculis oblongis et linearibus in diversis paniculis ejusdem culmi 6—41-floris glabriusculis; valvula inferiore trinervia. Senegambia.

88. E. ALBESCENS. *Steud.* Culmo erecto validulo (pluri-pedali) cum tota planta glauco pallescente; vaginis laevibus glabris ore pilosis; ligula pilorum series; foliis linearibus acuminatis (6—12″ longis, 1—$1\frac{1}{2}$‴ latis) margine scabris; panicula ampla (pedali et ultra) ramosa, radiis inferioribus verticillatis, superioribus binis vel solitariis elongatis compositis basi parum nudis in axillis parce vel brevi pilosis; spiculis brevi pedicellatis angustis (vix $\frac{3}{4}$‴ latis), linearibus 8—12-floris laevissimis compressis; valvula inferiore trinervia margine pellucido marginata. Vix praecedentis var. Senegal.

89. E. JARDINEI. *Steud.* Radice fibrosa; culmo e basi geniculata erecto striato glabro ($1\frac{1}{2}$-pedali); foliis amplexicaulibus oblongo-lanceolatis brevi acuminatis (2—3″ longis, 6—9‴ latis) nervosis transversim inter nervos elevato-striatis; panicula erecta patentissima ($1\frac{1}{2}$-pedali et ultra); radiis omnibus alternis solitariis remote racemosis; spiculis brevi pedicellatis linearibus ($\frac{3}{4}$″ longis) 10—12-floris laevissimis; valvula inferiore nitidula 5—7-nervia, apice obtusa vel (sub lente validissima) denticulata, medio brevissime mucronulata. Forsan prioris var. *Ed. Jardin* legit ad oras Guineae.

90. E. PULCHELLA. *Parlat.* (in *Hook.* Nig. Fl. 188.) Radicis fibris tenuibus albidis pubescentibus; culmo tereti gracili striato simplici parvo (4—5-pollicari) glabro erecto; foliis planis glabris linearibus (2″ longis, 1—$1\frac{1}{2}$‴ latis) acuminatis margine scabriusculis; vaginis laxis internodio longioribus ligulaque margine longe piloso-ciliatis; panicula spicaeformi laxiuscula stricta; radiis brevibus erecto-patentibus; spiculis 4—6-floris ovatis parvis; glumis acutis subaequalibus albidis, carina viridi sub lente ciliato-scabra, flosculo proximo brevioribus; valvulis membranaceis albidis parum inaequalibus, superiore longe pectinato-ciliata. Ins. St. Jacoli Prom. virid.

91. E. OWARIENSIS. *Beauv.* (Agr. t. XV. fig. 5. sub: Megastachya.) Culmis rectis (2—4-pedalibus) laevissimis undique foliis tectis; his glabris subovato-lanceolatis (fere 1″ latis) apice longe acuminato-mucronatis, vaginis ore nudis; paniculae diffusae radiis elongatis filiformibus laevibus; spiculis compressis oblongo-lanceolatis laevissimis obtusis. E. beninensis *Steud.* Nmeltr. Megastachya mucronata *Beauv.* Fl. d'Owar. t. 4. Afr. aequin.

92. E. AEGYPTIACA. *Willd.* (Enum. p. 107.) Culmo basi procumbente ramoso adscendente, vaginis ore barbatis; foliis planis lanceolatis vel angustissimis subinvolutis glabris; ligula ciliari; paniculae aequalis diffusae vel contractae radiis semiverticillatis a basi subracemoso compositis et floriferis, in axillis nudis; spiculis brevi-pedicellatis vel subsessilibus linearibus 9—15-floris; flosculis ovato-lanceolatis acutiusculis vel obtusiusculis distincte nervosis; valvula superiore tertiam partem minore, apicem versus serrulata. Poa aegyptica *Delil.* Aeg. t. 10. ⊙ Aegypt. Senegal. (Russia media sec. *Trin.*)

93. E. AULACOSPERMA. *Fres.* (Mus. Senckb. I. 144. sub: Poa.) Radice fibrosa tomentosula caespitifera; culmis basi geniculatis erectis (6—12-pollicaribus); vaginis ore barbatis; foliis planis brevibus (vix pollicaribus) lanceolatis acuminatis scabris; ligula ciliari; paniculae diffusae radiis solitariis alternis supra basin divisis; radiolis tenuissimis capillaribus; spiculis 5—9-floris labris compressis; flosculis ovatis obtusis; valvula inferiore integra, superiore minore apicem versus tenuissime serrulata. ⊙ Arabia. Abyssin.

94. E. RUBIGINOSA. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 401.) Radice fibrosa; culmo erecto digitali; foliis linearibus rigidiusculis; vaginis margine et ore pilosis; ligula ciliari; paniculae simplicissimae subthyrsiflorae radiis solitariis brevissimis a basi floriferis; axillis nudis; spiculis subsessilibus ovatis sub-9-floris; flosculis ovatis obtusis (obsolete mucronulatis) distincte nervosis; valvula inferiore basi e nervis lateralibus ciliata, superiore aequilonga tenuissime serrulata. ⊙? Guinea.

95. E. LOBATA. *Trin.* (l. c. 396.) Culmo tenui simplici vel basi ramoso (1—$1\frac{1}{2}$-pedali) foliis planis angustis

glabris; vaginae fissura ciliata; ligula ciliata barbata; paniculae thyrsiformi-contractae sublobatae radiis brevissimis a basi compositis; spiculis subsessilibus oblongis (pallidis vel fusco-purpurascentibus) 7—9-floris; flosculis mucronatis; valvula inferiore ad carinam saepius rari- superiore subaequilonga longe ciliata. Guinea. Ins. Franc.

96. E. SENEGALENSIS. *Nees.* (H. Vratis. sem. 1834.) Radice fibrosa tenui; culmo basi geniculato, erecto simplici (cum panicula pedali et ultra) tenui glabro vaginato-foliato; vaginis ore barbatis caeterum cum foliis praesertim inferioribus sparsim pilosis vel glabratis; his angustissimis linearibus subsetaceo acuminatis (1—3″ longis, $^1/_3$ vix $^1/_2$‴ latis); ligula ciliari; panicula elongata simplici angustata; radiis distantibus infimis subverticillatis superioribus binatis vel solitariis; spiculis pedicellatis linearibus 10—16-floris, glabris; valvula inferiore 3-nervia, nervis lateralibus apicem versus evanescentibus, (sub lente valida) e duobus conflatis; carina sursum versus minutissime scabra. Sec. specimen in Herb. *Lenormand* a *Leprieur* 1831 lectum in Senegalia.

97. E. FASCICULARIS. *Trin.* (l. c. 403.) Radicis fibris validis elongatis pubescentibus, dense caespitiferis; culmo per intervalla longa fasciculato-ramosissimo, glaberrimo stricto; foliis setaceis glabris; ligula obsoleta eberbi; paniculae jubalis contractae radiis pluribus confertis solitariisque a basi compositis et erecto-floriferis; axillis nudis; spiculis pedicello plerumque multo longioribus linearibus 6—16-floris; flosculis ovatis obtusiusculis distincte nervosis; valvula superiore inferiorem excedente superne scabriuscula. Kongo Guinea.

98. E. NITIDA. *Link.* (Hort. 193.) Culmo compresso (1—2-pedali) dense folioso; vaginis striatis laevibus; ligula pilosa; foliis basi longe pilosis margine scaberrimis; paniculae radiis solitariis binis vel ternis indivisis fere ad basin usque spicato-floriferis; spiculis secundis sessilibus 8—10-floris; glumis inaequalibus longe acutatis laevibus; valvula exteriore fere sub apice aristulata subreflexa ad carinam scabra; interiore bifida ad nervum submarginalem pubescente. (An alius generis? nec a *Schimpero* nec a *Kotschyo* lecta videtur.) ⊙ Aegyptus. Nubia.

Africae australis et Insularum. (sec. *Nees* Fl. Afr. I. 382. et sqt.)

Huc etiam: E. pilosa nr. 1. E. poaeoides *Trin.* nr. 4.

§. 1. Subspicatae, cynosuroideae.

99. E. SPINOSA. *Thunb.* (Fl. cap. p. 114. sub: Poa.) Fruticulosa glauca: culmo basi simplici vaginis aphyllis tecto, mox ramoso, ramis simplicibus nodulosis teretibus apice spinescentibus; foliis brevibus ($^1/_4$—1″ longis) glabris purgentibus striatis; ligula ciliari imberbi; racemis compositis, racemulis (horizontaliter) patentibus dissitis; spiculis in axibus partialibus complanatis biseriatim alternis brevipedicellatis dissitiusculis 7—9-floris, supremis rarifloris; flosculis ovato-ellipticis obtusis distincte nervosis; valvula superiore parum breviore serrulato-scabra. β. phyllantha. — foliis caulinis e margine floriferis; spiculis omnibus pedicellatis 1—2-floris, pedicellis demum spinosis. Vix species sed monstrositas. ♃ ♄ Afr. austr.

§. 2. Megastachyae. Paniculatae, paniculae ramis validiusculis; spiculis ovatis oblongis vel lanceolatis; valvulis haud pellucidis.

a. Brizoideae, spiculis latis.

100. E. BRIZOIDES. *Nees.* (l. c. 384.) Radice repente; culmo (1—$1^1/_2$-pedali) adscendente basi ramoso; foliis angustis planis rigidiusculis glabris, ligula ciliari obsolete barbata; paniculae confertae radiis solitariis a basi floriferis in axillis nudis; spiculis sessilibus ovatis 5—20-floris; flosculis (imbricatissimis) ovatis obtusis distincte nervosis; valvula superiore aequilonga ciliato-pubescente. Variat: spiculis subrotundis 3—5-floris pallidis, brunneis vel fusco-maculatis, vel lineari oblongis 42-floris. ♃ Afr. austr.

Brizae potius est species, sed ne ordinem *Neesii* turbarem huc est posita.

101. E. STRIATA. *Thunb.* (Fl. cap. 113. sub: Poa.) Culmo 6—8-pollic ri repente; fasciculis foliorum confertis, foliis brevissimis, culmeis amplexicaulibus (1—$1^1/_2$″ longis) linearibus glaucis; vaginis inferioribus margine plus minus lanatis; ligula brevissima ciliari; paniculae firmulae (1—2-pollicaris) patulae radiis solitariis compositis prope a basi floriferis; axillis nudis; spiculis subsessilibus vel brevissime pedicellatis oblongis 8—12-floris; flosculis ovatis obtusis (mucronulatis) distincte nervatis; valvula superiore aequilonga tenuissime serrulata. Poa Bergiana *Kunth.* rev. gram. t. 189. ♃ Pr. b. sp.

b. Propriae; spiculis ovalibus vel ovali-lanceolatis.

102. E. PROCUMBENS. *Nees.* (l. c. 386.) Culmis ramosis geniculatis procumbentibus; foliis anguste linearibus brevibus glabris; vaginis ore barbatis; paniculae densissimae spicaeformis oblongae radiis a basi solutis brevissimis in axillis nudis; pedicellis brevibus; spiculis ovato-oblongis 5—10-floris (pallide-viridibus); valvula inferiore acuta distincte 3-nervia, superiore paulo breviore ciliata. An E. poaeoides *Trin.* supra nr. 4 var.? ⊙ Pr. b. sp.

103. E. SCLERANTHA. *Nees.* (l. c. 388.) Culmo basi vaginis aphyllis villosis incrassato, erecto (pedali); foliis planis linearibus versus apicem convoluto attenuatis glabris, subdistichis (4—7″ longis, $^1/_2$—$1^1/_2$‴ latis); vaginis supremis ore nudis inferioribus pilosulis; paniculae contractae angustae ($2^1/_2$—4-pollicaris) radiis erectis racemosis binis vel solitariis fere a basi floriferis; spiculis ovato-oblongis 4—7-floris (pallide-viridi-luteolis) glabris; valvula inferiore ovata obtusa rigida chartacea obsolete nervosa; superiore breviore depressa obtusa lateribus inflexis infra apicem truncato-desinentibus, angulis scabris. ♃ Afr. austr.

104. E. CHALCANTHA. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 401.) Radice fibrosa; culmo erecto (8—15-pollicari) tereti; foliis linearibus planis vel involutis pilosis; paniculae confertae angustae (sub-2-pollicaris) radiis solitariis brevissimis simpliciusculis a basi floriferis, axillis nudis; spiculis brevissime pedicellatis ovato-ellipticis sub-7-floris; flosculis lato-ovatis obtusiusculis subobsolete nervosis; valvula superiore aequilonga tenuissime serrulata. ♃ Afr. austr.

c. Caudatae. Rami paniculae elongatae angustae breves fasciculiformes.

105. E. PLANA. *Nees.* (l. c. 390.) Culmo compresso glabro (pedali) simplici; foliis complicatis attenuatis glabris inferioribus dense bifariam equitantibus (6—7″ longis, 1‴ et ultra latis); ligula brevi ciliato-lacera; racemi compositi radiis alternis erectis a basi floriferis; spiculis alternis brevipedicellatis lineari-lanceolatis compressis 7—9-floris, glumis brevissimis inaequalibus; flosculis apice patulis; valvulis obtusis inferiore distincte 3-nervia. (cfr. Poa squarrosa *Lichtst.* monet *Nees* l. c.) ♃ Pr. b. sp.

106. E. PLANICULMIS. *Nees.* (l. c. 391.) Culmo basi ramoso erecto stricto compresso glabro; foliis compresso canaliculatis subtilissime acuminatis vaginisque laevibus; ligula subnulla ciliis minutis indicata; paniculae racemoso-decompositae contractae angustae radiis prope a basi divisis alternis in axillis subnudis; radiolis fasciculatis alternis pedicellisque brevibus; spiculis linearibus compressis glabris nitidulis griseis 4—8-floris; flosculis dissitiusculis; gluma inferiore obsolete 3-nervia obtusiuscula superiorem aequante. ♃ Pr. b. sp.

107. E. SARMENTOSA. *Nees.* (l. c.) Radice valide fibrosa; culmo elongato sarmentoso-decumbente ramoso polyphyllo; ramis floriferis adscendentibus; foliis lanceolatis setaceo-acuminatis; panicula elongata contracta decomposita inferne interrupta; radiis alternis brevibus a basi divisis ad axillas imberbibus; spiculis imbricatis oblongo-lanceolatis 6—15-floris; glumis inaequalibus; valvula inferiore ovata acuta 3-nervia margine carinaque denticulato-

scabra, superiore breviore margine serrulata. Poa sarmentosa *Thunb. Mem.* ac. Mosc. III. t. 5 ♃ Pr. b. sp.

108. E. RACEMOSA. *Thunb.* (Fl. cap. 113. sub: Poa.) Culmo basi geniculato-inflexo, erecto filiformi (8—10-pollicari); foliis radicalibus pluribus ensiformibus planis, culmeis subcilatis brevissimis, omnibus glabris; panicula oblonga coarctata radiis flexuosis glabris brevissimis; spiculis ovatis obtusis subinflatis 9—10-floris, glabris pedicello longioribus. Pr. b. sp.

109. E. PROPINQUA. *Steud.* Rhizomate lignoso incrassato; culmis pluribus inaequalibus (4—10-pollicaribus) tenuibus erectis strictulis glabris, foliatis; foliis planiusculis mox convolutis subsetaceis (1—2″ longis, ½‴ basi latis) glaberrimis striatis; ligula margo ciliatus; panicula racemosa elongata interrupta; radiis subbinis superne solitariis; spiculis pedicellatis sessilibusque lineari-oblongis 9—13-floris; floribus 3-andris; valvula inferiore glabra laevi nitidula, superiore brevi-ciliata. Praecedenti habitu simillima, sed differt: sarmentis nullis, foliis multo-angustioribus; valvulis enerviis habitu laxiore; an forsan var.? *Urville* legit in Ins. Mauritii.

110. E. CHAPELLIERI. *Kunth.* (Rev. gram. t. 186 sub: Poa.) Culmis erectis simplicibus; (1½—3-pedalibus) foliis anguste linearibus siccis convolutis acutato-subulatis vaginisque glabris, elongatis (5—9″ longis); margine ligulari ciliato; panicula angusta contracta; spiculis fasciculato-racemosis lineari oblongis compressis 11—19-floris glabris; floribus diandris; valvula inferiore 3-nervia, superiore bicarinata ciliata persistente. ♃ Afr. austr.

111. E. GUMMIFLUA. *Nees.* (l. c. 393.) Radicis fibris crassis tomentosis; culmo (1—2-pedali) erecto circa nodos vaginasque ore pilosas viscoso; foliis angustis basi planiusculis mox convolutis setaceo-acuminatis, erecto-patentibus subdistichis (3—6-pollicaribus); paniculae angustae rigidae interruptae strictae radiis brevibus solitariis alternis vel per paria approximatis, a basi floriferis in axillis nudis; spiculis approximatis imbricatis brevissime pedicellatis oblongis sub-5-floris scabris; valvula inferiore costato-3-nervia obtusiuscula, superiore paulo breviore obtusa margine sursum serrata. ♃ Afr. austr.

d. Leptostachyae, spiculis oblongis aut lanceolatis linearibusve; panicula laxa.

112. E. GLABRATA. *Nees.* (Linn. VII. 344. et l. c. 394.) Culmo gracili compresso glabro (semipedali) a basi dichotome vel subfasciculato diviso procumbente adscendente polyphyllo; foliis planis linearibus acuminatis glaucis laevibus glabris; vaginis ore subnudis; ligula obsoleta; paniculae racemoso-compositae contractae radiis alternis basi nudis apicem versus fasciculato spiculigeris in axillis nudis; spiculis lanceolato-linearibus cinereis 6—8-floris laevibus; flosculis subcontiguis; gluma inferiore plus duplo minore; valvula inferiore obsolete 3-nervia superiorem aequante. Afr. austr.

113. E. HORNEMANNIANA. *Nees.* (l. c. 395.) Culmo in medio ramis sterilibus ramosissimo; foliis convoluto-setaceis strictis basi — vaginisque ore pilosis; paniculae racemoso-decompositae contractae radiis alternis strictis infra medium divisis, in axillis nudis; pedicellis brevibus; spiculis oblongis 5—6-floris glauco-viridibus glabris; rhachilla recta denticulata; glumis carina scabris inferiore paulo breviore; valvula inferiore ovata acutiuscula nervo laterali distinctissima; superiore paulo breviore confertim ciliolato-serrata. Eragrostis species e Guinea *Trin.* Act. Petr. 1831. 404. in nota. ♃ Afr. austr. et med. occ.

114. E. THUNBERGIANA. *Steud.* (E. filiformis *Nees* Linn. VII. 330. et l. c. 396.) Culmo simplici compressiusculo nodisque glabris; foliis elongatis (fere culmi ½—1-pedalis longitudine) apicem versus convoluto-setaceis; vaginis infimis hirsutis; ligula brevissima ciliata ad angulos oris barbata; paniculae racemoso-decompositae patulae radiis a tertia parte ultra basin divisis alternis vel verticillatis gracilibus in axillis nudis; radiolis pedicellisque brevibus; spiculis oblongis olivaceo-fusco lividis 3—5-floris scabris; gluma inferiore paulo breviore; flosculis contiguis; valvula inferiore obsolete 3-nervia obtusa superiorem aequante. Poa capensis *Steud.* Flora 1829. p. 488. ♃ Afr. austr.

115. E. CURVULA. *Nees.* (l. c. 397.) Culmo simplici tereti glabro basi bulboso (1—2-pedali); vaginis ore barbatis, infimis (aphyllis) adpresso-villosis; ligula subnulla; foliis e basi planiuscula mox convoluto-filiformibus attenuatis saepe curvatis glabris glaucescentibus apicem versus scaberrimis; paniculae racemosae decompositae contractae densiusculae aut subpatulae radiis rigidulis plus minus prope a basi dense floriferis alternis aut subverticillatis virgatis axillis nudis, radiolis fasciculatim solutis pedicellisque brevibus; spiculis oblongo-lanceolatis compressiusculis scabris livido-griseis 3—15-floris; flosculis contiguis; gluma inferiore tertia parte minore; valvula inferiore distincte nervosa obtusiuscula superiorem aequante. ♃ Afr. austr.

117. E. SUBULATA. *Nees.* (l. c. 399.) Radice valide fibrosa; culmo erecto simplici (pedali) glabro; vaginis inferioribus hirsutissimis, ore barbatis; foliis (3—6-pollicaribus) angustis involutis valde attenuatis patenti-villosis; paniculae densae racemoso-compositae (jubaeformis) radiis subverticillatis simpliciusculis erectis a basi floriferis in axillis longe barbatis; pedicellis subfasciculatis 1—2-floris; spiculis lanceolatis acutis 5—6-floris scabriusculis; gluma inferiore vix tertia parte minore; valvula inferiore oblonga obtusiuscula distincte nervosa superiorem margine laevem aequante. ♃ Afr. austr.

118. E. CHLOROMELAS. (*Steud.*) Culmo simplici erecto; foliis angustis brevibus rigidiusculis vaginisque — ore barbatis — glabris; paniculae firmae patentissimae pyramidalis radiis flexuosis scabris spatio a basi divisis, inferioribus verticillatis in axillis barbatis; spiculis lineari-lanceolatis acuminatis 7—8-floris fusco-cinereis pedicellos aequantibus; gluma inferiore duplo fere minore acuminata; valvula inferiore oblonga acuta laevi nervis parum distinctis, superiore breviore margine scabra. E. atrovirens *Nees* l. c. 400. non *Desf.* ♃ Pr. b. sp.

119. E. POROSA. *Nees.* (l. c. 401.) Radicis fibris tomentosis; culmo simplici adscendenti erecto (pedali) infra genicula cingulo pororum viscoso; foliis anguste-linearibus vel convoluto-setaceis vaginisque ore patenti barbatis — e papillis minutis pilosis —; paniculae patulae oblongo-ovatae radiis racemoso-compositis supra basin floriferis, inferioribus vel omnibus verticillatis, axillis callosis nudis vel barbatis; spiculis linearibus obtusis 3—10-floris pallidis; gluma inferiore minore; valvula inferiore obtusissima 3-nervia, nervis lateralibus parum prominulis (porosis, poris saepe etiam sub lente valida vix conspicuis); superiore paulo breviore margine scabriuscula; caryopsi ovata. ⊙ Afr. austr.

120. E. LEHMANNIANA. *Nees.* (l. c. 402.) Culmo genuflexo ramoso (pedali) repente; foliis linearibus angustis demum convolutis glabris (1½—2-pollicaribus); ligula ciliari barbata; paniculae patentis laxae radiis alternis a basi divisis, radiolis patulis, axillis nudis; pedicellis spicula brevioribus; spiculis linearibus teretiusculis 3—10-floris; flosculis contiguis; glumis acutis carina scabris, inferiore ¼ minore; valvula inferiore ovali obtusa scabriuscula distinctiuscule nervosa superiorem paulo breviorem margine scabriusculam parum superante. ♃ Afr. austr.

121. E. CAPILLIFOLIA. *Nees.* (l. c. 403.) Radice crasse fibrosa; culmo simplici stricto scabro; foliis angustissimis capillari attenuatis culmum aequantibus, inferioribus vaginisque scaberrimis et hirsutis; paniculae pyramidalis patentissimae radiis prope a basi divisis, inferioribus verticillatis, axillis barbatulis callosisque; radiolis pedicellisque capillaribus patentibus, his spiculam aequantibus aut ea brevioribus; spiculis linearibus compressis scabris plum-

beis 5—6-floris; flosculis alternis ovato-oblongis; gluma inferiore parum breviore angustiore; valvula inferiore distinctiuscule nervosa acutiuscula aut eroso obtusata, superiore inferiorem aequante in supremis flosculis superante. ♃ Afr. austr.

122. E. PARVIFLORA. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 411.) Culmo simplici vel basi ramoso erecto laevi striato; vaginis glabris ore imberbi; ligula brevissima ciliari; foliis angustis capillari attenuatis scabris; paniculae oblongae laxae patulae radiis plus minus prope a basi divisis, radiolis omnibus capillaribus, infimis verticillatis axillis imberbibus; pedicellis erectis aut adpressis spiculas aequantibus aut superantibus; spiculis linearibus compressis 7—8-floris; flosculis oblongo-lanceolatis; glumis acutis, inferiore $^1/_3$ breviore; valvula inferiore distincte nervosa, acuta, superiore paulo breviore ad angulos serrulata. P. parviflora *R. Br.* ♃ N. Holl. Pr. b. sp.

§. 3. Tenellae; axis fragilis, flosculi integri decidui.

a. Valvula superiore non ciliata.

123. E. HOMOMALLA. *Nees.* (l. c. 406.) Culmis caespitosis basi procumbentibus adscendentibus simplicibus; vaginis glabris; ligula ciliari barbata; foliis planis linearibus acuminatis scabris (2—2$^1/_2$″ longis, 1‴ latis); paniculae densae (1$^1/_2$—2-pollicaris) radiis rigidis triquetris a basi fere floriferis alterius lateris patentibus; axillis nudis; spiculis linearibus 8—10-floris subsessilibus aut brevipedicellatis opacis coloratis; valvula inferiore ovali obtusa distincte trinervia carina asperula, superiore $^1/_4$ breviore carina serrulata. ⊙ Afr. austr.

124. E. BICOLOR. *Nees.* (l. c. 407.) Radice fibrosa; culmo simplici erecto gracili (1$^1/_2$-pedali) glabro laevi; foliis linearibus angustis supra glaucis vaginisque glabris; ligula brevissima ciliari imberbi; paniculae angustae radiis capillaribus, inferioribus 2—3-partito fasciculatis vel omnibus alternis spatio a basi divisis compressis laevibus; radiolis pedicellisque contractis his spiculam aequantibus; spiculis linearibus nitidis 3—7-floris; flosculis alternis; glumis inaequalibus obtusiusculis; valvulis membranaceis, inferiore ovata obtusa laevi (purpurea apice albida), superiore vix breviore carinis laeviusculis. ♃ Afr. austr.

125. E. ASPERA. *Nees.* (l. c. 408.) Radice fibrosa tomentosa; culmo erecto simplici elato (3—5-pedali); vaginis ore barbatis; ligula ciliata; foliis planis elongatis (usque pedalibus, 2—3‴ latis) apice convolutis scabris; paniculae amplissimae (1$^1/_2$pedalis, 6—8″ latae) patentissimae radiis verticillatis prope a basi divisis in axillis (inferioribus) barbatis, cum axi, radiolis pedicellisque scaberrimis; his spicula multo longioribus; spiculis lineari oblongis 8—10-floris; flosculis ovatis; glumis acutiusculis parum inaequalibus; valvula inferiore truncato-obtusa distincte nervosa, superiore paulo breviore ad carinas ciliato-serrulata. (An Poae tenellae *Lin.* supra nr. 38 var. major? *Nees* l. c. vix.) ♃ Afr. austr. Abyssin. (Hrbr. un. it. 1476.)

126. E. MADAGASCARIENSIS. *Lam.* (Ill. 185. sub: Poa.) Culmo simplici erecto; vaginis nudis; ligula nulla; panicula ampla ramosa laxa patentissima; pedunculis laevibus; spiculis subcompressis sub-10-floris; valvulis oblongis obtusis. Praecedenti dicitur affinis, an eadem? Madagascar.

127. E. NAMAQUENSIS. *Nees.* (l. c.) Radice fibrosa tomentosa; culmis erectis (1—1$^1/_2$-pedalibus) simplicibus glabris; foliis lineari-lanceolatis planis (2—3″ longis, 1‴ latis) scabris, ligula vix ulla, vaginis ore imberbibus; paniculae (3—6-pollicaris) oblongae erectae radiis distantibus alternis vel fasciculatis plus minus supra basin divisis erecto-patentibus (rarius contractis) strictis; axillis nudis; spiculis longiuscule pedicellatis lineari-ovalibus 4—8-floris (albo-rubro-variegatis); valvula inferiore obtusa nervis valde prominulis, superiore nuda ad carinas laevi. ♃ Afr. austr.

128. E. BRIZANTHA. *Nees.* (l. c. 411.) Radice fibrosa caespitifera; culmis basi fasciculatis geniculato-adscendentibus glaucis scabris; vaginis ore barbatis margine pilosis; foliis linearibus (1—2″ longis, basi 1—1$^1/_2$‴ latis) scabris lineatis glabris; paniculae racemoso-compositae radiis alternis rigidis prope a basi glomerata densifloris lobatis, axillis nudis; spiculis subsessilibus imbricatis ovatis 8—12-floris; valvula inferiore ovata obtusa crasse 3-nervia glabra, superiore depresso-complicata ad angulos subtilissime ciliolata paulo breviore. ⊙ Afr. austr.

b. Valvula superiore evidenter ciliata.

129. E. MAURITII. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo tenui glabro (3—7-pollicari) basi ramoso, vaginis ore margineque longe pilosis; foliis anguste linearibus (1—1$^1/_2$″ longis, $^1/_2$‴ latis) acuminatis glabris; panicula lucida patente (1$^1/_2$—3-pollicari); radiis inferioribus subverticillatis superioribus binis vel solitariis parum divisis in radiolos pauci-spiculatos, spiculis omnibus pedicellatis, pedicellis ipsis longioribus, capillaribus; spiculis ovatis 5—10-floris patentibus; valvula inferiore longe ciliata. Simillima E. ciliari (nr. 30), sed differt: panicula lucida patente spiculis non congestis sed omnibus solitariis pedicellatis. *Urville* legit in Ins. Mauritii. Borbon.

130. E. LAPPULA. *Nees.* (l. c. 412.) Culmo erecto (1$^1/_2$—3-pedali) ad genicula tumidulo subinde ramoso saepius simplici; vaginis ore barbatis (margine quandoque ciliatis); ligula obsoleta; foliis angustis demum involutis (6—10-pollicaribus); paniculae racemoso-decompositae angustae radiis subverticillatis inaequalibus prope a basi dense floriferis; valvula inferiore lanceolata acuta distincte nervosa ad carinam et marginem; superiore paulo breviore in carinis e tuberculis longiuscule ciliatis. E. lobata *Trin.* supra nr. 95 var.? ♃ Afr. austr.

131. E. BORYANA. *Willd.* (En. H. Berol. 109. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmo simplici erecto (ultra pedali) foliato glabro; vaginis ore subpilosis; panicula contracta interrupte subspicata (3-pollicari); radiis brevibus erectis; spiculis oblongis sub-12-floris; flosculis oblique truncatis liberis; valvula interiore margine dense ciliata. An iterum E. ciliaris var.? Ins. Borb. Maurit.

Species Americae septentrionalis.

Huc etiam: E. pilosa *Lin.* nr. 1. E. poaeoides *Trin.* nr. 4. E. elegans *Nees.* nr. 175.

132. E. PECTINACEA. *Michx.* (Fl. Am. I. 69. sub: Poa.) Culmo basi geniculato decumbente adscendente (plus minus pedali); foliis planis (2—4″ longis) ad basin vaginisque ore pilosis; paniculae amplae pyramidato-patentis radiis inferioribus verticillatis capillaribus in axillis pilosis; spiculis linearibus 6—9-floris; glumis inaequalibus enerviis, inferiore minuta, superiore carinata scabra; flosculis glabris liberis acutis; valvula superiore margine (sub lente) tenuissime ciliata persistente. P. pilosa *Mühlbrg.* ⊙ Am. sptr.

133. E. GEYERI. *Steud.* Radice nodulosa repente; culmo erecto foliato elatiore (2—4-pedali) glabro; vaginis glabris apice pilosis, abrupte foliiferis; ligula margo brevissimus ciliatus; foliis longissimis (1$^1/_2$—2-pedalibus) basi et apice convolutis medio planis (linea vix longioribus) strictis laevibus; panicula ampla pyramidato-patente (ultra pedali); radiis remotis binis vel solitariis radiolisque capillaribus in petiolos longissimos ($^1/_2$—1-pollicares) divisis unispiculatos; spiculis 1—1$^1/_2$-linealibus 3—5-floris glaberrimis nitidis (viridi et purpureo-variis); glumis subaequalibus spiculam dimidiam, vel si pauciflora, totam fere aequantibus; valvula utraque glaberrima. Poa pectinacea *Geyer* hrbr. Illinois.

134. E. LONGERADIATA. *Steud.* Radice fibrosa, subcaespitifera; culmis erectis glabris panicula multo brevioribus (sine hac 4—8-pollicaribus); vaginis striatis apice longe barbatis; ligula brevis pilorum series; foliis lineari-lanceolatis fere setaceo-acuminatis (2—4″ longis, vix 1‴

latis); panicula laxissima elongata 1—1½-pedali; radiis subcapillaribus elongatis (4—7-pollicaribus) solitariis remote alternis in axillis pilosis, remote radiolosis, radiolis pauci- (1—2- rarius ad summum 6-) spiculatis; spiculis compressis angustis linearibus tenuibus 6—12-floris; valvulis inferioribus lanceolatis acutis carina asperulis utrinque uninerviis, superioribus parum brevioribus brevi ciliatis. *M. A. Curtis* legit in Carolina.

135. E. HIRSUTA. *Michx.* (Flor. I. 68.) Culmo erecto stricto (1—1½-pedali) compresso simplici; vaginis hirsutis; foliis culmo longioribus (2—3''' latis) nervosis, basi sparsim longe pilosis; paniculae amplae pedalis ramosissimae radiis patentissimis demum reflexis capillaribus, in axillis barbatis, irregulariter dispositis plus minus longe supra basin divisis; pedicellis spiculas subaequantibus vel longioribus; spiculis lineari-oblongis 5—10—15-floris purpurascentibus; valvula superiore ovata acutiuscula, margine distincte ciliata. Am. sptr.

Erochloa *Rafin.* Stamina 2; gluma exterior corollae 3-nervia; spiculae 15—20-florae. *Seringe* Bull. bot. 221.

136. E. SPECTABILIS. *Pursh.* (Fl. Am. I. 81. sub: Poa.) Foliis culmoque erecto brevi glabris; vaginarum collo axillisque paniculae pilosis; panicula divaricata ramosissima; spiculis pendulis linearibus decemfloris (striis purpureo viridi variis); floribus ovatis acutis margine dorsoque scabris. Poa amabilis *Walt.* Carolin. 80. ⊙ N. York ad Carolinam usque.

Intactam adduco plantam *Purshii,* quae non solum hoc ipso teste sed etiam descriptione a Poa hirsuta *Michx.* plurimis notis differt, consentiente *A. Gray* Manual 598, qui vero P. hirsutam *Plur. autor* Florae Amer. nec vero plantam *Michauxii* cum illa *Purshii* consociat. Sed ipsa etiam Poae spectabilis diagnosis a *Grayo* data ab illa *Purshii* pluribus notis recedit adeo ut aliam speciem ante oculos habuisse videatur est enim: culmo foliisque longis rigidis plerumque glabris; vaginis inferioribus saepe pilosis; panicula divergenti-patente (1—2-pedali); radiis rigidis vetustioribus reflexis, in axillis primariis fasciculato-pilosis; spiculis oblongis vel linearibus 7—10- quin 15-floris 2—4''' longis purpureis; floribus ovatis minute ciliatis. ⊙? Massachusetts usque Pensylvan. ad oras maritimas. Cfr. etiam E. pilifera *Scheele* nr. 214.

137. E. CAPILLARIS. *Lin.* (sub: Poa.) Culmo subcompresso basi caespitoso ramoso (pedali et ultra); foliis planis linearibus vaginisque margine et ore longe pilosis; ligula brevissima ciliata; paniculae amplae (9—12-pollicaris) ramosissimae pyramidalis radiis 2—3-nis capillaribus patentibus basi nudis; spiculis in pedicellis longis ovatis acutis 3-floris; flosculis liberis; glumis inaequalibus lanceolatis acutis carina scabris, valvula inferiore distincte 3-nervia, carina scabra, superiore margine ciliata. *Torr.* Fl. 113. ⊙ Am. sptr.

137b. E.? TENUIS. *Ell.* (Bot. p. 156 sub: Poa.) Foliis linearibus elongatis ciliatis; paniculae ramosissimae radiis pedunculisque capillaribus; spiculis trifloris glabris. Am. sptr. (et si Poa tenuis *Nees.* Agr. bras. 492. eadam: Brasil.)

138. E. NUTTALLIANA. (*Steud.*) Culmo gracili; foliis brevibus subulatis; paniculae erectae subverticillatae radiis capillaribus flexuosis adpressis apice floriferis; spiculis raris linearibus acutiusculis arcte imbricatis; glumis inaequalibus brevissimis valvula inferiore obsoleta nervata (margine purpurascente, linea alba scariosa ad apicem). E. brizoides *Schult.* Mant. I. 319. Poa tenella Nutt. gen. 67. Am. septr.

139. E. VIRGINICA. *Zucc.* (Cent. nr. 25 sub: Poa.) Culmi nodis inferioribus uno latere gibbosis, ipso erecto glaberrimo; foliis acutissimis 7-nerviis superne retrorsum hispidis, subtus glaberrimis; vaginis ore pilosis; ligula nulla; paniculae patentis radiis elongatis; spiculis adpressis subulatis 20-floris; glumis membranaceis inaequalibus deciduis; valvula exteriore concava, nervis 3 viridibus, superiore plana operculiformi. ⊙ Virginia.

140. E. PENSYLVANICA. *Scheele.* (Flora 1844. 56.) Culmo adscendente ramosissimo glabro; vaginis ore pilosis; foliis convolutis lineari-setaceis glabris; paniculae laxae radiis solitariis erecto-patulis, axillis nudis; spiculis oblongo-linearibus 8—10-floris; rhachi deflorata paleis interioribus persistentibus pectinata; flosculis ovatis obtusis 3-nerviis pubescentibus. Pensylvania.

141. E. ERYTHROGONA. *Nees.* (mpt.) Culmo compresso ramosissimo ad genicula rufo; foliis planis acuminatis scabris vaginisque glabris, his ore barbatis; panicula densa ovali patula, radiis alternis vel subverticillatis proxime a basi ramosis scabris, axillis nudis rufis; spiculis 1—3—4-floris; glumis subaequalibus scabris valvulisque acuminatis, his obscure 3-nerviis glabris. ⊙ Poa A. *Drummond.* St. Louis.

142. E. CAMPESTRIS. *Trin.* (Act. Petr. 1838. supl. 73.) Culmo stricto (1½—2-pedali) ex ima basi diviso caeterum simplici; foliis linearibus (spithamineis, lineam et ultra latis), strictiusculis; vaginis ore barbatis, ligula obsolete ciliari; paniculae strictae patulae vel patentis (dimidiam plantae partem efficientis) axi radiisque asperrimis, solitariis, inferioribus a basi compositis; axillis nudis aut uno alterove pilo barbatis; spiculis (glauco-viridibus) sublinearibus brevissime pedicellatis vel subsessilibus 8—11-floris; flosculis ovatis acuminatis distincte nervosis; valvula superiore ⅓ breviore serrulata. Poa nitida *Ell,* Am. sptr.

143. E. UNIONIS. *Steud.* Radice fibrosa dense caespitifera; culmis confertis geniculato adscendentibus (6—9-pollicaribus) cum vaginis ore parce pilosis vel nudis foliisque tenuissime (vix conspicue sub lente valida) pubescentibus; his lanceolatis acutis (1—2'' longis, basi ½—¾''' latis) nervosis; ligula brevissima ciliato-setulosa; paniculae contractae demum patulae (2—4-pollicaris) radiis binis vel solitariis radiolisque capillaribus strictiusculis; pedicellis plus minus aequantibus spiculas lineares 6—12-floras (fusco-virides); glumis inaequalibus acutis; valvula inferiore ovata obscure nervata (pellucidula) apice vix aspera, superiore angustiore margine distincte ciliata. Poa capillaris Hrbr. *Frank.* un. it. 1835 (non 1837). Miami Am. sptr.

144. E. COGNATA. *Steud.* Radice fibrosa densissime caespitifera; culmis geniculato-adscendentibus simplicibus vel ramosis (4—6-pollicaribus) glabris; vaginis striatis ore pilosis; ligula ciliata (ciliis mollibus non setulosis) foliis brevibus (vix ultra pollicaribus) convoluto-setaceis vel angustissimis (½''' latis) planis; paniculae (1½—3-pollicaris) radiis binis (raro ternis) et simplicibus erectis, demum divaricatis vel reflexis laevibus glabris, pedicellis spiculas plus minus aequantibus; spiculis linearibus 6—12-floris (fusco- et albido-viridibus apice purpurascentibus); glumis inaequalibus subacutis scabris; valvula inferiore ovata obscure nervata (pellucidula) ad nervos scabriuscula; inferiore angustiore margine distincte ciliata. P. capillaris? Hrbr. *Frank* un. it. 1837. Prioris vix varietas. Ohio Am. spt.

145. E. FRANKII. *C. A. Meyer.* (Ind. sem. H. Petrop. sub nr. 2454.) Radice fibrosa proferente culmos dense fasciculatos geniculato-adscendentes simplices vel ramosos (2—8-pollicares) glabros; vaginis ore brevi vel sparsim barbatis vel nudis; foliis angusto linearibus (2—3'' longis, ½—¾''' latis) planis acuminatis glabris laevibus; ligula membranacea brevissima fissa apice ciliata; paniculae (3—4-pollicaris, in junioribus saepe ex ima culmi basi exsertae) radiis binis ternis vel solitariis a basi vel superius divisis capillaribus erecto-patentibus; pedicellis longissimis, spiculis ovatis 3—5-floris, flosculis subdistinctis; glumis ovato-lanceolatis vel lanceolatis acutis spicula vix 2—3-plo brevioribus; valvula inferiore ovata abbreviato-acuta, carina scabra, interiore non ciliata; seminibus subrotundis (valvulas tumidulas reddentibus). Poa tenella Hrbr. un. it. 1835. ⊙ Ohio Am. septr.

146. E. LINKII. *Kunth.* (En. I. 347. sub: Poa.) Foliis demum convolutis filiformibus; vaginis ore longe ciliatis; paniculae radiis arrectis glabris; spiculis linearibus 5—6-floris; glumis uninerviis submembranaceis acutis inaequali-

bus; valvula exteriore obtusa subenervia margine colorata. E. filiformis *Link.* Hort. I. 191. Am. sptr.

A nobis non visa. P. tenella *Pursh.* sec. *Link* l. c. sed species Purshiana teste *Torrey* (Fl. p. 114) est P. pectinacea *Michx.*

147. E. REPTANS. *Michx.* (Fl. I. t. 11 sub: Poa.) Culmis prolifero ramosis radicantibus, nodis vaginarumque oris pubescentibus vel pilosis; foliis brevibus (1″ longis, $^1/_2$‴ latis) planis vel convolutis plus minus pilosis; ligula obsoleta; paniculae simplicis erectae (pollicaris) radiis solitariis vel binis; axillis nudis; pedicellis spicula brevioribus; spiculis linearibus compressis 10—30-floris; flosculis divisis lanceolatis distincte nervosis; valvula superiore ciliato-serrulata. P. hypnoides *Lam.* P. squarrosa *Salzm.* Hrb. Bahiense et P. hypnoides *Salzm.* (var. magis compacta). ⊙ Am. sptr. et merid.

148. E. CONFERTA. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 401.) Culmo geniculato-procumbente (pedali et ultra) ramoso, ramis omnibus paniculiferis glabris; foliis linearibus planis glabris; ligula membranacea brevissima imberbi; paniculae subjubalis contractae densiusculae radiis solitariis vel pluribus a basi vel prope a basi compositis, axillis nudis; spiculis pedicello aequilongis vel longioribus elliptico-linearibus (subdiaphano-membranaceis) 7—11-floris; flosculis ovato-lanceolatis acutiusculis (perparvis) distincte nervosis; valvula superiore parum breviore serrulata. Poa conferta *Ell.* Am. sptr.

149. E. VELUTINA. *Schrad.* (Linn. XII. 450.) Vagina foliisque supra molliter villosis; paniculae radiis radiolisque capillaribus stricte patentibus; pedicellis elongatis scabris; spiculis ovato-oblongis purpurascentibus. ♃ ♄ Carolina.

150. E. ALBA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 279.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici compresso glaberrimo (15-pollicari); vaginis striatis glabris; ligula angustissima ciliarum brevissimarum densarum series; foliis planis scabris (1′ longis, $2^1/_2$″ latis) basi pilosis, setaceo acuminatis; panicula erecta contracta subspicaeformi composita verticillata (9—10-pollicari), rhachi ramisque scabra; spiculis lanceolatis compressis (vix ultra unilinealibus, stramineo-albescentibus) 4—5-floris; glumis uninerviis acutis ad nervum scabris; valvula inferiore ovata acuta trinervia glabra, nervo medio in mucronem minutissimum producto. ♃ California.

Species Americae australis.

Huc etiam: E. pilosa nr. 1. E. verticillata nr. 3. E. poaeoides nr. 4. E. reptans nr. 147. E. tenuis *Ell.* nr. 137 b. E. tephrosanthos *Schrad.* nr. 219.

151. E. PASTOENSIS. *H. B.* (*Kunth.* Rev. gr. t. 145 sub: Poa.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis (2—3-pedalibus) compressis; foliis linearibus planis acuminatis rigidulis scabriusculis; vaginis pubescentibus; ligula brevissima pilosiuscula; paniculae (4—5-pollicaris) ramosae subverticillatae strictae coarctatae radiis abbreviatis rhachique glabris; axillis pilosis; spiculis oblongis sub-5-floris; glumis inaequalibus ovatis acutis dorso scabris; valvula inferiore ovata acuta distincte 3-nervia dorso scabra, superiore lanceolata scabriuscula persistente. ♃ N. Granata.

152. E. INFIRMA. *H. B.* (l. c. 128. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmis glabris erectis, ramosis (10-pollicaribus); foliis linearibus obtusis tenuissimis; ligula elongata glabra; paniculae subsimplicis patulae radiis alternis distantibus rhachique glabris; spiculis oblongis 3—4-floris flosculis distantibus; glumis oblongis inaequalibus glabris; valvula inferiore obtusa emarginata 5-nervia, superiore persistente minore, utraque pubescente. ⊙ N. Granata.

153. E. TENAX. *H. B.* (N. gen. I. 130. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmis erectis simplicibus caespitosis (3—4-pedalibus) glabris; foliis linearibus (convolutis) scabris; vagina glabra; ligula brevissima subciliata; paniculae spicaeformi-contractae ramosae (pedalis) radiis verticillatis adpressis flexuosis scabris; axillis pilosis; spiculis subcylindraceis oblongis sub-7-floris glumis dorso scabris inaequalibus; valvula inferiore ovato-subrotunda acuta glabra, superiore lanceolata persistente. ♃ Quito.

154. E. ATURENSIS. *H. B.* (l. c. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmo erecto ramoso (3-pedali) glabro; foliis planis linearibus rigidis interne scabris, externe vaginisque glabris; ligula brevissima glabra; paniculae ramosae spicaeformi-contractae strictae (pedalis) radiis verticillatis abbreviatis adpressis scabris; spiculis oblongis 9—11-floris; glumis oblongis acutis carina scabris valvulisque diaphanis, inferiore ovata acuta 3-nervia dorso scabra, superiore duplo minore persistente. ♃ Orinoco.

155. E. ACUTIFLORA. *H. B.* (l. c. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmis erectis ramosis (1—$1^1/_2$-pedalibus) nodisque glabris; foliis linearibus acuminatis interne scabriusculis externe vaginisque glabris; ligula brevissima pilosiuscula; paniculae (7—8-pollicaris) ramosae patulae strictae radiis alternis abbreviatis patulis scabris; axillis pilosis; spiculis oblongis 7-floris; glumis ovatis acuminatis subinaequalibus dorso scabris; valvula inferiore acuminata ovata dorso scabra (flavescente), superiore lanceolata persistente. ♃ N. Granat. Brasil.

156. E. SQUAMATA. *Lam.* (Ill. nr. 1002. sub: Poa.) Culmis rectis rigidis glaberrimis (2—3-pedalibus); foliis angustis glabris rigidissimis margine convolutis acutis pungentibus; vaginis ore nudis; paniculae amplae radiis laevissimis; spiculis numerosis lineari-lanceolatis sub-15-floris; valvula exteriore acuta caduca, interiore obtusa persistente. (hinc pedicelli squamati videntur.) Brasil.

157. E. PSAMMOIDES. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 400.) Culmo simplici (4-pedali); foliis plus minus involutis rigidis vaginisque glaberrimis; ligula ciliari; paniculae elongatae (ultra pedalis) laxae nutantis radiis solitariis a basi vel superius compositis; axillis nudis; spiculis sessilibus confertis angusto-linearibus 12—18-floris; flosculis ovatis acutis distincte nervosis; valvula superiore breviore serrulata. Praecedentis forsan var.? *Trin.* Brasil.

158. E. PATULA. *H. B.* (N. gen. I. 158. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmis simplicibus erectis (pedalibus) glabris; foliis linearibus acuminatis planis vaginisque glabris; ligula brevissima pilosa; paniculae (4—5-pollicaris) patentissimae rhachi radiisque scabris; spiculis oblongis 5-floris; glumis ovatis acutis carinato-concavis glabris dorso scabris; valvula inferiore subrotundato-ovata carinato-concava glabra, superiore lanceolata acuminata (carinis ciliatis) persistente. ♃ Poa mexicana *Lagasc.* sec. *Nees.* Quito.

159. E. (?) SETIFOLIA. *Benth.* (Plant. Hartw. 262.) Culmis simplicibus tenuibus caespitosis (pedalibus); foliis culmo multo brevioribus apice convoluto-setaceis scabriusculis; vaginis apice ligulisque longe pilosis; panicula coarctata spicaeformi basi interrupta (3—6-pollicari); radiis brevibus rhachibusque hinc inde longe pilosis; spiculis oblongo-linearibus ($1^1/_2$‴ longis) dissite 4-floris; glumis subaequalibus margine hyalinis, acutis; valvula inferiore longiore trinervi. Quito. Poa setifolia

160. E. NIGRICANS. *H. B.* (l. c. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis aut procumbentibus (2—3-pedalibus) ramosis glabris, scabris; vaginis glabris ore pilosiusculis; ligula brevissima ciliata; paniculae (4—9-pollicaris) ramosae radiis subverticillatis patulis scabris; rhachi glabra; spiculis oblongis sub-4-floris; glumis ovatis acuminatis glabris dorso scabris; valvula inferiore ovata acuta 3-nervia glabra duplo longiore quam superior lanceolata bicarinata, carinis ciliatis. ♃ Quito.

161. E. VIRESCENS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 277.) Radice fibrosa, caespitifera; culmo erecto tereti basi ramoso subprocumbente (7—9-pollicari), cum nodis glabro; vaginis pilosis; ligula brevissima truncata ciliata; foliis scabris linearibus acutissimis; spiculis linearibus 8-floris; glumis ovatis acutis pellucidis uninerviis nervo scabris;

valvula inferiore ovata obtusa pubescente 3-nervia, superiore obtusa carinis ciliatis. Praecedentis var.? *Presl.* ⊙ Chili.

162. E. MONTUFARI. *H. B.* (l. c. 159. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmo erecto ($1^1/_2$-pedali) ramosa glabro; vaginis ore pilosis caeterum glabris ligula ciliata brevissima; foliis linearibus acuminatis glabris vel sparsim margine pilis obsitis; paniculae ramosae (5-pollicaris) coarctatae radiis subverticillatis vel alternis scabris; spiculis lineari-lanceolatis sub-7-floris; glumis oblongis acutis carinatis glabris dorso scabris; valvula inferiore ovata acuta carinata glabra dorso scabra (purpurascente) superiore lanceolata bicarinata carinis ciliatis. ♃ Chili. Quito.

163. E. GRACILIS. *Schrad.* (Linn. XII. 451.?) Radice fibrosa; culmis basi ima ovalibis erectis gracilibus (1—2-pedalibus) foliatis vaginisque laevibus glabris, his ore pilosis; ligula brevissima ciliata; foliis flaccidis angusto linearibus in acumen longum setulosum acuminatis glabris vel hinc inde (uti vaginae) pilis adspersis; paniculae erectae elongatae (fere pedalis) radiis 1—2 supra basin divisis radiolisque laevibus; pedicellis spicula longioribus; spiculis (pallide viridibus) 3—6-floris; glumis lanceolatis acutis pellucidis carina scabris; valvula exteriore ovato-lanceolata apicem versus scabra, pellucidula, interiore parum breviore ciliata. Poa pilosa? an diversa *Bert.* hrbr. 556. Chili.

164. E. CHILENSIS. *Moris* (Act. ac. Taur. 36. t. 6.) Radice fibrosa; culmis basi geniculatis foliis planis pilosiusculis; vaginis ore barbatis; paniculae aequalis radiis primariis basi glanduloso-pilosis, fructiferis patulis; spiculis linearibus 6—10-floris. (An eadem ac praecedens, in qua vero radii basi vix piloso-glandulosi et spiculae ad summum 7-florae?) ⊙ Chili.

165. E. OLMEDI. *H. B.* (l. c. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis simplicibus ($1^1/_2$-pedalibus) glabris; foliis linearibus acuminatis (convolutis) scabris; vaginis ore — inferioribus omnino — pilosis; ligula brevissima pilosa; paniculae ramosae patulae (8—9-pollicaris) radiis alternis inferioribus elongatis, superioribus abbreviatis scabris; spiculis oblongo-linearibus sub-6-floris; glumis ovato-oblongis inaequalibus dorso scabris; valvula inferiore ovata carinata acuta (nigrovirescente) glabra; superiore bicarinata, carinis ciliato-scabris. ♃ Peru.

166. E. PURPURASCENS. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 409.) Foliis linearibus involutisque strictis glabris praelongis; ligula ciliari subeberbi; jubae patentis lucidissimae sparsiflorae radiis binis solitariisque subcapillaribus a basi vel non longe superius compositis; axillis nudis; pedicellis longissimis; spiculis angustissimis 5—7-floris; flosculis ovatis acutis distincte nervosis; valvula superiore aequilonga serulata. Poa purpurascens *Spr.?* n. prov. 33. Brasil.

167. E. MEGAPOTAMICA. *Spr.* (Cur. post. 35. sub: Poa.) Culmo elato; foliis convolutis, paniculae ramosissimae laxae radiis capillaribus elongatis unifloris spiculisque linearibus 6—8-floris glabris coloratis; flosculis acutis 3-nerviis. Rio grande.

168. E. MEXICANA. *Lagasc.* (Elench. 3. sub: Poa.) Culmo tereti ramoso; foliis subtus laevibus; ligula abbreviata eroso-ciliata; panicula patentissima stricta; spiculis ovatis sub-8- vel oblongis sub-15-floris; gluma interiore persistente; valvula inferiore 3-nervia. ⊙ Mexico.

Vereor, ne sub P. mexicana *Nees* Agr. bras. 503. plures species sint conjunctae. Cfr. supra E. patula nr. 158.

169. E. LUGENS. *Nees.* (Agr. bras. 505.) Culmo ramoso glabro (5—15-pollicari); vaginis margine et ore — foliisque angustis subconvolutis — pilosis; ligula abbreviata obsoleta; paniculae racemoso-supradecompositae capillaris patentis radiis prope a basi divisis verticillatis, ramificationibus omnibus barbatis; pedicellis gracillimis subflexuosis; spiculis laevibus lineari-lanceolatis acutis 4—7-floris lividis; valvula inferiore ovata acuta obsolete nervosa; superiore parum breviore brevissime serrulata. Brasil.

170. E. POLYTRICHA. *Nees.* (l. c. 507.) Radicis fibris rufo-tomentosis; culmo erecto (1—$1^1/_2$-pedali) compressiusculo laevi simplici; foliis culmum fere aequantibus linearibus apice subulato-convolutis vaginisque e tuberculis hirsutis; paniculae racemoso-decompositae radiis verticillatis superioribus sparsis elongatis divaricatis, axillis (omnibus) barbatis; spiculis (pedicellos plus minus aequantibus) ovato-oblongis 3—5-floris; flosculis ovatis acutiusculis obsolete nervosis, valvula superiore subaequilonga brevissime serrulata. Poa capillaris *Salzm.* Hrbr. Bah. ⊙ Brasil.

171. E. MICROSTACHYA. *Link.* (H. Ber. 185. sub; Poa.) Culmo compresso (2—3-pedali); vaginis compressis glabris; ligula lata brevissima truncata; foliis longissimis infra laevibus glabris supra scabris versus basin longe pilosis, demum convolutis; paniculae elongatae (pedalis) nutantis radiis capillaribus flexuosis laevibus; spiculis 5-floris compressis; glumis acutis uninerviis; valvulis acutis laevigatis glaberrimis uninerviis. E. airoides var.? *Nees.* ⊙ Montevideo.

172. E. AIROIDES. *Nees.* (Agr. bras. 509.) Culmo stricto simplici; vaginis margine oreque pilosis; foliis convolutis laevibus; paniculae elongatae patentis lucidae radiis semiverticillatis supra basin compositis capillaribus; axillis nudis; spiculis pedicello brevioribus oblongis subbifloris; flosculis ovatis acutis obsolete 3-nerviis; valvula superiore aequilonga brevissime serrulata. Aira brasiliensis *Raddi.* ♃ Brasil.

173. E. ARTICULATA. *Nees.* (l. c. 502.) Culmis caespitosis ramosis glabris (3—6-pollicaribus); foliis linearibus margine calloso-tuberculatis ciliatisque, costa subtus albopunctata; ligula brevissima truncata glabra; paniculae ovatae compositae (2-pollicaris) patentis radiis scabris basi nudis; pedicellis inferioribus bifloris, spiculis ovatis 5—6-floris; valvula inferiore ovato-acuminata 3-nervia superiorem nudam acutam superante. Poa articulata *Schrank.* Syll. Ratisb. I. 194. ⊙ Brasil.

174. E. RUFESCENS. *Schrad.* (in *Schult.* Mant. 2. 319.) Culmis oblique adscendentibus (8—12-pollicaribus) glabris, subramosis; foliis linearibus setaceo-acuminatis intus basin versus pilosis; paniculae ramosae contractae ($1^1/_2$—2-pollicaris) radiis capillaribus scabris; spiculis oblongo-linearibus 15—25-floris; valvula inferiore ovata breviacuminata 3-nervia, superiore bicarinata ad carinas leviter ciliata persistente. E. inconstans *Nees* Agr. bras. 495 ex parte.) ⊙ Brasil.

175. E. ELEGANS. *Nees.* Radice fasciculata fibris crassis; culmo erecto ramosa (2-pedali et ultra); foliis lineari-elongatis acuminatis ($2^1/_2$''' latis, culmum subaequantibus) vaginisque glabris; ligula brevissima truncata crenulata; paniculae elongatae supradecompositae radiis alternis a basi divisis capillaribus contractis vel laxioribus multifloris rhachique glabris; spiculis parvis lineari-oblongis 6—9-floris: valvula inferiore obtusa hyalina 3-nervia, superiore nuda. E. brasiliana *Nees.* Agr. bras. 510. (non 497.) Poa brasiliensis *Hffmsg. Spr.* ⊙ Brasil. E. Purshii *Schrad.* Linn. XII. 451. est var. Am. sptr.

176. E. FLORIBUNDA. *Schrad.* (in *Schult.* l. c. sub: Poa.) Culmo ramosissimo laevissimo (pedali) ad apicem usque vaginato; vaginis ore barbatis omnibus ramos floriferos exserentibus; foliis angustissimis planiusculis glabris; ligula ciliari barbata; paniculae lineari- vel lanceolato-contractae (2—3-pollicaris) radiis subsolitariis a basi densiuscule floriferis; axillis nudis; spiculis sessilibus 9—14-floris; valvula superiore ovata acuminata distincte nervosa; superiore breviore serrulata persistente. (E. inconstans β. *Nees* l. c.) Brasil.

177. E. COMPACTA. *Salzm.* (Hrbr. Bahiens. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici striato glabro ($1^1/_2$-

pedali); ligula brevissima ciliari; vaginis foliisque lineari-lanceolatis (5—7″ longis, 1‴ latis) piloso-pubescentibus; panicula interrupte racemosa; radiis solitariis inferioribus remotis, superioribus approximatis, basi fasciculato-pilosis, radiolis brevissimis 3—4-spiculatis densissime aggregatis; spiculis 12—18-floris; valvulis ovatis 5-nerviis laevibus vix versus apicem submucronato-attenuatum scabris. E. inconstans *Nees* var. Bahia.

178. E. VAHLII. *Trin.* (Act. Petrop. 1831. 402.) Culmis erectis filiformibus (1½-pedalibus) glabris; foliis subulatis (3—4-pollicaribus) subpilosis; vaginis fauce barbatis; paniculae strictiusculae patulae radiis solitariis mox supra basin simpliciter divisis villosulis, axillis omnibus barbatis; spiculis brevi pedicellatis lanceolato ovatis vel lineari-ellipticis 5—20 (quin 50-) floris; flosculis ovatis acutissimis distinctiuscule nervosis; valvula superiore dimidio breviore ciliolata. Poa racemosa *Vahl.* Eclog. I. 7. ⊙ Brasil.

179. E. MAYPURENSIS. *H. B.* (*Kunth.* Rev. gr. t. 183. sub: Poa.) Culmis caespitosis erectis simplicibus glabris; foliis anguste linearibus planis vaginisque pilosiusculis; paniculae simplicis radiis solitariis abbreviatis patulis basi barbato-pilosis; spiculis oblongis 11—15-floris glabriusculis; valvula inferiore acuminato-subulata carina scabra; superiore carinis ciliatis; caryopside subrotunda lateribus deltoideo-compressa reticulato-alveolata. E. panamensis *Presl.* Rel. Haenk. I. 277. ⊙ Orinoco. Panama.

180. E. MERATIANA. *Kunth.* (l. c. t. 184. sub: Poa.) Culmis caespitosis diffusis et erectis simplicibus et ramosis glabris; foliis planis utrinque pilosiusculis rigidulis; vaginis pilosis; paniculis subsimplicibus; radiis solitariis patulis, 2—3 inferioribus valde remotis; axillis piloso-barbatis; spiculis lineari-oblongis sub-20-floris glabriusculis; floribus diandris; valvula inferiore acuminato-cuspidata carina scabra, superiore carinis ciliatis; caryopside subrotunda lateribus deltoideo-compressa alveolata. Brasil.

181. E. SOLIDA. *Kunth.* (l. c. t. 185. sub: Poa.) Culmis caespitosis simplicibus erectis compressiusculis glabris; foliis linearibus convoluto-subulatis rigidis utrinque vaginisque superne villosiusculis; paniculae simplicis contractae radiis solitariis erectis remotis; axillis imberbibus; spiculis racemosis oblongis 13—17-floris glabriusculis; floribus diandris; valvula inferiore acuta carina scabra, superiore carinis ciliatis. Brasil.

182. E. PERUVIANA. *Jacq.* (Ic. I. t. 18. sub: Poa.) Culmis rectis et procumbentibus (4—5-pollicaribus) foliisque — brevibus angustis-hirsutis, vaginis ore pilosis; paniculae thyrsiformi-contractae brevis radiis brevissimis a basi compositis; spiculis subsessilibus ellipticis 5—6-floris ovatis; flosculis liberis acuminatis (pallide viridibus), valvula exteriore dorso ciliata, superiore breviore carina ciliata. ⊙ Peru.

183. E. NEESII. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 405.) Foliis planiusculis utrinque vaginisque villosis; ligula ciliari; paniculae (1½—2-pollicaris) densae oblongae patulae radiis brevibus solitariis vel binis a basi compositis; axillis nudis; spiculis pedicello (multo) longioribus lineari-ellipticis 5—10—15-floris; flosculis ovatis acutiusculis obsolete nervosis; valvula superiore aequilonga laevi. E. brasiliensis δ. *Nees* Agr. bras. 497. Poa affinis *Salzm.* ex parte. ⊙ Brasil.

184. E. VILLOSA. *Salzm.* (Hrbr. Bahiae sub: Poa.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto humili (5—7-pollicari) tereti extra vaginas glabro; vaginis foliisque longe pilosis, ligula ciliari; foliis planis lanceolatis acuminatis (1½—2½″ longis, linea parum latioribus) paniculae erectae patulae radiis solitariis vel binis ramulosis; pedicellis spicula longioribus, axillis nudis; spiculis lineari-oblongis 5—9-floris; flosculis ovatis vix carinatis obtusiusculis obscure nervosis glabris (viridescentibus levissime flaveolo tinctis). An praecedentis var.? Brasil.

185. E. LEPTANTHA. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (1—2-pedali) vel basi florifero- et erecto-ramoso; foliis inferioribus angustissimis culmeis latioribus (1—2‴ latis) linearibus attenuatis glabris vel basi pilis adspersis; ligula ciliari barbata; paniculae (6—9-pollicaris) lineari-contractae densiusculae radiis verticillatis pluribus vel binis solitariisque fere a basi compositis; axillis nudis; spiculis pedicello plus minus aequilongis angustissimis 7—9-floris; flosculis elliptico-ovatis acutiusculis, distinctiuscule nervosis; valvula superiore parum breviore tenui-serrulata. Brasil.

186. E. GLAREOSA. *Trin.* (l. c. 406.) Culmo erecto (4—6-pollicari) basi confertissime distiche folioso; foliis compresso-planis rigidis pungentibus hirsutissimis; ligula ciliari; paniculae strictiusculae jubalis ovatae demum patentis radiis solitariis binisve a basi compositis; axillis nudis; spiculis pedicello plus minus aequilongis ovato-linearibus 8—10-floris; flosculis ovatis acutiusculis plus minus obsolete nervosis; valvula superiore subaequilonga obsolete denticulata. Brasil.

187. E. ACICULARIS. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo rigidulo erecto (3—5-pollicari); foliis setaceo-involutis strictis pilis patentibus adspersis; ligula ciliari barbata; paniculae strictae racemalis radiis solitariis (5—9) paucifloris a basi subadpresso floriferis; axillis nudis; spiculis pedicello plus minus aequilongis ovato-lanceolatis 12—25-floris; flosculis ovatis acuminatis distincte nervosis; valvula superiore dimidio breviore serrulata. Brasil.

188. E. BROMOIDES. *Vahl.* (Symb. 3. 10. sub: Poa.) Culmo infracto glabro vaginis foliorum tecto; foliis bifariis (glaucoviridibus) alternis; vaginis ore barbatis; panicula subspicata (1½-pollicari) disticha subsimplici; spiculis lanceolatis 25-floris glabris, inferioribus breve pedicellatis, superioribus sessilibus; valvulis margine vix ciliatis. Peru.

189. E. SEMINUDA. *Trin.* (l. c. 406.) Culmo tenui simplici erecto (1½-pedali); foliis angustissimis subinvolutis rigidulis hirtis; ligula obsoleta; paniculae patentissimae subpauciflorae ovatae (8—9-pollicaris) radiis ternis semiverticillatis longe supra basin parce compositis; axillis nudis; spiculis pedicello aequilongis vel brevioribus ovatis 4—5-floris; flosculis ovatis subacuminatis obsolete nervosis; valvula inferiore (praesertim flosculorum superiorum) margine ciliata; inferiore paulo breviore serrulata. Brasil.

190. E. SCLEROPHYLLA. *Trin.* (l. c. 412.) Culmo erecto stricto (3-pedali et ultra) glabro scabriusculo; foliis subinvolutis rigidis glabris (subpedalibus sensim brevioribus); ligula ciliari parce barbatula; paniculae jubalis strictae obovatae (9-pollicaris) radiis 2—3-nis subverticillatis mox supra basin compositis dissitifloris; axillis obsolete barbatis; spiculis pedicello plus minus brevioribus oblongo-obovatis sub-7-floris; flosculis (coriaceo-membranaceis) lanceolatis obtusiusculis distincte nervosis; valvula superiore laevi. Brasil.

191. E. CALOTHECA. *Trin.* (l. c. 414.) Culmo simplici (4-pedali); vaginis praelongis sursum scabris; foliis subinvolutis rigidiusculis (inferioribus fere bipedalibus) sursum scabris; ligula membranacea exserta imberbi; subbifida; paniculae (8—9-pollicaris) nutantis radiis 2—3-nis, plus minus supra basin subracemoso-compositis; axillis nudis; spiculis pedicello longioribus vel brevioribus subadpressis ovatis sub-5-floris (sub anthesi subrotundo-squarrosis); flosculis lato-ovatis mucronato-acutis subobsolete nervosis; valvula superiore breviore pubescento-serrulata. Briza scabra *Nees* mpt. Brasil.

192. E. BAHIENSIS. *Schrad.* (in *Schult.* Mant. II. 318. sub: Poa.) Culmis erectis simplicibus (2-pedalibus); foliis lineari-angustis planis vel subinvolutis rigidis; ligula ciliari obsoleta barbata; paniculae (2—3-pollicaris) patulae vel contractiusculae lucidae radiis solitariis a basi vel superius compositis; axillis nudis; spiculis brevi pedicellatis

lineari-ellipticis 4—20-floris; flosculis ovatis acutis distincte nervosis; valvula superiore subaequilonga serrata. E. brasiliensis *Nees* var. α. Brasil.

193. E. CONTRISTATA. *Nees. Meyen.* (It. 484.) Culmo simplici erecto stricto rhachi foliisque subconvoluto-subulatis laevibus; vaginis margine villosis ore dense barbatis; panicula stricta oblonga decomposita; radiis alternis prope a basi floriferis glomerato-thyrsoideis ovatis; inferioribus remotioribus subcylindricis; spiculis imbricatis oblongis lucide olivaceis subseptemfloris; valvula inferiore acutiuscula scabra obsolete trinervia. ♃ Peru.

194. E. EXPANSA. *Link.* (Hort. Berl. I. 190.) Culmo elato (3—4-pedali); vaginis glabris ore pilosis; foliis angustis (vix 2''' latis) tandem conduplicatis; paniculae expansae radiis binis aut solitariis elongatis flaccidis laevibus glaberrimis; spiculis lanceolatis 12—13-floris; glumis subaequalibus uninerviis; valvula exteriore latiuscula breviter acuta obsolete 3-nervia. ♃ Montevideo.

195. E. COMPTA. *Link.* (l. c. 193.) Culmo tenui (pedali et ultra); vaginis glabris ore pilosis; foliis angustis glabris; paniculae tenuis (6-pollicaris) elongatae radiis adpressis laevibus glabris; spiculis 10-floris, flosculis patentibus; glumis uninerviis obtusiusculis; valvula exteriore obtusa 3-nervia, interiore nervo submarginali longe ciliato. Poa ciliaris *Lin.* sec. *Nees.* ♃ Montevideo.

196. E. DELICATULA. *Trin.* (Act. Petr. 1838. supl. 73.) Culmo erecto tenero (5—10-pollicari) basi floriferoramoso; foliis planis glabris; ligula ciliari barbata; paniculae rarae lucidae subpatentis radiis 1—2 raro pluribus, saepissime a basi compositis, axillis nudis vel minute barbatulis; spiculis pedicello plus minus aequilongis lineari-ellipticis 3—6-floris; flosculis ovatis acutis distinctiuscule nervosis; valvula superiore aequilonga. Brasil.

197. E. FIRMA. *Trin.* (l. c. 74.) Culmo basi subbulboso ($1^1/_2$—2-pedali); foliis angustis margine vel totis convolutis rigidulis glabris; ligula minutissima ciliatula nuda vel barbatula; paniculae jubatae (6—8-pollicaris) apertae rarae radiis solitariis vel aliquot subfasciculatis, inferioribus a basi compositis inferne plus minus ananthis; axillis obsolete barbatis; spiculis pedicello aequilongis vel brevioribus lineari-ovatis 7—17-floris; flosculis sublanceolato-ovatis acutis subobsolete nervatis; valvula superiore paulo breviore serrulata. Brasil.

198. E. SALZMANNI. *Steud.* Culmo erecto validiore glaberrimo laevi uti tota planta glaucescente (pluripedali) longe nudo, ad geniculum superiorem ramoso; vel fasciculum foliorum et paniculum longe pedunculatam proferente; vaginis laxiusculis striatis omnino cum foliis glabris; his prope a basi convolutis rigidis (6—12-pollicaribus) undique glaberrimis; panicula oblonga erecta; radiis inferioribus subverticillatis, superioribus approximatis inaequalibus filiformibus parum compositis; patentibus (vix ultra pollicaribus) spiculis linearibus brevi pedicellatis 10—20-floris glabris; valvula inferiore obscure 3-nervia obtusiuscula cum superiore minore glabra. Poa prolifera *Salzm.* hrbr. (vix *Swartz*). In maritimis Bahiae.

199. E. BARBATA. *Trin.* (l. c. 76.) Culmo multinodi (vix pedali); vaginis singulis e fauce emittentibus apices spiculae occultae; foliis subulatis; ligula brevissima ciliata barbata; paniculae patulae ($1^1/_2$-pollicaris) radiis solitariis vel binis simpliciusculis vel basi parum compositis; axillis barbatulis; spiculis subsessilibus lineari-ellipticis 10—15-floris; flosculis ovato-lanceolatis acuminatissimis distincte nervatis (dissitis, rhacheos articulis apice barbatis); valvula superiore $^1/_3$ breviore laevi. Brasil.

200. E. SCALIGERA. *Salzm.* (Hrb. Bah. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmo erecto glabro (1—2-pedali) vagina una alterave paniculifera; foliis angustissimis convolutis acuminatis rigidulis (3—8'' longis, basi vix $^1/_2$''' latis) versus basin intus pilosis; ligula brevissima ciliata; paniculae simplicis radiis remotis solitariis racemosis, axillis nudis, a basi floriferis; spiculis solitariis brevi pedicellatis 10—15-floris; flosculis glabris; rhacheos articulis glabris; valvula inferiore ovata carinata, carina apice scabra, latere utrinque ad medium uninervia, superiore duplo minore ciliata. Bahia.

201. E. AFFINIS. *Salzm.* (Hrbr. Bahia sub: Poa.) Culmo erecto glabro (pedali et ultra); vaginis singulis paniculas suboccultas foventibus; foliis angustissimis subconvolutis glabris vel basi intus pilosis (3—4'' longis, vix $^1/_2$''' latis); ligula brevissima ciliata; paniculae terminalis (4-pollicaris) radiis solitariis alternis simplicibus; axillis nudis; spiculis oblongis brevi-pedicellatis 10—16-floris; flosculis glaberrimis dense imbricatis; rhacheos articulis glabris; valvula inferiore late ovata mucronulata obsoletissime nervosa, superiore multo minore laevi apice (sub lente valida) obsolete denticulata. Praecedenti nimis affinis. Bahia.

Adjecta vero erat huic speciei altera, nempe E. Neesii *Trin.* E. brasiliensis δ. *Nees.* Hinc sub Poa affinis *Salzmann* duae diversae species militant.

202. E. QUITENSIS. *Trin.* (l. c.) Foliis angustissimis planiusculis vel convolutis; ligula brevissima ciliata nudiuscula (vel barbatula); paniculae patentis lucidae radiis solitariis simplicibus vel a basi parum compositis; axillis barbatulis; spiculis pedicellum plus minus aequantibus lineari-ellipticis 6—11-floris; flosculis ovato-acuminatissimis distincte nervatis (subfimbriatis); valvula superiore $^1/_3$ breviore serrulata. Festuca quitensis *Nees.?* Brasil.

203. E. SECUNDIFLORA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 276.) Radice fibrosa; tota rigida; culmis ramosis compressis (1—2-pedalibus) erectis glabris; vaginis ore ligulaque pilosis; foliis planis linearibus culmo brevioribus (2''' latis) supra decidue pilosis et denique scabris; paniculae laxae (4-pollicaris) erectae patentis radiis radiolisque pedunculisque basi pilis stipatis; spiculis subfasciculatis 2—5-nis vel solitariis linearibus (4''' longis, vix $1^1/_2$''' latis) 18—40-floris; glumis ovato-lanceolatis uninerviis; valvula inferiore ovata acuminata acuta 3-nervia, nervo medio carinato carinisque superioris scabris. ♃ Mexico.

204. E. AMOENA. *Presl.* (l. c. 275.) Radice fibrosa; culmo erecto ramoso glabro ($1^1/_2$—4-pollicari); ramis erectis patulis glaberrimis; vaginis compressis strictis ore ciliatis; ligula margo angustissimus; foliis planis linearibus intus deciduo pilosis; paniculae contractae spicaeformis ($1^1/_2$—$2^1/_2$-pollicaris) rhachi glabra, radiis brevissimis ex axillis pilosis; spiculis fasciculatis linearibus (4—6''' longis) 14—32-floris; glumis ovato-lanceolatis uninerviis nervo scabris; valvula inferiore ovata acuminata acuta carinata 3-nervia, nervo medio carinisque valvulae superioris paulo brevioris scabris. ⊙ Mexico.

205. E. LURIDA. *Presl.* (l. c. 276.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis teretibus ($1^1/_2$—2-pedalibus) nodisque glabris; vaginis ore pilosis; foliis planis scabris; ligula margo angustissimus brevi ciliatus; paniculae contractae (6—7-pollicaris) subspicaeformis rhachi glabra; radiis abbreviatis alternatim fasciculatis scabris, solitariis ramosis dense spiculatis; spiculis linearibus ($2^1/_2$''' longis) 8—10-floris; glumis ovatis acutis uninerviis; valvula inferiore rotundato-ovata obtusa mucronulata scabra 3-nervia, superiore paulo minore carinis scabra. ♃ Peru.

206. E. FLAVESCENS. *Presl.* (l. c. 278.) Radice fibrosa; culmis erectis ramosis teretibus glabris (4—5-pollicaribus); vaginis ore foliisque planis interne pilosis; ligula margo angustissimis; paniculae erectae simplicis (2—5-pollicaris) rhachi glabra, radiis scabris basi fasciculo pilorum stipatis; spiculis alternis solitariis linearibus 14—22-floris; glumis uninerviis; valvula inferiore ovata acuta 3-nervia, nervo medio carinisque superioris brevioris scabris. ⊙ Mexico.

207. E. PARVULA. *Steud.* Radice fibrosa caespiti-

fera; culmis erectis simplicibus (2—4-pollicaribus) cum foliis vaginisque glabris, his ore pilosis; ligula brevissima obtusa apice pilosa; foliis lineari lanceolatis angustis (1″ longis, $^1/_2$—$^3/_4$‴ latis); panicula contractiuscula erecta (1—1$^1/_2$-pollicari); radiis solitariis alternis 1—4-spiculatis; spiculis linearibus 5—12-floris, glumis lanceolatis parvis, superiore majore flosculo proximo breviore; flosculis parvis (vix $^1/_2$‴ longis), valvula inferiore late ovata vix conspicua nervata margine subpellucida laevi glabra. ⊙? Mexico.

208. E. LINDENIANA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmis erectis simplicibus (2—5-pollicaribus) cum foliis vaginisque e glandulis minutissimis pilosis; foliis subdistichis complicatis setaceo acuminatis culmo brevioribus; panicula simplici, radiis basi dense pilosis remotis summis approximatis solitariis vel 2—4-nis 1—4-spiculatis; spiculis fere ab ima pedicelli basi floriferis compressis (amoene flavescenti- et albido-variis nitidulis) 12—24-floris; valvula inferiore ovata 5-nervia — nervis marginalibus subcarinatis — acuminata carina scabra, valvula superiore oblonga obtusa pectinato ciliata. *Linden* Hrbr. nr. 1554. Carabobo N. Granada.

209. E. HAENKEI. *Presl.* (l. c. 279.) Culmo erecto ramoso tereti (ultra bipedali) vaginisque glaberrimis; ligula brevissima; foliis (9″ longis, 2‴ latis) intus scabris; paniculae patentissimae (10-pollicaris) simplicis rhachi radiisque scabris; his suboppositis basi rudimento setiformi stipatis; spiculis alternatim fasciculatis linearibus 8—10-floris; glumis ovatis acutis subdiaphanis uninerviis; valvula inferiore obtusa scabriuscula 3-nervia, nervo medio carinisque valvulae superioris carinato-scabris. ⊙ Mexico.

210. E. SIMPLICIFLORA. *Presl.* (l. c. 283. sub: Megastachya.) Radice fibrosa; culmo erecto ramoso tereti (1$^1/_2$—2-pedali) canaliculato striato glabro; foliis planis anguste linearibus (vaginis paniculaque longioribus) interne pilosis; panicula erecta (2—2$^1/_2$-pollicari) simplici patente; radiis alternis solitariis scabris; spiculis linearibus 8-floris; glumis ovato-lanceolatis scabris uninerviis; valvula inferiore 3-nervia carina scabra ovato lanceolata. ⊙ Mexico.

211. E. PANICOIDES. *Presl.* (l. c. sub: Megastachya.) Culmis compressis repentibus sursum ramosis (4—5-pollicaribus) vaginisque glabris; ligula brevi fimbriolata; foliis planis distichis acutis scabris; paniculae simplicis (2—3-pollicaris) erectae contractae radiis alternis; spiculis lanceolatis brevibus (1$^1/_2$‴ longis) 6-floris utrinque obtusis apice bidentatis uninerviis, inter dentes brevissime aristulatis: valvula inferiore obtusissima aristulata pilosa. ♃ Mexico.

212. E. UNINERVIA. *Presl.* (l. c. sub: Megastachya.) Radice fibrosa; culmo compresso subramoso (1—2-pedali) glabro; ligula exserta ovata acuminata fimbriata; vaginis foliisque convolutis scabris; paniculae simplicis (6-pollicaris) contractae rhachi scabra; radiis alternis subfasciculatis; spiculis biseriatis secundis glabris linearibus 5-floris; glumis valvulaque inferiore uninerviis. ♃ Mexico.

213. E. FENDLERIANA. *Steud.* Radice fibrosa horizontaliter descendente; culmo erecto simplici vaginis scabris tecto, uti tota planta pallide glaucescente; ligula ovata obtusa brevi fimbriata; foliis angustis culmo (1—1$^1/_2$-pedali) brevioribus scabriusculis planis vel subconvolutis; paniculae erectae (3-pollicaris) rhachi radiisque scaberrimis, his rigidulis alternatim 2—3-nis pauci- (1—4-) spiculatis; spiculis ovato-oblongis 5—9-floris; glumis tenuibus ovato lanceolatis margine late membranaceo-pellucidis carina viridibus acuminatis uninerviis; valvula inferiore carinata herbacea (plus minus rubro-colorata) margine hyalino-membranacea ad carinam basi pilosa apicem versus aculeolata scabra praeter carinam vix nervosa; inferiore hyalina margine herbacea et ciliata. Praecedenti videtur affinis. *Fendler* hrbr. nr. 932. Mexico.

214. E. CONDENSATA. *Presl.* (l. c. 284. sub: Megastachya.) Radice fibrosa; culmo erecto tereti glabro (2—3-pedali); vaginis pilosis; ligula brevi ciliata; foliis convoluto-setaceis intus pilosis extus margineque scabris; panicula spicaeformi densa (12-pollicari) radiis alternatim fasciculatis ramulosis angulatis pilosis; spiculis lanceolatis 8-floris; flosculis densis liberis; glumis subaequalibus uninerviis caducis; palea inferiore 3-nervia scabra. ♃ Mexico.

215. E. PILIFERA. *Scheele.* (Linn. XXII. 344.) Radice fibrosa; culmo tereti rigido glabro laevi simplici (3-pedali); vaginis striatis glabris ore barbatis; foliis planis striatis longe subulato-acuminatis parce pilosis supra scaberrimis subtus laevibus, folio florali paniculam involucrante et aequante; panicula capillari ramosissima diffusa (pedali et ultra); axillis ramorum barbatis; rhachi tetragona glabra; radiis pedunculisque scabris, radiolis tortuosis capillaribus spicula 2—4-plo longioribus; spiculis oblongis purpurascentibus acutis 5—7-floris. An: Poa hirsuta *Michx.* var. *Scheele.* Texas.

216. E. STENOCLADA. *Presl.* (l. c. 278.) Radice fibrosa; culmis erectis simplicibus compressis (2-pedalibus) vaginisque glabris; foliis convolutis interne pilosis; ligula brevissima; panicula erecta contracta (quandoque patula, 7-pollicari) composita; rhachi glabra; radiis alternis solitariis, radiolis pedicellisque scabris; spiculis lanceolatis 10—12-floris; glumis uninerviis dorso scabris; valvula inferiore ovata obtusiuscula 3-nervia scabra, superiore paulo breviore carinis scabriuscula. ♃ Peru.

Species Insularum Indiae occidentalis.

217. E. GLUTINOSA. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. 214. sub: Poa.) Culmo debili filiformi glabro (1—2-pedali) inferne geniculato, vaginis viscosis; foliis angustissimis linearibus brevibus subpilosis; ligula ciliata obsolete barbatula; paniculae patulae lucidae radiis 1—2-nis fere a basi parce compositis; spiculis raris (purpureis, plus minus glutinosis) in singulo pedunculo 3—6; glumis minimis acutis subaequilongis ore et carina ciliolatis. ⊙ Jamaica.

218. E. PROLIFERA. *Swartz.* (l. c. 216. sub: Poa.) Culmo ramosissimo nodoso erecto (6-pedali et ultra), ad nodos prolifero; ramis subdivisis teretibus striatis glabris geniculatis; foliis fasciculatis linearibus setaceis plerumque convolutis erectis laevibus; paniculis terminalibus (spithamaeis et ultra) ramosis patentibus strictis; spiculis pedicellatis lanceolatis compressis multifloris purpurascentibus; glumis aequalibus; valvulis ovatis acuminatis carinatis. Ins. Carib.

219. E. TEPHROSANTHOS. *Spr.* (in *Schult.* Mant. I. 316. sub: Poa.) Radice fibrosa; culmis caespitosis (6—10-pollicaribus) glaberrimis; vaginis sulcatis glabris ore pilosis; foliis linearibus glabris margine scabris (1—3-pollicaribus); ligula pilosa; paniculae divaricatae radiis inferioribus 2—3-nis flexuosis glabris; spiculis ovatis (cinereo-virentibus) 4—9-floris; glumis ovatis obtusis diaphanis; valvula inferiore ovata trinervia, interiore ovato-lanceolata margine tenuissime ciliata. *Sieber* Hrbr. Martin. nr. 33. Agrost. nr. 135. Martinica et sec. *Berland.* Hrbr. nr. 935- Mexico et? N. Holl.

220. E. DOMINGENSIS. *Pers.* (Synops. I. 88. sub: Poa.) Culmo basi incrassato valde folioso ramoso (4—5-pedali); vaginis glabris; ligula linea angustissima callosa; foliis lato-linearibus scabriusculis elongatis; paniculae contractae (1$^1/_2$-pedalis) radiis pluribus verticillatis solitariisque adpressis a basi compositis et floriferis; axillis nudis; spiculis pedicello multo longioribus lanceolato-linearibus 11—13-floris; flosculis elliptico-ovatis acutis distinctiuscule nervosis; valvula superiore aequilonga superne serrulata. E. gigantea *Trin.* Act. Petr. 1831. 403. Domingo.

221. E. BERTERONIANA. *Kunth.* (Gram. I. 112. sub: Poa.) Culmis basi ramosis rigidis (4—5-pollicaribus); foliis rigidis patentibus (vix 1″ longis) basi vaginisque totis

hirsutissimis; ligula barbata; paniculae contractae rhachi glabra, radiis strictis simplicibus; spiculis lineari-lanceolatis 10—20-floris; glumis ovatis carina scabris; valvula inferiore ovata carinata apice obtuso plicata scabriuscula sub-5-nervia; caryopside rotundata fusca nuda. Megastachya Berteroniana *Schult.* Mant. II. 331. Domingo.

Species Australasicae.

Huc etiam: E. pilosa nr. 1. E. parviflora nr. 122. E. tephrosanthos *Spr.* nr. 219.

222. E. BROWNEI. *Nees.* Foliis subinvolutis vaginisque — collo barbatis — glabris; paniculae patentis radiis strictis alternis subsimplicibus (quandoque contractis); spiculis lanceolatis 10—20-floris (nigrescentibus, purpurascentibus vel pallidis); valvula exteriore glabra, interiore ciliata. Poa polymorpha *R. Br.* Prodr. I. 180. Briza Eragrostis *Lin.?* sec. *R. Br.* Eragrostis bahiensis *Nees?* sec. *Trin.* N. Holl.

223. E. CHAETOPHYLLA. (*Steud.*) Foliis setaceo-convolutis vaginisque laevibus, ore vaginarum imberbi; ligula brevissima glabra; paniculae oblongae contractae rigidulae radiis alternis per intervalla magis approximatis, a basi compositis, axillis nudis; spiculis brevissime pedicellatis lineari-ellipticis 3—20-floris purpurascenti-canis; flosculis triandris ovatis (a latere oblongo-lanceolatis) obtusis obsolete nervosis, valvula superiore aequilonga integerrima margine laevi. E. setifolia *Nees* in *Hook.* Lond. Journ. II. 419. (non *Benth.*) ♃ Mitchell's Exped. in Hrbo. *Lindley.* N. Holl. There is no setifolia Benth.

224. E. TENELLULA. *Kunth.* (Enum. 338. sub: Poa.) Culmo ramoso; follis planis; paniculae oblongae radiis verticillatis modice patentibus divisis; spiculis 5—6-floris semipellucidis glabris; valvula superiore 3-nervia. Poa tenella *R. Br.* et *Lin.* sec. *Hassk.* Pl. jav. rar. 39. P. japonica *Thunb.* sec. *Trin.* N. Holl.

225. E. FALCATA. *Gaud.* (*Freyc.* it. bot. t. 25.) Culmis fasciculato-caespitosis simplicibus vaginis foliisque scabriusculis, his subulatis involutis striatis; ligula abbreviata laciniato-ciliata; panicula simplici diffusa; spiculis linearibus teretiusculis subfalcatis 10—16-floris; valvula exteriore obtusa glabra. N. Holl.

226. E. INTERRUPTA. *R. Br.* (Prodr. I. 180. sub: Poa.) Foliis planis laevibus; collo vaginae brevissime pubescente; paniculae coarctatae elongatae radiis alternis simplicibus, inferioribus remotis; spiculis sessilibus imbricatis linearibus 16—24-floris; valvula exteriore 3-nervia glabra, interiore ciliata. N. Holl.

227. E. DIANDRA *R. Br.* (l. c. sub: Poa.) Foliis subinvolutis vaginisque laevibus, collo tenuissime pubescente; paniculae coarctatae radiis alternis indivisis approximatis, infimis distantibus; spiculis oblongo-lanceolatis sub-10-floris; flosculis diandris, valvula exteriore 3nervia, interiore ciliata. N. Holl.

228. E. CONCINNA. *R. Br.* (l. c. sub: Poa.) Vaginis collo barbatis; paniculae coarctatae simplicissimae radiis alternis paucifloris; spiculis breviter pedicellatis lanceolato oblongis 16—20-floris; valvula exteriore 3-nervia glabra, interiore sursum ciliata apice rotundata. N. Holl.

229. E. LEPTOSTACHYA. *R. Br.* (l. c. sub: Poa.) Foliis planis vaginisque glabris, collo brevissime ciliato; paniculae effusae radiis alternis patentibus basi divisis; spiculis lanceolato-linearibus 8—12-floris; flosculis 3-andris; valvula exteriore 3-nervia glabra, interiore nuda. N. Holl.

230. E. URVILLEI. *Steud.* Subcaespitosa; culmo erecto tenui teretiusculo striatulo glabro (pedali) foliato; foliis angustissimis subconvolutis glabris laevibus culmo brevioribus erectis rigidulis acuminatis (4—6″ longis, vix $^1/_2$‴ latis); vaginis collo longiuscule rariter pilosis, ligula brevi pilosa; paniculae simplicissimae radiis remotis alternis simplicibus 5—10-spiculatis; spiculis inferioribus binatis superioribus solitariis, oblongo-linearibus 9—15-floris; valvula inferiore utrinque nervo unico validulo fere marginali, nitidula tenuissime puncticulata. *Urville* legit in N. Holl.

231. E. STENOSTACHYA. *R. Br.* (l. c. 181. sub: Poa.) Glabra; foliis subinvolutis vaginisque laevibus; paniculae simplicis strictae radiis alternis subindivisis spiculisque divaricatis subulatis teretiusculis 7—10-floris. N. Holl.

232. E. PELLUCIDA. *R. Br.* (l. c. sub: Poa.) Foliis planis vaginisque laevibus collo brevissime ciliato; paniculae effusae radiis divisis patentibus, spiculis linearibus sub-16-floris; flosculis pellucidis, valvula exteriore glabra, nervis lateralibus obscuris, interiore valvula obsolete ciliata; seminibus exsulcis reticulatis. N. Holl.

233. E. SPECIOSA. *R. S.* (sub: Poa.) Foliis semiinvolutis vaginisque glabris; collo barbato; paniculae effusae radiis alternis divisis; spiculis linearibus planis 16—22-floris; valvula exteriore glabra, interiore rara nuda truncata. Poa elegans *R. Br.* l. c. N. Holl.

234. E. EXIMIA. *Steud.* Culmo erecto glabro altiore (pluripedali) foliato; foliis angustis linearibus elongatis (ultra pedalibus, linea parum latioribus) cum vaginis glabris scabriusculis, ligula membranacea obtusa brevi; panicula ampla patente subnutante (ultra pedali) radiis semiverticillatis capillaribus, scabriusculis inaequalibus supra basin floriferis iterumque paniculatis; spiculis ovatis patulis laxi- et 6—12-floris; valvula inferiore argute 5-nervia acutiuscula ($1^1/_2$-lineari, viridi et pallide stramineo varia) interiore margine carinaque ciliata. (Bromum fere refert, caeterum Poae Urvillei nr. 230. satis similis.) *Urville* legit in N. Holl. N. Zeelandia.

235. E. PUBESCENS. *R. Br.* (l. c. sub: Poa.) Culmis foliisque villosis; paniculae effusae radiis alternis patentibus simplicibus; rhachi pubescente; spiculis sessilibus linearibus sub-20-floris; valvula exteriore glabra, interiore ciliata. N. Holl.

236. E. DECIPIENS. *R. Br.* (l. c. sub: Poa.) Foliis angusto-linearibus vaginisque scabris; ligula incisa; paniculae nutantis radiis alternis simplicibus flexuosis spicatis; spiculis 2—3-floris; valvula exteriore dorso glabra; margine sericea, apice obtusa, interiore ciliata. N. Holl.

237. E. IMBECILLA. *R. Br.* (l. c. sub: Poa.) Culmo capillari; foliis involutis vaginisque glabris, ligula erosa; paniculae subnutantis radiis alternis simplicibus spicatis; spiculis distinctis 3—5-floris; valvula exteriore obtusa dorso glabra margine-interiorisque nervis ciliatis. N. Holl.

238. E. ABORTIVA. *R. Br.* (l. c. sub: Poa.) Panicula coarctata capituliformi; spiculis congestis planis lanceolatis multifloris; flosculis 1—2 infimis fertilibus; valvula exteriore 3-nervia glabra dorso alata, interiore replicata ciliata; flosculis reliquis univalvibus neutris. N. Holl.

239. E. EQUITANS. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 413.) Culmo simplici erecto stricto (pedali et ultra); foliis involutis vel planis rigidis, radicalibus dense distiche vel subunilateraliter imbricatis; ligula ciliari barbata; paniculae jubalis lineari-elongatae strictae radiis solitariis vel fasciculatis a basi vel prope a basi subracemiformi-compositis et floriferis, axillis villosis vel nudis; spiculis subsessilibus oblongis sub-3-floris; flosculis lanceolatis (glumisque) acutissimis distinctiuscule nervosis superne valvulaque superiore plus minus breviore serrulatis. Ins. Wahu.

240. E. WAHOWENSIS. *Trin.* (l. c. 412.) Culmo erecto glabro (3—4-pedali); foliis involutis subulato-attenuatis longissimis (jubam aequantibus vel superantibus); ligula ciliari barbata; paniculae vel jubae densissimae radiis verticillatis solitariisque simpliciusculis a basi vel superius floriferis; axillis barbatis; spiculis subsessilibus vel brevissime pedicellatis, elliptico-linearibus 7—15-floris; flosculis lanceolatis (interdum caudulato-mucronatis)

distincte nervosis; valvula superiore parum breviore serrulata. Ins. Wahu.

241. E. DIOMEDEARUM. *Trin.* (l. c.) Culmo strictissimo inferne adpresse ramoso (bipedali et ultra); foliis margine involutis coriaceis strictissimis sensim longioribus supremis jubam aequantibus; paniculae jubalis vel thyrsoideae lanceolato-elongatae radiis brevissimis fasciculatis a basi floriferis, axillis pubescentibus; spiculis sessilibus linealibus 10—20-floris; flosculis lanceolatis acutis distinctiuscule nervosis obsolete pubescentibus; valvula superiore paulo breviore pubescendo-serrulata. Ins. Alabratros.

242. E. PETERSII. *Trin.* (l. c. 1838. supl. 75.) Culmo decumbente ramoso ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); foliis planis glabris; ligula ciliari barbata; paniculae (spithameae fuscescentis) patulae lucidae radiis verticillatis inferne nudis praesertim verticilli infimi barbulatis; spiculis linearibus pedicellum plus minus aequantibus sub-4-floris; flosculis lineari-ellipticis obtusiusculis obsolete nervatis; valvula superiore parum breviore glabriuscula. Ins. Taiti.

243. E. ELYTROBLEPHARA. *Steud.* Culmo tenui subramoso glabro (pedali et ultra); vaginis margine et ore pilosis; foliis planis lineari-lanceolatis (2—3″ longis, 1‴ latis), glabris; panicula elongata pyramidata lucida; radiis irregulariter alternis capillaribus in axillis pilosis; radiolis paucifloris; pedicellis spiculis longioribus; his tenuissimis 3—5-floris; valvula inferiore ciliata. Hrbr. *Urville* sine loco natali. Variat? Culmo basi praesertim ramosiore, paniculae radiis semiverticillatis, spiculis 3—7-floris. *Jardin* legit in Taiti.

Haec species cum E. ciliari (nr. 31.) E. ciliata *Nees* (nr. 33.) E. rupestri *Roth* (nr. 34.) E. viscosa *Trin.* (nr. 38.) E. retinorrhoea *Steud.* (nr. 81.) E. lepida *Hochst.* (nr. 82.) et E. Mauritii *Steud.* (nr. 129.) satis naturalem Tribus formant.

Species quoad patriam vel omnino dubiae.

244. E. CINNAEFORMIS. *Schrad.* (Linn. XII. 452.) Culmis basi tuberascentibus teretibus glabris (1—$1\frac{1}{2}$-pedalibus); foliis glabris glaucescentibus (siccitate) convolutis; ligula nulla; spiculis 7-floris. ♃ — —

245. E. PILOSISSIMA. *Link.* Caule erecto (2-pedali) foliis vaginisque pilis longis basi non bulbosis vestitis; illis lanceolatis (4‴ latis) longe acutatis; paniculae effusae radiis capillaribus ad exortum nudis; spiculis 5-floris; glumis uninerviis membranaceis exteriore duplo minore; valvula exteriore obtusiuscula 3-nervia. E. pilosae *Lin.* var.? (cfr. E. Milletii *Nees* nr. 63.) ⊙ —

LEUCOPOA. *Ledeb.* Panicula subracemosa; spiculae ovatae subpatulae, 4—6-florae; glumae duae parum inaequales ovatae obtusae flosculis multo breviores; flosculi in rhachi subarticulato-nodosa alterni decidui; valvulae subscarioso membranaceae, inferior latior ovata obtusa glabra; superior acutiuscula bifida margine cilata; stamina 3 linearia; ovarium glabrum; styli supra basin plumosi divergentes; caryopsis oblonga subtriquetra.

1. L. SIBIRICA. *Ledeb.* (Fl. Ross. IV. 383.) Rhizomate fibroso caespitifero; culmo erecto (juniore $\frac{1}{2}$ adulto usque $1\frac{1}{2}$-pedali) glabro laevi tenuissime striato; foliis subglaucescentibus planis angustis ($\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$‴ latis) vel subconvolutis leviter scabriusculis striatulis culmum plus minus aequantibus; ligula obsoleta; panicula primo contracta, radiis binis vel solitariis unispiculatis demum patentibus; spiculis 3—4‴ longis compressiusculis, basi vel omnino nudis. Genus habitu inter Poam et Melicam intermedium. Poa albida *Turczn.* Cat. Baic. 1324. Koeleria sibirica *Rudolphi* mpt. Sibiria altaica. Dahuria.

PHALARIDIUM. *Nees. Meyen.* Panicula; spiculae homogamae biflorae, flosculo utraoque fertili; glumae flosculis longiores aequales herbaceae 3-nerviae margine membranaceae; valvulae subchartaceae obtusae, inferior obtuse cymbaeformis nervis 5 confluentibus, superior angustior et brevior 2-nervia lateribus inflexis dorso canaliculato; lodiculae nullae; staminae 3; stigmata contigua sessilia plumoso-lacera; caryopsis oblonga compresso-sulcata libera.

1. P. PERUVIANUM. *Nees. Mey.* (N. act. N. C. XVII. supl. 1. 161.) Radice capillari caespitifera; culmis fasciculatis adscendentibus (3—5-pollicaribus) compressis laevibus; vaginis subventricosis sulcatis glabris; ligula margine lacero-dentata magna laminae folii adnata; panicula angusta spicaeformi (1—$1\frac{1}{2}$-pollicari), radiis fasciculatis 3—5-nis; spiculis lanceolatis (2‴ longis). Airopsis peruviana *Meyen* it. 484. ⊙? Peru.

UNIOLA. *Lin.* Juba, panicula vel racemus simplex; radiis solitariis; spiculae 3—20-florae; glumae 3—5- raro superior 7-nerviae; flosculi plus minus distiche imbricati, inferiores 1—3 in pluribus steriles glumiformes univalves, rarius superioribus dissimiles multo breviores; valvula inferior coriaceo-membranacea mutica vel cuspidata 7—11-nervia, superior parum brevior plicata; lodiculae 2 subtruncatae nudae vel villis connatae; stamina 3, styli 2; caryopsis lineari elliptica compressa.

Genus in 3 dividit *Rafinesque* (in *Seringe* Bull. bot. p. 221.) 1. Uniola. *Raf.* Species omnes monandrae. 2. Trisiola. *Raf.* Species triandrae. 3. Neuroctola. *Rafin.* Calyx 5-valvis; stamina 3; nectaria 2 inaequaliter 3 fida: corolla biglumis inaequalis, exterior carinata 8-nervia. Uniola paniculata. *Lin.*

1. U. DISTICHOPHYLLA. *Labil.* (N. Holl. t. 24.) Culmo debili basi prostrato ramoso gracili; foliis alternis rigidis subulato-involutis glabris; spiculis oblongis sessilibus et longe pedunculatis 5—6, alternis sub-10-floris; glumis oblongis acutis dorso carinatis; valvula inferiore multinervia, interiore margine involuta exteriorem superante. N. Holl.

2. U. LATIFOLIA. *Michx.* (Fl. I. 70.) Culmo tereti glabro subramoso (4-pedali); foliis lanceolatis dilatatis (1—2′ longis, fere 1″ latis); vaginis ore hirsutis; ligula brevissima; paniculae laxae (saepe pedalis) nutantis radiis inferne nudis solitariis vel geminatis inaequalibus; spiculis longe pedicellatis (fere pollicaribus) ovatis compressis 8—10-floris; flosculis subfalcatis carina pilosis, infimo sterili univalvi; glumis inaequalibus lanceolatis acutissimis; valvula inferiore carina scaberrima 9-nervia, basin versus pilosa; interiore lanceolata margine ciliata. *Kunth.* Supl. t. 32. f. 4. ♃ Am. sptr.

3. U. GRACILIS. *Michx.* (l. c. 71.) Culmo gracili subcompresso foliato (3—4-pedali); foliis planis linearibus (1′ longis, et ultra 2—3‴ latis) apice angustatis, glabris; vaginis ore hirsutis; ligula brevissima ciliata; paniculae elongatae angustissimae radiis racemosis adpressis; fere a basi divisis, solitariis; spiculis lato-cuneatis basi acutis in apice ramorum 2—3-nis 3-floris (ex *Torr.* Fl. I. 105. sub-6-floris *Trin.* 4—6-floris *A. Gray*); flosculis patulis strictis monandris, infimo sterili; glumis acutis rigidis; valvula corollae inferiore lanceolata acuminata truncata margine ciliata, superiore breviore carina scabra. Holcus laxus *Lin.* Chasmanthium gracile *Link.* ♃ Am. sptr.

Genus Chasmanthium ab Uniola vix distinctum cum charactere: „Panicula expansa; spiculae compressae multiflorae, flosculi subdistantes; glumae 2 inaequales; valvulae 2 basi callo vix ullo, exterior angusta falcata, interior brevior dilatata exclusa; stamina 3; styli plumosi;“ qui vix in species exacte quadrat.

4. U. ORNITHORYNHA. *Nees.* (mpt. sub: Chasmanthium.) Racemo subspicato simplici, flosculis divaricatis aequivalvibus. ♃ Hrbr. *Lindl.* nr. 51. *Drummond* legit in Albama.

5. U. SPICATA. *Lin.* Radice longe lateque repente stolonifera: culmo erecto tereti glabro (1—$1\frac{1}{2}$-pedali)

basi ramoso; foliis numerosis alternis rigidis involutis (3—6″ longis) subglaucis; vaginis glabris superioribus ore villosis; ligula obsoleta; panicula in spicam densam contracta; radiis brevibus fere a basi floriferis ovato-oblongis tumidulis; spiculis 5—9-floris; flosculis omnibus fertilibus; glumis inaequalibus acutis; valvulis subaequalibus acutis carinatis, inferiore acuta 7—9-nervia, superiore obtusa. U. distichophylla *R. S.* non differt. ♃ Am. septr. austr.

6. U. PROSTRATA. *Trin.* (Act. Petrop. 1838. supl. 55.) Radice fibrosa; culmis ramosis prostratis repentibus; ramis adscendentibus (3—5-pollicaribus); foliis rigidis striatis planiusculis vel sulcato-convolutis glaucescentibus, glabris vel externe cum vaginis ore et margine pilosis; jubae angustatae radiis inferne non longe nudis; spiculis elliptico-linearibus compressis 5—14-floris; flosculis acutiusculis omnibus fertilibus; valvula inferiore lanceolato-ovata 9-nervia, superiore paulo longiore adscendente persistente obtusa. Poa prostrata *H. B.* ♃ N. Andalus. Chili.

7. U. PANICULATA. *Lin.* Culmo erecto procero; foliis lanceolatis vel involutis acutis glabris; jubae magnae (nutantis) radiis inferne non longe nudis; spiculis ovatis compressis sub-16-floris; flosculis mucronato-cuspidatis, inferioribus aliquot sterilibus; valvula inferiore ovato-lanceolata 11-nervia. U. maritima *Michx. Beauv.* t. XV. f. 6. Briza caroliniana *Lam.* ill. t. 45. f. 3. ♃ Am. sptr.

8. U. THALASSICA. *Trin.* (Act. Petr. 1831. 359. 1838. supl. 55.) Culmis ramosis prostratis repentibus; foliis planis sulcato-striatis lanceolatis apice convoluto-pungentibus, margine scabris, glaucescentibus glabris distichis (1—2″ longis, basi 2‴ latis); paniculae densissimae spicatae ovatae (pollicaris) radiis a basi partitis et floriferis; spiculis elliptico-linearibus compressis 12—20-floris; flosculis submucronatis dioicis; glumis valvulisque glabris, valvula inferiore 9—11- (in masculis 5-) nervia, superiore breviore persistente. Poa thalassica *H. B.* ♃ Peru. Chili.

9. U. BORBONICA. *Steud.* Culmo basi ramoso stricto (6—12-pollicari) rigido, foliato; foliis facile deciduis, vaginis arctis ore pilosis caeterum glabris; foliis lanceolatis acuminatis rigidis pungentibus planis (2—3″ longis, 1—1½‴ latis) glaucescentibus; panicula contracta oblonga (2—3-pollicari) laxiuscula, radiis pilosis erectis basi nudis; spiculis oblongo-linearibus sub-5-floris; glumis ovatis acutis flosculis multo brevioribus glabris; valvula inferiore 7—9-nervia brevissime mucronulata. ♃? Ins. Borbonia.

10. U. INDICA. *Spr.* Culmo basi decumbente ramoso adscendente (1—2-pedali) tereti glabro; foliis glaucis abbreviatis, vaginis ore barbatis; paniculae oblongae ovatae (dimidia plantae longitudine) erectae rarae radiis brevibus simplicibus, infra fasciculatis supra solitariis horizontalibus; spiculis longe pedicellatis 16—20-floris (coeruleo-purpurascentibus); valvula exteriore 3-nervia. (hinc potius Eragrostidis species.) Poa unioloides *Roxb.* Fl. ind. I. p. 340 nec *Retz.* Ind. or.

11. U. RACEMIFLORA. *Trin.* (l. c. 1838. supl. 55.) Foliis convolutis; jubae angustatae densae (spithamaeae) radiis racemosis simplicissimis fere a basi floriferis; spiculis ovatis compressis sub-9-floris; flosculis (4) inferioribus sterilibus; valvula inferiore ovato-lanceolata obsolete 7-nervia. Domingo.

12. U. MUCRONATA. *Lin.* Culmo pedali laevi; foliis angustis glabris; spica disticha; spiculis ovatis 11—12 glabris 7-floris; glumis subaristatis. Ind. or.

13. U. JARDINI. *Steud.* Radice fibrosa tomentosa; culmo basi declinato adscendente foliato glabro (pedali); foliis angustissimis linearibus planis vel subconvolutis (2—3″ longis, ½—1‴ latis) acuminatis basi cum vaginae striatae ore longe pilosis; panicula racemosa; radiis brevissimis solitariis vel binis alternis uni- raro 2—3-spiculatis; spiculis remotis ovatis dense disticho-imbricatis, 10—16-floris; glumis angustis flosculo infimo brevioribus; valvula inferiore carinata utrinque nervo viridi subcarinato instructa (hinc subtricarinata); carina scabra; lateribus stramineis glabris; inferiore multo minore ciliata. Ad fluv. Gabon legit *Jardin* in Guinea.

14. U. SESSILIFLORA. *Poir.* (Enc. VIII. 185.) Culmis longis filiformibus glaberrimis teretibus; spicis simplicissimis; spiculis sessilibus minimis distantibus paucifloris; glumis uncinato-subacutis. Carolina.

15. U. NITIDA. *Baldw.* (*Ell.* Bot. I. 167.) Foliis planis angustis; panicula sparsa patula; spiculis subsessilibus paucis; calycibus trivalvibus; floribus monandris. Eadem ac praecedens? sec. *Spr.* Am. sptr.

16. U. STRICTA. *Torr.* (Annal. Lyc. Noveb. I. 155.) Culmo erecto gracili tereti (pedali et ultra) basi breviter ramoso, foliato; foliis planis linearibus apice attenuatis (3—6-pollicaribus) glumis striatis glabris; ligula obsoleta; panicula erecta contracta simplici; spiculis 6—10 (¾—1-pollicaribus) lanceolatis compressis 10—18-floris; flosculis dioicis (?); glumis inaequalibus lanceolatis acutis; valvula inferiore lanceolata acuta mutica enervia; superiore bicarinata acuta. ♃ Canada.

17. U. SCOPARIA. *Kunth.* (Rev. Gram. II. t. 182 sub: Poa.) Culmis fasciculato-ramosissimis; ramis subfastigiatis foliosis; foliis anguste linearibus convoluto-setaceis acutato-pungentibus rigidis vaginisque glabris; spiculis foemineis 3—5, racemosis oblongis acutis compressis 5—6-floris glabris; floribus imberbibus; valvula inferiore sub-11-nervia. U. spicata *Nees.* Agr. bras. ♃ Montevideo.

18. U. SPARTA. *Trin.* (Linn. X. 307.) Foliis praelongis involutis; jubae thyrsoidis linearis radiis racemosis a basi floriferis; spiculis ovatis compressiusculis, sub-4-floris; flosculo infimo sterili; valvula inferiore ovata, obsolete 5-nervia. Ins. Cuba.

Mirum clbm. autorem hanc speciem jam 1836 l. c. descriptam in Act. Petropol. 1838 neglexisse.

BRIZOPYRUM. *Link. Nees.* Spica simplex vel composita disticho-subsecunda; spiculae homogamae multiflorae saepe compressae grandiusculae; glumae herbaceo-nervosae inferior plurinervia; valvula inferior convexa basi chartaceo-cartilaginea obsolete nervosa pilis clavatis magis minusve tomentosa vel glabra, apice herbaceo-5—multi-nervia, acuta; lodiculae rigidulae lanceolatae apice barbatae; stamina 3; ovarium glabrum stigmata plumosa pilis simplicibus; caryopsis libera convexo-concava.

1. B. ALTERNANS. *Nees.* (Fl. Afr. I. 369.) Culmis adscendentibus simplicibus (pedalibus) glabris; vaginis superne e tuberculis patenti-villosulis ore longe barbatis; ligula ciliata; foliis linearibus (6—9″ longis, 1‴ latis) acuminatis mollibus utrinque patenti-villosis; spica erecta (2-pollicari) simplici disticho-secunda; spiculis alternis ovatis 4-floris, bracteolis sterilibus setaceis suboppositifloris interstinctis; glumis subulato-acuminatis e tuberculis hirsutis; valvula inferiore apice 7-nervia basin versus coriacea dense tomentosa. ♃ Afr. austr.

2. B. ACUTIFLORUM. *Nees.* (l. c. 371.) Culmo gracili geniculato laevi (pedali); vaginis glabris ore nudis; ligula brevissima ciliari; foliis fasciculorum brevibus convoluto-setaceis, culmeis (2—5″ longis, fere 1‴ latis) linearibus acutis glabris; paniculis glomerato-spiciformibus densis, inferioribus axillaribus parvis oblongis abeuntibus in terminalem nudam semicylindricam (1½—2-pollicarem); glumis valvulaque inferiore subulato-acuminatis, hac 7-nervia carina inferius margineque barbato-ciliatis. ♃ Afr. austr.

3. B. CAPENSE. *Nees.* (l. c.) Culmis filiformibus (½—2-pedalibus); foliis convoluto-filiformibus rigidis curvis va-

ginisque glabris; spica basi composita disticho-secunda; spiculis late ovatis 5—9-floris; glumis acuminatis, flosculorum valvula inferiore basi pilosa. Briza imbricata *Steud.* Flora 1829. p. 489. Cynosurus Uniolae *Lin.* ♃ Afr. austr.

4. B. CYPEROIDES. *Nees.* (l. c. 374.) Rhizomate repente squamato; culmo inferne suffruticoso ramoso (1—2-pedali) et foliato, sursum aphyllo laevi striato; vaginis ore membranaceo auriculatis glabris; ligula brevissima ciliato-lacera; foliis erecto-patulis distichis convoluto-pungentibus (pollicaribus) rigidis; paniculis spicatis glomeriformibus ovatis densissimis alternis sessilibus; spiculis ovatis 5—10-floris acutis; valvula inferiore convexa rigida pallida (utrinque macula oblonga purpurea picta) 5-nervia, superiore obtusa margine ciliolata. Dactylis laevis *Thunb.* Poa cyperoides *Thunb.* Mem. Mosc. III. t. 7. ♃ Pr. b. sp.

5. B. SICULUM. *Link.* (Hort. I. 159.) Culmo erecto simplici vel basi subramoso (5—9-pollicari); foliis planis; ligula exserta; panicula spicata simplici; spiculis lanceolato-oblongis distichis compressis sessilibus 15—25-floris; valvulis 5-nerviis. Cynosurus siculus *Jacq.* Obs. 2. t. 43. Poa sicula *Jacq.* Ic. 2. t. 303. Briza cynosuroides *Scop.* Delic. 2. t. 11. Festuca unioloides *Kunth.* ⊙ Ital. Sicil. Barbar.

6. B. OVATUM. *Nees.* (mspt.) Culmis fasciculato-ramosis prostratis; foliis convolutis confertim pectinato-distichis rigidis glaucis margine scaberrimis; spica fasciculata ovata brevi; spiculis ovatis multifloris laevibus; valvula inferiore apice attenuata acuta 7-nervia, nervis 4 abbreviatis. Planta hermaphrodita mascula; stamina 3; pistillum abortiens, ovarium angustum, styli ad acumen ovarii discreti, stigmata sparsim pilosa. ♃ *Cuming* legit in Peru.

Planta forte foeminea nisi distincta species gaudet: foliis complicatis erecto-patentibus distichis confertis rigidis glaucis margine scabriusculis; panicula spicata ovata compacta foliis breviore; spiculis ovato oblongis paucifloris, carina scabriuscula; valvula inferiore obtusa 11-nervia; staminibus nullis; ovario glabro acuto; styli filiformi simplici; stigmatibus plumosis longis violaceis. Hanc legit *Cuming* prope Valparaiso Chili. Vereor ne sit: Uniola thalassica *Trin.* planta foeminea, quam *Bertero* Hrbr. nr. 785 legit in Chili. *St.*

7. B. CALYCINUM. *Presl.* (Rel. Haenk. 281.) Radice fibrosa; culmis erectis ($1\frac{1}{2}$—4″ longis) vaginis foliisque convolutis glabris; panicula erecta contracta subspicaeformi (5-lineali); rhachi radiis pedicellisque scabris; spiculis bifloris; glumis flores superantibus aequilongis 3-nerviis acutis; valvula inferiore 5-nervia obtusiuscula margine ciliata. ⊙ —

8. B. SUBSPICATUM. *Presl.* (l. c.) Culmo adscendente compresso (8—14-pollicari); foliis planis vaginisque glabris; panicula (3-pollicari) erecta contracta spicaeformi; glumis paleisque carinatis ovatis acutis uninerviis, nervo valvulae inferioris piloso, arista brevissima. ♃ Peru?

9. B. PILOSUM. *Presl.* (l. c. 280.) Culmo repente ramoso rigido (6-pollicari) glabro; vaginis foliisque canaliculatis rigidis pilosis; spica erecta secunda ($1\frac{1}{2}$-pollicari); spiculis lanceolatis 6—8-floris; glumis rigidis inaequalibus, inferiore 5-ies breviore; valvulae inferioris muticae nervo medio scabro. ♃ Mexico.

10. B. BOREALE. *Presl.* (l. c.) Radice repente; culmo erecto subramoso compresso (8—10-pollicari) vaginisque glabris; foliis planis innovationum distichis scabris; panicula secunda spicaeformi simplicissima erecta ($1\frac{1}{2}$—2-pollicari); spiculis lanceolatis sub-10-floris; glumis inaequalibus ovatis acutis glabris; valvula inferiore 9-nervia glabra superiorem aequante. ♃ Sinus Nootka.

11. B. SCIRPOIDEUM. *Steud.* Caespitosa; culmo basi incrassato squamato et vaginato tereti glabro tenuissime striatulo stricto toto aphyllo (4-pedali); squamis ovatis acutiusculis nervosis 1—8‴ longis; vaginis adpressis 2—3 nudis; foliis (culmis sterilibus?) culmo conformibus acuminatis; panicula contracta ($\frac{1}{2}$-pedali et ultra basi interrupta; radiis erectis pauci- (1—4-) spicatis culmo subadpressis; spiculis subcompressis oblongo-ovatis distichis glaberrimis 7—9-floris; glumis parum inaequalibus flosculo infimo brevioribus, subcoriaceis acuminatis vix conspicue 3-nerviis; valvula inferiore distincte 3- vel obscurius 5-quin 7-nervia coriacea concava ovato-oblonga acuta, valvula superiore parum breviore oblonga medio hyalina margine herbacea omnino glabra praeter apicem bifidum brevissime ciliolatum. (Forsan distincti generis typus; sed partes florales in suppentente specimine minus evoluti.) *Drummond* Coll. IV. nr. 102. N. Holl.

BRIZA. *Lin.* Panicula aperta vel contracta, radiis solitariis vel binis; spiculae pluri- (5—12-) florae, floribus imbricato-distichis; glumae 2 subrotundae membranaceae 5—7-nerviae; valvulae 2, inferior subrotunda compresso-concava basi cordata apice rotundata mutica vel brevius longiusve rostrata 7—15- (raro 3-) nervia, nervis plus minus obsoletis; superior multo minor complanata; stamina 3; styli 2 breves; stigmata plumosa; caryopsis compressa glabra.

* *Perianthii mutici margine membranaceo aequo. Briza.*

1. B. SPICATA. *Sibth.* (et *Sm.* Prodr. I. 57.) Culmo erecto (9—12-pollicari); foliis brevibus planis glabris; ligula oblonga; paniculae lineari-oblongae angustae radiis fere a basi floriferis; spiculis ovatis acutis 5—7-floris; glumis flosculos infimos aequantibus obtusis (cum mucronulo); perianthiorum margine membranaceo angusto. B. humilis *Bbrst.* ⊙ Tauria. Syria. Graecia.

2. B. MEDIA. *Lin.* Culmo erecto ($\frac{1}{2}$—1-pedali et ultra); foliis planis lanceolatis scabris, acuminatis; ligula elongata intra vaginam longe decurrente; paniculae patentis erectae radiis divisis, radiolis apice floriferis; spiculis ovato-triangularibus subcordatis, (viridibus vel basi subpurpurascentibus) 5—7-floris; glumis flosculos infimos plus minus aequantibus vel superantibus; perianthiorum margine membranaceo latiusculo. B. virens *Lin.* non differt. *Host.* Gram. 2. t. 29. *E. B.* t. 340. Variat: spiculis majoribus usque 12—14-floris. P. cordata *Pers.* hrbr. ⊙ Eur. austr. As. Afr. Amer.

3. B. TRICHOTOMA. *Steud.* Culmo erecto (2-pedali et ultra, ex abscisso), glabro simplici; foliis lineari-lanceolatis acuminatis supra et margine scabris; ligula longe exserta; paniculae expansae ovatae (6-pollicaris) radiis repetito trichotomis tenuissimis scabris; spiculis subtriangulari ovatis 10—12-floris; glumis flosculos aequantibus margine perianthiorum late membranaceo. An praecedentis var. major? Hrbr. *Göring.* nr. 4. Java.

4. B. ELATIOR. *Sibth.* (Fl. graec. t. 75.) Spiculis cordatis 12-floris; glumis flosculo infimo brevioribus; corolla gibbosa; ligula brevissima obtusa. ♃ Mons Athos Graeciae.

5. B. MINOR. *Lin.* Culmo erecto (1—$1\frac{1}{2}$-pedali); foliis lanceolatis margine scabris; ligula brevissima truncata; paniculae erectae patentis radiis divisis, radiolis superne floriferis; spiculis subtriangulari orbiculatis 5—8-floris; perianthiorum margine membranaceo lato; glumis flosculos infimos excedentibus. ⊙ *E. B.* t. 1316. *Host.* l. c. t. 28. Europa.

6. B. GENICULATA. *Thunb.* (Fl. cap. I. 112.) Radice valide fibrosa perenni; culmo basi subramoso, rigidiusculo geniculato ($\frac{1}{2}$—1-pedali) vaginis margine et ore dense pilosis (demum glabratis); foliis elongatis convolutis (3—5-pollicaribus) rigidulis (in adultis saepe abbreviatis vix pollicaribus); paniculae erectae patentis radiis divisis radiolis apice floriferis; spiculis ovatis 7—9-floris; glumis flosculis fere duplo brevioribus; valvula inferiore utrinque perspicue (viridi-)nervata. ♃ Afr. austr.

7. B. RUBELLA. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo

= 6 sp. tranquillal Schr
de Wild

erecto gracili basi ramoso; vaginis margine et ore pilosis (demum glabratis); foliis planis angustissimis lineari-lanceolatis acuminatis (1—1½″ longis, ⅓—¾‴ latis), apice subconvolutis; panicula erecta pauciradiata simplici; radiis solitariis 1—3-spiculatis; spiculis subsessilibus ovatis 10—25-floris, pallide roseis; glumis flosculo infero brevioribus; valvulis tumidulis utrinque marginaliter uninerviis (cum carina 3-nerviis) inferioribus sensim deciduis, tenuissime puncticulatis. *Leprieur* legit in Senegalia.

8. B. NIGRA. *Burch.* Radice fibrosa validula tomentosula caespitifera; culmo basi vaginis emortuis tecto et incrassato duriusculo (½-pedali); vaginis (foliisque inferioribus) hirsutis superioribus glabris ore hirsutis; foliis angustis convolutis rigidis (1—2″ longis); panicula erecta ovata; radiis solitariis divisis; radiolis capillaribus 2—3-floris; spiculis ovatis 5—10-floris; glumis flosculum infimum subaequantibus cum flosculis nigro-viridibus; valvulis (cum carina) 3-nerviis glabriusculis nitidis obtusis. Simillima Eragrostidi chalcanthae *Nees* sed vera est Briza. Mirum speciem a *Webbio* et *Burchellio* nec ab *Eckloneo, Dregeo, Kraussio* lectam esse. ♃ Pr. b. sp.

9. B. MAXIMA. *Lin.* Culmis simplicibus vel basi ramosis (1—2-pedalibus); vaginis foliisque lanceolatis acuminatis glabris; ligula elongata, lanceolata: paniculae apice nutantis radiis simplicibus vel divisis apice floriferis; spiculis amplis ovatis acutiusculis vel obtusis (quandoque basi cordatis) 7—17-floris; glumis flosculis infimis brevioribus; valvulae inferioris margine membranaceo latissimo, ipsa in flosculis superioribus dorso vel omnino pubescente vel omnino glabro. *Jacq.* obs. 3. t. 60. *Host.* Gram. II. t. 30. *Beauv.* Agr. t. XIV. fig. 3. ⊙ Eur. austr. Afr. Ind. or. N. Holl.

10. B. PULCHELLA. *Kunth.* (Gram. I. 120.) Foliis ciliatis; panicula depauperata 2—3-stachya; spiculis nutantibus subrotundo-ovatis 8—12-floris; valvula inferiore glaberrima 7-nervia. Prioris var.? ⊙ Teneriffa.

11. B. POA. *Nees.* (in litt.) Foliis convolutis scabris; paniculae laxae patentis radiis fasciculatis subternis longe a basi racemoso-compositis vel decompositis; spiculis ovatis 5—7-floris compressiusculis glaucescentibus; valvulae inferioris punctulatae obtuse carinatae muticae nervis lateralibus vitta obliqua oblitteratis. Differt a Briza Triniana (cujus Aut.? mihi ignota) spiculis angustioribus magis convexis, glauco-viridibus obscurioribus, foliis angustioribus, valvulis apicem versus magis attenuatis mucronulo infra apicem non praeditis, latere ad speciem enervibus, sed cum accuratius attendas revera plurinerviis, nervis 2—3 tenuissimis in vittam lateralem confluentibus. *Nees.* ♃ *Sellow* legit in Brasilia.

12. B. UNIOLAE. *Nees.* (mpt.) Culmo erecto stricto glabro (basi amethystino); ligula elongata truncata pallida lacera; paniculae contractae densae lanceolatae radiis a basi divisis subspicatis; spiculis ovatis 3—4-floris compressis obtusis glabris; valvula inferiore carinata obliqua subuninervia punctulata infra apicem mucronulata. Eragrostis Uniolae *Nees* Agr. bras. 494. Poa anomala *Nees.* ♃ Brasilia.

** *Perianthii aciculati vel setiferi margine membranaceo lobato-rependo. Calotheca Beauv.*

13. B. LAMARCKIANA. *Nees.* (Agr. bras. 481.) Culmo erecto scabro (coerulescente 2-pedali et ultra); vaginis elongatis foliisque linearibus demum convolutis-scabris; ligula lacera; paniculae cernuae patulae laxae radiis solitariis ad basin 3-partitis racemosis; spiculis ovatis sexfloris; glumis coloratis flosculis infimis brevioribus; valvula inferiore orbiculata cuspidata 9-nervia, summorum flosculorum sub apice brevissime setigera. ♃ Bromus brizoides *Lam.* Calotheca elegans *Beauv.* Agr. t. XVII. f. 7. Calotheca dilatata *Link.* Hort. I. 157. Brasil.

14. B. TRILOBA. *Nees.* (l. c. 482.) Culmo humili (½-pedali) infracto; foliis erectis strictis convolutis scabris; ligula brevissima; paniculae erectae contractae radiis ad basin tripartitis racemosis; spiculis subtetragonis ovatis 6—12-floris; glumis flosculis infimis brevioribus; valvula inferiore dorso scabra emarginato-triloba, lobo medio acuto productiore 9-nervio in flosculis superioribus brevissime setigera. Chascolythrum trilobum *Nees* mpt. ♃ Brasil.

15. B. AURICULATA. *Trevir.* Culmo erecto tenui simplici (pedali), foliisque angustis linearibus glabris; ligula vix ulla; paniculae erectae laxae (1½—2-pollicaris) simplicissimae radiis inferioribus binis inaequalibus supremisque solitariis unispiculatis; spiculis e basi angustata ovatis 8—12-floris; glumis flosculo infimo brevioribus angustioribusque; valvula inferiore latissime ovata late membranacea uno latere subauriculata in rostrum bi—trifidum acuminata. sec. spec. cultum in Horto Turic. Calotheca dilatata *Link.* H. Ber. I. 157. Praecedentis B. trilobae. *Nees* var. *Nees.* mpt. ♃ Brasil.

16. B. ERECTA. *Lam.* (Ill. I. p. 187. *Nees* l. c. 480.) Culmis erectis striatis (pedalibus) glabris; foliis caulinis patentibus (6″ longis, 1—2½‴ latis) lineari acuminatis complicatis glabris; ligula brevi truncata, ciliata; racemo coarctato vel subspicato erecto (2—3-pollicari); spiculis pyramidalibus (virescenti-albidis, 4‴ longis) 9—12-floris; glumis flosculis infimis brevioribus; valvula inferiore orbiculata, juxta apicem brevissime rostratum utrinque emarginata. ⊙ Brasil.

17. B. BARBATA. *Trin.* (*Nees* l. c. 477. sub: Calotheca.) Culmis caespitosis laevibus glabris ramosis (vix pedalibus) vaginis inferioribus glabris, superioribus foliisque villosis, his erectis linearibus (2—2½″ longis, 1—1½‴ latis) acuminatis, margine muricato scabris ciliolatis; ligula brevissima obsoleta; paniculae erectae racemosae apertae radiis solitariis superne 1—2-floris; spiculis orbiculato-ovatis sub-10-floris; glumis flosculo infimo brevioribus; valvula inferiore latissime cuneata inferne barbata, infra apicem setigera. ⊙ Brasil.

18. B. SUBARISTATA. *Lam.* Culmo filiformi (spithamineo); foliis radicalibus brevibus setaceis; ligula productiuscula; paniculae erectae (pollicaris) contractae radiis subbinis simplicissimis subunifloris; spiculis elliptico-ovatis sub-11-floris; glumis flosculum infimum subaequantibus; valvula inferiore quadrata rostrato-setigera. Calotheca elegans *Beauv.* Agr. t. 17. f. 7. ♃ Montevideo.

19. B. BERTERONIANA. *Steud.* Culmo erecto (2—3-pedali) foliato laevi glabro; vaginis striatis; foliis elongatis (pedalibus et ultra, 1—2‴ latis) acuminatis laevibus glabris, ligula membranacea dentata vel lacera; paniculae subnutantis patulae (4-pollicaris) radiis subbinis supra basin longe nudam divisis suberectis; spiculis (lato-) ovatis 8—14-floris glabris; glumis flosculo infimo brevioribus ovatis; valvula inferiore latissima ovata margine late membranacea, apice abrupte mucronulata mucrone latiusculo obtusiusculo. Festuca brizoides *Bert.* hrbr. nr. 992 (ex parte). ♃ Chili.

20. B. VIOLASCENS. *Steud.* Radice caespitifera; culmo erecto gracili (1½—2-pedali); foliis radicalibus longissimis culmum fere aequantibus angustissimis (vix ¾‴ latis) saepe convolutis flaccidis scabris; ligula exserta membranacea lacera; paniculae angustatae erectae radiis supra basin divisis paucifloris; spiculis lato-ovatis (coerulescentibus) 8—12-floris glabris; glumis flosculo infimo brevioribus ovatis; valvula inferiore late ovata margine late membranacea apice abrupte acute mucronata. An praecedentis var.? quacum conjunxit *Bertero* l. c. Variat: foliis culmo duplo brevioribus omnibus convolutis setaceis laevibus. *Lechler* hrbr. nr. 250. ♃ Chili.

21. B. NUTANS. *Lindl. Nees.* (Linn. XV. Lit. 125. sub: Chascolytrum.) Foliis linearibus elongatis culmoque scabris; paniculae angustatae nutantis radiis fasciculatis paucifloris; spiculis globosis tetragonis 7—8-floris; valvula

inferiore scabra biemarginato-triloba, lobo medio brevi bifido cum setula interjecta brevissima lacinulas aequante. Chili (legit *Cuming* nec vero *Bertero*).

22. B. ROTUNDATA. (*Steud.*) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto simplici (2—3-pedali) foliisque — linearibus vel convolutis — scabris; ligula brevissima glabra; paniculae simplicis radiis verticillatis distantibus erecto-adpressis; spiculis subrotundis compressis 6-floris; glumis ovatis obtusis dorso scabris viridibus spicula duplo brevioribus; valvula inferiore subrotunda emarginata infra apicem brevissime aristata. Bromus rotundatus *H. B.* N. gen. I. 124. Chascolytrum rotundatum *Kunth.* Supl. I. t. XXVI. f. 3. ♃ Mexico.

23. B. STRICTA. *Hook.* (in *Beech.* voy. 50. sub: Calotheca.) Culmo scabriusculo; foliis convolutis; panicula subsimplici coarctata; spiculis ovatis erectis 7-floris; glumis ovatis rotundatis 3—5-nerviis glabris; valvulis glabris nitentibus exteriore duplo majore subrotundata acutiuscula mutica. Praecedenti dicitur affinis. ♃ Chili.

24. B. SPICIGERA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 282. sub: Chascolytrum.) Radice fibrosa; culmo inferne geniculato scabro (3—4-pedali); ligula exserta truncata multifida; foliis planis vel convolutis acutis vaginisque scabris; paniculae simplicis erectae (3—9-pollicaris) radiis binis vel solitariis alternis spicatis; spiculis obovatis compressis scabris sub-4-floris; valvula inferiore brevissime aristata, superiore multo minore. ♃ Peru. Chili.

25. B. RUFA. *Presl.* (l. c. 258. sub: Chascolytrum.) Radice fibrosa; culmo inferne geniculato, erecto ($1\frac{1}{2}$—2-pedali), inferne glabro superne scabro; foliis linearibus planis scabris; vaginis scabris; ligula brevissima truncata; paniculae contractae subspicaeformis (3—4-pollicaris) radiis verticillatis; spiculis ovatis compressis subtrifloris glomeratis scabris; valvula inferiore brevissime aristata; caryopsi triquetra ovali rufa apiculata. ♃ Peru.

26. B. SELLOWII. *Nees* (in litt.). Foliis planis scabris; paniculae racemosae contractae radiis a basi dense floriferis spiciformibus; spiculis ovatis vel obovatis 5—6-floris viridibus; glumis longis 9-nerviis, valvula inferiore e basi late cordata subcuspidata in dorso 5-nervio apice denticulata. Differt a binis praecedentibus: glumis multinerviis ad nervos utrinque et in carinae apice scabris. *Sellow* legit in Brasil.

27. B. MACROSTACHYA. *Presl.* (l. c. 268. sub: Calotheca.) Radice fibrosa; culmo basi geniculato, erecto tereti (7—10-pollicari) vaginisque glabris; ligula exserta truncata fimbriata; foliis anguste linearibus convolutis intus scabris; panicula simplici subspicata ($1\frac{1}{2}$-pollicari), ramis solitariis vel binatis; spiculis ovoideis tetragonis (3—4‴ longis, flavescentibus) sub-10-floris; glumis ovato-rotundatis spiculis 3-plo brevioribus superiore 5- inferiore 7-nervia, nervo medio in aristulam brevissimam excurrente; valvula inferiore rotundata brevissima acuminata et aristata. ♃ Peru.

28. B. RENIFORMIS. *Presl.* (l. c. sub: Calotheca.) Culmis apice scabris; vaginis foliisque convolutis glabris; panicula simplici coarctata subspicaeformi; spiculis rotundato-ovatis tetragonis; glumis nervo medio scabris, inferiore 5- superiore 7-nervia; palea inferiore rotundato-reniformi convexa acuminata brevissime aristata. ♃ Peru.

29. B. MICROSTACHYA. *Presl.* (l. c. sub: Calotheca.) Culmo erecto tereti (subpedali) superne scabriusculo; foliis linearibus convolutis, superioribus culmum superantibus, vaginisque scabris; panicula erecta contracta (3-pollicari) laxa composita, radiis inferne alternatim fasciculatis superne subsolitariis; spiculis linearibus ($2\frac{1}{2}$″ longis) lineari-ovatis compresso-tetragonis 10-floris; glumis rotundatis 5-nerviis, nervo medio scabris, inferiore 3- superiore 5-nervia; valvula inferiore rotundata acuminata brevissime aristata. ♃ Peru.

30. B. PURPURASCENS. *Mühlbg.* (Descrp. 154.) Culmo erecto vaginisque glabris; foliis setaceis abbreviatis; ligula pilifera; paniculae radiis alternis solitariis; spiculis 5-floris purpurascentibus, altera sessili, altera pedunculata; valvula inferiore ovata mucronata, dorso hirsuta. Carolina.

COELACHNE. *R. Brown.* Panicula angusta; spiculae biflorae; flos inferior hermaphroditus sessilis, superior pedicellatus minor foemineus; glumae 2 subrotundae membranaceae ventricoso-concavae subaequales; hermaphroditi valvulae 2 membranaceae subaequilongae muticae, inferior ovato-subrotunda obtusa ventricoso-concava, superior enervia subbicarinata; stamina 3; ovarium glabrum, styli 2, stigmata plumosa; squamulae 2 hyalinae truncato-subbilobae; caryopsis teretiuscula glabra, libera; foeminei valvulae 2 subaequales ovatae obtusiusculae muticae; inferior concava, superior bicarinata, carinis ciliatis.

1. C. PULCHELLA. *R. Br.* (Prodr. I. 187.) Culmo tenello inferne ramoso; foliis ovato-lanceolatis glabris (6—7‴ longis, $1—1\frac{1}{2}$‴ latis); panicula simplici erecta ($1\frac{1}{2}$-pollicari); spiculis pedicellatis, oblique ovatis vix ultra $\frac{1}{2}$-linealibus. *Kunth* Gram. 2. t. 143. *Endl.* Icon. I. t. 2. N. Holl.

GLYCERIA. *R. Brown.* Panicula simplex vel ramosa; spiculae 3—multiflorae oblongae vel lineares teretiusculae; glumae 2 subovatae membranaceae 1- vel obsolete 3-nerviae, inferior brevior; flosculi arctius vel laxius imbricati oblongi vel oblongo-lineales; valvulae 2; inferior convexa firmula mutica vel obsolete 3-loba 3—7-nervia concava; superior oblonga, vel oblongo-linearis integra vel rarius bifida; lodiculae 2 brevissimae truncatae; stamina 3 (rarius 2); styli 2; stigmata plumosa; caryopsis oblonga glabra libera.

* *Spiculis majoribus flosculis 5—7-nerviis.*

1. G. FLUITANS. *R. Br.* Radice fibrosa; culmo basi radicante fluitante adscendente (2—6-pedali); foliis linearibus (6—12″ longis, 2—4‴ latis); ligula longe exserta; paniculae elongatae (1—2-pedalis) radiis 2—3 subsecundis remotis valde inaequalibus longe supra basin floriferis, sub anthesi rectangule patentibus; spiculis linearibus 7—11-floris radio (plus minus) adpressis, brevissime pedicellatis remotis; valvula inferiore obtusiuscula vel brevissime acutata 7—11-nervia, apice non laciniata. *Kunth.* Supl. t. XXIV. fig. 2. *Beauv.* Agr. t. XIX. f. 7. Festuca fluitans *Lin. Schreb.* gram. I. t. 3. *Host.* Gram. II. t. 77. Variat: valvula inferiore longe acutata nervis vix conspicuis. G. acutiflora *Torr.* Fl. am. 104. ♃ In omni terrarum orbi.

2. G. PLICATA. *Fries.* (N. mant. 3. p. 176.) Radice repente; culmo inferne radicante fluitante, adscendente (1—3-pedali); foliis linearibus obtusiusculis utrinque scabridis (1′ longis, 2—3‴ latis); ligula obtusa ($\frac{1}{2}$—2—3‴ longa) acuta vel laciniata; paniculae subsecundae radiis inferioribus subgeminis, in anthesi patentibus; spiculis 7—11-floris; flosculis ovali-oblongis; glumis inaequalibus obtusis; valvula inferiore obtusissima obsolete tricrenata, superiore oblonga obtusa apice bidentato-bifida. G. fluitans *Autor. quor.* ♃ Europa.

3. G. PEDICELLATA. *Townsend.* (in *Jard.* Annal. 1850. I. 105.) Foliis plicatis acutis, vaginis scabris sulcatis; ligula obtusa subapiculata; panicula simplici elongata subsecunda; radiis simplicibus semper patentibus, inferioribus plerumque ternatis; rhachi laevi 7—16-flora; spiculis obtusis plus minus pedicellatis; valvula exteriore oblonga duplo longiore quam lata, apice integra vel leviter et irre-

gulariter denticulato-crenata, antheris tribus aequaliter longis latisque. Cambridgeshire et Worcesterhire Angliae.

4. G. TENUISPICA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto basi subramoso, vaginato; vagina summa ampliata basin paniculae fovente; panicula erecta contracta ($^1/_2$-pedali), radiis subverticillatis plus minus longe supra basin floriferis; spicis teretibus gracilibus rigidiusculis 8—12-floris; valvula exteriore 3—5-nervia obtusa apice scariosa utrinque leviter angulata, denticulis minutissimis. An G. fluitans var. in siccis nata? *Drummond* hrbr. coll. V. nr. 347. N. Holl.

5. G. MULTIFLORA. *Steud.* Culmo basi radicante adscendente (3-pedali et ultra) glaberrimo, foliisque linearilanceolatis (3—5″ longis, 3—4‴ latis) acutatis glaucescentibus; ligula longe exserta; paniculae contractiusculae elongatae (1—2-pedalis) radiis subquaternis inaequalibus fere a basi floriferis; spiculis linearibus 12—15-floris longiuscule pedicellatis approximatis; valvula inferiore obtusa apice scariosa denticulato-lacera 7-nervia, nervis conspicuis. Festuca fluitans videtur diversa. *Bert.* hrbr. nr. 1240. ♃ Chili.

6. G. SPECTABILIS. *Mert. Koch.* (Deutsch. Fl. 586.) Radice repente; culmo adscendente erecto (4—8-pedali) sulcato laevi; foliis linearibus brevi acuminatis rectis (3—5‴ latis) margine et carina scabris; ligula brevissima truncata; paniculae amplissimae (1—$1^1/_2$-pedalis) ramosissimae erectae laxae radiis 2—pluribus semiverticillatis basi plus minus longe nudis; spiculis oblongo-linearibus 5—9-floris; flosculis obtusiusculis remotiusculis scabris; glumis valvulisque aequilongis, valvula inferiore 7-nervia, interiore emarginata. G. aquatica *Smith. Kunth.* Supl. t. XXIV. fig. 1. Poa aquatica *Lin. E. B.* t. 1315. *Host.* Gram II. t. 60. *Fl. d.* t. 920. *Beauv.* Agr. t. XIV. f. 4. ♃ Eur. As. Am. sptr. N. Holl.

7. G. ARUNDINACEA. *Kunth.* Paniculae diffusae radiis longissimis flaccidis, rhachi laevi; spiculis linearibus sub-5-floris; glumis quam valvulae brevioribus; valvula inferiore 7-nervia. Poa arundinacea *Bbrst.* Fl. cauc. I. 60. Praecedentis var. *Trin.* ♃ Caucas.

8. G. NORWEGICA. *Sommerf.* (K. Vet. Ac. Handl. 1837. 254. Flora 1840. Beybl. p. 68.) Radice fibrosa caespitosa fasciculifera; culmo glabro leviter striato; vaginis scabris; ligula brevi truncata; paniculae laxae secundae nutantis (4—8-pollicaris) pauciflorae radiis tenuissimis flaccidis scabris apice parce ramosis; spiculis linearibus 4—6-floris (virenti-violaceis); glumis brevissimis hyalinis; valvulis aequalibus, inferiore 7-nervia apice 3-dentata, superiore 2-dentata. G. pendulina *Laest.* G. remota *Fries.* Summa V. 244. ♃ Norvegia.

Differre ab hac specie — quae Arctophila *Laestadii Hrbr. norm. Suec.* — Poam deflexam *Rupr.* Beitr. z. Pflz.-Kunde Russl. II. 62. contendit *Ruprecht:* spiculis latioribus, flosculis majoribus acutioribus, radiis paniculae rigidioribus et ligulis dentato-fissis, foliis semper planis et culmo plerumque duplo tenuiore. Poam etiam pendulinam *Fl. d.* t. 2343 e Groenlandia cum planta Bottnica *Laestadii* non conjungendam censet *Rupr.* et icon. cit. potius Poam suam remotifloram sistere. Cnfr. sub: Poa species arcticas a *Ruprechtio* conditas.

9. G. PENDULINA. *Laest.* (in *Whlbrg.* Fl. suec. add. 1088.) Radice repente; culmo robusto humiliore (quam in G. spectabili); vaginis ancipitibus; foliis linearibus strictis; panicula aequali verticillata apice radiisque capillaribus deflexis pendulinis; spiculis 5—7-floris; flosculis obtusis integris 7-nerviis, nervis obsoletis. Poa pendulina *Fl. d.* t. 2343. ♃ Scandin.

10. G. CASPIA. *Trin.* (Act. Petr. 1838. supl. 57.) Culmo compresso adscendente (pedali); ligula breviuscula subtruncata; foliis sensim longioribus; paniculae plus minus contracto-flaccidae multiflorae glaucae (6—9-pollicaris) radiis 2—5-nis a basi vel superius floriferis; spiculis oblongis 3—4-floris; flosculis linealibus obtusiusculis. Caucas.

11. G. PALLIDA. *Trin.* (l. c.) Radice repente; culmo erecto tereti (3-pedali) glaberrimo; foliis elongatis planis subtus subglaucis; ligula elongata ovata; paniculae amplae laxae subpatentis radiis 2—3-nis inferne nudis, capillaribus; spiculis lanceolatis (oblongis) 5-floris; flosculis liberis; glumis inaequalibus margine scariosis, inferiore subacuta; valvulis subaequalibus, interiore 5-nervia, apice (demum) 5-dentata. Windsoria pallida *Torr.* Cat. N. York. 92. Poa dentata *Torr.* Fl. Am. 107. ♃ Am. sptr.

12. G. NERVATA. *Torr.* (l. c. 1831. 365.) Culmo compresso glaberrimo (3—4-pedali); foliis planis angustolinearibus (pedalibus) carinatis glabris; ligula ovata lacera; paniculae amplae aequalis diffusae radiis 2—3-nis debilibus demum pendulis; spiculis ovatis compressis 4—6-floris; flosculis liberis distinctis, glumis margine hyalino albidis; valvula inferiore obtusa distincte 7-nervia. Poa nervata *Willd. Torr.* Fl. Am. I. 111. Variat: panicula magis contracta, radiis flexuosis, spiculis minoribus; glumis quam flosculi duplo brevioribus; flosculis 2—4-floris. Poa flexuosa *Mühlbrg.?* certe Hrbr. un. it. 1835. Poa parviflora *Pursh.* sec. *A. Gray* Man. 592. ♃ Am. sptr.

13. G. ELONGATA. *Trin.* (l. c.) Culmo erecto tereti (3-pedali) compresso; foliis linearibus (1′ longis, 2‴ latis) glabris; ligula brevissima vel obsoleta; paniculae elongatae (8—10-pollicaris) lineari-angustatae radiis solitariis adpressis racemiformibus a basi floriferis; spiculis ovatis obtusis tumidulis 3-floris; flosculis liberis; glumis subaequalibus flosculo infimo $^2/_3$ brevioribus; valvula inferiore distincte 5-nervia acutiuscula, superiore apice rotundata. Poa elongata *Torr.* Fl. 112. ♃ Am. sptr.

14. G. OBTUSA. *Trin.* (l. c. 366.) Culmo erecto tereti (2—3-pedali) firmo; foliis culmo saepius longioribus (2—3‴ latis); ligula brevi retusa; paniculae ovatae contractae (3—4-pollicaris) radiis sub-5-nis inferne nudis; spiculis ovatis tumidulis 5—7-floris; flosculis liberis; glumis inaequalibus margine lato-scariosis; valvula inferiore carinata obtusa indistincte 7-nervia, superiore marginata apice bifida. Poa obtusa *Mühlbg.* desc. 147. ♃ Am. sptr.

15. G. CANADENSIS. *Trin.* (l. c.) Culmo erecto (3—4-pedali) tereti glabro; foliis culmum aequantibus (saepe superantibus, 3‴ latis) scabris glaucescentibus; ligula ovata obtusa lacera; paniculae amplae (6—8-pollicaris) patulae radiis 3—4-nis inferne nudis semiverticillatis demum pendulis; spiculis ovatis tumidis 6—8-floris; flosculis liberis; glumis lanceolatis acutis enerviis margine scariosis flosculis multo brevioribus; valvula inferiore ovata acuta 7-nervia margine scariosa, superiore obtusa apice bifida; staminibus 2. Poa canadensis *Torr.* Fl. Am. 112. Briza canadensis *Michx.* ♃ Am. sptr.

16. G. PAUCIFLORA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 257.) Radice repente; panicula erecta composita patentissima; spiculis 4-floris patentibus glumis rotundatis uninerviis; valvula inferiore flosculis plus duplo breviore, quinquenervia. ♃ Sinus Notka.

17. G. NEOGAEA. *Steud.* Radice fibrosa subrepente; culmo erecto tenero (pedali et ultra) foliato glabro; foliis planis vel subconvolutis angustissimis (3—5″ longis, $^1/_2$—$^3/_4$‴ latis) cum vaginis laevibus glabris; panicula angusta demum patente laxa; radiis binis vel solitariis alternis capillaribus simplicibus vel divisis; spiculis brevi-pedicellatis glabris 3—5-floris; glumis parvis inaequalibus apice margine scariosis pellucidis, valvula inferiore ovata obtusa margine scariosa, demum bifida dorso exarate 5—7-nervia. Terra nova.

18. G. DISTANS. *Mert. Koch.* (Fl. Deutsch. I. 588.) Radice fibrosa; culmo basi procumbente ramoso tereti glabro (pedali et ultra); foliis linearibus acuminatis subtus vaginisque glabris; ligula brevi obtusa; paniculae aequalis divaricatae radiis fructiferis deflexis; spiculis 4—6-floris; flosculis ovato-oblongis; glumis ovatis obtusis inaequalibus

carina scabris, minore uni- altera 3-nervia; valvula inferiore ovato-oblonga obtusa apice crenulata, deorsum obsolete 5-nervia. Poa distans *Host.* Gram. 3. t. 63. *E. B.* t. 986. Atropis distans *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. III. 388. Europ. Turcia. Sibir.

Character generis Atropis *Griseb. Rupr.* Spiculae paniculatae oblongo-lineares 1—pluriflorae; glumae breves inaequales; valvula inferior convexa apice scarioso obtusa, superior nervis convergentibus ciliolatis; ovarium glabrum, styli supra basin plumosi divergentes; caryopsis libera impresso-teretiuscula oblonga exsulca.

19. G. CONFERTA. *Fries.* (Summ. Veget. 245.) Radice caespitosa; foliis planis; panicula aequali densa; rhachi tereti exsulca, radiis abbreviatis hispidis, inferioribus subquinis, fructiferis erecto-patulis; spiculis linearibus 4—7-floris lineari oblongis obsolete 5-nerviis apice subtrilobis. Sclerochloa Borreri *E. Bot.* t. 2997. Atropis Borreri *Griseb.* l. c. Variat: panicula racemosa contracta, radiis brevioribus, imis binatis, flosculis acutis. Scandinavia.

20. G. MARITIMA. *Mert. Koch.* (l. c.) Radice repente stolonifera; culmo firmulo erecto ($1^1/_2$—2-pedali) vaginisque glabris; foliis convolutis rigidiusculis; paniculae aequalis patentis radiis fructiferis contractis; spiculis 4—6-floris; glumis ovatis utrisque trinerviis; flosculis lineari-oblongis obtusis breviterque acuminatis obsolete 5-nerviis, basi glabris. Poa maritima *Huds. Fl. d.* t. 1626. Festuca thalassica *Kunth.* Supl. t. 30. fig. 2. Atropis maritima *Griseb.* l. c. Variat: spiculis fere duplo minoribus. Poa arenaria var. *Trin.* Hrbr. un. it. cauc. et: culmo humili (6—8-pollicari); panicula racemiformi, spiculis paucifloris crassioribus. *Wellw.* Hrb. Lusit. 1851. nr. 426. Europ. Caucas. Sibir.

21. G. CONVOLUTA. *Fries.* (Novit. mant. 3.) Rhizomate fibroso; foliis glaucescentibus plerisque convolutis; ligula producta; paniculae erecto-patentis ramis semiverticillatis scabriusculis 4—5 inaequalibus, longioribus demum expansis; spiculis 2—8-floris, floribus remotiusculis lineari-oblongis truncato-obtusis obsolete 5-nerviis, glumis ovato-lanceolatis acutis. Poa convoluta *Hornm.* Poa arenaria var. festucaeformis *Trin.* ex parte. Festuca poecilantha *C. Koch* Linn. XXI. 411. Atropis convoluta *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 389. ♃ Russia. Sibir.

22. G. TENUIFLORA. *Griseb.* (in *Ledeb.* l. c. sub: Atropis.) Rhizomate fibroso; foliis anguste linearibus, plerisque convolutis; ligula producta; paniculae erecto-patentis effusae ramis semiverticillatis 3—5 subaequalibus scabriusculis demum patentissimis; spiculis 2—6-floris, floribus remotiusculis breviter elliptico-oblongis apice rotundato-obtusis obsolete 5-nerviis, glumis ovatis, superiore obtusa. G. distans var. tenuiflora *Turczn.* mspt. Poa arenaria *Turcz.* Cat. baic. nr. 1325. ♃ Sibiria.

23. G. FESTUCAEFORMIS. *Host.* (Gram. III. t. 17 sub: Poa.) Radice repente fibrosa; culmo erecto glabro laevi ($1^1/_2$—2-pedali); foliis crassiusculis firmulis scabris; ligula oblonga pubescente; paniculae aequalis patulae erectae vel curvatae rhachi radiisque scaberrimis, superne 2—3-nis, medio pluribus; spiculis oblongis subteretibus multi- (9-) floris ex viridi et flavescenti variis; glumis inaequalibus cilatis; valvulis basi pilosis, exteriore obtusa ciliata dorso hispida 5-nervia, interiore lanceolata apice hispida. Festuca palustris. *Seenus.* ♃ Austr. litt. Gallia.

24. G. LEPTOPHYLLA. (*Steud.*) Radice fibrosa non stolonifera; caespitibus basi vaginis membranaceis dilatatis junctis; foliis radicalibus numerosis elongatis erectis brevibus convolutis filiformi-setaceis, caulinis paucis subdilatatis supremi vagina dilatata longissima paniculam basi involucrante, limbo longiore; ligula longa lineari lanceolata acuta; culmo folia radicalia parum superante erecto (8—12-pollicari); paniculae contractae (2—4-pollicaris) radiis geminis pedicellisque scabridulis strictissimis; spiculis oblongis 9—11-floris; glumis oblongis obtusis inaequalibus flosculo inferiore quarta parte brevioribus; flosculis oblongo-linearibus obtusiusculis dorso convexis subquinquenerviis, parte tertia inferiore ad nervos praesertim adpresse et breviter hirtulis, superiore glabris; valvula superiore breviore breviter bidentata ad carinas scabrida. G. tenuifolia *Boiss. Reut.* Pugil. pl. nov. 127. non *Presl.* Hispan.

25. G. AUSTRALASICA. *Steud.* Culmo erecto tereti ramoso tenuissime striato subarundinaceo (ulta 2-pedali) uti tota planta glaberrimo; nodis annulatis; foliis (inferiora desunt) convolutis parvis, acutis subpungentibus; panicula e suprema vagina orta (eaque partim involucrata) subpatente; radiis inferioribus subverticillatis, superioribus sparsis solitariis; spiculis tenuibus teretibus 5—7-floris albis; glumis flosculisque subpellucidis; valvula inferiore apice obtusa subdenticulata. *Drummond* coll. IV. nr. 387. N. Holl.

26. G. NEESII. (*Steud.*) Radice fibrosa subcaespitifera; culmo basi geniculato erecto ($^3/_4$—$1^1/_4$-pedali) firmulo glaucescente striato laevi; foliis angustis planis linearibus tenuissime brevissime (sub lente valida) pubescentibus erectis acutis; ligula exserta dentato-lacera; paniculae erectae rigidae radiis asperulis brevioribus a basi — longioribus superne floriferis; spiculis 5—7-floris linearibus; gluma inferiore minore ovata obtusa vel apice subbifida; flosculis basi liberis epilosis; valvula inferiore apice brevissime scariosa denticulata vel ciliolata. Sclerochloa arenaria *Nees* Fl. Afr. I. 380. (excl. omnibus synonm.) Afr. austr.

27. G. TAURICA. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo adscendenti-erecto (4—6-pollicari) tenui; foliis linearibus planis angustis ($^1/_2$—$^3/_4$''' latis, 3'' longis) glabris laeviusculis; ligula exserta acuta; paniculae ovato-oblongae ($1^1/_2$—3-pollicaris) radiis verticillatis (6—10) capillaribus ramosis; pedicellis quam spiculae multo longioribus; spiculis 2—3-floris, glumis iis brevioribus subaequalibus acutis valvulisque carina scabriusculis glabris obscure nervosis, his apice brevissime scariosis obtusis denticulatis. *Kotschy* Hrbr. 1836 sine nr. In monte Tauro.

28. G. SONGARICA. *Schrenk.* (Enum. p. 1.) Culmo erecto gracili glabro (subpedali); foliis angustis; ligula elongata; paniculae oblongae radiis 4—14 verticillatis inaequalibus scabris, fructiferis patentissimis; spiculis 2—3-floris pedicello multo brevioribus; glumis glabris enerviis carina scabris, superiore inferiorem obtusam 3-plo superante; flosculis enerviis dorso rotundatis scabriusculis (discoloribus); valvula exteriore acuta. Poa subtilis *Karel, Kiril.* Poa paradoxa *Karel* et *Kirl.* Nephelochloa songarica *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 367. ⊙ Songaria.

29. G. AQUATICA. *Presl.* Radice stolonifera repente; culmo basi radicante adscendente (1—$1^1/_2$-pedali) glabro; foliis linearibus planis (2—3'' longis, 2—4''' latis) obtusis margine scabris; ligula ovato-oblonga; paniculae aequalis diffusae radiis 5—10-nis ramosis, plus minus supra basin floriferis; glumis ovatis flosculo multo brevioribus; valvula inferiore oblonga truncata apice denticulata, distincte trinervia; (nervis viridibus). Aira aquatica *Lin. Host.* Gram. 2. t. 41. *E. B.* t. 1557. Catabrosa aquatica *Beauv.* Agr. t. 19. fig. 8. *Kunth.* Supl. t. 25. f. 1. ♃ Europ. Asia. Am. sptr.

30. G. OCHROLEUCA. *Dumort.* (Agr. Belg. p. 108. t. 4. fig. 14. sub: Catabrosa.) Radice repente; culmo basi radicante ramoso adscendente glabro striato ($1^1/_2$-pedali); foliis linearibus obtusiusculis margine scabriusculis; ligula oblonga acutiuscula vel erosa; paniculae contractae ante et post anthesin diffusae radiis semiverticillatis divisis; spiculis approximatis; gluma majore oblonga obtusa subintegra flosculo breviore; valvula inferiore ad nervos obsolete pilosa. Catabrosa aquatica *Parlat.* Fl. pan. I. p. 106. Aira aquatica *Guss.* Flor. sic. prod. 61. non *Lin.* ♃ Italia. Belgium.

31. G.? TENUIFOLIA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 256. sub: Catabrosa). Radice perenni caespitifera, culmis ere-

ctis teretibus (4—5-pollicaribus) vaginisque glabris; ligula exserta ovata acutissima; foliis angustissime linearibus canaliculatis scabriusculis culmo brevioribus; paniculae contractae spicaeformis erectae (trilinealis) radiis alternis fasciculatis scabris; spiculis ovatis trifloris; glumis inaequalibus ovatis obtusissimis superiore duplo majore trinervia; valvula inferiore ovata obtusissima eroso-emarginata 5-nervia, nervis lateralibus obsoletis. ♃ Chili.

** *Spiculis minutis, flosculis trinerviis. Catabrosa Autor. ex parte.*

32. G. MICRANTHA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis simplicibus basi geniculatis erectis robustis (1½—2-pedalibus) glabris teretibus; foliis angustis linearibus acuminatis (3—5″ longis, ½ vix 1‴ latis), scabriusculis; ligula membranacea brevissima vel obsoleta; paniculae elongatae (4—7-pollicaris) erectae subcontractae radiis 1—3-nis ramosis; radiolis supra basin floriferis; spiculis numerosis tenuibus linearibus 3—6-floris; glumis ovatis obtusis persistentibus flosculum infimum superantibus; valvulis obscure 3-nerviis obtusis muticis apice scarioso vix conspicue erosis vel denticulatis. Catabrosa micrantha *Hochst.* hrbr. un. it. nr. 406. Poa sporoboloides *Rich.* Fl. Abyss. II. 426. ♃ Abyssin.

33. G. PILOSA. *Steud.* Radice valide fibrosa caespitifera; culmis geniculatis ramosis (pedalibus) uti tota planta glaucescentibus; vaginis laxis margine et ore sparsim longe pilosis; foliis angustissimis planis vel involutis acuminatis (2—3″ longis, vix ½‴ latis); ligula brevissima ciliata; paniculae (basi in vagina inclusae) erectae angustae (4—6-pollicaris) radiis 3—5-nis erectis a basi ramosis et floriferis; glumis ovatis persistentibus obtusis omnino pellucidis; flosculis cito deciduis obtusis; valvulis iterum praeter nervum medium pellucidis, (nervis lateralibus vix conspicuis) ovatis obtusis apice denticulatis. Catabrosa pilosa *Hochst.* hrbr. Nubic. nr. 413. Nubia.

34. G. SCABERRIMA. *Nees.* (mpt. et *Royle* hrbr. nr. 376.) Culmo vaginis foliisque retrorsum hispidulo-scaberrimis; panicula patente decomposita; spiculis 3—4-floris; glumis valvulisque apicem versus membranaceo-marginatis acutis integris (nec obtusatis incisis). ♃ Ind. or.

35. G. AIROIDES. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis e basi geniculata erectis (4—6-pollicaribus), cum nodis vaginisque striatis glabris; ligula cum ore vaginarum minutissime ciliolata; foliis angustis planis lineatis scabridis (1—2″ longis, ½—¾‴ latis); panicula patente; radiis irregulariter dispositis binis, ternis raro pluribus, superioribus solitariis; spiculis lanceolatis parvis 5—7-floris; flosculis inferioribus brevi pedicellatis; glumis minutis; valvulis 3—5-nerviis acutiusculis; semine oblongo rufescente apiculato. Poa suzumeokatabica. Hrbr. Mus. Lugd. Batav. Japonia.

*** *Sphenopus. Trin. Spicularum pedicelli cuneiformes; glumae minimae inaequales persistentes; flosculi 2—3.*

36. G. SPHENOPUS. (*Steud.*) Culmo tenuissimo erecto (3—5-pollicari) glabro; foliis convoluto-setaceis brevibus glabris; ligula longe exserta subbifida; paniculae divaricato patentis ovatae laxae radiis 2—3-nis capillaribus, apice in pedicellos subcuneiformi incrassatos divisis; spiculis tenuissimis 2—5-floris complanatis; glumis 2, altera minutissima ovata obtusa adpressa, altera lanceolato-oblonga patente persistente; valvula inferiore fere dimidia scarioso-membranacea glabra, apice obtuso vel sublacero. Poa divaricata *Gouan.* Ill. t. 2. f. 1. Eestuca expansa *Kunth* Supl. t. 30. f. 3. Sclerochloa divaricata *Beauv.* Sphenopus Gouani *Trin.* ⊙ Europ. austr.

37. G. MINUTA. *Poir.* (Enc. supl. IV. 327. sub: Poa.) Culmis pluribus caespitosis brevissimis; foliis radicalibus brevibus, caulino unico plano ad faucem vaginae membranaceo; paniculae divaricatae erectae radiis capillaribus subverticillatis; spiculis acutis parvis ovatis raris subtrifloris, altero pedicellato; glumis valde inaequalibus altera duplo breviore. Festuca parvula *Kunth.* Gram. I. 129. Oriens.

PORROTERANTHE. *Steud.* Racemus simplex; spiculae subdistantes in rhacheos complanatae dentibus sessiles 3—5-florae, flosculo supremo tabescente; glumae duae flosculo infimo multoties breviores inaequales subhyalinae facile deciduae; valvula inferior tota herbacea 5-nervia parum brevior quam superior marginibus herbacea medio membranaceo hyalina subbicarinata acuminata; stamen unicum (an semper?); ovarium oblongum; stylus brevis bifidus pilosus; caryopsis oblonga teretiuscula apice styli ramis (caeterum mox deciduis) bicuspidata; lodiculae nullae.

P. DRUMMONDII. *Steud.* Radice fibrosa; culmo subramoso compresso vaginato (8—12-pollicari) glabro; vaginis laxis albo-membranaceis superioribus racemos ante anthesin involventibus; foliis flaccidis linearibus (2—4″ longis, vix ultra 1‴ latis) glabris laevibus; racemis simplicibus, glumis plerumque a flosculis parum remotis deciduis; valvula inferiore obtusiuscula 2—2½-lineali apice integra vel bifida: superiore acutiore bifida quam inferior ½ linea longiore margine tenuissime ciliata. Hrbr. *Drummond* Coll. IV. nr. 390. N. Holl.

DISAKISPERMA. *Steud.* Panicula; spiculae 3—5-florae; glumae 2 inaequales herbaceae, inferior ovata carinata acuta enervia, superior oblongo-lanceolata acuta ⅓ brevior; flosculi subdistantes pedicellati, callo insidentes, facillime decidui; valvulae 2, inferior ovato-oblonga obtusa apice emarginata pilosa obtusa mutica vel brevissime e sinu apiculata, dorso et marginaliter nervata, nervis lateralibus infra apicem evanescentibus; superior lineari-oblonga parum brevior, angustior apice obtusa; stamina 3? stylus bifidus; caryopsis lineari-oblonga compressa apice bicuspidata.

1. D. MEXICANA. *Steud.* Glaucescens; culmo simplici tenui undique glabro; foliis —? panicula simplicissima; radiis solitariis racemiformibus 4—5; spiculis alternis brevi pedicellatis pubescentibus. Mexico.

REBOULEA. *Kunth.* Panicula; spiculae subbiflorae, flosculus superior ad pedicellum subclavatum pedactus; glumae duae membranaceae, altera inferior lineari-lanceolata acuta, superior obovata obtusa carinata dorso trinervia, utraque flore parum brevior; valvulae duae membranaceae, inferior ovato-oblonga apice rotundata vel brevissime acutata, superior brevior linearis apice bifida; squamulae duae laterales truncatae; stigmata duo penicilliformia; caryopsis lineari-oblonga.

1. R. GRACILIS. *Kunth.* (Gram. I. t. 84.) Radice fibrosa tenui; culmo erecto tenui simplici (pedali et ultra) cum vaginis foliisque glabris; his planis angustissimis linearibus; ligula exserta integra vel apice fissa. Variat an species distinctae:

α. R. pensylvanica. *A. Gray.* (Man. 591.) Panicula elongata gracili laxiuscula, radiis racemosis subelongatis; gluma superiore obovata, vel rarius submucronata; floribus 2 raro 3 lanceolatis. Aira mollis *Mühlbg.* Koeleria pensylvanica *Dec.* Aira pensylvanica *Spr.* Act. Petr. 1810. t. 7. Trisetum pensylvanicum *Spr.* Act. Petr. 1830. t. 66?

β. R. obtusata. *A. Gray.* (l. c.) Panicula densa contracta subinterrupta; spiculis in ramis brevibus erectis aggregatis; gluma superiore rotundato-obovata truncato-obtusa, latere scabra, flosculis lanceolato-oblongis. Aira

obtusata *Michx.* Aira truncata *Mhlbrg,* Koeleria truncata *Torr.* Fl. Am. I. 116. Airopsis obtusata *Desv.* ♃ Am. sptr.

LOPHOCHLAENA. *Nees.* Racemus simplex; spiculae multiflorae floribus hermaphroditis rhachillae articulatae callis truncatis insertis; glumae 2 membranaceae obsolete 1—3-nerviae flosculis breviores; valvulae 2, inferior chartaceo-rigida plurinervis apice membranacea bifida, lobis praemorso-dentatis, inter lobos setam rectam exserens; superior plano-complicata lateribus medio dentato-laceris, apicem versus serratis, apice emarginata; squamulae truncatae connatae; stamina 3; ovarium oblongo-lineare glabrum; styli 2 breves; stigmata parva plumosula.

1. L. CALIFORNICA. *Nees.* (in *Jardine* Ann. I. 284.) Foliis brevibus mollibus; spiculis bromoideis oblongo-linearibus speciosis; antheris violaceis. *Hook* in *Bechy* voy. t. 95. California.

CHONDRACHYRUM. *Nees.* Panicula angusta; radii geminati; spicula subtriflora, flosculus tertius pedicellatus abortivus claviformis, flosculi reliqui mutici; glumae 2 flosculo paulo breviores, herbaceo-membranaceae subaequales obovatae acutae carinatae 3-nerviae, nervis duplicatis; flosculi completi 2 bivalves; valvula inferior cartilaginea dimidiato-ovata gibba apice contracta subenervis margine membranaceo superne latiore praedita, superior aequilonga plana ovalis obtuse bidentata binervia, ad angulos serrulata, hinc margine tenuissime membranaceo inferne latiore inflexo genitalia tegens; lodiculae 2 latae ovario altiores membranaceae ovatae acutae integrae subserrulatae; stamina 3, antherae luteae lineares apice acute bidentatae basi bifidae; ovarium glabrum; stigmata 2 pilosula; flosculus tertius incompletus oblongus bivalvis, hinc magis gibbus cum pedicello gracili valvulae superiori flosculi superioris adpressus et a margine valvulae ejusdem inferioris circumvolutus.

1. C. SCABRUM. *Nees.* (mpt.) Radice fibrosa; culmo gracili simplici erecto (pedali) scabro; ligula ovata obtusa; foliis culmum subaequantibus linearibus angustis scabris; panicula (3—3½-pollicari) decomposita, rhachi triquetra cum radiis flexuosis scabra; spiculis subrotundo-ovatis rigidulis (1¼''' longis). Ind. occ.

POIDIUM. *Nees.* Panicula; spiculae homogamae hermaphroditae biflorae; glumae herbaceo-membranaceae subaequales trinerviae acutae; flosculi sessiles glumis paulo longiores structurae glumarum; valvula inferior subtiliter 5-nervia apice bidentata, superior linearis bidentata ad latera inflexa, superioris flosculi ultra inferiorem valvulam prominens; lodiculae membranaceae lanceolatae acutae; ovarium subtruncatum ovale; styli discreti.

1. P. BRASILIENSE. *Nees.* (mpt.) Collo radicis fibrosae vaginarum fibris barbato; culmo gracili erecto simplici tereti glabro; vaginis glabris striatis; ligula ovata obtusa; foliis longis complicato-filiformibus glabris glaucescentibus; panicula erecta lanceolata (2½—3-pollicari); radiis alternatim fasciculatis gracilibus flexuosis glabris laevibus a basi vel superius floriferis; spiculis ovatis acutis glabris linea vix longioribus. Genus a *Lindleyo* (Veg. Kingd. p. 116) dubie cum Aira junctum. Brasilia.

MELICA. *Lin.* Panicula expansa vel racemi- vel thyrsi-formis; spiculae 3—5-florae; flosculi superiores steriles; glumae 2 membranaceae concavae (demum complanatae) muticae inaequales, 5—9-nerviae; valvulae 2 membranaceae muticae, inferior concava 7—pluri-nervia; superior brevior angustior bicarinata; stamina 3; styli 2, stigmata plumosa; caryopsis glabra libera.

* *Perianthiis barbatis.*

1. M. CILIATA. *Lin.* Radice subrepente; culmo erecto (1½—2½-pedali) glabro; vaginis glabris vel inferioribus retrorsum pilosis; ligula oblonga; paniculae subspicato-cylindraceae aequalis (2—5-pollicaris) radiis 2—3-nis fere a basi dissitiuscule floriferis; pedicellis barbatulis spiculis erectis demum patentibus; glumis inaequalibus, acutis superiore flores paulo superante; flosculo perfecto unico, valvula inferiore margine dense longeque ciliata. *Host* Gram. II. t. 12. *Dumort* Agr. belg. t. 4. f. 19. ♃ Eur. Caucas.

2. M. TAURICA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 395.) Glauca glaberrima; foliis convolutis; spica secunda; spiculis denique nutantibus, 3-floris; glumis valvulis majoribus; valvula inferiore flosculi infimi fertili ex margine ipso longe ciliata, flosculi medii masculi nuda; flosculo supremo cavitate valvulae superiore flosculi medii incluso, rotundato stipitato neutro. In Krimmia.

3. M. INAEQUIGLUMIS. *Boiss.* (Diagn. 7. 124.) Glabra glaucescens caespitosa (8—12-pollicaris); culmis adscendentibus laevibus supra medium usque foliatis; vagina angusta elongata scabrida, ligula brevi biloba; foliis multistriatis lanceolatis longe attenuato-acuminatis (superne) aspero-scabris; paniculae spicaeformis subsecundae pedicellis hispidis; glumis asperulis albo-membranaceis, superiore lanceolato-ventricosa acuminata plurinervia, inferiore 3—4-plo minore ovato-triangulari; valvula exteriore dorso multinervia pilis longissimis glumam aequantibus hirsuta, interiore minore angusta bicarinata ad carinas ciliolata; flosculis neutris binis glabris obtusis distinctis, vel unico solitario subcylindrico, pedicello flosculum subaequante apice calloso. *Kotschy* hrbr. nr. 315. Persia austr.

4. M. PERSICA. *Kunth.* (Rev. Gram. I. t. 89.) Culmis caespitosis simplicibus (1—1½-pedalibus), vaginis foliisque externe pubescenti-villosis, inferne villoso-tomentosis; paniculae simplicis racemosae radiis abbreviatis adpressis; glumis inaequalibus acutis superiore flores distincte superante; flosculo unico perfecto undique dense piloso. ♃ Persia. Caucas.

5. M. BREVIFLORA. *Boiss.* (l. c.) Glabra caespitosa; culmis adscendentibus laeviusculis (6—8-pollicaribus); vaginis scabris; ligula acuta; foliis multistriatis strictis siccitate convolutis, inferne scabridis, superne tomentellis; panicula spicaeformi angustissima laxissima subsecunda (bipollicari), pedicellis scabridis; glumis purpureis laeviusculis oblongis acutis inferiore fere dimidio breviore; valvula inferiore nervosa tota pilis longis glumam subaequantibus hispida, interiore minore oblonga lineari glabra obtusa, flosculo neutro cylindrico-pyriformi apice truncato laevi pedicello lateraliter calloso eo longiore suffulto. *Kotschy* l. c. nr. 754. Persia austr.

6. M. VESTITA. *Boiss.* (l. c. 125.) Caespitosa; culmis adscendentibus foliosis glabris sub flore acute angulatis asperrimis (6—8-pollicaribus), foliis vaginisque dense et molliter velutinis; panicula spiciformi secunda brevi, pedunculis scabris apice pilosis; glumis purpurascentibus lanceolatis acutis plurinerviis scabriusculis, inferiore fere triplo breviore; valvula inferiore tota pilis longis albis glumam aequantibus obsita lanceolata, superiore angusta bicarinata ad carinas retrorsum scabriuscula, flosculo neutro pedicello apice calloso subaequilongo suffulto cylindrico compresso obtuso laevi. *Kotschy* l. c. nr. 494. Persiae austr. alp.

7. M. TRACHYANTHA. *Boiss.* (l. c.) Culmis asperis elatis (1—1½-pedalibus) remote foliosis; vagina elongata scabrida; ligula brevissima truncata; foliis glaucis horizontalibus siccitate convolutis inferne scabridis superne tomentellis; panicula spicaeformi subsecunda brevi (pollicari) pedicellis scabris; glumis flavido-membranaceis scabriusculis lanceolatis apice acuminatis, exteriore triplo breviore; valvula inferiore pilis albis longis glumam superantibus obsita nervosa, superiore bicarinata obtusa ad nervos retrorsum scabra; floribus neutris binis, exteriore superiorem involvente retrorsum scabrido aculeolato cylindrico-clavato, apice truncato pedicello eo breviori suffulto. *Kotschy* l. c. nr. 895. ♃ Persia austr.

8. M. MICRANTHA. *Boiss.* (Hrbr. Persiae bor. *Kotsch.* nr. 435.) Culmo glabro gracili elatiore (1½—2-pedali) remote foliato; vaginis elongatis scabris; ligula exserta lanceolata; foliis utrinque scabris viridibus; panicula subspicaeformi contracta interrupta elongata (2½—3-pollicari); radiis erectis a basi floriferis, pedicellis arcuatis pilosis; spiculis ovatis viridi-flavescentibus 1½-linealibus; glumis ovatis acutis glabris; flosculi fertilis unici valvula inferiore pilis albis ipsam superantibus ciliata, nervosa; flosculi neutri 2, exteriore striato glabro alterum truncatum involvente. Persia bor.

9. M. LANATA. *Steud.* Radice validule fibrosa caespitifera; culmis simplicibus (6—12-pollicaribus) cum vaginis foliisque densissime tomentoso-lanatis; foliis planis acuminatis vel convolutis, ligula obtusa brevi hyalina; paniculae secundae racemosae (2—4-pollicaris) radiis adpressis dissitifloris; glumis valde inaequalibus (amethystino-coloratis) inferiore flosculo 3-plo breviore ovata, superiore eum subexcedente acutissima; flosculo fertili unico ex toto longe piloso. M. Schimperi *Presl.* Bot. Bmrkgn. 121. (nomen). *Herb.* Arab. un. it. nr. 104. ♃ In cacumine montis St. Catharinae Arab.

10. M. GLAUCESCENS. *Steud.* Radice fibrosa dense villosa, caespitifera; culmis erectis ima basi subramosis (pedalibus) cum vaginis foliisque glaucescentibus et tenuissime pubescentibus; foliis basi planis angustissimis (vix ½''' latis, 1—2½'' longis) disticho-patentibus; ligula exserta lanceolata, paniculae simplicissimae radiis adpressis pauci- (1—2—3-) floris; glumis valde inaequalibus, inferiore ovata acuta flosculo duplo breviore, superiore eum excedente acutissima; flosculo fertili unico undique longe piloso. Hrbr. un. it. nr. 275 in paucis speciminibus lecta in Arabia petraea.

11. M. KOTSCHYI. *Hochst.* (Hrbr. *Kotsch.* alepp. nr. 366.) Culmo basi ima ramoso (1—2-pedali), cum vaginis foliisque tomentosulo-lanatis; foliis planis acuminatis; ligula exserta lacera hyalina; paniculae racemosae secundae (2—3-pollicaris) radiis adpressis appropinquato-floriferis; glumis valde inaequalibus (pallidis) inferiore flosculo triplo breviore ovata acuta; superiore eam aequante vel superante acuminata, flosculo fertili omnino longe piloso sterili, inferiore indurato papilloso, striato. ♃ Kurdistan. Persia bor.

12. M. JACQUEMONTII. *Decaisn.* (*Jacquem.* voy. IV. 174. t. 175.) Culmis caespitosis ramosis; vaginis foliisque scabris; panicula simplici; radiis adpressis; glumis inaequalibus coloratis glabris; spiculis floribus duobus hermaphroditis, dorso pilis longissimis mollibus patentissimis obsito; sterilibus asperulis. Ind. or. septr.

13. M. BAUHINI. *All.* (Auctuar. 43.) Radice fibrosa; culmis erectis glabris laevibus basi geniculatis ramosis; foliis planis villosis scabris; ligula oblonga; paniculae radiis erectis vel patentibus, pedicellis barbatulis; glumis subaequalibus acutis flores subaequantibus, ore ciliatis; flosculo unico perfecto apice membranaceo-appendiculato margine ciliato. *Host.* Gram. IV. t. 23. ♃ Eur. austr. Afr. septr.

14. M. NEBRODENSIS. *Parlat.* (Giorn. bot. I. 198.) Radice fibrosa, fibris crassiusculis nigrescentibus; culmis dense caespitosis erectis gracilibus (pedalibus); foliis anguste linearibus involutis vaginisque glabris; ligula (½-lineali) bifida lacera; panicula subsimplici secunda laxa stricta; spiculis subtrifloris; glumis parum inaequalibus altera breviore latiore oblongo-lanceolata sub-5-nervia; altera longiore angustiore lanceolato-acuminata; valvula inferiore marginem versus a basi usque ad apicem longe denseque villosa, dorso nuda tuberculato-scabra, superioris carinis apicem versus longiuscule ciliatis. M. Cupani *Guss.* syn. fl. sic. p. 141 ex parte. ♃ Sicilia.

15. M. CUPANI. *Guss.* (l. c. ex *parte. Parl.* l. c.) Culmis subsolitariis; foliis angustis planis demum involutis, vaginis praesertim inferioribus villoso-hispidis; panicula subsimplici subsecunda laxiuscula; spiculis subtrifloris; flosculi inferioris valvula inferiore undique dense pilosa et ciliata, superioris carinis a basi ad apicem scabro-ciliolatis. M. Bauhini *Guss.* pr. fl. sic. 66. ♃ Sicilia.

16. M. GMELINI. *Turcz.* (apud *Trin.* Act. Petrop. 1830. p. 368.) Radice fibrosa; culmo erecto (2½—5-pedali) cum vaginis foliisque glabris; his lato-lanceolatis (4—6'' longis, 2''' et ultra latis); ligulis exsertis laceris; panicula nunc racemiformi (6-pollicari) nunc patentissima elongata (pedali); pedicellis sub flore barbatulis; spiculis cernuis, majoribus 3—4''' et ultra longis, 2—3-floris; glumis aequalibus (fusco-purpureis), apice hyalinis, obtusiusculis quam flosculi brevioribus; his 1—2—3 perfectis brunneis nervosis ad nervos sparsim pilosis, apice membranaceo-appendiculatis; flore supremo glabrato. *Gmel.* Sibir. t. 19. fig. 1. ♃ Sibir.

17. M. VIRGATA. *Turcz.* (l. c. 369.) Culmo gracili (sub-3-pedali); vaginis glabris; foliis planis linearibus scabriusculis demum convolutis (4—7'' longis, vix ultra ¾''' latis); paniculae angustissimae subinterruptae elongatae (6—8-pollicaris) subracemosae radiis breviusculis erectis vel subcernuis, flosculis minoribus (vix 2''' longis), pedicellis barbatulis; glumis inaequalibus flosculis ⅓ brevioribus (purpureis); flosculis 3 perfectis (sordide virescentibus); valvula inferiore distincte nervosa, apice scariosa ad nervos (praesertim laterales) pilis adspersis. M. nodosa *Turcz.* olim in Hrbo. *Ledeb.* *Ledeb.* Fl. ross. IV. 398. Sibiria.

18. M. OVALIS. *Nees.* (Fl. Afr. I. 417.) Radice repente; culmo procumbente adscendente filiformi simplici; foliis lineari-angustis vaginisque scabris; ligula membranacea elongata; racemo composito contracto (3—4-pollicari); pedicellis apice pubescentibus; spiculis ovalibus nutantibus; glumis ovatis brevi-auriculatis inaequalibus, majore flosculis paulo breviore; flosculis binis perfectis obtusis dorso scaberrimis latere molliter patenti-villosis, villis valvula brevioribus. ♃ Afr. austr.

19. M. CAFFRORUM. *Schrad.* (Goett. Anz. 1821. 2075. *Nees.* l. c. 418.) Culmo erecto vel basi procumbente (½—2-pedali); vaginis foliisque scaberrimis planis vel convolutis; ligula exserta lacera; panicula subsimplici racemosa; flosculo tertio imperfecto; valvula inferiore dorso transversim rugosa margine ciliata. M. racemosa et decumbens *Thunb.* ♃ Pr. b. sp.

20. M. DENDROIDES. *Lehm.* (Pugil. III. 39. *Nees* l. c. 419.) Culmo suberecto ramosissimo foliisque — convoluto-setaceis — scaberrimis; racemo subcomposito; spiculis nutantibus, muticis; glumis glabris inaequalibus (saepe coloratis) interiore flosculos aequante; valvulis dorso et latere tuberculato-patulo-hirsutis. ♃ Afr. austr.

21. M. REFRACTA. *Roxb.* (Fl. ind. 329.) Culmo tereti glabro (1—3-pedali) adscendente; foliis vaginisque (ore vix barbatis) glabris; paniculae ovatae radiis subcompositis refractis; spiculis bifloris cum rudimento; valvula exteriore setis rigidis refractis (adhaerentibus) barbata. ♃ Ins. Molucc.

22. M. AURANTIACA. *Lam.* (Enc. IV. 70.) Culmo erecto glabro striato ($1^1/_2$—2-pedali); foliis acutis striatis (1—2-pollicaribus) vaginisque scabris villosulis; ligula scariosa bifida; paniculae subspicatae radiis alternis capillaribus; spiculis erectis vel nutantibus trifloris; gluma exteriore ovata basi cucullata (aurantia) 6-nervia maxima flosculos multo superante; interiore oblongo-ovata viridi concava apice scarioso-cristata dorso 6-striata; flosculis alternis pedicellatis tertio rudimentario; valvula exteriore oblonga apice scarioso-appendiculata margine ciliata, dorso 9-striato striis scabris. *Cav.* ic. V. t. 472. f. 1. ♃? Hrbr. *Bert.* nr. 424 ex parte. Chili. Montevideo.

23. M. VIOLACEA. *Cav.* (l. c. t. 472. f. 2.) Culmo vix pedali glabro striato; foliis linearibus angustis; paniculae subspicatae secundae radiis erectis subtrispiculatis; spiculis erectis vel nutantibus subtrifloris; gluma exteriore albicante pellucida basi cucullata apice obtusa denticulata flosculis paulo majore; valvula exteriore oblonga apice scarioso-appendiculata fusco-violacea margine ciliata dorso striata scabra. ♃ Chili.

24. M. RIGIDA. *Cav.* (l. c. t. 473. f. 1.) Radice fibrosa pilosa; culmo erecto (8—10″ alto) striato, tecto vaginis sursum spathaeformibus; ligula membranacea scariosa fissa; foliis rigidis planis acuminatis striatis; panicula subsecunda subspicata; radiis capillaribus rhachidi parallelis; flosculis 3-floris; gluma exteriore ovata translucida basi cucullata 5-striata, interiore ovato-acuta viridi apice scarioso-crispata, utraque corollam subaequante; valvula exteriore concava striata apice scariosa, inferioris flosculi margine ciliata, superioris nuda. Montevideo.

25. M. PAPILIONACEA. *Lin.* Paniculae virgatae pedicellis tenuibus flore longioribus inprimis inferne ramosis; gluma inferiore maxima colorata obovata obtusa 5—6-ies majore quam superior, apice scariosa colorata; flosculi 2 perfecti cum rudimento tertii; valvula inferiore oblonga nervis 16 striata, mediis muricatis, lateralibus ciliatis, apice scarioso colorato. *Beauv.* Agr. t. XIV. fig. 5. Eadem ac praecedens sec. *Nees. Trin.* ♃ Brasilia.

26. M. ALATA. *Nees.* (mspt.) Vaginis foliisque pubescentibus; panicula racemosa contracta secunda; gluma inferiore obovata ampla colorata spiculam sesquifloram superante; flosculis binis, altero imperfecto, costatis, costis laeviusculis; valvula fertilis inferiore hispido-ciliata. An M. papilionacea *Lin.* var.? Chili.

27. M. LAXIFLORA. *Cav.* (l. c. t. 475. f. 2.) Culmo tereti glaberrimo (2-pedali); foliis angustissimis acutis striatis (5″ longis) vix villosis; ligula laciniata scariosa; paniculae radiis divaricatis capillaribus multifloris; spiculis 3-floris; gluma exteriore ovata, basi cucullata striata, limbo translucido scarioso, flosculis majore, interiore sublanceolata striata (pallide fusca); valvula inferiore apice scariosa, flosculi inferioris ciliata, superioris nuda. ♃ Chili.

28. M. LONGIFLORA. *Steud.* Culmo basi ramoso tenui sursum validiore (2—3-pedali); vaginis inferioribus patenti pilosis brevibus, superioribus longioribus epilosis scaberrimis; foliis ramorum sterilium angustissimis subconvolutis, superioribus latioribus omnibus sursum scaberrimis; ligulis elongatis bifidis, folii supremi longe decurrente maxima (parte exserta semi- decurrente $1^1/_2$-pollicari); paniculae ramosissimae radiis demum divaricatis multifloris, pedicellis capillaribus infra spiculam reverso-arcuatis pilosis; spiculis 3-floris; glumis flosculos superantibus, totis scariosis (lutescenti-albidis), inferiore late ovata, superiore lanceolata; flosculis 2 fertilibus, altero sessili, altero uti sterilis pedicellato; valvula inferiore multinervia apice appendiculata scaberrima, inferioris flosculi ciliata, superioris nuda. M. laxiflora? *Bert.* hrbr. nr. 1816. Variat: flosculo inferiore dorso ex toto sparsim piloso, ligulis m noribus. *Bert.* l. c. nr. 1142. et: flosculo fertili utroque epiloso. M. violacea diversa. Hrbr. *Bert.* nr. 1141. ♃ Chili.

29. M. COMMUTATA. *Steud.* Culmo erecto (2—3-pedali) simplici (?); vaginis striatis scabriusculis; foliis linearibus (4—5″ longis, 2‴ latis) acuminatis scabris, ligula exserta lacera; paniculae ramosissimae radiis demum divaricatis; pedicellis capillaribus pubescentibus subarcuatis; spiculis 3-floris; glumis parum inaequalibus flosculos subaequantibus vel brevioribus, ovatis acutis basi herbaceis (violaceis) 5-nerviis margine et apice longe argenteo-scariosis, inferiore latiore; flosculis fertilibus 2 scabris (violaceis), inferiore sessili, superiore longe — uti sterilis — pedicellato; valvula inferiore flosculi sessilis 5-nervia, nervis 3 in appendicem scariosum breve-productis, margine ciliata; flosculo pedicellato simili minore omnino glabro. M. violacea *Bert.* hrbr. nr. 1140. Variat: foliis angustioribus brevioribus, flosculo demum utroque epili. *Bert.* l. c. nr. 424. ♃ Chili.

30. M. GLABRA. *Steud.* Culmo florifero-ramoso glabro; foliis linearibus acuminatis nervosis (1—2″ longis, 1‴ latis) vaginisque scabriusculis; ligula exserta argenteo-scariosa lacera; paniculae simpliciusculae radiis erectis, pedicellis infra spiculam flexuoso-curvatis pubescentibus; spiculis subtrifloris; glumis basi herbaceis margine apiceque argenteo-scariosis flosculis brevioribus, inferiore late ovata obtusiuscula, superiore lanceolata acuta; flosculo altero sessili altero pedicellato (neutro saepe nullo); valvula inferiore vix scabriuscula margine cilata. M. sarmentosae *Nees* satis similis, sed vix dubie diversa. Hrbr. *Bert.* nr. 423. ♃ Chili.

31. M. FLAVA. *Nees.* (mpt.) Culmo sarmentoso prostrato ramoso; foliis angustis complicatis vaginisque pilosis scabris; ligula elongata; paniculae compositae radiis patentibus; glumis subaequalibus ovalibus membranaceis patulis spiculam subbifloram aequantibus; floribus exasperatis; valvula flosculi fertilis inferiore multinervia ad nervos laterales ciliata. ♃ *Cuming* legit prope Valparaiso Chili.

32. M. COMMERSONI. *Nees.* (mpt.) Culmo gracili fasciculatim ramoso; foliis angustis vaginisque scabris; paniculae angustae contractae radiis filiformibus subsimpliciter racemosis; glumis inaequalibus spiculam subtrifloram aequantibus violaceis, vexillari orbiculata; flosculis exasperatis costatis pallidis, valvula inferiore in medio ciliata. M. papilionacea *β. Desr.* Enc. meth. IV. p. 70. Ex Hrbo. *Lindley.* Chili?

Neque hanc neque praecedentem ad species a *Bertero* in Chili lectas referre valeo.

33. M. EXASPERATA. *R. S.* (S. Veg. II. 530.) Foliis horizontaliter patentibus rigidis scaberrimis; panicula racemosa secunda; spiculis inferioribus erectis superioribus nutantibus trifloris; flosculo tertio sterili; valvula inferiore flosculi infimi ciliato-barbata. An M. longiflora *Steud.*? — —

** *Perianthiis glabris.*

34. M. SARMENTOSA. *Nees.* (Agr. bras. I. 485.) Culmo sarmentoso prostrato laevi ramoso; foliis planis (2—3″ longis, 1‴ latis) striatis vaginisque scabriusculis; ligula plus minus exserta integra vel lacera; paniculae compositae erectae radiis patentibus (1—2-pollicaribus) angulosis scabris, radiolis 2—4-floris; pedicellis (1—$1^1/_2$-linealibus) reflexis pubescentibus; glumis subaequalibus ovatis patulis spiculam subtrifloram aequantibus obtusis 5-nerviis (albis, dorso et basi brunneis); valvulis flosculorum fertilium exasperatis omnino glabris. ♃ Brasil.

35. M. MACRA. *Nees.* (l. c. 486.) Culmo erecto gracili (2-pedali et ultra); foliis strictis inferioribus lineari-complicatis ($^3/_4$—1′ longis) superioribus planis linearibus (3—6″ longis, 1‴ latis), rigidis scaberrimis; paniculae compositae secundae radiis racemosis; pedicellis arcuatis brevibus pubescentibus; spiculis lanceolatis subtrifloris nutantibus; glumis flosculis brevioribus subaequalibus oblongis convolutis acutis inferiore 7- superiore 5-nervia; flosculis laevibus glabris inappendiculatis. ♃ Monte Video.

36. M. SCABRA. *H. B.* (N. gen. I. 132.) Culmo erecto (1½—3-pedali); foliis linearibus acuminatis interne pubescentibus ciliatis vaginisque scabris; ligula ovata obtusa; paniculae coarctatae simplicis secundae radiis alternis adpressis glabriusculis; spiculis bifloris, flosculo altero imperfecto; glumis oblongo-lanceolatis obtusis concavis aequalibus (apice purpurascentibus) paulo brevioribus flosculo fertili; valvula inferiore 7-nervia; hermaphrodito capituliformi. ♃ Quito.

37. M. PALLIDA. *H. B.* (l. c. t. 693.) Culmo erecto simplici striato scabriusculo; foliis linearibus acuminatis vaginisque pubescentibus; ligula fissa; paniculae patentis (5-pollicaris) ramosae radiis oppositis pubescentibus; spiculis brevissime pedicellatis ovatis bifloris; flosculo altero imperfecto; glumis ovatis acutis margine diaphano-membranaceis subaequalibus, flosculo brevioribus; valvula inferiore 7-nervia glabra; dorso scabriuscula, margine diaphana. ♃ Quito.

38. M. COLPODIOIDES. *Nees.* (mpt.) Foliis anguste linearibus vaginisque scabris; panicula composita et decomposita (ante anthesin), contracta; pedicellis nudis scabro-puberulis; spiculis oblongis sesqui-trifloris; glumis inaequalibus obtusiusculis, superiore flosculos subaequante; valvula inferiore flosculorum perfectorum apice brevi spatio membranaceo-appendiculata 7-nervia, flosculo supremo sterili sublineari antheriformi. Habitu Colpodio Stevenii *Trin.* spiculae similis; binis praecedentibus caeterum affinis *Nees.* Hrbr. *Lindl.* nr. 49 et 42. ♃ California.

39. M. CHILENSIS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 270.) Culmo erecto glabro (6-pollicari); ligula exserta multipartica ciliata; foliis linearibus (1½''' latis) acutis ciliatis utrinque cum vaginis scabris; panicula simplici laxa patente (2-pollicari); pedicellis apice scabriusculis; spiculis bifloris (3''' longis aureo-flavescentibus); glumis oblongo-lanceolatis acutis 3—5-nerviis tuberculis minutissimis obsitis; flosculo altero imperfecto; valvula inferiore perfecti 7-nervia tuberculata, apice appendiculata. ♃ Chili.

40. M. SPECIOSA. *Mühlb.* (Gram. 87.) Radice fibrosa sobolifera; culmo erecto (3—4-pedali); striato glabro; foliis planis linearibus (3—6'' longis, 2—4''' latis) subtus pubescentibus; ligula membranacea lacera; paniculae erectae laxae pauciflorae radiis simplicibus solitariis, raro divisis, 3—5-floris; pedicellis infra florem barbatulis; glumis inaequalibus obtusiusculis quam flosculi paulo brevioribus; flosculis perfectis 2—3; valvula inferiore multinervia ad nervos scabriuscula (*Torrey* „glabram" dicit, sed sub lente evidenter scabra) apice membranaceo-appendiculata (superiore margine pubescente *Torr.*) M. glabra *Michx.* ♃ Am. sptr.

41. M. ALTISSIMA. *Lin.* Culmo erecto simplici (2—4-pedali) cum vaginis foliisque scabro; his planis laxis (5—7'' longis, 2—4''' latis); ligula obtusa demum lacera; paniculae thyrsiformi-contractae radiis erectis brevibus scabriusculis; pedicellis pubescentibus; spiculis sub-3-floris; glumis oblongis acutis flosculis brevioribus 5-nerviis; valvula inferiore 7-nervia scabriuscula glabra, (interiore brevissime ciliata.) *Host* Gram. II. t. 9. *Gmel.* Sibr. I. t. 20. ♃ Galicia. Caucas. Sibir.

42. M. DIFFUSA. *Pursh.* (Fl. I. 77.) Culmo erecto pubescente; panicula diffusa ramosissima; floribus acutis imberbibus. ♃ Virgin. Carolina.

43. M. RACEMOSA. *Mühlbrg.* (Gram. 88.) Culmo erecto glabro; foliis linearibus nervosis vaginisque scabris; ligula abbreviata pilifera subbifida; paniculae racemosae simplicis pedunculis solitariis unifloris; flosculis nutantibus bifloris; gluma altera obtusa altera acuta glabra; utraque corolla longiore; valvula inferiore acuta glabra, interiore margine pubescente. ♃ Carolina. Georgia.

44. M. NUTANS. *Lin.* Culmo erecto (1½—2-pedali); foliis planis deorsum scabriusculis (2''' latis); ligula brevissima vel margo fuscescens; panicula simplicissima recemiformi; pedicellis barbatulis; spiculis unilateralibus nutantibus; glumis subaequalibus concavo ellipticis obtusis dorso purpureis margine albo-scariosis, longitudine fere flosculorum; flosculis 2 perfectis intermedio sterili turbinato; valvulis puncticulato-scabris, inferiore multinervia obtusa glabra, superiore bidentata. *Schreb.* Gram. 2. t. 6. *Host.* Gram. 2. t. 10. *E. B.* t. 1059. ♃ Eur. Caucas. Russia. Lappon. Japon.

45. M. PICTA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 395.) Glaberrima; ligula ovato-truncata; racemo simplicissimo; spiculis ex ambitu aeque longis et latis, singulis pedunculis villosis insidentibus; glumis inaequalibus, inferiore et breviore dimidiam valvulam paululum superante; valvula inferiore obscure 5-nervia; (racemo 6—10-spiculato; spiculis medio lucide viridibus basi zona semilunari brunnea cinctis; margine albo-lutescente.) An prioris var.? Caucasia.

46. M. UNIFLORA. *Retz.* (Obs. I. 10.) Culmo erecto (1½-pedali); foliis scabris quandoque pubescentibus; ligula folio opposita lanceolata herbacea; paniculae ramosae radiis racemiformibus secundifloris; spiculis ovatis erectis longe pedunculatis bifloris, flosculo unico perfecto; glumis parum inaequalibus, flores aequantibus; valvula inferiore obtusa glabra. *Kunth.* Supl. t. XXVI. fig. 1. ♃ Eur. Caucas.

47. M. PYRAMIDALIS. *Lam.* Culmo simplici vel basi subramoso (2—3-pedali); foliis linearibus (usque 1½''' latis) margine et infra deorsum scabris, quandoque involutis; ligula exserta; paniculae ramosae (½-pedalis et ultra) strictae vel patentis radiis inferioribus saepe geminatis; pedunculis apice pubescentibus, spiculis nutantibus subtrifloris; glumis concavo-lanceolatis (dorso viridi-purpureis, margine albidis) acutis; flosculis fertilibus 2, intermedio sterili; valvulis inferioribus glabris. M. ramosa *Vill.* M. aspera *Desf. Kunth.* Supl. t. XXVI. fig. 2. ♃ Italia. Afr. sptr.

48. M. MAJOR. *Smith.* (Prodr. fl. gr. I. 51.) Culmo basi procumbente adscendente rigidulo glabro foliato, simplici (pedali et ultra); foliis anguste linearibus sursum convolutis apice pungentibus, strictis (3—4'' longis, vix 1''' latis); paniculae radiis inferioribus divaricatis binatis supremis alternis, omnibus laevibus, apice floriferis; pedicellis flexuosis nutantibus; glumis inaequalibus exteriore flosculis breviore late ovata, iuteriore oblonga aequante flosculos binos perfectos cum tertio incompleto undique glabros. Variat panicula contracta. ♃ Graecia.

49. M. MINUTA. *Lin.* Culmo filiformi subramoso; foliis lineari-angustissimis vel convolutis; ligula elongata lacera vel bifida; panicula subsimplici racemosa, vel basi ramosa (radiis axi adeo adpressis ut simplex videatur); pedicellis brevissimis, spiculis nutantibus vel patentissimis subtrifloris; glumis inaequalibus ovatis acutis (basi violaceis, margine albo-lutescenti-scariosis) flosculis brevioribus; valvulis inferioribus scabris imberbibus margine angustescariosis; flosculo sterili pedicellato. Prioris var. *Trin.* M. saxatilis *Sm.* fl. gr. t. 71. M. nutans *Cav.* ic. II. t. 175. f. 2. ♃ Italia. Graecia.

50. M. ARRECTA. *Kunze* (Flora 1846. 740.) Culmo adscendente; foliis convolutis rigidis vaginisque scabris; panicula contracta inferne composita, ramis arrectis; spiculis 4-floris secundis; glumis glabriusculis; valvulis imberbibus, altera longiore. Gibraltar.

51. M. SCABROSA. *Trin.* (Act. Petr. 1838. supl. 59.) Culmo vaginis scabriusculis tecto (1½-pedali); ligula acutobiloba; foliis angusto-linearibus scabriusculis; panicula strictiuscula subthyrsiformi-racemali (spithamea flavescendo-albida); radio infimo distante saepe patente; pedicellis barbatulis; glumis aequalibus acutis parum brevioribus flosculis 2—3 perfectis scabrosis membranaceo-appendiculatis. China.

52. M. IMPERFECTA. *Trin.* (l. c.) Culmo erecto

($1\frac{1}{2}$-pedali); vaginis sursum scabris internodio longioribus; ligula lacero-dentata; foliis angusto-linearibus scabriusculis; paniculae contractiusculae radiis 3—5-nis subfasciculatis a basi vel superius floriferis; pedicellis scabris vel hispidis; glumis inaequalibus sub-5-nerviis acutiusculis flosculis plus minus brevioribus; flosculo unico perfecto glabro, valvula inferiore 7-nervia; imperfecto subunico interdum cum altero minutissimo. California.

Species dubiae vel indescriptae.

53. M. CAPILLARIS. *Russel.* (Alepp. 2. 147.) Panicula capillari patentissima; corollis imberbibus cylindraceo-subulatis. Syria.

54. M. CARICINA. *Urville* (Enum. p. 7.) Foliis longis strictis scabris acutiusculis, supremo vaginante paniculam elongatam coerulescentem; glumis glabris acutis inermibus. (Habitus Sesleriae, vix dubie alius generis species.) ♃ Tauria.

55. M. CYRENAICA. *Vivian.* (in *R. S.* Mant. III. 608.) Panicula patula pyramidata; floribus secundis cernuis; petalis imberbibus, exteriore tridentato, calyce flosculos superante subtrifloro. Montes cyrenaici.

M. FESTUCOIDES. *Willd.* Hrbr. *Trin.* mpt.

M. TRIFLORA. *Bigelow.* Am. sptr.

M. BARBATA. *Moon.* Catal. p. 8. Ceylon.

M. NERVOSA. *Moon.* l. c. Ceylon.

ANTHOCHLOA. *Nees.* Panicula racemulosa rami fasciculati pauci-flori; spiculae 3—4-florae; flores inferiores hermaphroditi, summi abortivi; glumae 2 muticae, inferior paulo minor; valvulae 2, inferior maxima subrotunda, superior minor bifida, laciniis bifidis (bicarinata 3-fida, lobo medio emarginato *Remy*); squamulae 2 acutae; stamina 3 inaequalia styli 2, stigmata maxima plumosa, caryopsis oblonga laevis.

1. A. LEPIDA. *Nees.* (*Meyen* Reise II. 14.) Radice fibrosa caespitifera; culmis teneris adscendentibus vel erectis (2-pollicaribus) foliatis; foliis planis obtusis ($\frac{1}{2}''$ longis, fere 2''' latis) demum complicatis scabris; ligula membranacea truncata dentata; panicula oblonga densa ($\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$-pollicari); spiculis e basi angustiore dilatatis ($1\frac{1}{2}$—2''' longis); glumis ovatis oblongis flosculo brevioribus. ♃ Peru.

2. A. RUPESTRIS. *Remy.* (Ann. sc. n. 3. ser. 6. 347.) Radice fibrosa, caespitifera; culmis brevibus (2-pollicaribus), vaginis membranaceo-scabris glabris tectis; foliis linearibus planis obtusatis glabris ($\frac{1}{2}$—1'' longis) margine antrorsum (sub lente) aculeolatis; ligula angustissima membranacea subcrenata; panicula oblonga coarctata; spiculis 3—6-floris, tribus ad quamque articulationem rachidis, pedicellis florum articulatis. Bolivia.

PLEUROPOGON. *R. Brown.* Racemus simplex; spiculae multiflorae cylindraceae; glumae 2 abbreviatae inaequales muticae membranaceae; valvulae 2 subaequales; inferior mutica obtusa obovato-oblonga nervosa apice scariosa (ex icone obtuse denticulata); valvula superior angustior elliptico-lanceolata apice profunde emarginata binervia bicarinata, nervis brevissime ciliatis; utroque latere setis binis munita; lodiculae distinctae; stamina 3, antherae lineares; ovarium glabrum; styli 2 glabri; stigmata laxe plumosa pilis denticulatis; caryopsis libera lateraliter compressa.

1. P. SABINII. *R. Br.* (*Parr.* Voy. 189. t. D.) Culmis erectis foliatis laevibus simplicibus (5—9-pollicaribus); foliis radicalibus longioribus angustioribus, culmeis brevioribus; vaginis margine scariosis glabris; ligula brevissima rotundata emarginata; spica racemosa simplicissima; spiculis alternis pedunculatis pendulis 6—8-floris, nitidis tenuissime pubescentibus (purpureis.) Am. arct. Ins. Melv.

2. P. DOUGLASSI. *Trin.* mpt. Lepitoma brevifolia. *Torr.* mpt. Am. sptr.

MOLINIA. *Moench.* Panicula ramosa; spiculae 2—5-florae, flore summo saepe tabescente; glumae 2 membranaceae inaequales flosculis breviores; valvulae 2, inferior semitereti-convexa obtusa mutica vel subaristato-mucronata superiorem bicarinatam vix breviorem involvens; stamina 3; styli 2, stigmata plumosa; squamulae 2 glabrae; caryopsis glabra libera.

1. M. COERULEA. *Moench.* (Method. 183.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto stricto (2—4-pedali) tereti glabro basi incrassato sursum enodi nudo; foliis linearibus rigidulis acuminatis planis (2—4''' latis); ligula brevissima pilosa; paniculae erectae ramosae contractae (2—6pollicaris) radiis subbinis simplicibus vel divisis erectis; spiculis erectis cylindricis muticis subtrifloris (purpureis); glumis subaequalibus ovatis acutis nervosis (purpureis); valvula inferiore lanceolata acuta dorso striata. *Beauv.* Agr. t. XIV. fig. 6. Melica coerulea *Lin. E. B.* t. 750. *Host.* gram. II. t. 8. Aira coerulea *Lin. Fl. d.* t. 239. Molinia obtusa *Peterm.* differt tantum spiculis minoribus. ♃ Europa.

2. M. SEROTINA. *Mert. Koch.* (Deutsch. Fl. I. 585.) Radice fibrosa caespitifera; culmis basi procumbentibus adscendentibus (1—$1\frac{1}{2}$-pedalibus) totis vaginis tectis; foliis lanceolatis abbreviatis rigidulis scabris; ligula barbata; paniculae patentis (2—3-pollicaris) radiis a basi floriferis simplicibus vel subramosis; spiculis 2—5-floris; glumis ovato-lanceolatis acutis membranaceis (albidis vel violaceis); valvula inferiore 5-nervia setoso acuminata (violacea.) Festuca-serotina *Lin.* Diplachne serotina *Link.* ♃ Eur. austr.

3. M. SQUARROSA. *Trin.* (in *Ledeb.* pl. Ross. t. 227.) Culmo multinodo ramoso flexuoso-squarroso; paniculae radiis solitariis patulis; spiculis subadpressis subtrifloris; flosculis acuminato conoideis 5-nerviis costatis. Sibir. alt.

KOELERIA. *Pers.* Panicula conferta spicaeformis; spiculae 2—7-florae distichae; glumae 2 inaequales, inferior minor angustior; valvulae 2 membranaceae, inferior acuta mutica, vel apice vel infra apicem breviter aristata; superior bicarinata apice bifida; stamina 3; styli 2 brevissimi; stigmata plumosa; lodiculae 2, apice 2—3-fidae glabrae; caryopsis libera.

* *Muticae. Airochloa — Link.*

1. K. CRISTATA. *Pers.* Radice caespitosa, fibris tomentosis; culmo simplici erecto (1—$1\frac{1}{2}$-pedali) glabro vel sursum pubescente; foliis planis linearibus cum vaginis glabris vel pilosis ciliatis; ligula brevi; panicula erecta densa spicaeformi basi interrupta; glabriuscula, spiculis 3—4-floris; glumis acuminatis flosculis brevioribus; valvula inferiore lanceolata acuta mutica vel breviter mucronulata superiore apice bidentata. *Kunth.* Supl. t. XXVII. *Beauv.* Agr. t. XVII. f. 4. Aira cristata *Lin. E. B.* t. 648. *Host* Gram. 2. t. 75. ♃ Europ. Caucas. Sibir.

2. K. GRANDIFLORA. *Bertol.* (in *R. S.* mant. 2. 345.) Radice fibrosa caespitifera; culmis basi saepe geniculatis et crassioribus subtuberosis teretibus erectis (1—$1\frac{1}{2}$-pedalibus) glabris superne puberulis; foliis linearibus planis glabris brevibus (1—2'' longis, 1—2''' latis) inferioribus margine serrulato-ciliatis; ligula truncata; panicula spicaeformi cylindracea basi interrupta, radiis abbreviatis; spiculis subtrifloris; glumis acuminatis flosculos subaequantibus; val-

vula inferiore acuminata margine (uti glumae) albomembranacea, superiore hyalino-membranacea, apice bifida. *Parlat.* Giorn. bot. I. p. 286. K. gracilis *Guss.* non *Pers.* K. splendens *Presl.* ♃ Italia.

3. K. STERILIS. *Steud.* Radice fibrosa densissime caespitifera; culmis foliisque fasciculato confertis, fasciculis basi vaginis albis vel purpurascentibus cinctis; culmis erectis foliatis simplicibus (2—6″ altis); vaginis laxiusculis glabris; ligula oblonga hyalina exserta acuta vel obtusa (1—1½‴ longa); foliis linearibus planiusculis margine plus minus inflexo convolutis glabris culmum partim aequantibus vel brevioribus; spica terminali solitaria contracta densa; radiis inaequalibus fere a basi 2—6-spiculatis; spiculis lanceolatis tri- raro quadrifloris; glumis 2 flosculis parum brevioribus subaequalibus laevibus carina viridi asperis margine et apice albo hyalinis; flosculis remotis omnibus triandris (in specimibus suppetentibus sine vestigio ovarii); valvula inferiore glumis simili, superiore angustiore utraque mutica. Hrbr. *Lechler* nr. 1083. Fret. Magellanic.

4. K. CONVOLUTA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. 689.) Radice fibrosa caespitifera, fibris pilosis; culmo simplici erecto (1—2-pedali) glabro sursum dense brevissime tomentosulo; foliis paucis planis flaccidis, linearibus, plurimis angustissimis et convolutis glaberrimis culmum medium vel fere totum aequantibus; ligula exserta; panicula erecta densa ramosa, interrupta radiis plus minus elongatis et adpressis; spiculis 2—4-floris; glumis acuminatis flosculis brevioribus; valvula inferiore lanceolata acuminata, superiore bidentata. Variat culmo humiliore, foliis densissime caespitosis rigidioribus culmum aequantibus, nr. 671. l. c. Utraque vix dubie K. cristatae *Lin.* var. uti etiam videtur *Richardo* Abyss. II. 431. ♃ Abyssinia.

5. K. ALBESCENS. *Dec.* (H. monsp. 1813. p. 117.) Radicis subrepentis fibris tenuissimis pilosis; culmo erecto (pedali) infra spicam brevissime tomentosulo, vaginis elongatis (amethystino-glaucis); foliis planis vel convolutis rigidis glaucis (culmo duplo brevioribus); ligula membranacea brevissima; panicula spicaeformi basi interrupta; spiculis 2—3-floris; glumis flosculos subaequantibus obtusiusculis; palea inferiore mutica obtusiuscula interiore bifida. Iterum K. cristatae *Lin.* forsan var. ♃ Gallia.

6. K. CAUDATA. *Link.* (Linn. XVII. p. 405. sub: Airochloa.) Culmo laevi glabro (1—2-pedali) basi tuberascente; vaginis laevissimis longis; ligula brevi lata truncata ad oras vaginae pilosa; foliis planis longe sparsim ciliatis; thyrsi elongati (4-pollicaris) radiis abbreviatis inferne distantibus; spiculis bifloris; glumis acutis inaequalibus longiore spiculam subaequante; valvula inferiore acuta carinata; superiore aequali implexa utraque cum glumis minutissime pubescentibus. Lusitania.

7. K. GLAUCA. *Dec.* (l. c. 116.) Culmo e vagina longe exserto glabriusculo; foliis planis glaucis, glabris; panicula spicaeformi basi interrupta; spiculis 2—3-floris; valvula inferiore obtusiuscula mutica vel mucronulo apici obtuso imposito instructa. ♃ Germ. Eur. septr. Sibir.

8. K. MACRANTHA. *R. S.* (Mant. II. 346.) Culmis caespitosis (4—7-pollicaribus) ultra medium aphyllis; foliis lanceolatis planis (vix pollicaribus); ligula elongata bifida, margine lacera; panicula, oblonga subspicata interrupta; spiculis ovatis bifloris; glumis acuminatis flosculis brevioribus; valvulis muticis. Aira macrantha *Ledeb.* Act. Petr. 1812. 515. ♃ Mons Jablonnoi Sibir.

9. K. DACTYLOIDES. *Reichb.* (Fl. excurs. 140.) Radice fibrosa caespitifera; culmo basi subbulboso substriato (1—3-pedali) glabro sub panicula pubescente; foliis radicalibus lineari-lanceolatis, caulinis linearibus acuminatis, rigidis margine scabris; ligula brevissima truncata demum ciliato-lacera; panicula subspicato-contracta elongata (3—6″ longa) lobata; spiculis muticis 2—3-floris; glumis obtusissimis inaequalibus carina hispidis valvulisque nitidis his glumas subaequantibus carina ciliatis. Aira dactyloides *Rochel* Bann. t. 1. f. 3. ♃ Bannatus.

10. K. VALESIACA. *Gaud.* (Agr. I. 149.) Radice fibrosa, fibris evanido pubescentibus caespitifera; caespitibus bulboso incrassatis vaginis emarcidis in fila flexuosa intertexta solutis tectis; culmo geniculato erecto (1—1½-pedali) omnino glabro foliis radicalibus abbreviatis (1—2½-pollicaribus) convolutis carinatis glaucescentibus glabris; panicula (1—2-pollicari) dense spicata; glumis flosculos subaequantibus vel parum superantibus cum valvula inferiore acuminatis vel brevi mucronulatis. Aira valesiaca *Bertol.* ♃ Valesia. Pedemont.

11. K. SETACEA. *Dec.* (H. Monsp. 108.) Radice fibrosa rhizoma incrassatum ramosum proferente, vaginis emarcidis plus minus tectum; culmo geniculato erecto (6—15-pollicari) infra paniculam tomentosulo; foliis radicalibus angustissimis subconvolutis viridibus glabris; panicula (vix pollicari) densa spicata; glumis flosculos subaequantibus vel parum superantibus cum valvula inferiore acuminatis vel brevi mucronulatis. Prioris var. vix dubiae. ♃ Pyrenaei. Eur austr.

12. K. CASTELLANA. *Boiss. Reut.* (Pugil. pl. nov. 122.) Radici perenni; tota planta pube brevi patulo-deflexa tomentello-hirtula; caudiculis vaginis vetustis in fila flexuosa-intertexta subsolutis arcte involutis; foliis rigidis curvulis convolutis acutiusculis fere omnibus radicalibus congestis, culmeis paucis brevibus, ligula subnulla; culmis rectis tenuibus sub spica longe tomentellis; spica oblongo-cylindrica densa non lobata; spiculis subtrifloris, glumis undique hirsutis lineari-lanceolatis acutis subaequilongis flosculis subbrevioribus, superiore paulo angustiore; valvula inferiore undique hirsuta, flosculorum inferiorum in mucronem brevem abeunte, suprema acuta mutica, valvula superiore lineari-hyalina glabra subaequilonga apice bidentata. Hispania.

13. K. PERMOLLIS. *Nees.* (mpt. sub: Airochloa.) Culmo simplici (pedali) ad paniculae basin usque vaginato; foliis elongatis (3½″ longis, 1‴ latis) acuminatis planis, vaginisque lanuginoso-mollibus; paniculae contractae lanceolatae (2½-pollicaris) sublobulatae radiis fasciculatis brevibus geminis-ternis pubescenti-hirtis a basi florentibus subadpressis; spiculis lanceolatis glabris nitidis subbifloris (2‴ longis), flosculo altero sterili pedicellato; glumis tenuibus membranaceis inferiore flosculis breviore lineari lanceolata acuminata uninervia, superiore flosculos adaequante oblongo-lanceolata obscure 5-nervia, valvulaque inferiore 3-nervia obtusa. Bahia.

14. K. CAPENSIS. *Nees.* (Linn. VII. 321.) Culmo erecto stricto striato omnino glabro (1—2-pedali et ultra); foliis angustissimis linearibus vel convolutis glabris vel margine ciliatis; ligula exserta utrinque decurrente (hinc quasi aurita); panicula spicaeformi continua vel interrupta; spiculis subtrifloris; glumis acutis flosculis parum brevioribus; valvula exteriore brevissime acutata, interiore obtusiuscula integra. K. parviflora *β.* capensis *Nees* Fl. Afr. 426. Aira capensis *Steud.* Fl. 1829. p. 468. ♃ Afr. austr.

15. K. NITIDA. *Nutt.* (Gen. 1. 74.) Foliis vaginisque subpubescentibus, ligula pilosa; spica elongata lobata lobis adpressis approximatis; spiculis oblongo-ovatis glabris muticis, inferioribus 2- superioribus 3-floris utrisque rudimento setaceo; pedicellis brevissimis. ⊙ Missuri.

16. K. PANICULATA. *Nutt.* (l. c. 2. add.) Panicula oblonga glabra; spiculis 2—3-floris nitentibus; glumis maxime inaequalibus majore truncata obtusa; valvulis muticis. Florida.

17. K. RIGIDULA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto brevi (vix ultra 3-pollicari) cum vaginis foliisque glabro; ligula brevi ovata obtusa; foliis convolutis canaliculatis rigidis culmo brevioribus laevibus; panicula densa ovata (pollicari); radiis a basi floriferis; spiculis 5—7-floris; flosculis distichis; glumis lanceolatis acutis vix

aequantibus flosculos infimos; flosculis flavescentibus saepe cum coeruleo variis, valvula inferiore 5-nervia, nervis in apice membranaceo (pallide flavo) evanescentibus; aristis nullis. Hrbr. *Lechler* nr. 239. In maritimis Chili.

** *Aristatae.*

18. K. ALOPECUROS. *Nees.* (l. c.) Culmo erecto tereti glabro (1—2-pedali); ligula truncata dentato-lacera; foliis linearibus elongatis (inferioribus culmum subaequantibus, vix linea latioribus); paniculae spicaeformis elongatae (palmaris) lobatae rhachi glabra; spiculis subtrifloris; glumis flosculos subaequantibus valvula inferiore ex apice angusto truncatulo brevi setigera, superiore bidentula. Alopecurus capensis *Eckl.* Hrbr. un. it. 947. ♃ Afr. austr.

19. K. LINKII. *Kunth.* (En. I. 381.) Culmo (vix pedali) superne pubescente; foliis planis (lineam latis) pubescentibus; panicula tenui spicaeformi subinterrupta; spiculis subtrifloris; glumis acutis vix flosculis longioribus; valvula inferiore sub apice obtusiusculo membranaceo arista glumas vix superante terminata; his glumisque carina longe ciliatis lateribus pilosis. Airochloa pubescens *Link* Hort. ber. 128. ♃ Gallia austr.

20. K. VESTITA. *Nees.* (mpt.) Culmo foliisque planis hirsutis; panicula spicaeformi subinterrupta lobata; spiculis bifloris scaberrimis dorso villosulis acuminatis; flosculorum valvula inferiore infra apicem bidentatam setigera, seta brevi, superioris flosculi seta paulo majore. ♃ Ins. Owhyhee.

21. K. HIRSUTA. *Gaud.* (Agr. I. 150.) Culmo erecto longe e vaginis exserto apice tomentosulo (pedali et ultra); foliis anguste linearibus planis abbreviatis (vix ultra pollicaribus) glabris rigidiusculis; panicula spicaeformi (ex viridi-violacea) ovato-oblonga basi subinterrupta; spiculis 2—3-floris; glumis flosculis brevioribus acutis; valvula inferiore et apice bifido vel integro brevi aristata. ♃ Valesia.

22. K. VILLOSA. *Pers.* Culmo basi infracto saepe ramoso ($^1/_2$-pedali) glabro; foliis attenuatis (2—3-pollicaribus) planis pilosis; ligula pilosa; panicula spicaeformi ovali-cylindracea; spiculis subbifloris; glumis lanceolatis flosculis longioribus dorso vel ex toto ciliatis; valvula inferiore sub apice brevi aristulata. Variat: flosculis viridi et amethystino variis et flosculo altero imperfecto. Aegialitis tenuis *Trin.* fund. t. 9. ⊙ Eur. austr. Afr. bor.

23. K. PARADOXA. *Scheele.* (Flora 1844. p. 61. sub: Lophochloa.) Radice caespitifera cum fasciculis foliorum fertilibus et sterilibus; culmo nudo; foliis lineari-setaceis vaginisque pilosis; panicula spicaeformi cylindracea densa; spiculis 6-floris villosis; flosculis binis inferioribus sterilibus muticis; 4 superioribus fertilibus sub apice aristatis. An praecedentis var.? Istria.

24. K. FIGAREI. *Notaris* (Sem. H. Gen. 1847.) Radice fibrosa multiculmi; foliis vaginisque laxiusculis affatim pubescentibus; ligula truncata dentata, pubescenti-ciliata; culmo glabro vaginis tecto, vel apice breviter nudo; panicula spicaeformi ovata vel oblonga; spiculis trifloris; glumis dense pubescentibus; valvula inferiore sub apice longiusculo setigera glabra, superiore membranacea bifida; axi longe barbato. ⊙ Aegyptus.

25. K. TRAPEZUNTICA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 396.) Caespitosa pilosiuscula; foliis planis; thyrso continuo subpollicari; spiculis 5-floris; gluma inferiore uni- superiore 3-nervia; flosculo infimo piloso longearistato, caeteris asperis brevi aristatis; valvula inferiore 3-nervia. Natolia.

26. K. OBTUSIFLORA. *Boiss.* (Diagn. 7. 121.) Radice fibrosa; culmis basi geniculatis erectis (6—12-pollicaribus) glabris; foliis lineari-lanceolatis acuminatis (2—3″ longis, 2—$2^1/_2$‴ latis) glabriusculis vel cum vaginis pilosis; panicula spicaeformi erecta ($1^1/_2$—$2^1/_2$-pollicari) lineari-oblonga; spiculis 2—3-floris; glumis inaequalibus quam flosculi brevioribus angustis; valvula inferiore exarato-striata ad strias exasperata hinc inde pilosa; arista valvula 3—4-plo breviore rigida. Hrbr. *Kotschy* nr. 131. ⊙? Persia austr.

27. K. PHLEOIDES. *Pers.* Culmo adscendente geniculato (3—12-pollicari); foliis planis angustis linearibus pilosis; ligula albo-scariosa plus minus exserta lacera; panicula spicaeformi cylindracea densa ($^1/_2$—$2^1/_2$-pollicari) spiculis 2—5—8-floris; glumis inaequalibus flosculis brevioribus; valvula inferiore extus piloso-exasperata sub apice aristata; arista molli flosculo longiore. *Kunth.* Supl. t. XXVIII. fig. 1. Festuca phleoides *Vill. Host.* Gram. 3. t. 21. ⊙ Europ. austr. Tauria. Syria. Ins. Azor.

28. K. BRACHYSTACHYA. *Dec.* (H. Monsp. 120.) Culmo glabro pumilo (2—5-pollicari); foliis planis pilosis (2—3‴ latis); panicula spicaeformi ovata, spiculis 5—7-floris; valvula inferiore glabrata sub apice aristata. Vix dubie prioris var. ⊙ Pyrenai.

29. K. LAXA. *Link.* (Hort. Berl. 161.) Foliis angustis (vix 1‴ latis) glabris ciliatis; panicula spicaeformi interrupta laxiuscula; glumis longe acutatis; valvula exteriore nervosa laevi sub apice longiuscule aristata. ⊙ Aegyptus. (Non est inter plantas a *Schimpero* et *Wiestio* lectas.)

30. K. MACILENTA. *Dec.* (Fl. gal. Supl. 270.) Radice fibrosa tenui, culmo simplici gracili filiformi (4—7-pollicari) cum vaginis foliisque molliter pubescentibus; ligula brevissima vel nulla; foliis angustissimis planis vel convolutis; panicula gracili spicaeformi laxiuscula; spiculis 3—4-floris; gluma inferiore minuta lanceolata, superiore flosculos parum superante ovato-lanceolata acuta; valvula exteriore infra apicem in aristam ipsae subaequalem terminata. Festuca Michelii *Kunth.* Avena puberula *Guss.* ⊙ Gall. austr. Ins. Hyeres. Sicilia. (cfr. Festuca sicula *Presl.* Bromus Savi.)

31. K. TUNICATA. *Presl.* (Gram. sic. 34.) Culmis basi nodosis reticulato-tunicatis; foliis lineari subulatis glaucescentibus; panicula spicata elongata, radiis inferioribus longiusculis; spiculis sub-4-floris glabris; glumis mucronatis; valvula inferiore ex apice bidentato brevi-aristata. K. coerulescens *Guss.* Festuca bulbosa *Bivon.* stirp. sic. 4. nr. 36. ♃ Sicilia.

32. K. HISPIDA. *Dec.* (H. monsp. 119.) Culmo simplici recto glabro (8—10-pollicari); foliis planis latiusculis pilosis; ligula parva membranacea; panicula spicaeformi ovato-cylindracea; spiculis 3—4-floris; glumis inaequalibus exteriore ciliata brevi aristata; valvula exteriore sub apice aristata extus pilosa, arista flosculi longitudine. Festuca hispida *Savi* Fl. pis. t. 1. f. 5. ⊙ Maritima Mediterr.

33. K. CUMINGII. *Nees.* (in litt.) Culmo erecto cum foliis vaginisque molliter pubescentibus; panicula oblongo-cylindracea continua; spiculis trifloris scabris; flosculorum valvula inferiore supra medium setigera, seta flosculum superante. Ob setas longiores magisque inferius orientes Triseto (malacophyllo *Steud.*) similis est, sed valvula apice attenuata bidentata, seta minime torta, basi parumper reccurva dein erecta apicem versus purpurea. *Cuming* legit prope Valparaiso. Chili.

34. K. LECHLERI. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera, culmis erectis teretibus striatis glabris vel basi pubescentibus (pedalibus et ultra) vaginatis foliatis; vaginis striatis glabris; ligula hyalina oblonga obtusa lacero-ciliata; foliis radicalibus et culmeis inferioribus utrinque pilosis, supremis glabris (2—3″ longis, $^1/_2$—$^3/_4$‴ latis); panicula spicato-compacta vel (in speciminibus minoribus) laxiuscula interrupta ($1^1/_2$—3-pollicari) radiis brevibus ramosis pilosis; spiculis viridi-albis, 2—3-floris basi pilosis, flosculo tertio saepe incompleto, glumis inaequalibus lanceolatis acutis quam flosculi brevioribus; valvula inferiore infra apicem aristata apice acuta; arista subgeniculata flosculum superante. An praecedentis var.? Hrbr. *Lechler* nr. 311. Arigue Chili.

35. K. POAEOIDES. *Nees.* (mpt.) Vaginis radicalibus albo-membranaceis nitidis; foliis linearibus brevibus cartilagineo cuspidatis supra pubescenti-scabris; paniculae contractae radiis subgeminis, majore basi indiviso; spiculis ovatis glabris 3—4-floris nitidis. — Ambigit haec species inter Poas et Koelerias; ob spicularum texturam et nervationem debiliorem Koeleriis adjunxi, forsan novi generis (Clirochloa *Nees*) typus. An hujus loci Poa holcoides *Presl.? Nees.* ♃ *Cuming* in Andibus Chili.

36. K. WEBBIANA. *Parlator.* (Gior. bot. I. 376.) Radice fibrosa gracili albida villoso-pubescente; culmis caespitosis gracilibus striatis glabris adscendentibus vel erectis (5—7″ longis); foliis anguste linearibus acuminatis brevibus (6—10‴ longis, vix 1‴ latis), villosis ciliatis, vaginis glabris margine tantum superne villoso-ciliatis. ⊙ Afr. bor.

37. K. SALZMANNI. *Boiss.* (Pug. pl. nov. p. 123.) Foliis molliter hirsutis, radicalibus paucis anguste linearibus, limbo caulinorum latiore lanceolato, ligula brevissima truncata; spicis terminalibus cylindricis densis; glumis aequalibus flosculos superantibus anguste lineari-lanceolatis apice attenuato-acuminatis undique hirtulis, carina et margine longe ciliatis; valvula inferiore ad carinam et margines breviter ciliolata, sub apice brevissime biaristulato, arista recta scabra eam subaequante munita; valvula superiore aequilonga hyalina brevissime bidentata. ⊙ Ager Tingitanus.

K. PARREISSIANA. *Presl.* (Bot. Bem. 120.) est: Dactylis lobata. *Parreis* Pl. taur. nr. 561. nec *Bbrst.* Tauria.

SCHISMUS. *Beauv.* Panicula simplex coarctata; spiculae 5—7-florae, flores distantes; glumae 2 subaequales membranaceae hyalinae ovato-oblongae acutiusculae concavae spicula paulo breviores, inferior 4—7- superior 3—5-nervia; valvulae 2 subaequales, inferior obovata apice bifida mutica vel mucronata 9-nervia apice hyalina margine dorsoque ciliato-pilosa, superior oblongo-spathulata acuta binervia, nervis superne divergentibus in margine evanescentibus; stamina 3; styli 2 elongati; stigmata simpliciter pilosa; caryopsis obovata compressiuscula laevis glabra nitida. — Gramina caespitosa pumila (1—4-pollicaria); folia angusta caulina plana; ligula margo pilosus; panicula simplex coarctata.

1. S. MARGINATUS. *Beauv.* (Agr. t. 15. f. 4.) Radice fibrosa tenui caespitifera; culmis adscendentibus geniculatis filiformibus (2—5-pollicaribus); paniculae coarctatae (½—1-pollicaris) radiis a basi vel paulo superius floriferis erectis; spiculis linearibus; glumis flosculos aequantibus vel iis parum brevioribus lanceolatis acuminatis valde nervosis; valvulis inferne hirtis vel omnino glabris. *Kunth.* Supl. t. XXVII. fig. 2. Festuca calycina *Lam.* ill. t. 46. f. 5. ⊙ Eur. austr. Caucas. Persia. Var. flosculis glabris. Aegyptus; et: spiculis flavescentibus. Arab. petr.

2. S. OVALIS. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 421.) Racemo oblongo-ovali composito (vix pollicari); spiculis ovalibus; glumis flosculos sub aequantibus oblongis acuminatis scabris; valvulis inferne hirsutissimis (apice purpurascentibus); foliis scabris. ⊙ Afr. austr.

3. S. BREVIFOLIUS. *Nees.* (l. c. 422.) Foliis anguste linearibus planis laeviusculis crassiusculis (½—¾″ longis); panicula coarctata racemosa brevi (½-pollicari) rigidula; spiculis lanceolatis 6—8-floris; glumis lanceolatis acuminatis flosculis brevioribus; valvulis inferne hirsutis; inferiore ovali 9-nervia apice emarginato-bifida, lobulis obtusis subula interjecta brevi. ⊙ Afr. austr.

4. S. SCABERRIMUS. *Nees.* (l. c. 423.) Culmo foliisque scaberrimis rigidulis; panicula coarctata; glumis flosculis brevioribus ovato-oblongis acutis; valvula inferiore dorso glabra, rhachillae articulis barbatis. ⊙ Afr. austr.

5. S. ARABICUS. *Nees.* (l. c. 422.) Caespitosa erecta (nec diffusa uti reliquae) undique piloso-pubescens; panicula ovata vel oblonga, radiis saepe longe nudis; spiculis lanceolatis 6—8-floris, glumis lanceolatis margine late scariosis distinctissime 5-nervosis, valvulis inferne longe hirsutis- (pilis in spiculis conspicuis) apice acute longe bifidis. Schismus nova species Hrbr. arab. un. it. 391. ⊙ Arab. petr.

6. S. TENUIS. *Steud.* Culmo foliisque laevissimis tenuibus, filiformibus, flaccidulis elongatis (usque 2-pollicaribus); panicula racemosa laxa (pollicari et ultra); glumis flosculis brevioribus oblongo-lanceolatis acuminatis; valvula inferiore inferne et dorso hirsuta apice obtuso (tenuissime sub lente forti ciliolata) emarginata, inter lobos setulosa. Sub: S. scaberrimus misit *Drege.* Variat: culmo 4—7-pollicari et raro vix pollicari. ⊙ Afr. austr.

7. S. MINUTUS. *R. S.* Pumila (vix ultra pollicaris); panicula coarctata (4—7-lineali); calyce glabro acutissimo flosculis subaequali; valvulis basi hirsutis, apice obtusis brevissime bifidis. *Kunth.* Supl. t. 28. f. 3. ⊙ Caucas. Persia.

8. S. PATENS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 269.) Radice fibrosa caespitifera; culmis teretibus strictis vaginis tectis glabris (12″ longis); ligula brevissima ciliata; vaginis foliisque scabris ad basin margine pilosis; panicula (5-pollicari) ante anthesin contracta denique patente oblonga simplici; spiculis alternis ovatis (4‴ longis) brevissime pedicellatis; glumis ovatis acutis inaequalibus flosculis brevioribus; valvula inferiore ovata 3-nervia basi pilosa apice obtuse bidentata inter dentes arista ipsam subaequantem munita. Leptochloa? patens *Kunth.* ♃ Chili.

SESLERIA. *Arduin.* Spicae simplices; spiculae 2—6-florae; glumae 2 membranaceae inaequales muticae vel rarius mucronatae; valvulae 2 membranaceae, inferior carinata aristato-mucronata interdum 3—5-dentato-mucronata; superior bicarinata apice bifida; stamina 3; ovarium glabrum rarissime apice pilosum; styli 2 breves; stigmata longissima plumosa; squamulae 2 integrae vel 2—5-fida; caryopsis oblonga glabra libera.

1. S. COERULEA. *Ard.* (Spec. t. 6. f. 3—5.) Radice fibrosa; culmo erecto (½—1-pedali) glabro; foliis planis linearibus rigidulis margine sursum scabris apice obtusiusculis, culmeis brevissimis; racemo spicato subovato-oblongo (½-pollicari vel breviore coerulescente); spiculis 2—3-floris; glumis ovatis acutis; valvula inferiore apice in setas 2—4 aristamque intermediam terminata. *Host* Gram. 2. t. 98. *Fl. d.* t. 1506. *E. B.* t. 1613. Cynosurus coeruleus *Lin. Jacq.* Ic. rar. t. 21. ♃ Europa.

2. S. ALBA. *Smith.* (Fl. graec. t. 72.) Spica ovato-oblonga imbricata (alba), bracteis alternis; valvula inferiore lanceolata acuta indivisa. Eadem ac praecedens sec. *Bertol.* ♃ Prope Belgrad.

3. S. ALBICANS. *Kit.* (in *Schult.* Fl. aust. I. 216.) Culmo erecto (1—1½-pedali); racemo spicato oblongo ovato ebracteato (ochroleuco); glumis ovato-lanceolatis arista brevissima terminatis; valvulis —? ♃ Carpathi.

4. S. TENUIFOLIA. *Schrad.* (Fl. germ. I. t. 6. f. 4.) Radice caespitosa stolonifera; culmo tenui flaccidulo (8—12-pollicari); foliis angustissimis canaliculatis planis vel subconvolutis acutatis (vel obtusiusculis) elongatis; vaginis radicalibus demum in fila flexuoso-intertexta solutis; spica racemiformi oblonga laxiuscula (coerulescente); spiculis plerumque 3-floris glumis mucronato-acutatis; palea in-

feriore in setas 2—4 aristamque intermediam terminata; setis aristaque glumam dimidiam non aequantibus. ♃ Austria littor.

5. S. JUNCIFOLIA. *Host.* (Gram. IV. t. 22.) Radice caespitosa; culmo tereti laevi aphyllo; foliis subteretibus brevibus rigidis villosulis margine scabris; vagina folii infimi ciliata; spica oblonga, spiculis inferioribus bracteatis; glumis inaequalibus brevi aristatis; valvula exteriore ciliata 5-nervia, nervo medio et lateralibus in aristas excurrentibus, inferiore apice aristaeformi-bifida. (An a praecedente diversa, an S. filifolia *Heuffel?*) ♃ Austria littor.

6. S. COERULANS. *Frivalds.* (Flora 1838. 438.) Frutescens; cauliculis pluribus adscendentibus albo-pubescentibus; foliis lineari-subulatis recurvis vix pungentibus ciliatis; verticillis densis subglobosis albo-villosis; supremis approximatis; calycis dentibus subaequalibus subulatis pectinato ciliatis corolla parva purpurea minoribus; bracteis lanceolatis basi dilatatis nervosis. S. marginata *Griseb.* Fl. Rumel. II. 442. ♃ Rumelia.

7. S. ELONGATA. *Host* (l. c. 2. t. 97.) Radice caespitosa stolonifera; culmo tereti glabro (1—2-pedali); vaginis integris denique margine fissis; foliis linearibus canaliculatis in acumen scaberrimum attenuatis; spica elongato-cylindrica (2—4-pollicari); spiculis plerumque 3-floris; glumis oblongo-lanceolatis aristato-acuminatis flosculos superantibus; valvula inferiore apice in setas 2—4 aristamque intermediam terminata; setis aristaque valvulam dimidiam non aequantibus. *Beauv.* Agr. t. 16. fig. 7. *Kunth.* supl. t. XXIII. f. 1. ♃ Austr. litt. Helvet.?

8. S. RIGIDA. *Heuffel* (*Rchbch.* Fl. exc. 140. 3.) Foliis linearibus omnino complicatis rigide sublignosis culmos excedentibus aequilatis; thyrso ovato; spiculis 2—3-floris, bracteola exteriore aristata 2—4-dentata. ♃ Bannatus.

9. S. CYLINDRICA. *Decand.* (Fl. fr. supl. 279.) Culmo glaberrimo; foliis acutissimis; spica densa cylindrica elongata; spiculis ovatis obtusis; glumis flosculis vix longioribus brevi setoso-acuminatis. S. argentea *Savi.* ♃ Gallia. Italia.

10. S. NITIDA. *Tenor.* (Prod. p. 10.) Culmo apice scaberrimo; foliis planis obtusis mucronatis margine nervoque medio serrulato-scabris; spica ovata; spiculis 4-floris nitidis mucronatis; valvula inferiore 3-dentata, dente medio mucronato. ♃ Ital. infer.

11. S. CAUCASICA. *Scheele* (Flora 1844. 55.) Culmo glabro striato sursum aphyllo (plus minus pedali); foliis radicalibus fasciculatis angustis profunde striatis planis vel convolutis; spica ovata densa ($^1/_2$—$^3/_4$-pollicari coerulescente); spiculis 2—3-bifloris; glumis acuminatis spiculas subaequantibus; valvulis carina pilosis, exteriore inaequaliter tricuspidata, inferiore lanceolata bicuspidata. ♃ Caucasia.

Clbrms. speciei autor: valvulam inferiorem 5-aristatam requirit, ego semper tricuspidatam inveni — est: Alopecurus — Hrbr. un. it. 1836. An eadem ac sequens?

12. S. PHLEOIDES. *Bbrst.* (Fl. Supl. 64.) Culmo gracili striato basi folio unico vaginato caeterum nudo (spithamaeo); foliis radicalibus fasciculatis rigidis planis profunde striatis; spica ovata (vix unciali, vix coerulescente); glumis 1—2-floris; valvula exteriore plerumque inaequaliter tricuspidata, superiore lanceolata; stylo elongato stigmatibus longe exsertis. Alpes Caucasi or.

13. S. POLYATHERA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 399.) Glaucescens, glaberrima; foliis rigidis 5—7-nerviis; thyrso ovato denso; spiculis bifloris; glumis cum arista tenui flosculos vix superantibus, superiore longiore; valvula inferiore 5-nervia, 5-aristata, inter aristas saepe dentata, valvula superiore biaristata bifida; processu stipitiformi saepe basi floris superioris adnato. Caucasia.

14. S. SPHAEROCEPHALA. *Ard.* (Spec. 2. t. 7.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui (5—8-pollicari) glabro; foliis planis glaucescentibus angusto-linearibus obtusiusculis vel brevissime acuminatis, culmeis abbreviatis; spica (hemisphaerico-) globosa, densissima (albida, raro pallide coerulescente); spiculis sub-3-floris; glumis hyalino-scariosis flosculis brevioribus; valvula inferiore apice obtuso emarginata, ex incisura brevissime aristulata. Cynosurus sphaerocephalus *Wulf.* in *Jacq.* ic. rar. t. 20. ♃ Alpes Austr. Helv.

15. S. TENELLA. *Host.* (Gram. 2. t. 100.) Radice fibrosa; culmis erectis tenuibus glabris (3—7-pollicaribus); foliis anguste linearibus obtusiusculis, culmeis brevioribus latioribus; spica ovata densa (vix ultra 5 lineas longa; intense coerulea); spiculis bifloris; glumis flosculis brevioribus scarioso-hyalinis; valvula inferiore 5-aristata; arista intermedia valvula longiore. Cynosurus ovatus *Hoffm.* ♃ Alpes Austr.

16. S. DISTICHA. *Pers.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto tenui glabro (6—12-pollicari); foliis convoluto-filiformibus; spica ovata disticha (coerulescente) spiculis imbricatis 3—6-floris; glumis ovatis carinatis acutis scarioso-marginatis; valvula inferiore mutica vel breviter aristata. Poa disticha *Wulf* in *Jacq.* ic. I. t. 19. *Host* Gram. 2. t. 76. Oreochloa disticha *Link.* ♃ Alp. Austr.

Character generis Oreochloa: inflorescentia racemosa non excisa: spiculae multiflorae; glumae duae subaequales muticae flosculis inferioribus paulo breviores dilatatae; valvulae duae subaequales muticae basi margine non involutae.

17. S. PEDEMONTANA. *Reut.* (et *Boiss.* Pugil. pl. nov. 126. sub: Oreochloa.) Perennis glabra; radice stolones filiformes nudos saepe elongatos edente; culmis tenuibus adscendentibus caespites laxos parvos formantibus, inferne laxe foliosis, superne nudis; foliis radicalibus surculorumque angustissimis lineari-convolutis, caulinorum limbo latiore lineari brevi, omnibus laevibus striatis; ligula elongata apice bidentata culmum cingente; spica disticha ovata vel ovato-oblonga basi rarius subinterrupta e spiculis 7—9 constante; spiculis subquinquefloris nitidis nigro-coerulescentibus; glumis ovato-oblongis subaequalibus subventricosis acutis flosculo inferiore brevioribus; valvula inferiore carinata compressa elliptica acutiuscula (sub lente) brevissime puberula; superiore sesquilonga angustiore hyalina bicarinata ad carinas basi hirtulas plicata, apice aucte bidentata. Pedemontium.

18. S. AMERICANA. *Nees.* (in litt.) Foliis complicatis attenuatis glabris; spica crassa imbricata oblonga lobata; spiculis ovatis subtrifloris, glumis valvulisque flosculorum inferioribus apice subulatis, subula inferne serrulata. Ins. Staatenland. Am. sptr.

19. S. MUTICA. *Badaro* (Giorn. Fis. 1824. 7. 363.) Radice valida fibrosa tunicata; culmo glabro laevi (1—$1^1/_2$-pedali) superne nudo; foliis radicalibus et inferioribus culmum aequantibus vel superantibus, culmeis brevibus omnibus planis apice ciliatis; panicula spicata oblonga densiuscula pauciflora (coerulescente); spiculis ovato-lanceolatis plerumque ad rhacheos articulum singulum binis, altera sessili altera brevi pedunculata, 2—3-floris, glumis flosculis brevioribus ovatis scariosis in mucronem brevissimum productis; valvula inferiore subscariosa colorata 3—5-nervia, nervis in totidem mucrones excurrentibus, ciliata, interiore bifida laciniis obtusis. ♃ Montes Albinguanenses.

20. S. DACTYLOIDES. *Nutt.* (Gen. 1. 65.) Radice bulbosa; culmo tereti glabro (4—5-pollicari), setaceo, foliato; foliis planis brevibus (1—2″ longis, 2‴ latis), subpilosis; ligula barbata; spicis subovatis folio singulo sustentis; spicis 6—8 per paria dispositis in rhachi unilaterali; spiculis 2—3-floris; glumis valde inaequalibus, majore oblongo-ovata mucronulata; valvulis acuminatis integris, inferiore oblongo-lanceolata 3-nervia glumas superante. Missouri.

WANGENHEIMIA. *Moench.* Spicae solitariae; spiculae unilaterales sessiles imbricatae, bi—6-florae; glumae 2 subunilaterales carinatae muticae flores superantes, inferior minor inaequilatera; valvulae 2 membranaceae, inferior acutiuscula subcarinato-concava uninervia, superior brevior bicarinata; stamina 3; ovarium breviter stipitatum glabrum; styli 2 terminales breves; stigmata plumosa; squamulae 2 bilobae glabrae; caryopsis oblonga.

1. W. DISTICHA. *Moench.* (Meth. 200.) Culmis caespitosis erectis simplicibus (vix spithamaeis); foliis angustissimis involutis; vaginis tumidiusculis; spica arcte imbricata oblonga; spiculis sessilibus distichis compresso-carinatis. Cynosurus Lima *Lin. Cav.* Ic. I. t. 91. Dinebra Lima *Beauv.* ⊙ Hispania.

DACTYLIS. *Lin.* Panicula glomerata secunda; spiculae 2—7-florae; glumae 2 subinaequilaterae carinatae mucronatae vel aristatae apice subunilaterales, superior saepius minor tenuior enervia concava; valvulae 2 herbaceae, inferior 5-nervia carinata mucronato-aristata, carina ciliata; superior bicarinata; stamina 3, styli 2 breves; stigmata plumosa; lodiculae 2 bifidae; caryopsis glabra.

* *Glumis ciliatis vel pubescentibus (non papilloso scabris vel hispidis) flosculis brevioribus.*

1. D. GLOMERATA. *Lin.* Radice fibrosa subrepente; culmo adsendenti-erecto ($1\frac{1}{2}$—2-pedali) striato; foliis linearibus elongatis patentibus striatis margine scabris; ligula elongata lacera; panicula alternatim ramosa, radiis angulatis scaberrimis rigidis decompositis; spiculis secundis conglomeratis scabris; glumis inaequalibus acuminatis exteriore 3-nervia carina ciliata; flosculis 3—4 raro solitariis calyce majoribus; valvula inferiore 5-nervia carina pectinato-ciliata. *Schreb.* gram. 2. t. 8. f. 2. *E. B.* t. 335. *Fl. d.* t. 743. *Host.* gram. 2. t. 94. *Kunth.* Supl. t. 29. fig. 1. *Beauv.* Agr. t. XVII. fig. 5. Variat: radiis paniculae patentibus, florum fasciculis ovatis laxiusculis; et radiis paniculae erectis rhachi communi subadpressis elongatis densissime spiculatis oblongis. ♃ Eur. Sibir. Am. sptr.

2. D. GLAUCESCENS. *Willd.* (En. 111.) Foliis carinatis glaucescentibus; panicula secunda; spiculis 6—8-floris. Vix dubie prioris var. ♃ Austr. litt.

3. D. ALTAICA. *Bess.* (in *Schult.* Mantis. 3. 626.) Culmo procero (4-pedali); foliis planis margine scabris; panicula secunda glomerata; spiculis 6-floris; calycibus carina pedicellisque ciliatis scabris; stylis anticis; germine clavato, nectariis connatis bilobis, sinu antice producto carinato, lobis acutis postice inaequaliter in dentes setaceos fissis. D. glomenata *Lin.* var. *Koch.* ♃ Reg. altaic.

4. D. HISPANICA. *Roth.* (Catal. I. 8.) Culmo erecto ($\frac{1}{2}$—1-pedali; foliis carinatis glaucescentibus margine laevibus; panicula secunda glomerata spicata; spiculis sub-3-floris; glumis et valvulis carina pilis longis patentibus ciliatis. D. glomerata *Lin.* var. *Koch.* ♃ Gall. Austr. litt. Ital.

5. D. VILLOSA. *Thunb.* (Fl. cap. 115.) Culmo tereti glabro erecto striato (pedali et ultra); foliis radicalibus et culmeis, his alternis vaginantibus, lineari-filiformibus glabris brevibus; panicula coarctata spicata (digitali); rhachi pedunculisque villosis; glumis valvulisque ex toto extus pubescentibus. Lasiochloa villosa *Kunth.* En. I. 388. Pr. b. sp.

6. D. SERRATA. *Thunb.* (l. c.) Culmo erecto glabro striato (bipedali); foliis longe vaginantibus quam vaginae brevioribus; panicula coarctata (palmari); spiculis ovatis compressis laevibus 5-floris; glumis 2 subaequalibus navicularibus carinatis lanceolatis glabris; carina glumae alterius tenuissime serrulata; valvulis binis navicularibus lanceolatis carina serrulatis. Lasiochloa serrata *Kunth.* l. c. Pr. b. sp.

Species nr. 5. 6. dubiae, a recentioribus in Africa australi perigrinatoribus botanicis non lectae videntur. Caeterum character Lasiochloae est: Spiculae 3—4-florae flores distichi basi callosi; rhachis articulata; glumae subaequales 5-nerviae concavae, flores superantes herbaceae externe papilloso hispidae; valvulae 2, inferior 9-nervia concava herbaceo membranacea acuta vel mucronata, superior brevior bicarinata; squamulae 2 collaterales dolabriformes integrae glabrae, interdum apice subciliatae; stamina 3, summo stipiti ovarii fere inserta antherae lineares utrinque bifidae; ovarium stipitatum glabrum; styli 2 terminales distantes; stigmata plumosa.

7. D. GLAUCA. *Roth.* (Catal. 3. p. 16.) Radice caespitosa; culmo erecto laevi ($1\frac{1}{2}$—2-pedali) superne tenuissime villoso, ad nodos tumidulos fuscescente; foliis planis glauco-viridibus retrorsum asperis mucronulatis; ligula ovata obtusa brevissima glabra; panicula oblongo-ovata (3—4-pollicari) densa coarctata spicata; spiculis obovatis compressis (versicoloribus) dense imbricatis sub-4-floris (flosculis 2 inferioribus plerumque tantum fertilibus); glumis subaequalibus oblongis carina serrato-scabris; valvula exteriore mutica dorso scabriuscula et viridi, margine late pellucida. ♃ —

8. D. PAUCINERVIS. *Nees.* (Fl. Afr. I. 429.) Culmo adscendente basi simplici squamato dein fasciculato-fastigiato-ramoso; foliis erectis glaucis distichis ($\frac{1}{4}$—1-pollicaribus), apice subulato convolutis rigidis, supra sparsim oreque vaginarum pilosis; ligula obsoleta; racemo composito lanceolato denso spicaeformi ($\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$-pollicari); spiculis subsessilibus oblongis 4—7-floris; glumis uninervibus lanceolatis truncato-mucronatis; valvula inferiore infra apicem bidentulum rigide mucronata, latere rhachillaque setoso-ciliatis. ♃ Afr. austr.

9. D. LITTORALIS. *Willd.* Radice valide fibrosa stolonifera, culmis ramosis procumbentibus adscendentibus ($\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$- vel 3-pedalibus), glabris infra paniculam striatis asperulis; foliis distichis, linealibus acuminatis glaucis rigidis planis carinatis vel convolutis, ligula pilorum series; panicula spicata composita interrupta (1—$1\frac{1}{2}$-pollicari); radiis adpressis; spiculis sessilibus glomeratis 7—11-floris; glumis ovato-oblongis inaequalibus, inferiore uni- superiore latiore 2—3-nervia, mutica vel acuminata; valvula inferiore ovato-oblonga multinervia margine scariosa obtusa vel emarginata mucronulata vel brevi aristata. *Host* Gram. IV. t. 28. D. maritima *Schrad.* germ. t. VI. f. 1. Aeluropus laevis *Trin.* Fund. t. XII. Poa littoralis *Gouan. Lam.* ill. t. 45. f. 5. Eur. austr. Afr. sptr. Sibir.

Character generis Aeluropus: panicula glomerata capitata; flosculi secundi biseriales in spiculis sessilibus; calyx coriaceo-chartaceus ecarinatus villosus 7—20-florus; corollae valvulae villosae; inferior ecarinata striata infra apicem integrum mucronata; lodiculae squamae collaterales; semen suborbiculare liberum. *Trin.* fund. p. 143.

10. D. SMITHII. *Link.* (in *Buch* Canar. 111.) Stolonibus repentibus; foliis omnibus planis laxis; panicula spicata basi interrupta. D. canariensis *Nees.* D. fasciculata. *C. Smith.* Praecedentis var.? Ins. Canar.

11. D. NOEANA. *Steud.* Radice validiuscule fibrosa caespitifera (non repente); culmis basi vaginis emarcidis albescentibus tectis erectis (3—9-pollicaribus) glabris; foliis planis carinatis (vix ultra pollicaribus, culmeis duplo vel 3-plo brevioribus) obtusiusculis mucronulatis glabris; panicula densissime ovata oblonga glomerato-spicata; spiculis 3—4-floris; glumis tenuibus flosculis multo brevioribus pellucidis; valvula inferiore herbacea 5-nervia carina pectinato-pilosa apice acuminata mucronulata vel breve aristulata margine scariosa. D. hispanica *Noe* hrbr. Ins. Ossero.

12. D. ABBREVIATA. *Bergh.* (in *Link* Hort. ber. 153.) Foliis brevibus latiusculis; paniculae radiis brevissimis; glumis aristulatis dorso ciliatis; valvula exteriore acuta dorso superne ciliata lateribus scabris. ♃ — —

13. D. CAPITELLATA. *Link* (l. c.) Caule tenui (non

stolonifero, pedali); foliis radicalibus brevibus angustis, caulino unico, vagina laevi glaberrima; ligula truncata; panicula capitaliformi; spiculis 4-floris; glumis valvulisque sub apice mucronulatis, carina superne longe ciliatis. ♃ Massilia.

14. D. CAPITATA. *Schult.* (Mant. 3. 626.) Culmo tenero simplici; foliis abbreviatis linearibus patulis glabris; ligula elongata vaginante; spica solitaria ovata compressa sub-4-flora glabra; glumis acuminatissimis; flosculis subcoloratis muticis. Festuca capitata *Balb.* in *Spr.* c. p. 36. Sardinia.

15. D. CYNOSUROIDES. *Koenig* (in *Roth* N. pl. 74.) Culmis repentibus ad nodos radicantibus ramosissimis foliorum vaginis tectis; foliis lanceolatis brevibus planis (vix ultra ½-pollicaribus) margine subundulatis argute serrulatis erecto-patulis; ligula brevi membranacea truncata; racemis brevibus densis secundis corymboso-capitatis; spiculis sessilibus dense imbricatis sub-4-floris; glumis ovato-lanceolatis compressis glabris aristaeformi-mucronatis; valvula exteriore simili 3-costata extus setis adpressis fuscescentibus barbata. ♃ Ind. or.

16. D. REPENS. *Desf.* (Fl. Atl. t. 15.) Radice repente; culmis ramosissimis procumbentibus adscendentibus (usque pedalibus) fasciculatis glabris-fuscescentibus vel uti tota planta viridi-glaucescentibus; vaginis foliisque villosis; his abbreviatis (4—8‴ longis, basi ultra 1‴ latis) lanceolatis acuminatis rigidis subpungentibus; floribus spicato-capitatis distichis densissime glomeratis; spiculis minutis 5—8-floris undique densissime pilosis; valvula inferiore obtusa infra apicem brevissime mucronulata. Aeluropus villosus *Trin.* Calotheca repens *Spr.* ♃ Calotheca niliaca *Hrbr.* aeg. un. it. nr. 587. Afr. bor. Graecia. Caucas.

17. D. BREVIFOLIA. *Koenig* (in *Willd.* sp. I. 410.) Culmis longe sarmentosis, vaginis amplis aphyllis pubescentibus interrupte tectis, sursum in ramos divisis; foliis vaginisque foliiferis albo-glaucescentibus tenuissime brevissime pubescentibus; foliis e basi lata (ultra lineali) lanceolatis abbreviatis (vix ultra semi-pollicaribus) rigidis apice convoluto-pungentibus; ligula brevissima ciliolata; ramis floriferis ad spicam usque foliatis; spica densa secunda glomerata; spiculis sub-4-floris; valvula inferiore apice in mucronem brevem excurrente ad margines dense villoso pubescente. Aeluropus pubescens *Trin.* A. brevifolius *Nees.* Calotheca niliaca Hrbr. arab. un. it. nr. 204. (non 587. Hrbr. aeg.) ♃ Ind. or. Arabia.

18. D. LAGOPODIOIDES. *Lin.* Culmo adscendente ramis simplicibus (digitalibus); foliis lineari-lanceolatis planis striatis (pollicaribus) subglabris margine denticualtis; vaginis margine ciliatis; spica terminali subrotunda; spiculis sub-4-floris; glumis membranaceis ovatis acpice aristatis; valvula exteriore ovato-mucronata (apice colorata) basi et nervo medio ad dimidium usque villosis. *Burm.* Ind. or. t. 12. f. 2. (A praecedente videtur diversa.) ♃ Ind. or.

19. D. PUNGENS. *Schreb.* (Gram. t. 27. f. 1.) Radice fibrosa caespitifera; culmis filiformibus erectis (4—10-pollicaribus); foliis brevibus glabris mollibus; ligula crenulata; capitulis multi-spiculatis subglobosis; spiculis multi-(7-) floris compressiusculis; floribus distichis; glumis membranaceis subrotundis acutiusculis inaequalilateris quam flosculi brevioribus valvula inferiore ovata angustato-acuta sub apice breviter aristata obsolete 5-nervia, dorso pilis glanduliferis conspersa; superiore vix breviore bicarinata apice emarginata, lobis acutis. Sesleria echinata *Lam.* ill. t. 47. f. 2. *Desf.* Fl. atl. t. 16. *Kunth.* supl. t. XXII. fig. 1. — ♃ Afr. bor.

20. D. MASSAVIENSIS. *Fres.* (Mus. Senkenb. fasc. II. sub: Poa.) Culmo sarmentoso superne ramosissimo; ramis pilosiusculis; vaginis inferioribus amplis aphyllis villosis; foliiferis glabriusculis ore pilosis; foliis angustis basi planis dein subconvolutis longe acuminatis distichis supra (praesertim) brevissime setuloso-pilosis; ramis infra paniculam longiuscule nudis; panicula densissime glomerata subrotunda (vix ½-pollicari); glumis acutis pubescentibus; valvula inferiore basi et margine pilosa apice mucronato-apiculata. ♃ Arabia felix.

21. D. MUCRONATA. *Forsk.* (Fl. aeg. arb. p. 22. sub: Festuca.) Culmo repente tereti; ramis erectis ramosis; foliis subdistichis patentissimis glabris rigidis, canaliculatis mucronatis; panicula terminali ovata conglomerata (pollicari) spiculis oblongis lanceolatis 4—6-floris; glumis hyalinis dorso viridibus obtusis glabris; corollae calycem excedentis valvulis villosis acutiusculis hyalinis, exteriore convexa carinata, anteriore plana; glandulis sub filamentis, una magna didyma, aliae minores. An revera: Festuca pungens *Vahl* Symb. t. 2. (Non est inter plantas Schimperianas.) ♃ Arabia felix.

** *Glumis scabris vel papilloso-hispidis flosculos aequantibus plerumque superantibus. Lasiochloa Kunth.*

22. D. OBTUSIFOLIA. *Nees.* (Fl. Afr. 430. sub: Lasiochloa.) Radice fibrosa; culmis ramosis geniculatis adscendentibus (3—6-pollicaribus), sterilibus procumbentibus filiformibus; foliis rigidulis recurvis convolutis margine scabris caeterum glabris; panicula ovato-oblonga densa spicaeformi; spiculis 3-floris; glumis flosculos aequantibus oblongis acutis scabris; valvula inferiore oblongo-lanceolata 9-nervia, sub apice acutiusculo brevi mucronata. ⊙ Afr. austr.

23. D. OVATA. *Nees.* (l. c. 431. sub: Lasiochloa.) Culmo geniculato adscendente glutinoso nitente, vaginis ore barbatis foliisque — denique convolutis — glabris; panicula spicaeformi brevi ovata; spiculis 3-floris; glumis in medio sparsim hirsutis, flosculis conformibus iisque brevioribus scabris mucronato-acutis; valvula inferiore utrinque inferius strigilosa. Praecedentis var.? *Nees.* ⊙ Afr. austr.

24. D. CILIARIS. *Thunb.* (Fl. cap. 115.) Culmo geniculato-adscendente pubescenti (2—4-pollicari); vaginis foliisque molliter pilosis his filiformibus culmum aequantibus; panicula glomerato-spicata lobata densa basi saepe vaginata (sub-pollicari); spiculis ovalibus obtusiusculis 3—4-floris; glumis oblongis acutis flosculos aequantibus e tuberculis hispidis; valvula inferiore ex apice setigera margine inferius stricte ciliata. Lasiochloa ciliaris *Kunth.* Gram. II. t. 192. *Nees.* l. c. 432. ⊙ Afr. austr.

25. D. HISPIDA. *Thunb.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo geniculato-inflexo erecto glabro (subpedali, purpurascente); geniculis barbatis; foliis radicalibus pluribus filiformibus glabris (2—3″ longis) culmeis brevioribus subulatis; vaginis ore pilosis; panicula spicata ovata nuda vel basi subvaginata; spiculis 2—3-floris oblongis; glumis ovato-lanceolatis acuminatis e tuberculis hirsutis; valvula inferiore apice brevissime setuligera. Lasiochloa hispida α incurva *Nees.* l. c. ⊙ Afr. austr.

26. D. LONGIFOLIA. *Schrad.* (*Schult.* Mant. 2. 351.) Radice fibrosa; culmis erectis subflexuosis (1½-pedalibus) ad apicem usque foliatis glabris; foliis involuto-filiformibus rigidis curvatis supra scabris; culmum aequantibus vel superantibus; ligula brevi ciliata, paniculae spicato-compositae aut lobatae (1—1½-pollicaris) rhachi radiisque glabris; spiculis 2—4-floris ovalibus; glumis ovato lanceolatis subulato-acuminatis tuberculato hirsutis; valvula inferiore apice mucronata incurvula. Lasiochloa hispida β longifolia *Nees* l. c. Lasiochloa longifolia *Kunth.* Rev. gram. 2. t. 193. ♃ Afr. austr.

27. D. HIRTA. *Schrad.* (l. c. 350.) Radice fibrosa; culmis dense caespitosis (½-pedalibus) glabris; foliis erectis lineari-convolutis filiformibus vaginisque — ore barbatis — e tuberculis hispidis; panicula spicata oblonga integra aut lobata; spiculis 2—4-floris ovalibus, glumis oblongo lanceolatis subulato-acuminatis flosculos aequantibus aut

superantibus, e tuberculis hirtis; valvula inferiore mucronato-acuta recta margine infra setoso-ciliari. Lasiochloa hirta *Kunth.* l. c. t. 194. ⊙? Afr. austr.

28. D. ADSCENDENS. *Schrad.* (l. c. 351.) Radice fibrosa caespitifera; culmo adscendente ad apicem usque foliato glabro (6—10-pollicari); foliis linearibus supra pilosis subtus glabris (3—4-pollicaribus); vaginis ore pilosis; panicula ovata basi saepe vaginata (1—1½-pollicari) spiculis 2—3-floris; glumis longissime setaceo-cuspidatis flosculos superantibus e tuberculis hirsutis; valvula inferiore ad apicem mucronulata laevi margine ciliolata. Lasiochloa ciliaris *Kunth* Rev. gr. 2. t. 192. sec. *Nees.* ⊙ Afr. austr.

29. D. UTRICULOSA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 436. sub: Lasiochloa.) Radice fasciculata; culmis glabris adscendentibus (3—5-pollicaribus) foliatis; vaginis radicalibus subventricosis papilloso-hirsutis; foliis anguste linearibus sparsim e tuberculis hirsutis; ligula brevissima ciliato-lacera; panicula spicata oblonga basi vaginata; spiculis 3-floris; glumis subulato-cuspidatis flosculos superantibus a basi ad medium pubescente et utrinque pilis clavatis subfasciculatis barbatula. ⊙ Afr. aust.

DINEBRA. *Jacq.* Panicula racemosa, racemulis subglomerato-contractis demum in racemos unilaterales rhachi applanata distentis; spiculae lanceolatae 2(—3-)florae; glumae 2 subaequales lanceolatae subaristato-subulatae carinatae flosculos superantes, inferior paulo longior inaequilatera; flosculi hermaphroditi, inferior sessilis, superior pedicellatus; valvulae 2 inferior ovata obtusa subemarginata brevissime mucronulata obtusa tri- superior paulo brevior bicarinata, carinis tenuissime ciliatis; stamina 3? stigmata plumosa; caryopsis oblique ovata glabra compressa.

Kunth. Agrost. supl. p. 221 flosculos 3 in planta culta numeravit, egomet in plurimis spontaneis semper tantum 2 observavi.

1. D. ARABICA. *Jacq.* (Fragm. t. 121. f. 1. *Delil.* Aeg. t. 11. f. 3.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici vel ramoso (1—2-pedali) glabro; vaginis tenuiter (plus minus conspicue) papilloso-puncticulatis, pilis deciduis; ligula brevi laciniata; foliis lanceolatis (4—10″ longis, 1—3‴ latis), acuminatis; panicula racemiformi-spicata densa, spicis brevibus coarctatis, dein maxime elongata (pedali et ultra) paniculam simplicem cum radiis irregularibus distantibus (1—2-pollicaribus) referente. ♃ (vix ⊙) Aegypt. Arab. Senegamb. Ind. or.

2. D. BREVIFOLIA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis pluribus aggregatis simplicibus et ramosis (3—12-pollicaribus); vaginis glabris, laxis; ligula brevi fissa; foliis abbreviatis (1—2″ longis, 3—4‴ latis) lanceolatis acuminatis glabris vel hinc inde papilloso-pilosis; panicula racemiformi-spicata densa — spicis subglomerato-contractis — dein elongata (½—¾-pedali) radiis distantibus brevibus (vix ½-pollicaribus). Leptochloa arabica forma humilior. *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 527. ♃ Abyssinia.

TETRACHNE. *Nees.* Panicula e spicis racemoso-composita; spicae secundae; spiculae distiche imbricatae homogamae multiflorae; glumae carinatae uninerves; flosculi imbricati, duo inferiores steriles univalves, glumarum par alterum referentes, reliqui fertiles bivalves; valvulae herbaceo-chartaceae inferior acute carinata 3—5-nervia sub apice quandoque mucronata; superior subaequalis alato-bicarinata lateribus compresso-inflexa, acutiuscula; lodiculae truncatae glabrae crassiusculae, stamina 3; styli breves, stigmata angusta plumosa.

1. T. DREGEI. *Nees.* (l. c. 376.) Culmo ima basi ramoso tunc simplici (2—3-pedali) vaginisque glabris ad oras pilosis; foliis planis (1—1½‴ latis, 2—4″ longis) vel convolutis glaucescentibus; panicula (2—5—6″ longa) composita e spicis culmo adpressis inferioribus remotis superioribus sese attingentibus (½—1-pollicaribus) sessilibus. Poa glomerata *Thunb.* Fl. cap. 113. ♃ Afr. austr.

UROCHLAENA. *Nees.* Spica terminalis ovata; spiculae homogamae multiflorae; glumae et valvulae herbaceae in caudam setaceam flexuosam excurrentes; glumae 5-nerviae; valvula inferior 7—9-nervia (basi hirta), superior complicata bidentula; lodiculae obconicae glabrae bidentatae; stamina 3 (?); styli breves distantes; stigmata plumosula; caryopsis depressa glabra libera.

1. U. PUSILLA. *Nees.* (Fl. Afr. I. 438.) Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculato-erectis basi fasciculatim divisis, filiformibus (apicem versus violaceis, digitalibus); vaginis glanduloso-punctatis, ore barbatis; foliis angustis linearibus (1″ longis, ½‴ latis) obtusiusculis demum convolutis; vagina suprema dilatata bracteata a geniculo supremo una cum spica et folio bracteali cadente. ⊙ Afr. austr.

CYNOSURUS. *Lin.* Panicula simplex glomerato-thyrsoidea vel spiciformis; spiculae 1—3 ad basin involucri e flosculis abortivis orti pinnatique subsessiles 2—5-florae; glumae membranaceae inaequales, longior spiculam subaequans; flosculi pedicellati; valvula inferior convexa 5-nervia nervis 3 mediis in aristam terminalem concretis; superior membranacea binervia complicata bidentata; lodiculae membranaceae auriculato-falciformes; stamina 3, stigmata in stylis elongatis plumosa; caryopsis antice convexa postice sulcata glabra.

1. C. CRISTATUS. *Lin.* Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis striatis glaberrimis (pedalibus); foliis linearibus acutis laevibus; ligula brevi obtusa erosa; panicula spicaeformi lineari conferta recta, glumis bractearum distichis in mucronem attenuatis. *Schreb.* Gram. I. t. 8. f. 1. *E. B.* t. 316. *Host.* Gram. II. t. 96. *Beauv.* Agr. t. XIV. fig. 1. ♃ Europa.

2. C. ECHINATUS. *Lin.* Radice fibrosa parva; culmo erecto folioso basi ramoso laevi; foliis lineari-lanceolatis acutis scabris; ligula lanceolata membranacea; panicula glomerata ovata; spiculis alternis ovatis; glumis bractearum pinnatis scariosis longissime aristatis. *Host.* l. c. t. 95. *E. B.* t. 1333. ⊙ Eur. austr. Oriens. Brasil.

3. C. ELEGANS. *Desf.* (Fl. atl. t. 17.) Culmo erecto (pedali et ultra); foliis mollibus glabris linearibus; ligula lata obtusa; panicula ovata laxa; floribus in pedicello diviso fasciculatis; bracteis setiformibus; glumis angustissimis acuminatissimis; valvula inferiore arista setacea molli (½-pollicari) terminata. C. gracilis *Vivian.* C. effusus *Beauv.* ⊙ Af. bor. Eur. austr.

4. C. MULTIBRACTEATUS. *R. S.* Culmo glabro tereti (2—3-pedali); foliis angustis longis glabris; spica secunda densa subincurva nitente (2—3-pollicari); bracteis pectinatis spiculas foventibus; glumis inaequalibus acutis; valvulis subaequalibus obtusis. C. polybracteatus *Poir.* Enc. II. 396. Barbaria.

5. C. TERNATUS. *Forsk.* (Fl. Aeg. arab. 21.) Culmo filiformi simplici vel ramoso folioso glabro; foliis lanceolatis canaliculatis; spicis terminalibus subte nis horizontalibus (pollicaribus) supra et infra planatis lanceolatis (pallide rubentibus); stipulis 3—4-nis patentissimis lanceolatis; spiculis 4-floris; glumis carinatis muticis. Arabia.

LAMARCKIA. *Moench.* Panicula simplex con-

ferta; spiculae pedicellatae biflorae intermixtis crebrioribus sterilibus; floribus remotis, altero hermaphrodito, altero rudimentario aristato suffulto; glumae 2 lanceolatae subulatae subaequales a flore inferiore remotae; paleae 2 membranaceae, inferior cylindraceo-convoluta infra apicem bifidum aristata, superior bicarinata; stamina 3, styli 2 terminales breves; stigmata elongata puberula; caryopsis oblonga complanata; spiculae steriles 5—8-florae, floribus unipaleaceis distantibus, glumis uti in fertilibus, paleis ovato-subrotundis muticis.

1. L. AUREA. *Moench.* (Meth. 201.) Culmis caespitosis erectis simplicibus vel ramosis (3—8-pollicaribus); foliis membranaceis, linearibus acuminatis, saepius angustissimis; paniculae confertae (ex albo viridi et flavescenti-variae) rhachi pedicellisque pilosis his plerumque bispiculatis. Cynosurus aureus *Lin. Host* Gram. 3. t. 4. *Jacq.* ic. t. 630. Chrysurus cynosuroides *Beauv.* t. 22. f. 5. Tinaea elegans *Garcia.* ⊙ Eur. austr. Afr. bor. Abyssin. Oriens.

HARPACHNE. *Hochst.* Panicula simplex conferta; spiculae pedicellatae 5—10-florae flosculis nunc omnibus fertilibus nunc aliquot abortientibus; glumae duae parvae lanceolatae acutae vel obtusae auctae quandoque tertia (flosculo abortivo?); valvulae duae, fertilium inferiore longe setoso acuminata, fovente inferiorem 3-plo breviorem basi gibbam utraque margine hyalino ciliata; sterilium valvula inferiore obtusiuscula non acuminata; stamina 3; styli 2; stigmata simpliciter pilosa; caryopsis compressa, glabra scutello minimo.

1. H. SCHIMPERI. *Hochst.* (Hrbr. un. it. 171.) Radice fibrosa, subcaespitifera; culmis geniculatis, erectis rigidulis (4—10-pollicaribus) tectis vaginis striatis glabris ore pilosis; ligula obsoleta; foliis convolutis acuminatis rigidulis; panicula ovata subsecunda (pollicari et ultra) radiis vel simplicibus vel rarius bifidis pilosis patentibus vel reflexis; spiculis albo et pallide amethystino variis. *Rich.* Fl. Abyss. II. 431. Abyssin.

ECTROSIA. *R. Brown.* Panicula ramosa coarctata; spica multiflora, floribus distichis distantibus, infimo hermaphrodito; reliquis tabescentibus masculis vel neutris longius aristatis; glumae duae membranaceae carinatae muticae spicula breviores in- vel sub-aequales; valvulae 2 membranaceae, inferior 3-nervia carinata apice biloba inter lacinias aristata, arista recta non articulata, valvula superior bicarinata mutica; stamina 3; styli 2 breves, stigmata pilis simplicibus plumosa; caryopsis oblongo-fusiformis laevis glabra libera.

1. E. LEPORINA. *R. Br.* (N. Holl. Prodr. 186.) Panicula coarctata; arista flosculi hermaphroditi valvula exteriore parum breviore, secundi valvula longiore. N. Holl.

2. E. SPADICEA. *R. Br.* (l. c.) Panicula coarctata, arista flosculi hermaphroditi valvula exteriore dimidio breviore, secundi valvulam vix aequante. N. Holl.

LOPHATHERUM. *Brongn.* Panicula; spiculae multiflorae; flore inferiore fertili bipaleaceo, superioribus neutris; glumae inaequales exterior brevior, obtusae 5—7-nerviae; flos inferior fertilis sessilis; valvula inferior ovato-oblonga glumis longior convoluta 7-nervia apice in aristam brevem rectam terminata; superior angusta oblonga obtusa nervis 2 marginalibus; squamulae 2 membranaceae breves truncato venosae; stamina 3; styli 2 filiformes; flores superiores pedicellati subunipaleacei unilaterales sine genitalium rudimento; valvula exterior ovato-oblonga 7-nervia apice aristata; arista rigida recta interior — nisi abortiva — brevior 2-nervia; aristae penicellatae et apice spiculae incurvato radiantes.

1. L. GRACILE. *Brogn.* (*Duper.* it. t. 8.) Vagina patente glabra limbo in petiolum angustato; foliis lanceolatis, superne pubescentibus; ligula brevissima pilosa; paniculae glaberrimae radiis alternis simplicibus distantibus; spiculis approximatis sessilibus lanceolatis, aristis penicillatis divergentibus quam spiculae duplo brevioribus, uno latere versis incurvatis. Acroelytrum Urvillei *Steud.* in litt. Amboina.

2. L. JAPONICUM. *Steud.* Radice elongata fibrosa; culmo erecto glabro fere toto vaginis tecto, ($1\frac{1}{2}$—2-pedali et ultra) gracili; vaginis laxis plus minus praesertim margine glanduloso-pilosis; ligula brevissima pilosa; foliis brevi (per 2—5‴) petiolatis, oblongo-lanceolatis acutatis (3—5″ longis, $\frac{3}{4}$—1″ latis) longitudinaliter nervis parum validulis et inter hos tenuissimis striatis, et nervis transversis creberrimis (pilos adpressos mentientibus percursis, caeterum glabris); panicula stricta; radiis simplicibus rectis solitariis, raro binatis (2—3-pollicaribus et ultra) alternis remotis, racemosis; spiculis solitariis alternis remotiusculis vel subincumbenti approximatis lanceolatis (2—$2\frac{1}{2}$‴ longis) 2—3-floris flosculo secundo et tertio sterili tabescente aristato, aristis valvula duplo brevioribus rectiusculis. Acroelytrum japonicum *Steud.* Hrbr. *Goering* nr. 2. Vix praecedentis var.? Japonia.

Bambusaceis hoc genus junxeram, cui familiae certe ob glumas quandoque ternas; flosculos excepto unico omnes steriles et folia petiolata proxime adstat.

3. L. ELATUM. *Zolling. Moritz.* (Verz. p. 103 ex parte.) Culmo tenui (pluri-pedali), vaginis laxiusculis striatis pilosulis; ligula brevi pilosa; foliis brevi petiolatis oblongo lanceolatis acuminatis longitudinaliter et transversim nervosis plus minus pubescentibus; panicula simplici elongata ($\frac{1}{2}$—1-pedali et ultra); radiis simplicibus alternis remotis (superne saepe approximatis); reliqua p aecedentis, cujus forsan var. Java.

4. L. MULTIFLORUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto validulo (2—3-pedali); vaginis laxis (plus minus solutis) profunde striatis glabris elongatis; ligula brevissima membranacea minutissime ciliata; foliis petiolatis lanceolatis (4—6″ longis, 5—7‴ latis) longitudinaliter et transversim striatis; paniculae (ultra pedalis) radiis patulis; floribus omnibus approximatis distiche alternis 2—3-floris aristis rectis. L. elatum *Zoll. Mor.* l. c. ex parte. Java.

5. L. LEHMANNI. *Nees.* (mpt.) Foliis glabris venulis transversis distinctis, setis brevibus scabris. Hrbr. *Lehm.* Nepal.

6. L. DUBIUM. (*Steud.*) Culmo elato (habitu Phari, Leptaspidis aut Maltebrunniae); foliis lato-lanceolatis acuminatis ad nervos scabris; venis transversalibus nullis; vaginarum dehiscentium ore barbato. *Wight.* hrbr. nr. 1090 sine fructu. Lophatheri spec. *Nees* mpt. Ind. or.

ELYTHROPHORUS. *Beauv.* Panicula cylindrica glomerato-spicata; involucrum glomerulorum polyphyllum; spiculae 3—7-florae; flores distichi imberbes; glumae 2 membranaceae carinatae apice subulato-aristatae subaequales spicula breviores; valvulae 2 membranaceae, inferior carinata 3-nervia, apice subulato-aristata, superior dimidio brevior bicarinata, carinis membranaceo-alatis, apice triloba; stamen 1; styli 2, stigmata elongata puberula; caryopsis teretiuscula elongata glabra.

1. E. ARTICULATUS. *Beauv.* (Agr. t. 14. f. 2.) Radice fibrosa; culmis caespitosis simplicibus (3—8-pollicaribus); foliis planis elongatis culmum superantibus; panicula interrupta (1—1½-pollicari); glomerulorum involucro 3—7-phyllo, phyllis glomerula superantibus. *Kunth.* Gram. 2. t. 154. Echinalysium strictum *Trin.* Dactylis spicata *Willd.* Ind. or. Senegal. Nubia.

TRIPOGON. *Roth.* Spiculae multiflorae, flores in axi gracili ad genicula barbatula imbricati perfecti bivalves; glumae 2 spicula breviores, inferior minor amplectens oblique acutata, altero latere subpraemorsa; superior bidentata et inter dentes brevisubulata, subula dentes aequante, e nervi dorsalis geminati apice unito orta; valvulae 2, inferior ovata lateribus incurva herbacea 3-nervia apice bi-laciniata, laciniis muticis, setis tribus strictis e nervo medio et 2 lateralibus ortis interjectis; superior oblonga magis membranacea sursum plana in apice obtusiusculo bifida, inferius convoluta subquadrinervia; squamulae 2 coloratae conicae truncatae glabrae angustae; stamina 2 (?) filamentis capillaribus; styli filiformes distantes; stigmata laxe villosa; caryopsis elongato-cylindrica compressiuscula truncato-bidenticulata. — Gramina erecta; folia angusta; ligula brevis; spica simplex disticho secunda. Plagiolytrum. *Nees.*

1. T. BROMOIDES. *Roth.* (N. pl. sp. p. 79.) Radice fibrosa flexuosa flavescente caespitifera; culmis erectis simplicibus (pedalibus) glabris; foliis linearibus angustis planis vel convolutis vaginisque pilosis; ligula membranacea brevissima incisa; spicae secundae (3—5-pollicaris) rhachi angulosa flexuosa scabra; spiculis alternis oblongis sessilibus 7—8-floris (4''' longis), rhachi adpressis demum patulis; glumis oblongis obtusis 3-nerviis brevi aristatis; flosculis imbricatis demum distichis; valvula inferiore basi fasciculo pilorum brevissimorum obvallata. Ind. or.

2. T. ABYSSINICUS. *Nees.* (Hrbr. un. it. nr. 1732.) Radice fibrosa tenui caespitifera; culmis erectis simplicibus (¾—1-pedalibus) tenuibus glabris, basi vaginis emarcidis in fibras solutis tectis, filiformibus geniculatis; foliis angustissimis linea ibus planis subsetaceis vel convolutis vaginisque pilosis; ligula vix ulla nisi pilorum series; spicae secundae (4—7-pollicaris) rhachi angulosa laevi; spiculis alternis lanceolatis sessilibus 5—8-floris (3''' longis) subpatulis); flosculis imbricatis basi brevissime pilosis; valvula inferiore tenuissime puncticulata, infra apicem bifidum aristata, arista ipsa breviore; valvula interiore hyalina obliqua ciliata. (Vix a praecedente diversa.) Leptochloa setacea *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 324. Danthonia (!) leptophylla *Rich.* Fl. Abyss. II. 421. ⊙ Abyssinia.

3. T. MINIMUS. *Hochst.* (l. c. nr. 1652.) Radice tenuissime fibrosa caespitifera; culmis tenuissimis erectis (4—6-pollicaribus) simplicibus glabris; foliis capillaribus erectis vel curvulis vaginisque dissite longe pilosis; ligula angustissima acuta; racemo simplici elongato (dimidiam fere altitudinem plantae aequante); spiculis minutis (vix ultra linealibus) alternis rhachi adpressis 5—7-floris; flosculis imbricatis inferioribus saepe omnino muticis; valvula inferiore basi fasciculato pilosa, aristis brevissimis. Festuca minima *Rich.* Fl. Abyss. II. 436. ⊙ Abyssinia.

4. T. FILIFORMIS. *Nees.* (in litt.) Foliis filiformibus laxe villosulis; spica laxa, gluma inferiore duplo breviore subulato-acuminata, latiore latere truncato-bidentato; setis valvulae lateralibus lacinulis multo longioribus seta media duplo brevioribus. Ind. or.

5. T. GRIFFITHII. *Wight. Arn.* (ex *Nees* mpt.) Culmo humili gracili; foliis angustis pubescentibus; spica laxa; gluma inferiore duplo breviore obovata oblique emarginato-biloba, lobis acutis muticis, longiore extrorsum 1—2-denticulato; setis lateralibus media multo brevioribus, hac valvulam subaequante. Ind. or.

6. T. UNIDENTATUS. *Nees.* (in litt.) Foliis convoluto-setaceis glabris; spica strictiuscula, gluma inferiore duplo breviore acuminata, altero latere grosse unidentato, setis valvulae lateralibus laciniis 3-plo longioribus, seta media duplo brevioribus. Ind. or.

7. T. ZEYLANICUS. *Nees.* (mscpt.) Foliis linearibus angustis villosis; spica stricta; gluma inferiore bifida mutica, lacinia longiore bidente; setis valvula brevioribus, lateralibus laciniis subduplo longioribus, media seta paulo brevioribus. Ins. Zeylon.

8. T. SEMITRUNCATUS. *Nees.* (mpt.) Culmo humili (vix digitali); foliis linearibus angustis demum convoluto-filiformibus laxe villosulis; spica laxiuscula incurva (pollicari); spiculis 3—4-floris (luride-fuscis); axi parum barbato; gluma inferiore duplo breviore altero latere truncata, altero subulato-acuminata; setis valvulae lateralibus media subduplo brevioribus, lacinulis exiguis dentifo mibus cum seta media confluentibus. In monte Laeou Javae.

9. T. LANATUS. *Hochst.* (Hrbr. Ind. or. a *Hohenack.* edit. nr. 922.) Radice fibrosa caespitifera; culmo (½-pedali), vaginis foliisque anguste linearibus vel convolutis dense lanato-pilosis; spica laxiuscula (3—4-pollicari) plus minus flexuosa; spiculis alternis subsecundis 3—7-floris patentibus; flosculis distinctis (non imbricato incumbentibus) tenuissime (sub lente valida) puncticulato-velutinis; gluma inferiore minuta, superiore valvulam flosculi infimi aequante, apice breviter bifida, inter dentes aristulata, aristula scabra; flosculis alternis, basi fasciculo pilorum axeos interstitia aequante munitis, valvula inferiore ex apice bifido aristulata setis lateralibus medio vix brevioribus. T. bromoides *Roth.* var.? an T. Zeylanicus *Nees?* Montes Nilagiri.

FESTUCA. *Lin.* Panicula vel racemus; spiculae demum complanatae bi—multiflorae; flosculi distichi plerumque dissitiusculi; glumae 2 inaequales herbaceae plerumque carinatae; paleae 2 herbaceae, inferior apice acuta, mucronata vel aristata, dorso obtusiuscula; superior bicarinata; squamulae 2 glabrae bifidae; stamina 3, rarius 1—2; styli 2 breves; stigmata plumosa; caryopsis lineari-oblonga complanata paleae adhaerens vel libera.

Dispositio methodica.

Sectio I. Nardurus. *Koch.* Spiculae in racemo simplici brevissime pedicellatae; pedicelli crassiusculi sed aequalis latitudinis; radix parva annua. §. 1. nr. 1—5.

Sectio II. Sclerochloa. *Beauv.* Panicula rigida; pedicelli breves crassi aequalis latitudinis; radix parva annua. §. 2. nr. 6—15.

Sectio III. Vulpia. *Gmel.* Paniculae rami crassiusculi vel etiam versus apicem conspicue incrassati et subclavati; flores lanceolato-subulati longe aristati, saepe monandri. §. 3. nr. 16—48.

Sectio IV. Festucae genuinae.
- A. Europaeae.
  - 1. Foliis omnibus setaceis vel convoluto-angustissimis;
    - a. ligula (an semper?) biaurita. §. 4. nr. 49—77.
    - b. ligula oblonga exserta. §. 5. nr. 78—93.
  - 2. Foliis radicalibus convoluto-setaceis, culmeis planis. §. 6. nr. 94—101.
  - 3. Foliis omnibus planis;
    - a. spiculis complanatis. §. 7. nr. 102—114.
    - b. spiculis oblongis teretiusculis. §. 8. nr. 115—123.
- B. Americanae.
  - a. Americae australis. §. 9. nr. 124—156.
  - b. Americae septentrionalis. §. 10. nr. 157—169.
- C. Africanae. §. 10. nr. 170—190.
- D. Novae Hollandicae. §. 11. nr. 192—194.
- E. Asiaticae. §. 12. nr. 195—204.
- F. Species quoad patriam vel omnino minus notae. §. 13. nr. 205—209.

Sectio V. Brachypodium. *Beauv.* Racemus simplex vel spica; glumae plurinerviae, valvula superior margine setulis rigidis pectinato-ciliata. §. 14. nr. 210—230.

Sect. I. Nardurus. *Koch.* Spiculae in racemo simplici brevissime pedicellatae; pedicelli crassiusculi sed aequalis latitudinis; radix parva annua? §. 1.

1. F. TENUIFLORA. *Schrad.* (Germ. I. 345.) Radice tenui fibrosa; culmo erecto gracili (4—12-pollicari) striato glabro simplici vel ramoso; foliis tenuibus angustissimis scabriusculis glabriusculis vel tenuissime pubescentibus; ligula brevissima truncata; racemo simplici, spiculis brevissime pedicellatis distiche unilateralibus; glumis lanceolatis attenuato-acutis, inferiore dimidio angustiore uninervia; flosculis lanceolato-linearibus acutissimis in mucronem abbreviatum aristamve elongatam attenuatis, glabris vel pubescentibus. Variat: floribus omnibus breviter mucronatis. F. unilateralis *Schrad.* Triticum unilaterale *Lin.* Catapodium unilaterale *Ledeb.* Fl. ross. IV. 347: floribus spicularum inferiorum mucronatis, superiorum longe aristatis. Triticum biunciale *All.* floribus arista florem subaequante terminatis. T. Nardus *Dec.* T. tenellum *Host.* Gram. 2. t. 26. ⊙ Eur. austr.

2. F. MONTANA. *Boiss. Reut.* (Pugil. pl. nov. 129. sub: Nardurus.) Culmis pumilibus (4—6-pollicaribus) foliosis tenuibus valde anguloso-sulcatis rectis; foliis anguste linearibus abbreviatis nervosis glabris vel puberulis; spica terminali recta simplici brevi disticha 6—12-spiculis brevissime pedicellatis constante; rhachide flexuosa spiculis patenti-erectis distichis laxifloris subquadrifloris flabellatis; glumis angustissime lineari-lanceolatis attenuato mucronatis, inferiore uninervia dimidio breviore, superiore costato-trinervia flosculum inferiorem subaequante; flosculis teretisubulatis glabris breviter puberulis in aristam ipsis paulo longiorem sensim attenuatis. Hispania.

3. F. LACHENALII. *Spenn.* (Fl. frib. 1050.) Radice tenui fibrosa, subcaespitifera; culmo erecto stricto ($^3/_4$—2-pedali), nodisque nigris glabris; foliis lineari-setaceis retrorsum scabris; ligula brevissima vel obsoleta; racemo simplici (2—3—5″ longo); spiculis brevissime pedicellatis alternis 3—5- rarius 7—9-floris; glumis oblongo-lanceolatis, inferiore paulo longiore utraque 3-nervia; flosculis oblongo-lanceolatis obtusiusculis muticis vel aristatis. F. gracilis *Kunth.* Gram. I. 129. F. Poa *Kunth.* l. c. Triticum tenellum *Lin.* Triticum Halleri *Vivian.* fragm. t. 26. fig. 1. Triticum Poa *Dec.* Variat: spica inferne ramosa, Triticum festuca *Dec.* Fl. Gall. nr. 1670. Triticum Lachenalii *Gmel.* Fl. Bad. et: floribus aristatis. Triticum tenuiculum *Loisl.* Triticum hispanicum *Vivian* l. c. t. 3. f. 2. Festuca hispanica *Kunth.* Gram. I. 129. Triticum maritimum *Lin.* ⊙ Eur. austr.

4. F. FILIFORMIS. *Nees.* (mspt. sub: Catapodium.) Culmo filiformi; foliis complicato setaceis; ore vaginarum barbato; spiculis trifloris; flosculis basi sericeo-barbatis 3—4-floris valvula inferiore apice biloba setula brevissima interjecta. ♃ Nepal.

5. F. ALEPPICA. *Hochst.* (in *Kotschy* Hrbr. Syriae.) Radice fibrosa tenuissima; culmo geniculato debili humili (1—5-pollicari) cum vaginis foliisque angustissimis glabris; racemo simplici unilaterali disticho (1—2-pollicari); rhachi scabra; spiculis brevissime pedicellatis alternis 3—5-floris; gluma exteriore lanceolata (subpungenti-) acuminato-mucronata flosculos superante; flosculis lanceolatis piloso scabris acutis aristulatis. Nardurus orientalis *Boiss.* Diagn. VII. 127. Hrbr. *Kotschy* Persic. nr. 263. ⊙ Syria. Persia.

Sect. II. Sclerochloa. *Beauv.* Panicula rigida; pedicelli breves crassi, aequalis latitudinis; radix parva annua. §. 2.

6. F. ROTTBOELLIOIDES. *Kunth.* (Gram. I. 129.) Radice fibrosa caespitifera; culmis e procumbenti erectis rigidis ($1^1/_2$—6-pollicaribus) subcompressis ad spicam usque vaginatis glabris; foliis lineari-lanceolatis planis acutiusculis demum involutis; ligula obtusa vel fissa hyalina; spica compressa disticha unilaterali simplici, rarius basi ramosa ($^1/_2$—1-pollicari); spiculis sessilibus ovatis 5—9-floris; glumis obscure 3-nerviis; valvula inferiore ovata obtusa margine tenuissime membranacea; superiore subaequilonga breviter rigido-ciliata. Triticum loliaceum *Lin. E. B.* t. 221. Tr. unilaterale *Vill. Host.* Gram. 2. t. 27. Catapodium loliaceum *Link.* ⊙ Europ. (austr.)

Catapodium. *Link.* Spicae rhachis plana horsum vorsum flexa excisa; spiculae alternae secundae multiflorae; glumae duae inaequales quam flosculi inferiores breviores; valvulae duae, exterior mutica; lodiculae duae lanceolatae; styli subpenicillares. *Link.* Hort. Ber. 45.

7. F. RHACHIANTHA. *Steud.* Radice tenuissima fibrosa; culmis tenuibus erectis rigidulis teretibus nodisque — inferioribus nigricantibus — glabris (5-pollicaribus), basi vaginatis; vaginis arctis ore albo membranaceis auriculatis, auriculis ligulam formantibus; foliis paucis culmeis brevibus ($^3/_4$‴ longis) canaliculatis intus pubescentibus; spica simplici unilaterali ($^1/_2$—$^3/_4$-pollicari) densa, spiculis sessilibus e rhacheos planae dentibus ortis hinc unilateralibus ovatis 5—7-floris; gluma inferiore oblongo-lanceolata obtusiuscula spiculam ultra dimidiam aequante, superiore angustiore parum breviore; flosculis praesertim infimis puberulis superioribus glabratis; valvula inferiore ovata obtusa margine tenui membranaceo albo apicem versus 3—5-nervia. Praecedenti forsan nimis affinis species, sed rhachi complanata statim dignoscenda. Mixta cum alia planta ex collectione *Boissier.* Castella.

8. F. RIGIDA. *Kunth.* (l. c.) Radice fibrosa tenui; culmis rigidis subcompressis adscendentibus (3—6-pollicaribus); foliis linearibus vel involuto-setaceis scabris; ligula oblonga demum lacera; panicula disticho-secunda coarctata rigida glabra; spiculis linearibus acutis 5—11-floris erecto-patulis approximatis, lateralibus ramorum brevissime pedicellatis; flosculis linearibus obtusis leviter emarginatis brevissimeque mucronatis. Poa rigida *Lin. E. B.* t. 1371. *Host.* Gram. II. t. 74. F. Hemipoa *Durando* an etiam *Spreng. Kunth. Delil.?* Scleropoa rigida *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 347. ⊙ Eur. Afr. septr.

9. F. DIVARICATA. *Desf.* (Fl. atl. I. t. 22.) Radice fibrosa; culmis gracilibus, caespitosis nodosis, basi geniculatis (4—6-pollicaribus); foliis brevibus angustis planis glabris; panicula simplici brevi patente; spiculis compressis gracilibus elongatis glabris paniculatis divaricatis muticis sessilibus vel subpedicellatis solitariis vel aggregatis 6—12-floris; flosculis arcte imbricatis. Schedonurus divaricatus *R. S.* ⊙ Eur. austr. Afr. sptr.

10. F. MEMPHITICA. *Spr.* (Nachtr. p. 20 sub: Dactylis.) Radice fibrosa; culmis pluribus geniculatis (4—6-pollicaribus); foliis planis, siccitate convoluto-setaceis; vaginis tumidis, supremis basin paniculae involucrantibus; ligula longe exserta fissa; paniculae ramosissimae laxae radiis dichotomis planis hispidiusculis ad angulum rectum divaricatis; spiculis oblongis ($^1/_2$-pollicaribus); glumis subtrifloris inaequalibus; flosculis glumas superantibus subaristatis. (Quamvis cum praecedente specie ab ipso *Sprengelio* serius juncta, tamen diversa distincta species.) F. dichotoma *Forsk.?* Dineba divaricata *Beauv.* Hrbr. un. it. aeg. nr. 548. ⊙ Aegyptus.

11. F. MARITIMA. *Dec.* (Fl. fr. nr. 1575.) Culmo subramoso (6—9-pollicari); foliis compressis lineari-lanceolatis longitudine culmi; vaginis purpurascentibus; spicae ramosae subpaniculatae radiis angulatis; spiculis alternis compressis basi crassiusculis sessilibus 8—10-floris; glumis ovato-acutatis; valvula inferiore apice mucronato-apiculata, inter nervos marginales elevatos et carinam laevi glabra. *Kunth.* Supl. t. 29. fig. 2. Triticum maritimum *Lin. Cyrill.* Fl. neap. t. 2. ⊙ Eur. austr. Afr. bor.

12. F. CASPICA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 409. sub: Sclerochloa.) Glaberrima; ramis paniculae simplicis divaricatis articulatis triangularibus, angulis interioribus ciliato-pectinatis; spiculis sessilibus articulatis trifloris; glumis carinatis; valvula inferiore dorso rotundata sed nervo medio valido et nervis marginalibus instructa, in apicem aristaeformem attenuata. F. divaricata *C. A. Mey.* Ind. cauc. 22. (non *Desf.*) Sclerochloa memphitica *Parlat.* Fl. it. 471? certe: *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 348. ⊙ Peninsula Apscheran.

13. F. PROCUMBENS. *Kunth.* (Supl. t. 29. fig. 3.) Radice fibrosa; glaucescens; culmis pluribus prostratis geniculatis glabris (6—9-pollicaribus); foliis longissime vaginatis planis latiusculis nervosis acutis; ligula acutiuscula erosa; paniculae rigidae lanceolatae secundae rhachi radiisque teretiusculis scabris; spiculis distichis sessilibus lanceolatis 4—5-floris; glumis obtusis valde inaequalibus carinatis, exteriore 5-nervia; flosculis obtusiusculis 5-nerviis apice membranaceo erosis; valvula interiore ciliata. Poa procumbens *Curt.* Lond. VI. t. 11. *E. B.* t. 532. Poa rupestris *With.* t. 26. ⊙ Anglia. German. bor. Hollandia.

14. F. DURA. *Vill.* (Dauph. 2. 94.) Radice fibrosa caespitifera; culmis pluribus (2—6-pollicaribus) prostratis vel adscendentibus, compressis cum tota planta glabris; vaginis laxis; foliis linearibus obtusiusculis margine scariosis; panicula unilaterali ovata conferta rigida, e spicis brevibus spiculas 3—6 gerentibus composita; spiculis brevissime pedicellatis oblongo-linearibus 5-floris; glumis quam flosculi duplo brevioribus obtusis; valvula inferiore lineari-oblonga distincte 5-nervia obtusa vel emarginata et brevi mucronata. Sesleria dura *Kunth.* supl. t. XXII. f. 4. Cynosurus durus *Lin.* *Pollich* Palat. t. 1. f. 1. Poa dura *Scop.* *Host* Gram. II. t. 73. Sclerochloa dura *Beauv.* Agr. t. XIX. fig. 4. ⊙ Europ. Caucas.

15. F. VESTITA. *Notaris.* (Sem. H. Genuens. 1847. sub: Sclerochloa.) Radice fibrosa caespitosa; culmo basi geniculato adscendente subuninodo simplici vel ramoso, ad paniculam usque vagina folii superioris subspathacea incluso; foliis facie asperis, dorso vaginisque glabris; ligula subtriangulari dentato-fimbriata; panicula distiche subsecunda, radiis fasciculatis 3—4-nis difformibus simplicibus, brevibus vel elongatis, bifurcis vel dichotome cymosis; axi, ramis ramulisque triquetris ad nodos fragilibus, pilis brevibus densis hirtellis; spiculis linearibus 3—4-floris; flosculis remotiusculis adpressis; glumis subaequalibus vel inaequalibus 3-nerviis, nervo dorsali valido carinatis obtusiusculis hirtellis; valvula inferiore canaliculato-carinata acuta valide 3-nervia dorso pubescente vel glabra, superiore binervia ad flexuras ciliolata, apice membranaceo-bidentata. Aegyptus.

Sect. III. Vulpia. *Gmel.* Paniculae ramuli crassiusculi, vel etiam versus apicem conspicue incrassati et subclavati; flores lanceolato-subulati longe aristati, saepius monandri.

Dasiola *Rafin.* (in *Seringe* Bull. I. 291.) Calyx minutus 4—7-florus; corolla biglumis inaequalis; gluma exterior concava villosa aristata; stamen unicum.

16. F. UNIGLUMIS. *Soland.* (in *Ait.* H. Kew. I. 108.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erectiusculo laevi folioso (6—10-pollicari) basi ramoso; foliis lanceolatis acutis subinvolutis; vaginis subventricosis striatis glabris suprema subinvolucrante; ligula brevi truncata vel biaurita; panicula erecta ($1\frac{1}{2}$-pollica i) basi parum ramosa superne spicata; gluma superiore acuta spiculam subaequante, inferiore minima vel nulla; flosculis lanceolatis subulato-attenuatis 5—8, longe aristatis arista brevioribus glabris, apice scabriusculis. *Host* Gram. IV. t. 64. *E. Bot.* t. 1430. *Beauv.* Agr. t. 19. f. 10. Vulpia membranacea *Link.* Hort. I. 147. Mygalurus uniglumis *Link.* Hort. I. 92. ⊙ Europa.

17. F. LINNEANA. *Parlat.* (Giorn. bot. I. 346. sub: Vulpia.) Panicula laxiuscula erecta; spiculis compressis sub-5-floris; flosculo superiore saepe ad aristam redacto; glumis inaequalibus, inferiore minima, superiore flosculos superante longe aristata, arista corollinam aristam longitudine aequante; valvula inferiore lanceolata basi laevi, superne scabra glabra aristata, arista flosculis duplo longiore. Stipa membranacea *Lin.* Palermo, et si synom. *Linnei* verum Hispan.

Caeterum descriptio hujus: Culmus teres crassitie fili tenuioris, vix pedalis; panicula racemosa simplex vix divisa laxa debilis; pedicelli dilatati membranacei ancipites obtusiusculi; calycis arista longitudine aristae corollinae. Teste *Smithio* Fl. brit. 119. qui vero plantam in Hrbo. Linneano non vidisse videtur plerumque cum F. uniglumi *Soland.* jungitur; locus natalis etiam Pr. b. sp. refertur.

18. F. CILIATA. *Link.* (*Schrad.* Journ. II. 315.) Radice fibrosa; culmo brevi erecto vel adscendente glabro laevi; foliis subconvolutis; ligula brevissima truncata cartilaginea; spica racemosa longissima radiisque scabris; spiculis oblongis sub-5-floris; gluma altera minima; valvula exteriore margine villoso-ciliata. *Host* l. c. t. 65. ⊙ Eur. austr.

19. F. AETHNENSIS. *Tineo.* (Pl. rar. Sicil. 22.) Radice tenui fibrosa 1—3 culmos ferente 2—3-pollicares; foliis setaceis glabris, inferioribus brevissimis; ligula exigua truncata; vagina summa spathaeformi basi involvente paniculam spicaeformem subaequalem contractam continuam simplicem; spiculis teretiusculis 3—4-floris; gluma superiore flosculis multo breviore altera minima; valvula exteriore glabra scabriuscula, margine laxe ciliata aristata; arista valvulam 3—4-plo excedente, interiore multo minore ciliata. Mons Aetna.

Festuca aetnensis *Presl.* (Cyper. et Gram. Siculae 35.) quam *Trinius* cum F. rhaetica *Suter* conjungit ab utraque videtur diversa cujus diagnosis: Radice fibrosa; culmo teretiusculo scabro; foliis canaliculato-carinatis vaginisque scabris; ligula oblonga; panicula contracta stricta; spiculis ovatis 4—5-floris; flosculis basi villo connexis; paleis externis trinervibus. Poae alpinae dicitur affinis. In arena vulcanica montis Aetna.

20. F. ALOPECUROS. *Schousb.* (Marac. 281.) Culmo glabro tereti (8—10-pollicari) ramoso; foliis planis linearibus glabris acutissimis; racemo subspicato brevi; pedunculis alternis simplicissimis compressis dilatatis; spiculis distichis compresso lanceolatis 8—12-floris; glumis subaequalibus elongatis acutissimis carinatis villosis ciliatis; valvula exteriore margine ciliata, apice aristata; arista recta rigida vix valvulae longitudine. ⊙ Hisp. Lusit. Afr. bor.

21. F. BROMOIDES. *Lin.* Radice fibrosa caespitosa ramosissima; culmo erecto tereti glaberrimo ($\frac{1}{2}$—1-pedali, quandoque humillimo 1—2-pollicari), foliis setaceis angulatis brevibus; vaginis subventricosis sulcatis glabris; ligula brevi; panicula secunda erecta basi subramosa sursum spicata; rhachi radiisque scabris; spiculis erectis glabris ovatis subsexfloris glumis acutis exteriore angustissima fere setacea, interiore duplo longiore fere 3-plo latiore 3-nervia; flosculis remotiusculis subulatis apicem versus tuberculato-asperis aristatis, aristis rectis valvula longioribus; valvula inferiore acutiuscula margine pubescente. (ex *Smith.* Fl. brit.) F. sciuroides *Roth.* ⊙ Europ. Afr. Amer.

22. F. MYURUS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo basi geniculato erecto ($\frac{1}{2}$—1-pedali) ad paniculam usque vaginis tecto; foliis convolutis, ligula biaurita; panicula longe racemosa subsecunda erecta vel nutante; gluma superiore acuta, altera breviore setacea; flosculis sub-5-nis lanceolatis subulato-attenuatis longe aristatis arista brevioribus scabris. *Host.* Gram. II. 23. F. Pseudo-Myurus *Royer* *Willem.* Prioris var. *Parlat.* Pl. nov. 47. ⊙ Eur. austr.

23. F. MURALIS. *Kunth.* (*H. B.* N. gen. VII. t. 691.) Culmo vaginisque glabris; foliis anguste linearibus planis interne pubescentibus; panicula simplici secunda, radiis alternis valvulisque glabris; rhachi glumisque glabris; spiculis lanceolatis compressis 5—9-floris aristatis; aristis

* Festuca philistaea (Boiss.) Hand.

scaberrimis valvula non ciliata longioribus. Hrbr. *Bertero* nr. 274 et 1002 ex parte. ⊙ Quito. Chili.

24. F. COMMUTATA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto (1—1½-pedali) simplici glabro laevi; foliis convolutis acutis vaginisque glabris; ligula brevissima truncata; paniculae elongatae simplicis radiis subcompositis racemosis alternis; gluma utraque brevissima, interiore minima squamaeformi, exteriore lanceolata glabra; spiculis 5—7-floris lanceolato-linearibus; valvula exteriore piloso-scabra aristata margine ciliata quam arista plus duplo breviore. Hrbr. *Bertero* nr. 274 et 1002 ex parte, mixta cum praecedente. ⊙ Chili.

25. F. BROTERI. *Boiss. Reut.* (Pugil. pl. nov. p. 128 sub: Vulpia.) Annua glabra; culmis tenuibus erectis; foliis setaceis; panicula erecta contracta secunda oblongo-lanceolata, radiis strictis infimis paniculam dimidiam subaequantibus; spiculis 8—12-floris; glumis lineari-lanceolatis attenuato-acuminatis, superiore flosculo inferiori (absque arista) subaequilonga, inferiore tertia parte breviore; flosculis glabris tereti-subulatis pectinatim dispositis in aristam tenuissimam flosculo ipso 2—3-plo longiorem abeuntibus; rhachide spiculae ad flosculorum insertionem gibbo acuta. Vulpia Myurus var. tenella *Boiss* It. hisp. Hispan. Afr. bor. Palaest.

26. F. PANORMITANA. *Parlat.* (Giorn. bot. I. 342. sub: Vulpia.) Radice fibrosa tenui; culmis parum caespitosis erectis gracilibus (2-pedalibus) teretibus striatis glaberrimis; foliis anguste linearibus convoluto-setaceis acuminatis; ligula brevissima truncata; paniculae spicaeformis elongatae secundae (fere pedalis) apice nutantis radiis inferioribus simplicibus; spiculis brevissime pedicellatis et subsessilibus teretiusculis subtrifloris; glumis valde inaequalibus, superiore breviore flosculos subaequante, carina setis paucis longiusculis remote ciliata; valvula inferiore oblongo-lanceolata pilosa 5-nervia apice aristata, arista flosculis subtriplo longiore, superiore illam aequante, utrinque ad margines longe ciliata, ciliis arcuatis. ⊙ Palermo.

27. F. DELICATULA. *Lagasc.* (Elench. 3.) Radice fibrosa tenui subcaespitifera; culmo erecto basi geniculato (4—7-pollicari) glabro laevi; vaginis striatis; foliis lineari-setaceis canaliculatis glabris; paniculae secundae radiis brevissimis unispiculatis; spiculis (demum) horizontaliter patentibus 5-floris; gluma altera brevissima; flosculis glabris aristatis, arista valvulam subaequante. ⊙ Hispan.

28. F. CYNOSUROIDES. *Desf.* (Fl. Atl. I. t. 21.) Culmo brevi prostrato vel erecto filiformi glabro; foliis caespitosis angustissimis subulatis culmo brevioribus glabris; spica pedali, spiculis laxiusculis solitariis compressis secundis sessilibus (flavo-virentibus); glumis subaequalibus angustis subulatis; valvula exteriore apice membranacea brevi aristata. Eadem ac praecedens? sec. *Palator.* l. c. 52. ⊙ Afr. bor.

29. F. SUBCILIATA. *Link.* (Linn. XVII. 402. sub: Vulpia.) Foliis pilosis; panicula effusa; glumis inaequalibus pilis prope marginem et in nervis positis, inferne ciliatis; valvula inferiore sub apice membranaceo bidentato longe aristata. Graecia. Arabia.

30. F. RECTISETA. *Nees.* (in *Lehm.* Pl. Preiss. II. 107. sub: Vulpia.) Foliis linearibus supra hirsutis; gluma inferiore duplo breviore; flosculis 7—9 lanceolato-linearibus margine serrulato-scabris, aristis rectis. ♃ N. Holl. austr. occ.

31. F. STUARTIANA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi ramoso, stricto (pedali et ultra) cum vaginis foliisque glabro, his convoluto subsetaceis rigidulis culmo brevioribus; paniculae contractae erectae radiis binatis vel solitariis (raro ternis) spiculis sub-5-floris; glumis acuminatis quam flosculi brevioribus, his sub 5-nis scabris lanceolato-linearibus, margine laeviusculis aristis rectis scabris flosculo fere duplo longioribus. *C. Stuart* legit in Terra Van Diemen.

32. F. BROWNIANA. *Nees.* (l. c. sub: Vulpia.) Foliis linearibus scabris; gluma inferiore paulo breviore; flosculis 7—9 lanceolato-linearibus margine serrulato-scabris; aristis demum recurvo-patentibus. Triticum scabrum *R. Br.* Prodr. 34. excl. synom. N. Holl.

33. F. BILLARDIERI. (*Steud.*) Foliis angustissime linearibus scabris, infimis ciliatis; gluma inferiore paulo breviore; flosculis 5—7 lanceolatis margine laevibus; aristis demum recurvis. Vulpia scabra *Nees* l. c. Festuca scabra *Labil.* N. Holl. t. 26. ♃ N. Holl.

34. F. AUSTRALIS. *Nees* mpt. (sub: Vulpia.) Radice fibrosa, fibris tenuibus fuscis; culmis caespitosis erectis ramosis (spithamaeis); foliis triquetro capillaribus glabris; ligula exserta emarginato- vel truncato-biloba; panicula erecta subsecunda spicaeformi spiculis 8—10-floris compressis flavis; flosculis aristatis glaberrimis; arista flosculos aequante. F. tenella *Nees.* Fl. bras. II. 474. non *Willd.* Brasil.

35. F. TENELLA. *Willd.* (Spec. I. 419.) Radicis fibris lanuginosis; culmo filiformi gracili (6—15-pollicari) pubescente sursum angulato; foliis setaceis involutis; vaginis subpubescentibus; ligula brevi truncata vel dentata; paniculae simplicissimae racemosae vel spicaeformis (2—3-pollicaris) radiis inferioribus subgeminis, spiculis secundis 7—9-floris; glumis acutis deciduis; valvula inferiore angustissima enervia dorso rotundata asperula apice in aristam ipsa ⅓—½ breviorem terminata. *Torr.* Fl. N. York II. t. 154. F. bromoides *Michx.* ⊙ Am. sptr.

Chloamia *Rafin.* in *Sering.* Bull. bot. 221. cum charactere: spiculae distichae, corolla biglumis aristata; stamina 2.

36. F. MAGELLANICA. *Lam.* (Enc. II. 461.) Culmo gracili 5—7-pollicari); foliis angustis minimis, radicalibus setaceis convolutis glabris; panicula secunda stricta subspicata (1½-pollicari); spiculis 5—6 rectis, inferioribus pedicellatis, superioribus sessilibus 6—7-floris (fusco-violaceis); glumis subaequalibus, valvulis patentibus distantibus aristatis, arista quam valvula brevioribus. Magellan. Ins. Maclov.

37. F. SICULA. *Presl.* (Gram. sic. 36.) Radicis fibris crassiusculis subvillosis; culmis caespitosis erectis vel adscendentibus teretibus glabris (subpedalibus); foliis anguste linearibus vel convolutis, vaginis striatis laxis, ligula brevissima truncata vel subnulla; paniculae secundae contractae strictae (2—4-pollicaris) erectae rhachi radiolisque scabris; pedicellis apice incrassatis; spiculis sub-4-floris; gluma altera flosculos subaequante lanceolata margine late membranacea 3-nervia, altera duplo minore lineari-lanceolata uninervia; valvula inferiore apice arista flosculis breviore terminata, interiore subaequilonga apice bidentata. ♃ Sicilia.

38. F. ANTUCENSIS. *Trin.* (Linn. X. 303. sub: Vulpia.) Ligula brevi aurita; panicula racemali; gluma inferiore paulo breviore; flosculis glabris vel hirsutis inaequalibus et inaequali subulatis, superioribus incompletis. Andes Chili.

39. F. FOLIATA. *Steud.* Radice tenui fibrosa (rufidula) caespitifera; culmis basi decumbentibus, adscendentibus geniculatis (cum panicula 6—10-pollicaribus) teretibus, fere undique vaginatis; vaginis subtumidulis cum foliis e tuberculis patenti-pilosis his lineari-lanceolatis (2—3″ longis, 1½—2‴ latis) planis acutis; ligula lacera; panicula contracta erecta elongata (altitudinem dimidiam plantae aequante); rhachi tereti glabrescente; radiis subverticillatis sparsisque inaequalibus scabris angulatis; spiculis compressis bi- (vix unquam 3-) floris; gluma inferiore spiculam dimidiam sub- — superiore cum aristula brevissima eam — aequante; valvula inferiore apice aristata; arista scabra flosculi fere longitudine, interiore subaequali

apice denticulata. (Panicum repens. Hrbr. Francovillanum communic. *Buchinger.*) ⊙ Sicilia.

40. F. QUADRIFLORA. *Walt.* Radice fibrosa; culmo basi geniculato erecto (6—12-pollicari) glabro; foliis subulatis (2—3-pollicaribus) concavis supra scabris; ligula bifida vel retusa; panicula gracili contracta; spiculis 4- (raro usque 7-) floris subsessilibus; glumis aequalibus angustissimis lineari-lanceolatis; valvula inferiore concava (praesertim sursum) villosa, in aristam ipsa duplo longiorem terminata. F. Myurus *Mühlbg.* Decrp. 160. *Pursh.* (non *Lin.*) ⊙ Am. sptr.

41. F. SETACEA. *Parlat.* (l. c. 54. sub: Vulpia.) Radice fibrosa villosa; culmis caespitosis erectis striatis glabris (1½-pedalibus); foliis setaceis laevibus acuminatis convolutis (3—5-pollicaribus); vaginis striatis glabris; paniculae laxiusculae secundae strictae (3—4-pollicaris) rhachi radiisque scabris, his geminis inaequalibus pedicellis apice incrassatis; spiculis 4-floris compressis; glumis inaequalibus, altera flosculos (sine arista) superante 3-nervia, altera breviore uninervia; valvula inferiore apice aristata, arista flosculis subduplo longiore, interiore angustissima breviore apice profunde bifida. F. sicula b. *Guss.* l. c. Fl. sic. pr. 130. ♃ Sicilia.

42. F. ATTENUATA. *Parlat.* (Giorn. bot. I. 349. sub: Vulpia.) Radicis fibris crassiusculis nigricantibus pubescentibus; culmis caespitosis (9—10-pollicaribus) erectis vel adscendentibus glabris; foliis anguste linearibus demum involutis; panicula laxiuscula erecta subaequali; spiculis sub-3-floris compressis; glumis inaequalibus, superiore flosculos aequante, carina scabris; valvula inferiore glabra laevi, carina scabra attenuato-acuminata obsolete sub-5-nervia aristata, arista valvulam aequante; superiore angustissima inferiorem subaequante, apice breviter bifida F. sicula *Moris.* ⊙ Palermo. Sardinia.

43. F. INCRASSATA. *Parlat.* (l. c. 56. non *Salzm.*) Radice fibrosa; culmo basi geniculato adscendente (4—6-pollicari) gracili tereti glabro; foliis anguste linearibus acuminatis laevibus; vaginis striatis laxis; ligula oblonga lacera; panicula simplici stricta subsecunda; pedicellis incrassatis 2—3-nis scabris; spiculis sub-6-floris; glumis inaequalibus flosculis multo (altera dimidio) brevioribus, lanceolatis acutis glabris; flosculis remotiusculis; valvula exteriore 3-nervia nervo carinali scabra caeterum glabra, apice integro vel bifido aristata, arista flosculis subdimidio breviore; interiore obtusa vel bidentata. Festuca stipoides *Desf.* fl. atl. I. 30. ⊙ Corsica. Algeria.

44. F. TENUIS. *Tineo.* (Pl. rar. sic. pug. 3. sub: Bromus.) Radicis fibris albidis villosis; culmis caespitosis erectis vel adscendentibus (3—10-pollicaribus) teretibus glabris; foliis anguste linearibus acuminatis vaginisque striatis glabris; ligula oblonga lacera; paniculae strictae subsecundae compositae radiis 2—3-nis erectis 1—3 spiculiferis; pedicellis incrassatis scabris; spiculis sub-8-floris compressis (flavescentibus dein purpurascentibus) glumis inaequalibus acuminatis flosculis multo brevioribus; valvula exteriore 3-nervia, nervis serrulato scabris, apice integro vel bifido aristata, arista flosculis sublongiore, interiore profunde bifida. Bromus sabulosus *Guss.* Br. sardous *Spr.* F. incrassata *Salzm.* ⊙ Italia.

45. F. ULOCHAETA. *Nees.* (mpt. sub Vulpia?) Culmo erecto simplici teretiusculo (2-pedali) nodisque glabris; vaginis arctis striatis internodio brevioribus scabris, ligula brevi rotundata aut truncata ciliolata fusca; foliis planis linearibus (8—12″ longis, basi 2‴ latis) supra puberulis; paniculae apice nutantis radiis solitariis a medio subdichotomo-compositis, scabris; pedicellis alternis sulcatis clavatis brevioribus spiculis lanceolatis scabris (demtis setis 4—5‴ longis) 3—4-floris distantibus, callo baseos semilunari discreto, superiorum seta longiore tenuissima flexuosa. ♃ Brasil.

46. F. VULPIOIDES. *Steud.* Culmo erecto, inferne compresso glabro (1—2-pedali); vaginis laxiusculis striatis glabris; foliis elongatis (6—9″ longis, 1—2‴ latis) margine scabris; paniculae racemosae elongatae (6—9-pollicaris) rhachi radiisque scabris; his inaequalibus 1—3-nis; spiculis ovato-lanceolatis 6—9-floris; glumis parum inaequalibus subulato-lanceolatis flosculis duplo brevioribus; valvula inferiore oblongo-lanceolata convexa tenuissime puncticulata scabra 5-nervia in aristam scaberrimam ipsa 2—3-plo breviorem terminata; valvula interiore subaequali margine scabra. Vulpia megastachya *Nees* Fl. Afr. I. 441. ♃? Afr. austr. — Cum sequentibus propius ad sect. III. accedit.

47. F. GENICULATA. *Willd.* Radice fibrosa; culmo tereti basi geniculato, procumbente adscendente ramuloso (pedali et ultra); foliis linearibus acutis supra puberulis subtus vel utrinque glabris; ligula brevi dentata; paniculae subcontractae (3—4-pollicaris) rhachi radiisque scabris; pedicellis sursum incrassatis; spiculis lanceolatis demum patulis sub-4-floris; gluma exteriore flosculum subaequante altera fere duplo breviore; valvula inferiore lineari-lanceolata apice in aristam ipsa breviorem terminata. Bromus ligusticus *All.* Bromus geniculatus *Lin. Schrb.* Gram. t. 31. Vulpia ligustica *Rchbch.* F. commutata *Scheele* Flora 1844. 62? ⊙ Eur. austr. Afr. bor.

48. F. PARVIGLUMA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo tereti tenui gracili geniculato foliato (pedali et ultra), flaccidulo vel rigidiusculo; foliis angustissimis planiusculis vel subconvolutis laevibus glabris (3—5″ longis, vix ultra ⅓—½‴ latis); panicula laxa subcontracta vel subpatula, radiis solitariis vel binis (vix ternis) tenuibus flexuosis apicem versus paucispiculatis; pedicellis scabris apice vix incrassatis; spiculis ovatis patulis sub-5-floris; glumis inaequalibus parvis, inferiore minima, superiore flosculo sequente 4—5-ies breviore ovata obtusiuscula; valvula inferiore superiorem arcte involvente obscure nervosa, ex apice hyalino emittente aristam rectam ipsam longitudine subaequante; valvula interiore hyalina lanceolata marginibus subinvolutis. Ab omnibus glumarum structura facile dignoscenda, valvulae exterioris forma ad Bromos accedens. Ex Hrbo. Mus. Lugd. Batav. Japonia.

Sect. IV. Festucae genuinae. Paniculae racemosae vel plus minus expansae pedunculis filiformibus sub flore parum incrassatis; flores lanceolati acuti vel acuminati, mutici vel aristati; folia filiformia vel praesertim culmea plana; radix plerumque perennis.

A. *Europaeae.*

1. Foliis omnibus setaceis vel convoluto-angustissimis.

a. ligula (an semper?) biaurita. §. 4.

49. F. OVINA. *Lin.* Radice fibrosa caespitosa, fibris capillaribus glabris; culmo erecto simplici tenui rigidulo, glabro basi folioso; foliis tenuissimis angustissimis setaceis scabris; vaginis striatis glabris; ligula brevissima; paniculae secundae coarctatae lanceolatae ramosae rhachi pedunculisque angulatis subflexuosis scabris; glumis inaequalibus lineari-lanceolatis carinatis glabris; spiculis 4—5-floris teretiusculis remotiusculis subcompressis basi laevissimis apicem versus tuberculis minutis scabris muticis vel aristatis, aristis rectis varie longis valvula interiore mutica margine glabra. *E. B.* t. 587. *Leers* t. 8. f. 3. *Host.* Gram. II. t. 84. *Kunth.* Supl. t. 30. fig. 1. ♃ Eur. As.

Festuca ovina et F. duriuscula *Lin.* per formas intermedias innumeros praebent transitus ita ut certis limitibus differentiisque specificis conscribi vix possint. Cum iis igitur, qui formas sequentes (nr. 49—69) ut varietates unius ejusdemque speciei jungere velint, vix dissentire volumus. Caeterum autores quibus descriptiones debemus additi sunt.

50. E. TENUIFOLIA. *Sibth.* Culmo tenui erectiusculo

(pedali et ultra) glabro vel pilis brevissimis scabro; foliis tenuissimis capillaribus flaccidis vaginisque glabris vel scabris; paniculae parvae erectae subsecundae sub florescentia patulae radiis angulatis scabris; spiculis parvis oblongis compressis 4—5-floris; glumis inaequalibus acutis; valvula exteriore acuminata mutica obsolete 5-nervia carina scabra, interiore vix minore apice bifida tenuissime ciliata. *Schrad.* ger. I. 318. *Leers.* l. c. t. 8. f. 4. ♃ Europ.

51. F. HIRSUTA. *Host.* (Gram. II. t. 85.) Culmo erecto gracili (pedali et ultra); foliis compresso-setaceis scaberrimis; vaginis hirsutis; ligula brevissima; paniculae erectae secundae pauciflorae rhachi radiisque scabris; spiculis oblongis compressis sub-5-floris hirsutis (ex viridi et purpureo-variis); glumis acuminatis ciliatis; valvula exteriore aristata ciliata, interiore bifida. F. ovina *β.* villosa *Schrad.* Germ. ♃ Austr. Hungar.

52. F. KIRELOWII. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis strictis (7—10-pollicaribus) striatis glabris; foliis radicalibus et culmeis complicato canaliculatis rigidulis laevissimis (1—3″ longis, explicatis vix $^1/_2$‴ latis) ligula brevi membranacea utrinque auriculata; paniculae subcontractae (1—2″ longae) radiis inaequalibus ternis binis vel solitariis pilosulis basi nudis, paucifloris; spiculis 4—5-floris hirsutis viridi et sordide purpurascentivariis; glumis inaequalibus trinerviis acutis glabris vel apicem versus ciliatis; valvula inferiore dense piloso-hirsuta aristata, arista ipsa breviore, superiore margine tenuissime ciliata, apice pilosa integra. Festuca nigrescens *Turczn.* hrbr. quoad specimina lecta a *Kirel* et *Karel* in Songaria.

53. F. ALPINA. *Gaud.* (Agr. helv. 232.) Culmo tenuissimo (4—8-pollicari); foliis capillaceis mollibus; panicula stricta subramosa; spiculis sub-4-floris; aristis flosculos subaequantibus. ♃ Alp. Europ.

54. F. VIOLACEA. *Gaud.* (l. c. 231.) Culmo tenui (4—6-pollicari); foliis angulato-capillaceis mollibus, culmeis brevissimis complicato-capillaribus; panicula subpatente ramosa laxa; spiculis ellipticis oblongis compressis eximie distichis nitidis laevissimis (atroviolaceis, ferrugineo-marginatis) sub-4-floris; aristis quam flosculi brevioribus. ♃ Alp. Eur.

55. F. VALESIACA. *Gaud.* (l. c. 242.) Culmo teretiusculo (pedali); foliis filiformibus strictis scaberrimis glaucescentibus; panicula subspicato-contracta; spiculis oblongis 5—8-floris muticis vel aristatis. ♃ Helv. Germ.

56. F. GUESTFALICA. *Boennigh.* (in *Rchbch.* Fl. 140. 3.) Radice fibrosa nigra; glaucescens; culmo tereti striato; foliis capillaceis hispidulis; ligula obsoleta biaurita; paniculae pyramidatae radiis patenti-divergentibus; spiculis ovali-rhomboideis 5-floris brevi aristatis patentibus hispidis. F. valesiaca *β. Weihe.* ♃ Westphal.

57. F. CLEMENTEI. *Boiss.* (Elench. 63.) Radice fibrosa; culmis dense caespitosis basi ramosis vix $^1/_2$-pedalibus; foliis setaceis convolutis retrorsum scaberrimis brevibus subincurvis obtusis; panicula angusta conferta spicaeformi rubra; glumis muticis inaequalibus; valvulis dorso scabridis brevissimis aristatis. ♃ Hispaniae Alpes.

58. F. ACEROSA. *C. Koch.* (Linn. XIX. 6.) Densissime caespitosa; culmis sterilibus curvulis, spicigeris adscendentibus, laevissimis glabris striatis; foliis convolutis curvulis aceriformibus pungentibus glaucis laevissimis; paniculae radiis binis altero 1- altero 4—5-spiculifero; spiculis pubescentibus 7-floris; valvulis aristatis, exteriore 5-nervia, interiore bifida. Asia minor.

59. F. AURATA. *Gaud.* (l. c. 234.) Culmis fere nudis ($^1/_2$—$^3/_4$-pedalibus); foliis mollibus capillaceis culmeis complicatis; panicula subpatenti ramosa; spiculis demum dilatatis distichis (flavescentibus vel auratis) 4—5-floris. ♃ Alpes Europ.

60. F. DURIUSCULA. *Lin.* Radice fibrosa, subcaespitifera; culmis erectis glaberrimis (1—2-pedalibus) teretibus, striatis; foliis inferioribus complicato-setaceis filiformibus rigidiusculis; ligula brevi truncata auriculata; paniculae erectae subsecundae multiflorae radiis angulatis scabris, inferioribus 2—3-nis ramulosis; spiculis lanceolatis compressis 4—6-floris; glumis lanceolatis acuminatis compressis carina scabris; valvula exteriore lanceolata obsolete 5-nervia apice arista recta flosculis breviore terminata. *Leers.* t. 8. f. 2. *E. B.* t. 470. *Host.* Gram. 2. t. 83. ♃ Europ.

61. F. MORISIANA. *Parlat.* (Giorn. bot. I. 377.) Radice fibrosa gracili, fibris nigrescentibus quandoque villosis; culmis caespitosis firmiusculis erectis (1—$1^1/_2$-pedalibus); foliis numerosis convoluto-setaceis acutis rectis brevibus (1—2-pollicaribus); vaginis striatis glaberrimis; ligula brevissima truncata; paniculae subspicatae erectae strictae (2-pollicaris) radiis abbreviatis, inferioribus subgeminis, superioribus solitariis; spiculis compressis sub-5-floris; glumis inaequalibus, majore flosculis subbreviore, valvula inferiore obsolete 5-nervia glabra (sub lente) apicem versus punctulato scabra, ex apice integro vel subemarginato breviter aristata, arista valvula $^1/_3$ breviore. Sardinia.

62. F. GLAUCA. *Lam.* (Ill. t. 46. f. 3.) Radice fibrosa caespitifera; culmis cum tota planta glaucescentibus erectis glabris (1—$1^1/_2$-pedalibus); foliis complicato-setaceis rigidis ad oras scabris; vaginis striatis glabris; ligula brevissima aurita; paniculae erectae subsecundae radiis flexuosis angulatis scabris; spiculis lanceolatis compressis 4—6-floris; glumis lanceolatis inferiore uni- superiore tri-nervia; valvula inferiore lanceolata obsolete 5-nervia scabriuscula aristata, superiore angustiore bifida tenuissime ciliata. F. pallens *Host.* Gram. 2. t. 83. F. pungens *R. Schult.* ♃ Europ.

63. F. JUBATA. *Watson.* (?) Foliis culmos 1—$1^1/_2$-pedales fere aequantibus setaceo-convolutis glabris; paniculis ambitu lanceolatis subdistichis; spiculis plerumque quinquefloris; glumis aristatis; floribus hirto-scabris; valvula exteriore in aristam ipsam aequantem valvula interiore in aristas binas scabras breves excurrente. F. glauca var. longe-aristata *Hochst.* in *Seubert* Fl. Azor. 20. ♃ Ins. Azor.

64. F. PETRAEA. *Guthnick* (in *Seub.* l. c.). Radice fibrosa, dense caespitifera; culmo basi geniculato valido (1—$1^1/_2$-pedali) sursum angulato glabro; foliis longissimis culmum aequantibus convoluto-setaceis; ligula biaurita; vaginis striatis culmum tegentibus; paniculae subsecundae (1—2-pollicaris) densae rhachi radiisque hirtis; spiculis 2—5-floris; glumis nervosis glabriusculis mucronato-aristatis; flosculis hirtis, inferioribus brevissime aristatis, superioribus muticis. ♃ Ins. Azor.

65. F. AMETHYSTINA. *Host.* (Gram. II. t. 89. et? *Lin.*) Radice fibrosa; culmis subteretibus glabris laevibus superne purpurascentibus (1—2-pedalibus); foliis compresso-setaceis subpungenti-rigidis viridibus, dein amethystino-purpureis); vaginis glabris; ligula brevissima truncata; paniculae erectae secundae apice nutantis rhachi purpurascente angulata scabra; spiculis compressis 4—6-floris; glumis acutis carina scabris ad oras ciliatis, valvula inferiore ciliata apice brevissime aristata. F. ovina *Lin.* var. *η. Koch. Beauv.* Agr. t. 19. fig. 9? Poa scariosa *Lagasc.* sec. *Trin.* mpt. ♃ Austria.

66. F. PSEUDO-DURA. (*Steud.*) Radice fibrosa; culmis erectis subangulatis striatis superne hispidulis; foliis erectis rigidis canaliculatis ad oras aculeolato-scabris, facie hispidulis; vaginis glabris margine membranaceis superne auriculatis; ligula brevissima truncata ciliata; panicula erecta secunda; rhachi angulata scabra; spiculis oblongis compressis sub-6-floris; glumis oblongis carina aculeolato-scabris ad oras ciliatis; valvula inferiore oblonga ad apicem compressa scabra, arista longa recta, dorso setulosa et lineis 5 scabris notata; valvula superiore apice bifida, ciliata.

F. dura *Host* Gram. 2. t. 87. Fl. austr. I. p. 160. F. duriuscula *Lin.* sec. *Koch.* Styria. Carinth. Tyrol. Salzb.

67. F. PANNONICA. *Wulf.* (in *Host* Gram. II. t. 62.) Radice fibrosa; culmis erectis aut incurvatis basi teretibus glabris, superne angulatis hispidulis; floribus compresso setaceis dorso scabris facie villosis; vaginis laevibus; ligula truncata ciliata; paniculae oblongae secundae rhachi radiolisque angulatis scaberrimis; spiculis oblongis 7-floris; glumis compressis mucronatis ciliatis; valvula exteriore apice breve aristata margine cum interiore oblonga ciliata. F. ovina var. *Koch.*

68. F. VAGINATA. *Waldst. Kit.* (in *Willd.* En. 116.) Culmo tereti erecto; foliis filiformibus tenuibus elongatis laevibus; paniculae radiis patentibus; spiculis oblongis sub-7-floris patentissimis; gluma exteriore duplo minore uniinferiore 3-nervia utraque acuta, valvula inferiore enervia brevissime aristata. F. ovina var. *J. Koch.* Species ab *Hostio* omnino neglecta. Hungaria.

69. F. STRICTA. *Host.* (Gram. II. t. 86.) Culmis strictis glabris profunde striatis (1—2-pedalibus); foliis erectis compresso-canaliculatis margine aculeolatis facie villosulis; vaginis hispidulis; ligula brevissima truncato ciliata; paniculae erectae secundae rhachi angulata scabra, radiis brevissimis; spiculis oblongis compressis 3—6-floris; glumis acutis carina scabris; valvula inferiore oblonga aculeolato-scabra ciliata aristata. F. duriuscula *Lin.* ipsa sec. *Koch.* ♃ Austria. Hungaria.

70. F. HALLERI. *All.* (Pedem. II. 253.) Radice fibrosa; culmo gracillimo (4—5-pollicari) nudo; foliis radicalibus caespitosis tenuissimis glaucescentibus; ligula biaurita; panicula contracta sub anthesi erecto-patula; spiculis 4—5-floris, superioribus solitariis subsessilibus, inferioribus pedicellatis solitariis vel 2—3 in ramis alternis; floribus lanceolatis aristatis; arista florem dimidium aequante; valvula inferiore 5-nervia, superiore lanceolato-attenuata apice bifida. F. Halleri *Kunth.* et F. Gaudini *Kunth.* En. 399. ♃ Summae Alpes Helv., Germ., Gall.

71. F. HYSTRIX. *Boiss.* (Elench. p. 63.) Radice fibrosa dense caespitifera; culmis basi ramosis laevibus (3—5-pollicaribus); foliis oblongis rigidis curvatis retrorsum scabris; spiculis 5-floris; flosculis laxius imbricatis viridibus vel caesiis; glumis inaequalibus acutis nervosis; valvula inferiore enervia arista ipsa duplo breviore. Praecedentis var.? Alp. Hispan.

72. F. LONGIFOLIA. *Vivian.* (Ann. di Bot. I. 145.) Culmo tereti laevi ($^1/_2$—1-pedali); foliis longissimis filiformibus glabris, radicalibus culmum superantibus; ligula biaurita; paniculae erectae spicaeformi-contractae radiis triangularibus, inferioribus 2—3-floris; spiculis majusculis; valvula inferiore ovato-lanceolata 3-nervia, margine submembranacea, breviter aristata. ♃ Liguria.

73. F. UNIFARIA. *Dumort.* (Fl. belg. 104.) Radice repente; culmo infra paniculam scabro; foliis glaucescentibus involuto-setaceis, radicalibus carina scabris; vaginis glabris laevibus; paniculae erectae secundae coarctatae radiis scaberrimis; spiculis ovalibus 5—7-floris. ♃ Belgium.

74. F. LEMANI. *Bast* (in *Dumort* l. c.). Rhizomate repente; culmo laevi; foliis setaceis, inferioribus scabris, culmeis laevibus; panicula spicaeformi coarctata; spiculis 3—5-floris; glumis glabris vel dorso scabriusculis; flosculis hirsutis. ♃ Belgium.

75. F. PRASINA. *Dumort.* (Agrostg. belg. 102.) Radice fibrosa; culmis strictis glabris; foliis scabris prasinis; vaginis glabris laevibus; paniculae ramosae contractae radiis inferioribus 4—6-spiculatis; rhachi hirsuta; spiculis ellipticis sub-4-floris (cinerascentibus) hispidis. ♃ Belgium.

75b. F. ARDUENNAE. *Dumort.* (l. c. t. 3. f. 11.) Radice fibrosa; tota amoene glaucescens; culmo flexili infra paniculam scabro; foliis glaucis setaceis compressis 3—12-pollicaribus; spiculis 6—8-floris. ♃ Belgium.

76. F. PICTA. *Schult.* (Oestr. Fl. I. 236.) Culmo tenui; foliis setaceis flaccidis; ligula biaurita non ciliata; panicula patente; spiculis oblongis (apice purpurascentibus); gluma exteriore glabra, valvula inferiore aristata. Pannonia.

77. F. INDIGESTA. *Boiss.* (Elench. p. 64.) Radice fibrosa caespites duros valde lubricos edente; culmis laevibus (pedalibus), foliis rigidis convolutis pungentibus incurvis brevibus glaucescentibus laevibus; ligula brevi biaurita; paniculae erectae collectae radiis brevibus scabriusculis; spiculis sub-7-floris; flosculis nitidis viridibus laxis imbricatis apice brevissime hyalino submembranaceis; glumis lanceolato-acutis linearibus; valvula exteriore glabra subenervia breviter aristata interiorem integram vel breviter bifidam margine hirtulam arcte involvente, axi scabro. ♃ Alp. Hispan.

b. Ligula oblonga exserta. §. 5.

78. F. PUMILA. *Vill.* (Dauph. 2. 102.) Radice fibrosa; culmis erectis subteretibus striatis (3—4-)pollicaribus, foliis omnibus complicato-filiformibus subteretibus; ligula oblonga; paniculae erectae contractae sub anthesi subpatentis radiis solitariis vel geminis; spiculis 3—4-floris aristatis; valvula inferiore obsolete 5-nervia oblongo-lanceolata supra medium subito acuminata, ovario apice piloso. *Host.* Gram. 2. t. 91. ♃ Alp. Europ.

79. F. VARIA. *Haenk.* (*Jacq.* Coll. 2. 94.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis vel adscendentibus (1—$1^1/_2$-pedalibus) striatis glabris infra paniculam retrorsum scabris; foliis compresso-setaceis erectis aut flexis apice mucronatis, supra villosulis margine aculeato-scabris; vaginis striatis glabris laevibus, ligula oblonga obtusa; paniculae contractae sub anthesi patentis radiis solitariis vel binis; spiculis 5—8-floris breviter aristatis (viridi-albo et purpureo variegatis); glumis acutis; valvula inferiore oblonga ciliata a medio sensim acuta, mutica vel in brevem aristam elongata. *Host* l. c. t. 90. ♃ Alp. Europ.

80. F. FLAVESCENS. *Bellard.* (App. p. 11.) Radice fibrosa; culmis rectis gracilibus (8—12″ longis) foliis caespitosis setaceis vel capillaribus elongatis (6″ longis) glaberrimis; panicula erecta coarctata parum ramosa; glumis subaequalibus obtusis; valvula inferiore margine membranacea subaristata. Praecedentis var.? *Koch.* ♃ Alp. Galliae.

81. F. ELEGANS. *Boiss.* (Elench. p. 65.) Radice fibrosa caespitifera; culmis scabris (2—3-pedalibus); foliis radicalibus convolutis setaceis glaucescentibus rigidis retrorsum scaberrimis (1—2-pedalibus), caulinis paucis longe vaginatis abbreviatis; ligula brevi acuta; paniculae gracilis coarctatae elongatae subnutantis radiis scaberrimis; spiculis 6-floris, flosculis laxiuscule imbricatis variegatis nitidis; glumis ovatis acutis inaequalibus carina scabris; valvulis ovatis obtusiusculis enerviis, inferiore carina laevi, superiore margine scabrida. Hispania.

82. F. PSEUDOESKIA. *Boiss.* (l. c. 64.) Radice fibrosa caespitifera; culmis rigidis (1—2-pedalibus); foliis involuto-complicatis rigidis glaucescentibus pungentibus laevibus; ligula truncato-lacera; panicula erecta coarctata; spiculis sub-6-floris (virentibus aut pallide variis); flosculis arcte imbricatis; glumis inaequalibus ovatis mucronatis; valvula inferiore uninervia dorso scabra, superiore margine ciliata, utraque ovata obtusa mucronata aut mutica; axi glabro. An praecedentis var.? ♃ Alp. Hispan.

83. F. ESKIA. *Ramond* (in *Dec.* Fl. fr. 3. 52.). Radice repente dura; culmo erecto (pedali et ultra); foliis glaucis complicato filiformibus rigidiusculis pungentibus culmum subaequantibus; panicula contracta, rhachi pilosa; spiculis 6—10-floris compressis oblongis subaristatis glabris. F. varia γ. crassifolia *Koch.* ♃ Alp. Europ.

84. F. XANTHINA. *R. S.* (Syst. II. 721.) Radice fibrosa; culmis erectis aut curvatis sursum scabriusculis;

foliis convoluto-setaceis apice callôso-pungentibus, supra villosulis; ligula brevi; panicula secunda erecta vel nutante; spiculis oblongis acutis muticis (flavescentibus) 4—7-floris; glumis scabris, inferiore 3- superiore 5-nervia; valvula inferiore oblonga acuta 5-nervia, superiore bifida ciliata. F. flavescens *Host* Gram. 3. t. 19. (non *Bellard.*) F. varia *Wulf.* var. *Koch.* ♃ Alp. Austr. Hungar.

85. F. ALPESTRIS. *R. S.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis teretibus erectis vel obliquis glabris superne scabriusculis; foliis convoluto-setaceis apice mucronatis pungentibus; ligula oblonga; panicula secunda demum nutante; spiculis lanceolato-acutis 3—6-floris muticis, glumis acuminatis glabris inferiore uni- superiore 3-nervia; valvula inferiore oblonga acuminata dorso scabriuscula 3-nervia; ovario apice piloso. F. alpina *Host* l. c. IV. t. 63. F. varia var. *Koch.* ♃ Alp. Tyrol.

86. F. BOSNIACA. *Kummer* et *Sendtner.* (Flora 1849. p. 756.) Rhizomate fibroso; culmis tenuibus strictiusculis sulcatis; foliis setaceis rigidis erectis aut curvulis pungentibus glaberrimis; ligula brevi biauriculata; panicula oblonga patula subsecunda; radiis scabris solitariis aut infimis geminis; spiculis oblongis 4—6-floris compressis aristatis; glumis muticis quam valvulae brevioribus; valvula inferiore lanceolata a medio sensim angustata, nervis 5 obsoletis. Variat: foliis glaucis, culmis aristisque brevioribus et spiculis flavo-virentibus. Bosnia.

87. F. PUBESCENS. *Willd.* Radice repente; culmo adscendente angulato (2-pedali); foliis convolutis elongatis sulcatis rigidis laevibus glabris vel pagina superiore hirtis, glaucis; panicula nutante arcta (radiis patentibus asperrimis *Link.*); spiculis 8—10-floris; glumis inaequalibus exteriore angusta uninervia acuta, interiore 3-nervia acutiuscula; valvula inferiore 5-nervia aristata arista brevi (2''' longa) pilosa. F. Kitaibeliana *Schult.* Mant. 2. 398. ♃ Hungaria.

88. F. NITIDA. *Kit.* (in *Schult.* Oestr. Fl. I. 239.) Culmo torto angulato; foliis filiformibus rigidiusculis; ligula brevissima; panicula patente pauciflora; spiculis oblongo-lanceolatis 4—5-floris aristatis. ♃ Alp. Croatiae.

89. F. HEMIPOA. *Delil.* (in *Spr.* c. p. 36.) Culmo stricto; foliis angustissimis convolutis glabris; paniculae erectae radiis alternis rigidis coloratis; spiculis subsessilibus 4—6-floris glabris muticis. Monspel. (cfr. F. rigida.)

90. F. CAPILLIFOLIA. *Dufour.* (in *R. S.* II. 735.) Culmo erecto gracili (2-pedali); foliis glabris capillaribus elongatis; panicula subsecunda elongata nutante; spiculis 4-floris; valvula inferiore breviter aristata, interiore mutica apice brevissime fissa. Hispan.

91. F. RHAETICA. *Suter.* (Fl. helv. I. 68.) Radice fibrosa; culmis erectis vel adscendentibus (1—1½-pedalibus); foliis omnibus setaceo-convolutis (culmeis quandoque planis); paniculae patentis radiis semiverticillatis, inferioribus sub-5-nis; spiculis sub-3-floris aristatis vel muticis; axi infra flores fasciculo pilorum barbato; ovario glabro. F. poaeformis *Host.* Gram. 2. t. 81. F. pilosa *Gaudin.* ♃ Alp. Eur.

92. F. BULBOSA. *Bivon.* (Stirp. rar. IV. nr. 36.) Radice bulbosa; foliis lineari-subulatis glaucescentibus; panicula angustata secunda; spiculis subquadrifloris; glumis valvulisque mucronatis. (F. coerulescens *Desf.* et Koeleria truncata *Presl.* sec. *Trin.* mpt.) ♃ Sicilia.

93. F. BALEARICA. *Guatteri* (in Roem. Coll. I. 125.). Radice fibrosa; culmo erecto firmo (2-pedali); foliis radicalibus confertis filiformibus, caulinis convolutis; ligula fusca; paniculae erectae ramosae (6-pollicaris) radiis conjugatis alternis retrorsum hispidis; pedicellis apice dilatatis; spiculis subcompressis 4-floris; glumis inaequalibus acuminatis dorso scabris; valvula exteriore longe aristata, altera subaequali mutica. ♃ Ins. balear.

2. Foliis radicalibus convoluto-setaceis, culmeis planis. §. 6.

94. F. LAXA. *Host.* (Gram. 2. t. 80.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis teretibus laevibus glabris; foliis anguste linearibus supra velutino-villosis, inferioribus setaceo-complicatis; ligula brevi truncata subbiloba; paniculae patentis flaccidae nutantis radiis capillaribus scabriusculis a basi longe denudatis solitariis vel geminis; spiculis 3—6-floris; axi gracili angulato puberulo; valvula inferiore obsolete 5-nervia non punctata; ovario apice piloso. ♃ Alp. Austr.

95. F. PUNCTORIA. *Smith.* (Prodr. Fl. gr. I. 60.) Culmo solitario erecto stricto (subpedali) tereti laevi; foliis radicalibus numerosis linearibus involutis recurvis rigidis pungentibus culmo brevioribus; culmeis brevissimis; panicula parva secunda coarctata simpliciuscula; glumis acuminatis glabris. ♃ Bithynia.

96. F. HETEROPHYLLA. *Haenk.* (in *Jacq.* Coll. 3. 93.) Radice fibrosa; culmis erectis vel adscendentibus superne asperulis; foliis radicalibus setaceis, culmeis planis villosulis; paniculae secundae erectae aut nutantis radiis gracilibus tortuosis hispidis; spiculis oblongis compressis sub-6- (raro 3-) floris; glumis ciliatis; valvula inferiore oblonga ciliata apice brevissime aristata, inferiore bifida ciliata. *Host* Gram. III. t. 18. Variat: spiculis violaceis et luteo-variegatis. F. nigrescens *Lam.* ♃ Europ.

97. F. RUBRA. *Lin.* Radice stolonifera caespitifera; culmo decumbente adscendente simplici glabro striato (pedali et ultra); foliis radicalibus — raro omnibus — complicato-setaceis, culmeis planis; ligula biaurita; panicula sub anthesi patente spiculis sub-5-floris; flosculis lanceolatis aristatis, arista breviore vel longiore et florem dimidium aequante. *Host* Gram. II. t. 82. Variat: spiculis breviter villosis. F. dumetorum *Lin.* et: spiculis majoribus lanuginoso-villosis. F. cinerea *Dec.* F. lanuginosa *Scheele* Flora 1844. 63. ♃ Eur. Sibir. Am. sptr.

98. F. SABULICOLA. *Dufour.* (Bot. gall. I. 517.) Radice late repente; culmo tereti glaberrimo vaginato (1½-pedali); foliis linearibus convolutis rigidis subpungentibus profunde striatis; ligula brevi acuta; paniculae patentis ramosae radiis piloso-scabris; spiculis lanceolatis pubescentibus sub-7-floris; glumis inaequalibus lanceolatis margine membranaceo-ciliatis; valvula inferiore coriacea 3—5-nervia ciliata arista (3—4-lineali) terminata, superiore membranacea plicata ad angulos ciliata. F. rubra *Thore.* ♃ Gall. pyren.

99. F. RIVULARIS. *Boiss.* (Elench. p. 64.) Radice substolonifera; foliis omnibus laevibus, culmeis planis; culmis ad nodos geniculatis (1—2-pedalibus); paniculae diffusae radiis longissimis divaricato-patentibus laeviusculis; spiculis sub-8-floris; floribus rubro-variegatis dissitis; glumis subinaequalibus lanceolatis acutis; valvula inferiore sub-5-nervia acuta breviter aristata glabra, interiore integra hirtula. ♃ Hispania.

100. F. DIFFUSA. *Dumort.* (Agr. belg. 106.) Foliis planis superne villosis inferne glabris; ligula exserta truncata; spiculis 3—5-floris longe setigeris. F. laxae *Host* dicitur affinis. Belgium.

101. F. DENUDATA. *Dumort.* (l. c. 104.) Rhizomate repente; culmis elongatis (2-pedalibus) longe denudatis; foliis mollibus laevibus, culmeis binis latiusculis; radicalibus fasciculatis capillaceis brevibus; panicula coarctata valde ramosa, radiis scabris; spiculis 5—7-floris; valvula inferiore uninervia, superiore 5-nervia, nervis lateralibus geminatis. Belgium.

3. Foliis omnibus planis.

a. spiculis complanatis. §. 7.

102. F. SCHEUCHZERI. *Gaud.* (Agr. I. 267.) Radice repente parum caespitosa; culmis teretibus erectis vel basi geniculatis (1—1½-pedalibus); foliis planis linearibus,

glabris; ligula oblonga obtusa; paniculae patentis apice nutantis radiis glabris, inferioribus subbinis (raro 3—4-nis vel uti) superioribus solitariis; spiculis 4—5-floris (violaceo et albo vel flavide variegatis); axi scabriusculo; valvula inferiore acuta mutica vel sub apice brevissime mucronulata 5-nervia; ovario glabro. F. pulchella *Schrad.* Germ. t. 5. f. 5. F. nutans *Host* Gram. IV. t. 61. ♃ Alp. Europ.

103. F. COMPRESSA. *Dec.* (Fl. gall. Supl. 263.) Culmis basi geniculatis erectis (1½-pedalibus) nudis teretibus, vaginisque compressis laevibus; ligula brevissima; foliis latiusculis obtusiusculis plicatis margine scabris dorso laevibus; paniculae oblongae patulae rectae (auratae) radiis brevibus laevibus pluribus ex uno rhacheos articulo; spiculis teretiusculis subacutis 3—4-floris; gluma exteriore 5-nervia; valvula inferiore (duplo quam in F. spadicea) breviore. (Intermedia inter F. Scheuchzeri et F. spadiceam dicitur; sed ob spiculas teretes forsan sequentis sectionis.) ♃ Avernia.

104. F. SPADICEA. *Lin.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto tereti glabro (2—3-pedali); foliis planis rigidis anguste linearibus glaberrimis elongatis (1—1½-pedalibus), demum plus minus convolutis pungentibus; paniculae contractae sub anthesi patulae radiis 1—2-nis radiolisque glabris; spiculis oblongis vel ovatis 3—7- (quin 9-) floris (brunneo-flavescentibus); valvula inferiore margine pellucido membranacea, apice acuta mutica vel brevissime mucronulata. *Host* Gram. 3. t. 20. Anthoxanthum paniculatum *Lin.* ♃ Alp. Europ.

105. F. SPECTABILIS. *Jan.* (Elench. 2. nr. 38.) Radice fibrosa, in rhizoma incrassata valida; culmo erecto valido basi squamis aphyllis striatis sensim in folia abeuntibus tecto (3—4-pedali); foliis elongato-linearibus planis concoloribus supra scabris; ligula protracta oblonga; paniculae amplae nutantis radiis inferioribus geminis ternisve inferne nudis, radiolis scabris; spiculis sub-5-floris muticis; axi brevissime puberulo; valvula inferiore subtilissime punctulata conspicue 5-nervia; ovario apice piloso. F. spadicea β. nemorosa *Pollin.* ♃ Alp. Tyrol. Ital. Pyren.

106. F. SCLEROPHYLLA. *Boiss.* (in *Kotsch.* Hrbr. Pers. bor. nr. 245.) Radice valide fibrosa in nodulos squamatos incrassata; culmo cum tota planta glaucescente erecto striato glaberrimo laevi (3—4-pedali); foliis elongato-linearibus angustis (ultra pedalibus, vix linea latioribus) supra margineque scabris; panicula ampla patente erecta; radiis inferioribus geminis supremis solitariis inferne nudis, polystachyis, scabris; spiculis ovatis vel ovato-lanceolatis 4—8-floris; glumis subaequalibus spicula brevioribus; valvula inferiore oblongo-lanceolata 5-nervia tuberculato-aspera apice brevissime mucronulata vel mutica; germine apice piloso. ♃ Persia bor.

107. F. FERRUGINEA. *Rchbch.* (Fl. excurs. 140[4].) Radice fibrosa caespitosa; foliis planis; paniculae erectae angustae radiis brevibus paucispiculatis laevibus; spiculis unicoloribus sub-6-floris; glumis acuminatis; ligula oblonga. Praecedentis var.? (A *Kochio* neglecta.) ♃ Carinthia.

108. F. FIBROSA. *Griseb.* (Fl. Rom. II. 433.) Rhizomate caespitoso; vaginis imis elongatis dense fibrosis; foliis junceis supra basin planam complicato-filiformibus glaberrimis; ligula oblonga; panicula demum contracta; radiis geminis vel solitariis glabris; spiculis 3—4-floris muticis; axi glabro; valvula inferiore punctata 5-nervia. ♃ Romulia.

109. F. SYLVATICA. *Vill.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto arundinaceo stricto glaberrimo (3-pedali et ultra); foliorum fasciculis inferne squamis aphyllis sensim brevi foliatis tectis; foliis lanceolato-linearibus striatis (supra glaucis subtus laete viridibus) margine scabris, ligula oblonga obtusa; paniculae erectae diffusae ramosissimae radiis scabris inferioribus 2—3—4-nis; spiculis sub-5-floris; axi scabriusculo; valvula inferiore attenuata mutica punctulato-scabra 3-nervia; ovario apice piloso. F. calamaria *Smith.* E. B. 1005. *Host* Gram. IV. t. 60. Variat foliis latioribus: F. latifolia *Host.* ♃ Europ.

110. F. ALTISSIMA. *Boiss.* (Elench. p. 65.) Radice repente; culmis elatis (3—5-pedalibus); foliis planis longissimis (3—4-pedalibus) supra glaucis subtus viridibus valde striatis scabriusculis; vaginis praelongis, inferne violaceo-tinctis; ligula obtusa lacera; paniculae amplae erectae viridi-cinerascentis radiis semiverticillatis erectis ramosis multifloris scabris; spiculis sub-5-floris; flosculis laxe imbricatis apice hyalino-membranaceis glabris; glumis inaequalibus lanceolatis acutis margine membranaceis; valvulis obtusiusculis tenuissime (sub lente) pellucido punctatis, inferiore 3-nervia superiorem arcte involvente. ♃ Hispan.

111. F. DRYMEIA. *Mert. Koch.* (Fl. Deutsch. I. 670.) Radice repente, stolones squamatos elongatos agente; culmis erectis superne scabris (3—4-pedalibus), foliorum fasciculis a basi foliatis; foliis lanceolato-linearibus (supra glaucis subtus laete viridibus) margine scabris; ligula oblonga obtusa; paniculae diffusae ramosissimae apice nutantis radiis scabris, inferioribus 2—3-nis; spiculis sub-5-floris; axi scabriusculo; valvula inferiore acuminata mucronata subtilissime punctulata 5-nervia; ovario apice piloso. F. sylvatica *Host* Gr. 2. t. 78. F. montana *Rchbch.* Fl. exc. p. 40 non *Sternb.* ♃ Europ.

112. F. RADICANS. *Dumort.* (Agr. belg. 116.) Rhizomate repente; panicula laxa contracta, locustis elongatis compressis multifloris. (F. pratensi *Huds.* dicitur affinis.) ♃ Belgium.

113. F. AMMOPHILA. *Dumort.* (l. c. 105.) Culmo arundinaceo; foliis glaucis planis superne villosis inferne glabris; ligula exserta truncata; panicula ramosissima (fere pedali); spiculis 10—12-floris. An? F. rubra *Lin.* Belgium.

114. F. FALLAX. *Thuil.* (Fl. Par. ed. II. p. 50.) Majuscula glaberrima erecta; foliis longiusculis planis; paniculae viridulae albidae subsecundae radiis patulis geminatis; spiculis approximatis sub-8-floris conspicue aristatis. ♃ Parisiis.

b. Spiculis oblongis teretiusculis. §. 8.

115. F. BOREALIS. *M. K.* (Deutschl. Fl. I. 664.) Culmo erecto tereti striato glabro (4-pedali et ultra); foliis lanceolato-linearibus acuminatis (3—4‴ latis) margine scabris; ligula oblonga truncata lacera; paniculae diffusae ramosissimae apice nutantis radiis scabris sub-5-nis; spiculis 4—5-floris oblongis; axi scabriusculo; valvula inferiore 5-nervia puncticulato-scabra apice obtusa denticulato-trimucronulata basi fasciculo pilorum cincta, ovario apice piloso. F. donacina *Whlbg.* Donax borealis *Trin.* ♃ German. bor.

116. F. LOLIACEA. *Huds.* (Fl. angl. I. 38.) Culmo erecto (2-pedali) foliisque planis lanceolato-linearibus glabris; racemo elongato (3—6-pollicari) disticho subnutante spiculis lineari-oblongis alternis distantibus inferioribus breviter pedicellatis, interdum geminis, superioribus sessilibus; glumis muticis inaequalibus, altera subulato triquetra altera longiore latiore; valvula inferiore mutica (vix unquam aristulata) laevi. *Curt.* Lond. VI. t. 9. ♃ Europ.

Ex hac specie et F. elatiore, pratensi et gigantea proprium genus condere ausit *Parnell* (The Grasses of Scotland. Edinb. 1842.) quod vero solum differt: arista non apici nervi medii adaptata et foliis radicalibus quam caulina brevioribus, cum in Festuca arista sit apicalis et folia caulina radicalia latitudine superent; vile sane ad genus struendum discrimen.

117. F. GRANATENSIS. *Boiss.* Radice fibrosa caespites latos robustosque edente; culmis laevibus (3—4-pedalibus); foliis planis siccitate convolutis (1—2-pedalibus) duris rigidis supra nervosis scabridis, caulinis paucis; vaginis elongatis; ligula elongata in 3—4 setas fissa; paniculae longissimae spicaeformi-contractae secundae interruptae

radiis erectis culmo adpressis; spiculis 6-floris, flosculis arcte imbricatis virescentibus; glumis subaequalibus ovatis acutis hyalinis; valvulis ovatis obtusissimis puberulis margine membranaceis, inferiore sub-3-nervia; axi inter flores lanato. Granatae montes.

118. F. DECOLORANS. *Mert. Koch.* (Fl. Deutsch. I. 663.) Culmo erecto (1—1½-pedali); foliis linearibus planis margine scabriusculis; ligula subnulla; paniculae patentis nutantis radiis 3—4-nis scabris 2—3 racemiferis; spiculas 3—4, tertio autem quartove brevissimis unam gerentibus; spiculis 5-floris, glumis acuminatis; valvula inferiore subtilissime punctulata acuminata mucronata vel breviter aristata 5-nervia, nervis prominulis, ovario glabro. F. laxa *Gaud.* agr. I. 261. ♃ Helvetia.

119. F. ARUNDINACEA. *Schreb.* (Spicil. 57.) Radice fibrosa subrepente; culmo striato glabro (3—4-pedali); foliis planis lanceolato-linearibus glabris margine scabris; ligula brevissima; paniculae diffusae nutantis radiis scabris geminis ramulosis 5—15-spiculigeris; spiculis ovato-lanceolatis 4—5-floris; valvula inferiore sub apice mucronata vel mutica; ovario glabro. F. elatior *Smith.* Bromus littoreus *Retz. Host* Gram. I. t. 8. ♃ Europ.

120. F. ELATIOR. *Lin.* (Fl. suec. ed. 2. 32.) Radice fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) tereti striatulo glabro; foliis planis lanceolato-linearibus striatis supra scabriusculis; ligula brevissima vel obsoleta; paniculae erectae subsecundae lucidae (fere pedalis) radiis subremotis scabris geminis (raro 3-nis), altero brevissimo unam — altero racemoso 3—4 spiculas gerente; spiculis linearibus teretiusculis 5—10-floris; glumis obtusis; valvula inferiore 5-nervia apice denticulata mutica vel sub apice mucronata; ovario glabro. *Schrb.* Gram I. t. 2. *Host.* 2. t. 79. F. pratensis *Huds. Kunth.* Supl. t. 31. f. 1. Schedonorus elatior *Beauv.* Agr. t. XIX. f. 2. ♃ Europa.

121. F. ORYZETORUM. *Pollin.* (Veron. fasc. I. t. 1. f. 2.) Culmo tereti glabro erecto (4-pedali et ultra); foliis lanceolato-linearibus nervosis retrorsum scabris, glabris; ligula truncata brevissima; paniculae lanceolatae contractae radiis erectis angulatis flexuosis ad angulos scaberrimis; spiculis trifloris teretiusculis ellipticis; glumis glaberrimis; valvula inferiore brevissime aristata, arista subincurva (fusca) scabra. Praecedentis var. sec. *Bertol.* in *Trin.* mpt. ♃ Italia.

122. F. MULTIFLORA. *Presl.* (Gram. sic. 37.) Foliis omnibus planis; panicula patentissima ramosa; spiculis lanceolatis 8—10-floris aristatis. F. elatior *Lin.* var. *Trin.* mpt. ♃ Sicilia.

123. F. EXALTATA. *Presl.* (Fl. sic. I. p. 45.) Radice repente; culmo a basi folioso; foliis lineari-lanceolatis; vaginis scabris; paniculae ramosissimae diffusae nutantis radiis laxis bracteatis; spiculis compressis muticis 1—4-floris; glumis 3-nerviis. F. sylvatica *Presl.* Gram. sic. p. 37. non *Host.* ♃ Sicilia.

Hanc speciem, quam ab autoribus erronee definitam contendit *Bertollonius* Fl. it. I. 613. ita disponit: Radice repente; foliis omnibus planis linearibus acuminato-setaceis supra glabris; panicula secunda nutante; spiculis mucronatis muticis; gluma interna nervis 3 supra medium productis, valvula exteriore 5-nervia.

b. *Americanae.* (An omnes hujus sectionis?)

a. Americae australis. §. 9.

124. F. DOLICHOPHYLLA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 258.) Culmo simplici erecto compressiusculo (pedali) vaginisque glabris; ligula angusta ciliolata; foliis convolutis compresso-setaceis extus scabriusculis apice subulatis culmum paniculamque excedentibus; paniculae secundae contractae simplicis rhachi radiisque scabris triquetris, his alternis binatis; spiculis 4-floris; glumis ovato-lanceolatis; valvula inferiore integerrima uninervia versus apicem scabra brevissime aristata. F. ovinae *Lin.* affinis. ♃ Peru.

125. F. LIVIDA. *H. B.* (N. Gen. I. t. 689 sub: Bromus.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis simplicibus (6—8-pollicaribus) foliisque glabris his lineari-setaceis acutis striatis rigidis; ligula abbreviata glabra; paniculae depauperatae (1—1½-pollicaris) rhachi radiisque glabris 3—4 alternis distantibus patulis 3—4-spiculatis; spiculis lanceolatis bifloris compressis (purpurascentibus); glumis acutis spiculam subaequantibus; valvula inferiore oblongo-lanceolata acuta obsolete 5-nervia infra apicem bifidum brevissime aristata. Schedonorus lividus *R. S.* II. 707. ⊙ Mexico.

126. F. TOLUCCENSIS. *H. B.* (l. c. 153.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis (2-pedalibus) simplicibus cum vaginis foliisque scabris; his convoluto-setaceis triquetris; ligula ovata obtusa glabra; paniculae simplicis laxae (4—5-pollicaris) radiis alternis distantibus adscendenti-patulis rhachique triquetris scabris; spiculis obovato-oblongis compressis subsexfloris (purpurascentibus); glumis inaequalibus scabris, cum valvula inferiore scabris; hac inter dentes breviter aristata. ♃ Mexico.

127. F. HEPHAESTOPHILA. *Nees.* Rhizomate fasciculatim ramoso; culmo stricto (vix ultra pedali); foliis planis angustissime linearibus setiformibus strictis culmo brevioribus; panicula erecta rigida brevi subdecomposita, radiis brevibus alternis; spiculis sub-5-floris, ovali-oblongis; flosculis fusco-purpurascentibus vel purpureis basi axin versus pallidis laevibusque. F. toluccensis β. hephaestophila *Nees* mpt. Festuca sp. nova? *Benth.* pl. *Hartw.* nr. 629. In cratere montis ingnivomi: Volcan de Agua Mexico.

128. F. TEXANA. *Steud.* Radice valide fibrosa caespitifera; culmis erectis (2—4-pedalibus) vaginisque striatis glabris; ligula exserta obtusa hyalina plerumque fissa; foliis planis angustis (vix 1''' latis) elongatis, sursum plus minus convolutis, tenuissime pubescenti-scabris; paniculae diffusae ramosissimae radiis erecto-patentibus simplicibus elongatis remotis 2—3-nis vel solitariis, fere a basi racemoso-floriferis; spiculis inaequalibus lanceolatis 3—8-floris glabris; glumis lanceolatis acutis; valvula inferiore apice obtusa denticulata longissime mucronata (vix aristata). Hrbr. *Drumond* nr. 387. F. toluccensi iterum proxima. ♃ Texas.

129. F. ANDICOLA. *H. B.* (l. c.) Culmis erectis (1½-pedalibus) teretibus; vaginis foliisque glabris subtriquetris; ligula abbreviata; paniculae simplicis coarctatae filiformis (5—6-pollicaris) radiis distantibus alternis adpressis hispido-scabris; spiculis ovato-lanceolatis compressis sub-6-floris purpurascentibus glabris; glumis inaequalibus flosculis multo brevioribus; valvula inferiore sub-5-nervia inter apicem bidentatum breviter aristata. ♃ Quito.

130. F. COMPRESSIFOLIA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 279.) Radice repente; culmo simplici tereti (1½—2-pedali); vaginis foliisque convolutis compresso-setaceis scabris; ligula ovata fimbriata; paniculae simplicis laxae (7—8-pollicaris) rhachi semitereti radiisque triquetris scabris; spiculis ovalibus 8-floris; glumis ovato-lanceolatis; valvula inferiore obtusiuscula 5-nervia basi glabra brevissime mucroniformi aristata. (Affinis F. glaucae, Eskiae.) ♃ Peru.

131. F. PROCERA. *H. B.* (N. gen. I. 124.) Culmo erecto simplici (4—6-pedali) scabro; foliis convolutis rigidis interne lanatis externe vaginisque glabris; paniculae ramosae secundae (7—8-pollicaris) radiis elongatis distantibus geminis triquetris rhachique glabris; spiculis oblongis compressis sub-9-floris (purpurascentibus); glumis valde inaequalibus flosculis distantibus 3-plo brevioribus cum valvulis scabris, inferiore paulo breviore 3-nervia acuminato-aristata, superiore apice bidentata. ♃ Quito.

132. F. MULTICULMIS. *Steud.* Radice validule fibrosa, caespitifera, caespitibus constantibus e plurimis culmis sterilibus foliiformi convolutis rigidis basi vaginatis et foliiferis culmum fertilem (solitarium, an semper) aequantibus; vaginis striatis foliis brevibus convolutis; culmi floriferi foliis inferioribus sterilibus similibus, superioribus planiusculis

angustissimis; vaginis scabriusculis; panicula simplici (2—3-pollicari) laxa; radiis solitariis alternis inferioribus 3-superioribus uni-spiculatis; spiculis ovatis patulis laxis (3''' et ultra longis) sub-5-floris glumis inaequalibus flosculis brevioribus; valvula inferiore scabra fusco purpurea infra lutescenti-albida obscure nervosa simpliciter acuminata vel ex apice brevissime bidentula aristulata. An F. toluccensis *H. B.* var.? *Heller* Hrbr. nr. 306. Mons Tolucco Mexico.

133. F. GRANDIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmo humili (4-pollicari, an etiam elatiore?); foliis radicalibus convoluto teretibus culmo parum brevioribus, culmis planiusculis apice convolutis, omnibus rigidulis striatis glabris; panicula simplici laxa, radiis 1—4-spiculatis; spiculis oblongis subpatulis, (cum aristula $^1/_2$'' longis) fusco-purpureo et flavido-albo variis; glumis flosculis parum brevioribus; valvula inferiore 3—5-nervia vix scabriuscula ex apice quandoque obsolete bifida distincte brevi-acuminata. Vix prioris var. *Steud.* *Heller* hrbr. nr. 315. Mons Tolucco Mexico.

Habitus hujus et praecedentis speciei ob spiculas latas coloratas, flosculos distinctos, summos tabescentes ad Avenam accedit; sed styli distincti, aristulae brevissimae rectae ad Festucas eas amandant.

134. F. THOUINI. *Steud.* Culmo erecto valido ramoso (pluripedali) cum tota planta glaberrimo; foliis — e vaginis dilatatis elongatis striatis — angustis complicatis linearibus longissimis (usque pedalibus et ultra, explanatis linea parum latioribus) rigidis rectis paniculam aequantibus vel superantibus; ligula obtusa hyalina quandoque minima; paniculae strictae contractae (usque pedalis et ultra) radiis semiverticillatis erectis strictis a basi subracemoso-spiculatis; spiculis angustis linearibus 7—9-floris imbricatis; pilis aliquot munitis, glumis valde inaequalibus hyalinis nervo medio viridi caeterum enerviis, inferiore minima, superiore plus duplo majore, flosculis vero multo breviore; valvula inferiore carinata, praeter carinam enervia subcartilaginea apice tenuiore acuminata, superiore minore tenuiore acuta. *Thouin* (vidi ex Hrbo. *Mugeot*) legit in Domingo. Variat: statura graciliore, panicula minus densa, spiculis 5—7-floris. Ins. Antillae.

135. F. BERTERONIANA. *Steud.* Culmo elato sursum scabro; foliis convolutis longissimis (1—2-pedalibus) rigidulis intus pubescentibus extus retrorsum scabriusculis glabris; ligula obsoleta; paniculae ramosae subsecundae (pedalis et ultra) apice nutantis radiis elongatis distantibus triquetris scabris geminis inaequalibus ramosis; spiculis obovatis 7—11-floris (viridibus, apice violaceis); glumis inaequalibus lanceolatis acutis spicula 3-plo brevioribus, valvulisque margine subciliatis; flosculis remotiusculis; valvula inferiore obscure 5-nervia, inferne glabra a medio puncticulato-scabra apice brevissime mucronulata; interiore parum breviore apice bidenticulata, scabra. An praecedentis var.? Hrbr. *Bertero* nr. 999. Certe F. procera *Nees Meyen* N. Act. N. C. XVII. supl. I. 166. ♃ Chili.

136. F. SCIRPIFOLIA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 261. sub: Diplachne.) Culmo tereti (8—14-pollicari); vaginis foliisque scabris convolutis compresso-setaceis carinatis apice subulatis; ligula angustissima biauriculata glaberrima; paniculae erectae secundae contractae simplicis spicaeformis rhachi radiisque scabris, his alternatim binatis triquetris; spiculis obovatis 4-floris; glumis ovato-lanceolatis acutis; valvula inferiore uninervia apicem versus scabra brevissime aristata. ♃ Peru.

137. F. HUMILIOR. *Nees Mey.* (l. c. 167.) Culmo teretiusculo laevissimo semitereti compresso ($^1/_2$—1-pedali); vaginis striatis glabris; foliis complicato-compressis linearifiliformibus extus laevibus intus striatis scabriusculis; paniculae angustae subsimplicis secundae rhachi ramisque laeviusculis; spiculis ovatis compressis 3—4-floris; glumis subaequalibus ovato-lanceolatis uninerviis acutis brevibus valvulisque dorso scabris, valvula inferiore acuminata mutica obsolete 5-nervia. An eadem ac sequens. ♃ Peru.

138. F. NIGRESCENS. *Presl.* (l. c. sub: Diplachne.) Radice fibrosa caespitifera; culmo tereti vaginisque scabriusculis; foliis convolutis compresso-setaceis rigidis carinatis carina scabriusculis intus scabris, acutis; ligula biauriculata; paniculae erectae (1—3-pollicaris) secundae simplicis contractae subspicaeformis rhachi radiisque brevibus triquetris glabris; spiculis obovatis 3-floris; glumis inaequalibus apice scabris; valvula inferiore ovata uninervia apice scabra brevissime aristata. ♃ Peru.

139. F. HAENKEI. *Kunth.* (Enum. I. 403.) Culmo tereti; vaginis foliisque scabriusculis, convolutis compresso-setaceis carinatis laxis brevibus acutis; ligula brevissima ciliolata; paniculae erectae secundae simplicis rhachi radiisque triquetris scabris; spiculis obovatis 4-floris; glumis inaequalibus apice scabris; valvula inferiore ovato-lanceolata 5-nervia apice scabra brevissime aristata. Diplachne brevifolia *Presl.* l. c. ♃ Peru.

140. F. QUADRIDENTATA. *H. B.* (N. gen. t. 690.) Culmis caespitosis erectis teretibus (6—12-pedalibus) striatis vaginisque scabris; ligula brevissima glabra; foliis planis striatis rigidis glabris subtus glaucis; paniculae secundae nutantis (subpedalis) radiis elongatis geminis distantibus scabris radiolisque flexuosis; spiculis ovatis compressis 4—5-floris; glumis lanceolatis albidis glabris dorso scabris, superiore apice irregulariter truncato-erosa; valvula inferiore 3-nervia irregulariter denticulata mucronata; (potius quam 4-dentata inter dentes breviter aristata. Diplachne toluccensis *Spr.* Gramen venenosum? pecoribusque mortiferum). ♃ Quito.

141. F. MOLLIS. *Kunth.* (Gram. I. 132.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici ($1^1/_2$—2-pedali) striato glabro superne nodisque pubescentibus; foliis linearibus planis interne pilosis; vaginis striatis pilosis inferioribus lanatis; ligula abbreviata glabra; paniculae simplicis depauperatae radiis verticillatis abbreviatis distantibus deflexo-adscendentibus rhachique piloso-lanatis; spiculis lanceolatis 4—5-floris compressis; glumis lanceolatis apice subulatis (subpurpurascentibus) valvulisque piloso-lanatis, inferiore breviter aristata. Bromus lanatus *H. B.* N. gen. I. 132. ⊙ Quito.

142. F. EMINENS. *Kunth.* (l. c.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis scabriusculis (5-pedalibus); foliis planis linearibus acuminatis vaginisque scabris; paniculae ramosae secundae nutantis (pedalis) radiis geminis angulatis scabris; spiculis oblongis compressis sub-7-floris; glumis lanceolato-subulatis scabris longiore spicula 5-plo breviore; valvula inferiore 5-nervia scabra brevissime aristata. Bromus procerus *H. B.* N. gen. I. 150. ⊙ Quito.

143. F. CALDASII. *H. B.* (l. c. sub: Bromus.) Culmo erecto simplici glabro (3—4-pedali); foliis linearibus planis striatis glabriusculis margine scabris; vaginis glabris; ligula oblonga obtusa glabra; paniculae secundae nutantis (pedunculis) radiis 2—3-nis elongatis scabris bispiculatis; spiculis oblongis compressis 3—4-floris; glumis acuminato-subulatis dorso scabris; valvulis lanceolatis apice bifidis dorso scabris, inferiore paulo breviore 5-nervia; arista brevissima subterminali. Quito.

144. F. DASYANTHA. *H. B.* (l. c. 154.) Radice fibrosa; culmis erectis simplicibus (4—5-pedalibus) teretibus glabris; foliis convolutis striatis interne lanatis; ligula abbreviata glabra; paniculae ramosae (8-pollicaris) patulae radiis alternis distantibus patulis rhachique scabris; spiculis oblongis compressis 5—9-floris; glumis linearibus acutis pilosis; valvulis lanceolatis aequalibus, inferiore 5-nervia piloso-lanata apice brevissime aristata, superiore bidentata. ♃ Quito.

145. F. FIMBRIATA. *Nees.* (Agr. bras. 472.) Radice repente stolones squamatos ferente; culmo solitario erecto

(2—3-pedali) glabro teretiusculo; foliis lato-linearibus (1′ longis, 5‴ latis) acuminatis scabris; ligula brevissima; paniculae contractae (fere pedalis) subnutantis rhachi radiisque scabris, his geminis racemosis flexuosis, altero longiore bi- altero breviore uni-spiculato; spiculis oblongo-lanceolatis acutis 3—6-floris; glumis lanceolatis acutis convexis scabris margine lacero-ciliolatis; valvula inferiore oblongo-lanceolata punctulata subciliato-lacera obscure 5-nervia acuta mutica. ♃ Brasil.

146. F. SUBULIFOLIA. *Benth.* (Plant. Hartw. 262.) Culmo simplici subtereti scabro (2-pedali et ultra); foliis longe convoluto-subulatis rigidis acutis scabris culmo vix brevioribus; ligula brevi sublacera; panicula subpatente ramosa; spiculis pedicellatis sub-5-floris; valvula exteriore scabra apice bidentata aristata; arista flosculis 2—3-plo breviore. Antisana.

147. F. INSULARIS. *Steud.* Culmo erecto tereti glabro, laevi (3-pedali et ultra); nodis fuscis; vaginis glabris striatis; foliis angustissimis planis (vix lineam latis) vel subconvolutis longissimis (usque 2-pedalibus et ultra) glabris laevibus; ligula brevi membranacea lacera; paniculae (4—5-pollicaris) subnutantis radiis binis vel solitariis basi longe nudis apice divisis; rhachi rhacheolisque pilosulo-scabris; spiculis subpatulis fusco-viridi et sordide violaceo-scabris 5—9-floris; glumis lanceolatis inaequalibus flosculo infimo brevioribus; valvula inferiore 3—5-nervia paulo infra apicem subintegro-acutum brevi mucronato-aristulata. *Lechler* hrbr. nr. 276. In Ins. Valenzuela prope Valdiviam.

148. F. COIRON. *Steud.* Radice fibrosa valida caespitifera; culmis erectis glabris (2—3-pedalibus) inferne subangulatis superne teretibus; foliis radicalibus e vaginis longissimis (fuscescentibus) convoluto-teretibus elongatis rigidis glabris laeviusculis; ligula obsoleta; paniculae contractae suberectae (6—10-pollicaris) radiis sub-3-nis valde inaequalibus erectis (post florescentiam patentibus) scabris triquetris, spiculis ante florescentiam teretibus dein ovalibus 7—9-floris; glumis inaequalibus obtusis inferiore minore; valvulis subaequalibus, inferiore dorso rotundata obscure nervosa tenuissime puncticulato-scabriuscula apice obtusiuscula (nec aristata nec mucronata). Festuca nr. 269 et 995. *Bert.* hrbr. ♃ Chili.

149. F. PSEUDODURIUSCULA. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo erecto tereti (2—3-pedali); striato glabro vel sparsim pilis raris obsito; vaginis striatis pilosiusculis; ligula abbreviata; foliis planis angustissimis (vix 1‴ latis, 6—10″ longis) striatis glabris; paniculae erectae lucidae ramosae (8-pollicaris) radiis inferioribus binis, superioribus solitariis alternis subtriquetris scabris elongatis; spiculis brevi-pedicellatis 4—6-floris; glumis acutis inaequalibus 3-nerviis glabris; valvula inferiore enervia glabra abrupte acuta non mucronata, (sub lente valida) tenuissime puncticulato-scabra. Hrbr. *Drumond* nr. 398. Variat: spiculis subpilosis, ibid. nr. 389. Texas.

150. F. FUEGIANA. *Hook fil.* (Antarct. voy. 386. t. 141.) Erecta elata (1—2-pedalis); culmis basi praecipue scaberulis glaberrimisve; foliis substrictis breviusculis (3—4″ longis) late linearibus acutis, margine involutis; ligula late elongata oblonga; panicula effusa vel contracta (3—5-pollicari), radiis scabriusculis; spiculis 4—5-linealibus (saepe viviparis et ad pollicem et ultra elongatis); glumis ovato-lanceolatis acuminatis subcarinatis; flosculis breviter pedicellatis, basi araneosis; valvula inferiore acuminata puberula 5-nervia, nervis dorso sericeis; superiore aequilonga bifida. Fret. Magellan.

151. F. GRACILLIMA. *Hook fil.* (l. c. 383.) Glaberrima elata (3-pedalis); culmo gracillimo laevi nitido; foliis lineari filiformibus (1—1½-pedalibus); panicula simplici elongata pauciflora inclinata; spiculis majusculis (½—¾-pollicaribus) pedunculis compressis longioribus multi- (7—9-) floris; glumis inaequalibus lineari-oblongis late scarioso-marginatis, superiore latiore trinervia; flosculis basi remotiusculis; valvula inferiore obscure puberula in aristam brevem producta, superiore aequilonga bifida. Fret. Magellan.

152. F. PURPURASCENS. *Banks. Coland.* (mspt. ex *Hook* l. c. t. 140.) Radice stolonifera; culmis erectis gracilibus glaberrimis striatis remote nodosis (2—4-pedalibus); foliis planis (longe) vaginatis patentibus culmo brevioribus; ligula brevi; panicula laxa (6-pollicari) inclinata, radiis paucis filiformibus apice paucifloris; spiculis oblongis multi- (8-) floris; glumis trinerviis lanceolatis, superiore ter majore; flosculis glabriusculis, valvulis 5-nerviis apice tridentatis, dente intermedio in aristam producto. Fret. Magellan.

153. F. URVILLEANA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto rigidulo (pedali); foliis basi dense confertis rigidis convolutis glabris, quibusdam sub medio flabellatim distichis (culmo sterili foliato) culmum aequantibus vel superantibus; panicula oblonga densa spicata-contracta (1½—2-pollicari); glumis subaequalibus 2—3-floris acutis flosculis brevioribus; flosculo altero sessili, altero (uti tertio, si ad est incompleto) pedicellato; valvula inferiore carina margineque tenuissime scabrato acuminato (sec. specimen ex Hrbo. *Urville* sub F. flabellata *Lam.*) Ins. Maclov. Malvin.

154. F. ERECTA. *Urville.* (Fl. Maclov 31.) Foliis setaceis erectis glaberrimis subpungentibus paniculam subspicatam (3—4-pollicarem) secundam aequantibus; rhachi scaberrima; spiculis oblongo-lanceolatis 3—4-floris; flosculis erectis approximatis; glumis inaequalibus; valvulisque breviter striguloso-asperis; valvula inferiore breviter aristata, sec. spec. ex hrbo. *Urville.* Ins. Maclov.

155. F. ARENARIA. *Lam.* (Ill. 191.) Glaberrima; culmis compressis gracilibus; foliis convolutis pungentibus, inferioribus aequalibus patentibus flabellatis, superioribus brevibus; paniculae spicaeformis contractae radiis distantibus fastigiatis; spiculis compressis subtrifloris; glumis aequalibus; valvula inferiore acuta mutica. Fret. Magellan. Ins. Maclov.

156. F. ANTARCTICA. *Kunth.* (Gram. I. 132.) Foliis erectis longe vaginantibus angustis linearibus rigidis acutis; panicula contracta oblonga basi interrupta; spiculis compressis patentibus, fasciculis pilorum raris brevibus; valvula inferiore acuta mutica. ♃ Ins. Maclov.

B. Species Americae septentrionalis §. 10.

Caeterum species Europaeae: F. duriuscula *Lin.* F. elatior. *Lin.* F. pratensis *Huds.* et? F. rubra *Lin.*

157. F. MEXICANA. *R. S.* (Syst. 2. 732.) Caule retrorsum scaberrimo; foliis erectis vaginisque scabris; spiculis teretibus 6—11-floris; glumis 3-nerviis; valvula inferiore superne nervosa scabra acutata; arista glumis breviore; valvula superiore nervo marginali superne longe ciliata. F. scabra *Lagasc.* Brachypodium mexicanum *Link* H. Ber. I. 41. Triticum scaberrimum *Tausch* Flora 1837. p. 118. ⊙ Mexico.

158. F. WILLDENOWIANA. *Schult.* (Mont. 3. 650.) Foliis linearibus angustissimis; panicula nutante pauciflora, radiis flexuosis; spiculis strigoso-hispidis aristatis. F. mexicana *Spr.* Syst. I. 356. Mexico.

159. F. CAROLINIANA. *Steud.* Culmo erecto cum foliis vaginisque (vix ore pilosis) glaberrimis glaucescentibus; foliis planis angustissimis sursum convolutis (culmeis 4—5″ longis, vix ½‴ latis); ligula margo ciliaris; panicula erecta subracemosa; radiis solitariis alternis erectis paucifloris; spiculis pedicellatis sub-5-floris; glumis inaequalibus membranaceis subpellucidis enerviis quam flosculi multo brevioribus; valvula inferiore enervia, dorso ad medium margineque ciliata, apice bifido dentata et infra lacinias utrinque dente minimo notata. *Bosc.* legit in Carolina.

160. F. NUTANS. *Willd. Spr.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici tereti (3-pedali); foliis planis linearibus elongatis (1′ longis, 2‴ latis) nervosis subglabris; ligula brevi obtusa; paniculae laxae diffusae radiis subbinis remotis elongatis angulatis scabris sursum spiculiferis; spiculis ovatis 3—5-floris; glumis lanceolatis acuminatis, superiore 3-nervia; valvula inferiore coriacea ovato-lanceolata obtusa vel abrupte acuminata, nuda obscure 5-nervia; superiore subaequali apice bifida. *Torr.* Fl. Newyork. II. t. 158. F. obtusa *Spr.* ♃ Am. sptr.

161. F. FASCICULARIS. *Lam.* (Ill. I. p. 189.) Radice fibrosa; culmo basi procumbente geniculato ramoso (pedali); foliis culmo longioribus planis angustis 5-nerviis apicem versus subulatis subscabris; ligula membranacea laciniata; paniculae subsecundae erectae radiis patentibus ramosis spicaeformibus; spiculis secundis brevi pedicellatis teretibus 5—10-floris; glumis lineari-lanceolatis acuminatis uni-nerviis carina scabris, superiore triplo longiore; valvula inferiore lanceolata acuminata, basi margine villosa arista ipsam aequante terminata. F. procumbens *Mhlbrg.* Descr. p. 160. Diplachne fascicularis *Beauv.* Agr. t. 16. f. 9. Leptochloa polystachya *Kunth.* supl. t. XVI. f. 2. ⊙ Am. septr.

162. F. CLANDESTINA. *Mhlbrg.* (l. c. 162.) Culmo glabro (7—9-pollicari); foliis linearibus nervosis; vaginis elongatis; ligula acuminata; paniculae partim vaginae inclusae radiis solitariis simplicibus; spiculis sessilibus et pedicellatis 10-floris; valvula inferiore brevi aristata, superiore minore apice bifida. Am. sptr.

163. F. NEOGAEA. *Steud.* Radice fibrosa; subrepente; culmo validulo laevi glabro (2-pedali) foliato; foliis inferioribus brevibus, superioribus elongatis planis lineari-lanceolatis brevi-acutatis (7—9″ longis, 2—2½‴ latis) striatis laevibus glabris margine vix scaberulis; ligula truncata brevi validula; panicula erecta subcontracta (5-pollicari), radiis semiverticillatis maxime inaequalibus erectis vel erecto-patulis laevissimis; spiculis compressis spadiceis pubescentibus subpatulis 4—6-floris; glumis ovato-lanceolatis parum inaequalibus flosculis brevioribus; valvula inferiore indistincte 5-nervia (nervis evanescentibus), ciliata; rhacheola praesertim ad flosculorum insertionem fasciculato-pilosa, pilis brevibus. Arundo — Hrbr. *Lenormand* lecta 1828 a *J. M. Despreaux* in Terra nova.

164. F. POAEOIDES. *Michx.* (Fl. Am. 67.) Glaberrima; culmo geniculato subbinodo; foliis planis; paniculae subconfertae radiis inferioribus simplicibus; spiculis oblongis proxime alternis subsessilibus 9—10-floris muticis. (Species *Purshio* dubia, a *Torreyo* omnino neglecta.) ♃ Ad fluv. Laurent.

165. F. SPICATA. *Pursh.* (Fl. I. 83.) Culmo foliisque glabris; spiculis alternis sessilibus erectis sub-5-floris subulatis glabriusculis; aristis longis scabris. (Species a *Torreyo* et *Grayo* neglecta.) Missouri. Columbia.

166. F. PARVIFLORA. *Ell.* (Bot. I. 170.) Panicula subaequali gracili adpressa; spiculis tereti-subulatis 5-floris aristatis; calycibus muticis. ♃ Am. septr.

167. F. GLABRA. *Spr.* (Syst. Veget. I. 353.) Foliis rigidiusculis setaceo-filiformibus vaginisque glaberrimis; paniculae patentis radiis secundis; spiculis 6-floris muticis. Longisland.

168. F. SUBULATA. *Bong.* (Obs. veget. Ins. Sitcha 56.) Radice fibrosa vel subrepente; culmo elato (6-pedali); foliis omnibus planis sublanceolato-linearibus (2—3‴ latis); ligula breviter aurita; panicula flaccida laxa rara (pedali); spiculis sub-5-floris (fuscescendo-viridibus); flosculis lanceolato-linearibus angustissimis subobsolete nervosis, arista ipsis aequali vel longiore. ♃ Ins. Sitcha.

169. F. VILLIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi geniculato erecto (subpedali) glabro; vaginis demum membranaceis rugulosis solubilibus; ligula biaurita; foliis convoluto-filiformibus laevibus rigidiusculis; panicula racemoso-contracta, radiis solitariis simplicibus erectis; spiculis brevissime pedicellatis 3—5-floris; glumis inaequalibus lanceolatis acutis glabriusculis; valvula inferiore tota villoso-hirta aristata; arista ipsa duplo breviore. Labrador.

170. F. BREVIFOLIA. *R. Br.* (*Parr.* voy. app. 189.) Foliis setaceis vaginisque laevibus, culmeo supremo multoties breviore vagina sua laxiuscula; racemo subsimplici erecto; flosculis teretibus supra scabriusculis arista duplo longioribus. F. ovina *Lin.* forsan var. *R. Br.* ♃ Ins. Melville.

C. Africanae. §. 10.

Huc etiam F. repta trix nr. 206.

171. F. CAPRINA. *Nees.* (Fl. Afr. 443.) Culmo teretiusculo striato infra paniculam scabro; ligula brevissima auriculata; foliis scaberrimis, radicalibus complicato-filiformibus, culmeis angustissime linearibus convolutis; paniculae secundae contractae radiis alternis supra basin divisis; spiculis oblongis 5-floris scabriusculis; glumis subaequalibus oblongo-lanceolatis; valvula inferiore obsolete 5-nervia apice ad basin aristae ipsa duplo breviore bidenticulata. F. ovina *Lin.* proxima an var.? ♃ Afr. austr.

172. F. SCABRA. *Vahl.* (Symb. 2. 21.) Radice fibrosa crassa; culmo erecto tereti (1—2-pedali), basi plurivaginato, apice nudo; ligula speciosa membranacea alba obtusa (mox) bifida; foliis culmum subaequantibus planis linearibus rigidis scaberrimis raro villosis (1—3‴ latis quandoque convolutis); paniculae subspiciformi-contractae erectae subsecundae radiis 1—2-nis (prope aut ab ipsa) basi divisis adpressis densifloris; spiculis ovatis vel oblongis 3—9-floris scabris; valvula inferiore convexa 5-nervia juxta apicem bidentatum brevissime mucronata raro mutica. F. aspera *Poir.* ♃ Afr. austr.

173. F. COSTATA. *Nees.* (l. c. 447.) Radice valide fibrosa; culmo simplici erecto (1½—3-pedali) superne tereti, striato laevi; vaginis radicalibus in fibras solutis; ligula membranacea ovata obtusa demum lacera; foliis planis utrinque attenuatis (1—1½′ longis, 2—4‴ latis, quandoque convolutis) supra sulcatis subtus laevibus; paniculae laxae patentis (½—1-pedalis) radiis elongatis geminis laeviusculis a medio divisis flexuosis; spiculis oblongis compressis 4—5-floris; flosculis alternis dissitiusculis coloratis (viridi-luteo-purpureoque-variis); valvula inferiore; ex apice bidente breviter setigera. ♃ Afr. austr.

174. F. INTERRUPTA. *Desf.* (Fl. atl. I. 89.) Culmo filiformi erecto (2-pedali) superne tetragono glabro; foliis planis glabris, superioribus angustis; spica gracili (6—8-pollicari) secunda laxa interrupta; spiculis glabris oblongis distantibus in pedicellis brevibus vel subsessilibus rhachi adpressis; sub-5-floris; glumis subulatis subaequalibus; valvulis acutis. Barbaria.

175. F. PATULA. *Desf.* (l. c.) Culmo recto laevi tereti (2—3-pedali); paniculae amplissimae laxae patulae radiis 2-nis angulatis (2-pollicaribus et ultra) superne ramosis; spiculis glabris pedicellatis sub-5-floris; glumis acutis inaequalibus carinatis; valvula inferiore majore acuminata. ♃ Barbaria.

176. F. ORANENSIS. *Steud.* Rhizomate perpendiculari fibris intricatis flavidis densissime vestito; culmo basi plus minus geniculato adscendente firmulo tereti striato laevi (1½—2½-pedali) cum vaginis foliisque glabris; his omnibus planis, radicalibus vel culmi inferioribus angustioribus vix vero convolutis (¼—½‴ latis) culmeis laxioribus (1—1½‴ latis, 4—10″ longis) utrinque nervosis nervis praesertim medio albidis, margine scabris; panicula erecta contracta (subspicaeformi interrupta), radiis subbinis inaequalibus paucispiculatis a basi floriferis; rhachi rhacheolisque puberulis; spiculis compressis viridibus coerulescenti variis 5—7- (raro in speciminibus minoribus 3-) floris; glumis muticis cum valvulis inferioribus conformibus 3—5-

nerviis tenuissime puberulo scabriusculis quibusdam (in eadem spicula) brevissime aristulatis, aliis obtusiusculis subbifidis. F. coerulescens *Un. Agric.* du Sig. vix sequens. Prov. Oran. Afr. sptr.

177. F. TRIFLORA. *Desf.* (l. c. t. 20.) Culmo recto subcompresso (2-pedali) folioso; fol is planis glabris acutis margine asperis; paniculae laxae elongatae nutantis radiis gracilibus flexuosis ramosis; spiculis oblongis teretibus 3—4-floris; glumis ovatis acutis subaequalibus; valvulis longioribus acutis glaberrimis muticis. Barbaria.

178. F. COERULESCENS. *Desf.* (Fl. Atl. 1. 87.) Tota glabra; culmo erecto (2-pedali); foliis numerosis ad basin culmi firmis angustatis elongatis rigidis, altera pagina striatis nervo medio albo, altera laevibus; paniculae secundae coarctatae (2—3-pedalis) radiis brevibus erectis; spiculis subtrifloris; glumis coerulescentibus oblongis acutis subaequalibus; flosculis muticis. F. elatior *β. Poir.* it. ♃ Barbaria. (cfr. supra F. bulbosa.)

179. F. ABYSSINICA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. 410.) Radice longe fibrosa; culmo erecto basi geniculato simplici ($2^1/_2$—3-pedali) tereti striato glabro; foliis planis angustissimis (radicalibus 7—12-pollicaribus, $^1/_2$—$^3/_4$''' latis) laevibus glabris; vaginis subtumidulis; ligula brevissima dentata; paniculae contractae simplicis (3—4-pollicaris) radiis solitaris vel binis erectis adpressis inaequalibus altero brevissimo fere a basi racemoso-floriferis; spiculis oblongis sessilibus sub-3-floris; glumis subpellucido membranaceis spiculas subaequantibus ovatis acutis brevissime setuloso-asperis 3—5-nerviis; valvula inferiore coriacea apice membranacea tenuissime adpresse pubescente, apice acuta vel brevissime mucronata. Variat: paniculae radiis majoribus, spiculis brevi pedicellatis *Rich.* Fl. Abyss. II. 432. ♃ Abyssinia.

180. F. SIMENSIS. *Hochst.* (l. c. nr. 684.) Radice fibrosa; culmo geniculato erecto ($1^1/_2$—3-pedali) foliato glabro; vaginis subtumidulis striatis glabris; foliis elongatis planis flaccidis linearibus (1' longis et ultra, 1—2''' latis) glabris scabriusculis; ligula membranacea brevi; paniculae flaccidae, basi vaginatae, contractae nutantis radiis binis supra basin floriferis; spiculis remotiusculis brevi pedicellatis teretiusculis linearibus demum apertis subcompressis 4—6-floris; glumis inaequalibus lanceolatis acutis brevibus; flosculis subdistantibus; valvula inferiore glabra lucida (sub lente valida puncticulato-puberula 5—7-nervia) ex apice brevissime bidenticulato aristata, arista ipsam subaequante. *Rich.* l. c. 433. ⊙ Abyssinia.

181. F. RESTITUTA. *Steud.* Radice fibrosa; foliis basi caespitosis linearibus angustis glabris; culmo erecto (4-pollicari usque ultra pedali); ligula membranacea brevissima; vaginis glabris; panicula laxa racemosa contracta (2—6-pollicari); glumis inaequalibus, inferiore quam superior duplo — quam spiculae pedicellatae demum laxe 6—10-florae multo breviore; flosculis ipsis in spicula pedicellatis; valvula inferiore 3—5-nervia tenuissime adpresse setulosa, ex apice integro membranaceo aristata, arista ipsa valvula parum breviore. F. simensis *β.* lucidula *Hochst.* nr. 684. 1384. Hrbr. un. it. F. Schimperiana *Rich.* l. c. 433. Abyssin.

182. F. RIGIDULA. *Steud.* Radice fibrosa; culmis subcaespitosis teretibus rigidulis (6—12'' altis) glabris laevibus; foliis anguste-linearibus vel subconvolutis brevibus (1—$3^1/_2$'' longis, vix $^1/_2$''' latis) glabris; ligula membranacea exserta subbiaurita; panicula rara subracemosa 4—10-spiculata; spiculis turgidulis 4—6-floris; glumis parum inaequalibus concavis ovatis acutis flosculos inferiores subaequantibus; valvula inferiore concava ovata tenuissime adpresse scabriuscula, apice integro in aristam rigidulam ipsa plus duplo breviorem producta. F. simensis var. lucidior *Hochst.* in Hrbo. a *Schimpero* Argentorat. misso, nec praecedens. Abyssinia.

183. F. QUARTINIANA. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 435.) Culmo basi repente subterraneo; ramis erectis (pedalibus); foliis mollibus vaginisque striatis pubenti-pilosis; ligula membranacea oblonga obtusa integra; spiculis 5—6-floris oblongis sessilibus 5—6-spicam dissitifloram efformantibus; gluma exteriore oblonga acuta 5-striata pubente brevi; interiore duplo longiore; valvula exteriore dense pubente convoluta acuta et sensim apice in aristam subulatam rectam robustam desinente; valvula interiore oblonga obtusa nervo marginali circumdata, approximato-ciliata. Prov. Chiré Abyssin.

184. F. DUBIA. *Rich.* (l. c.) Culmis foliisque basi caespitosis; foliis brevibus linearibus angustissimis marginibus saepe revolutis et ideo subulatis, pilosis; ligula pilosa; vaginis glabris; spiculis sessilibus elongatis angustis 6—8-floris alternis, spicam longam disticham efformantibus: gluma exteriore lanceolata angusta acuta dimidio breviore, interiore lanceolata acutissima scabra; valvula exteriore lanceolata 3-nervia apice bifida, nervis lateralibus aliquando apice in setulam longiorem subulatam abeuntibus. An potius Tripogonis species? Abyssin.

185. F. MACROPHYLLA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 688.) Culmo erecto tereti glaberrimo (4-pedali et ultra); foliis albo-glaucescentibus sub-convolutis longissimis (2—3-pedalibus) scabriusculis; ligula vix ulla nisi vaginae os utrinque auriculatum; paniculae elongatae (pedalis) contractae flaccidulae radiis solitariis vel binis inaequalibus erectis; supra basin floriferis racemosis; spiculis subtrifloris; glumis lanceolatis acutis; flosculis subdistantibus, valvula inferiore glabra margine scabra obscure 5-nervia, ex apice integro vel vix conspicue denticulato aristata; arista valvula breviore, valvula interiore fere aequilonga *Rich.* l. c. 434. ♃ Abyssin.

186. F. TENERIFFAE. *Roth.* (N. pl. spec. 78.) Culmo adscendente erecto striato versus basin geniculato ramoso (pedali); foliis linearibus planis siccitate convoluto-subulatis; ligula ovata obtusa exserta; paniculae secundae oblongo-ovatae (2-pollicaris) contractae radiis geminis dichotomis paucifloris cum rhachi triquetris; pedunculis alternis compresso-dilatatis truncatis monostachyis; spiculis lanceolatis sub-8-floris scabriusculis; glumis lineari-lanceolatis valvulisque carina et margine serrulatis; valvula inferiore apice in aristam ipsam aequante — interiore dimidio minore in aristulas 2 brevissimis terminata. Teneriffa.

187. F. SMITHII. *Kunth.* (Gram. I. 133.) Foliis convolutis culmum superantibus; paniculis arctis; spiculis teretibus 3—4-floris; glumis acutiusculis; valvulis acutatis subaristatis. F. maritima *C. Smith* in *Buch.* Ins. Can. 139. Ins. Fortunatae.

188. F. DONAX. *Lowe.* (Acta Combr. IV. 1. 9.) Radice fibrosa; culmo 3—4-pedali vaginisque glabris; ligula exserta ovata acuta; foliis omnibus planis elongatis acuminatis margine scabris; paniculae longae diffusae subsecundae nutantis radiis elongatis flexuosis; spiculis 3-floris lineari-lanceolatis glomeratis; flosculis glabris linealibus muticis. ♃ Madera.

189. F. ALBIDA. *Lowe.* (l. c.) Dense caespitosa; culmo superne vaginisque pubescentibus; ligula abbreviata; vaginarum ore ciliato; foliis conduplicatis elongatis scaberrimis serrulatis; paniculae lanceolatae elongatae contractae erectiusculae rhachi radiisque pubescentibus; spiculis puberulis bifloris (cum rudimento flosculi tertii); flosculis calyce longioribus muticis. ♃ Madera.

190. F. SCABRIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto foliato ($^1/_2$—1-pedali) cum vaginis striatis foliisque glabris, his planis linearibus acuminatis (3—4'' longis, $^1/_2$—1''' latis); ore vaginarum arido-membranaceo ligulam continuante; panicula subracemoso contracta; radiis brevibus superne pullis spiculis nempe sessilibus; glumis inaequalibus tenuibus acutis laevibus; flosculis sub-7-nerviis

imbricatis; valvula inferiore oblongo-lanceolata puncticulato-scaberrima acuta mutica. Ins. Canar.

191. F. BORBONICA. *Spr.* (Syst. I. 352.) Foliis setaceo-capillaribus; paniculae strictae radiis scabris; pedicellis incrassatis; spiculis sub-6-floris longe aristatis. Ins. Mascar.

D. Species Novae Hollandiae. §. 11.

192. F. PLEBEIA. *R. Br.* (Prodr. I. 178.) Culmo tereti; foliis involutis articulo brevioribus vaginisque laevibus; ligula bipartita; panicula racemosa secunda; spiculis 8—10-floris laevibus aristatis. N. Holl.

193. F. TRITICOIDES. *Steud.* Culmo erecto vaginato foliato cum vaginis foliisque glaberrimis glaucis; vaginis longis striatis totum culmum tegentibus; summa ampliata paniculae basin fovente; ligula membranacea brevi obtusa subcrenata; foliis convolutis rigidis culmum (pedalem et ultra) superantibus; panicula simplici, radiis erectis rhachi subadpressis simplicibus (vel in vegetioribus) ramulosis, spiculis brevi pedicellatis magnis ($^1/_2$-pollicaribus) 3—5-floris; glumis ovatis concavis subaequalibus 5-nerviis margine membranaceis flosculum infimum subaequantibus; flosculis basi (quandoque stipite brevi accessorio) pilosis, valvulisque ipsis praesertim ad nervos pilosis; valvula inferiore 7- (quandoque nervis sursum evanescentibus 9-) nervia, ad nervos praesertim pilosa, sursum glabrescente apice subtruncato mutico subdentato ciliato; valvula superiore aequilonga 2-carinata margine inflexa undique pilosula. Triticum refert et foret nisi spiculae pedicellatae. Hrbr. *Drummond* coll. V. nr. 150. N. Holl.

194. F. COOKII. *Hook.* (Antarct. voy. p. 382. t. 139.) Radice longe descendente fibrillifera; culmo prostrato vel repente, adscendente (subpedali) foliato; foliis planis vel carinatis lanceolatis striatis glabris distichis culmum superantibus; panicula erecta pyramidato-contracta (2—5-pollicari); radiis subverticillatis 4—5-nis inaequalibus divisis; spiculis lato-ovato-oblongis 3—4- (in meo spicimine 6—10-) floris subpatulis; glumis subaequalibus ovato-lanceolatis acuminatis; valvula inferiore extus praesertim basi piloso-pubescente 3—5-nervia subsetoso-acuminata longiore quam interior tenuiore apice bicuspidata. ♃ Ins. Aukland.

195. F. SCOPARIA. *Hook.* (l. c.) Radice valida fibrosa; culmo erecto glabro laevi (pedali) foliis convolutis rigidulis longissimis (culmum duplo superantibus) laevibus; paniculae contractae radiis suberectis scaberrimis laxefloris; spiculis patentibus albifloris; glumis flosculos subaequantibus cum valvulis nervosis scaberrimis lanceolatis acuminatis. Ins. Aukland.

E. Species Asiaticae. §. 12.

196. F. PAUCIFLORA. *Thunb.* (Fl. Jap. 52.) Culmo tereti striato erecto (2-pedali); foliis linearibus striatis tenuissime cum vaginis villosis; paniculae patentissimae amplae radiis capillaribus flexuosis striatis glabris; spiculis pedicellatis sub-4-floris longe aristatis. Japonia.

197. F. MISERA. *Thunb.* (l. c.) Culmo decumbente geniculato sursum erecto ($1^1/_2$-pedali); foliis ensiformibus (digitalibus) glabris; panicula subspicato coarctata subsecunda glabra; spicis paucifloris; glumis scabris aristatis. Japonia.

198. F. REMOTIFLORA. *Steud.* Culmo erecto tereti vaginato striato cum nodis vaginis foliisque tenui pubescentibus, his angustis linearibus elongatis (ultra pedalibus, 1''' vix latioribus); ligula membranacea arida; panicula elongata subcontracta ($^1/_2$—1-pedali); radiis 2—4-nis rigidulis capillaribus inaequalibus scaberrimis rectiusculis pauci- (2—4-) spiculatis; spiculis gracilibus 4—8-floris scabriusculis; glumis anguste lanceolatis carinatis carina scabris; inferiore quam superior duplo, hac flosculis pluries breviore; flosculis in rhachi asperula fragili remotiusculis; valvula exteriore scabra 3—5-nervia in aristam ipsa breviorem attenuata, inferiore hyalina angustiore breviore margine subciliata. An F. pauciflora *Thunb.?* ab autore incomplete descripta? Ex hrbo. Musei Lugd. Bat. Japonia.

199. F. COMPATA. *Russel.* (Beschrb. von Aleppo.) Panicula spicata lobata; spiculis subsexfloris; valvulis corollinis omnibus glabris aristatis; aristis subdorsalibus. Syria.

200. F. GLOMERATA. *Russel.* (l. c.) Panicula spicata lobata, spiculis subquadrifloris; valvulis corollinis exterioribus omnibus hispidulis aristatis; aristis subdorsalibus. Syria.

201. F. ALTAICA. *Ledeb.* (Ill. t. 228.) Radice repente; culmo erecto glabro ad medium foliato (usque 3-pedali); foliis omnibus subinvolutis elongatis; basi vaginis laxis submembranaceis insidentibus; ligula brevissima; paniculae rarae radiis subsolitariis, paucis spiculatis, subnutantibus; spiculis 3—5-floris ovatis patulis aureo-violaceo et albido pulcherrime variis; glumis inaequalibus membranaceo-subpellucidis flosculis duplo brevioribus; valvula inferiore distincte 5-nervia tenuissime adpresso setulosa, flosculo summo incompleto. Festucae pulchellae et spadiceae quoad flores affinis. (Sec. spec. a. *Turtczaninowio* communicatum.) Sibir. altaica.

202. F. THUNBERGII. *Kunth.* (Gram. 133.) Spicula triflora; flore summo tabescente stipitiformi; glumis 2 muticis, inferiore minore; valvula inferiore apice bicuspidata inter cuspides aristata; superiore bicarinata, ovario glabro; squamulis integris glabris. Agrostis ciliata *Burm.* herb. (vix *Thunb.*) Japonia.

203. F. INDICA. *Retz.* (Observ. IV. 21.) Culmo in humidis erecto, in siccis procumbente uti tota planta coerulescenti-viridi; panicula contracta erecta (dimidia parte simul florente et patente, dein contracta florente altera); spiculis compressis sub-6-floris subaristatis. Diplachne indica *Spr.* Digitaria malabarica *R. S.* Melica diandra *Roxb.* Poa malabarica *Lin.* sc. *Rhaed.* Mal. XII. t. 45. Ind. or.

204. F. NUBILA. *Jungh.* Culmo infra paniculam foliisque sulcatis, his filiformi-capillaceis dense caespitosis; ligula exserta biloba; panicula contracta angusta racemoso-composita erecta; spiculis oblongis quadrifloris; flosculis subdistantibus nitidulis scabris brevi-aristatis. Festucae duriusculae et ovinae affinis, sed habitu diversissimo *Nees* mpt. ♃ Mons Merbabu Javae.

205. F. NUBIGENA. *Jungh.* (in Hrbo. *Zolling.* nr. 575. z.) Radice fibrosa tomentosa, caespitifera; culmo erecto tereti tenui laevi (pollicari et ultra); foliis in fasciculis radicalibus angulato- vel sulcato-filiformibus laevibus glabris; vaginis apice (potius quam ligula, quae vix ulla) breviter et obscure bifidis; foliis culmeis similibus; panicula contracta racemosa erecta; spiculis subpatulis 4—5-floris, flosculis teretibus scabriusculis brevi aristatis. An eadem ac praecedens. In monte Penarja 8200′ alto Javae.

206. F. REPTATRIX. *Lin.* (Spec. 108.) Radice longissime repente foliorum rudimentis vestita; culmo erecto ($1^1/_2$-pedali); foliis involuto-filiformibus; paniculae oblongae radiis simplicibus alternis secundis; spiculis subsessilibus lanceolatis 6-floris acuminatis muticis. ♃ Arabia. Palaestina.

F. Species quoad patriam vel omnino minus notae. §. 13.

207. F. ALIENA. *Spr.* (Syst. I. 356.) Foliis flaccidis angustissimis; panicula simplicissima nutante pauciflora; spiculis sub-5-floris lanceolatis; flosculis remotiusculis glabris margine serrulatis; aristis rigidis elongatis. F. capillatis *Willd.* hrbr. — —

208. F. BRACTEATA. *Dec.* (Cat. H. monsp. 111.) Foliis planis; paniculae erectae patentis radiis semiverticillatis simplicibus inaequalibus scabris; bractea pedicellorum fasciculo subjecta; spiculis 7—8-floris; valvula inferiore apice multinervia aristata. ♃ — —

209. F. LATIFOLIA. *Dec.* (l. c.) Foliis planis retror-

sum scabris; ligula exserta; paniculae erectae elongatae sublaxae radiis geminatis glabriusculis ramosis; spiculis 6—7-floris; axi glabro flexuoso, valvula inferiore subtereti acutissima subenervia. ♃ —

210. F. CONVOLUTA. *Kunth.* (En. I. 393.) Radice fibrosa; foliis glaberrimis involuto-setaceis rigidis glaucis; panicula subcontracta; spiculis linearibus 6—8-floris; flosculis basi liberis obtusis. Poa convoluta *Hornm.* H. Hafn. 2. 953. ♃ —

211. F. DACTYLOIDES. *Sbt. Sm.* (Fl. graec. t. 81.) Culmis erectis pedalibus; foliis planis patentibus; panicula spicata ovata coarctata; spiculis secundis pubescentibus 9—10-floris, glumis omnibus carinatis scabris. An Dactylis puugens *Desf.?* Ins. Archipel.

Sectio V. Brachypodium. *Beauv.* Racemus simplex vel spica; glumae plurinerviae, valvula superior margine setulis rigidis pectinato-ciliata. §. 14.

212. F. GRACILIS. *Moench.* (Meth. I. 191.) Radice fibrosa; culmo erecto gracili tereti (2-pedali et ultra) ad nodos pubescente; foliis planis patentibus mollibus lanceolato-linearibus flaccidis; ligula exserta obtusa ciliata; racemo spicato subnutante (1½—2-pollicari); rhachi flexuosa hispidula; spiculis remotiusculis erectis subsessilibus teretiusculis demum compressis 5—9-floris; glumis 5—7-nerviis; valvula inferiore aristata; arista florum superiorum quam valvula longiore. Bromus sylvaticus *Poll. Host* Gram. I. t. 21. *E. B.* t. 729. Bromus pinnatus *Fl. dan.* t. 164. (*β. Lin.*) ♃ Europ. Sibir.

213. F. PINNATA. *Moench.* Radice fibrosa; culmis teretibus glabris (1½—2-pedalibus, uti tota planta flavido viridibus); foliis erecto-patentibus linearibus acuminatis planis firmis scabris; ligula vix exserta obtusa ciliata; rhachi flexuosa hispida; racemo spicato erecto (1½—2-pedali); spiculis remotiusculis linearibus subteretibus demum compressiusculis 7—11-floris glabris vel villosulis; glumis lanceolatis acutis inaequalibus, majore 7-nervia; flosculis arcte imbricatis; valvula inferiore apicem versus 5-nervia aristata, arista valvula brevioribus. Brachypodium pinnatum *Beauv.* Agr. t. XIX. f. 3. Bromus pinnatus *Lin. Host* Gram. I. t. 22. Triticum pinnatum *Moench. Kunth.* Supl. t. 35. Bromus ruperstris *Host* Gram. IV. t. 18. ♃ Europ. Asia.

214. F. SCABERRIMA. *Nees.* (mpt. sub: Brachypodium.) Culmo sursum — foliis linearibus planis angustis retrorsum scaberrimis; ligula truncata, nodis sericeis; racemo spicato subnutante oligostachyo; spiculis 5—6 remotiusculis erectis; setis subaequalibus flosculo suo brevioribus; glumis obtusiusculis. Schedonorus bromoides *Wight* hrbr. (ex parte.) Penins. Ind. or.

215. F. TERTIA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo geniculato striato (pedali et ultra) cum nodis vaginisque glabris; ligula brevissima truncata; foliis lanceolatis acuminatis scabris strictiusculis (3—6″ longis, usque 2‴ latis); spica simplici (2—4-pollicari); spiculis planis alternis sibi incumbentibus 5—9-floris; glumis quam spicae pluries brevioribus subaequalibus acutis 5-nerviis; valvulis glabris; inferiore basin versus laevi, superne 5-nervia margine tenui membranacea, arista ipsam aequante, superiore lineari-oblongo obtusa, margine rigide ciliata. Brachypodium *Zolling.* hrbr. nr. 40. Neque F. pauciflora uti in *Zoll.* hrbo. conjicitur, neque F. misera *Thunb.* videtur. Japonia.

216. F. NEPALENSIS. *Nees.* (l. c. sub: Brachypodium.) Culmo gracili laevi glabro; geniculis tenuissime sericantibus aut glabris; foliis scabris margine nudis; ligula exserta truncata; spica nutante; spiculis distantibus teretibus 6—8-floris glabris; valvulis acuminatis, inferiore 3- superiore 2-nervia, seta valvulam subaequante. *Royle* hrbr. nr. 151. 188. ♃ Nepal.

217. F. WIGHTIANA. (*Steud.*) Foliis linearibus latiusculis planis retrorsum — vaginis sulcatis sursum scaberrimis; ligula ovata biloba; panicula erecta aequali; radiis paucifloris patulis; spiculis ovato-lanceolatis coloratis. Schedonorus bromoides *Wight* hrbr. ex parte. *Nees* mpt. Ind. or.

218. F. MODESTA. *Nees.* (mpt. sub: Schedonorus.) Foliis planis margine scabris; panicula nutante, radiis radiolisque inferioribus geminis; spiculis lanceolatis compressiusculis 3—4-floris; rhachilla flexuosa dense strigosa; glumis flosculorumque valvula inferiore superne membranaceo-marginata ex apice subemarginato membranaceo mucronatis, his 5-nerviis scabriusculis. ♃ *Royle* hrbr. nr. 161. Nepal.

219. F. KINGIANA. *Endl.* (Prodr. Fl. Norf. p. 21. sub: Triticum.) Culmo vaginisque laevibus; spica elongata; spiculis alternis approximatis appressis sub-10-floris; glumis lanceolatis acutis vel obtusis flosculo triente brevioribus; valvulis pubescentibus scaberrimis, inferioris mucrone elongato superioris longitudinem triplo superante; squamis hypogynis bifidis. Ins. Phillips.

220. F. FLEXA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 456. sub: Brachypodium.) Radice fibrosa repente; culmo basi ramosissimo diffuso retrorsum scabro ad nodos villosulo; foliis linearibus planis acuminatis (3—4″ longis, 1—1½‴ latis), aut undique aut ad basin hirsutis; ligula brevi rotundata ciliolata; racemo spicato subnutante oligostachyo; rhachi rhachillisque flexuosis; spiculis 3—6 alternis teretibus apiceve flexuosis majoribus 7—16-floris; flosculis divergentibus; glumis 5—7-nerviis; valvula inferiore 7-nervia, setis valvula brevioribus superius gradatim minoribus. ♃ Afr. austr.

221. F. DIAPHANA. *Steud.* Radice longe fibrosa; culmo basi vaginis nudis subincrassato, supra basin ramoso, sursum tenerrimo ad nodos velutino pubescente, uti tota planta pallide glaucescente (2-pedali et ultra); foliis linearibus planis tenuibus subpellucidis nitidis glabris vel sparsim pilosis (3—5″ longis, 2—3‴ latis, ramorum minoribus); ligula exserta fissa; racemo simplicissimo: spiculis alternis brevissime pedicellatis oblongis pauci- (3—5-) floris; glumis inaequalibus 5—9-nerviis, inferiore latiore brevissime aristulata; valvula inferiore basi laevi supra 5—7-nervia, in aristam brevem terminata, superiore aequilonga obtusa. B. flexum var. abyssinicum *Hochst.* hrbr. un. it. nr. 674. 872. Triticum flexum *Rich.* Fl. Abyss. II. 440. ♃ Abyssin.

222. F. SCHIMPERI. (*Steud.*) Radice fibrosa; culmo erecto gracili simplici vel basi parum ramoso (pedali) cum vaginis foliis spiculisque tenui pubescenti-velutinis; foliis erectis lineari-lanceolatis acuminatis; ligula oblonga, membranacea denticulata, racemo paucispiculato; spiculis alternis remotiusculis 5—7-floris; glumis inaequalibus acutis 5—7-nerviis flosculis duplo brevioribus; valvula inferiore pubescente margine ciliata, obscure 5-nervia in aristam ipsam aequantem vel longiorem subrectam terminata, superiore aequilonga truncata ciliata *Rich.* l. c. Triticum Schimperi *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 59. ⊙ Abyssin.

223. F. CAESPITOSA. *Desf.* (Fl. atl. I. t. 24. f. 1.) Radice repente ramosa; culmo basi ramosissimo asperulo ad geniculos villosulo; foliis patentibus convoluto-angustissimis glaucis rigidis dorso scabris apice acutis vel obtusis callosis; vaginis scaberrimis; spica erecta simplici e spiculis 2—5 composita; spiculis oblongis subteretibus brevissime pedicellatis 6—15-floris; glumis inaequalibus acuminatis, exteriore 7- interiore 3—5-nervia; valvula inferiore convexa scabra aristata (in flosculo uno alterove inferiore mutica); arista valvula breviore. Bromus ramosus *Lin.* Bromus Pluckenetii *Host* Gram. IV. t. 19. Brachypodium Fontanesianum *Nees* Fl. Afr. 457. Festuca obtusiflora *Lagas.* Triticum obtusifolium *Boiss.* El. 66.? ♃ Eur. austr. Oriens. Afr. Ind. or.

224. F. GENUENSIS. *Pollin.* Radice repente; culmo laevi; foliis inferioribus planis, superioribus convolutis tenuissimis, omnibus subtus et margine pilosis; spiculis 2—3 alternis 8—10-floris, flosculis breviter aristatis. Triticum genuense *Dec.* Fl. fr. supl. 284. An a praecedente diversa? ♃ Genua.

225. F. PHOENICOIDES. *Lin.* Radice stolonifera arundinacea; culmo erecto laevi (2—4-pedali) simplici; foliis convolutis pungentibus erectis; spica simplici recta disticha; spiculis brevissime pedicellatis 10—20-floris; erectis; glumis inaequalibus acuminatis; valvula inferiore acuminato-aristata, arista valvula multo breviore. Triticum phoenicoides *Dec.* Fl. gal. VI. 284. An F. caespitosa *Desf.* var.? ♃ Gallia austr.

226. F. LITTORALIS. *Roem. Schult.* (Syst. I. 740. sub: Brachypodium.) Radice longissime repente; culmo simplici; foliis complicatis linearibus rigidis subpungentibus glaberrimis basi fusco maculatis; vaginis culmum fere ad paniculam usque tegentibus striatis fauce membranaceis; panicula contracta; spiculis compressis (½-pollicaribus) sub-5-floris; glumis subaequalibus carina scabris margine membranaceis laevibus; valvula inferiore mucronata aristata, apice subpubescente. An eadem ac praecedens? *Kunth.* ♃ Gallia. Hispan.

227. F. SUBTILIS. (*Steud.*) Radice repente tenuissima; culmis erectiusculis gracillimis apice saepe ramosis; foliis omnibus planis pilis longis ciliatis; spiculis in apice culmi et ramorum 2—4- erectis 10—12-floris; glumis subaequalibus flosculo (sine arista) paulo brevioribus 5-nerviis cuspidato-acuminatis; valvula exteriore 5-nervia aristata, arista scabra erecta quam valvula sublongiore; valvula inferiore aequilonga ciliata. Triticum tenue *Fisch. Mey.* Sem. H. Petr. 1845. Trachyria subtilis *Hort.* — —

228. F. TENOREANA. (*Steud.*) Culmo erecto simplici; foliis lanceolatis planis vel convoluto-subulatis distichis; vaginis margine glabris; racemo spicato erectiusculo; spiculis approximatis aristatis; aristis longitudine valvularum. Bromus loliaceus *Tenor.* in *R. S.* Syst. I. 740. Variat: spiculis muticis. F. Barrelieri *Tenor.* Prodr. 9. Brachypodium Barrelieri *R. S.* l. c. ⊙ Italia.

229. F. DISTACHYA. *Willd.* (En. 118.) Radice fibrosa tenui; culmo basi geniculato erecto (3—12-pollicari) glabro; foliis lineari-lanceolatis erecto-patentibus sparsim pilosis; vaginis glabris; ligula brevi truncata ciliata; spiculis geminatis (rarissime solitariis) vel ternis quin pluribus terminalibus 7—11-floris; glumis lanceolatis inaequalibus 3—7-nerviis glabris; flosculis dense imbricatis distichis; valvula inferiore multinervia pilosa margine ciliata, arista ipsa longiore terminata; interiore subaequilonga obtusa. Bromus distachyus *Lin. Host.* Gram. I. t. 20. Bromus ciliatus *Lam.* Festuca monostachya *Poir. Desf.* Atl. t. 24. f. 2. ⊙ Eur. Asia. Afr. sptr.

230. F. BREVISETA. *Dec.* (H. monsp. 153. sub: Triticum.) Culmo ab apice ad basin scabro; foliis glaucis subconvolutis; spiculis 5—6 alternis teretiusculis 20—30-floris; flosculis breviter aristato-mucronatis. ⊙ —

231. F. RIGIDO-ASPERA. (*Steud.*) Radice fibrosa; culmo a basi ad apicem scaberrimo; foliis planis; spiculis 1—3 alternis teretiusculis 6—8-floris; flosculis spiculae superioribus longe aristatis; inferioribus muticis. F. rigida *Roth.* Catal. I. 12. Triticum asperum *Dec.* l. c. ⊙ Hispania.

232. F. TAUSCHII. (*Steud.*) Culmo laevissimo; foliis ciliatis; spiculis 1—3 alternis terminalibus confertissimis lanceolatis multifloris; valvulis aristas vix aequantibus, interiore spinuloso-ciliata. (Spiculae duplo latiores, aristae et valvularum ciliae longiores quam in affini F. distachya.) Triticum flabellatum *Tausch.* Flora 1837. 117. ⊙ —

233. F. POLIENS. *Tausch.* (l. c. sub: Triticum.) Culmo crasso scaberrimo; foliis glabris saepe margine undulatis; spiculis 1—3—5 alternis terminalibus rhachi excavatae adpressis linearibus multifloris; valvulis tumidiusculis arista brevioribus, interioribus spinuloso-ciliatis. ⊙ —

Species indescriptae.

F. FRATERCULA. *Rupr.* (Bull. Brux. IX. 2. 236. Hrbr. *Galeotti* nr. 5738.) Mexico.

F. AMPLISSIMA. *Rupr.* (l. c. Hrbr. *Galeotti* nr. 5766.) Mexico.

DIARRHENA. *Beauv.* Panicula simplicissima contracta; spiculae teretes 2—5-florae (8—9-florae *Kunth*, multiflorae *A. Gray*); glumae duae inaequales acutae mucronatae; corolla cartilaginea; valvula inferior integra latior ovata dorso convexa superne trinervia cuspidata, superior angustior emarginata; stamina 2—3, stigmata 2 plumosa sessilia; ovarium stipitatum durum; squamulae duae conspicue ciliatae; semen oblongo-cylindricum.

1. D. AMERICANA. *Beauv.* (Agr. t. 25. f. 11.) Radice fibrosa stolones imbricatos agente; culmo erecto simplici elato (3—5-pedali), basi subarundinaceo, superne asperrimo; foliis caulinis lanceolatis longissimis (1½—2′ longis, 5—6‴ latis) striatis longe acuminatis, vaginisque inter strias pubescentibus vel glabratis, vaginis inferioribus superne solutis in pseudo-petiolum convolutis; ligula brevissima membranacea; paniculae pauciflorae radiis erectis, inferioribus bipartitis, superioribus simplicibus omnibus remotiusculis; spiculis teretibus subcurvatis acutis glabris. *Kunth* supl. t. 33. f. 2. Festuca diandra *Michx.* Fl. I. t. 10. Roemeria Zeae *R. S.* I. 287. Corycarpus arundinaceus *Zea.* Amer. sptr.

Forsan plures species sub unica latent; nunc spiculae 2—5, nunc 8—9-florae requiruntur. *Torrey* (Fl. Am. 124.) folia radicalia in suis speciminibus vidit, in nostris a beato *Frankio* in civitate Ohio lectis tantum caulina observantur.

NEPHELOCHLOA. *Boiss.* Panicula; spiculae 5—6-florae distichae; glumae duae inaequales quam flosculi breviores oblongae concavae acutiusculae; valvulae duae, inferior oblonga concava superne scariosa bifida, dentibus triangularibus acutis laceris, superior bicarinata breviter bidentata; squamulae duae basi connatae carnosulae; stamina tria, antherae utrinque bifidae; ovarium glabrum subrotundum; styli duo apicales; stigmata aspergilliformia plumosa, pilis crassidentatis.

1. N. ORIENTALIS. *Boiss.* (Diagn. V. 73.) Radice brevi fibrillosa; culmo tenui (½—1-pedali) inferne foliato; foliis anguste linearibus demum convolutis ad nervos scabridis; ligula fimbriato-lacera; paniculae (4—5-pollicaris) radiis verticillatis capillaribus scabridis. ⊙ Caria.

Nephelochloae species: persica; soongarica et altaica *Ledeb.* Fl. Ross. IV. p. 366. vid. sub: Poa et Glyceria.

HEMIBROMUS. *Steud.* Panicula racemosa; spiculae multiflorae; flores distichi; glumae flosculis multoties breviores; valvulae duae, exterior late ovata margine (certe apice) hyalina mutica, multinervia amplectens interiorem angustiorem herbaceam margine bicarinatam apice setuloso bifidam; stamina tria, ovarium subpyramidatum apice pilis intricatis stylum brevem bifidum sublateraliter erumpentem obvolventibus; caryopsis — ?

1. H. JAPONICUS. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo simplici erecto foliato (plus minus pedali) cum tota planta glabro, subgeniculato, nodis rufescentibus; vaginis striatis internodiis aequalibus vel brevioribus; ligula oblonga vel lanceolata hyalina; foliis lanceolatis acutis quandoque subinvolutis (1½—3″ longis, ½—1‴ latis); spicis sessilibus

erectis vix patulis 6—12-floris, remotiuscule imbricatis; glumis obtusiusculis parvis (quandoque subcoloratis) obtusis; valvula inferiore apice hyalina, nervis 2 in apicem productis (membrana lucida oculos facile fugiente apicem bifidum mentientibus); inferiore angustiore distincte setuloso-bifida. Japonia.

BROMUS. *Lin.* Panicula diffusa laxa vel rarius conferta; spiculae tri- multiflorae; flores distichi; glumae inaequales flosculis breviores; valvulae duae herbaceae; inferior aristata dorso convexa apice saepe ad originem aristae — erectae vel recurvae — fissa; valvula superior bicarinata, carinis pectinato-ciliatis; squamulae duae glabrae integrae; stamina tria; ovarium apice pilosum in latere anteriore supra medium emittens stylos brevissimos; stigmata duo plumosa, caryopsis linearis.

Dispositio specierum.

I. Valvula exterior apice in setam elongata et in setas duas divisa. nr. 1—24.
II. Valvula exterior apice vel paulo infra in setam elongata integra vel in lobos obtusiusculos bifida, nec in dentes setosos soluta. nr. 25—76.
III. Valvula inferior longius infra apicem vel e dorso aristata.
  a. Panicula erecta. nr. 77—89. §. 3.
  b. Panicula nutans. nr. 90—112. §. 4.
IV. Species quoad affinitatem vel omnino minus notae. nr. 113—141.

Sectio I. Valvula exterior apice in setam elongata, et in setas duas divisa. §. 1.

1. B. STERILIS. *Lin.* Radice fibrosa tenui; culmo erecto gracili striato ($1^1/_2$—2-pedali) ad apicem usque folioso; foliis flaccidis angustis acutiusculis mollissime pubescentibus margine scabriusculis; vaginis villosis; ligula oblonga lacera; paniculae (spithamaeae) nutantis radiis subternis elongatis simplicibus uni- rarius bispiculatis; glumis inaequalibus lanceolatis scabris; flosculis 6—8 imbricatis; valvula inferiore 7—9-nervia, inter nervos subpubescente bisetosa, arista flosculo longiore. *Leers* t. 37. f. 4. *Host* Gram. I. t. 16. *E. B.* t. 1030. *Fl. d.* t. 1325. *Kunth* Supl. t. 31. f. 3. B. jubatus *Tenor.* sec. *Parlat.* ⊙ Europa. Oriens.

2. B. LONGIPILIS. *Kummer* et *Sendtner.* (Flora 1849 p. 757.) Radice annua; culmo scabro; foliis linearibus vaginisque pubescentibus ciliatis; ligula ovata protensa multifida; panicula subsecunda nutante, radiis semiverticillatis flexuosis; spiculis lineari-lanceolatis 3—7-floris villosis; valvula inferiore ex apice bipartito aristata 7-nervia, arista recta valvulam aequante; valvula superiore breviore carinis ciliata. B. sterilis *Lang — Lin.* var.? — ⊙ Hungar. Bosnia. Graecia.

3. B. AMPLUS. *C. Koch.* (Linn. XXI. 418.) Culmo glabro (3—4-pedali); panicula ampla laxa denique nutante; radiis asperrimis elongatis; flosculis elongatis asperis; valvula inferiore ex apice bifida saepe aristam aequante. In planitie Schirvan Caucas.

4. B. GLABERRIMUS. *C. Koch.* (l. c. 420.) Caespitosus glaberrimus; foliis linearibus, radicalibus partim angustioribus partim latioribus; ligula abbreviata; racemo brevi ex 2—4 verticillis composito, ex apice saepe nutante; spiculis coloratis sub-5-floris pedunculo curvato aut subnutanti insidentibus; valvula inferiore ex apice bifida brevi aristata superiorem aequante. Caucasia.

5. B. GRANDIFLORUS. *C. Koch.* (l. c. 419.) Glaberrimus; foliis caespitosis angustis ex parte inferiore involutis, caulinis latioribus; ligula brevi; racemo ex 5—8 spiculis subcernuis constante, pedunculis laevissimis; glumis subaequalibus, inferiore angustiore; flosculis 10 distantioribus; valvula inferiore 7-nervia ex apice bifida arista recta paulo breviore, germine lineari oblongo ex apice piloso. ♃ Caucasia.

6. B. TECTORUM. *Lin.* Radice fibrosa; culmo erecto vel basi procumbente glabro vel superne pubescente (plus minus pedali); foliis linearibus angustis flaccidis vaginisque molliter pubescentibus; ligula brevi obtusa; paniculae subsecundae laxiusculae radiis pubescentibus flexuosis subnutantibus 3—6-nis; spiculis lineari-lanceolatis denique superne latioribus; glumis lanceolatis acutis margine membranaceis inaequalibus; valvula exteriore lanceolata pubescente 7-nervia margine membranacea ex apice acute bipartita aristata; aristis rectis valvulam aequantibus vel superantibus. *Leers* t. 10. f. 2. *Host* Gram. I. t. 15. *Sibt.* Fl. graec. I. t. 82. ⊙ Europ. Asia. Afr. bor.

7. B. GENICULATUS. *C. Koch.* (l. c. 422. sub: Brachypodium.) Caule glabro laevi adscendente inferne geniculato; foliis pilosiusculis asperrimis; spiculis 5—7 erectis rhachi adpressis asperis flosculis etiam post anthesin imbricatis 3-andris; arista florum superiorum valvulam aequante vel superante. Sequenti similis dicitur. Provincia Eriwan.

8. B. RIGIDUS. *Roth.* (Catal. I. 17.) Radice fibrosa; culmo erecto tereti glabro apice pubescente (quandoque cum spiculis purpurascente, pedali); foliis lineari-lanceolatis acuminatis plus minus pubescentibus; ligula brevi obtusa; paniculae erectae primo contractae dein patentis radiis 1—2-nis rigidulis scabriusculis, apice unispiculatis; spiculis pedunculo longioribus, lineari-lanceolatis dein latioribus 5—9-floris; glumis lineari-lanceolatis acuminatis inaequalibus inferiore angustiore breviore; valvula exteriore lanceolata piloso-scabra margine membranacea 7-nervia, apice bisetulosa arista recta glumas aequante vel superante. B. rubens *Host* Gram. I. t. 18. ⊙ Eur. austr.

9. B. MADRIDENSIS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo erecto glabro vel apice pubescente (viridi plus minus pedali); foliis lineari-lanceolatis acuminatis pubescentibus; ligula brevi obtusa; paniculae erectae radiis 1—2-nis rigidulis scabriusculis apice unispiculatis; spiculis pedunculo longioribus sub-5-floris; glumis lineari-lanceolatis acuminatis inferiore angustiore breviore; valvula exteriore lanceolata scaberrima margine membranacea 5-nervia, apice bisetulosa, arista recta glumis subbreviore. Praecedentis vix nisi var. *Host.* l. c. t. 17. *E. B.* t. 1006. B. scaberrimus *Tenor.* sec. *Parlat.* ⊙ Eur. austr. Afr. bor.

10. B. RUBENS. *Lin.* Radice tenui fibrosa villosa; culmis caespitosis (6—9-pollicaribus) erectis teretibus; foliis anguste linearibus acuminatis vaginisque pubescentibus, ligula brevi lacera; panicula contracta ovata subfasciculata; spiculis subsex-floris lanceolatis breviter pedunculatis scabris villosis glabrisve, glumis inaequalibus acuminatis; valvula exteriore lanceolata 7-nervia margine scariosa breviter setuloso-bifida sub apice aristata, arista flosculo longiore. (Ex *Parlatore* N. pl. 71.) *Delil.* Aeg. t. 11. fig. 2. ⊙ Italia. Hispan. Aegypt.

11. B. FASCICULATUS. *Presl.* (Fl. sic. 45.) Radice fibrosa pubescente; culmis caespitosis simplicibus vel ramulosis ($^1/_2$—1-pedalibus) glabris; foliis anguste linearibus scabris glabriusculis; ligula brevi truncata lacera; panicula erecta stricta simplici fasciculata; spiculis angustis sub-12-floris subsessilibus erectis compressis (viridibus vel atrorubentibus); glumis inaequalibus acuminatis scabriusculis; valvula inferiore obsolete 5—7-nervia scabra apice setoso-bifida infra apicem aristata, aristis arefactione subintorto recurvis flosculo longioribus. ⊙ Sicilia. Sardinia.

12. B. SCOPARIUS. *Lin.* Culmo erecto (quam in praecedentibus) humiliore, glabro; foliis basi vaginisque margine ciliatis; panicula fasciculata; spiculis subsessilibus ovato oblongis subturgidis; glumis inaequalibus, majore ovata acuta mutica 7- minore 3-nervia; valvula exteriore ovato-oblonga obtusa margine et apice albomembranacea bidentata nervis ciliatis, arista infra dentes orta valvulae

longitudine demum divaricata. B. rubens *Cav.* Ic. I. t. 45. f. 1. cfr. B. alopecuroides. Hispania. Italia.

13. B. MAXIMUS. *Desf.* (Fl. Atl. t. 26.) Culmo erecto cum foliis vaginisque pubescenti-villosis; foliis lineari-lanceolatis acutis; ligula erecta fissa; paniculae erectae radiis sub-3-nis inaequalibus unispicatis villosulis brevioribus spica elongata lineari 6—9-flora; glumis inaequalibus fere totis membranaceis acuminatis; valvulis brevi-piloso-scaberrimis apice bifido-setosis, arista flosculum subaequante recta scaberrima (2-pollicari). B. madritensis *Cav.* Ic. 6. 67. non *Lin.* ⊙ Europ. austr. Afr. sptr.

14. B. ORANENSIS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis adscendentibus (pedalibus et ultra) vaginatis et foliatis; vaginis inferioribus dense pubescenti-pilosis, superioribus glabratis; ligula (ultra lineali) apice fissa, membranacea; foliis lineari-lanceolatis acuminatis stricto-patentibus tenuissime puberulis margine scabris; panicula erecta vel subnutante simplici; radiis subverticillatis 2—6-nis simplicibus vel 2—3-spiculatis; spiculis maximis (usque 2-pollicaribus, 12—24- et laxi-floris); subcompressis (minime teretibus) pubescenti-scaberrimis; valvula exteriore 3—5-nervia margine membranacea apice acute setuloso-bifida; arista valvulam superante recta rigida. B. megastachyus *Durando* Hrbr. Oran. (vix quoad descriptionem planta *Desfontaine.*) Prov. Oran Afr. bor.

15. B. PILOSUS. *Dietr.* (Lexic. I. 558.) Radice fibrosa caespitifera; culmo elatiore (2—3-pedali); foliis piloso-canescentibus; panicula densa nutante; spiculis oblongis sub-6-floris hirsutis longissime aristatis. B. maximus *Roth.* N. Beytr. I. 114. (non *Desf.*) ♃ Europ. austr.

16. B. GUSSONI. *Parlat.* (Pl. nov. 66.) Radice fibrosa subpubescente; culmo erecto aut adscendente (3—4-pedali) tereti striato glabro superne scabro villosulo; foliis late ($1^1/_2$—2‴) linearibus acuminatis scabris villosis; ligula lacero ciliolata; paniculae subcompositae ($^1/_2$—1-pedalis) laxiusculae apice nutantis radiis 4—5-nis semiverticillatis inaequalibus simplicibus vel divisis; spiculis crassis ($1^1/_2$-pollicaribus demtis aristis) sub-6-floris scaberrimis; glumis valde inaequalibus acuminatis nervo scabris; valvula inferiore profunde bifida; aristis rectis flosculo subduplo longioribus. B. maximus *Guss.* Fl. sic. I. 116. ⊙ Ital. infer.

17. P. ALOPECUROIDES. *Poir.* (Enc. supl. I. 703.) Culmo erecto subglabro ad nodos villoso ($1^1/_2$-pedali); foliis molliusculis villosis ciliatis; panicula conferta erecta rigida elongata; spiculis oblongis subsessilibus 12—15-floris (pollicaribus et ultra) pubescentibus; glumis inaequalibus acutis; valvula inferiore bifido-mucronato-aristata; arista rigida, inferne spiraliter torta, dein recta, flosculum aequante. B. contortus *Desf.* Fl. Atl. t. 25. B. scoparius *Guss.* (non *Lin.*) Serrafalcus contortus *Parlat.* Giorn. bot. I. 326. Serrafalcus scoparius *Parl.* pl. rar. Sic. 2. p. 19. Afr. bor. Sicil. (et si B. Alopecuros *Vahl.* omnino eadem spec.) Hispan.

18. B. ARDUENENSIS. *Kunth.* (Supl. t. 32. f. 2.) Radice fibrosa; culmo simplici striato (2—4-pedali) laevi ad nodos villosulo; foliis inferne glabris linearibus (8—10″ longis, 2—3‴ latis) margine scabris hirsutulis; paniculae subsecundae vel patulae cernuae (6—8-pollicaris) radiis 3—5-nis semiverticillatis scabris, spiculis compressis ovatis (pollicaribus) 8—12-floris scabris; glumis valde inaequalibus, superiore 9-nervia apice 3-dentata, vel ex apice brevissime bidentato minute aristulata, valvula inferiore ovato-lanceolata utrinque membranacea auriculata, apice longe setoso-bifida, arista flosculi fere longitudine. Sibertia arduenensis *Lejeune* N. act. N. C. XII. t. 45. Michelaria bromoides *Dumort* Agr. belg. t. 16. ♂ Belgium.

19. B. PALLENS. *Cavan.* (Ic. t. 591. f. 1.) Culmo glabro (2—3-pedali), nodis violaceo-fuscis; foliis linearibus glabris (3—4″ longis); paniculae erectae subcontractae radiis verticillatis inaequalibus plerumque bispiculatis; spiculis subcompressis 5-floris; gluma exteriore subulata breviore quam interior concava; valvula inferiore concava apice setuloso bifida; arista capillari longissima (pollicari et ultra). Manilla.

20. B. BIFIDUS. *Thunb.* (Fl. jap. 53.) Culmo erecto simplici striato (2-pedali); foliis linearibus attenuatis brevibus (3—5″ longis) vaginisque pubescentibus; paniculae erectae ramosae radiis capillaribus flexuosis glabris; spiculis alternis ovatis (vix linearibus); glumis patulis glabris 3-nerviis altera 4-plo majore; valvula inferiore apice setoso-bifido aristata; arista geniculata horizontaliter patente saepe apice retroflexo flosculo sublongiore. (An Triseti species?) Japonia.

21. B. TENUIS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 262.) Culmo erecto basi geniculato striato glabro (2-pedali); foliis planis linearibus acutis supra margineque cum vaginis pilosis; ligula ovata brevi partita; rhachi pubescente, radiis alternatim 3—4-nis angulatis hirsutulis; spiculis lanceolatis compressis (7‴ longis) 6-floris pilosis; glumis spicula triplo brevioribus inaequalibus hirtulis; valvula inferiore 7-nervia margine et sub apicem dorsi hirsuta, apice bifida et aristata, arista valvulae tertiam partem longa. ⊙ Peru.

22. B. DEPAUPERATUS. *Presl.* (l. c. 263.) Radice repente crassa; culmo erecto tereti glabro ($1^1/_2$-pedali); foliis planis linearibus vaginisque scabris; ligula angustissima fimbriata; panicula secunda simplici nutante laxa patentissima (5-pollicari); radiis binatis alternis scabris paucispiculatis; spiculis subtrifloris; glumis ovato-lanceolatis flosculis triplo brevioribus; valvula inferiore ovato-lanceolata in apicem acutissimum protracta, apice dentibus 2 setiformibus munita scabriuscula 3-nervia, arista ipsa paulo breviore. ♃ Sinus Nootka.

23. B. SECUNDUS. *Presl.* (l. c. 263.) Radice repente (?); culmo erecto tereti (pedali et ultra) vaginisque glabro; foliis planis intus scabriusculis; ligula brevissima; panicula secunda nutante patente simplici (3-pollicari) inferne binatim superne solitarie ramosa, rhachi ramisque compressis ciliolatis; spicis oblongis (5‴ longis) sub-6-floris compressis; glumis flosculis duplo brevioribus oblongo-lanceolatis acutissimis, flosculis subulatis; valvula inferiore hirsuta trinervia quam arista sua longiore. ♃ Sinus Nootka.

24. B. LUZONIENSIS. *Presl.* (l. c. 262.) Radice fibrosa; culmo erecto strictiusculo (pedali et ultra) cum nodis glabro; foliis planis angusto-linearibus vaginisque piloso-pubescentibus; ligula ovata fimbriata; panicula erecta contracta spicaeformi (4-pollicari); spiculis lanceolatis hirsutis (9‴ longis); glumis inaequalibus inferiore 3- superiore majore 7-nervia; valvula inferiore ovata in aristam breviorem subulatim protracta et apice denticulis 2 minutis terminata, superiore paulo breviore obtusa apiculata. (Bromo pinnato quoad habitum, B. gracili quoad spisularum formam affinis dicitur, hinc ad Triticum a *Kunthio* relatus.) Ins. Luzon.

Sectio II. Valvula exteriore apice vel paulo infra in setam elongata integra vel in lobos obtusiusculos bifida, nec in dentes setosos soluta. §. 2.

25. B. GIGANTEUS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo erecto tereti (3—4-pedali) laevi folioso; foliis ensiformi lanceolato-linearibus acuminatis (pedalibus) utrinque margineque scabris; vaginis scabriusculis glabris; ligula erosa brevi amplexicauli purpurascente; paniculae elongatae nutantis radiis solitariis vel binis raro ternis, simplicibus vel divisis nutantibus scabris; spiculis lanceolatis glabris acutis 5—7-floris, teretiusculis demum compressis; glumis inaequalibus lanceolatis acutis; flosculis imbricatis, valvula inferiore lanceolata margine membranacea scabra 5-nervia apice brevissime fissa; arista tenuissima flexuosa flosculo 2—3-plo longiore. *Schreb.* Gram. t. 11. *Host* Gram. I. t. 6. *Fl. d.* t. 1630. B. triflorus *Lin.* Fl. d. t. 440. ♃ Europ. Sibir.

26. B. ARISTATUS. *C. Koch.* (Linn. XXI. 412. sub: Festuca.) Vaginis foliisque pilosiusculis; radiis asperis semiverticillatis subternis; verticillis distantioribus; spiculis 3—5-floris; valvula inferiore ex apice aristata, aristam valvulae aequali vel minore aspera; germine ex apice piloso, oblongo. In sylvis Daghestan Persiae.

27. B. ASPER. *Murr.* Radice fibrosa laevi; culmo erecto tereti striato scabro vel glabro (4—5-pedali); foliis lineari-lanceolatis acuminatis longissimis scabris plus minus pilosis; vaginis nervosis teretibus (inferioribus) deflexo hirsutis; ligula brevi lacera; paniculae ramosae laxae radiis 2—3-nis elongatis simplicibus vel ramosis nutantibus asperrimis; spiculis lineari-lanceolatis demum apertis et remoti-7—9-floris; glumis valde inaequalibus lanceolatis inferiore uni- superiore 3-nervia, nervis scabris; valvula inferiore teretiuscula 3-nervia scaberrima pilosa apice integra vel brevissime bifida, arista flosculo breviore, recta. *Host.* Gram. I. t. 7. *E. B.* t. 1172. B. hirsutus *Curt.* Lond. 2. t. 8. ♃ Europ. Caucas. Ins. Borbon.

28. B. SCROTINUS. *Beneken.* (Bot. Z. 1845. 724.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto (4-pedali) infra paniculam pubescente; foliis lanceolato-linearibus scabris sparsim pilosis; ligula brevi saepe lacera; paniculae ramosae laxae apice nutantis radiis binis divaricatis; spiculis lineari-lanceolatis acutis, 5—9-floris teretiusculis demum compressis; glumis lanceolatis inaequalibus, inferiore $^1/_3$ breviore uni-nervia; valvula inferiore lineari-lanceolata 3-nervia basin versus adpresse-pilosa infra apicem brevibidentatam aristata, arista flosculo duplo breviore. Vix dubie prioris var. Prope Naumburg Saxoniae.

29. B. VARIEGATUS. *Bbrst.* (Fl. taur. c. supl. 79.) Culmo simplici glabro (8—10-pollicari); foliis linearibus (1—1$^1/_2$″ longis, 1‴ latis) sparsim pilosis; vaginis elongatis glabris (margine apicem versus purpurascentibus); ligula obsoleta; panicula contracta subracemosa; spiculis 6—12 alternis erectis subcompressis sub-5-floris (viridi- purpureoque eleganter variegatis) nervosis nudiusculis; glumis lanceolatis acutis; valvula inferiore lanceolata in denticulos 2 minutos et aristam rectam flosculo breviorem terminata. ♃ Caucasia.

30. B. ALBIDUS. *Bbrst.* (l. c.) Rhizomate repente; culmo cum omnibus plantae partibus glauco-viridibus; foliis planis linearibus (1‴ latis); ligula brevissima; panicula oblonga contracta subracemosa; radiis imis solitariis vel binis spicula brevioribus; spiculis lineari-lanceolatis teretiusculis 3—8-floris nudis; glumis inaequalibus, altera subulata, altera majore ovato-lanceolata; valvula inferiore lanceolato-attenuata ex apiculo membranaceo brevissimo bifido aristata, arista flosculis multoties breviore (vix 1$^1/_2$-lineali) subaequante valvulam superiorem brevissime ciliolatam. B. angustissimus *C. Koch* Linn. XXI. p. 421. ♃ Caucasia. Krusia.

31. B. PERSICUS. *Boiss.* (in *Kotschy* Hrbo. Pers. bor. nr. 533.) Radice subrepente; culmo erecto toto vaginis tecto cum his molliter pubescente (2-pedali); ligula brevi fimbriata; foliis linearibus planis ($^1/_2$—1‴ latis) pubescentibus; paniculae erecto-patentis radiis nunc solitariis nunc 2—4-fasciculatis unispiculatis; spiculis compressis ovatis 6—9-floris; flosculis sublaxis patentibus; glumis inaequalibus lanceolatis, valvula inferiore in aristam ipsa breviorem terminata, superiore hyalina margine glabra. ♃ Persia bor.

32. B. CRINITUS. *Boiss.* (l. c. nr. 133.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis foliatis vaginatis (3—9-pollicaribus) cum foliis linearibus acutis tenuissime pubescentibus; ligula ovata lacinulata; panicula erecta contracta ovata (2-pollicari), radiis fasciculatis 1—4-floris; spiculis subteretibus (viridibus cum amethystino variis) 3—4-floris; flosculis imbricatis lanceolatis parum inaequalibus; valvula inferiore glabra ovata immediate vel paulo infra apicem obtusum in aristam rectam spicula 2—3-plo longiorem terminata. Persia bor.

33. B. AULETICUS. *Nees.* (Agrost. bras. 468.) Radice fibrosa, culmis dense caespitosis erectis simplicibus (2—3-pedalibus) glabris; foliis fasciculorum angustissimis complicato-filiformibus, culmeis linearibus glabris; vaginis hirsutis; paniculae erectae densae (5—8-pollicaris) radiis semiverticillatis inaequalibus 1—multi-floris; spiculis lanceolatis imbricatis 6—7-floris; glumis inaequalibus pubescenti-scabris, superiore majore 7-nervia; valvula inferiore pubescenti-hirsuta 7-nervia apice bifida, arista recta flosculo duplo breviore. B. eretus *β.* hirsutior *Nees* Hrbr. Berol. ♃ Brasil.

34. B. ERECTUS. *Huds.* (Fl. Angl. 39.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto simplici stricto glabro vel rarius pubescente; foliis lineari-lanceolatis acutiusculis scabris, radicalibus angustissimis vel subinvolutis sparsim pilosis; ligula brevissima erosa; paniculae erectae radiis solitariis vel pluribus simplicibus 1—2-spiculatis; spiculis lineari-oblongis (purpurascentibus) glabris rarius tomentosis 5—9-floris; glumis parum inaequalibus margine scariosis acuminatis; valvula inferiore apice bidenticulata, arista parum infra apicem exorta flosculo breviore recta. *Engl. Bot.* t. 471. *Fl. dan.* t. 1383. *Kunth.* Supl. t. 32. f. 1. B. agrestis *All. Host.* Gram. I. t. 10. B. glaucus *Labil.* Pyr. t. 53. Variat: culmo ad nodos incrassatos et pubescentes geniculato. ♃ Europ. Caucas.

35. B. PANNONICUS. *Kumm.* et *Sendtn.* (Flora 1849 p. 757.) Rhizomate fibroso; culmo glaberrimo; foliis linearibus planiusculis vaginisque inferioribus pubescentibus; ligula brevi; panicula aequali erecta; radiis inferioribus subquaternis; spiculis lanceolatis glabris 6—7-floris; gluma inferiore uninervia, superiore 3-nervia; valvula inferiore nervis 3 validioribus 2 aut 4 obsoletioribus instructa, carina scabra, e dorso apicis bidentati aristata; arista scabra quam valvula breviore; valvula superiore inferiorem aequante lineari-lanceolata bicarinata glaberrima praeter carinas serrulato-scabras. ♃ In aridis Bosniae.

36. B. CONFINIS. *Nees.* (mpt. *Royle* hrbr. nr. 325.) Culmo glabro; foliis linearibus pubescentibus, vaginis inferioribus villosis; ligula truncato-incisa; paniculae simplicis erectae radiis unifloris brevibus fasciculatis inaequalibus; spiculis lanceolatis teretiusculis 5—8-floris pubescentibus; flosculis imbricatis; valvula inferiore oblonga apice non attenuata obtusa, seta infraapicali recta valvula breviore. Bromo auletico et erecto dicitur affinis. ♃ Nepal.

37. B. TRANSYLVANICUS. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo erecto cum tota planta glaberrimo (3-pedali); foliis angustis linearibus acuminatis vaginisque striatis; ligula brevi denticulato-ciliata; paniculae suberectae radiis inferioribus 4-nis, superioribus binis et solitariis unispiculatis capillaribus arcuato-erectis; spiculis laxi-7—9-floris (pollicaribus); glumis acuminatis inaequalibus, inferiore fere duplo breviore obscure basi 3-nervia, superiore a basi ad apicem 3-nervia; flosculis distantibus basi distincte nodosis; valvula inferiore 5-nervia, apice brevissime bifida, arista recta flosculo breviore; valvula superiore margine glabra acuminata, carina tenuissime ciliata. Vix Bromi erecti var. ♃ *Baumgarten* communic. e Transylvania.

38. B. BAUMGARTENII. *Steud.* Culmo erecto simplici (2-pedali) tenuissime pubescente; vaginis foliisque basi hirsutis, his lanceolatis elongatis (8—10″ longis, 3—4‴ latis); ligula membranacea fuscescente acuta denticulata; paniculae subnutantis contractiusculae radiis sub-4-nis rigidulis (brevibus) simplicibus et ramosis scabriusculis; spiculis lanceolatis complanatis tenui adpresse pubescentibus; glumis valde inaequalibus, inferiore uni- superiore 5-nervia, nervis viridibus; flosculis 5—7 subdistantibus; valvula inferiore acuminata immediate in aristam ipsa breviorem ter-

minata, superiore hyalina obtusa margine ciliata. B. rigidus *Baumg.* mspt. ♃ Transylv.

39. B. TOMENTELLUS. *Boiss.* (Diagn. VII. 126.) Radice valide fibrosa caespitifera culmum versus incrassata, vaginis emarcidis in fibras intertextas solutis tunicata; culmo erecto (pedali et ultra) tenuissime pubescente; vaginis glabriusculis; foliis linearibus abbreviatis (2—3″ longis, vix 2‴ latis), subvelutino-tomentellis; ligula pellucida denticulata; paniculae subnutantis contractiusculae radiis ternis rigidulis simplicibus unispiculatis; spiculis lanceolatis complanatis vix puberulis; glumis valde inaequalibus, inferiore anguste lanceolata uninervia, superiore oblonga 3—5-viridi-nervata; flosculis 5—7 subdistantibus; valvula inferiore inter dentes setulosos in aristam ipsa breviorem terminata, superiore hyalina obtusiuscula margine ciliata. B. variegatus *Bbrst.* var. *Kotschy* hrbr. nr. 344. Persia boreal.

40. B. INERMIS. *Lin.* Radice repente; culmo erecto tereti striato glabro ad genicula saepe pubescente ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); foliis linearibus acuminatis rigidis margine et ad costam scabris caeterum glabris; ligula brevissima truncata demum lacinulata; paniculae erectae sub anthesi patentissimae radiis simplicibus et ramosis scabris; spiculis linearibus subteretibus acutis nitidis; flosculis imbricatis 5—7; glumis obtusis inaequalibus margine membranaceis; valvula exteriore elliptico-lanceolata obtusa 7-nervia apice bifida mutica vel brevissime aristata. *Schreb.* Gram. I. t 13. *Host.* Gram. I. t. 9. Festuca Leysseri *Moench.* Festuca speciosa *Schreb.* ♃ Europ. Caucas. Sibir.

41. B. ATTICUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi geniculato glabro ($\frac{1}{2}$—1-pedali); vaginis inferioribus retrorsum pubescentibus, superioribus glabratis; foliis linearilanceolatis (2—4″ longis, 1—$1\frac{1}{2}$‴ latis) pilosis; paniculae erectae confertae ovatae radiis brevibus subverticillatis 1—4-spiculatis pubescentibus; spiculis compressis oblongo-ovatis subsericeo-pilosis 6—10—15-floris; glumis ovatis parum inaequalibus obtusiusculis quam flosculi multo brevioribus; valvula inferiore ovata brevi et obtuse bifida, infra apicem aristata; arista recta scabra valvulae suae longitudine. Attica.

42. B. LATIFOLIUS. *Karel. Kiril.* (En. pl. fl. alt. nr. 937.) Rhizomate repente; culmo basi geniculato, erecto tereti striato glabro foliato (2-pedali); foliis planis late linearibus acuminatis (5—10″ longis, 2—3‴ latis) striatis glabris scabris; ligula membranacea obtusa quandoque lacera; panicula subcontracta erecta (in meo specimine autentico, nec nutante, semipedali et ultra); radiis semiverticillatis 3—5, capillaribus erectis inaequalibus scabridis, paucispiculatis; spiculis lanceolatis 3—5-floris; glumis quam flosculi multo brevioribus; valvula inferiore 3-nervia lanceolata ex ipso apice in aristam ipsa duplo vel ter breviorem terminata, margine anguste hyalino-membranacea, superiorem brevi-ciliatam paulo superante. *Ledeb.* Fl. ross. IV. 358. Songaria.

43. B. SUBULATUS. *Ledeb.* (Fl. ross. IV. 358.) Rhizomate repente; culmo stricto glabro laevi (3-pedali) basi in speciem bulbi 3‴ crassi dilatati; foliis planis late linearibus acuminatis glabris retrorsum scabris; ligula rotundata; panicula subsecunda nutante (3—8-pollicari); ramis solitariis vel binis, spiculis 8—15, ramis inferioribus remotis inaequalibus; spiculis lanceolatis 3—5-floris purpureo-variegatis glabris vel in nervis pilosiusculis; valvula inferiore subulata setaceo-acuminata mutica vel imo apice fissa, 5—7-nervia; superiore $\frac{1}{3}$ breviore longe et dense ciliata. (An potius Festucae species?) ♃ Unalaschka.

44. B. LEPTOCLADUS. *Nees.* (Fl. Afr. I. 453.) Culmo basi repente, glabro; foliis linearibus scabris (2‴ latis); paniculae laxae patentis radiis fasciculatis gracilibus paucifloris glabris scabris; gluma inferiore uninervia, superiore trinervia acutiuscula; valvula inferiore lanceolata attenuata 5-nervia, proxime ad apicem brevidentatum setigera; arista recta flosculo breviore. ♃ Afr. austr.

45. B. SPECIOSUS. *Nees.* (l. c. 454.) Radice fibrosa, culmo glabro erecto (2—3-pedali) vaginis foliisque villosis, foliis radicalibus angustissimis, culmeis brevioribus latioribus (4—6″ longis, 2—3‴ latis) minus puberulis ligula truncata; paniculae (3—4-pollicaris) subnutantis radiis fasciculatis plerisque unispiculatis; spiculis magnis (1—$1\frac{3}{4}$-pollicaribus) lanceolatis compressiusculis 8—12-floris pubescentibus (luteo- purpureoque variis); glumis rigidulis, inferiore lanceolata acuta 1—3-nervia, superiore ovato-oblonga 3—5-nervia; valvula inferiore lanceolata convexa 7-nervia ad summum apicem bidenticulatum setigera; seta recta flosculo breviore. ♃ Afr. austr.

46. B. BRIZAEFORMIS. *Fisch. Mey.* (Bull. Mosc. 1838. 284.) Radice fibrosa; culmo erecto (1—2-pedali, saepius pumilo) sursum glabro; vaginis striatis foliisque linearibus pubescentibus; paniculae laxae nutantis radiis subternis capillaribus unispiculatis; spiculis glabris oblongis obtusis viridibus 5—6-floris, fructiferis subturgidis; glumis valde inaequalibus; valvula inferiore margine membranacea medio subangulata obtusiuscule 7—9-nervia, apice obtusiusculo vel brevissime bifido vix infra apicem brevissime aristulata, arista caduca vel saepe omnino nulla. *Fisch. Mey.* Sertum Petrop. t. 10. B. squarrosus muticus *Meyer* En. pl. casp. 25. ⊙ Caucas.

47. B. PECTINATUS. *Thunb.* (Fl. cap. I. 116.) Culmo simplici erecto glabro (2-pedali); foliis planis nervosis utrinque pilosis; paniculae patentis radiis primum erectis verticillatis dein trichotomis capillaribus flexuosis scabris inaequalibus; spicis oblongo-ovatis glabris compressis sub-9-floris; glumis parum inaequalibus cum valvulis tenuissime scabridis; valvula exteriore lanceolata acuminata nervosa sub apice aristata; arista recta flosculum aequante; interiore valvula mutica diaphana marginibus viridibus ciliis albis remotis patentibus. ⊙ Afr. austr.

48. B. COGNATUS. *Steud.* Culmo simplici erecto glabro (3—4-pedali); foliis planis linearibus acutis adpresse sparsim pilosis; ligula longe exserta lacera; paniculae lucidissimae radiis binis primum erectiusculis dein horizontaliter patentibus vel nutantibus elongatis, inferioribus bisuperioribus uni-spiculatis, capillaribus; spiculis oblongis ($\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$-pollicaribus) 7—9-floris; flosculis remotiusculis patentibus; glumis carina scabris lanceolatis acuminatis, superiore fere aristata; valvula exteriore apice vix denticulata immediate in aristam flosculo subaequilongam terminata, superiore hyalina obtusa margine brevissime confertociliata. B. pectinatus *Hochst.* hrbr. un. it. nr. 678, sed vix praecedens. Abyssin.

49. B. SUBMUTICUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto subbipedali glabro ad nodos tenui pubescente; vaginis striatis glabris; ligula brevi exserta ovata lacera; foliis linearibus pubescentibus; paniculae erectae contractae (3-pollicaris) radiis 2—4-nis inaequalibus, basi longe nudis paucifloris; spiculis pedicellatis erectiusculis 3—5-floris ovatis glaberrimis; glumis parum inaequalibus ovatis obtusis vel acutiusculis margine hyalinis; valvula inferiore oblongo-ovata obtusa margine tenuissime membranacea obscure 5—7-nervia, apice obtuse brevissime bifida, infra apicem brevissime obtuse mucronulata. St. Louis Missouri.

50. B. CEBADILLA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi vaginis foliisque emarcidis albis vestito erecto glabro striato ($1\frac{1}{2}$—3-pedali); vaginis inferioribus dense retrorsum villoso-tomentosis, superioribus glabris; foliis linearibus acutis pubescentibus vel glabratis (6—12″ longis, 2—3‴ latis); ligula obtusa ovata denticulata; paniculae erecto-patentis radiis 2—3-nis supremis solitariis, firmulis inaequalibus 1—5-spiculatis scabris; spiculis lanceolatis ($\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{4}$-pollicaribus) molliter adpresse pubescentibus; flosculis 5—7-nis imbricatis; glumis subaequalibus lato-lanceolatis

acuminatis uti valvula inferior margine membranaceis, hac 7—9-nervia superne immediate vel paulo infra apicem obtuse et brevi bifidum aristata; arista recta flosculo parum breviore, interiore carina pectinato-ciliata margine nuda. Bromus nr. 117, 118, 861 et 1411. *Berter.* hrbr. (Valde magnitudine varians.) ♃ Chili. Ins. Juan Fernand.

51. B. BICUSPIS. *Nees.* (mpt.) Vaginis hirtis, foliis linearibus planis glabris; paniculae contractae radiis fasciculatis paucifloris; spiculis 3—4-floris lanceolatis; glumis lineari-acuminatis glabris; flosculis hirsutis; valvula inferiore profunde bifida, laciniis subulatis, seta media flosculo longiore basi torta. Danthoniae fere habitu, sed nisi hujus — proprii certi confinis generis. *Cuming* (non *Bertero*) legit Valparaiso Chili.

52. B. MARGINATUS. *Nees.* (mpt. sub: Ceratochloa.) Foliis vaginisque hirsutis; paniculae erectae strictae radiis subsimplicibus; spiculis oblongo-lanceolatis compressis utrinque convexis pubescenti-scabris 6—8-floris; seta valvula sua 7-nervia duplo breviore. ♃ *Douglas* legit ad fluv. Columbia St. Louis.

53. B. LITHOBIUS. *Trin.* (Linn. X. 303.) Radice fibrosa; vaginis foliisque planis infe ioribus pubescentibus; paniculae contractae radiis 2, 3 (an binis—ternis?); spiculis lanceolatis 7—9-floris ancipitibus pubescentibus; gluma superiore flosculo suo dimidio breviore; flosculis lanceolatis subula subterminali duplo vel ultra longioribus. Andes Chili.

54. B. CHILENSIS. *Trin.* (l. c. 304.) Radice fibrosa; vaginis inferioribus pubescentibus; foliis planis glabris; paniculae contractae radiis 2—4; spiculis lanceolatis 6—7-floris ancipitibus, tenuissime hirtulis; gluma superiore flosculo suo $^1/_4$ breviore; flosculis rhombeo-lanceolatis subula subterminali duplo longioribus. Praecedentis var.? Utraque species a B. Cebadilla certe distincta. Andes Chili.

55. B. CATHARTICUS. *Vahl.* (Symb. II. 22.) Culmo erecto simplici (1—2-pedali) foliato glabro; foliis longitudine culmi glabris (4''' latis) vaginis superne ciliatis; paniculae patentis erectae subsimplicis radiis inferioribus 2- reliquis 1-spiculatis; spiculis lato-lanceolatis elevato-nervosis 5—7-floris compressis, aristis brevibus infra apicem valvulae inferioris acutum. *Feuil.* Peruv. t. 1. Lima.

56. B. PURGANS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo tereti glabro (4-pedali); foliis lato-linearibus glabris glaucis; vaginis ligulaque villosis; paniculae nutantis radiis flexuosis scabris; spiculis teretibus lanceolatis 6—8-floris; glumis inaequalibus lanceolatis villosis, inferiore acutissima, superiore in mucronem brevem terminata; valvula inferiore trinervia villosa; arista sub apice valvulae. B. malacanthus *Trin.* in hrbo. *Ledeb.* Non diversa ab Bromo ciliato *Lin.* sec. *A. Gray.* ♃ Am. septr. Camtschac.

57. B. CILIATUS. *Lin.* (*A. Gray* Manual. p. 600.) Culmo 3—4-pedali foliisque elongatis ($^1/_4$—$^1/_2$''' latis) glabris vel pubescentibus; vaginis (in formis majoribus) saepe villosis vel apice dense plumosis; panicula composita laxa, radiis elongatis demum divergentibus nutantibus; spiculis 7—12-floris, gluma inferiore uni- superiore 3-nervia, utraque subulato-acuminata; flosculis oblongo-lanceolatis arista ipsis $^1/_3$—$^1/_2$ breviore; valvula superiore setoso ciliata, inferiore pilis adpressis margine sericea, demum dorso glabrescente raro omnino nuda. B. canadensis *Michx.* B. pubescens *Michx.* ♃ Am. septr.

B. ciliatus *Lin.* ex recensione *Torreyi* Fl. Am. I. 129. non parum recedit: „Culmo 4-pedali; foliis supra villosis subtus glabris (1' longis, 4—5''' latis); paniculae nutantis expansae radiis binis; spiculis oblongo-lanceolatis compressis 8—10-floris, flosculis distinctis demum patentibus; glumis lineari-lanceolatis mucronatis glabris, superiore $^1/_3$ longiore 3-nervia; valvula inferiore lineari-lanceolata margine ciliata caeterum glabra; arista flosculo duplo breviore; valvula superiore margine vix ciliata apice integra." Caeterum specimen Bromi ciliati *Mühlbrg.* ab hoc ipso clbo. *Smithio* communicatum convenit teste hoc cum B. ciliato *Lin.* — Specimina a beato *Frank* unioni itinerariae sub: B. ciliatus B. pubescens. B. Steudelii missa omnia ad hunc Bromum ciliatum *Torr.* pertinent. Forsan etiam B. pubescens *Mühlbrg.* non vere distincta est species. Omnino diversa species videtur: B. ciliatus *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 358. cum diagnosi: perennis; foliis late linearibus; vaginis ad nodos imisque molliter pilosis; ligula abbreviata; panicula nutante, ramis imis 2—3; spiculis lanceolatis 4—9-floris; valvula inferiore subcompresso-carinata nervosa ex apice attenuato breviter aristata, inferne molliter ciliosa, superiore inclusa brevissime ciliolata. B. erectus var. hirsuta *Turcz.* in hrbo. *Ledeb.* Dahuria ad fluvium Schilka.

58. B. KALMII. *A. Gray* (l. c.). Culmo gracili ($1^1/_2$—2-pedali) foliis vaginisque conspicue vel sparsim hirsutis; panicula simplici parva (2—4-pollicari); pedunculis capillaribus; spiculis nutantibus 7—12-floris undique dense sericeis pilis longis patentibus; gluma inferiore valide 3-nervia, superiore 5-nervia arista flosculi dimidiam vel tertiam partem aequante. B. ciliatus *Mühlbrg.* (*Lin.* Hrbr.) B. purgans *Torr.* teste *A. Gray.* Am. sptr.

59. B. PUBESCENS. *Mhlbrg.* (Gram. 169.) Culmo erecto 4-pedali inferne pubescente, nodis fuscis; foliis lanceolatis vaginisque inferioribus pubescentibus, superioribus glabris; ligula brevissima; spiculis lanceolatis teretibus 8—12-floris; glumis acutis interdum apice setulosis, glabris vel pubescentibus 3-nerviis; valvulis undique pubescentibus, inferiore 5-nervia, infra apicem aristata. ♃ Am. septr.

60. B. PENDULINUS. *Schrad.* (N. Journ. IV. 70.) Radice fibrosa; culmo erecto tereti (bipedali et ultra) glabro; vaginis pilis deflexis villosis; foliis linearibus acuminatis nudis margine scabris; paniculae nutantis ($1^1/_2$—2-pedalis) multiflorae radiis secundis elongatis; spiculis lanceolatis compressis nudis; flosculis sub-7 demum remotiusculis; glumis lanceolatis acuminatis inaequalibus 5—7-nerviis; valvula inferiore 7-nervia apice bifida, arista ipsa breviore recta, superiore multo minore acuta, carinis tenuissime ciliatis. ⊙ Ins. Canar.

61. B. SITCHENSIS. *Bong.* (Observ. veg. in Sitcha 55.) Panicula patula nutante; spiculis 5—7-floris; flosculis lanceolatis, setis terminalibus rectis valvula paulo brevioribus; ligula oblonga producta; foliis latiusculis linearibus. Ins. Sitcha.

62. B. PITENSIS. *H. B.* (N. gen. I. 123.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto simplici (4—6-pedali) striato foliisque glabris linearibus acuminatis; ligula ovata acuta glabra, paniculae amplae ($1^1/_2$-pedalis) radiis verticillatis ramosis elongatis scabris; spiculis lanceolatis compressis sub-5-floris; glumis inaequalibus lanceolatis acutis (sub-) ciliatis valvula inferiore oblongo-lanceolata pubescente dorso margineque subciliata, arista brevissima recta subterminali; valvula superiore subaequali bicarinata acuminato-subulata. ⊙ Quito.

63. B. SEGETUM. *H. B.* (l. c.) Culmo erecto (3—4 pedali) glabro simplici, nodis pilosis; foliis linearibus acuminatis vaginisque pilosis; ligula ovata obtusa glabra; paniculae nutantis (pedalis) radiis verticillatis longissimis secundis hispido-scabris 2—3- raro 1-spiculiferis; spiculis lineari-oblongis sub-6-floris; glumis inaequalibus, inferiore lanceolato subulata, superiore oblonga acuminata 3-nervia subaristata cum valvula inferiore glabriuscula, hac sub-5-nervia acuminata, arista subterminali recta longitudine flosculi; valvula superiore bicarinata apice bidentata. ⊙ Quito.

64. B. SETIFOLIUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 261.) Radice fibrosa caespitifera; culmis basi decumbentibus teretibus striatis (4—5-pollicaribus) praesertim sub panicula vaginisque hirsutis; ligula brevi ovata fimbriata; foliis anguste-linearibus convoluto-setaceis rigidis pubescentibus; panicula depauperata 1—3-spiculas 6—12-floras gerente; glumis scabriusculis parum inaequalibus 3—5-nerviis; valvula inferiore ovali sub-9-nervia hirsuta apice obtusa; arista subapicali spicula triplo breviore. B. macranthus *Meyen* it. 311. ⊙ Chili. Mexico.

65. B. HAENKEANUS. *Presl.* (l. c. 285. sub: Ceratochloa.) Radice fibrosa; culmo erecto tereti glaberrimo

($1\frac{1}{2}$—2-pedali); vaginis scabro-pubescentibus; ligula ovata exserta denticulata; foliis linearibus planis utrinque hirsutis (quam vagina longioribus, 2''' latis); panicula simplici contracta nutante (2—4-pollicari); radiis inferne binatis superne solitariis subunispiculatis; spiculis lanceolatis (pollicaribus) 5—6-floris; glumis parum inaequalibus ovatis acutis, inferiore 3- superiore 9-nervia; valvulis scabriusculis, inferiore ovata 9-nervia ad nervos hispido-ciliata apice dentibus 2 obtusiusculis, inter dentes aristata; arista recta scabra valvula 6-ies breviore. ♂ Chili.

66. B. PRESLII. *Kunth.* (En. I. 416.) Culmo glabro erecto ($1\frac{1}{2}$-pedali et ultra); vaginis inferioribus pubescenti-hirsutis; ligula exserta ovata acuta; foliis planis longis scabris; panicula simplici elongata (12-pollicari) erecta apice nutante; radiis inferioribus 2—4-nis, superioribus solitariis 5—6- raro 1-spiculatis; spiculis 7—9-floris lineari-lanceolatis; flosculis distantibus; glumis spicula brevioribus 7-nerviis acutis apice vel ex toto scabris; valvula inferiore ovato-lanceolata 7-nervia scabra apice bidentata inter dentes arista valvula 3-plo breviore munita; valvula superiore carinis ciliolata. Ceratochloa secunda *Presl.* l. c. ⊙? Peru.

67. B. MATTHEWSII. (*Steud.*) Culmo humili ($\frac{1}{2}$-pedali) vaginis retrorsum foliis supra antrorsum pubescentibus; racemo simplici paucifloro 2—3-stachyo erecto; spiculis oblongo-lanceolatis pubescentibus 3—4-floris; arista flosculum aequante (purpurascente); gluma superiore et valvula inferiore 7-nerviis. Ceratochloa simplex *Nees* mpt. *Matthews* in Hrbo. *Lindley* nr. 54. Peru.

68. B. VIRGATUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 263.) Culmo glabro tereti striato ($1\frac{1}{2}$-pedali?) vaginis arcte adpressis cum foliis planis linearibus (fere pedalibus, 5''' latis) rhachique scabro; panicula erecta patente simplici oblongo-lanceolata strictiuscula (ultra pedali); radiis elongatis solitariis alternis flexuosis spicaeformibus sub anthesi subcorymbosis post anthesin divaricatis; spiculis secundis sub-6-floris (ultra $\frac{1}{2}$-pollicaribus) pedicello 4-plo longioribus; glumis spicula triplo brevioribus oblongis inaequalibus 5—7-nerviis, flosculis subulatis; valvula inferiore piloso-subulata apice integra, arista ipsam aequante. ♃? Peru et? Mexico.

69. B. PICTUS. *Hook fil.* (Antarct. Voy. 387.) Culmo simplici basi geniculato, erecto stricto (pedali) puberulo; foliis paucis culmo brevioribus pilosis; ligula ovata lacera; panicula simplici (bipollicari); spiculis sub-quatuor magnis ($\frac{1}{3}$-pollicaribus) pedunculos superantibus, sub-5-floris; valvula inferiore lineari-ovata obtusa, infra apicem arista brevi capillacea instructa 7-nervia, inferne sericeo-puberula, superiore aequilonga $\frac{1}{2}$ angustiore. Fret. Magellan.

70. B. SPICATUS. *Nees.* (Agr. bras. 471.) Radice fibrosa tenui caespitifera; culmis gracilibus erectis simplicibus ($\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$-pedalibus) basi foliatis glabris; foliis angustis cilatis fasciculorum capillaribus, caulinis linearibus planis; vaginis glabris collo barbatis; ligula obsoleta; panicula spicata terminali erecta disticha e spiculis 4—12 sessilibus rhachi adpressis linearibus 9—12-floris; glumis ovato-lanceolatis inaequalibus; flosculis arcte imbricatis basi villosis; valvula inferiore apice bifida aristata, arista ipsa 6-plo breviore; valvula superiore ovato-acuminata truncata subbifida margine serrulato-scabra. ⊙ Brasil.

71. B. CULTUS. *Steud.* Radice fibrosa tenui vix caespitifera; culmo gracili erecto simplicissimo (4—6-pollicari) stricto tereti glabro; vaginis elongatis striatis pilosis; foliis planis lineari-lanceolatis acutis striatis pilosis; ligula tenui membranacea obtusa dentata; paniculae densae spicatae terminalis erectae ovatae (vix $\frac{1}{2}$-pollicaris) radiis brevissimis 1—3-spiculatis; spiculis glabris oblongo ovatis 5—7-floris compressiusculis; glumis inaequalibus, inferiore lanceolata, superiore ovata, utraque quam flosculi breviore; valvula inferiore 3—5-nervia, margine albo-scariosa infra apicem aristulata brevi bifida; arista quam valvula fere duplo breviore scabra. An B. parviflorus *Desf.* an B. festucoides *Link?* quibus certe affinis. Cultus in H. Paris.

72. B. RACEMIFERUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici vaginato glabro (1—2-pedali) vaginis striatis undique glabris; ligula brevi truncata brevissime ciliata; foliis lanceolatis brevi acuminatis vix scabriusculis (3—6'' longis, vix ultra $1\frac{1}{2}$''' latis); floribus in racemo spicato (6—8-pollicari); spiculis omnibus arcte sessilibus alternis 6—12-floris oblongo-lanceolatis; glumis obtusiusculis valde nervosis; valvula inferiore apice praesertim nervosa, margine subpectinato-ciliata caeterum plus minus pubescente; arista omnino apicali patente longitudine valvulam apice integram vel obtuse bidentatam superante; valvula inferiore obtusa margine subciliata. Japon.

73. B. CONFORMIS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto glabro (magnitudine valde variabili); vaginis striatis glabris, ligula membranacea truncata pilosa vel ciliata; foliis lanceolatis praesertim margine scabris (nunc 6—9-pollicaribus, 4—5''' latis, nunc multo angustioribus et brevioribus); floribus in racemo spicato (4—9-pollicari); spiculis omnibus arcte sessilibus alternis 6—12-floris oblongo lanceolatis; glumis setoso-acuminatis valde nervosis subaequalibus; valvula inferiore apice nervosa margine brevissime vix conspicue ciliata, caeterum minutissime pubescente; arista ex apice integerrimo recta valvulam longitudine superante; valvula inferiore obtusa superiorem aequante vel paululum superante. Praecedenti forsan nimis affinis. Japonia.

74. B. TRINIANUS. *Schult.* (Mant. II. 254.) Radice repente; culmo adscendente (1—$1\frac{1}{2}$-pedali) foliisque albotomentosis, linearibus patentibus crassiusculis subpungentibus; ligula brevi lacinulata glabra; paniculae erectae contractae radiis simplicibus flexuosis scabris; spiculis 6—9-floris (flavescentibus) glabris; glumis lanceolatis inaequalibus, flosculis imbricatis, valvula inferiore elliptico-lanceolata sub apice bifido aristata, arista recta flosculo 3-plo breviore, superiore apice bifida ad carinas ciliata. B. tomentosus *Trin.* Act. Petr. 1813. t. 9. ♃ Persia.

75. B. MICHELI. *Savi.* (Botan. etrusc. I. 78.) Culmo tereti glabro (pedali) supra medium nudo; foliis angustis striatis superne pilosis; vaginis glabris striatis; ligula obtusa brevissima; paniculae contractae secundae radiis 3—4-nis superioribus geminis simplicibus; spiculis distichis sub-4-floris; pedunculis linearibus; glumis inaequalibus, majore spiculam aequante lanceolato-acuminata, altera angustissima $\frac{2}{3}$ breviore; valvula exteriore lanceolato-subulata margine scariosa, apice bifida paulo infra apicem aristata, arista flosculo breviore. Avellina Savi *Parlat.* Pl. nov. p. 61. Koeleria macilenta *Dec.* sec. *Parlat.* ⊙ Italia.

76. B. GLAUCUS. *Spr.* (in *Link.* H. Berol. 170.) Glaucus; foliis complicatis glabris; paniculae elongatae radiis brevibus patentibus; spiculis 5—6-floris; flosculis subpatentibus; glumis longe acuminatis glabris; valvula inferiore obtusiuscula pilosa, arista ipsa breviore. Festuca nubra *Lin.* teste *Trin.* mpt. ♃ —

Sectio III. Valvula inferior longius infra apicem vel e dorso aristata.

a. *Panicula erecta.* §. 3.

77. B. MOLLIS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici ($\frac{1}{2}$—2-pedali) tereti glabro vel pubescente; foliis vaginisque pilis mollibus pubescentibus; ligula acutiuscula lacera; paniculae erectae (2—3-pollicaris) contractae demum patulae radiis semiverticillatis simplicibus vel ramosis inaequalibus pubescentibus; spiculis erectis ovatis acutis teretiusculis 5—10-floris arcte imbricatis; glumis inaequalibus mucronatis margine scariosis 7—9-nerviis villosis, valvula inferiore glumis longiore conformi, arista flosculos aequante, valvula superiore tenuissime ciliata. *Leers* t. 11.

f. 1. *Schreb.* Gram. t. 6. f. 1, 2. *E. B.* t. 1078. *Beauv.* Agr. t. XVII. f. 9. *Fl. dan.* t. 1324. Variat: culmo humillimo. B. nanus *Weigel* Obs. t. 1. f. 9. et: culmo infra paniculam scabro. B. affinis *Dumort* Agr. belg. 116. ♂ Europ. As. Afr. Amer.

78. B. LEPTOSTACHYUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo gracili erecto simplici (pedali et ultra) foliato glabro; foliis anguste lineari-lanceolatis pilosis (1—2″ longis, ½—1‴ latis); ligula hyalina fissa, paniculae simplicis radiis inaequalibus singulis vel binis 1—3-stachyis cum radiolis capillaribus scabriusculis; spiculis gracilibus lanceolatis erectis glabris 5—6-floris; glumis inaequalibus ovatis simpliciter acutis glabris, exteriore fere duplo majore 7- inferiore 3-nervia; valvulis glabris, exteriore infra apicem integrum aristata, arista valvulae longitudine recta scabra. B. mollis var. leptostachys *Pers.* Synops. I. 95. sec. specimina Hrbii. *Persoon* nunc Musei Lugd. Batav. Gallia.

His speciminibus intermixtum est specimen Bromi mollis ex distincta radice sed primo intuito dignoscendum, fortuito forsan in consocio eorum nato; hinc forsan *Persoonius* plantam suam B. mollis var. declarat. Sub: B. laxus sine autoritate eadem planta culta a *Balbisio* in Hrbo. *Persoonii* prostat.

79. B. INTERMEDIUS. *Guss.* (Fl. sic. prodr. I. 114.) Radice fibrosa; foliis vaginisque pubescentibus; panicula erecta subcomposita; spiculis 6—10-floris; flosculis pubescentibus aristatis, aristis arefactione intorto-patulis aequantibus valvulam inferiorem apice acute bifidam. B. mollis *Lin.* var.? *Parlat.* Serrafalcus intermedius *Parlat.* pl. nov. 79. ⊙ Italia.

80. B. MEGAPOTAMICUS. *Spr.* (Cur. post. 36.) Culmo erecto, vaginis villosis; foliis pubescentibus; panicula erecta racemosa contracta; spiculis ovatis sub-6-floris hirsutis; calycibus flosculisque nervosis; valvula exteriore obtusa scariosa; arista subflexuosa illam aequante. B. mollis *Lin.* var. *Trin.* mpt. Rio Grande.

81. B. RACEMOSUS. *Lin.* Culmo glabriusculo simplici (1—2-pedali); foliis utrinque pilosis margine scabris; vaginis retrorsum hirsutis; panicula erectiuscula diffusa rara simplici; radiis semiverticillatis scabris uni- rarissime bispiculatis, spiculis erectis ovatis acutis 6—7-floris nitidis glabris; glumis inaequalibus ovatis obtusiusculis; valvula inferiore ovata obtusa integra vel vix bifida aristata, arista flosculos vix aequante vel breviore. *E. B.* t. 1079 et t. 1984 sub: B. pratensis *Ehrh.* B. simplex et elongatus *Gaud.* B. mutabilis *F. Schultz* Flora 1849. 234. ex parte. ⊙ ♂ Europ.

In unam eandemque speciem nempe junguntur sub nomine B. mutabilis *F. Schultz.* B. racemosus *Lin.* B. secalinus *Lin.* B. commutatus *Schrad.* B. grossus *Schrad.* formae certe invita natura commixtae.

82. B. HOHENACKERI. *Hochst.* (mpt.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis (pedalibus) glabris; foliis angustissimis convolutis abbreviatis rigidulis vaginisque striatis glabris; paniculae racemoso-spicatae (3—4-pollicaris) radiis brevissimis rhachi adpressis unispiculatis; spiculis oblongo-lanceolatis compressis glabris nitidulis 5—7-floris; glumis subaequalibus lanceolatis acuminatis; valvula inferiore oblonga apice obtusiuscula integra vel brevissime bifida; arista fere dorsali geniculata subpatente quam valvula longiore. Gaudinia fragilis Hrbr. un. it. cauc. 1838, cui quoad habitum simillima. Triticum Hohenackeri *Presl.* Bot. Bem. 120. ⊙ Caucasia.

Haec species ab *Grisebachio* in *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 416. ad Avenam macram *Bbrst.* citatur. Nostra vero planta uti bene perspexit *Hochstetterus* verus est Bromus, quod valvula superiore margine pectinato-ciliato et inprimis stylo ex ovario lateraliter prorumpente probatur. An Avena macra *Bbrst.* revera diversa?

83. B. BRACHYSTACHYS. *Hornung.* (Flora 1833. 417. t. 1.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici vel basi subramoso, pubescente sursum glabro; foliis lineari-lanceolatis (2—3‴ latis, 4—6″ longis) vaginisque pubescentibus; ligula striata pilosa; paniculae erecto-patulae (5—8-pollicaris) radiis subverticillatis (3—10) inaequalibus scabris simplicibus vel ramosis; spiculis ovato-lanceolatis vel ovatis 7—10—multifloris; glumis ellipticis acutis margine ciliatis, inferiore 3- superiore 5—7-nervia, ad nervos scabris; flosculis imbricatis; valvula inferiore 7-nervia margine supra medium angulum obtusum exhibente puncticulato-scabra, apice integra vel brevi bifida; arista subdorsali flosculo duplo breviore, superiore vix breviore. ♂ ⊙ Germania.

84. B. ARVENSIS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici vel basi ramoso (1—3-pedali) foliato glabro; foliis linearibus patentibus acutis pubescentibus; vaginis retrorsum pilosis; ligula brevissima lacera; paniculae erectae patentis radiis ramosis vel simplicibus inaequalibus scabris; spiculis ovato-lanceolatis erectis demum deflexis (purpureo-variis) tenuissime (sub lente) pubescentibus; glumis inaequalibus lanceolatis acutis ad nervos scabris; flosculis 7—10 arcte imbricatis; valvula inferiore 7-nervia apice obtusa, margine supra medium angulum obtusissimum exhibente; arista vix e medio dorso exserta flosculo parum breviore, superiore fere aequali. *Leers* t. 3. f. 3. *Host* Gram. I. t. 14. *E. B.* t. 920. B. multiflorus *Weigel* Obs. 2. t. 1. f. 1. ⊙ Europ.

85. B. CONFERTUS. *Bbrst.* (Fl. t. cauc. I. 71.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto simplici (pedali et ultra) glabro; vaginis foliisque sparsim pilosis (demum glabrescentibus); ligula hyalina dentato-lacera; paniculae confertae erectae radiis solitariis vel binis—ternis uni- vel paucispiculatis approximatis; spiculis oblongo-lanceolatis glabris 5—9-floris; glumis inaequalibus flosculo infimo brevioribus; valvula inferiore 5—7-nervia apice brevi obtusiuscule bifida, arista paulo infra apicem orta recta vel subdivaricata flosculo parum breviore. *Jacq.* Ecl. Gram. t. 14. B. ovatus *Gaert.* Comm. Petrop. XIV. t. 19. f. 1. B. scoparius *Lin.* var. *Griseb.* in Ledeb. Fl. ross. sed vix. ⊙ Iberia. Caucas. Persia.

86. B. MODENSIS. *Steud.* Radice repente subcaespitifera; culmis adscendentibus (¾—1½-pedalibus) glabris vaginatis; vaginis inferioribus pubescentibus, superioribus glabris; ligula hyalina fissa; foliis linearibus molliter pilosis; paniculae erectae patentis vel subcontractae radiis semiverticillatis 3—8-nis inaequalibus 1—6-spicatis; spiculis oblongo-lanceolatis vel linearibus 8—12-floris, undique molliter pilosis; glumis inaequalibus 3—5-nerviis flosculo infimo brevioribus; valvula inferiore obscure 3—5-nervia, apice obtuse bifida, infra apicem aristata; arista divaricato-patente flosculo suo parum longiore. ♃ Modon Graeciae.

87. B. CYRI. *Trin.* (in *Meyer* Verz. 24.) Panicula subcompacta subsecunda; spiculis lineari-lanceolatis 9—14-floris; flosculis angulato ellipticis imbricatis; aristis longe infra apicem exsertis patulis longitudine valvulae. Caucas.

88. B. CANARIENSIS. *Zuccag.* (in *Roem.* Coll. 125.) Culmo erecto (sub-2-pedali), nodis incrassatis fuscis foliisque pubescentibus; his linearibus 5-nerviis asperis basi scariosis, vaginis subtomentosis; panicula erecta, radiis inaequalibus solitariis vel inferioribus 3—6-nis semiverticillatis simplicibus uni- vel parum divisis 2—3-spiculiferis; spiculis lanceolatis (pollicaribus) teretibus 10—16-floris; glumis inaequalibus acutis, minore 5- majore 7—9-nervia; valvula inferiore glabra vel pubescente margine argenteo-scariosa apice emarginata e dorso aristata; flosculis infimis muticis. Serrafalcus lanceolatus *Parlat.* pl. nov. 18. ⊙ Ins. Canar. Sicil.

89. B. HOLCIFORMIS. *Steud.* ~~*Hochst.*~~ Culmo basi bulboso-incrassato elato (3—4-pedali) glabro, foliato; vaginis striatis foliisque glabris, linearibus elongatis (8—12″ longis, 2—3‴ latis); ligula longe exserta hyalina; paniculae erectae elongatae (fere pedalis) contractae radiis 2—5-nis inaequalibus capillaribus plus minus arcuato-flexuosis 1—3-spiculatis; spiculis subtereti-compressis 6—

8-floris; flosculis basi axibusque subconspicuis pilosis: glumis inaequalibus tenuibus; valvula inferiore 7—9-nervia (e viridi- albo- et amethystino-varia) brevissime piloso-scabrida, apice membranacea bifida e dorso aristata; arista (coerulescente) torta geniculata quam valvula longiore. Holcus an Bromus *Bertero* Hrbr. nr. 329, 862. ♃ Chili.

b. *Panicula nutante.* §. 4.

90. B. SECALINUS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici tereti glabro (3-pedali) foliis linearibus supra et margine pilosis subtus scabris; vaginis laeviusculis; ligula brevi erosa pilosa; paniculae patentis (1/2-pedalis) radiis semiverticillatis scabris 4—5-nis inaequalibus fere semper unispiculatis demum nutantibus; spiculis ovatis compressiusculis, 6—12-floris; glumis inaequalibus ellipticis obtusiusculis margine membranaceis glabris; valvula inferiore elliptica turgida obsolete 7-nervia, apice membranacea obtuse bifida vel emarginata infra apicem arista flexuosa ipsa breviore munita. *Host* Gram. I. t. 12. *Fl. d.* t. 1446. *Torr.* Fl. N. York. II. t. 157. B. mutabilis *F. Schultz* Flora 1849. 234. Variat? arista brevissima. B. brevisetus *Dumort?* Eur. Caucas. Am. sptr.

91. B. VELUTINUS. *Schrad.* (Germ. t. 6. f. 3.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici tereti striato pubescente (vel glabriusculo, 3-pedali et ultra); vaginis dense foliis plus minus villosis, linearibus; ligula brevi erosa pilosa; paniculae patentis (1/2—3/4-pedalis) radiis semiverticillatis 4—5-nis inaequalibus 1—3-spiculatis, nutantibus; spiculis ovatis 8—16-floris, lato-ovatis; flosculis distinctiusculis; glumis inaequalibus obtusiusculis margine parum membranaceis cum valvula inferiore velutino-pubescentibus, hac apice membranacea obtuse emarginata vel bifida, infra apicem arista flexuosa ipsa breviore vel aequilonga terminata. B. multiflorus *Smith.* E. B. t. 1884. B. grossus *Desf. Gmel.* Fl. bad. IV. t. 2. 3. Variat: magnitudine, pubescentia et longitudine aristarum. B. hordeaceus *Gmel.* l. c. t. 1. B. badensis *Gmel.* l. c. t. 5. B. mutabilis *F. Schultz* ex parte. ⊙ Europ. med. austr.

92. B. COMMUTATUS. *Schrad.* (Fl. Germ. I. 353.) Radice fibrosa; culmis subcaespitosis adscendentibus (1 1/2—3-pedalibus) striatis glabris vel pubescentibus; foliis linearibus acuminatis planis molliter — vaginis densius villosis; ligula brevi fissa; paniculae (3—8-pollicaris) nutantis radiis laxis simplicibus vel ramosis; spiculis lanceolatis compressis acutis scabris nudis; glumis inaequalibus acutiusculis margine membranaceis; flosculis 9—11 imbricatis; valvula exteriore elliptica lanceolata obtusa margine membranacea 9-nervia glabra sub apice parum bifido aristam emittentem ipsa paulo longiorem rectam. *Rchbch.* ic. 11. f. 1589. B. mutabilis *F. Schultz* ex parte. ⊙ Europ.

In usum eorum, quibus forte formarum cognatarum in unam eandemque speciem conjunctio — plerumque arbitraria nec observationibus cultura stabilitis firmata — arridet, addimus dispositionem *F. Schultzii* in Flora 1849 p. 234 de tribus speciebus superioribus (nr. 90. 91. 92.) B. mutabilis. *F. Schultz.* Panicula patente, deflorata plus minus nutante; spiculis ovatis vel oblongo-lanceolatis; palea inferiore 7-nervia margine plus minus rotundata vel supra medium angulum obtusum exhibente, superiorem aequante vel conspicue superante; arista porrecta longitudine paleae, rarissime evanescente; vaginis glabris vel inferioribus pilosis. Variat: Sectio A. Vaginis praesertim inferioribus hirsutis. *α.* pratensis; panicula patente vel deflorata subcontracta; spiculis ovato-oblongis glabris; floribus lato-ellipticis fructiferis margine imbricatis sese tegentibus; palea inferiore plus minus rotundata superiorem conspicue superante vel aequante; aristis porrectis fere longitudine paleae; vaginis inferioribus pilosis. B. racemosus *Lin.* B. decipiens var. racemosus *Schimp.* et *Spenn.* Fl. Frib. *β.* B. commutatus *Schrad.* panicula patente denique plus minus nutante; spiculis oblongo-lanceolatis; floribus elliptico-oblongis, fructiferis margine imbricatim se tegentibus; palea inferiore supra medium angulum obtusum exhibente vel plus minus rotundata superiorem conspicue superante; aristis porrectis fere longitudine paleae; vaginis inferioribus pilosis. *γ.* B. m. glabratus *Schultz.* panicula patente denique plus minus nutante; spiculis ovatis vel ovato-lanceolatis glabris; pedunculis glaberrimis; floribus elliptico-oblongis vel lato-ellipticis, fructiferis margine subcontractis non se tegentibus, palea inferiore margine rotundata vel plus minusve supra medium angulum obtusum exhibente, superiorem aequante; aristis porrectis fere longitudine paleae; foliis vaginisque pilosis inferioribus pilosissimis. B. Billotii *α.* glabratus *F. Schultz* olim. *δ.* B. m. hirtus. *F. Schultz.* Spiculis ovatis sparsim pubescentibus, floribus fructiferis margine contractis teretibus non se tegentibus pedunculis hirtis. B. Billotii *β.* hirtus *Schultz.* Sectio B. Vaginis glabris; spiculis oblongis, floribus lato-ellipticis, fructiferis margine contractis teretibus non se tegentibus; palea inferiore margine plus minus rotundata superiorem aequante; arista porrecta flexuosa rectiuscula rarius evanescente. B. secalinus *Lin.* *ε.* B. hordeaceus *Gmel.* Fl. bad. IV. 68. spiculis minoribus pubescentibus hirtis. *ζ.* B. secalinus vulgaris. spiculis minoribus glabris vel scabris, quandoque muticis. *η.* B. velutinus *Schrad.* spiculis majoribus hirto-velutinis. *ϑ.* B. grossus *α. M. Koch.* spiculis majoribus glabris vel scabris. — Notandum insuper *Schimperum* et *Spennerum* etiam Bromum patulum *M. K.* et B. squarrosum *Lin.* qua varietates in hanc consociationem duxisse.

93. B. SCABRATUS. *Link.* (Linn. XVII. 402.) Culmo retrorsum scabro (pedali et ultra) ad nodos fusco; vaginis retrorsum scabris patulo pilosis; foliis linearibus (1—3″ longis, 1—2‴ latis) parum convolutis scabris pubescentibus; paniculae erectae radiis inferioribus pluribus pubescentibus; spiculis lanceolatis (6—8‴ longis) pubescentibus; gluma inferiore breviore 1—3-nervia, superiore 7-nervia obtusa; valvula inferiore obtusa 7-nervia (uti gluma ad nervos purpurascente), arista sub apice recta ipsam subaequante; valvula inferiore implexa obtusa ciliata. B. commutatus *Guss.* in litt. ♃ Italia.

94. B. DIFFUSUS. *Dumort.* (Fl. belg. 155.) Culmis laevibus vel scabriusculis; vaginis pilis deflexis pilosis; ligula elongata truncata (inferioribus subnullis); paniculae ramosae radiis confertis diffusis cernuis; spiculis lanceolatis; valvula inferiore setigera. B. agrarius *Dumort* Agr. belg. 118. Belgium.

95. B. PATULUS. *M. K.* Culmo erecto (1—1 1/2-pedali) nudo; vaginis foliisque pilosis; panicula patente, deflorata unilateraliter nutante; spiculis lanceolatis; flosculis elliptico-lanceolatis, glabris vel villosis, fructiferis remotiusculis; valvula inferiore 7-nervia margine supra medium angulum obtusum exhibente superiorem conspicue superante; aristis valvula longioribus maturitate divaricato-reflexis. *Rchb.* ic. 11. t. 1588. B. multiflorus *Host* Gram. I. t. 11. ⊙ German. Gall.

96. B. SQUARROSUS. *Lin.* Radice fibrosa parva; culmo (pedali) simplici glabro; foliis vaginisque pilis brevissimis deflexis pubescentibus; paniculae pauciflorae nutantis radiis secundis simplicibus compressis apice incrassatis; spiculis ovatis maximis tumidis nitidis 12—16-floris, glabris vel scabriusculis; glumis inaequalibus nervosis muticis; flosculis arcte imbricatis; valvula inferiore multinervia apice bipartita; aristis ipsam aequantibus scabris recurvato-divaricatis. *E. B.* t. 1881. Variat: spiculis pubescentibus. *Host* Gram. I. t. 13? ⊙ Eur. austr.

97. B. LITTORALIS. *Steud.* Culmo erecto foliato glabro; foliis linearibus vaginisque pilis brevibus deflexis pubescentibus; ligula membranacea brevi lacera; paniculae multiflorae (5—8-pollicaris) radiis semiverticillatis subquinis inaequalibus 1—3 spicigeris teretibus tenuibus flaccidulis; spiculis ovatis (1/2—3/4-pollicaribus) subcompresso-planis 6—12-floris glaberrimis nitidis; glumis parum inaequalibus ovato-lanceolatis; valvula inferiore ovata obtusa 7-nervia margine membranacea, medio obtusangula, apice obtuso bifida vel emarginata, arista infra apicem soluta ipsa valvula parum breviore divaricata. B. squarrosus *Autor.* fl. germ. (forma australis *Noë* Hrbr.) Austr. littoralis.

98. B. DIVARICATUS. *Rohde.* Radice fibrosa; culmo adscendente geniculato tereti striato glabro; foliis vaginisque pubescentibus; ligula hyalina fissa; panicula contracta apice nutante, radiis abbreviatis solitariis vel binis sulcatis compressis, unispiculatis; spiculis oblongo-lanceolatis (subpollicaribus) 10—15-floris pubescentibus vel hirsutissimis; glumis inaequalibus; valvula exteriore margine membranacea aequali apice acute bifida, infra apicem aristata;

arista valvula longiore basi torta demum divaricata. B. lanuginosus *Poir.* ⊙ Gallia. Syria.

99. B. MACROSTACHYUS. *Desf.* (Fl. Atl. 96. t. 19. fig. 2.) Vaginis pubescentibus; panicula erecta, ramis simpliciusculis, spiculis lanceolato-oblongis 10-floris pedunculo longioribus ($1^1/_2$-pollicaribus); floribus demum imbricatis; valvula inferiore elliptico-oblonga infra apicem longe productum bidentatum aristata; arista recurvata paullo breviore superiorem excedente. B. divaricatus *Rchb.* Ic. fl. germ. XI. t. 75. fig. 1597 et *Rohde* sec. *Parlat.* Giorn. I. 325. Variat: pedunculis longioribus spiculam subaequantibus demum cernuis; spiculis 6—12-floris demum adscendentibus. B. oxyodon *Schrenk.* En. II. p. 1. ⊙ Caucas. Sibir.

100. B. WOLGENSIS. *Jacq.* (Ecl. Gram. t. 15.) Radice fibrosa; culmo erecto (pedali et ultra, saepius pygmaeo); foliis (vaginisque plus minus) molliter pubescentibus; ligula hyalina lacera; paniculae nutantis radiis capillaribus 2—3-nis semiverticillatis unispiculatis; spiculis ovato-oblongis ($^1/_2$—1-pollicaribus) tenui hirsutulis; glumis valde inaequalibus, flosculis 8—14 dissitiusculis; valvula inferiore late ovata obscure nervata margine membranacea supra medium obtuse angulata (in superioribus angulo evanido) apice obtuso integro vel brevissime bifido, infra apicem arista valvula breviore recta vel demum parum divaricata. (Sec. spec. spontanea et culta.) ⊙ Caucasia. Songaria. (Gallia? nisi cum praecedente commutatus.)

101. B. VILLIFERUS. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto teretiusculo striato vaginisque villosis; ligula albo-membranacea fissa; foliis angustis linearibus apice angustatis utrinque molliter villosis flaccidulis ($^1/_2$—1′ longis, vix ultra 1‴ latis); paniculae subnutantis radiis fasciculatis apice 1—2- rarissime 3-spiculatis; spiculis oblongo-lanceolatis brevissime piloso-scabriusculis, 5—7-floris; glumis inaequalibus spicula 2—3-plo brevioribus acutis; valvula inferiore 5—7-nervia margine membranacea, infra apicem acutiuscule (non setoso-) bifidum aristata, aristis rectis vel patulis; valvula inferiore hyalina margine ciliata. Japonia.

102. B. JAPONICUS. *Thunb.* (Fl. jap. 52. t. 11. descriptio et icon insufficiens.) Radice fibrosa; culmo tereti glabro geniculato nodis fuscis; ligula hyalina ovato-lanceolata sublacera pilosa; foliis anguste linearibus (6″ longis, vix ultra 1‴ latis) pilosis; vaginis profunde striatis, inferne glabris superne praesertim ad margines pilosis; paniculae ampliusculae lucidae subnutantis radiis capillaribus laevibus tremulis fasciculatis (vel semiverticillatis) basi longe nudis 1—2-spiculatis; spiculis oblongis subcompressis glabriusculis 7—14-floris (raro una alterave minore 5-flora); glumis inaequalibus lanceolatis acutis spicula multo brevioribus; valvula inferiore infra apicem integrum vel obtuse bidentatum aristata, margine parum membranacea, inferiore minore angustiore apice pilosa, margine plus minus ciliata; arista subdivaricata valvulae suae longitudine. (Sec. spec. in Hrbo. Musei Lugd. Batav.) ⊙ Japonia.

103. B. AVENAEFORMIS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto tenuiculo ($1^1/_2$-pedali); foliis linearibus angustis (3—5″ longis, vix ultra 1‴ latis) vel uti vaginae margine pubescentibus, ligula membranacea brevi vel obsoleta; panicula subnutante, radiis binis—ternis inaequalibus divisis capillaribus; spiculis 3—4-floris patentibus; glumis inaequalibus, viridibus, inferiore fere duplo breviore duplo angustiore; flosculorum valvula inferiore dorso aurea puncticulato scabra, margine albo-membranacea apice setuloso bifida, infra apicem aristata; arista geniculata horizontaliter divaricata, interiore multo minore brevi ciliolata apice brevi bifida. Ambigit inter Bromum, Avenam et Trisetum. An? Bromus bifidus *Thunb.* (nr. 19 supra). Ex Hrbo. Musei Lugd. Batav. Japonia.

104. B. NITIDUS. *Dumort.* (Agrost. 119.) Panicula laxa fructifera nutante; radiis scabris; spiculis ovato-lanceolatis (pollicaribus) glabris; flosculis imbricatis, setis rectis; vaginis glabris. B. multiflorus *E. B.* t. 1484. B. velutinus *Schrad.* sec. *Reichb.* Belgium. Anglia.

105. B. SIMPLEX. *Pers.* (Synops. I. 96.) Vaginis villosis; panicula simplici; spiculis sessilibus 8—10-floris; aristis subdorsalibus divaricatis. —

106. B. VESTITUS. *Schrad.* (*Nees* Fl. Afr. I. 451.) Radice fibrosa; culmo erecto glabro; vaginis striatis foliisque linearibus longe molliter villosis; ligula exserta hyalina fissa; paniculae subnutantis (4—6-pollicaris) radiis semiverticillatis tenuibus sub-5-nis capillaribus inaequalibus 1—2-spiculatis; spiculis ovato-oblongis compressiusculis 6—11-floris pubescenti hirtis; glumis inaequalibus acutis; valvula inferiore nervosa apice bifido-dentata infra apicem aristata, arista valvula majore subrecta vel patente. B. capensis *Steud.* Flora 1829 p. 491. ⊙ Afr. austr.

107. B. UNIOLOIDES. *Willd.* (H. Ber. I. t. 3.) Glaucescens; radice fibrosa caespitifera; culmo erecto simplici (2-pedali) glabro; foliis angustis linearibus vaginisque scabris, his ore margineque ciliatis vel nudis; paniculae subnutantis radiis 2—3-nis scabris simpliciter racemosis altero breviore paucifloro; spiculis oblongo-lanceolatis (subpollicaribus) compressis 6—10-floris scabris; valvula inferiore 7—15-nervia, infra apicem bidentatum brevissime aristata. Ceratochloa unioloides *Beauv.* Agr. t. XV. f. 7. cfr. *Schlecht.* Linn. XXIII. p. 324. Variat: foliis vaginisque villosis; panicula stricta, radiis simplicissimis erectis uni- ad summum bifloris; spiculis minoribus 2—5-floris. Pr. b. sp. ⊙ Am. austr. et septr.

108. B. BREVIS. *Nees.* (mpt. sub: Ceratochloa.) Vaginis apice barbatis; foliis hirsutis; paniculae erectae contractae radiis strictis paucifloris; spiculis ovato-oblongis utrinque convexis scabris; floribus muticis; gluma superiore (4-lineali) valvulaque inferiore (5-lineali) 9-nerviis. A praecedente differt: glumis valvulisque brevioribus minus acuminatis ac nervis paucioribus. *Nees.* Mendoza.

109. B. SCHRADERI. *Kunth.* (En. I. 416.) Viridis; foliis planis; panicula effusa pendula; spiculis sexfloris. Caeterum B. unioloidi simillimus an var.? Ceratochloa pendula *Schrad.* Linn. VI. Lit. 72. Carolina.

110. B. ADOENSIS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. abys. nr. 58.) Radice fibrosa; culmo erecto glabro (1—2-pedali); vaginis striatis foliisque linearibus brevissime molliter pilosis; ligula hyalina dentata; paniculae demum nutantis (3—5-pollicaris) radiis semiverticillatis 3—4-nis capillaribus flexuosis pubescentibus teretibus apice subcompressis 1—2-spiculatis; spiculis 5—10-floris ovato-lanceolatis breviter adpresse pubescentibus nitidulis; glumis valde inaequalibus; valvula inferiore 5—7-nervia margine latiuscule membranacea apice acute bifida, arista infra apicem exserta recta longitudine valvulae. Variat: culmo altiore; radiis paniculae elongatis 3—5-spiculatis minus pubescentibus. B. pectinatus *Thunb.* var. *Rich.* Fl. Abyss. II. 436. ⊙ Abyssin.

111. B. TRICHOPODUS. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 437.) Perennis; culmis basi caespitosis erectis subgracilibus (1—2-pedalibus); foliis linearibus angustis glaucis subtus nervosis et scaberrimis; ligula tenui-membranacea longa; vaginis piloso-hirtis; panicula elongata simpliciuscula; radiis inferioribus semiverticillatis erectis angulatis scabris; spiculis lanceolatis angustis 5—6-floris; floribus alternis distantibus sat longe pedicellatis, pedicellis medio articulatis, inferne glabris superne dense sericeis; glumis lanceolatis acutis nervosis glabris, exteriore breviore, valvula inferiore lanceolata angusta nervosa glabra, apice acute bifida; arista dorsali valvulis triplo longiore cum caeteris contortili; valvula interiore lineari-lanceolata, apice subacuta, dorso bicarinata, nervis hirtellis. Abyssinia.

112. B. PETITIANUS. *Rich.* (l. c. p. 438.) Culmo erecto (tripedali); foliis linearibus angustis glaucis subtus

nervosis scabris; ligula membranacea apice dentato-dissecta; vaginis striatis superne puberulis; panicula ramosa pyramidata pauciflora; radiis longissimis saepius oppositis capillaribus scabris; spiculis compressis 7—9-floris (pollicaribus); floribus distichis distinctis in rhachi communi sessilibus; glumis lanceolatis acutis, inferiore paulo breviore; valvula exteriore elliptico-lanceolata, dorso trinervia carinata, nervo carinali scabro, parte extra nervos laterales cum his hirsuta, apice bifida, arista vix $^1/_2$ valvulam aequante; valvula interiore oblonga obtusa binervia, nervis marginalibus dense ciliato-spinulosis. Prov. Ouodegrate Abyssin.

Species quoad sectiones vel omnino minus notae.

113. B. LONGIFOLIUS. *Schousb.* (Maroc. I. 31.) Culmo basi ramoso laevi ($1^1/_2$-pedali); foliis involuto subulatis asperis pubescentibus culmum aequantibus; panicula racemosa; spiculis sessilibus 10—12, subulato teretibus 6—7-floris recurvatis. Bromo racemoso *Lin.* dicitur affinis. Prope Tanger.

114. B. LANCEOLATUS. *Roth.* (Catal. I. 18.) Foliis pubescentibus; paniculae erectiusculae radiis simplicibus unispiculatis; spiculis lanceolatis subcompressis glabris vel pubescentibus ad 10-floris; flosculis arcte imbricatis; aristis rectis demum reflexo-patentibus valvula longioribus. B. divaricatus *Rohde* sec. *Parlat.* Giorn. I. 325. ⊙ Eur. austr. Caucas.

115. B. STRICTUS. *Kunth.* (Gram. I. 134.) Culmo tereti filiformi ($1^1/_2$—1-pedali) cum tota planta glabro; foliis rigidis subulatis; paniculae erectae strictae angustae radiis elongatis rhachi adpressis subsimplicibus asperis; spiculis lanceolatis compressis 3-floris; glumis subinaequalibus acutissimis; valvula inferiore concava elongata; arista recta valvulae longitudine. Festuca stricta *Poir.* Encyc. Supl. II. 636. Ins. Borbon.

116. B. ALTISSIMUS. *Pursh.* (Fl. II. 728.) Culmo glabro altissimo (5—8-pedali); foliis vaginisque glabris; panicula nutante; spiculis oblongis sub-6-floris; flosculis pubescentibus; valvula exteriore 3-nervia breviter aristata. B. canadensis *Lin.?* sec. *Nutt.* Missuri.

117. B. VERTICILLATUS. *Cav.* (Ic. VI. t. 590.) Culmo articulato ad nodos rubente glabro (3-pedali et ultra); foliis linearibus quam vaginae brevioribus; paniculae apertae radiis horizontaliter verticillatis 5—8, elongatis inaequalibus simplicibus et ramosis capillaribus; spiculis glabris (pollicaribus) sub-12-floris; glumis concavis acutis; arista brevi recta. B. arvensis *Lin.* var.? *Schult.* Arragonia.

118. B. ARENARIUS. *Labil.* (N. Holl. t. 28.) Culmo tereti foliisque nervosis villosis; ligula dentata; panicula secunda patula; spiculis oblongis 5-floris; glumis inaequalibus acutis 3—5-nerviis subpilosis; valvula exteriore bifida, arista recta nuda; valvula superiore oblongo-ovali ciliata. N. Holl.

119. B. AUSTRALIS. *R. Br.* (N. Holl. Prod. I. 178.) Culmo striato glabriusculo; vaginis foliisque villosis; paniculae nutantis radiis 1—2-spiculatis; spiculis 6—8-floris; arista quam valvula longiore. N. Holl.

120. B. LONGIFLORUS. *Willd.* (ex *Spr.* pug. 2. 23.) Culmo glaberrimo (6-pedali); vaginis angulatis glabris superne ciliatis; foliis supra pilosis margine ciliatis; ligula obtusa exserta lacera; paniculae radiis verticillatis pendulis elongatis unispiculatis; spiculis lanceolatis compressis 6—10-floris; glumis longe acuminatis, flosculis patentissimis hirsutiusculis; arista valvula sua longiore. Bromo sterili *Lin.* valde affinis *Link.* Hort. 165. ⊙ —

121. B. LAXUS. *Hornem.* (H. Hafn. 2. 954.) Foliis laxis pubescentibus ciliatis; paniculae nutantis radiis patentibus; spiculis pendulis compressis linearibus pubescentibus 6—8-floris; glumis longe acutatis sparsim pilosis; flosculis demum patentibus; valvula exteriore nervosa sparsim pilosa apice acutiuscula, arista quam valvula breviore. B. tectorum *Lin.* var.? *Kunth.* B. inermis *Lin.* var. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. ross. — —

122. B. ANGUSTIFOLIUS. *Hornm.* (l. c. Supl. 13.) Foliis vaginisque glabris striatis, radicalibus angustissimis, caulinis planis; paniculae subeffusae nutantis radiis subsimplicibus subunispiculatis; spiculis 2-pollicaribus 10—14-floris; glumis longe acutatis laevissimis; flosculis conniventibus; valvula inferiore glaberrima breviter acutata 3-nervia, arista recta valvula breviore. ♃ — —

123. B. MULTIFLORUS. *Mart.* (Sem. H. Monac. 1837.) Culmis vaginisque sulcatis scabriusculis; ligula membranacea ovata denticulata; foliis linearibus acuminatis pubescenti-hirtulis collo dense barbatis; panicula laxa secunda nutante; spiculis lineari-oblongis 12—20-floris; floribus lineari-lanceolatis; aristis quam flosculi longioribus. ♃ — —

124. B. VILLOSULUS. (*Steud.*) Caule cum foliorum fasciculo vaginis communibus inclusis ex parte inferiore uti folia angusta et vagina inferior pilis brevibus reversis ex parte superiore uti folia caulina pedunculi et spiculae pilis patentibus obsito, ex media parte glabro; glumis et valvula arista breviore munitis; racemo brevi; radiis unispiculatis, nervis secundariis in nervum medium abeuntibus. B. pubescens *C. Koch* Linn. XXI. 420. Graecia.

125. B. BRONGNIARTII. *Kunth.* (En. I. 421.) Culmo paniculaque strictis; foliis planis asperis; vaginis (praesertim inferioribus) valde pilosis; ligula oblonga truncata; paniculae contractae radiis alternis solitariis vel geminis; spiculis solitariis vel in ramis inferioribus paucis alternis subsessilibus lanceolatis compressis; glumis valvulisque inferioribus 7—9-nerviis acutis; valvula glumis duplo longiore apice brevissime aristata. B. strictus *Brogn.* H. bot. 45. Brasil.

126. B. BERTERIANUS. *Colla.* (Memoir. Turin. 39. t. 58.) Erectus elatus; foliis late-linearibus culmoque striatis villosiusculis; panicula elongata erecta, radiis filiformibus strictis inferne nudis, superne ramulosis multilocustiferis; spiculis lineari-lanceolatis compressis; valvula exteriore binervia aristam rectam subaequante. Chili.

Species in collectione plantarum *Berteronis* ab unione itineraria edita non adest, nec a *Philippio* nec a *Lechlero* huc usque missa.

127. B. CHRYSOPOGON. *Visian.* (Fl. Cyb. 4. t. 2. f. 2.) Foliis nodisque culmi longe pilosis; panicula contracta fasciculata; spiculis subsessilibus lineari-lanceolatis glabriusculis sub-8-floris. Lybia.

128. B. TENUIFLORUS. *Visian.* (l. c. 5. t. 1. f. 1.) Culmo vaginisque hirsutis; panicula in spicam contracta; spiculis subsessilibus linearibus divergentibus; valvula inferiore ciliata arista longiore, interiore nuda. Lybia.

129. B. CANESCENS. *Visian.* (l. c.) Culmo foliis tecto; panicula fasciculata ovata canescente; spiculis 5-floris lineari-lanceolatis; glumis valvulis foliisque et vaginis hirsutissimis. Lybia.

130. B. FESTUCOIDES. *Link.* (*Schrad.* Jour. 1799. II. 315.) Foliis planis glabris; paniculae radiis paucis arrectis; gluma altera flosculos aequante, altera 3-plo breviore; arista flosculo paulo breviore. Lusitania.

131. B. HIRTUS. *Lichst.* (*R. S.* II. 654.) Culmo humili (6-pollicari), foliisque hirtis; panicula simplici; spiculis lanceolato-linearibus compressis 5-floris pubescentibus, aristis patulis spicula brevioribus. An B. vestitus *Schrad.* Pr. b. sp.

132. B. TRICHODES. *Kunth.* (En. I. 422.) Foliis angustis pilosis; paniculae flaccidae radiis subbinis subdivaricatis; spiculis solitariis sub-6-floris; calycibus patentibus aristatis; flosculis deciduis scabris. B. pilosus *Willd.* hrb. Ins. Mascaren.

133. B. AVENACEUS. *Lam.* (Ill. p. 194.) Panicula coarctata subsimplici; spiculis erectis glabris 3—4-floris; aristis subterminalibus rectis. — —

134. B. RIGENS. *Lin.* (Mant. I. 33.) Culmo folioso

(7—10-pollicari); foliis nervosis supra leviter pilosis; vaginis culmum tegentibus; panicula spicata breviter pedunculata erecta rigidula; spiculis sparsis subsessilibus erectis pubescentibus, 4—5-floris; arista infra apicem orta erecta vel patula valvulam aequante. Lusitania.

135. B. MASSILIENSIS. *Kunth.* Foliis utrinque vaginisque inferioribus pubescentibus, superioribus glabris; aristis compressis; valvulis interioribus ciliatis. B. squarrosus *Forsk.* Fl. aeg. ar. 203. Massilia.

136. B. PARVIFLORUS. *Desf.* (Catal. 387.) Culmo erecto; foliis vaginisque villosis; panicula apice nutante; spiculis glabris 7—9-floris; aristis rectis valvula vix longioribus. — —

137. B. AEGYPTIACUS. *Tausch.* (Flora 1837. 124.) Radice fibrosa; culmo basi geniculato; foliis marginatis nervosis mucrone terminatis vaginisque inferioribus mollissime pilosis; panicula contracta depauperata nutante; spiculis lanceolatis compressis punctato-scabris 10—12-floris; aristis rectis valvulam vix aequantibus. ⊙ Aegyptus (in Hrbo. *Sieberi*).

138. B. GLOMERATUS. *Tausch.* (l. c.) Radice fibrosa; culmo tenuissimo (6—8-pollicari); foliis angustissimis nervosis vaginisque inferioribus pilosis; panicula subspicata; spiculis terminalibus alternis sub-4-nis erectis arcte congestis glabris nitidis ovatis subsexfloris, pedicellis brevissimis (1—2‴ longis) apice dilatatis; aristis rectis valvulam vix aequantibus. ⊙ Aegyptus. (Hrbr. *Sieber.* neque haec neque antecedens a *Schimpero* et *Wiestio* lecta.)

139. B. POAEFORMIS. *Forsk.* (Fl. aeg. ar. 23.) Panicula spicata ovato-oblonga; spiculis compressis horizontalibus 5-floris. An idem ac praecedens. Alexandria.

140. B. EXALTATUS. *Bernh.* (Linn. XV. Lit. 90.) Foliis calvis, vaginis superioribus retrorsum pilosis; panicula diffusa nutante pubescente; spiculis lineari-lanceolatis 6—12-floris apicem versus angustioribus; gluma inferiore 4-nervia; flosculis lineari-lanceolatis breviter aristatis fructiferis subremotis. ♃ Mexico.

141. B.? GILLIESII. *Nees.* (mpt.) Foliis basi vaginisque glabris; paniculae angustae radiis subgeminis racemifloris; spiculae lanceolatae sub-6-florae; glumis spicula brevioribus; rhachillae geniculis barbatis; valvula inferiore 7-nervia exasperata apice bifida, laciniis membranaceis bidentatis, infra sinum arista flosculum aequante flexuosa. Probabiliter novi generis (sequentem inter et Bromum collocandi *St.*) typus Bromum cum Avenaceis connectentis *Nees.* ♃ *Gillies* legit in Mendoza.

Species indescriptae.

B. ANOMALUS. *Rupr.* (Bull. Brux. IX. 2. 236. Hrbr. *Galeot.* nr. 5757.) ♃ Oaxaca.

B. SUBALPINUS. *Rupr.* (l. c. Hrbr. *Galeot.* nr. 5769.) ♃ Orizaba, Mexico.

TRINIUSA. *Steud.* Panicula simplex erecta racemosa; spiculae pluri- (4—18-) florae oblongo-ovatae tumidiusculae; flores dense imbricati; glumae 2 inaequales inferior minor, vel utraque mutica vel superior apice bidentata et inter dentes mucronulata; valvulae 2, inferior late ovata margine et apice hyalino membranacea 4-dentata infra apicem 3-aristata, aristis (media longiore) valvulae longitudine; superior subchartacea lineari-oblonga margine ciliata; stamina 3; stylus brevissimus ex apice ovarii elongati teretiusculi piloso.

1. T. DANTHONIA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo suberecto (nunc vix uni- nunc 4—8-pollicari) firmulo, tereti tenuissime striato glabro vel pubescente; vaginis nunc pubescentibus nunc dense velutino-tomentosis; ligula exserta denticulata; foliis linearibus planis angustissimis vel subconvolutis; paniculae erectae simplicis radiis solitariis alternis brevibus; spiculis ovato teretibus; flosculis angulato ellipticis; aristis (in infimo solitatia) subdivaricato patulis. Bromus Danthoniae *Trin.* in *Meyer* Verz. 24. ⊙ Caucas. Persia.

2. T. FLAVESCENS. *Steud.* Radice annua; culmo vix spithamaeo; foliis linearibus angustissimis nervosis uti vagina pubescentibus; panicula in fasciculum spicatum densum coarctata; spiculis linearibus superne latioribus 4-floris; glumis inaequalibus linearibus muticis; valvula inferiore 3-aristata, arista media subdorsali elongata flexuoso-divaricata. Bromus flavescens *Tausch.* Flora 1837. 124. ⊙ Sicilia.

ROEGNERIA. *C. Koch.* Spica ex spiculis 3—4 remotis alternis paucifloris constans; flosculi distantes; glumae flosculo proximo multo minores, inferior 3-nervia a superiore 5-nervia et basin floris secundi attingente duplo superata; valvula inferior ex dorso subcompressa in apicem aristiformem longissimum excurrens, obsolete 3-nervia, marginibus pilosis superiorem lineari-ellipticam bicarinatam truncatam quidem sed apiculis 2 instructam amplectens; lodiculae binae oblongae, germen pyriforme ex parte superiore villosum superantes; stigmata sessilia apicalia plumosa.

1. R. CAUCASICA. *C. Koch.* (Linn. XXI. 413.) Perennis, glaberrima; caule erecto 2—3-pedali; foliis linearibus planis; ligula brevissima. Triticum Roegneria *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 340. ♃ In sylvis Daghestan.

ZENKERIA. *Trin.* Panicula jubalis; spiculae biflorae; glumae subaequales flosculis triplo breviores; flosculi lineari-lanceolati acuminati, basi pilis stipati, fastigiati; valvula inferior 7-nervia compressa, superior paulo brevior aequilata obsolete biaciculata dissite pilosa; stamina 3; filamenta brevissima; styli 2, stigmata plumosa; caryopsis?

Zenkeria serius a *Wight* et *Arnott* constitum genus alio salutandum nomine.

1. Z. ELEGANS. *Trin.* (Linn. XI. 150. t. 3.) Radice fibrosa; culmo erecto basi fasciculato folioso (10—12-pollicari) teretiusculo glabro; vaginis striatis fauce quandoque barbatis; ligula brevissima ciliari; foliis compressis subsetaceo-convolutis (2—5″ longis, explanatis vix 1‴ latis); panicula erecta apice subnutante (2½—4-pollicari, purpurea, vel albo-purpureo varia); radiis solitariis sparsis vel confertis pseudo-verticillatis; spiculis — in pedicellis glabris — solitariis lineari-oblongis. Ind. or.

AMPHIBROMUS. *Nees.* Panicula; spiculae 2—3-florae; flosculi superiores pedicellati; rhachillae et insertiones barbatae; glumae 2, herbaceae inaequales breviores quam flosculi (an sexu distincti?) bivalves; valvula inferior chartaceo-rigida (♂) infra apicem membranaceum bifidum vel tridenticulatum aristata, arista stricta (siccando ad horizontem reflexa nec geniculata), superior tenuior paulo brevior dorso plana margine acute inflexa ciliata binervia apice integra; lodiculae 2 lanceolatae membranaceae; stamina? ovarium compressum glabrum; styli brevissimi discreti; stigmata laxe plumosa; caryopsis oblonga compressa libera; valvulae superioris marginibus cincta.

1. A. NEESII. (*Steud.*) Culmo elongato fistuloso molli, cum nodis glabro; ligula exserta, membranacea; paniculae radiis racemoso 2—3-stachyis (sine arista 4‴ longis) glumis ovatis obtusis (basi purpureis); inferiore uninervia

($1\frac{1}{2}'''$ longa), superiore 3-nervia ($2'''$ longa); valvula inferiore (3-lineali) basi utrinque fasciculo pilorum notata, dorso convexa scabra apicem versus 5-nervia apice membranaceo bifido vel dentato; seta infra apicem orta rigida scabra; caryopsi rufa puncticulata. Ambigit genus inter Bromeas et Avenaceas illis habitu, his fructu magis accedens. ♃ *Gunn.* nr. 995. Ins. Van Diemen.

Nomen specificum *Neesius* neque in *Hook.* Lond. Jour. II. 420., neque in mpto. addidit.

Tribus XI. BAMBUSACEAE. *Nees. Rupr.*

Gramina fruticosa vel arborescentia, culmi graciles vel crassi (a 9-pollicari altitudine ad 50—100-pedalem adscendentes, et quandoque a crassitie vix 3—4-lineali ad $1\frac{1}{2}$-pedalem incrassati), intus plerumque quidem fistulosi, rarius solidi, ramosi spinosi vel inermes; folia truncorum marcescentia denique abolita, ramorum — pro plantae statura minora — basi in formam petioli contracta, latiuscula; vaginae distichae arctae. Panicula raro valde composita saepius contractior et depauperata; spiculae pluriflorae rarius abortu uniflorae, flosculis inferioribus saepe imperfectis univalvibus glumas referentibus; glumae duae convexae plurinerviae chartaceo-herbaceae, saepe bracteolis stipatae; flosculi fertiles bivalves, valvula inferiore herbaceo-chartacea mutica vel mucronata plurinervia, superior magna binervia; lodiculae tres magnae aut nullae; stamina 6 rarius 3; styli plerumque basi conjuncti 2—3-fidi; caryopsis libera, postice sulcata.

Sectio I. Valvula flosculorum fertilium superior depressa, dorso latiuscula; stamina sex, raro tria.

BAMBUSA. *Schreb.* Spicae paniculatae; spiculae multiflorae; flores imbricato-distichi, nonnulli inferiores imperfecti neutri unipaleacei, reliqui bipaleacei. nunc omnes hermaphroditi, nunc unus, caeteri masculi; glumae 2 parvae muticae concavae; paleae subcoriaceae inferior concava apice acutato-mucronata vel subulata, superior angusta bicarinata; stamina 6 rarius 3; ovarium apice pubescens quandoque glabrum; stylus terminalis longissimus pubescens apice 2—3-fidus; stigmata plumosa; squamulae 3 integrae ciliatae; caryopsis libera paleis inclusa.

§. 1. Flosculorum rhachis abscondita; flosculi inferiores marginibus valvulae planis ciliatisque flores superiores 1—3 correspondentes arcte cingentes; spicula inde evoluta bifida lineari-lanceolata, valvula exterior quam interna plerumque brevior.

1. B. VULGARIS. *Schrad.* (et *Wendl.* coll. II. t. 47.) Culmi inermis (20—30- imo 50-pedalis) ramis viridibus opacis subangulatis striato-sulcatis late fistulosis, minus duris; vaginis superne saepe pilis fuscescentibus hirsutis; foliis ovato lanceolatis ($18'''$ latis, 8—$10''$ longis) herbaceis tenuibus viridibus vel subtus glaucescentibus; inflorescentia varia, (panicula radicalis aphylla, vel ramuloso foliata, vel lateralis e nodis inferioribus, vel apicalis in ramulis); spiculis oblongo-lanceolatis acuminatis 6—10-linealibus compressis herbaceis, pallide-stramineis 6—8-floris, superioribus 3—4 hermaphroditis, summis tabescentibus exsertis; valvula exteriore ovato-lanceolata acuminata subulata 15—19-nervia, nervis prominentibus; valvula interna minore externa; antheris linearibus ($3'''$ longis) post anthesin cinnamomeo-purpureis margine undulatis; stylo longo basi incrassato-hispido superne plumoso. *Rupr.* Bamb. t. XI. f. 47. ♄ Ind. occ. et or. Afr. austr.

2. B. THOUARSII. *Kunth.* (potius *Rupr.* l. c. t. 11.) Culmi (30-pedalis) ramis teretibus durissimis fistulosis nitidis; vaginis glabriusculis; foliis lineari-lanceolatis (7—$8'''$ latis, 4—$5''$ longis) subtus glaucis; ramuli floriferi internodiis superne dense pubescentibus, ad nodos spiculas solitarias vagina microphylla demum decidua plus minus basi aut latere involutas gerentibus; spiculis ovato-oblongis truncatis obtusis 7—8-linealibus complanatis coriaceis obscure flavescentibus 5—7-floris, flosculis distincte distichis, valvula externa ovato-oblonga mucronato-acuminata, superne immerse nervosa, valvula interiore in flosculis inferioribus parum prominente; antheris linearibus ($2'''$ longis) cinnamomeo-purpureis. *Kunth* gram. t. 73 et 74 sec. *Rupr.* et *Hassk.* Plant. jav. rar. 41. potius ad B. vulgarem spectat.) ♄ Ins. Borbon. Java.

3. B. SURINAMENSIS. *Rupr.* (l. c. t. XI.) Culmi ramis foliiferis elongatis (pedalibus et ultra); vaginis glabris ore nudis vel in junioribus parce et breve fimbriatis; foliis (in ramo 6—8-nis) ovato-lanceolatis (maximis $12'''$ latis, $7''$ longis) membranaceis undique viridibus; ramis paniculae superne tenerrimis simplicibus paucis elongatis gracillimis ($\frac{1}{4}'''$ latis) strictis vel adscendentibus; spiculis 3—4-nis ad nodum oblongis obtusis compressis 5—6-linealibus fuscescenti-stramineis nitidis 6—8-floris; flosculis 3—4 superioribus hermaphroditis, summo tabescente pedicellato flosculos 2 penultimos subaequante; valvula exteriore flosculorum infimorum margine ad medium usque dense et longiuscule ciliata 9-nervia interiorem superante, antheris purpurascentibus (vix $2'''$ longis) stylo sparsim hispidulo, stigmatibus 2. A. Bambos *Aubl.?* ♄ Surinam.

§. 2. Flosculorum rhachis, saltim basis eorum visibilis; valvula externa margine subglabra, inferne contracta involuta, spicula integra ovato-lanceolata; valvula externa interna plerumque brevior.

4. B. ARUNDINACEA. (*Lin.?* certe) *Nees.* (Linn. IX. 475.) Culmo spinoso; vaginis hirsutiusculis ore setigeris; foliis lanceolatis basi rotundatis supra scabris; spicis ex omnibus nodis elongatis ramoso-compositis et decompositis, regulariter glomeratis, spurie verticillatis; spiculis sessilibus oblongo-lanceolatis 6—7-linealibus, saepe teretibus et falcato-incurvis, in glomerulis aequidistantibus densis patentibus, valvula exteriore quam interna breviore glaberrima acuta; stylo profunde bifido. *Rupr.* l. c. t. XIII. f. 50. ♄ Ind. or.

5. B. ORIENTALIS. *Nees.* (l. c. 472.) Culmi ramis brevi spinosis; vaginis junioribus hirsutis ore setigeris; foliis lanceolatis basi subtruncatis laevibus, spicis e nodis culmi compositis divaricatis; spiculis irregulariter paniculato-agglomeratis, nonnullis distincte pedunculatis approximatis erectis 9-linealibus, valvula externa interna breviore margine sursum puberula mucronata; stylo longo sursum dilatato $\frac{1}{4}$ ab apice 2—3-fido. *Rupr.* l. c. t. 13. f. 51. ♄ Ind. or.

6. B. SPINOSA. *Roxb.* (H. Beng. 25.) Culmo spinoso; vaginis ore setigeris; foliis floralibus lanceolatis (4—$5'''$ latis, 5—$7''$ longis) acuminatis basi attenuatis laeviusculis; spica terminali ampla foliosa expansa; ramis laxis elongatis decurvis vel pendulis simplicibus vel compositis; spiculis erectis sub 2—3-nis, 5—6-linealibus; valvula exteriore acutissima sublaevi; stylo ad medium bifido. *Rupr.* l. c. t. 12 et 13. f. 52. ♄ Ind. or.

7. B. ARUNDO. *Klein.* (*Nees.* Linn. IX. 471.) Culmo spinoso; vaginis ore nudis; foliis (floralibus) ovato-lanceolatis (4—$5'''$ latis, 6—$7''$ longis) basi rotundatis breve-

petiolatis laevibus; spicae terminalis amplae foliosae ramis patentibus simplicibus vel compositis; spiculis 10—12-linealibus erectis approximatis subternis, superioribus alternis minime verticillatis, 6—8-floris; valvula exteriore laevi glaberrima acuminata, superiorem subaequante; stylo ad medium bifido basi bulboso. *Rupr.* l. c. t. XIII. t. 53. ♄ Ind. or.

8. B. FLORIBUNDA. *Zoll.* et *Maur.* (Hrbr. nr. 3487.) Ramis ad nodos inferiores numerosissimis subverticillatis vel superioribus magis diffusis, foliiferis et floriferis ita mixtis ut nunc utrique sint distincti vel pauciores sint simul folii- et floriferi, flexuoso-geniculati (pedales et ultra) teretes glabri; vaginis brevibus arctis ore paucisetosis vel nudis; foliis distiche alternis glaucescentibus lineari-lanceolatis acutis plicato-subsulcatis tenuissime striatis glabris margine vix striatulis ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{3}$'' longis, 2—3''' latis); florum fasciculis nunc in spica remoti-flora nunc per ramos dissite sparsis, plurifloris; spiculis singulis inaequalibus 3—8''' longis, oblongis acutis glabris, superpositis; squamis exterioribus sterilibus intimis vel summis 2 flosculum bivalvem hermaphroditum formantibus; antheris 6, stylo gracili bi—trifido longe recto-piloso. Variat: floribus in spicas ultra pollicares distichas collectis. Java.

§. 3. Flosculorum rhachis abscondita; spiculae ovatae, valvula exterior ovata, interior major margine arcte cingens externam flosculi superioris.

9. B. CAPENSIS. *Rupr.* (l. c. t. XII. f. 54.) Culmi ramulis foliigeris subpedalibus infra nodos retrorsum hirsutulis; vaginis superne striatis setisque diaphanis dein deciduis obsitis; ligula truncata brevi ($\frac{1}{2}$-lineali) glabra; foliis ovato-lanceolatis (14''' latis, 7'' longis) cuspidatis utrinque glaucis planis supra glabris subtus et margine scabris, basi rotundata breve-petiolatis; petiolo vix lineali inferne transversim ruguloso; ramis spicigeris elongatis flexuosis; spiculis dense verticillato-glomeratis ovatis 4—6-linealibus pallide stramineis demum fuscescentibus inflatis multifloris, valvulis aequilongis, exteriore ovata acuta, interiore nervis 4 anastomosantibus percursa et ad carinas hispido ciliatas inflexa, margine revoluto superne pubescente. ♄ Pr. b. sp.

10. B. VERTICILLATA. *Blum.* (in *R. S.* VII. 1346. obs. 2. an etiam *Willd?*) Culmi internodiis floriferis teretibus glabris anguste fistulosis; spicis paucis erectis simplicibus 6—18-pollicaribus, basi squamis plurimis dense imbricatis lato ovatis ($1\frac{1}{2}$—4''' longis) tectis; rhachi spicae alternatim sulcata; spiculis 3—12 in verticillos densos congestis fuscescenti-stramineis oblongo-ovatis parum compressis 4—6-linealibus multifloris; flosculis arcte imbricatis; valvula exteriore rotundato-ovato breviter mucronata superne nervosa, dorso minute pilosa, margine ciliata. *Rupr.* l. c. t. XII. t. 56. ♄ Java.

11. B. PSEUDOARUNDINACEA. *Steud.* Ramis foliiferis teretibus vaginatis; vaginis arectis ore truncatis glabris; ligula abbreviata truncata brevi apice ciliata; foliis lanceolatis acuminatis (7—12'' longis, $\frac{3}{4}$—$1\frac{3}{4}$'' latis) subplicato-canaliculatis supra glabris subtus et margine scabris, brevi pedicellatis; ramis floriferis simplicibus vel ramosis elongatis (2-pedalibus et ultra) teretibus glabris remotiuscule (per intersticia 1—2-pollicaria) subverticillato glomerato-floriferis; spiculis nunc paucis 2—4 quin hinc inde solitariis, nunc plurimis 12—30 aggregatis, oblongis vel ovatis breviusculis (raro ultra 3-linealibus); squamis inferioribus ovatis minoribus, superioribus sensim majoribus minute ciliatis, summis angustis 1—3 hermaphroditis longius ciliatis, angustioribus tenuioribus; staminibus 6 (saepe exsertis) stylo simplici vel apice clavato piloso. Praecedenti videtur affinis. B. arundinacea *Zolling.* hrb. nr. 3479. nec. *Lin. Rupr.* Java.

12. B. STRICTA. *Roxb.* (Corom. I. t. 80.) Culmo stricto spinoso vel inermi; foliis lanceolatis basi rotundatis brevi-petiolatis; paniculae ramis simplicibus valde elongatis, glomerulis spicularum densissimis ovalibus (pollicaribus) aequidistantibus, a ramulis paniculae tenuibus $\frac{1}{2}$-linealibus laevigatis teretibus biannulato-nodosis discretis; spiculis ovatis 3-linealibus parum compressis subtrifloris flosculo infimo unipaleaceo, 2 superioribus bipaleaceis hermaphroditis, valvulis exterioribus omnibus superne breve-tomentosis, superioribus 1—2 incurvato-subulatis (subulo $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$''' longo) valvulas internas superantibas. *Rupr.* l. c. t. XII. f. 56. Dendrocalamus strictus *Nees* Linn. IX. 476. ♄ Ind. or.

Character generis: Dendrocalamus *Nees.* Spiculae glomerato-spicatae in spicam compositam dispositae, submultiflorae; glumae spiculis breviores muticae subtilissime nervoso-striatae, inferiore minore; flosculi tres hermaphroditi imbricati bivalves; valvula inferior ventricosa subulato-mucronata; superiore angustiore obtusa lateribus inflexa 4-nervia; extremus seu tertius flosculus modo perfectus, modo hermaphrodito-neuter; stamina 3, filamenta filiformia; antherae lineares utrinque bifidae; ovarium breve, bulbo styli angustius, glabrum; stylus longus villosus basi incrassatus compresso-tetragonus; stigmata 2 brevia angusta villosa.

Bambusae minus notae.

13. B. ABYSSINICA. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 439.) Culmo arboreo lignoso, ramulis verticillatis; foliis in ramis alternis, nunc late ovali-lanceolatis, nunc anguste lanceolatis (nunc 1'' nunc 7'' longis, 2—3, vel 4—6''' latis) supra glabris, subtus pilis brevibus (saepe vix conspicuis) puberulis; basi subcordato-rotundatis et in petiolum brevissimum ($\frac{1}{2}$—1-linealem) terminatis, margine serrulato scaberrimis, nervis primariis in lamina utrinque 3—5, secundariis tenuissimis plurimis, venis transversis nullis conspicuis; vaginis glabris vix striatis marginem versus evanido-pilosis; spiculis oblongo-conicis acutissimis sessilibus numerosissimis conglomerato-capitatis, capitulis lateralibus superpositis, terminali majore, et quasi spicam vastam interrupte verticillatam efformantibus; spicularum multiflorarum squamis undique imbricatis, exterioribus brevioribus apice subobtuso mucronatis ciliatis pubentibus, internis sensim longioribus acutissimis subspinescentibus et perfecte convolutis, omnibus vacuis; flore centrali masculo aut hermaphrodito; staminibus 6, antheris longis linearibus apice longe subulatis; stylo simplici hirto, stigmatibus 3 subulatis hirtellis. Bambusa Schimperiana *Steudel* in litt. nr. 501. hrbr. un. it. ♄ Abyssinia.

14. B. AGRESTIS. *Lour.* (Fl. coch. 72. sub: Arundo.) Culmo lignoso durissimo subtereti tortuoso (30' alto, brachium crasso) nodis prominentibus intus saepe integre solido; ramis alternis inferioribus densioribus arcuatis subdivisis intricatis spinis plurimis crassis sparsis incurvis munitis; foliis lineari-lanceolatis parvis, petiolis longiusculis tenuibus; paniculae spicatae spiculis congestis; calycibus unifloris; corolla minima lanata; antheris 6 longissimis. (*Rumph* Amb. VI. t. 3.) ♄ China.

15. B. MITIS. *Lour.* (l. c. 73. sub: Arundo.) Culmo lignoso tereti aequali (40' alto, crus humanum crasso) simplici inani articulato, nodis distantioribus vix prominentibus; ramis inermibus numerosis; foliis majusculis lanceolatis striatis amplexicaulibus; panicula coarctata erecta simplici; spiculis longis imbricatis; calyce unifloro bivalvi; corolla brevissima lanata; staminibus 6, stigmatibus 3 longis villosis. *Rumph* Amb. t. 4. (Icon magis quam descriptio.) ♄ Cochinchina.

16. B. MULTIPLEX. *Lour.* (l. c. sub: Arundo.) Culmo tereti (12' alto, 1'' crasso) inermi fistulato multiplici; internodiis longissimis; foliis lanceolato-linearibus (6-pollicaribus) planis glabris amplexicaulibus fusco-viridibus; spicis terminalibus paucis erectis longis interruptis compositis; spiculis subulatis sessilibus imbricatis circa pedicellum communem verticillatis; calycibus unifloris; staminibus 6, filamentis capillaribus longis; stigmatibus 3 sessilibus longis plumosis reflexis. *Rumph* l. c. t. 1. ♄ Cochinchina.

17. B. DUMETORUM. *Hanke* (Pl. Chin. diagn. I. 22.) Frutescens multicaulis; culmis 4—6-pedalibus et ultra tenuibus imberbibus; foliis lanceolatis superne angustato-subulatis basi cuneatis brevissime petiolatis articulatis multinerviis, nervo medio parum crassiore, supra scabro-pilosulis subtus glaberrimis, margine denticulato-scabris (3—6″ longis, ½—1″ latis), eligulatis; vaginis teretibus striato-sulcatis imbricatis glabris apice ciliatis, ciliis rigidis fibrosis; paniculae amplae simplicis bipedalis radiis simplicibus 3—8 aggregatis 3—6-pollicaribus, basi fasciculo spicularum dense congestarum auctis; spiculis sessilibus 3—6 fasciculatis lanceolatis attenuatis vix compressis unifloris; stylo subulato stamina dimidio superante. China austr.

Bambusae quoad flores minus notae.

18. B. NIGRA. *Lodd.* Culmo humili (4—5-pedali, diametro 2-pollicari); internodiis semipedalibus ramulisque teretibus laevigatis dichotomis strictis extus fusco-nigricantibus intus subsolidis vel angustissime fistulosis; nodis biannulatis, annulis valde prominentibus; vaginis superne margineque puberulis, ore appendiculato-fimbriatis, fimbriis pallide fuscescentibus 2—4-linealibus; ligula ovata brevisetosa; foliis ovato-lanceolatis (6—10‴ latis, 4—7″ longis) sublaevibus tenuibus, saturate viridibus, subtus parum pallidioribus, basi rotundatis petiolatis. (Arbor nigra *Rumph* Amb. IV. p. 17.) ♄ China.

19. B. GLAUCIFOLIA. *Rupr.* (Bambus. p. 57.) Culmo humili (9-pedali) ad nodos ramos paucos (1—2) emittente 1—2-pedales, nodis parum tomentibus glabris; vaginis foliorum subtilissime striatis omnino glabris ore breve fimbriatis; ligula brevi lacera, junioribus glaucis teretibus demum fuscescenti-stramineis compressis; foliis ovato- vel lineari-lanceolatis (18—24‴ latis, 10—20″ longis) longe acuminatis, basi inaequilatera in petiolum 2—3-linealem attenuatis firmis glaucis. ♄ Ins. ocean. pacif. Nukahiva.

20. B. RETICULATA. *Rupr.* (l. c. 58.) Culmi ramulis foliiferis dense fasciculatis laevigatis nitidis, nodis biannulatis parum tumentibus; vaginis inferioribus aphyllis, superioribus folio brevissimo subbilineali appendiculatis, supremis 4—5 foliiferis, omnibus striato sulcatis vix compressis glabris margine subciliatis, ore fimbriatis, fimbriis mox evanescentibus; foliis lineari-lanceolatis (6—8‴ latis, 4—7″ longis) basi in petiolum longiusculum (2-linealem) attenuatis firmis pergameis glaberrimis supra striatis subplicatis subtus glaucescenti-cinereis (foliis majoribus, haud dubie ejusdem plantae? pedalibus et ultra 2—3″ latis, inferioribus magis ovatis latioribus, superioribus lanceolatis; lamina basi inaequilatera secus costam subtus valde prominulam imprimis basi brevi puberulo-tomentosa, nervis et venulis transversis creberrimis anastomosantibus in quadratula minima reticulata.) ♄ Japon.

21. B. TABACARIA. *Lour.* (Fl. archin. p. 76. sub: Arundo.) Culmo tenui rectissimo aequalissimo subsolido aspero ramoso, internodiis longissimis durissimis tenuissimis scabris. ♄ Cochinch.

22. B. MAXIMA. *Poir.* (Encl. VIII. 704.) Culmo maximo (80—100-pedali, crassitie cruris), internodiis 3-pedalibus valde inanibus (ligno vix ½-pollicari) externe quidpiam rugosis; stipitibus rectissimis ad verticem usque simplicissimis; ramulis terminalibus paucissimis. (*Rumph* Amb. IV. p. 12.) ♄ Amboina.

23. B. ASPERA. *R. S.* (S. Veg. VII. 1352.) Culmo (60—70-pedali crassitie usque cruris) inani, ligno in internodiis inferioribus 1½″ crasso durissimo, in superioribus longioribus tenuiore extus tomento albido farinoso-lanuginoso obducto ad verticem ramificationum usque simplicissimo, ad nodos undique radiculis spinulas mentientibus dependentibus obsito; foliis lineari-lanceolatis (12‴ latis, 11—12″ longis) tenuibus glabris. ♄ Ind. or.

24. B. MONOGYNA. *Blanco.* (Fl. di Filip. 268. ex Linn. XVI. Lit. p. 42.) Foliis ensiformibus utrinque rigide et breviter pilosis, margine hamulosis; petiolis pilosis; floribus dense distichis spicatis; spiculis plurifloris, gluma uniflora; corollae petalis 2 parvis; staminibus 6; antheris majusculis; stylo unico; stigmatibus 2. Ins. Philipp.

25. B. DIFFUSA. *Blanco.* (l. c. 269.) Caule plerumque procumbente; foliis ensatis subtus pilosis margine minute hamulosis; floribus uti in praecedente; stigmatis 3 villosis; semine magno ciceriformi globoso, testa 4-lineata. Ins. Philipp.

26. B. TEXTORIA. *Blanco.* (l. c. 270.) Culmo erecto; foliis ensiformibus supra glabris subtus margineque scaberrimis. Ins. Philipp.

27. B. PUNGENS. *Blanco.* (l. c.) Gemmis ramorum acutis rigidis; foliis anguste-ensiformibus subtus glabris supra asperrimis, margine minutissime hamulosis; petiolis pilosissimis; staminibus 6; germine basi pilorum fasciculo obsito; stylo magno, stigmate ramoso vel bipartito. Ins. Philipp.

28. B. BLANCOI. (*Steud.*) Foliis ensiformibus, utrinque rigide breviterque pilosis margine minutissime hamulosis, petiolis per totam longitudinem pilosis. B. mitis *Blanco* l. c. Ins. Philipp.

29. B. LIMA. *Blanco.* (l. c.) Foliis lanceolatis angustis pilis rigidis brevibus utrinque asperis, margine minutissime hamulosis; petiolis apice pilosis, caeterum glabris. Ins. Phil.

30. B. LEVIS. *Blanco.* (l. c.) Foliis ensiformibus supremis magnis angustis subtus molliter lanatis, supra breviter et rigide pilosis margine nervoque medio supra minutissime hamulosis; petiolis totis pilosis.

31. B. LUMAMPAO. *Blanco.* (l. c.) Culmo erecto inermi; floribus in spicam compositam interrupatam digestis; fasciculis florum rotundatis vel elongatis ultra 50-floris; valvulis non ciliatis; staminibus 6, stylo solitario, stigmatibus 2 brevissimis. Ins. Philipp.

32. B. ELEGANTISSIMA. *Hassk.* (Pl. jav. rar. p. 12.) Caulibus tenuibus gracillimis altissimis, ramis terminalibus longissimis gracillimis pendulis elegantissime culmos truncosque arborum hosce sustinentes velantibus. Java.

33. B. KUMASACA. *Zolling.* (Hrbr. nr. 29.) Ramis teretibus glabris ad nodos tumidulos subverticillato foliatis; foliis pedicellatis, pedicellis 1—2 nodis et ad nodos membranaceo bracteatis, bracteis lanceolatis pedicellos ½—1½-pollicares plerumque superantibus; foliis ipsis lato lanceolatis acuminatis nervosis laevibus glabris vel vix pubescentibus (2—3″ longis, 4—7‴ latis) margine ciliolatis. Flores desunt; si vera est Bambusacea peculiaris certe formationis et vix dubie distinctum genus. Java.

MELOCANNA. *Trin.* Spica composita; spiculae attenuatae (cylindraceo-oblongae fasciculatae longe pedunculatae, pedunculo articulato *Trin.*); bracteae longa involucratae 3—multiflorae, deorsum imperfectae, flosculis inferioribus masculis vel univalvibus neutris; flosculo supremo bivalvi hermaphrodito; stamina 6; ovarium ovatum stylo mediocri in stigmata 3 villosa secedens; pericarpium maximum durum carnosum (conicum pomiforme superne attenuatum ex icone *Roxb.*) glabrum acumine incurvo.

1. M. HUMILIS. *Roep.* (*Rupr.* Bamb. p. 64.) Culmo humili (15—18-pedali, crassitie pollicis — brachii) ad nodos saepe ramulos foliosos emittente; foliis anguste lanceolatis (1—1½″ latis, 8—15″ longis) viridibus subtus lanuginosis fructibus rugosis imbricatis medulla alba sicca repletis. Beesia humilis *Kunth.* ♄ Ind. or.

2. M. BAMBUSAEOIDES. *Trin.* (in *Rupr.* l. c.) Culmo inermi altissimo (50—60-pedali, basi peripheria 12—13-pollicum) erecto apice tantum ramoso; foliis bifariis breve

petiolatis, late ovato-lanceolatis (12—24''' latis, 7—15'' longis) utrinque glabris; ovariis sensim canescentibus valvulas excedentibus conicis (stylo persistente) longe acuminatis, maturis in fructus promiformes pollicares cum acumine longo incurvato transfomatis; pericarpio duro glabro carnoso semen solitarium latum ovatum basi includente. Bambusa baccifera *Roxb.* Cor. t. 243. ♄ Ind. or.

3. M. RHEEDII. *Rupr.* (l. c. 65.) Fructicosa arborescens (16-pedalis) foliis arundinaceis lanceolatis glabris; spicis ad ramulorum nodos coniiformibus acuminatis; flosculis albicantibus stamineis in quorum medio flosculus globuloso-oblongus cum stylo viridulo; fructibus planis oblongo-rotundis acuminatis, carne intus densa albicante insipida. *Rheed* Mal. V. t. 60. (A praecedente quacum plerumque confusa certe diversa.) ♄ Ind. or.

SCHIZOSTACHYUM. *Nees.* Spicae terminales, ramorum approximatae; spiculae approximato-congestae bracteis latis interstinctae triflorae; flosculis (saltim 2 supremis) bivalvibus sterilibus gemmiferis; gemma (spicula vivipara) 3 valvis sterilis vel in flosculo tertio penultimo organa sexus unius vel utriusque includens; valvula inferior flosculi tertii pedicello brevi clavato flosculi supremi hebetati aucta; squamulae nullae (?), stamina 6; stylus longus stigmatibus 3 brevibus pubescentibus.

1. S. BLUMII. *Nees.* (Agr. bras. 535.) Culmi internodiis pallide stramineis, junioribus superne hispidulis; vaginis striatis superne subcoriaceis, pallide virescenti-fuscescentibus, tantum in media parte tecta piloso-scabriusculis, ore ligula brevi fimbriisque sat longis deciduis; foliis rami floriferi reliquis minoribus, lanceolatis basi attenuatis firmis chartaceo-pergameis glaucescenti-viridibus subtus glaucis, margine scaberrimis; inflorescentia varia, capitulis 6—8-linealibus in ramulis interrupte verticillatis *Rupr.* l. c. t. 16. 17. f. 44. ♄ Ind. or.

2. S. ZOLLINGERI. *Steud.* Culmis — vel ramis primariis — inermibus teretibus glabris ad nodos incrassatos fasciculato ramosis, ramis raro tantum floriferis plerumque sursum foliiferis et spica terminatis; vaginis subcoriaceis, internodiorum inferiorum nudis superioribus approximatis foliiferis margine tenui ciliatis ad oras longiuscule (per 2—4''') decidue ciliatis; petiolis brevibus (vix linealibus); foliis lanceolatis acuminatis glaucescentibus glabris laevibus margine scabris (4—6'' longis, $^3/_4$—1'' latis, intermixtis hinc inde minoribus); spicis terminalibus subcontinuo vel brevi interrupte fasciculis spicarum nunc pauci- nunc pluri-spiculatarum obsessis; spiculis intra squamam oblongam tenui nervosam demum deciduam subconvolutis sub 3; spiculae exterioris (inferioris) squama extima concava nervosa tenui nervosa breviore secunda caeterum simili, utraque sterili; flosculo tertio bivalvi, valvulis sese involucrantibus, hermaphrodito vel unisexuali; staminibus 6 rarius 3, stylo tenuissime puberulo 3-fido; rudimento flosculi quarti; spiculis sequentibus minoribus, similis constructionis plerumque omnino sterilibus. Bambusa nr. 3529. Hrbr. *Zollinger.* Java.

3. S. APUS. *Schult.* (Syst. V. VII. 1353. sub: Bambusa.) Vaginis foliorum alternis longis sese invicim arcte vaginantibus truncatis, basi glabriusculis medio pilis densis mollibus subsericeis, margine ciliatis; ligula membranacea glabriuscula emarginata vel integra margine ciliata; petiolis (5—6''' longis, 1$^1/_2$''' latis) margine transversim rugosis glabris; foliis amplis lanceolatis acuminatis basi subattenuatis supra glabris subtus scabriusculis margine scaberrimo, nervoso-striatis, nervo medio subtus valde prominulo. Eadem ac S. Blumii sec. *Rupr.* ♄ Java.

4. S. BITUNG. *Schult.* (l. c. sub: Bambusa.) Vaginis truncatis inferne setosis superne margineque glabris; ligula membranacea brevi crassiuscula integra margine ciliata; petiolis brevibus (3''' longis, 2$^1/_2$''' latis) dense setoso hispidis; foliis amplis ovato-lanceolatis acuminatis supra scabridis subtus margineque scaberrimis nervoso-striatis, nervo medio subtus valde prominente. Iterum eadem cum S. Blumii sec. *Rupr.* ♄ Java.

5. S. DURIE. *Rupr.* (l. c. 46.) Culmo erecto spinoso, spinis ternis recurvis; internodiis cinerascenti-flavicantibus glabris, nodis vix prominentibus; vaginis margine et ore ciliatis; foliis brevissime petiolatis lineari-lanceolatis (3—7''' latis, 3—7'' longis) chartaceis subtus glaucescentibus, basi abrupte et breviter angustatis; capitulis subglobosis diametro $^1/_4$—$^3/_4$-pollicaribus. Bambusa Blumeana *Schult.* S. V. VII. 1343. ♄ Ind. or.

6. S. CAPITATUM. *Rupr.* (l. c. t. 17. f. 46.) Culmi 15—20-pedalis ramis simplicibus strictis dense foliosis; vaginis breve auriculato-fimbriatis; foliis sessilibus stricte arrectis firmis linearibus (4—7''' latis, 7—12'' longis) glabris subtus pallidoribus; inflorescentia terminali verticillato-capitata, capitulis 1—2, diametro pollicaribus e fasciculis nonnullis spicularum paucarum patentibus et divergentibus; spiculis 3-floris, flosculis omnibus bivalvibus hermaphroditis obtusiusculis, valvulis 5—6-linealibus cylindraceo convolutis glabris, valvula interiore quam exterior vix breviore. Bambusa capitata *Trin.* ic. fasc. 29. ♄ Brasil.

7. S. IRATEN. *Steud.* Culmis densissimis numerosis teretibus; ramorum glabris tenuissime striatis inter strias tenuissime (sub lente valida) puberulis, dilute stramineis; vaginis similibus (apice obscurioribus) arctis truncatulis margine sursum tenuissime albidis; ligula brevissima; foliis breve (3—4''') petiolatis, lato-lanceolatis alternis longitudinaliter plicato canaliculatis tenuissime striatulis (ultra pedalibus, 1$^1/_2$—2'' latis) viridi-glaucescentibus, glabris laevibus; spica terminali simplici vel paniculata interrupta; vel panicula vera, spiculis glomerato-fasciculatis, squamis pluribus accessoriis ovato-oblongis nervosis glabris obvallatis, 3—4-plo brevioribus spiculis ipsis tenuissimis tereti lanceolatis ($^1/_2$-pollicaribus) acutissimis; squamis spicularum ipsarum inferioribus minoribus omnino vacuis; flosculis 3 (et his sese ipsos iterum involventibus) pedicellatis plus minus exsertis, inferioribus 2 sterilibus, tertio foemineo (an hermaphrodito); stylo demum excerto trifido, stigmatibus pilosis. Bambusa nr. 3531. *Zollinger* hrbr. et var. spiculis vero duplo longioribus. Schizastochyum nr. 3472. uti nr. 2595. var. spiculis densius verticillatis. Iraten. Incol. An disticti generis typus? Java.

NASTUS. *Juss.* Spicae paniculatae; spiculae pauciflorae deorsum imperfectae univalves, flosculo nonnisi penultimo hermaphrodito bivalvi; valvula interiore fovea et carina flosculum ultimum imperfectum longe pedunculatum retinens aut eum marginibus arcte involvens; valvulae flosculorum superiorum nervis paucis valde prominentibus cistiformibus ornatae; squamulae 3; stamina 6; stylus profunde 2—3-partitus.

1. N. BARBATUS. *Trin.* (Act. Petrop. 1835.) Culmi 20—25-pedalis ramis paniculatis ad internodia ramulos 2—3-nos basi floriferos medio oligo- vel a-phyllos, apice spiculas capitatas emittentibus; vaginis infra petiolum longiusculum (3-linealem) dense unilateraliter sericeo-barbatis, ore fimbriatis; foliis ovato-oblongis (1$^1/_2$—2'' latis, 7—10'' longis) basi rotundatis subcordatis plicatis; spiculis in fasciculos dense aggregatis sessilibus 3—5-linealibus 5-floris; valvulis inferioribus 2 glumae similibus laevigatis glabris, superioribus acutis, pedicello flosculi sterilis longo firmo, valvula interna floris hermaphroditi involuto. *Rupr.* l. c. t. 17. f. 41. Brasil.

2. N. BORBONICUS. *Gmel.* (Syst. 2. 580.) Culmi

50-pedalis ramis verticillatis apice floriferis; vaginis glabris sursum margine uno barbatis ore fimbriatis; foliis breve petiolatis, stricte arrectis anguste lanceolatis (3''' latis, 4—5'' longis) glabris concoloribus; paniculae subsimplicis ramis albido-fuscis sericeo-tomentosis; spiculis pedicellatis ovatis 4—6-linealibus 7-floris; valvulis 3 inferioribus adpresse tomentoso-sericeis, superioribus glabriusculis sub apice mucronulatis; valvula interiore flosculi hermaphroditi supremi nervoso-costata, rudimentum pedicellatum in sulco canaliculto recipiente. *Rupr.* l. c. t. XVII. f. 42. *Kunth* Supl. t. 32. fig. 3. Bambusa alpina *Bory* it. t. 12. Stemmatospermum verticillatum *Beauv.* Agr. p. 145. t. 25. f. 5. ♄ Ins. Borbon.

3. N. CAPITATUS. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 75.) Culmi 50-pedalis inermis ramis foliosis; vaginis glabris sursum obsolete striatis ore fimbriatis; foliis oblongis (8—10''' latis, 3—5'' longis) brevepetiolatis glabris; spiculis in capitulum solitarium terminale sessile congestis lanceolatis acuminatis stramineis nervoso-striatis, setulis nigris obsitis multifloris; flosculis inferioribus 5—6 univalvibus, terminali bivalvi, ad basin pedicello brevi vel longissimo rudimentario aucto, valvula interiore bisubulata exteriorem multo superante. *Rupr.* l. c. t. XVI. f. 43. Bambusa capitata *Willd.* hrbr. ♄ Madagasc.

4. N. TESSELATUS. *Nees.* (Fl. Afr. I. 463.) Arborescens; ramis dense fasciculatis imbricatis confertis; vagina ad quoque geniculum magna ore hirsuta; foliis ovato-lanceolatis acuminato-striatis inter nervos tesselatis concoloribus margine setuloso-ciliatis (2—2½'' longis, 5''' latis) acuminatis, basi rotundatis brevissime petiolatis (species haec nunquam florens inventa est). ♄ Afr. austr.

5. N.? TJANKORREH. *Schult.* (Syst. V. VII. p. 1358.) Culmi (ad 50 pedes arbores) scandentis ramis fasciculatis; internodiis floriferis alternatim uno latere canaliculatis scabris; ramis fasciculatis; vaginis arctis internodio longioribus dorso ad medium scabris; ligula membranacea brevi truncata ore setosa; foliis lanceolatis vel lineari-lanceolatis longe cuspidato-acuminatis (2½—10'' longis, 5—16''' latis); spicis paniculatis ad latera nodorum elongatis subfiliformibus; spiculis oblongis subcylindraceis unifloris; glumis rotundato-ovatis mucronulatis ventricosis; flosculo sterili nullo. Bambusa scandens *Blum.* (An? Schizostachyum Blumii *Nees* sec. *Rupr.*) ♄ Java.

Species indescriptae.

N.? HUMILIS. *Hassk.* (Hort. Bogor. p. 19.) ♃ Batavia.

GUADUA. *Kunth.* Spiculae multiflorae sursum deorsumque imperfectae cylindraceae teretiusculae arcuatae pedicellis flosculorum subelongatis crassis; valvula interna lata externam subaequans (non excedens); squamae tres, duabus quandoque connatis raro hebetatae; stamina 6; stylus plerumque brevis in stigmata 2—3 secedens; caryopsis ovalis bulbo styli persistente aucta.

1. G. LATIFOLIA. *Kunth.* (Synops. I. 253.) Culmo 24-pedali apice subnutante diametro 4-pollicari; ramulis subrecurvatis subpungentibus dense foliosis; vaginis striato-sulcatis pilis rigidis sparsis adpressis fimbriatis; foliis oblongis (15''' latis, 7'' longis), basi rotundatis planis; spiculis subfasciculatis subsessilibus acuminatis cylindraceis maximis (2½—3½-pollicaribus) subarcuatis nitidis 8—10-floris; flosculis inferioribus nonnullis masculis; valvula exteriore margine densissime ciliato-pilosa, interiore subglabra. *Rupr.* l. c. t. XVI. f. 33. Bambusa latifolia *H. B.* Pl. aequin. t. 21. ♄ Orinoco.

2. G. AMPLEXIFOLIA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 256.) Ramis (foliiferis) alternis strictis rigidis laeviusculis infra nodos scabriusculis; vaginis striatis glabris auriculato-fimbriatis; foliis linearibus (6—7''' latis, 8—11'' longis), basi ovato-rotundata vaginam folii superioris amplectentibus, utrinque glabris; ramis spicigeris aphyllis stricte erectis rigidis; spiculis interrupte glomeratis 3—4-nis cylindraceis 1½—2-pollicaribus subarcuatis, 7—9-floris stramineo-fuscescentibus superne attenuatis; flosculis inferioribus et superioribus nonnullis (2—3) imperfectis, reliquis hermaphroditis articulatim deciduis; valvula exteriore 7-lineali mucronata superne imprimis nervosa. *Rupr.* l. c. t. XIV. ♄ Mexico.

3. G. MACROSTACHYA. *Rupr.* (l. c. t. XV. f. 35.) Ramis apice floriferis infra foliosis; vaginis glabris; ligula brevissima truncata efimbriata; foliis linearibus (4''' latis, 7—8'' longis) supra et subtus laevibus, margine setulis minimis scabris obsessis inferne convolutis, petiolis 2—3-linealibus; spicis depauperatis pedunculatis; spiculis linearibus (2—2½''' latis, 2—3'' longis) attenuatis subrectis obscure-fuscescentibus 7—9-floris, flosculis nonnullis incompletis; valvula exteriore acutato-mucronata opaca tota superficie nervoso-striata, inferne setulis diaphanis sparsis adpressis hispidula interiorem superante. ♄ Guiana.

4. G. ANGUSTIFOLIA. *Kunth.* (*Rupr.* l. c. f. 36.) Culmis 30-pedalibus et ultra, internodiis pedalibus diametro 16-pollicaribus; ramis ante explicationem pungentibus recurvatis demum erectis; vaginis glabris eligulatis efimbriatis; foliis anguste linearibus (5''' latis, 7—8'' longis) planis margine scabris; spicis depauperatis longe pedunculatis; spiculis angustis (1—1½''' latis, 15''' longis) cylindraceis subarcuatis 7—8-floris laete stramineo-fuscescentibus; flosculis inferioribus nonnullis masculis; valvula exteriore acuta glabra nitida dorso tantum obsolete nervosa internam subaequante. Bambusa Guadua *H. B.* Pl. aq. t. 20. ♄ N. Granata. Quito.

5. G. VIRGATA. *Rupr.* (l. c. t. 15. f. 37.) Culmi 25-pedalis, diametro 2—3-pollicaris ramis glabris laevigatis laxis; vaginis superne breve tomentosis; foliis lanceolatis (6—7''' latis, 4—6'' longis) basi in petiolum brevem (2-linealem) subattenuatis rotundatisve supra scabris et pubescentibus subtus molle piloso tomentosis; ramis spicigeris inferioribus aphyllis, minoribus saepe falcatis et incurvatis simpliciter ramosis; spiculis praeter unam alteramve saepe adjectam solitariis sessilibus 4—8-floris linearibus (7—10''' longis) subteretibus nitidis laete stramineis rectis; valvula exteriore (4—5-lineali) margine ciliata internam tantum in flosculo hermaphrodito supremo subaequante. Bambusa virgata *Trin.* Ic. fasc. 29. ♄ Brasil.

6. G. TRINII. *Nees.* (Linn. IX. 469. sub: Bambusa.) Ramis tuberculato-asperis laxis ad originem spinis recurvatis saepe oppositis; vaginis puberulis; foliis anguste lanceolatis (2—3''' latis, 3—4'' longis) brevissime petiolatis subtus undique scabro-hispidis; ramis spicigeris lateralibus aphyllis cum foliosis ramosissimis mixtis; spica terminali solitaria longa decomposita rigida aphylla; spiculis subsolitariis sessilibus 4—6-floris lanceolatis nitidis stramineis rectis 9—12-linealibus teretibus demum compressis fuscescentibus parum incurvis; valvula exteriore margine glabra (2—6-lineali) interiorem subaequante. *Rupr.* l. c. t. XV. f. 38. ♄ Brasil.

7. G. DISTORTA. *Nees.* (l. c. 470. sub: Bambusa.) Culmo opaco striato laevi; ramis spicigeris recurvatis; vaginis glabris ore nudis vel brevissime fimbriatis; foliis lanceolatis (5—6''' latis, 3—5'' longis) basi rotundatis petiolatis glabris laevibus; spicis e nodis glabris ramorum fasciculatis divaricatis aphyllis, ramulis oligophyllis apice breve spicatis, intermixtis spiculis glomeratis pluribus tereti-oblongis demum complanatis 5—7-linealibus paucifloris glabris; flosculis perfectis 2—3, terminali masculo vel neutro longe-pedunculato; valvula exteriore flosculorum fertilium nervosa mucronata margine glabra, internam late carinatam glabram subaequante. *Rupr.* l. c. f. 39. ♄ Brasil.

8. G. TAGAORA. *Nees.* (Agr. bras. 532. sub : Bambusa.) Culmo (20—30-pedali) superne ramoso; ramulis laevibus infra nodos latos strigosis; vaginis basi laevibus apice sulcatis glabris ore fimbriatis; foliis lanceolatis (2—2$^1/_3$'' latis, 10—12'' longis) basi rotundatis in petiolum brevem attenuatis glabris; spiculis glomeratis subternis subcylindricis acuminatis 12—15-linealibus arcuatis scabriusculis fuscoviridibus 6—8-floris; flosculis 3—4 perfectis; valvula externa internam subaequante ambabus margine ciliolatis. *Rupr.* l. c. t. 16. f. 40. ♄ Brasil.

9. G.? DIOICA. *Steud.* Ramis laevibus solidis (vix vel tenuissime fistulosis) duris, e nodis subverticillato-ramulosis glabris foliatis; vaginis striatis brevibus glabris abrupte cum foliis articulatis; foliis lanceolatis acuminatis (4—8'' longis, 3 rarius usque 5''' latis) striatis glabris margine scaberrimis, basi in petiolum brevem attenuatis; spicis in apice ramulorum subracemoso- vel fasciculatim aggregatis sessilibus vel brevissime pedicelllatis cylindrico teretibus acutis plus minus striguloso pubescentibus (1$^1/_2$—3'' longis) multi- (6—12-) floris, hinc inde basi foliolo brevissimo munitis, plerumque nudis; glumis a valvulis flosculorum inferiorum vacuis vix distinctis cum his imbricatis ovato-oblongis acutis chartaceis multinerviis; flosculis mediis bivalvibus, valvula exteriore reliquis uti summis iterum solitariis neutris conformibus; interiore oblonga concava obtusa tenui membranacea versus marginem utrinque carinata (parte carinali saepius soluta), apice ciliata; lodiculis basi in tubum connatis valvulae interioris medium aequantem profunde 4-bifidum, lobis pilosis; stylo apice 2—3-fido stigmatibus pilosis; staminum rudimentis nullis. An novum genus? *Leprieur* legit in Guiana gallic.

Sectio II. Arundinarieae. *Rupr.* Triglosae *Link.* — Valvula superior chartacea compressa, dorso bicarinata; stamina (an semper?) tria.

ARUNDINARIA. *Michx.* Spiculae 2—plurifiorae in panicula depauperata vel in racemo apicis spicatae, quandoque solitariae, rhachilla articulata; glumae duae herbaceo-membranaceae flosculis breviores, acutae muticae multinerviae, inferior minor; flosculi alterni subdistantes bivalves hermaphroditi, superiores quandoque abortivi; valvula inferior glumis conformis, superior subaequalis membranaceo-chartacea compressa bicarinata dorso angusto canaliculato, lateribus planis conniventibus; lodiculae tres conspicuae membranaceae ovatae; stamina 3, antherae lineares basi profundius fissae; ovarium glabrum, styli 2—3 basi concreti; stigmata plumosa pilis subsimplicibus; caryopsis oblonga compressa postice profundius unisulcata, libera. — Gramina fruticosa vel arborescentia, ramis e nodis fasciculato-semiverticillatis foliis petiolis basi articulatis. —

1. A. TECTA. *Mhlbrg.* Culmo suffruticoso fistuloso laevigato stramineo; ramulis e nodis fasciculatim erumpentibus, nodis imberbibus plerumque vaginis aphyllis superstitibus tectis; vaginis herbaceis margine pilosis, ore fimbriatis, fimbriis paucis linealibus; foliis ramulorum sterilium lanceolatis (3—4''' latis, 2—3$^1/_2$'' longis) vel lineari-lanceolatis, basi rotundatis sessilibus membranaceis viridibus laeviusculis margine ciliato-asperis subtus brevissime puberulis. Variat: *α.* spiculis solitariis oblongis basi attenuatis 15-linealibus, 5—8-floris membranaceis nervosis dense pubescentibus ad basin vagina aphylla spathaeformi tectis; gluma inferiore deficiente, superiore 8-lineali, flosculum infimum subaequante; articulis rhachillae adpresse sericeo barbatis. *Rupr.* l. c. t. II. *α.*

β. Pumila. (Miegia pumila *Nutt.*) Glumis duabus, inferiore minima, superiore 3-lineali flosculo infimo 3-plo breviore; spicula majore 24-lineali 12-flora, flosculis densius pubescenti villosis; articulis rhachillae fulvo-sericeis. *Rupr.* l. c. t. II. fig. *β.*

γ. Distachya. *Rupr.* (l. c. f. *γ.*) Spiculis geminis basi vagina involucratis et latere tectis minus pubescentibus; gluma inferiore in spicula brevi-pedicellata 3-lineali in altera longe-pedicellata deficiens; foliis firmioribus venulis transversis supra distincte prominulis.

δ. Colorata. *Rupr.* (l. c. f. *δ.*) Spiculis geminis e vagina exsertis purpureo-violaceis 10—12-linealibus; flosculis minoribus 5-linealibus, articulo rhachillae subglabro; glumis duabus obtusis, inferiore 1$^1/_2$-lineali, superiore 3-lineali flosculo infimo duplo breviore.

Omnes in Am. septr. An species distinctae? ♄

2. A. MACROSPERMA. *Michx.* (Flor. am. I. 74.) Culmi arborescentis (30—35-pedalis) ramis 3—4-pedalibus simplicibus nodosis; vaginis internodiis brevioribus, superioribus $^1/_2$-pedalibus striatis sulcatis ore ligulatis et appendiculato-fimbriatis; ligula truncata hyalina lacera ciliata, fimbriis rigidis 1—2-linealibus scabris deciduis; foliis lanceolatis (6''' latis, 6'' longis) basi attenuata (1''' lata) sessilibus undique scabris, dorso pubescentibus; paniculae terminalis polystachyae ramis erectis ad ortum fimbriatis; spiculis lineari-lanceolatis sub-2-pollicaribus 12—15-floris membranaceis nervosis subglabris; glumis 2; flosculis (infimis) 7-linealibus contiguis; articulis rhachillae sericeis; valvula interiore externa acuminata parum breviore. *Beauv.* t. 25. f. 7. *Kunth.* Supl. t. 33. fig 4. *Rupr.* l. c. t. I. f. 2. ♄ Florida. Missisip.

3. A. GLAUCESCENS. *Rupr.* (l. c. f. 3.) Culmo suffruticoso 3—5-pedali; ramulis dichotomo-fasciculatis; vaginis striatis glabris ore fimbriatis; foliis in apice ramulorum confertissimis sub-8-nis verticaliter distichis, ovato-lanceolatis (3''' latis, 1—1$^1/_2$'' longis) basi cordato-rotundatis glaucis inferne albido-glaucis laevibus; margine scaberrimis; spiculis solitariis paucisve nutantibus bipollicaribus nitidis 6—9-floris; flosculis dissitis 5—6-linealibus ovatis acutis, aliis dorso aliis lateribus compressis; articulis rhachillae 2-linealibus glabris, valvula interna externa subduplo breviore. Panicum glaucescens *Lam.* Panicum arborescens *Lin.* ♄ Ind. or.

4. A. MACROSTACHYA. *Nees.* (Linn. IX. 481.) Ramis gracilibus scabriusculis ad nodos ramoso-subdichotomis; vaginis inferioribus dense pubescentibus ore tenuissime fimbriatis; foliis lineari-lanceolatis (2$^1/_2$''' latis, 3'' longis) basi rotundatis subtus scabris parce puberulis; spiculis 5—6 in racemo terminali brevipedicellatis, alternis (inferioribus quandoque geminis) retrofractis longissimis 4—5-pollicaribus coloratis nervosis sub 9 (—12-) floris; flosculis dissitis 9-linealibus, articulo rhachillae 5-lineali insidentibus; glumis membranaceis valvulis multo brevioribus ovatis mucronatis, valvula interna externa fere duplo breviore. *Rupr.* l. c. f. 4. ♄ Brasil.

5. A. SPATHIFLORA. *Trin.* (Ic. fas. 30.) Ramis inanibus laevigatis coloratis nitidis; ramulis 3—4 e nodis glabris flexuosis tenuibus 8—12-pollicaribus; vaginis striatis glabris ore longe ligulatis fimbriatis ad insertionem petioli breve pilosis; foliis lineari-lanceolatis (3—4''' latis, 4'' longis) basi subattenuatis glabris laevibusque utrinque viridibus; spiculis solitariis geminisve bractea straminea duplo longiore involucratis; bracteis 4—6 in ramulo quolibet flexuoso tenui inferne ramoso; spiculis lineari-lanceolatis 9—12-linealibus compressiusculis obscure coloratis 4—8-floris, glumis acutis membranaceis, flosculis dissitiusculis; rhachi persistente apice barbatula; valvula interna externa 8-lineali acuminatissima distincte breviore. *Rupr.* l. c. tab. II. f. 5. ♄ Ind. or.

6. A. JAPONICA. *Sieb. Zucc.* Ramis inanibus teretibus striatis glabris ramulosis, ramulis inaequalibus infra florentiam pubescentibus; vaginis glaucedine dense adhaerente

minute puncticulata tectis (an semper?) apice vel appendice foliaceo parvo (5—6-lineali) munitis, vel (post folioli delapsum) nudis truncatis; foliis lanceolatis basi in petiolum brevem attenuatis vaginae brevi auriculatae ad os pilosae insidentibus longitudinaliter striatis, transversim lineolis brevissimis elevatulis subrugulosis glabris subtus glaucescentibus, (3—9″ longis, $^1/_2$—1″ latis,) acuminatis; spiculis in paniculae subsimplicis radiis angulosis villosis vel pubescentibus solitariis 2—10-floris; glumis inaequalibus lanceolatis flosculis brevioribus margine glabris, valvulis nunc omnibus nunc tantum flosculorum superiorum ciliatis; rhachi villosula (antheris defloratis petaloideo explanatis persistentibus vel caducis); lodiculis distinctis. Sec. specimina Hrbrii Lugd. Bat. ♄ Java.

7. A. DISTANS. *Trin.* (Ic. fusc. 30.) Culmi altissimi gracillimi (in diametro basi $^1/_2$-pollicaris) scandentis ramis filiformibus; ramulis 3—5-palmaribus e nodis glabris erumpentibus divaricatis vel recurvis; vaginis striatis margine ciliolatis ore fimbriatis; foliis lineari-lanceolatis (2—$2^1/_2$‴ latis, 2—3″ longis) basi rotundatis breve petiolatis glabris laevibusque, margine scaberrimis, subtus latere dimidio nitidis; spiculis sessilibus 3—4 in spicam terminalem dispositis 8—12-linealibus coloratis 2—4-floris, rhachi flosculorum glabra; glumis pusillis rudimentariis remotis; valvulis flosculorum saepe patentibus, interna externa lineari-lanceolata acuminata multo minore. *Rupr.* l. c. t. II. f. 6. ♄ Brasil.

8. A. HISPIDA. *Steud.* Ramis subverticillatis vaginatis foliatis; vaginis nunc hispidis scabris nunc glabrescentibus (in eodem ramulo) imbricatis, ad oram plerumque setis aliquot rigidulis $^1/_2$—1-pollicaribus munitis; foliis subalternatim distichis brevi petiolatis glaucescentibus inaequalibus (1—6″ longis, 3—8‴ latis) lato-lanceolatis acuminatis subpungentibus, nervosis, nervis praeter medium validiorem tenuibus, secundariis tenuissimis, venulis lineolatis transversis inter nervos (glandulis pellucidis) lamina tota scabra, ad margines setuloso-scaberrima; paniculis inter ramos pluribus valde inaequalibus (nunc pollicaribus nunc $^1/_2$-pedalibus) sessilibus et pedunculatis; radiis solitariis- raro binatis-radiolisque glabris e nodulis axillaribus prodeuntibus, radiolis in pedicellos unifloros divisis; spiculis 2—5-floris; glumis flosculis duplo brevioribus acuminatis vel obtusatis; valvulis hispidulis obtusis mucronulatis. Hrbr. *Hhnck.* Ind. or. nr. 1282. In sylvis prope Sispara Nilagiri.

9. A. VERTICILLATA. *Nees.* (Agr. bras. p. 523.) Culmo inani laevigato nitido, ramulis semiverticillatis foliosis, apice floriferis, in inferiore culmi parte aphyllis densissimis; nodis imberbibus, vaginis ore nudis aut dentibus 2—4 rigidis minimis (loco fimbriarum) obsitis; foliis lanceolatis (5—6‴ latis, 4—5″ longis) basi cordatis petiolatis petiolo lutescente utrinque scabris subtus glaucescentibus; paniculae terminalis depauperatae racemosae 3-pollicaris ramis laxis erectis; spiculis 2—5 in panicula lineari-lanceolata 10—15-linealibus sub-5-floris pallide stramineis glabris nervoso-striatis; pedicello flosculorum apice sericeo-barbato vix exserto; glumis acuminatis spicula 3—4-plo brevioribus. *Kunth* Rev. gram. t. 155. 156. *Rupr.* l. c. t. III. f. 7. ♄ Brasil.

10. A. SCHOMBOURGKII. *Bennet.* (Transakt. Linn. XVIII. p. 562.) Rhizomate valido articulato subterraneo; culmo stricto erecto ramoso (saepe usque 16-pedali, basi 1—$1^1/_2$″ in diametro); foliis alternis lineari-lanceolatis acuminatis laevibus nervosis striatis, nervo medio prominente, laevibus margine scabris, subtus glaucis (8—9″ longis, 5—6‴ latis) brevi petiolatis, petiolo cum vagina articulato; vaginarum ore utrinque longe setoso; spica simplici (ramosa in descriptione) pauciflora; spiculis sessilibus; squamulis hypogynis lanceolatis acutis. ♃ ♄ Guiana.

11. A. FALCATA. *Nees.* (Linn. IX. 478.) Ramulis foliiferis filiformibus dense fasciculatis vel verticillatis; vaginis inferioribus ad basin usque solutis, ore ligulatis efimbriatis; foliis lanceolato-linearibus ($2^1/_2$‴ latis, 3—4″ longis) glaucis laevibus, basi in petiolum attenuatis, subtus circa costam pilosis; internodiis culmi florentis 4—5-pollicaribus laevigatis fistulosis, ad nodos supra callum cinnamomeum subhirsutis, ramulos numerosos (10—20) breves 2-pollicares subaequales emittentibus; racemulis falcatis; spiculis subsecundis superioribus pedicellatis — inferioribus circa nodum aggregatis his bracteis aphyllis tectis — ovato oblongis 5—6-linealibus, bi- rarius trifloris teretiusculis chartaceis coloratis; pedicello flosculi secundi sericeo. A. interrupta *Trin.* Acta Petrop. 1835. teste *Rupr.* l. c. in indic. p. 70. *Rupr.* t. III. f. 8. ♄ Nepal.

12. A. RADIATA. *Rupr.* (l. c. t. XV. f. 9.) Culmi erecti ramis ad nodos glabris, ramulos simplices foliiferos apice floriferos emittentibus, vaginis pubescentibus sulcato-striatis ore fimbriatis, fimbriis 2-linealibus; foliis lanceolatis (majoribus 4‴ latis, 6″ longis) basi rotundatis subsessilibus laeviusculis viridibus; paniculae terminalis spithamineae radiis solitariis longissimis erectis monostachiis; spiculis sub-7-linealibus tereti-linearibus subglabris 4—5-floris; valvula inferiore lineari-obovata, apice longe mucronata vel subulata 5-nervia. ♄ Brasil.

13. A. WIGHTIANA. *Nees.* (l. c. 482.) Culmo inani strigoso aspero (crassitie $2^1/_2$-lineali) ad nodos ramosissimo; vaginis ore parce fimbriatis; foliis ovato-lanceolatis (5‴ latis, $3^1/_2$″ longis) basi rotundatis breve-petiolatis supra nitidulis subtus opacis undique glabris; paniculae terminalis depauperatae ramulis demum divaricatis ad originem bulbosis; spiculis in ramulo 2—3 longe pedunculatis tereti-oblongis 4—5-linealibus coloratis nervosis 3—4-floris; pedicellis rhachillae adpresse sericeis serius scabris; valvula externa ovata acuminata interiorem apice bisubulatam subaequante. *Rupr.* l. c. t. III. f. 10. ♄ Ind. or.

14. A. AMPLISSIMA. *Nees.* (l. c. p. 479.) Culmo alto fistuloso (crassitie $2^1/_2$-lineali); vaginis ore fimbriatis, fimbriis longis rigidis flexuosis; foliis ovato-lanceolatis (floralibus 3″ latis, 7—8″ longis, ramorum sterilium $2^1/_2$‴ latis, $3^1/_2$″ longis) rigidulis basi rotundatis breve petiolatis subtus glaucis scabris; vaginis glabris sulcato-striatis; paniculae terminalis amplissimae pedalis effusae ramis patentibus vel divaricatis, ad originem inter axillas bulbosis; spiculis lanceolatis 5—6-linealibus compressiusculis chartaceis fusco-griseis 4—5-floris; flosculis acutiusculis nervosis; glumis lanceolatis superiore quam spicula duplo breviore. ♃ Brasil.

15. A. KURILENSIS. *Rupr.* (Bull. Petersb. VIII. p. 121.) Fructicosa; foliis lanceolatis; reticuli areolis minutis quadratis; spiculis racemosis rhachique pubescentibus; gluma inferiore minuta, superiore 2—4-plo majore; valvula inferiore ovata 7—9-costata. Ins. Kuril.

ARTHROSTYLIDIUM. *Ruprecht.* Spiculae pedicellatae vel sessiles in racemos simplices vel paniculatos dispositae multiflorae sursum deorsumque imperfectae; glumae 2; flosculus unus vel alter inferior paleaceus neuter, reliqui perfecti longepedicellati articulatim secedentes, terminalis tabescens; squamae 3, stamina 3; ovarium glabrum stylis 2 basi plerumque discretis; stigmatibus pilosis vel plumosis; caryopsis oblonga (?).

1. A. HAENKEI. *Rupr.* (l. c. t. III. f. 12.) Internodiis inanibus; vaginis glabris eligulatis auriculato-fimbriatis; foliis ovatis (4‴ latis, 14—15″ longis) basi rotundatis brevi (1—2‴) petiolatis chartaceis viridibus ad margines nonnisi scabris; panicula terminali (10—12-pollicari) pyramidali, e spicis pluribus fasciculato-racemosis patentibus; spiculis longe pedicellatis distantibus sub-6-linealibus conformibus hermaphroditis basi attenuatis sub-5-floris; flosculis opacis nervosis acutis, palea floris infima obtusiuscula. Peru.

2. A. MACULATUM. *Rupr.* (l. c. t. 5.) Internodiis glabris ultra pedalibus crassitie pennae anatinae; ramis ad nodos solitariis 1—2-pedalibus, paniculam cum foliis 3—5 gerentibus terminalem 10—12-pollicarem pyramidalem; spicis pluribus fasciculato-racemosis patentibus; vaginis striatis scabriusculis efimbriatis in ligulam praelongam terminatis; foliis ovato-lanceolatis (majoribus 1—1½″ latis, 8—9″ longis) basi attenuatis ad margines nonnisi scabris; spiculis pedicellatis parum distantibus 4—6-linealibus heterogeneis in apice ramorum superiorum foemineis perfectioribus, flosculis bi-valvibus, masculis coloratis adpressis obtusis; reliquis (nonnisi?) masculis 3-andris acutis macrioribus; glumis et floribus inferioribus 1—2 acuminato subulatis. Peru.

3. A. CUBENSE. *Rupr.* (l. c. t. IV. f. 13.) Ramulis foliigeris apice floriferis, ad nodos inferiores spicis aphyllis 3—4-nis auctis rigidis; vaginis inter nervos obsolete prominulos dense breve-pubescentibus, margine ciliatis, ore sparse fibriatis, fimbriis linealibus pallidis; foliis lanceolatis (4‴ latis, 3—4″ longis) basi cordatis petiolatis viridibus glabris subtus scabriusculis; spicis sessilibus subapproximatis 4—6-linealibus chartaceis conformibus glabris 4—5-floris; flosculis perfectioribus cinereo-obscuris mox deciduis nervosis subulatis pedunculo visibili insidentibus. Ins. Cuba.

4. A. PUBESCENS. *Rupr.* (l. c. t. IV. f. 14.) Internodiis pubescenti-asperrimis subpedalibus; ramulis sterilibus foliigeris spithamineis subrigidis erectis divaricatisque; vaginis inter nervos prominulos scabriusculis margine ciliatis ore fimbriatis; foliis lineari-lanceolatis (2—3‴ latis, 3—5″ longis) basi parum attenuatis viridiusculis, subtus scabris superne pubescentibus; spicis innumeris ex nodis culmi floriferi densissime erumpentibus rigidis; spiculis sessilibus remotiusculis 9—12-linealibus chartaceis glabris conformibus, complanatis 4—9-floris flosculis mox deciduis obsolete nervosis acutis longe-pedunculatis. Ins. Trinitat.

5. A. TRINII. *Rupr.* (l. c. f. 15.) Culmo valde inani ad nodos ramosissimo; ramulis innumeris filiformibus; vaginis inter nervos prominulos tenuissime undulato-scabris, fimbriatis breve-ligulatis; foliis lineari-lanceolatis (2‴ latis, 3″ longis) basi parum attenuatis glaucescentibus glabris margine asperis; spica terminali pollicari, spiculis 6—10 sessilibus approximatis pallide stramineis 5-linealibus conformibus subcylindricis sub-6-floris, valvulis nervosis apice subulatis margine sursum ciliato-scabris breve-pedunculatis. Arundinaria parviflora *Trin.* Acta Petr. 1835. Chusquea? leptophylla *Nees.* Linn. IX. p. 489.? Brasil.

Synonymum Neesii dubium, descriptio non parum recedit: culmus crassitie pennae cygneae, circa nodos biannulatos compressiusculus et scrobiculato-punctatus; vaginae primordiales ramorum fasciculis densis oppositae scariosae striatae glabrae longae; ramuli multi e nodo, filiformes 6—8″ longi, ad nodos inferiores distantesque infracti vaginaque microphylla basi subgloso inflata striolata instructi, superius densius foliati, vaginis distiche imbricatis compressiusculis glabris striatis, ore bilobis ciliatisque folio brevioribus; ligula nulla; folia linearia (1½—5″ longa, 1½″ lata) acuminata inaequalilatera-cuneata margineque supero ciliata scabra 5-nervia glauca; inflorescentia ignota.

6. A.? RACEMIFLORUM. *Steud.* Ramis ad nodos numerosis, verticillatis; ramulis simplicibus vel divisis glabris, tenuibus; vaginis arctis glabris apice parce fimbriatis; foliis (ramulorum) lanceolatis acutis viridi-glaucescentibus, supra laevibus margine et subtus scabris (1—2″ longis, 1—2‴ latis); racemo simplici secundo arcuato, spiculis solitariis dictinctis, rhachi et glumis lanceolatis pubescentibus, valvula flosculorum infimorum ovata mucronata; (flosculi reliqui omnes in specimine suppetente elapsi; species ob spicas curvatas secundas distincta, forsan distincti generis.) *Giesbreght* Hrbr. nr. 234. Mexico.

CHUSQUEA. *Kunth.* Spiculae brevi-pedicellatae in paniculam diffusam vel contractam quandoque capituliformem dispositae 3—4-florae, deorsum imperfectae; glumae 2 acuminatae vel obtusae minimae; flosculi 1—2 inferiores univalves neutri, superiores 1—2 hermaphroditi bipaleacei; squamulae 3, stamina 3; ovarium cum stylis 2 plerumque ad basin usque discretis glabrum; stigmata plumosa vel villosa.

* *Panicula oblonga contracta vel divaricata.*

1. C. ANELYTRA. *Nees.* (Linn. IX. 491.) Culmo lignoso ad nodos ramoso; ramulis paucis; vaginis pubescenti-scabris sulcatostriatis breviligulatis efimbriatis; foliis lanceolatis (3—4‴ latis, 3″ longis), basi subcordatis arcte sessilibus, stricte patentibus glaucis, ad petiolum barbatis; paniculae 5—6-pollicaris attenuatae ramis pubescenti-villosis racemosis densifloris demum divaricatis; spiculis lanceolato-acuminatis 3-linealibus glabris flavescentibus, relictis glumis demum deciduis; glumis minimis ad callositates redactis; valvulis sterilibus flosculo hermaphrodito tertia parte brevioribus. *Rupr.* l. c. t. VI. f. 16. ♄ Brasilia.

2. C. TENELLA. *Nees.* (l. c. 492.) Culmo gracili laevi glabro; internodiis longis, nodis tumidis biannulatis; vaginis glabris fusco-punctatis ore margine dense ciliato-fimbriatis; ligula obliqua vel oppositifolia elongata excisa; foliis late lanceolatis (12—15‴ latis, 5—6″ longis) inaequilateris breve petiolatis glaucis subtus scabris; racemis basi bracteatis aphyllis e nodis setuligeris culmi fasciculatim erumpentibus falcatis pendulis pollicaribus; spiculis pedicellatis oblongo-lanceolatis obtusiusculis (coloratis) 3—4-linealibus, nervoso-costatis; glumis brevissimis obtusissimis; flosculo hermaphrodito scabro valvulas flosculorum sterilium subduplo excedente. *Rupr.* l. c. t. VI. f. 17. ♃ Brasil.

3. C. PINIFOLIA. *Nees* (l. c. 490.) Culmo 4—6-pedali erecto; internodiis brevibus (1—2-pollicaribus) nigromaculatis, dense ramulis tectis ad nodos creberrimis, inferne adpressis stricte arrectis, superne latioribus dense foliosis; foliis angustissime linearibus (½‴ latis, 1″ et ultra longis), rigidis pungentibus; panicula simplici depauperata contracta vix pollicari; spiculis distincte pedicellatis opicis 2—3-linealibus obsolete nervosis; glumis minimis obtusis; valvulis flosculorum sterilium subaequalibus (coloratis) flore terminali duplo brevioribus. *Trin.* Ic. fasc. 20. *Rupr.* l. c. tab. IX. f. 18. ♄ Brasil.

4. C. HETEROPHYLLA. *Nees.* (Linn. IX. 488.) Culmo (obtuse-) tetragono pubescenti-scabro infra nodos fusco-hirto-tomentoso; ramulis e nodis dense fasciculatis patulis; foliis lanceolato-linearibus acutissimis sessilibus supra scabris subtus glaucis glabris, inferioribus ramulorum propullantium ovato-acuminatis imbricatis; vaginis striatis scabris sursum versus subpuberulis. (Flores ignoti, an una alterave notarum, praecedenti proxima. *Rupr.* ♄ Brasil.

5. C. CUMINGII. *Nees.* (l. c. 487.) Culmo 8—10-pedali erecto superne nutante; internodiis laevigatis stramineis; ramulis e nodis fasciculatim erumpentibus patulis; foliis lanceolatis subrigidis sessilibus (1½—2‴ latis, 1′ et ultra longis); subtus glabris concoloribus; panicula oblongo-ovata 1½—2-pollicari contracta saepe thyrsoidea, rhachi pedicellisque tenui puberulis subteretibus; spiculis ovato-lanceolatis 3-linealibus nitidis obsolete nervosis; glumis lanceolatis cuspidatis, flosculo infimo duplo brevioribus; valvulis flosculi sterilis semper-hermaphroditi junioris plerumque acuminato-mucronatis; flosculo terminali (saepe colorato) valvulam flosculi sterilis secundi subduplo superante. *Rupr.* l. c. t. VII. et IX. f. 19. Arundo Canila *Mol. Bert.* hrbr. nr. 816. ♄ Chili.

6. C. QUILA. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 77.) Culmo (scandente?) ramosissimo; internodiis farctis laevigatis; ramulis e nodis fasciculatim erumpentibus patulis 4—5-phyllis glabriusculis; foliis lanceolatis (2—3‴ latis, 2½—5″

longis) basi subattenuatis brevepetiolatis, subtus glaucescentibus pilosiusculis; paniculae $1^1/_4$—4-pollicaris ramis patulis, demum rigidis divaricatis, rhachi angulato-sulcata 3-angulari pedicellisque dense puberulis; spiculis ovatis 2-linealibus subnitidis distincte nervosis; glumis lanceolatis cuspidatis, flosculis neutris subaequalibus duplo brevioribus, flosculo terminali valvulam flosculi secundi excedente. Arundo Quila *Poir. Rupr.* l. c. t. IX. f. 20. ♄ Chili.

7. C. PUBESCENS. *Steud.* Culmo erecto ramoso foliato: foliis lanceolatis acuminatis basi brevissime in petiolum attenuatis striatis glabriusculis (2—5″ longis, usque 8‴ latis) margine scaberrimis; vaginis striatis margine et apice plus minus puberulis; paniculis in ramis terminalibus effusis compositis ($^1/_2$—1-pedalibus), radiis solitariis paniculatis, radiolis brevibus 2—4-spiculatis; spiculis pedicellatis solitariis, cum radiis radiolisque pubescentibus; glumis 2 inaequalibus tenui membranaceis flosculis 2—3-plo brevioribus; flosculis neutris pluribus univalvibus, valvulis pubescentibus 5—7-nerviis; valvulis flosculi fertilis 2 subcoriaceis puberulis nervosis caeteros superantibus acutis, arcte amplectentibus achenium cylindraceo-teres puberulum fuscum basi scutellatum apice mucronulatum. Praecedenti quidem affinis sed vix dubie diversa species. Ex Hrbo. Musei Paris in Hrbo. Lug. Batav. Chili.

8. C. SCANDENS. *Kunth.* (Synops. I. 254.) Culmo scandente altissimo; ramulis fasciculatis glabris nitidis; vaginis ore ligulatis glabris; foliis lanceolatis (4—5‴ latis, $3^1/_2$—5″ longis), in petiolum subattenuatis glabris; paniculae subtripollicaris ramulis patentibus et divaricatis abbreviatis subsecundis rhachique angulato-scabris; spiculis 2—3 linealibus glabris; glumis minimis obtusiusculis; flore hermaphrodito acuminato basi eximie lutescente; valvula interiore bisubulata, valvulas flosculorum sterilium coloratorum paulo superante. *Rupr.* l. c. t. VI. f. 21. ♄ Quito.

9. C. DOMBEYANA. *Kunth.* (Rev. Gram. t. 191.) Ramis teretibus solidis, ad nodos ramulis fasciculatim erumpentibus subdiphyllis; vaginis inferne flavido-stramineis ore ligulatis; foliis ovato-lanceolatis (3‴ latis, $2^1/_2$—3″ longis) in petiolum subattenuatis viridibus subtus opacis pubescentibus; paniculae elongatae 4—5-pollicaris angustae interruptae ramis erecto-patulis ramulisque abbreviatis cum rhachi teretiuscula dense pubescenti-villosis; spiculis lanceolatis $2^1/_2$—3-linealibus (coloratis) pubescenti-hirtellis; glumis minimis obtusis; flosculo hermaphrodito valvulam flosculi neutri duplo superante. *Rupr.* l. c. t. VI. f. 22. ♄ Peru.

10. C. JAMESONI. *Steud.* Ramis ad nodos pluribus (usque 10) verticillatis; vaginis arctis tenui-striatis pallide stramineis glabris ore ligulatis; foliis late-lanceolatis (superioribus 2—3″ longis, 3—4‴ latis) acuminatis 9—11-nerviis, inter nervos tenui-striatis, praeter margines scabriusculos laevibus glaucescentibus concoloribus, basi breve petiolatis; paniculae 3-pollicaris et ultra ramis inaequalibus diffusis; rhachi rhacheolisque angulatis tenui pubescentibus; spiculis pedicellatis bilinealibus glabratis pallidis; glumis 2 subrotundo-ovatis flosculis multoties brevioribus; flosculis neutris 2—3 (brevioribus hermaphrodito) mucronato-acuminatis nervosis, hermaphrodito apice acuto integro. Praecedenti affinis sed vix dubie specie diversa. *Jameson* hrbr. nr. 631. Andes Peru.

11. C. OLIGOPHYLLA. *Rupr.* (l. c. t. VII. f. 23.) Ramulis ad nodos subternis spithamineis oligo-(2-)phyllis; foliis ovato-lanceolatis (6‴ latis, 3—$3^1/_2$″ longis) brevepetiolatis viridibus subtus pallidioribus glaucescentibusve; panicula patente oblonga; rhachi glabra; spiculis pedicellatis pallidis opacis coriaceis 2—3-linealibus subtilissime punctatis; glumis acutis; valvula flosculorum sterilium distincte 7—11-nervia, valvula flosculi neutrius quam valvula externa hermaphroditi duplo minore. ♄ Brasil.

12. C. VENEZUELAE. *Steud.* Ramis ad nodos 3—4-nis, supremis binis vel solitariis foliis sparsis lanceolatis acutis (1—4″ longis, 2—4‴ latis) brevi petiolatis glaucescenti-viridibus concoloribus, tenui-striatis scabriusculis, vaginis arctis apice fimbriatis margine nudis; panicula subracemoso-divaricata simplici; rhachi glabra, spiculis ad angulos rhacheos sessilibus pauci-(3-)floris (2—5‴ longis); glumis membranaceis nervosis acutiusculis quam flosculi multo brevioribus; valvula inferiore 5—7-nervia acuta, interiore flosculi fertilis margine ciliata. *Funck* et *Schlim* Hrbr. nr. 494. Venezuela.

13. C. AMPLOPANICULATA. *Steud.* Caule scandente; ramis fasciculatis; vaginis glabris striatis; ligula fimbriata (fugaci); foliis lanceolatis laevibus glabris setaceo-acuminatis (2—5″ longis, $^3/_4$—$1^1/_2$″ latis) petiolo brevissimo ($^1/_2$-lineali) abrupte cum vagina junctis; panicula amplissima (6—8-pedali), radiis verticillatis in racemos simplices vel ramosos divisis, spicis parcis (2—4) glomeratis minimis; squamis exterioribus ovatis obtusis quandoque parce ciliolatis laxiusculis, interioribus oblongis sublongioribus, summa stylifera, stylo trifido puberulo, saepe squamis omnibus vacuis. Hrbr. *Zollinger* nr. 798. z. Hort. Bogor. Java.

14. C. UNIFLORA. *Steud.* Ramulis solitariis (an semper?) geniculatis glabris; vaginis striatis apice praesertim puberulis; foliis brevissime vel vaginis solutis longius petiolatis, lanceolatis acuminatis glabriusculis vix margine scabriusculis (superiorum ramorum 1—4″ longis, 2—4‴ latis); panicula laxa diffusa; radiis solitariis; radiolis plerumque unispiculatis pedicellos formantibus subaequantibus spiculas 2—3 lineales unifloras; glumis ovato-lanceolatis flosculo 2—3-plo brevioribus; valvulis 2 fere amplectentibus nervosis striatis; antheris 3; flosculis foemineis —? Hrbr. *Linden* nr. 892. Marignita N. Granad.

** *Panicula contracta subrotunda raro ovalis capitulum referens; folia ramulorum florentium inferiora et superiora decrescentia, his basin capituli involucrantibus; stigmata villoso-ramosa. Rettbergia. Raddi.*

15. C. GAUDICHAUDII. *Kunth.* (Rev. gr. t. 78.) Ramulis ad nodos subternis subpedalibus $1^1/_2$″ latis, pleio-(9-)phyllis; vaginis foliorum compressis carinatis; foliis linearilanceolatis (8‴ latis, 7—9″ longis) subsessilibus viridibus subconcoloribus; panicula patente ovato-oblonga, rhachi glabra; spiculis linearibus pedicellatis castaneo-fuscis coriaceis nitidis 4—5-linealibus; glumis acuminatis (1—$1^1/_2$-linealibus); valvulis flosculorum linearibus obtusiusculis obsolete 7-nerviis, valvula flosculi secundi illa hermaphroditi parum breviore. *Rupr.* l. c. t. IX. f. 24. Rettebergia bambusoides *Radd.* Agr. bras. t. 1. ♄ Brasil.

16. C. CAPITULIFLORA. *Trin.* (Ic. fasc. 29. *Rupr.* l. c. t. IX. f. 25.) Culmo farcto crassitie diametri unilinearis; ramulis ad nodos 3—plurimis fasciculatis spithamineis foliigeris; foliis ovato-lanceolatis (maximis 5‴ latis, $3^1/_2$″ longis) viridibus concoloribus glabris laevibusque margine dense setuloso-scabris; capitulis suborbiculatis diametro 8-linealibus; rhachi pedicellisque dense pubescentibus; spiculis 3—4-linealibus; glumis acuminato-subulatis nervosis scabriusculis ad carinam ciliatis, flosculo infimo neutro submembranaceo nervoso striato plus duplo brevioribus; valvula flosculi secundi flosculum hermaphroditum tertium (et subinde 4-tum) bipaleaceum aequante, obsolete nervosa nitida coriacea. ♄ Brasil.

17. C. SELLOWII. *Rupr.* (l. c. f. 26.) Culmo farcto tenuissimo filiformi debili; ramulis ad nodum subternis 2—3-pollicaribus diphyllis, inferne capitulo breve-pedunculato aphyllo recurvato, plerumque acutis; foliis lanceolatis (4‴ latis, $2^1/_2$″ longis) concoloribus margine setulis paucis remotis demum deciduis obsito; capitulis suborbiculatis diametro 7-linealibus; rhachi pedicellisque dense pilosis; spiculis bilinealibus maculatis; glumis minutis pilosiusculis obtusis, flosculo infimo chartaceo obsolete striato 3—4-plo

brevioribus; valvula flosculi secundi flosculo tertio distincte breviore opaca scabra chartacea. ♄ Brasil.

18. C. CAPITATA. *Nees.* (Linn. IX. 489.) Culmo scandente rigido 1 lineam crasso; ramulis creberrimis e nodis fasciculatim erumpentibus spithamineis, aliis sterilibus folii (3—4-) geris, aliis subaphyllis nonnisi ad basin capituli suborbicularis 6—8-linealis foliolis 2 intermixtis; foliis ovato-lanceolatis (6‴ latis, 3½″ longis) glabris; rhachi pedicellisque striato-sulcatis puberulis; spiculis compressis carinatis ovatis flavido stramineis 4-linealibus 3-floris; glumis setaceis flosculos omnes aequilongos attingentibus; valvulis subpubescentibus. *Rupr.* l. c. t. VIII. ♄ Brasil.

19. C. FIMBRIATA. *Steud.* Culmo scandente rigido; ramulis e nodis solitariis oppositis vel fasciculatis flori- et folii-feris, vaginatis ad vaginarum exitum fibris setaceis rigidis deciduis obsitis; foliis versus apices ramulorum capitulo terminatorum congestis brevi pedicellatis, e basi ovata lineari-lanceolatis acuminatis (3—6‴ latis, 2—5″ longis) glaucescenti-viridibus glabris tenuissime striatulis margine vix scabris; capitulo denso ovato-rotundo multifloro; spicis basi utrinque bracteis in setam longam terminatis ipsis adpressis brevioribus munitis subtrifloris valvulis margine et sursum undique setulosis acuminatis margine summo denticulato scabris; flosculo tertio minimo incompleto. Vix praecedentis var. nec Schizachyrii capitati *Rupr.* var. ♄ Brasilia legit *Riedl.*

Species indescripta.

C. GALEOTTIANA. *Rupr.* (Bull. Brux. IX. 2. 246. Hrbr. Galeot. nr. 5749.) ♃ Mexico.

AULONEMIA. *Goudot.* Spiculae multiflorae, floribus imbricatis distichis hermaphroditis; glumae 2 ovato-obtusae, inferior breviter mucronata 7-nervia, margine ciliata, caeterum glabra, superior parum brevior sterilis; paleae 2 inaequales, inferior ovata mucronata glabra 7-nervia margine ciliata; superior concava, medio quasi plicata 2-nervia, nervis ciliatis; squamulae hypogynae 3, duo anticae, tertia postica parum brevior ovata, obscure 3-nervia ciliata; stamina 3 hypogyna; antherae lineares; stigmata 2 plumosa; ovarium sessile oblongum glabrum in stylum inferne filiformem simplicem terminatum.

1. A. QUEXO. *Goudot.* (Ann. sc. nat. ser. III. 75. t. 4.) Culmo cylindrico glabro striatulo alte scandente; ramis pendulis; foliis planis lanceolatis acutis brevissime petiolatis (10″ longis, 2—3″ latis) striatis; paniculis terminalibus laxis divaricatis, ad ramulorum apicem congestis. ♃ N. Granata.

PLATONIA. *Kunth.* Panicula elongata ramosa; spiculae pedicellatae ovatae compressiusculae triflorae; flores imbricato-distichae, terminalis bipaleaceus hermaphroditus, inferiores minores unipaleacei neutri; glumae 2 parvae subrotundo-ovatae acuminatae concavae coriaceae; flores neutri valvulae inferioris hermaphroditi simillimi; valvulae hermaphroditi 2 coriaceae ovato-ellipticae concavae, inferior acuta, superiorem obsolete binerviam involvens; stamina 3; ovarium lateribus compressum glabrum; styli 2 terminales brevissimi reflexi; stigmata subplumosa; squamulae 3 membranaceae subrotundae ciliatae, inferne multinerviae liberae; caryopsis glabra libera.

1. P. ELATA. *Kunth.* (Gram. I. t. 76.) Radice repente; culmis erectis simplicibus basi foliosis; foliis longissimis planis, inferne angustatis, coriaceis glabris; panicula ramosissima contracta, radiis fasciculatis; spiculis pedicellatis cum pedicello continuis, pedicellis radiisque angulatis scabris. ♃ Quito.

Genus Platonia Chusqueae cognatum, cum hoc ab *Endichero* conjunctum; *Ruprecht* vero l. c. 30. nota dicit: „Chusquea natura sua valde a Platonia distat", caeterum hoc genus plane negligit.

MEROSTACHYS. *Spreng.* Spiculae sessiles unilaterales in spica terminali simplici solitariae ternaeve triflorae sursum deorsimque imperfectae; glumae nullae; flosculi inferiores 2 unipaleacei, tertius hermaphroditus bivalvis demum articulatim secedens, in sulco valvulae internae rudimentum longepedunculatum flosculi quarti arcte includens; squamae 3; stamina 3; ovarium glabrum, stylis 2 glabris superne dense plumosis.

1. M. TERNATA. *Nees.* (Agr. bras. 529.) Culmo 20-pedali crassitie 3—5 pollicum; ramis verticillatis glabris; vaginis striato-sulcatis laevibus, ore breviter fimbriatis; foliis lanceolatis (1½″ latis, 7—10″ longis) subtus laeviga tis, margine aculeato-scaberrimis 19—21-nerviis; spica suberecta 5—6-pollicari exserta; spiculis ternis biseriatis unilateralibus imbricatis 6-linealibus; flosculis 2 infimis membranaceis mucronatis; valvula flosculi hermaphroditi externa duplo majore, inferne hirtula, internam haud attingente. *Rupr.* l. c. t. X. f. 28. ♄ Brasil.

2. M. SPECIOSA. *Spr.* (Syst. V. I. 564. non *Kunth* nec *Nees.*) Vaginis striato-sulcatis transversim ruguloso-asperis ore longe fimbriatis, fimbriis inferne aequalibus rigidis nitidis stramineis; foliis superioribus ovato-lanceolatis (12‴ latis, 6″ longis) subtus laevigatis; spica falcata 6-pollicari) vaginam supremam duplo superante; spiculis solitariis imbricatis 10-linealibus secundis; flosculis 2 inferioribus membranaceis subnervosis cuspidatis, valvula externa flosculi hermaphroditi subulata fusco-sericea brevioribus *Rupr.* l. c. f. 29. ♄ Brasil.

3. M. KUNTHII. *Rupr.* (l. c. f. 30.) Vaginis sulcato-striatis glabris laevigatis ore nudis ligulatis; foliis linearilanceolatis (12‴ latis, 7—8″ longis) subtus glaucescentibus margineque superiore fascia bilineali cinerea nitida cinctis; spica suberecta 5-pollicari vagina suprema duplo breviore exserta; spiculis solitariis secundis imbricatis 7—8-linealibus; flosculis 2 inferioribus pilosis nervosis valvulam externam flosculi tertii hermaphroditi nigro hirsutam superantibus; valvula interiore apice bifida. M. speciosa *Kunth.* Rev. Gram. t. 79 non *Spr.* ♄ Brasil.

4. M. NEESII. *Rupr.* (l. c. f. 31.) Vaginis striato-sulcatis laevigatis ore nudis ligulatis; foliis lanceolatis (10‴ latis, 4—5″ longis) subtus laeviusculis; spica falcata incurvata 5—7-pollicari ad apicem usque vagina foliigera lata (2‴) canaliculata obtecta et inclusa; spiculis solitariis secundis imbricatis 7—8-linealibus; flosculis 2 inferioribus membranaceis glabris nervosis valvulam externam flosculi tertii pilosiusculam superantibus. M. speciosa *Nees.* Agr. br. 527. ♄ Brasil.

Video in specimine omnino descriptioni congruente ad oras vaginarum setulas rigidas; vix species diversa.

5. M. SPARSIFLORA. *Rupr.* (l. c. f. 32.) Vaginis obsolete striatis laeviusculis ore tenuiter fimbriatis; fimbriis parvis inferne breve plumosis; foliis lineari-lanceolatis (7—8‴ latis, 6—8″ longis) subtus glabris; spica exserta recta 2—4-pollicari; spiculis solitariis distantibus 5-linealibus; flosculis 2 inferioribus chartaceo-coriaceis flosculum tertium glabrum involventibus eumque superantibus. ♄ Brasil.

PHYLLOSTACHYS. *Sieb.* et *Zucc.* Panicula patens, spiculae lineari-lanceolatae 3—5-florae, flore summo saepe sterili longius pedicellato; glumae 2 distantes multi-nerviae concavae glabrae apice rotundato-contractae et fimbriatae inde aristae loco

iterum in laminam foliaceam ovato-lanceolatam extensae, rarius muticae; paleae 2, inferior ovato-lanceolata acuminata vel rarius uti glumae in laminam foliaceam extensa tenuiter multinervia glabra versus apicem scabra; superior lanceolata cylindraceo-involuta dorso bicarinata — carinis serrulato scabris — apice bisubulata; squamulae 3; stamina 3, primum inclusa dein longe exserta; germen longe stipitatum, stylus simplex; stigmata 3 filiformia serrulato-plumosa longe exserta.

1. P. BAMBUSOIDES. *Sieb. Zucc.* (Münch. Ac. Abh. II. p. 745. t. 5. f. 3.) Culmo inermi; ramis fistulosis firmis nodis prominentibus; ramulis semiverticillatis iterum ramosis ultimis spiculas 3—5 sessiles ferentibus; vaginis glabris, ore fimbriatis; foliis breviter petiolatis lanceolatis acuminatis basi rotundatis margine scabris. Japonia.

2. P. MEGASTACHYA. *Steud.* Culmo arundinaceo inermi; foliis alternis subdisticho-erectis lineari-lanceolatis acuminatis basi in petiolum brevem oblique attenuatis margine scabris, supra nitidis glaberrimis, nervis primariis utrinque ad costam senis, subtus praecipue cum transversalibus folii paginam inferiorem tesselatam reddentibus, conspicuis; vaginis arctis striatis in apice truncato pubescentibus et setis rigidulis (1—2‴ longis) demum deciduis munitis; paniculae efoliatae radiis irregulariter spiciferis alternis solitariis usque ternis ramosis; spiculis junioribus teretibus tenuibus acutis (8—10-linealibus) pedicellatis basi glumis 2 inaequalibus oblongis obtusis accrescente spicula (tum fere bipollicari) in pedicello ab ipsa remote persistentibus; valvula exteriore apice appendiculata, excrescente appendice sensim in spatham folio ovato acuminato striato terminatam; valvulis sequentibus pluribus (6—9) repetito-involucrantibus sterilibus, flosculi fertilis foeminei paleis 3 linearibus oblongis; caryopsi glabra in stylum longum terminata. Eadem ac praecedens sec. *Zuccar.* Flora 1846 p. 34 an recte? Arundo Bambos *Thunb.* Fl. jap. una alterave varietas? Hrb. *Goering.* nr. 3. ♄ Japon.

Genera Bambusaceis affinia.

ORTHOCLADA. *Beauv.* Panicula rhachi articulata; radiis fasciculato-ramosis; radiolis filiformibus apicem versus paucifloris; spiculae compressae $1\frac{1}{2}$—3-florae, flosculo terminali tabescente; glumae 2 carinatae muticae herbaceo chartaceae, inferior minor; valvulae 2 herbaceo-chartaceae inferior carinata acutato-mucronata, superior naviculari-compressa dorso bicarinata ibique inferne rhachi spiculae adnata; stamina 2; ovarium glabrum; styli 2 terminales breves; stigmata plumosa; squamulae 2 membranaceae obtusae glabrae; caryopsis oblique oblonga compressa laevis mucronata valvulae superiori libere involuta.

Genus cum *Neesio* (qui Orthocladia scribit) ad Bambusaceas refero; *Beauvois* inter Centothecam et Poam posuit; *Kunthius*, qui Bambusaceas ab Festucaceis non seperat, inter Bromum et Uniolam inseruit quem etiam *Endlicher* et *Meissner* sequuti sunt dum *Meissnerus* inter Centothecam et Diarrhenam posuit. Genus certe inter Bambusaceas et Festucaceas intermedium. Streptogyna *Beauv.* a citatis autoribus inter Bambusaceas positum a clbo. monographo hujus tribus *Ruprecht* cum Orthoclada omnino est neglectum.

1. O. LAXA. *Beauv.* (Agrost. p. 70.) Radice fibrosa turionifera; culmo folioso superne nudo (1—2-pedali); foliis oblongis (4—6″ longis, $1-1\frac{1}{2}$″ latis) acuminatis glabris, petiolis canaliculatis (1″ longis) vaginisque hirtis; paniculae subumbellatae in fructu patentissimae rhachi pubescente, radiis capillaribus elongatis; spiculis oblongis sesquifloris (glauco-viridibus) subgibbis; valvula inferiore obtuse mucronata. (O rariflora *Beauv.* Agr. tab. XIV. f. 9 non differt.) ♃ Guyana.

2. O. RARIFLORA. *Nees.* (Agr. br. 521.) Culmo erecto (1—2-pedali); vaginis striatis compressis sursum pilosulis, basi rotundato-auriculatis; foliis lanceolatis (5—6″ longis, 6—9‴ latis) acuminatis pilosulis in petiolum ($^3/_4$-pollicarem) compresso-canaliculatum attenuatis; paniculae patulae rhachi pilosula, radiis adpressis versus apicem floriferis; spiculis subtrifloris lanceolatis compressis (fusco-violaceis); valvula inferiore longe subulato-acuminata. Poa petiolata *Salzm.* Hrbr. ♃ Para Brasil.

STREPTOGYNA. *Beauv.* Racemus; spiculae 3—5-florae; glumae 2 subcoriaceae acutatae involutae, inferior dimidio brevior; valvulae 2 coriaceae, inferior involuta tereti-compressiuscula 7-nervia apice aristata, superior longitudine inferioris lineari-lanceolata involuta compressiusculo-teres, dorso bicarinata apice bifida; ovarium glabrum, apice (barbatum?) in stylum 2—3-fidum elongatum terminatum; stigmata filiformia longissima laeviuscula spiraliter contorta, squamulae 3 lanceolatae acutae glabrae.

S. CRINITA. *Beauv.* (Agr. t. 16. f. 8.) Culmo erecto simplici; foliis planis; spica erecta stricta; spiculis breviter pedicellatis stylo bifido. Carolina. Variat: stylo trifido. Guyana.

STREPTOCHAETA. *Schrad.* Spica terminalis solitaria; spiculae multiflorae bracteatae; glumae calycinae tres lanceolatae coriaceae inaequales, exterior arista longissima apice spirali terminata, interiores 2 minores acuminatae muticae; valvulae corollae tres aequales lanceolatae muticae subcoriaceae altera alteram imbricatim a tergo involvens, intima genitalia amplectens; stamina 6 (rarius 5) monodelpha; filamento tenui membranaceo basi germen ambiente, superne in filamenta propria soluto; antherae lineares; stylus 1; stigmata 3.

S. SPICATA. *Schrad.* (in *Nees* Agr. bras. 537.) Culmo erecto subtereti striato vaginato ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); foliis oblongis (3—4″ longis, $1\frac{1}{2}$″ latis) acutis planis glabris nervosis nervisque transversalibus percursis; vaginis ore margineque ciliatis; ligula obsoleta; spica 4—5-pollicari; rhachi triquetra pubescente; spiculis 8—10 remotiusculis alternis teretiusculis glabris (9‴ longis) bracteatis imbricatis glumaceis inaequaliter dentatis, inferioribus lato-ovatis, exterioribus (2—3) triplo minoribus. Lepideilema lancifolium *Trin.* Act. Petr. 1830. I. 93. Brasil.

Explicatio partium floralium a *Trinio* data adeo recedit a Neesiana ut de identitate dubitari possit; est enim *Trinio* Lepideilema: Inflorescentia simplicissima depauperata; axis caducaeformis; spiculae solitariae lineari-lanceolatae; involucellum coriaceum duplex, exterius: squamae 4—6 abbreviatae apice inaequaliter dentatae 5—7-nerviae; interius: squamae 2—3 elongatae forma spiculae, extima in caudam praelongam capillaceam attenuata; glumae 2 lanceolatae subcoriaceae; valvulae 2 lineari-lanceolatae, inferior coriacea, superior hyalina; stamina —; stylus 1, stigmata 3; squamulae nullae. Caeterum notandum hoc genus a *Neesio* et *Lindleyo* Bambusaceis, a *Kunthio* (sub: Lepideilema) Paniceis, a *Meissnero* utroque Tribu esse insertum.

Tribus XII. HORDEACEAE. *Kunth.*

Inflorescentia spicata; spica simplex solitaria; rhachis quandoque articulata; spiculae tri—multiflorae, raro uniflorae, flos terminalis tabescens; glumae — rarissime deficientes — valvulaeque duae herbaceae; valvula inferior saepe aristata; stigma sessile; ovarium in plerisque pilosum.

LOLIUM. *Lin.* Spica simplex; rhachis haud articulata; spiculae multiflorae distichae rhachi contra-

riae sessiles; flores basi imberbes; glumae duae subaequales herbaceae lanceolatae muticae, inferior rhachi contigua saepissime in spiculis lateralibus deficiens; valvulae duae herbaceae inferior concava mutica vel sub apice aristata, superior bicarinata; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 brevissimi sub apice inserti; stigmata plumosa pilis simplicibus dentata; squamulae 2 carnosae glabrae; caryopsis glabra valvulae adhaerens.

* *Radix culmos fertiles fasciculosque steriles proferens.*

1. L. PERENNE. *Lin.* Radice fibrosa pubescente; culmo basi geniculato erecto (pedali) foliisque carinatis cum vaginis striatis glabris; ligula brevi obtusa; spica disticha compressa; spiculis alternis erectis ovatis multifloris glumam superantibus muticis vel breviter mucronatis. *Engl. Bot.* t. 315. *Schreb.* Gram. II. t. 37. *Fl. d.* t. 747. *Host* Gram. I. t. 25. *Kunth.* Supl. t. 33. fig. 1. *Beauv.* Agr. t. 20. fig. 3. Variat: spiculis 7—9-floris; (genuina) et 3—4-floris: L. tenue *Lin.* et: spica composita ramosa. ♃ Eur. As. Am. sptr.

2. L. BOUCHEANUM. *Kunth.* (Gram. II. t. 220.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis basi geniculatis nodisque nigro-fuscis glabris; foliis linearibus planis acutatis margine scabriusculis; spica longe exserta; spiculis 5—10-floris aristatis glumas duplo superantibus. Prioris var. sec. *Bertoloni.* L. italicum *A. Braun.* ♃ Austr. litt. Italia.

3. L. DURUM. *C. Koch.* (Linn. XXI. 434.) Annuum multicaule; spica curvata (nec stricta); spiculis adpressis vel subpatulis; glumis flosculos 6—8 aequantibus vel parum brevioribus; valvula inferiore 5-nervia vix angustiore et breviore quam superior acuta raro bidentata. L. strictum *Presl.* sec. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. ross. ⊙ Caucas.

4. L. BRASILIANUM. *Nees.* (Agrost. bras. 443.) Radice repente; culmo adscendente ($^1/_2$—$1^1/_2$-pedali) simplici compresso, superne retrorsum scaberrimo; foliis linearibus planis acuminatis; spica submutica (2—6-pollicari) spiculis 5—10-floris calyce longioribus; valvulis acutis in superioribus infra apicem brevi setulosis. ♃ Brasil.

** *Radix fasciculis foliorum sterilibus destituta.*

5. L. MULTIFLORTM. *Lam.* (Fl. fr. 3. 621.) Radice annua; culmo laevissimo; spiculis multi- (13—25-) floris gluma 2—3-plo longioribus; floribus spicularum superioribus aristatis. *Reichb.* Ic. f. 1345. ⊙ Gallia. Helv. austr.

6. L. SICULUM. *Parlat.* (Giorn. bot. II. 1. 90.) Culmis erectis vel adscendentibus (1—$1^1/_2$-pedalibus) crassiusculis ad nodos inferne geniculatis, foliisque linearibus acuminatis brevibus glabris; spica recta densa lata; spiculis lanceolatis compressis multifloris calyce plus duplo longioribus, omnibus approximatis subimbricatis patentibus; gluma truncata cum valvula inferiore — (sub lente) minute punctulata — apice albo scariosis laceris; flosculis muticis. L. multiflorum *Guss.* non *Lam.*) Sicilia.

7. L. CYLINDRICUM. *C. Koch.* (Linn. XXI. 434.) Culmo graciliore (usque 3-pedali); spiculis sub-10-floris rhachi adpressis fragilibus; glumis quam flosculi $^1/_4$ majoribus; valvula infera elliptica. L. strictum *Presl.* sec. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. ross. Caucasia.

8. L. SUBULATUM. *Visian.* (Fl. dalm. 90. t. 2. fig. 1.) Radice fibrosa annua; culmo laevi stricto basi vaginis foliorum tecto (7—12-pollicari); foliis lanceolato-linearibus laevibus glabris; ligula obtusa integra; spica subulata longissima ($^1/_2$ altitudine caulis) ex tereti compressiuscula; spiculis oblongo-lanceolatis trifloris muticis gluma adpressa brevioribus. ⊙ Dalmatia.

9. L. COMPLANATUM. *Schrad.* (N. Journ. IV. 73.) Radice annua; culmo superne scabro; spica mutica; spiculis complanatis obtusis glumam superantibus, maturis ovatis fere rotundatis. *Reichb.* Ic. fig. 1342. L. asperum *Hort* L. arvense *With.* var. *Kunth.* ⊙ — —

10. L. ARVENSE. *With.* (B. Arrang. II. 168.) Radice annua; culmo simplici laevi; gluma spiculam dimidiam superante; spiculis 4—8-floris oblongis; floribus fructiferis lanceolato-ellipticis muticis vel breviter aristatis. *Engl. Bot.* t. 1125. *Host* Gram. III. t. 25. L. remotum *Koch* Fl. ger. ed. 2. ⊙ Eur. Asia.

11. L. LINICOLA. *Sonder* (in *Koch* syn. ed. 2. 957.). Annuum; spiculis glumam 5-nerviam paulo superantibus muticis vel breviter aristatis; floribus elliptico-lanceolatis acutiusculis demum ellipticis. L. arvense *Reichb.* Ic. XI. t. 4 et plurium autor. An a praecedente diversa? ⊙ Europ. Caucas. Russia.

12. L. PERSICUM. *Boiss.* (Hrbr. *Kotsch.* Pers. bor. nr. 278.) Radice fibrosa annua; culmo simplici foliato (pedali) laevi; gluma spiculas ultra medium attingente obtusa; spiculis 3—4-floris lanceolatis; flosculis omnibus aristatis, arista spiculis parum longiore. ⊙ Persia bor.

13. L. CANARIENSE. *Steud.* Radice fibrosa annua; culmo simplici foliato cum vaginis foliisque glabro laevi; gluma inferiore subfoliacea spiculam (demtis aristis) aequante vel superante; flosculo infimo sessili incompleto mutico, superioribus 4—5 pedicellatis, omnibus aristatis. ⊙ Ins. Canar.

14. L. SPECIOSUM. *Steven* (in *Bbrst.* Fl. cauc. I. 80.). Culmo erecto elato (2—4-pedali) laevi vel apice scabro; gluma spiculam superante; spiculis 5—7-floris; floribus fructiferis ellipticis muticis vel breviter aristatis; arista debili flexuosa valvula sua breviore. L. temulentum var. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. ross. ⊙ Eur. As. Afr.

15. L. DECIPIENS. *Dumort.* (Agr. belg. t. 2. f. 8.) Culmo superne flosculisque scabris; ligula obtusa; valvula exteriore binervia, interiore integra apiculata, arista flexuosa decidua valvula sua breviore. L. robustum *Reichb.* Ic. fig. 1340. Praecedentis var. *Koch* negante *Dumort.* ⊙ Europ.

16. L. LUCIDUM. *Dumort.* (l. c. p. 98.) Radice annua; culmo laevissimo; rhachi margine scabra; spiculis 6—8-floris; flosculis lateraliter scabriusculis aristulatis, seta flexuosa valvula longiore persistente. ⊙ Belgium.

17. L. TEMULENTUM. *Lin.* Radice annua; culmo erecto ($1^1/_2$—3-pedali) inferne glabro, superne scabro; gluma spiculas subaequante; spiculis 5—7-floris; floribus fructiferis ellipticis aristatis; arista recta valvulas superante. *Fl. dan.* t. 160. *Schreb.* Gram. t. 36. *E. B.* t. 1124. Variat: culmo filiformi scabro spiculis 3—5-floris, arista flosculis triplo breviore. L. gracile *Dumort* Agrost. belg. 99. ⊙ Eur. As. Afr. Am. N. Holl.

18. L. BERTERONIANUM. *Steud.* Culmo glabro elato (3-pedali et ultra); foliis lanceolatis acuminatis (1′ longis, 3—4‴ latis) retrorsum scaberrimis; ligula brevi membranacea obtusa lacera; spica longissima (ultra pedali); rhachi ad angulos scabra; gluma latiuscula obtusa, dense striata spiculam aequante; spiculis 7—11-floris; flosculis lanceolatis omnibus aristatis, arista infra apicem obtusum exserta valvula sua obscure 5-nervia tenuissime puncticulata vix scabra fere duplo longiore. L. temulentum var. *Berter.* hrbr. nr. 1108. Vix eadem ac sequens? Chili.

19. L. SCABRUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 267.) Radice repente; culmo erecto ($1^1/_2$—2-pedali) glabro ramoso, ramis adpressis; ligula brevi rotundata glabra; foliis planis acutis margine scabris striatis glabris; spica erecta (6-pollicari) biseriata; rhachi flexuosa alternatim canaliculata striata basi glabra caeterum scabra; glumis spicula sub-10-flora dimidio brevioribus, 7-nerviis obtusiusculis glabris; valvula inferiore 5-nervia apice margineque scabriuscula; flosculis omnibus aristatis, arista infra apicem obtusum exserta valvula sua breviore scabra. ♃ Chili.

20. L. GRACILE. *Parlat.* (Phytogr. Canar. 3. 423.)

Radice fibrosa; culmis caespitosis adscendentibus; geniculis glabris nitidis; foliis planis glabris; spica gracili erecta; rhachi compressa flexuosa; spiculis linearibus 7—9-floris longe aristatis; gluma longitudine spiculae rigida plana obtusa. An L. canariense *Steud.?* Ins. Canar. Pr. viride.

21. L. STRICTUM. *Presl.* (Gram. sic. 46.) Culmo stricto; spica tereti subulata stricta; spiculis glumam trifloram 5-nerviam aequantibus vel paulo superantibus muticis remotiusculis arcte adpressis; floribus lanceolatis obtusis. Monerma stricta *Presl.* (cfr. L. durum et cylindricum.) ⊙ Sicilia.

22. L. ELEGANS. *Steud.* Radice tenui fibrosa annua; culmo erecto toto vaginato et foliato tenui (pedali) cum vaginis purpurascentibus glabro; his subtumidis striatis; ligula deflexa; foliis patenti strictis lanceolatis acuminatis, scabris; spica erecta; rhachi subflexuosa compresso-angulata; spiculis subquinquefloris gluma longioribus; flosculis laxifloris; valvula inferiore oblonga obtusissima 3-nervia inter nervos tenuissime striatula et tenuissime undique subglanduloso aspera, flavidula basi purpurascente; achenio oblongo valvulam aequante. Distinctissima species in Hrbo. Un. agric. mixta cum L. perenni. Prov. Oran. Afr. bor.

Species dubiae.

23. L. CANADENSE. *Michx.* (in *R. Schult.* II. 893.) Radice annua; culmo subcompresso rhachique scabris; spica mutica; gluma subaequante spiculas sub-12-floras. (Culta in horto Monspel. caeterum auctoribus ignota.) ⊙ Canada?

24. L. DISTACHYUM. *Lin.* (Mant. 187.) Culmis decumbentibus basi ramosis, floriferis assurgentibus filiformibus angustis laevibus (pedalibus); foliis gramineis; spicis geminis terminalibus aequalibus sessilibus linearibus angustissimis extrorsum secundis; floribus alternis albo hirsutis; gluma sublaterali lineari obtusa persistente uniflora. Vix hujus generis, an Digitariae species? Malabar.

CASTELLIA. *Tineo.* Spica basi ramosa; spiculae 6-florae lanceolato-ovatae solitariae muticae in rhachidis articulatae scrobiculis distichae et alternatim insertae breviter pedicellatae adpressae, facie angustiore rhachidem spectantes; glumae duae inaequales glabrae carinato-concavae, inferior minor, flosculo proximo breviores; valvula exterior concava 5-nervia substriata transverse rugosa tuberculato-scabra, inferior subdenticulata ciliata; caryopsis valvulis inclusa.

C. TUBERCULATA. *Tineo.* (Pl. rar. Sicil. p. 17.) Radice fibrosa; culmo simplici, raro basi subdiviso, erecto tereti substriato glabro (6—12-pollicari); foliis linearisubulatis carinatis striatis glabris; ligula brevi truncata lacera; spica terminali stricta rigida (2—4-pollicari) plerumque basi ramosa; caryopsi libera oblonga convexa punctulata rufa. ⊙ Sicilia. H.

TRITICUM. *Lin.* Spica; spiculae 3—multiflorae solitariae in rhacheos excisuris sessiles; glumae valvulaeque herbaceae nervosae; glumae 2 suboppositae subaequales muticae vel aristatae; valvulae 2, inferior mutica vel apice mucronata vel aristata; superior bicarinata magis minusve aculeato-ciliata; stamina 3; ovarium sursum pubescens; stigmata 2 plumosa; squamulae 2 pilosae vel ciliatae; caryopsis hinc sulcata libera vel valvulis adnata.

I. Cerealia; spiculae plus minusve ventricoso-turgidae; glumae ovatae vel oblongae, obtusae vel truncatae; radix annua vel biennis.

1. T. VULGARE. *Lin.* Spica tetragona imbricata; rhachi tenaci; spiculis plerumque quadrifloris, glumis ventricosis ovatis truncatis, mucronatis, sub apice compressis dorso rotundato-convexis, nervo prominente; floribus aristatis vel muticis; fructibus liberis. Variat: a) glumis aristatis, radice annua. T. aestivum *Lin.* b) glumis muticis, radice bienni. T. hybernum *Lin.* utraque *Host* Gram. 3. t. 26. *Metzger* Cerealia t. 1, 2. *Beauv.* Agr. t. 20. f. 4. c) glumis velutinis muticis vel aristatis. T. velutinum *Schübl.* T. compactum *Host* l. c. IV. t. 7. *Kunth.* Supl. t. 34. ⊙ ♂ Colitur.

2. T. SICULUM. *Roem. Schult.* (Syst. II. 765.) Foliis glabris laevibus; spicis undique imbricatis; arista spica triplo longioribus divaricato-patentibus. ⊙ Colitur in Sicilia et Asia.

3. T. SPINULOSUM. *Lagasc.* (Diagn. p. 7.) Culmo frutescente rigido inferne vaginis distiche aequitantibus vestito; foliis rigidulis planis acuminato subpungentibus denticulato-spinulosis, superioribus edentulis; spica (Tritici aestivi simili) erecta subbipollicari; spiculis 4—5-floris, flosculis inferioribus hermaphroditis aristatis. ♄ Havanna.

4. T. TURGIDUM. *Lin.* Spica tetragona imbricata; rhachi tenaci; spiculis plerumque 4-floris; glumis ventricosis ovatis truncatis mucronatis carinatis, carina tota prominente subalaeformi; fructibus liberis. *Metzg.* Cereal. t. 3. Variat: flosculis aristatis et muticis et spica composita. *Metzg.* l. c. fig. C. T. compositum *Lin. Host* Gram. 3. t. 27. ⊙ ♂ Colitur.

5. T. ALATUM. *Peterm.* (Flora 1844. 234.) Spica tetragona, axis margini parallele compressa imbricata, axi tenaci; spiculis subquadrifloris; glumis ventricosis ovalibus duplum longis ac latis mucronatis, mucrone lato incurvo, dorso carinatis carina tota prominente alata; valvula inferiore aristata; aristis erectis spicae parallelis; fructibus liberis. Praecedentis var.? ⊙ —

6. T. CLAVATUM. *Seidl.* (*Opiz* Verz. 106.) Spica abbreviata obtusa tetragona; spiculis confertis glabris, summis breviter aristatis; glumis truncatis gibbosis basi plicato-coarctatis, mucrone brevissimo obtuso. T. compositum *Lin.* sec. *Seidl.* ⊙ Colitur.

7. T. DURUM. *Desf.* (Atl. I. 114.) Culmo farcto, spica tetragona imbricata; rhachi tenaci; spiculis plerumque 4-floris; glumis ventricosis oblongis latitudine sua triplo longioribus lato mucronatis carinatis; carina tota prominente subalaeformi; fructibus liberis. *Metzg.* l. c. t. 4. Variat: spiculis villosis. T. villosum *Host.* Gram. IV. t. 6. ⊙ ♂ Colitur.

8. T. HORDEIFORME. *Host.* (l. c. t. 5.) Culmis ad geniculos subpilosis; foliis glabris mollibus; vaginis glabris; spica disticha; spiculis ovatis latis sub-5-floris; aristis spica triplo longioribus. ⊙ Praecedentis var.? Colitur.

9. T. SPELTA. *Lin.* Culmi nodis pubescentibus; foliis sericeis; vaginis superne ligulaque villosulis; spica parallele compressa laxe remote imbricata; rhachi fragili; spiculis sub-4-floris; glumis late ovatis truncatis bidentato mucronatis; carina versus apicem subrecte excurrente; floribus aristatis vel muticis binis vel tribus fertilibus, unico intermedio sterili; fructibus corticatis. *Metzg.* l. c. t. 6. T. Zea *Host* l. c. t. 29. ⊙ Colitur.

10. T. SPELTAEFORME. *Seidl.* (*Opiz* Verz. 106.) Spiculis 4-floris ventricosis glabriusculis approximatis aristatis; glumis obtusis striatis aristatis, valvulis indurescentibus. Praecedentis var.? ⊙ Colitur.

11. T. DICOCCUM. *Schrank.* (Fl. Bav. 389.) Spica opposite compressa erecta disticha glabra conferte imbricata; rhachi fragili; spiculis 4-floris; glumis acute bidentatis; flosculis binis intermediis muticis et sterilibus, binis exterioribus aristatis fertilibus; seminibus triquetris corticatis (albis vel rufescentibus.) *Schübl.* Flora 1820 p. 450. T. amyleum *Metzg.* Cer. t. 7. T. Spelta *Host* l. c. t. 30. T. Cienfuegos et T. Gaertnerianum *Lagasc.* Elench. 6. ⊙ Colitur.

12. T. ATRATUM. *Host.* (Gram. IV. t. 8.) Culmis ad nodos pubescentibus; foliis pubescentibus margine aculeolato-scabris basi ciliatis; vaginis laevibus glabris; spica primum glaucescente dein purpurascente serius nigricante, rhacheos internodiis ad oras pilosis; spiculis bifloris imbricatis pubescentibus aristatis. Idem dicitur ac praecedens. ⊙ Colitur.

13. T. TRICOCCUM. *Schübl.* (Disser. 34. f. 3.) Spica opposite compressa erecta disticha turgida glabra conferte imbricata; rhachi fragili, spiculis 4—5-floris; glumis obtuse subbidentatis, flosculis tribus plerumque fertilibus; seminibus obtuse triquetris turgidis corticatis. T. amyleum *Sering. Metzg.* l. c. t. 8. T. dicoccum *Schrank.* var. *Mert. Koch.* ⊙ ♂ Colitur.

14. T. ARRAS. *Hochst.* (Flora 1848. 450.) Spica opposite compressa subtetragona longe aristata; rhachi fragili; spiculis 9—15 laxe imbricatis arrectis glaberrimis trifloris; flosculo tertio sterili mutico; glumis lineari-oblongis carinatis, carina prominente subrecta excurrente, lateribus praesertim antico-exarato-nervosis (nervis binis conjugatis inter se quidpiam excavatis), apice obtuse bidentato, dentibus subaequalibus (altero parum acutiore); fructibus longiusculis convexo triquetris corticatis vitreis. T. amyleum *Steud.* hrbr. un. it. 953. an iterum hujus var.? ⊙ Abyssinia.

15. T. MONOCOCCUM. *Lin.* Spica opposite compressa erecta tenui glabra conferte imbricata; rhachi fragili; spiculis trifloris; glumis subtridentatis, flosculo uno aristato, binis intermediis muticis plerumque sterilibus; seminibus triquetris arctissime corticatis. *Host* Gram. 3. t. 32. *Metzg.* Cereal. t. 17. *Schübl.* Diss. f. 1. ⊙ ♂ Colitur.

16. T. VENULOSUM. *Sering.* (Monogr. 33.) Spica compressa arcte imbricata; gluma unidentata bicrenata ad carinam venosa; valvula interna laxa. Praecedentis var. *Trin.* ⊙ Culta.

17. T. DIVERSIFLORUM. *Steud.* Spica irregulariter disticha; rhachi late compressa tenaci; spiculis binis juxta se positis, altera uniflora fertili, altera triflora flore uno sessili fertili, duobus pedicellatis altero fertili, altero incompleto sterili; glumis concavis oblique versus marginem (non in medio) carinatis, apice subtruncato vix emarginato acuminato-mucronatis; flosculi solitarii valvula inferiore aristata, reliquis muticis. Variat: glumis vix acuminatis et aristis brevibus vel longioribus; etiam flosculis omnibus sterilibus. ⊙ Pauca tantum specimina *W. Schimper* legit in Abyssin.

18. T. POLONICUM. *Lin.* Spica irregulariter tetragona vel compressa laxe imbricata (3—6-pollicari), tenaci margine barbata; spiculis magnis 3—4-floris; glumis late ovato-lanceolatis (1-pollicaribus et ultra) bidentatis multinerviis, dente carinali recto, anteriore obsoleto; valvula inferiore glumam subaequante mutica vel aristata, superiore late ovata fere duplo breviore margine glabra apice bifida; seminibus liberis. Variat: spiculis glaberrimis vel velutinis, et spicis simplicibus vel compositis. *Host* Gram. III. t. 31. *Metzger* Cereal. t. 5, 6. ⊙ Colitur.

19. T. ABYSSINICUM. *Steud.* Spica subturgida dense imbricata (4—5-pollicari); rhachi tenaci ad articulos pilosa; spiculis magnis 4-floris; flosculis lateralibus sessilibus, intermediis pedicellatis, summo sterili; glumis late ovato-lanceolatis obtusis vix dentatis multinerviis (ultra pollicaribus); valvula inferiore glumam aequante aristata, superiore late ovata bidentata margine ciliata, seminibus liberis. Similis praecedenti sed notis allatis facile et flosculo pedicellato sterili in spica statim conspicuo primo intuitu dignoscenda.) ⊙ Colitur in Abyssinia.

20. T. RECOGNITUM. *Steud.* Spica subturgida abbreviata ($1\frac{1}{2}$-pollicari) ovata exacte disticha; rhachi tenaci ad articulos pilosa; spiculis ovatis 3—4-floris; flosculis lateralibus sessilibus, intermedio solitario vel gemino pedicellato sterili; glumis ovatis concavis apice bidentatis, dente carinali recto validulo, anteriore minimo, margine membranaceis, valvula inferiore concavo-hemisphaerica glumis longiore, longe aristata, superiore aequilonga ovata apice obtusa glabra. Variat: spiculis glaberrimis vel velutinis. T. turgidum *Steud.* Hrbr. un. it. nr. 607. T. venulosum *Hochst.* ibid. nr. 1968. ⊙ Colitur in Abyssinia.

II. Glumis lanceolatis vel lineari-oblongis acutatis vel obtusis; flosculis muticis vel aristatis, aristis valvula sua parum longioribus. Agropyrum. *Gaertn.*

21. T. JUNCEUM. *Lin.* Glaucum; radice repente; culmis glabris ($1\frac{1}{2}$—2-pedalibus) basi decumbentibus; foliis lineari lanceolatis acuminatis supra molliter densissime brevissime velutinis; vaginis glabris; ligula brevissima denticulata; spica disticha, rhachi glabra; spiculis 4—8-floris; glumis lineari-lanceolatis 9—11-nerviis obtusis spicula $\frac{1}{3}$ brevioribus. *Host* Gram. 3. t. 33. *Fl. d.* 916. *E. B.* 814. T. farctum *Vivian.* Fragm. I. t. 26. f. 1. ♃ Europ. Tauria.

22. T. SCIRPEUM. *Presl.* (Gram. sic. 49. sub: Agropyrum.) Radice repente; foliis omnibus convolutis, interdum planis demum convolutis supra sulcatis asperis; rhachi angulis rigido-ciliatis; spiculis 4—5-floris; glumis sub-7-nerviis obtusissimis; valvula inferiore truncata rotundata vel obtusata mutica. Variat: culmis 1—4-pedalibus magis minusve gracilibus; foliis latiusculis vel angustissimis demum semper involutis; spica gracili erecta 1—9-pollicari; spiculis remotis 4—10-floris ovato-lanceolatis vel lineari-lanceolatis muticis. T. scirpeum β. gracile *Tineo* Pl. rar. Sicil. 25. ♃ Sicilia.

23. T. ACUTUM. *Decand.* (Fl. Gall. VI. 282.) Radice repente; culmo erecto vel adscendente rigidulo ($1\frac{1}{2}$—2-pedali) cum tota planta glaucescente; foliis supra punctulatis acutis scabris; spica disticha, rhachi plerumque glabra; spiculis 5—8-floris approximatis; glumis lineari-lanceolatis 7-nerviis acutis vel obtusiusculis muticis vel breviter aristatis glabris. ♃ Gallia. German.

24. T. VELUTINUM. *Nees* (in *Hook.* Lond. Jour. III. 417. sub: Agropyrum). Radice repente; culmo stricto (pedali) superne pubescente, apice nudo; foliis brevibus velutino-pubescentibus; spica densius distiche imbricata (1—$1\frac{1}{2}$-pollicari), rhachi velutino-pubescente; spiculis 6—8 imbricatis scabris, 6—7-floris; glumis lineari-lanceolatis acutis 7-nerviis spicula duplo brevioribus; flosculis breviaristatis. *Gunner* nr. 770. Ins. Van Diemen.

25. T. NUBIGENUM. *Nees.* (mspt. sub: Agropyrum.) Culmo gracili; foliis angustis scabris; vaginis apice nodisque velutino-annulatis; spica oligostachya; spiculis distantibus patulis compressis 6—10-floris; glumis lineari-lanceolatis subulato-acutatis flosculo inferiore duplo brevioribus, totis — valvula flosculorum inferiore apicem versus — nervoso-costatis; setis flosculo obtuso brevioribus, valvula superiore ciliata. ♃ Mons Sawu Javae.

26. T. TRICHOPHORUM. *Link.* (Linn. XVII. 395.) Foliis planis demum margine et apice convolutis supra sulcatis scabris; spicae rhachi ad angulos ciliata; spiculis 5—8‴ longis remotiusculis 5—8-floris, glumis truncatis 6- et 1-nerviis carina vix prominente, pilis distantibus patulis; valvula inferiore, ubi gluma non tegitur, nervosa et pilosa. ♃ Austr. littor.

27. T. ATHERICUM. *Link.* (l. c.) Foliis planis demum apice praesertim convolutis; spicae rhachi ad angulos scabra; spiculis valde approximatis 7—8-floris; glumis 2- et 4-nerviis carina scaberrimis, utraque aristata, arista 1—2-lineali; valvulae inferioris arista 2—4-lineali. ♃ Lusitania.

28. T. LAXUM. *Fries.* (Summa Veget. 249.) Radice repente stolonifera; culmo — foliisque planis superne — punctis densis scabridis flaccidis, foliis radicalibus planis vel siccitate involutis; spica disticha, rhachi glabra tenui; spiculis 5—8-floris lineari-lanceolatis acutis; glumis 7-

nerviis spicula $^1/_3$ brevioribus; flosculis acutis muticis. Variat: culmo duplo altiore simplici, foliis omnibus planis persistentibus; spica elongata; spiculis distantibus. T. affine *Reichb.* Ic. fl. Germ. 139. Dania, Gothia, Germania.

29. T. SCABRUM. *Dethard.* (Consp. 11.) Radice repente, foliis supra densissime brevissimeque velutinis scabriusculisque; spica disticha, rhachi margine scabra; spiculis 5-floris approximatis; glumis lineari-lanceolatis glabris 5-nerviis acutis spiculam dimidiam superantibus; floribus obtusis muticis a basi supra medium axeque pilosis. T. acutum δ. strictum *Mert. Koch.* ♃ German. bor.

30. T. RIGIDUM. *Schrad.* (Germ. I. 392.) Radice fibrosa caespitosa vix stolonifera; culmo erecto rigido, saepius scabriusculo; spica disticha, rhachi setuloso-scabra; spiculis 5—10-floris, inferioribus remotis superioribus approximatis; glumis oblongis 9-nerviis lato-truncatis vel obtusissimis spicula dimidia brevioribus; floribus obtusissimis muticis. T. elongatum *Host* Gram. II. t. 23. T. giganteum *Roth* Catal. 1. 22. non *Retz.* ♃ Europ. med.

31. T. CAESPITOSUM. *C. Koch.* (Linn. XXI. 424.) Caespitosum; foliis involutis supra scabriusculis; spica lineari ex spiculis 8—10 trifloris constante; rhachi excisa ex margine setulosa; glumis inaequalibus 3—5-nerviis truncatis. T. elongatum *Host* Gram. 2. t. 23. Caucasia.

32. T. GIGANTEUM. *Retz.* (Obs. pag. 7.) Caespitosa stricta elata (6-pedalis); caulibus teretibus laevibus fistulosis, nodis incrassatis fuscescentibus glabris; vaginis folio brevioribus; ligula margo brevissimus truncatus utrinque auricula angusta parva marcida; foliis planis uniserialiter rigide pilosis, margine denticulato-scabris linearibus longissimis plus minus margine involutis acuminatis; spica elongata (subpedali); spiculis alternis, inferioribus brevioribus, superioribus sensim longioribus lanceolatis curvatis 10—14-floris; glumis quam flosculi brevioribus subaequalibus obtusis obliquis 7-nerviis, valvula exteriore 5-nervia apice obtuse biloba, nervo medio in aristam brevem scabram excurrente; valvula interiore binervia apice rotundata integerrima, ad nervos dense ciliata. T. rigidum *Schrad.* var.? ♃ Europ. media.

33. T. PUNGENS. *Pers.* (Synop. 1. 109.) Radice repente; culmo robusto rigido; foliis apice involutis pungentibus supra setulis solitariis scaberrimis; spica disticha; rhachi scabra vel glabra; spiculis 5—10-floris approximatis; glumis lanceolatis 7-nerviis acutiusculis breviterque mucronatis spicula dimidio brevioribus; floribus obtusis muticis. *Reichb.* Ic. pl. crit. IX. t. 22. f. 1392. ♃ Germ. austr. Gall.

34. T. GLAUCUM. *Desf.* (Fl. gal. VI. 281.) Radice repente; glaucum; foliis supra punctulis acutis solitariis scabriusculis; spica disticha, rhachi setuloso-scabra; spiculis sub-5-floris approximatis, inferioribus paulo remotis; glumis oblongis 5—7-nerviis obtusissimis muticis vel aristatis. T. junceum *Host* Gram. II. t. 22. T. repens *Lin.* var.? ♃ Europa.

35. T. PYCNANTHUM. *Godron.* (Notes sur la Flore de Montpellier 1854. p. 17.) Culmis strictis fasciculatis (2—5-pedalibus); foliis elongatis viridi-glaucis asperis strictis margine involutis, apice subulatis subpungentibus, supra elevato-nervosis, nervis approximatis subaculeolato-asperis; spica aspera plus minus densa subtetragona; rhachi aspera non fragili; spiculis rectis oblique rhachi adnatis ovato-ellipticis compressis compactis internodio rhacheos duplo longioribus; glumis spicula duplo brevioribus subaequalibus lineari-oblongis obtusis obscure carinatis 5—7-nerviis; valvula inferiore apice rotundata vel truncata viridi-glauca aspera margine inflexa, supra elevato-nervosa, nervis approximatis aculeolato-scabris. Variat α genuinum: spiculis parvis spicam valde compactam 3—4‴ longam formantibus et β macrostachyum: spiculis majoribus $^1/_2$‴ longis spicam laxiorem quandoque ramosam 5—7‴ longam formantibus. ♃ Monspelii.

36. T. POUZOLZII. *Godron.* (l. c. p. 18.) Radice repente stolonifera; culmis caespitosis strictis asperis gracillimis (3—5-pedalibus); foliis viridi-glaucis rigidis planis, margine scabris, supra tenui-nervosis, nervis aequidistantibus scabris; spica elongata gracili laxa stricta apice attenuata; rhachi margine scabra non fragili valde excavata; spiculis parvis distinctis remotis internodio longioribus, inferioribus remotioribus cuneato-obovatis compressis (sub lente valida) tenui-granulatis; glumis subdimidia spicularum longitudine subinaequalibus lineari-oblongis obtusis carinatis, nervis 7 approximatis latis et subprominulis, intermedio tantum ad apicem producto; valvula inferiore rotundata apice truncata vel emarginata, plus minus mucronulata. Monspelii.

37. T. LATRONUM. *Godron.* (l. c. p. 19.) Radice repente stolonifera; culmo basi geniculato dein erecto gracili quin apice filiformi (3—5-pedali); foliis viridibus planis margine et supra asperis, certe ad nervos aculeolato scabris; spica gracillima laxa stricta; rhachi ad latera granulata scabra; spiculis subdistichis remotis 2—5-floris lineari-oblongis subcompressis tenui-granulatis (sub lente valida), internodiis superioribus longioribus basi brevioribus; glumis quam spicula duplo brevioribus subinaequalibus oblongis apice rotundatis vel obtusis margine late albo-scariosis, dorso rotundatis nervis 5 elevatis et sulcis profundis separatis, nervo tantum medio apicem attingente; valvula inferiore lanceolata obtusa carinata ad carinam scabra nervis 3 percursa lateralibus margini approximatis, medio elatiore et in aristam brevem scabram elongato. ♃ Monspelii.

38. T. REPENS. *Lin.* Radice longe repente; culmo spicaque gracili; foliis supra punctulis acutis solitariis magis minusve scabris; spica disticha; rhachi plerumque scabra; spiculis sub-5-floris; glumis lanceolatis 5-nerviis acuminatis; floribus obtusiusculis vel acutis muticis vel aristatis. *Schreb.* Gram. 2. t. 26. *Host* Gram. 2. t. 21. *Fl. d.* t. 748. *E. B.* t. 909. *Beauv.* Agr. t. 20. f. 2. T. littorale *Host* l. c. ♃ Eur. As. Am.

39. T. MACROURUM. *Turcz.* (mspt.) Radice fibrosa; culmo e basi geniculato erecto stricto tereti glabro (2—3-pedali) foliato; vaginis striatis glabris, ligula brevi membranacea lacera; foliis erectis strictis lanceolatis demum apice convolutis subpungentibus (2—5″ longis, basi vix ultra 1‴ latis) glabris; spica elongata (7—10-pollicari); spiculis inferioribus valde superioribus minus remotis, sub-3-floris; glumis ovato-lanceolatis margine membranaceis dorso 5-nerviis apice submucronato-acutatis flosculis brevioribus; basi pubescente ibique obscure- sursum distincte 5-nervia minus pubescente, inter apicem brevissime bifidum brevi aristulata, arista scabra lineali valvula ipsa 4—5-plo breviore; valvula inferiore subaequilonga hyalina margine ciliata. Angara super. Sibiriae.

In *Ledebour* Fl. Ross. IV. 345. T. marcrourum *Turcz.* Cat. Baic. nr. 1328. cum Brachypodio pinnato *Beauv.* conjungitur; specimen vero ab autore benevole mecum cummunicatum toto coelo est diversa et optime distincta species.

40. T. DASYSTACHYUM. *A. Gray.* (Man. 602.) Rhizomate valido repente; culmo 2—3-pedali; foliis angustis maxima parte convolutis laevibus glaucis; spiculis undique pubescentibus villosis albidis 5—9-floris; glumis 5—7-nerviis; rhachi ad angulos scabra; aristis flosculos dimidios aequantibus quandoque nullis. T. repens var. dasystachyum *Hook* Fl. Am. sptr.

41. T. ARUNDINACEUM. *Fries.* (Summa Veg. 250.) Radice repente; foliis lanceolato-linearibus glaberrimis; spica disticha rigida; spiculis confertis; glumis lanceolatis 9-nerviis aristatis; flosculis lanceolatis nervosis aristatis spiculam dimidiam superantibus; rhachi glabra margine serrulata. T. repens var.? arundinaceum *Fries.* ♃ Scandinavia.

42. T. TOURNEFORTII. *Savignoni.* (Flora 1847. p. 569. sub: Agropyrum.) Culmo laevi vaginis tecto inferioribus piloso-puberulis, superioribus glabris margine ciliato-scabris; spica oblongata; rhachi strigosa, articulis spiculis sub-5-floris adpressis aequalibus; glumis ovatis obtusis nuticis apice truncato-mucronatis, flosculo interno mutico; spicula terminali sterili; valvula inferiore longissime aristata, aristis spicae subaequalibus aculeato-scabris. Genua.

43. T. LIGUSTICUM. *Savign.* (l. c. sub: Agropyrum.) Culmo laevi vaginis glabris tecto; foliis glabris margine ciliato-scabris; spica brevi; rhachi trigosa, articulis spiculis 5-floris adpressis brevioribus; glumis ovatis 5-nerviis glabris, inferioribus muticis, superioribus brevissime nervo mucronatis; valvulis ovato-acuminatis extimis in aristam longam rhachidem aequantem abeuntibus, mediis infimoque acuminato-oblongis. Genua.

44. T. PANORMITANUM. *Bertol.* (Fl. it. IV. 180.) Radice fibrosa pubescente; culmis erectis vel adscendentibus striatis; foliis linearibus planis elongatis (2—2½''' latis) acuminatis demum involutis; ligula brevissima vel subnulla; spica terminali plerumque vagina suprema subventricosa involucrata (3—6-pollicari) 5—9 spiculifera; spiculis subimbricatis sub-5-floris alternis; glumis acuminatis 7—9-nerviis sulcatis; valvula inferiore lanceolato-aristata 5-nervia scabra; arista flosculis longiore; valvula superiore breviore obtusa apice subbidentata margine ciliata. *Boiss.* Voy. Esp. t. 181. Sicil. Hispan.

45. T. VIOLACEUM. *Hornm.* (Fl. dan. t. 2044.) Radice fibrosa; foliis setaceo-linearibus apice convolutis; spiculis 4—5-floris, glumis 5-nerviis subaristatis. T. caninum var.? *Blytt.* Norweg.

46. T. OBTUSIFLORUM. *Dec.* (Monsp. 153.) Foliis plano-convolutis glaucis; spica disticha subcontinua; glumis obtusissimis 9-nerviis; flosculis exaristatis obtusis submucronulatis; rhachi scabra. T. littorale α obtusi-florum *Dumort.* Agr. belg. 97. ♃ Belgium.

47. T. PUMILUM. *Steud.* Radice repente, fibris crassiusculis tomentosis; culmo erecto brevi (4—5'' longo) foliato glabro; vaginis arctis striatis; ligula brevissima hyalina lacera; foliis rigidulis stri tis acutis (1—2½'' longis, ½—¾''' latis); spica simplici brevi; spiculis alternis 2—5-floris; glumis ovatis obtusis margine hyalinis 5-nerviis flosculis duplo brevioribus, quandoque carina sparsim pilosis; valvula inferiore oblongo-ovata obtusa basi laevi apicem versus 5-nervi margine anguste hyalino membranacea, obtusissima, interiore aequilonga quin longiore membranaceo-hyalina ciliata. Sub: T. desertorum *Fisch.* communicavit. *Turczaninow* e Sibiria.

48. T. LOLIOIDES. *Karel. Kiril.* (Enum. pl. alt. nr. 942.) Rhizomate repente; foliis rigidulis latiusculis convolutis; spica stricta basi interrupta; spiculis 2—5-floris; glumis lanceolatis obtusis 3—5-nerviis concavis margine membranaceis, altera conformi paulo minore, floribus exsertis muticis, valvula inferiore glumis conformi. Vix eadem ac praecedens. ♃ Sibiria altaica.

49. T. CANINUM. *Schreb.* (Spicil. 51.) Radice fibrosa (non repente); culmis plurimis erectis strictis teretibus foliosis glaberrimis (2-pedalibus); foliis planis lineari-lanceolatis utrinque scabris, quandoque hirsutis; ligula obsoleta; spica disticha (3—4-pollicari) laxiuscula; rhachi setulosa scabra; spiculis — inferioribus quandoque binis, caeteris alternis — 4—5-floris; glumis lanceolatis 3—5-nerviis acuminatis; flosculis lanceolatis nervosis aristatis. *Fl. d.* t. 1447. *E. B.* t. 1372. *Host* Gram. 2. t. 25. Elymus caninus *Lin. Gmel.* Sib. I. 122. t. 27. ♃ Europ. Sibir.

50. T. VAGINANS. *Pers.* (Synop. I. 109.) Folio vagina subventricosa spicam basi includente; spiculis trifloris aristatis. Praecedenti qua subspeciem postposuit *Pers.* Am. austr.

51. T. TRACHYCAULON. *Link.* (Hort. Berol. II. 159.) Culmo erecto (2—3-pedali) aspero; foliis caulinis planis supra nervos seriebus simplicibus pilorum rigidulorum minutorum antrorsum versorum scabris (6—7'' summis 1—2'' longis); ligula brevi hyalina brevissime ciliolata; spica 4—6-pollicari gracili; spiculis remotioribus; callo seu pedicello brevissimo brevi piloso insidentibus. Agropyrum trachycaulon *Hort.* Crithopyrum trachycaulon *H. Prag.* An? Agropyrum Richardsoni *Host* et *Schrad.* Linn. XII. 467. ♃ —

52. T. DUPLICATUM. *Steud.* Radice repente, culmo basi ramoso adscendente glabro (2-pedali); foliis (amorum sterilium) subdistichis convolutis rigidis striatis pungentibus; vaginis apice pilosulis; ligula brevissima truncata ciliolata; spica (4-pollicari) duplicato-disticha, spiculis utrinque continuo-imbricatis; glumis spicula brevioribus 5—7-nerviis obtusiusculis; flosculis sub-10; valvula inferiore 3-nervia glabra oblonga obtusa, inferiore ciliata obtusa. Napoli di Malvasia Graeciae.

53. T. PSEUDOAGROPYRUM. *Ledeb.* (Fl. Ross. IV. 343.) Rhizomate repente, culmo erecto cum tota planta glaucescente (1½—2-pedali); vaginis elongatis striatis glabris; ligula membranacea brevissima lacera; foliis planis striatis demum margine involutis; spica elongata basi interrupta (4-pollicari et ultra); spiculis 3—4- (in meo specimine 6—7-) floris; glumis lanceolatis 1—3-nerviis parum inaequalibus flosculo infimo brevioribus; flosculis glaberrimis exsertis subdistantibus; rhachi ad angulos pilosa; valvula inferiore ovato-lanceolata (praesertim apicem versus conspicue) 5-nervia mucronulata vel brevissime arisata. Elymus pseudoagropyrum *Turcz.* Cat. Baic. 1334. ♃ Sibiria transbaicalensis.

54. T. GENICULATUM. *Trin.* (in *Ledeb.* Ic. t. 246.) Radice fibrosa; foliis rigidulis angustis convolutis; spica gracili lineari laxa interrupta; spiculis sub-5-floris; glumis inaequalibus concavo-lanceolatis 5-nerviis acuminatis, duplo quam flores subacuminati brevioribus. Variat: culmo graciliore elatiore, spiculis 2—4-floris. T. Bungeanum *Trin.* in *Bunge* En. alt. p. 7. et floribus puberulis 4—5, arista longiore valvulam dimidiam subaequante. T. pubescens *Trin.* l. c. p. 6. *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 343. ♃ Sibiria.

55. T. RAMOSUM. *Trin.* (*Ledeb.* ill. t. 245.) Radice repente; foliis glaucis rigidis margine involutis; spica lineari laxiuscula; rhachi continua; spiculis sub-5-floris; glumis inaequalibus concavo-subulatis, altera brevi subenervia, altera plus duplo longiore obsolete uninervia; floribus exsertis contiguis; valvula inferiore ovato-lanceolata acutiuscula mutica dorso convexa obsolete nervata. *Ledeb.* Fl. Ross. l. c. ♃ Sibiria.

56. T. RUPESTRE. *Link.* (Enum. I. 98.) Radice repente; culmo erecto; foliis planis supra strictis, scabris, demum convolutis; spica longiuscula; spiculis remotiusculis trifloris; glumis obtusis submucronatis (5-) nervosis; corollis aristatis glabris, aristae valvulae aequali. ♃ Sibiria.

57. T. DENSIFLORUM. *Willd.* (En. 135.) Radice subrepente; spica disticha longiuscula; spiculis dense approximatis 6—8—12-floris; glumis quam flosculi longius aristatis carinatis; valvula inferiore superne nervosa breviaristata, superioris nervo submarginali scabro-ciliato. ♃ Sibiria.

58. T. SIBIRICUM. *Willd.* (l. c.) Radice fibrosa non stolonifera; foliis pilosis; spica longiuscula late lineari disticha; rhachi stricta glabriuscula; spiculis dense approximatis 4—6-floris; glumis quam flosculi longe brevioribus acutatis, 3-nerviis; valvula inferiore superne sub-3-nervia acutata obtusiuscula, interiore nervo submarginali ciliato. ♃ Sibiria.

59. T. VARIEGATUM. *Fisch.* (in *Spr.* p. 2. 24.) Radice repente; culmo stolonifero geniculato (pedali) glabro; foliis glaucescentibus linearibus glabris (pilosis *Link.*); spica longiuscula; spiculis dense approximatis 6—8-floris, glabris;

glumis flosculo brevioribus acutatis; valvula inferiore superne multinervia acutata obtusiuscula, interioris nervo submarginali ciliato. Eadem ac praecedens, sec. *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 338. ♃ Sibiria.

60. T. DASYANTHUM. *Ledeb.* (in *R. S.* mant. 2. 410. sub: Agropyrum.) Radice repente stolonifera; culmo adscendente erecto glabro (1½—2-pedali); vaginis aequalibus, superioribus glabris; foliis planis sulcatis apice convoluto-subulatis scabris; spica elongata (3—5-pollicari) basi interrupta; rhachi stricta puberula; spiculis superne approximatis 6—8-floris; glumis subaequalibus lanceolato-subulatis acutiusculis laevibus glabris; carina demum prominula; valvula inferiore laevi, pilis densis tecta, obtusa mutica. *Kunth.* rev. Gram. t. 90. ♃ Sibir. alt.

61. T. DASYPHYLLUM. *Schrenk.* (Bull. Petersb. X. 356.) Radice subrepente; vaginis aequalibus foliisque dense velutinis; spica lineari, rhachi stricta scabriuscula; spiculis 8—10-floris muticis oblongo-lanceolatis patentibus; glumis subaequalibus ovato-oblongis acutis, carina demum prominula, nervis lateralibus obsoletioribus; floribus longe exsertis. ♃ Sibir. alt.

62. T. AUGERI. *Boiss.* (Diagn. nr. 5. p. 75.) Radice fibrosa; culmis e ectis (2—3-pedalibus) striatis glabris foliisque viridi-glaucescentibus; his lanceolatis acutis scabridis vaginisque (inferioribus) rigidulo-pilosis; spica (2—3-pollicari) laxiuscula subdisticha; spiculis 5—6-floris; glumis flosculo inferiore brevioribus obtusissimis 4-nerviis pilosis; flosculis inter se adpressis; valvula inferiore paulo longiore concava obtusiuscula 5-nervia apice obtuse carinata basi glabra, superne pilosa, superiore acute bicarinata obtusa integra carinis ciliata, caeterum glabra. ♃ Persia.

63. T. OBTUSATUM. *Godron.* (Fl. Juven. p. 46.) Culmis erectis adscendentibus glabris; foliis planis villosulis linearibus acutis; spica erecta disticha laxa; rhachide flexuosa ad angulos ciliata exasperata; spiculis oblongo-lanceolatis adpressis 3—4-floris internodia longitudine superantibus; glumis inaequalibus inaequilateris oblongis obtusis mucronulatis margine anguste scariosis 5—7-nerviis, nervis prominulis scabris; valvula inferiore lineari-oblonga 5-nervia, nervis 2 confluentibus in aristam flore 2—3-plo longiorem; valvula superiore inferiorem subaequante lanceolata ad carinas scabra non ciliata. ⊙ Monspelii ex seminibus peregrinis.

64. T. EMARGINATUM. *Godron.* (l. c.) Culmis strictis erectis glabris laevibus; foliis planis linearibus, inferioribus villosulis, superioribus limbo abbreviato; ligula brevissima: spica erecta gracili primum subulata dein spiculis apertis subdisticha, glabra, rhachide levi; spiculis adpressis lanceolatis internodios aequantibus vel brevioribus 3—4-floris; glumis coriaceis inaequilateris oblongis apice emarginatis cum mucronulo emarginaturam inaequaliter in duas partes dividente 5—7-nerviis, nervis validis laevibus; valvula inferiore lanceolata laevi mutica apice et marginibus anguste scariosis; valvula superiore inferiorem aequante ad angulos scabriuscula. ⊙ Monspelii ex seminibus peregrinis.

65. T. CRISTATUM. *Schreb.* (Gram. 2. t. 23. f. 2.) Radice subrepente; culmis basi geniculatis sursum pubescentibus (1—2-pedalibus); foliis linearibus striatis vaginisque glabris; spica disticha multi spiculata; rhachi flexuosa scabra; spiculis angusto-lanceolatis imbricatis, demum horizontaliter patentibus, 3—7-floris, glabris; glumis a spiculis parum solutis (infimis saepe sterilibus ad bracteolas lanceolato-subulatus redactis) angusto lanceolatis cum valvula inferiore apice subulato-aristatis; aristis flosculos subaequantibus *Beauv.* Agr. t. 20. f. 1. Bromus distichus *Georg.* it. 197. Bromus aristatus *Lin.* Amoen. ac. II. 338. ♃ Tauria. Caucas. Hungar. Sibir.

66. T. IMBRICATUM. *Bbrst.* Radice subrepente; culmo erecto glabro (vix ultra pedali); foliis planis lanceolatis rigidulis vaginisque glabris; spica ovata disticha laxiuscule imbricata; spiculis oblongo lanceolatis demum horizontaliter patentibus 3—5-floris glabris; glumis e basi latiore breviter subulato-acuminatis, valvula inferiore in subulum rigidum ipsa multo breviorem terminata. Prioris var.? ♃ Caucasia.

67. T. PUBERULUM. *Boiss.* (*Kotschy* Hrbr. Persiae bor. nr. 374.) Radice fibrosa in rhizoma crassum subrepens incrassata; culmo basi geniculato erecto sursum cum vaginis foliisque angustissimis linearibus pubescentibus; spica oblonga subdisticha; spiculis lanceolatis erecto-patentibus undique pilosis, glumis e basi latiore aristato-subulatis bifloris, valvula inferiore aristato-subulata, arista flosculos subaequante. ♃ Persia bor. Sibiria.

68. T. DESERTORUM. *Fisch.* (in *Link* Enum. I. 97.) Culmo basi geniculato (2-pedali); foliis planis laevibus glabris; spica erecta elongata disticha; rhachi glabra; spiculis approximatis 4-floris; glumis ovato-lanceolatis carinatis, carina longe ciliatis (saepe etiam nudis) aristatis; valvula inferiore carinata 3- vel sub-5-nervia ciliata vel nuda, aristata, aristis longitudine glumas valvulasque suas aequantibus *Ledeb.* ill. t. 246. T. cristatum *Schreb.* var.? ♃ Rossia. Sibiria.

69. T. FIBROSUM. *Schrenk.* (Bull. Petersb. III. 209.) Rhizomate fibrosa; spica disticha; rhachi scabra; spiculis approximatis subtrifloris, glumis subaequalibus trinerviis subulato-acuminatis exsertis, callo barbato. *Ledeb.* Flora Ross. IV. 338. ♃ Sibir. altaica.

70. T. ANGUSTIFOLIUM. *Link.* (En. I. 97.) Culmo erecto tenui debili; foliis planis demum convolutis; spica longiuscula disticha; rhachi pubescente; spiculis approximatis 6—8-floris; glumis carinatis aristatis; valvula inferiore 3- vel sub-5-nervia aristata hirta vel glabrescente. Vix a praecedente diversa *Link.* ♃ Sibiria.

71. T. MURICATUM. *Link.* (En. I. 97.) Culmo superne pubescente; foliis lanceolatis; spica longiuscula disticha; spiculis approximatis 6—8-floris; glumis carinatis aristatis ciliatis; valvula inferiore trinervia aristata pilis densis tecta. ♃ Sibiria.

72. T. PECTINATUM. *Bbrst.* (Fl. t. c. I. 87.) Culmo glabro erecto; spicis latis ovatis (subquadratis) compresso-planis distichis glabris 6—8-floris; glumis subulato-lanceolatis sub-7-nerviis aristatis; valvulis subulato aristatis. ♃ Tauria.

Species nr. 65—72. formant forsan tantum diversas vegetationis status uti etiam *Ledebourius* Fl. Ross. IV. 337. fere omnes cum Tritico cristasto *Schreb.* conjungere connatus est.

73. T. PROSTRATUM. *Lin.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis adscendentibus (3—10-pollicaribus); vaginis summis primum spicas spathaceo involucrantibus demum infra eas subinflatis; spica ovata compressa bifariam imbricata (½-pollicari); spiculis subquadrifloris; glumis basi gibbis glabris subcartilagineis acutis; flosculis basi pubescentibus sursum glabris apice setaceo-mucronatis, mucrone valvulis breviore. *Jacq.* Hort. 3. t. 44. ♃ Eur. austr. Oriens.

74. T. CRINITUM. *Link.* (Hort. I. 32. sub: Agropyrum.) Culmo basi geniculato procumbente; foliis sulcatis demum convolutis vaginisque glabris; spica brevi (vix pollicari) disticha; spiculis dense approximatis 3—4-floris patentibus, basi evidenter callosis; glumis flosculo inferiore duplo brevioribus laevibus glabris obtusatis eminenter carinatis aristatis, arista gluma sublongiore; valvula inferiore carinata laevi glabra aristata, arista ipsa parum breviore. ⊙ —

75. T. DISTANS. *C. Koch.* (Linn. XXI. 426. sub: Agropyrum.) Pluricaule pubescens; vaginis ventricosis plerumque altera alteram tegentibus; spicis oblongis breviter pedunculatis hirsutis; glumis trinerviis subulato-aristatis, subtribus floribus distantibus aequalibus; valvula inferiore oblongo-lanceolata in aristam attenuata, superiore bifida.

Sequentis var. *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 337. negante *Koch.* ⊙ Provinc. Erivan.

76. T. ORIENTALE. *Bbrst.* (Fl. I. 86.) Radice dense caespitifera; culmis basi decumbentibus geniculatis adscendentibus (3—10-pollicaribus); follis linearibus acutis vaginisque — quarum summa inflata — pubescentibus; spica ovato-oblonga (pollicari) compressa hirsuta; spiculis subquadrifloris; glumis lanceolatis 3-nerviis valvulisque inferioribus pungenti-mucronato-subaristatis; aristis valvula sua brevioribus. Secale orientale *Lin. Willd* aet. nat. cur. 2. t. 4. f. 3. Eremopyrum orientale *Jaub. Spach.* Ill. pl. or. t. 319. ⊙ Taur. Caucas. Graecia. Sibir.

77. T. KOTSCHYANUM. *Boiss.* (Hrbr. *Kotschyi* Persiae bor. nr. 12.) Radice fibrosa caespitifera; culmo adscendente (3—7-pollicari) sursum puberulo; vaginis foliisque striatis vix pubescentibus; his lanceolatis acuminatis ($1\frac{1}{2}$—2″ longis, 1—$1\frac{1}{2}$‴ latis); spica ovata disticha squarrulosa ($\frac{3}{4}$-pollicari); spiculis 2—3-floris; glumis lanceolatis acutiusculis carina subpectinato-scabris; flosculis setuloso-scabris carina pectinato-scabris, infimo acuto mutico, superioribus setuloso-acuminatis. Tritico sinaico nimis affinis. Triticum squarrosum *Roth* var. *Jaub. Spach.* Persia bor.

78. T. SQUARROSUM. *Roth.* (N. Beytr. I. 129.) Radice fibrosa; culmo adscendente (pedali); vaginis arcte culmo adpressis; spica ovata disticha squarrosa; spiculis plerumque 4-floris approximatis muticis (?); flosculis binis intermediis sterilibus; fertilibus cuspidatis; glumis lineari-lanceolatis margine cartilagineo-incrassatis, scabris. Eremopyrum squarrosum *Jaub* et *Spach. Ill.* pl. or. t. 320. ⊙ Aegyptus.

79. T. VILLOSUM. *Beauv.* Radice fibrosa; culmo simplici erecto (1—$1\frac{1}{2}$-pedali); foliis linearibus acutis vaginisque pilosis; spica ovato-oblonga ($\frac{1}{2}$—1-pollicari), rhachi fasciculato-pilosa; spiculis 3—4-floris; glumis oblongis truncatis apice aristatis margine fasciculato-pilosis; valvulis apice pilosis in aristam ipsas superantem terminatis. Secale villosum *Lin. Host* Gram. 2. t. 47. Variat glumis demum glabratis vel simpliciter pilosis. ⊙ Eur. austr. Oriens.

80. T. SINAICUM. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis adscendentibus (3—10-pollicaribus) sursum cum vaginis subtumidis foliisque lanceolatis acutis pubescentibus; spica ovato subdisticha (vix pollicari) laxiuscula; spiculis 4-floris; glumis lineari-lanceolatis obtusiusculis carina subpectinato-scabris; flosculis adpresse setuloso-scabris, infimo acuto mutico, superioribus setuloso acuminatis, omnibus carina et margine setuloso-asperis. T. squarrosum Hrbr. un. it. arab. nr. 157. (vix idem ac praecedens.) ⊙ Mons Sinai.

81. T. BULBOSUM. *Boiss.* (Diagn. nr. 5. p. 75. sub: Agropyrum.) Radice bulbosa; foliorum fasciculis bulboso-incrassatis duris tunicatis; culmis brevibus (4—5-pollicaribus) inferne foliosis; foliis (radicalibus florendi tempore jam obsoletis) caulinis limbo brevi patulo rigido valde nervoso (sub lente) breviter puberulo; vaginis ore membranaceo-subdilatatis; spica ovata (pollicari) disticha compressa; spiculis approximatis 6—7-floris horizontalibus glabris; glumis lanceolatis carinatis carina scabris floribus paulo brevioribus in aristam eis duplo longiorem attenuatis; valvula inferiore dorso convexa glabra in aristam ipsam aequantem vel longiorem attenuata, superiore subaequali-bicarinata, carina scabrida apice bidentata. Persia.

82. T. ATTENUATUM. *H. B.* (N. gen. I. 180.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (3—4-pedali) glabro; foliis linearibus interne scabriusculis; spica stricta (5—6-pollicari) spiculis distantibus oblongis trifloris; glumis lanceolatis obtusiusculis 5-nerviis scabriusculis; valvula inferiore 5-nervia apice subbidentata brevissime aristata; superiore bidentata mutica. *Kunth* Supl. t. 33. fig. 3. ♃ Quito.

83. T. CONDENSATUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 266. sub: Agropyrum.) Foliis involutis scabriusculis; vaginis glabris; ligula brevi ($\frac{1}{2}$-lineali) truncata integerrima; spica disticha; densiuscula erecta stricta (3-pollicari); rhachi triquetra; spiculis 6-floris; glumis oblongo-lanceolatis acutis 7-nerviis lanceolatis flosculis duplo brevioribus; valvula inferiore 5-nervia scabra mucronata, superiore emarginato-bidentata. ♃? Chili?

84. T. SECUNDUM. *Presl.* (l. c. sub: Agropyrum.) Radice repente; culmo basi adscendente tum erecto (pollicari) vaginis tecto nodisque glabris; ligula margo angustus; foliis involutis scabris; spica secunda erecta densa (4-pollicari); rhachi semitereti; spiculis trifloris; glumis lanceolatis spiculis paulo brevioribus septemnerviis mucronatis, valvulaque inferiore 5-nervia scabris; arista valvulae hac multo breviore. ♃ Chili.

85. T. PILOSUM. *Presl.* (l. c. sub: Agropyrum.) Culmo basi repente ramoso (6-pollicari); vaginis foliisque canaliculatis pilosis, his rigidis intus margineque scabris cartilagineo-mucronatis; spica erecta secunda stricta (pollicari); spiculis lanceolatis 6—8-floris; glumis rigidis inaequalibus acutis; valvula inferiore acuta mutica, nervo medio scabra. ♃ Acapuleo.

86. T. GMELINI. *Trin.* (Linn. XII. 467.) Radice repente; spiculis remotis; glumis brevibus obtusis; valvularum aristis in fructu divergentibus. ♃ Sibiria.

III. Glumis lanceolatis acutatis; spiculis brevissime pedicellatis; flosculis longius aristatis. Brachypodium *Autor.* (ex parte).

87. T. LONGEARISTATUM. *Boiss.* (Diagn. VII. 127. Hrbr. *Kotschyi* Persic. nr. 659. sub: Brachypodium.) Radice fibrosa, subrepente; culmo basi subramoso vaginis emarcidis tecto, erecto (1—2-pedali) cum tota planta glaucescente glabro; foliis angustissimis subconvolutis glabris; spica subracemosa, secunda; spiculis alternis (3—5) multifloris; glumis acutis lanceolatis flosculo infimo brevioribus; flosculis 7—13 glabris; valvula inferiore subconvoluta in aristam ipsa multoties (3—5-plo) longiorem terminata; superiore obtusa apice truncata margine setuloso-pectinata. ♃ Persia.

88. T. SCHRENKIANUM. *Fisch. Mey.* (Bull. Petersb. III. 305.) Rhizomate caespitoso; foliis late linearibus; spiculis approximatis congestis unilateralibus 5-floris subulato-aristatis, aristis patulis valvula longioribus. Brachypodium Schrenkianum *Ledeb.* Flora Ross. IV. 346. ♃ Sibir. alt.

89. T. ELYMOIDES. *Hochst.* (Hrbr. un. it. Abyss. nr. 1764.) Radice fibrosa subrepente; culmo erecto simplici (1—2-pedali); foliis linearibus angustis glabris; spica elongata (5—7-pollicari); spiculis alternis (7—9) remotiusculis plurifloris; glumis lanceolatis obtusiusculis vel brevi acutis exarato nervosis; flosculis 5—7 pilosis; valvula inferiore subconvoluta in aristam ipsa 2—3-plo longiorem divergentem terminata; superiore apice truncata margine setuloso-pectinata. *Rich.* Fl. Abyss. II. 440. ♃ Abyssin.

90. T. STRIATUM. *Nees.* (mpt. sub: Agropyrum.) Culmo vaginisque laevibus, foliis planis scabris; spica elongata; spiculis distinctis adpressis compressis 6—8-floris; glumis oblongo- lanceolatis setaceo-acuminatis nervoso-striatis majore flosculum inferiorem superante; valvula flosculorum inferiore apice scabra 5-nervia, seta scabra breviore ad ortum setae bidenticulata. Sequenti simillimum differt: statura majore, glumis duplo longioribus longe acuminatis; spiculis compressis. Hrbr. *Royle* nr. 377. ♃ Nepal.

91. T. SEMICOSTATUM. *Nees.* (mpt. sub: Agropyrum.) Culmo basi infracta vaginisque laevibus; foliis planis supra pilosis; spica elongata; spiculis distinctis oppressis 6—8-floris; glumis lanceolatis obtusiusculis muticis, inferiore

paulo minore 5-nervia superiore 7-nervia sulcis profundis discretis, flosculo brevioribus; valvula inferiore apice nervoso-costata, setis flosculo apice scabro longioribus basi uni- vel bidentatis. *Royle* Hrbr. nr. 150. et 178. Tritico scabro *R. Br.* a *Neesio* in Plant. Preiss. II. 107. ad Vulpias relato dicitur affine. ♃ Nepal.

92. T. DIVERGENS. *Nees.* (mpt. sub: Agropyrum.) Foliis convoluto-filiformibus supra pilosis; spiculis alternis adpressis 5—6-floris; flosculis superioribus muticis inferioribus longe setigeris, seta recurvato-patente; glumis brevibus inaequalibus acutiusculis 5-nerviis glabris. ♃ *Douglas* legit in Am. sptr. occ.

93. T. STRIGOSUM. *Bbrst.* (Fl. t. c. supl. p. 81. sub: Bromus.) Radice fibrosa caespitifera; culmis aggregatis adscendentibus simplicibus (1—1½-pedalibus) glabris; foliis linearibus rigidulis pubescentibus; vaginis molliter villosis quandoque glabratis; spica lineari (2—6-pollicari) glabra; spiculis sessilibus alternis imbricatis; glumis lanceolatis acutiusculis flosculos subaequantibus; valvula inferiore lanceolata basi laevi apicem versus 5-nervia, nervis excurrentibus in aristam glumis longiorem, superiore valvula obtusiuscula obsolete 2-dentata. T. caninum *Ledeb.* Fl. alt. et Ic. Fl. Ross. t. 248. T. aegilopoides *Turcz.* et T. biflorum *Turcz.* in *Ledeb.* hrbr. ♃ Tauria.

IV. Species quoad sectionem vel omnino minus notae.

94. T. SOLANDRI. (*Steud.*) Culmo gracili suberecto (pedali); foliis involutis glaucis laevibus vel margine scabriusculis; spicis 3—4-pollicaribus sub-5-spiculatis; spiculis cum rhacti rectangulis (1½—2-pollicaribus); glumis lanceolatis nervosis sub-5-floris, floribus remotis; valvula inferiore dorso carinata 5-nervia in aristam longissimam scabridam recurvam desinente, superiore apice integra bicarinata, carinis scabrido-ciliatis. T. squarrosum *Banks* et *Sol.* in Brit. Mus. et *Hook* Lond. Journ. III. 417. (non *Roth*) N. Zeeland.

95. T. BROWNEI. *Kunth.* Culmis simplicibus teretibus superne subtomentosis; foliis linearibus pilosis acutis; spiculis distichis patentissimis 4—6-floris maturis retroflexis; glumis rigidis subulato-acuminatis, glabris; valvula inferiore 5—7-nervia pilosa acutissima setis ipsa brevioribus; valvula superiore plana pectinato-ciliata. Festuca pectinata *Labil.* N. Holl. t. 25. N. Holl.

96. T. FILIFORME. *Poir.* (Enc. supl. II. 677.) Radice repente caespitifera; culmis (6—8-pollicaribus) simplicibus foliisque filiformibus; spica angusta lineari (pollicari); spiculis minimis distichis alternis compressis bifloris; glumis acutissimis; flosculis glabris calyce longioribus; arista vix longitudine valvulae. ⊙ Ins. Borbon.

97. T. PERUVIANUM. *Lam.* (Ill. 212.) Culmo repente ramoso; spiculis 10-floris muticis confertis subspicatis. ♃ Peru.

98. T. SUBULATUM. *Russel.* (Alepp.) Calycibus unilateralibus subulatis subtrifloris; corollis calyce brevioribus aristatis. Aleppo.

99. T. BIFLORUM. *Brignol.* (Foroj. 18.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis glaberrimis (1½—2-pedalibus); foliis planis linearibus glabris dorso et margine scabris; spica disticha erectiuscula apice nutante (3-pollicari); spiculis sessilibus solitariis oblongo-lanceolatis bifloris; glumis oblongo-lanceolatis brevissime aristatis 3-nerviis, scabris; valvula inferiore lanceolata superne 5-nervia scabra in aristam brevem attenuata; superiore aequali oblongo-lineari apice bifida, carina ciliolata. ⊙ Forojul.

100. T. ICHYOSTACHYUM. *Seidl.* (*Opiz* Verz. 106.) Foliis superne hirtis; spica gracili teretiuscula; spiculis subimbricatis glabris aristatis; valvulis obtusis aristatis. —

101. T. NIGRICANS. *Pers.* (Synops. I. 109.) Vagina subventricosa spicam subturgidam basi includente; spiculis trifloris aristatis. Normandia.

102. T. FRAGILE. *Roth.* (N. Beytr. 138.) Radice fibrosa (non repente); culmo altiore fragili; foliis radicalibus planis vaginisque densissime tomentosis, culmeis demum involutis rigidis; spica oblonga densa tetragona; spiculis alternis distichis ovatis compresso-planis 6-floris muticis; glumis aequalibus glabris subacutis, valvula inferiore obtusissima apice brevi pilosa, superiore minore angustiore. ♃ — —

SECALE. *Lin.* Spica simplex; spiculae rhachi parallelae biflorae; flores sessiles distichi cum rudimento lineari tertii terminalis; glumae duae herbaceae carinatae suboppositae subulatae muticae vel aristatae; valvulae duae herbaceae, inferior apice aristata carinata inaequilatera, latere exteriore latiore et robustiore, superior brevior bicarinata; stamina 3; ovarium pyriforme pilosum; stigmata 2 subsessilia terminalia plumosa, pilis elongatis dentatis; squamulae 2 integrae ciliatae; caryopsis apice pilosa libera.

1. S. CEREALE. *Lin.* Spica ad articulos haud secedente; spiculis dense approximatis; glumis angustissimis longe acutatis scabris; valvula inferiore superne nervosa longe aristata ciliata. *Host* Gram. 2. t. 48. *Metzg.* Cereal. t. 9. *Kunth.* Supl. t. 36. fig. 1. ♂ ⊙ Regio caspica.

2. S. ARUNDINACEUM. *Trautv.* (Der Schilfroggen 1840. t. 1. 2.) Culmo arundinaceo duro; foliis erectis rigidulis; spica erecta (6-pollicari); spiculis densius (quam in praecedente) approximatis; flosculis tribus fertilibus; arista elongata. ⊙ ♂ — —

3. S. FRAGILE. *Bbrst.* (Supl. p. 93.) Spica ad articulos secedente; spiculis dense approximatis; glumis angustis apice aristatis margine scabro-ciliatis praeter aristam flosculo longioribus; valvula inferiore superne nervosa longe aristata ciliata. S. sylvestre *Host* Gram. IV. t. 11. ⊙ Eur. austr. Oriens.

4. S. DALMATICUM. *Visian.* (Fl. Dalm. I. 97.) Radice fibrosa perenni; culmis (saepe pluribus) erectis nodosis simplicibus glabris laevibus (1½—2-pedalibus); foliis latis lanceolato-linearibus glaucis, margine et facie scabriusculis, ligula lata abbreviata obtusa integra vel erosa; spica terminali elongata compressa dense imbricata; rhachi utrinque pilosa, fragili articulata; spiculis bifloris; glumis lineari-acuminatis glabris in brevem aristam attenuatis; valvula exteriore arista ipsi aequali vel longiore munita, carina ciliata. ♃ Dalmatia.

5. S. MONTANUM. *Guss.* (Fl. sic. prod. 145.) Radice fibrosa; fibris crassiusculis villosis; culmis caespitosis erectis vel adscendentibus teretibus striatis glabris (3-pedalibus); foliis (anguste) linearibus acuminatis scabris; ligula brevissima truncata, eroso-lacera; spica compressa (3—4-pollicari); rhachi articulata margine villosa, matura fragillima; spiculis bifloris cum flosculo intermedio abortivo; glumis aequalibus angustis carinatis acuminatis muticis aut brevissime subaristatis; valvula exteriore cartilaginea lanceolata compresso-canaliculata ciliata 5-nervia in aristam simplicem tenuem scabram producta, inferiore mutica apice bidentata. *Bertol.* Fl. it. I. p. 793. ♃ Calabria. Sicilia.

6. S. CRETICUM. *Lin.* Radice nodosa tuberosa; culmis altissimis gracilibus; foliis alternis angustis striatis; glumis truncatis aristatis carina villoso-ciliatis, pilis fasciculatis; valvula inferiore aristata, carina superne villoso-aristata. Hordeum sitberianum *Bess.* Corsica. Creta.

7. S. ANATOLICUM. *Boiss.* (Diagn. 5. p. 76.) Radice fibrosa; culmis plurimis (2—3-pedalibus) apice tomentellis; vaginis elongatis laevibus margine puberulis; foliis anguste linearibus rigidulis acutis subconvolutis; spica disticha

compressa; rhachi facillime in articulos secedente ciliata; glumis angustissime linearibus subinaequalibus carinato-plicatis, carina scabris; valvula inferiore 3-nervia carina longe ciliata margine scabrida caeterum glabra in aristam ea duplo longiorem terminata. Oriens.

8. S. GLAUCUM. *Urvill.* (Em. 12.) Culmis foliosis; foliis striatis glaberrimis supremo spicam vaginante; spica elongata compressa; glumis setaceis flosculos triplo superantibus; valvulis glabris nitidis inferiore basi ciliata, abeunte in aristam longissimam (2—4-pollicarem.) ♃ Littora maris nigri.

ELYMUS. *Lin.* Spica simplex rarissime ramosa; spiculae binae usque quaternae vel senae in rhacheos excavationibus sessiles uni—7-florae, flos summus tabescens; glumae antice laterales duae herbaceae rigidae inaequales et inaequilaterae muticae vel aristatae involucelli instar flosculos cingentes; valvulae duae consistantia glumarum, inferior concava mutica vel saepius in aristam desinens; superior bicarinata; stamina 3; ovarium stipitatum superne pilosum; stigmata duo sessilia plumosa pilis elongatis; squamulae duae; caryopsis adhaerens oblonga vertice pilosa concava vel sulcata.

§. 1. Spiculae uniflorae, glumae et valvula inferior aristatae; lodiculae apice ciliatae. Medusather. *Ledeb.*

1. E. CRINITUS. *Schreb.* (Gram. II. 15. t. 24. f. 1.) Radice fibrosa caespitifera; culmis teretibus (6—15″ longis); foliis planis linearibus angustis supra pilosis subtus glabris margine scabris; vaginis glabris; ligula brevi alba; spica erecta brevi oblonga; spiculis geminis unifloris; glumis 4-nis (pare altero sterili, altero unifloro) basi coalitis setaceo-aristatis flosculum (sine arista) superantibus, valvula inferiore plus minus scabra in aristam planam scaberrimam longissimam (3—4″ longam) terminata. *Host* Gram. I. t. 27. *Smith* Fl. gr. t. 96. *Rchb.* Ic. fl. germ. IX. fig. 1357. E. intermedius *Bbrst.* Fl. I. 82. et E. pauciflorus *Lam.* Ill. 207. non differunt. Variat: glumis tenuissime setaceis horizontaliter patentibus. E. caput medusae *Lin. Schreb.* l. c. f. 2. ⊙ Europ. austr. Oriens.

2. E. EUROPAEUS. *Lin.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto simplici tereti (2-pedali) glabro; vaginis striatis plus minus pilosis scabris; foliis planis lanceolatis acuminatis glabriusculis scabris; spica erecta arcta lineari (2—3-pollicari); spiculis plerumque ternis adpressis uni- vel bifloris; glumis lanceolato setaceis obsolete 3-nerviis scabris aristatis, aristis paulo brevioribus quam arista valvulae inferioris striguloso-scabrae apice nervosae. *Host* Gram. I. t. 28. *Fl. dan.* t. 1621. *Reichb.* Ic. germ. fig. 1359. ♃ Europ. Caucas. Am. sptr.

3. E. SUBULATUS. *Forsk.* (Fl. aeg. arab. 26.) Spiculis unifloris distichis alternis adpressis spicam subulatam formantibus; calyce unilaterali corolla majore. A nemine post *Forskahlium* inventa vel distincta hinc valde dubia species. Aegyptus.

§. 2. Spiculae 2—pluriflorae; glumae et valvula inferior aristatae, rhacheos internodia evoluta. Clinelymus *Ledeb.*

4. E. SIBIRICUS. *Lin.* Radice fibrosa; culmis teretibus glabris (2—3- quin 6-pedalibus); foliis planis lanceolato-linearibus (1′ longis, 3—5‴ latis) acuminatis supra et margine scabris, glaucescentibus; spica elongata (pedali) pendula, rhachi compressa pulverulenta vel pilosa; spiculis inferioribus geminis mediis ternis supremis solitariis tri—plurifloris; glumis angustis acutis 3-nerviis brevi-aristatis quam flosculi brevioribus; valvula inferiore oblonga 5-nervia scabra, arista ipsa sesquilongiore. *Gmel.* Sibir. I. t. 28. *Schreb.* Gram. t. 21. Variat: spica ramosa. E. ramosus *Desf.* ♃ Sibir. Dahuria.

5. E. TENER. *Lin. fil.* (Supl. 114.) Culmo laevi (2-pedali) ad geniculos rubro; foliis planis laeviusculis vel subscabris; vaginis laevissimis; spica tenera pendula; spiculis geminatis trifloris; glumis flosculis brevioribus subulatis; arista terminali flosculo sublongiore saepe flexuosa. Praecedentis var.? ♃ Sibiria.

6. E. DAHURICUS. *Turcz.* (Catal. Baic. nr. 1331.) Radice fibrosa; culmo erecto tereti striatulo glabro (2-pedali et ultra); foliis planis angustis (3—5″ longis, vix ultra 1‴ latis) glabris vix scabriusculis; spica erecta gracili basi plus minus interrupta (2—3-pollicari); spiculis geminis scabriusculis 2—3-floris; glumis lineari-lanceolatis attenuatis acuminatis (vix aristatis) flosculos fere aequantibus, flosculis apicem versus piloso-pubescentibus; valvula inferiore aristata, arista ipsa fere duplo longiore. (Sec. specimina ab autore communicata.) ♃ *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 331. Dahuria.

7. E. MULTICAULIS. *Karel.* et *Kiril.* (En. pl. alt. nr. 949.) Multicaulis; foliis planis; spica subnutante; spiculis geminis (ternisve) sub-6-floris glumas angustas obsolete nervosas hirtas superantibus; valvula inferiore breviter aristata glabra. *Ledeb.* l. c. ♃ Sibir. altaica.

8. E. EXCELSUS. *Turcz.* (Catal. Baic. nr. 1332.) Culmo valido pluripedali glabro; vaginis elongatis laxiusculis glabris; foliis planis lanceolatis longe acuminatis rigidis scaberrimis (pedalibus et ultra, basi usque 4 lineas latis); spica elongata (8-pollicari) basi vagina folii summi involucrata (an semper?) erecta 8-pollicari; spiculis geminis subteretibus 3—6-floris; glumis lanceolatis 5—7-nerviis brevissime aristatis multo flosculis brevioribus; valvulae inferioris apicem versus prominule 5-nerviae arista ipsam plus duplo superante. (Sec. specim. autoris.) *Ledeb.* l. c. ♃ Dahur. Reg. transbaic.

9. E. PRAETERVISUS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis (pedalibus et ultra) glabris striatis foliatis; vaginis striatis laevibus vel vix scabriusculis; foliis strictiusculis lineari-lanceolatis acuminatis scaberrimis (3—4″ longis, 1—1½‴ latis) ligula margo brevissimus subincrassatus; spica erecta basi interrupta, demum elongata (ex 1—4-pollicari); spiculis binis 3—5-floris, flosculis superpositis; glumis lanceolatis angustis acuminato brevissime aristatis 3-nerviis scabridis flosculis multo brevioribus; valvula inferiore basi obscure apicem versus prominulo 5-nervia, arista valvula 1½ longiore. *Lessing* legit in montibus Ural.

10. E. COMPOSITUS. *Steud.* Caule erecto stricto (ultra bipedali); vaginis striatis glabris ad nodos pubescentibus scabris; foliis lanceolatis nervosis glabris vel basi sparsim pilosis (5—8″ longis, usque 4‴ latis) laevibus; ligula membranacea obtusa brevi; spica erecta racemosa paniculata contracta; radiis paria (2—4) spicularum ferentibus; spiculis bifloris; glumis distinctis angustis aristis ipsas aequantibus; valvula inferiore glabra vel sub lente valida hinc inde setulosa vix apicem versus nervosa; arista ipsa subduplo longiore. Elymus europaeus *Baumg.* hrbr. et? Flora Trans. III. 242. excl. diagnosi et synom. ♃ Transylvania.

11. E. DELILEANUS. *Schult.* (Mant. 2. 424.) Culmis caespitosis (5—10-pollicaribus) infractis glabris; foliis planis flaccidis (1—4″ longis, 1½‴ latis) acuminatis ciliatis; spica laxiuscula ovato-cylindrica (1—2-pollicari) erecta; spiculis subtrifloris glabriusculis; glumis lineari subulatis flosculos superantibus; valvula inferiore ovato-lanceolata subaristata, superiore obtusa mutica. E. geniculatus *Delil.* Egypt. t. 13. fig. 1. ⊙ Aegyptus.

12. E. PLATATHERUS. *Link.* (Hort. I. 18.) Culmo bipedali foliisque laevibus; ligula brevissima; spica erectiuscula; spiculis geminis subbifloris; glumis basi arrectis

quam flosculi brevioribus, superne patentibus longe anguste aristatis; valvula inferiore longissime aristata, arista plana lata. Ab *Ehrenbergio* nec a *Siebero, Schimpero* et *Wiestio* lecta species. ⊙ Aegyptus.

13. E. HIRSUTUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 264.) Culmo compresso erecto striato glabro ($1\frac{1}{2}$—2-pedali); ligula margo angustus integer; vaginis striatis compressis glabris; foliis linearibus planis (5‴ latis) scabris subtus hirsutis; spica erecta strictiuscula densa (5-pollicari); spiculis binis trifloris, flosculo terminali sterili; glumis lanceolatis 5-nerviis margine membranaceis in setam breviorem excurrentibus; valvula inferiore quinquenervia scabra subpilosa, arista ipsam superante flexuosa. ♃ Sinus Nootka.

14. E. ANGULATUS. *Presl.* (l. c.) Radice fibrosa, fibris rufescentibus albo villosis, caespitifera; culmo adscendente semitereti (2-pedali), basi ramoso; nodis rufescentibus glaberrimis; vaginis superioribus arcte adpressis striatis glabris; ligula exserta fimbriolata; foliis planis striatis scabris acutis; spica erecta (5-pollicari) interrupta, spiculis binis quadrifloris (8‴ longis); glumis lanceolatis trinerviis seta brevi terminatis, scabris; valvula inferiore 5-nervia, nervis sub medio obsoletis, versus apicem aculeolato scabra, arista recta valvula breviore; valvula superiore lanceolata aequilonga apice emarginato-bifida binervia, nervis aculeolato-scabris. ♃ Peru.

15. E. VALDIVIAE. *Steud.* (Hrbr. *Lechler* nr. 444.) Radice fibrosa; culmo erecto tereti glabro vix superne scabriusculo (3-pedali); vaginis elongatis striatis glabris, ligula membranaceo-hyalina ciliato-fissa; foliis lanceolatis acuminatissimis planis margine scabris glabris vel basin versus raro-pilosis (3—8″ longis, $1\frac{1}{2}$‴ latis); spica stricta lineari (3—5-pollicari); spiculis 2—3-nis erectis; rhachi ad angulos aculeolato-scabra; spiculis 3—5-floris; glumis anguste lanceolatis parum inaequalibus aristulato-acuminatis nervosis setuloso-asperulis flosculo infimo brevioribus; rhachi flosculorum glabra geniculata; valvula inferiore glabra versus apicem 5-nervia, tenuissime punctulato-scabriuscula, margine ciliolata, apice aristata, arista ipsa valvula $1\frac{1}{2}$ longiore; superiore margine ciliata apice truncata emarginella. Valdivia Chili.

16. E. RIGESCENS. *Trin.* (Linn. X. 304.) Foliis subconvolutis; spica erecta lineari arcta; spiculis binis 2—sub-3-floris; flosculis pone apicem erecto setigeris glabris, involucello glabro lanceolato-lineari aciculato-acuminato distincte 3—5-nervio paulo longioribus. Andes Antuco Chili.

17. E. ANDINUS. *Trin.* (l. c.) Foliis planis; spica erectiuscula (subnutante) lineari, arctiuscula; spiculis binis subtrifloris; flosculis erecto-subulato-setigeris ad nervos et superne hispidis, involucellum lanceolatum ad nervos hispidum brevisetigerum distincte 3-nerve parum superantibus. Andes Antuco.

18. E. ASPER. *Nees.* (mpt.) Culmo tereti stricto superne foliisque scabris; spica nutante; spiculis geminatis 3—6-floris aristatis; glumis quam flosculi brevioribus 5—7-nerviis; flosculorum valvula inferiore 5-nervia cum glumis punctato aspera, carinis scabra apice bidentata, nervis tribus in setam valvula longiorem excurrentibus. Prope Conception Chili.

19. E. AGROPYROIDES. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 265.) Culmo erecto tereti striato glabro basi geniculato (ultra bipedali); nodis fuscis glaberrimis; vaginis arcte adpressis glabris; ligula margo angustus fimbriatus; foliis planis inferne glabris superne scabris; spica erecta densa (4″ longa); spiculis binis quadri- rarius trifloris; glumis lanceolatis trinerviis acutis ad nervos et marginem scabris, inferiore seta brevissima terminata; valvula inferiore 5-nervia scabriuscula apice bidentata, arista dentibus acutis scabris breviore; valvula superiore lanceolata binervia nervis ciliatis, bidentata. ♃ Cordilleras Chili.

20. E. CANADENSIS. *Lin.* (*Amoen.* III. p. 20.) Radice repente; culmo erecto (3—4-pedali) glabro; foliis planis viridibus apice convoluto-acuminatis (4—8″ longis, 2—4‴ latis); spica elongata (4—6-pollicari) patente apice plerumque nutante; spiculis inferioribus ternatis 3—6-floris; glumis lineari-subulatis 3—4-nerviis, in aristam flosculis breviorem terminatis; valvula inferiore strigoso-villosa aristata, aristis subdivaricatis flosculis 4—6-ies longioribus. Variat: foliis glaucescentibus. E. glaucifolius *Willd.* ♃ Am. sptr.

21. E. VILLOSUS. *Mhlbrg.* (Gram. 175.) Radice fibrosa; culmo basi geniculato erecto (2—3-pedali) glabriusculo; vaginis strigoso-pilosis; foliis planis lineari-lanceolatis (6—10″ longis, 3—5‴ latis) pubescentibus; spica erecta (2—3-pollicari) demum apice nutante; rhachi flosculisque piloso-hispidis; spiculis geminatis vel ternatis 2—3-floris; glumis angustissimis ciliatis vel nudis 2-nerviis flosculo brevioribus; valvula inferiore piloso-ciliata in aristam ipsa triplo longiorem terminata. *Torr.* Fl. am. I. 138. ♃ Am. sptr.

22. E. VIRGINICUS. *Lin.* Radice fibrosa subrepente; culmo erecto tereti glabro (3—4-pedali); foliis planis lanceolatis (4—6″ longis, 3—5‴ latis); spicis erectis (3—4-pollicaribus); spiculis geminatis 2—3-floris glabris; glumis lanceolatis nervosis in setam ipsis aequalem terminatis; valvula inferiore oblongo-lanceolata in aristam ipsa duplo longiorem terminata. *Torr.* l. c. *Kunth* En. supl. t. 36. f. 3. ♃ Am. sptr.

23. E. HYSTRIX. *Lin.* Radice fibrosa subrepente; culmo erecto (2—3-pedali) cum vaginis foliisque glabris; his lineari-lanceolatis (5—8″ longis, 3—4‴ latis) acuminatis; spica erecta laxa (3—5-pollicari); spiculis binis vel ternis divergentibus; glumis angustissimis setaceis cito deciduis et denticulo calloso notatis; valvula inferiore villosa (rarissime glabra), in aristam ipsa 2—4-plo longiorem terminata. *Jacq.* Ic. t. 305. *Beauv.* Agr. t. 20. f. 9. Gymnostichum Hystrix *Schreb.* Gram. II. t. 47. ♃ Am. sptr. Oriens?

24. E. STRIATUS. *Willd.* (Spec. I. 470.) Foliis planis vaginisque glabris; spica erecta; spiculis geminatis sessilibus aequalibus trifloris; flore inferiore sessili, reliquis distantibus, summo tabescente mutico; glumis 2 unilateralibus linearibus subulato aristatis coriaceis 3-nerviis externe pilosis flosculos subaequantibus; arista erecta scabra longitudine glumae; valvula inferiore herbacea lanceolato-oblonga concava 5-nervia scabra superne lateribusque pilosa, arista recta valvula triplo longiore; valvula superiore breviore oblonga obtusa emarginata bicarinata, carinis spinuloso-ciliatis. *Kunth* Supl. 367. t. 36. fig. 3. E. hordeiformis *Desf.* Cat. 387. (Species a *Torreyo* Fl. Am. omnino neglecta, ab *A. Gray* Man. 603. recepta sed cum E. villoso *Mhlbrg.* conjuncta.) Am. sptr.

25. E. PROPINQUUS. *Fresen.* (Sem. Franc. 1836.) Vaginis parce pilosis; foliis planis supra mollissime pubescentibus, subtus glabris nitentibus; spica erecta; spiculis bifloris aristatis villosis geminatis; glumis lineari-subulatis aristatis nervosis quam spiculae brevioribus; valvula inferiore lanceolato-oblonga concava externe pilosa aristata, arista ipsam 2—4-plo superante; valvula superiore obtusa ad carinas geminas ciliata. Praecedenti et E. striato dicitur affinis, ad nullam a *Torreyo* et *A. Grayo* enumeratam speciem reducenda. Illinois.

26. E. NEOGAEUS. *Steud.* Radice fibrosa stolonifera; culmo e basi geniculata erecta glabro (2-pedali) foliato, vaginis inferioribus retrorsum hirsutis, superioribus glabris; ligula brevissima membranacea; foliis linearibus strictis ($\frac{1}{2}$—1′ longis, 1—2‴ latis); spica stricta (4—5″ longa) densiuscula glabra glaucescente; spiculis solitariis 5—7-floris; glumis lanceolatis acutis 5-nerviis sulcatis flosculos non aequantibus; valvula inferiore basi laevi apicem versus

nervosa paulo infra apicem truncatum brevissime aristata. ♃ Terra nova.

27. E. ANTARCTICUS. *Hook fil.* (Antarct. voy. 338.) Culmo erecto subvalido glaberrimo (bipedali) folioso; foliis coriaceis (sed non rigidis) culmo brevioribus lineari-subulatis, basi planis laevibus superne involutis; panicula spicaeformi (3—4-pollicari) lineari-oblonga; spiculis erectis imbricatis adpressis scabriusculis binis collateralibus bifloris; glumis subaequalibus lanceolatis aristato-acuminatis integris vel bifidis nervosis; flosculis brevibus pedicellatis, valvula inferiore lanceolata in aristam gluma breviorem desinente 3-nervia superne puberula, valvula superiore brevissime bidentata. Fret. Magellan.

28. E. RHACHITRICHUS. *Hochst.* (Hrbr. *Kotschy* Alep. nr. 130. b.) Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculatis adscendentibus (2—6-pollicaribus) glabris, vaginis superioribus tumidulis elongatis praesertim ore pilosis; spica erecta (subpollicari) fragili sericeo-villosa; spiculis solitariis bifloris glabris; glumis angustissime lanceolatis setaceo-elongatis flosculos superantibus; valvula inferiore convoluta, arista glumis breviore. Crithopsis rhachitricha *Jaub.* et *Spach.* Ill. pl. or. t. 321. ♃ Syria. Persia.

§. 3. Spiculae pluriflorae muticae, lodiculae integrae superne pilosae. Perennes in desertis indigenae. Psammelymus *Ledeb.*

a. *Glumis lanceolatis vel linearibus sensim acuminatis.*

29. E. ARENARIUS. *Lin.* Radice late repente; culmis erectis validis (3—4-pedalibus) glaberrimis; foliis lanceolatis acuminatis subpungentibus sulcato-striatis (sub lente) strigulosis (pedalibus, 4—8‴ latis), demum convolutis; ligula brevissima ciliata; spica erecta arcta (½—1-pedali); spiculis in medio spicae ternis plerumque trirarius 2- vel 4-floris rhacheos internodium dense pilosum excedentibus; glumis lanceolatis acuminatis glabris vel puberulis flosculos subaequantibus; valvula inferiore pilosa acuta, superiore obtusa bifida margine ciliata. *Schreb.* Gram. II. t. 40. *Fl. d.* t. 847. *E. Bot.* t. 1672. *Reichb.* Ic. Germ. XI. t. 10. E. Karelini *Turcz.* hrbr. non differt nisi glumis angustioribus, in aristam brevem attenuatis. ♃ Europ. Sibir. Am. arct.

30. E. SABULOSUS. *Bbrst.* (Fl. I. 81.) Foliis planis rigidis demum involutis; spica erecta arcta; spiculis ternis quaternisve a medio ad basin pubescentibus quadrifloris; glumis glabris flosculos superantibus. An praecedentis var.? ♃ Caucas. Sibir.

31. E. GENICULATUS. *Curt.* (Obs. 46.) Culmo subgracili elato; foliis angustis involutis rigidis mucronato-pungentibus; spica elongata (1½—2-pedali) inflexa pendula lata; spiculis subternis sessilibus; glumis flosculis longioribus e basi latiore lineari-setaceis glabris patentibus aequalibus, flosculos superantibus; flosculis quaternis remotiusculis mucronatis nervosis pubescentibus. Elymus *Lin.* Amoen. Ac. VII. t. 2. fig. 5. *Wither.* Bot. Arag. t. 2. f. 26. *E. Bot.* t. 1586. ♃ Anglia. Holl.

32. E. GIGANTEUS. *Vahl.* (Symb. 3. 10.) Culmo crasso elato; foliis strictis involutis rigidis; spica gigantea (1½-pedali, fere 2″ lata), superne attenuata arcta; spiculis numerosis (pollicaribus) 6—7-floris pubescentibus senis, summis ternis geminisve; glumis lineari-lanceolatis vel subulatis flosculos parum superantibus; valvula inferiore lanceolata superne striata medio villosa; flosculo terminali sterili. Variat: foliis planis ½″ latis; spica longiore apice attenuata. *Ledeb.* Fl. alt. I. 122. Fl. Ross. IV. 332. ♃ Russia. Sibiria.

33. E. MOLLIS. *Trin.* (in *Spr.* Ent. II. 72.) Radice fibrosa repente; culmo erecto fistuloso (3-pedali) superne velutino-pubescente; vaginis tumidulis glabris sulcatis; foliis inferne planis (pedalibus), apice involuto-setaceis scabris; spica erecta subcylindrica (6—7-pollicari); rhachi pubescente; spiculis binis et solitariis 5—7-floris; glumis coriaceis late lanceolatis acuminatis 5—7-nerviis margine membranaceis molliter pubescentibus; valvula inferiore lanceolata acutissima tenui et molliter pubescente, superiore bicarinata superne ciliata. ♃ Sibir. alt. Ins. Aleut.

34. E. MEXICANUS. *Cavan.* (Elench. 1803. 14.) Foliis planis reclinatis glaucescentibus; spica erecta arcta glaucescente, rhachi pubescente; spiculis summis ternis quinquefloris calyce glabro brevioribus. *Jacq.* Ecl. t. 19. Mexico.

35. E. DIVES. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 265.) Radice repente; culmo basi glabro geniculato, erecto tereti spicam versus rhachique villoso-pubescente (2-pedali et ultra); vaginis glabris; ligula abbreviata coriacea glabra; foliis planis acutis superne scabris (8″ longis, ½″ latis); spica erecta stricta (6-pollicari) densa vel basi interrupta; spiculis binis 3—4-floris; glumis lanceolatis 5-nerviis villosis flosculos aequantibus, valvula inferiore lanceolata acuta mutica 9-nervia hirsuta, valvula superiore breviore lanceolata binervia, nervis ciliatis. ♃ Sinus Nootka.

36. E. SUBPANICULATUS, *Steud.* Caule basi radicante ibique ramoso, tunc erecto glabro foliato (1½-pedali) rigidulo; foliis infimis subfasciculatis cum vaginis glaberrimis caulinisque a basi convolutis canaliculatis rigidis apice pungentibus culmum subaequantibus vel brevioribus; spica subpaniculata, spicis nempe omnibus pedicellatis, culmo adpressis 4—5-floris; glumis flosculos conjunctos non excedentibus singulis vero longioribus; flosculis basi praesertim dense pubescentibus; valvulis nervosis obtusis vel mucronatis. Variat: panicula spiculisque minoribus, minus pubescentibus vel glabris. Legit *Urville* in N. Holl.

b. *Glumis setaceis vel subulatis.*

37. E. LANUGINOSUS. *Trin.* (in *Ledeb.* Fl. alt. 121. et Ill. t. 250.) Radice fibrosa, fibris crassiusculis pubescentibus, caespitifera; culmis basi subbulboso incrassatis geniculatis erectis glabris (fere pedalibus) cum tota planta glaucescentibus; foliis planis vel subinvolutis striatis scabriusculis rigidis; spica lineari erecta fragili pollicari; spiculis geminis bifloris rhacheos internodium superantibus; floribus brevissime subulatis una cum involucellis subuliformibus ipsosque aequantibus dense sericeo-hirsutis. *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 332. ♃ Sibiria altaica.

38. E. DASYSTACHYS. *Trin.* (l. c. et Ill. t. 249.) Culmo erecto, basi quandoque ramoso tereti striato glabro glaucescente laevi (1½—2-pedali et ultra) vaginis striatis glabris, ligula brevi utrinque aurita; foliis planis demum involutis, acuminatis; spica elongata basi plus minus interrupta (3—5-pollicari); spiculis geminis — quaternis 4—6—8-floris rhacheos pilosae internodium aequantibus; glumis e basi anguste lanceolata subulato-setaceis glabris scabriusculis florem inferiorem aequantibus; valvula inferiore 5-nervia pilosa acuminata, superiore vix minore angustiore tenuiore margine brevi ciliata apice bifida. *Ledeb.* Fl. Ross. l. c. E. arenarius *Georgi* Beschr. d. Russ. R. 257. Triticum secalinum *Georg.* It. 198. Triticum nr. 56. t. 25. *Gmel.* Sib. ♃ Sibir. alt.

39. E. SALSUGINOSUS. *Turcz.* (Hrbr. et mpt.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto tereti glaucescente glabro; vaginis striatis glabris; ligula membranacea brevissima; foliis planis vel convolutis acuminatis subpungentibus; spica erecta continua contracta (3—4-pollicari); spiculis subadpressis geminis (vix ultra) trifloris; glumis e basi anguste lanceolata subulatis — flosculis parum brevioribus — villosis; valvula inferiore dense subadpresso-villosa mucronato-acuta obscure nervosa; superiore parum minore pubescenti-ciliata apice integra. E. dasystachys γ salsuginosus *Ledeb.* Fl. Ross. l. c. E. leucostachys *Eversm.* mpt. ♃ Sibir. alt.

40. E. LITORALIS. *Turcz.* (mpt.) Spiculis geminis angustioribus; glumis e basi lineari setaceis; valvulis longioribus superne glabris, versus basin adpresse pubescenti-

bus. E. dasystachyus β litoralis *Ledeb.* Flora Ross. l. c. Triticu mlitorale *Pall.* it. 287. (non *Host.*) ♃ Sibir. baical.

41. E. JUNCEUS. *Fisch.* (Mem. Mosc. I. p. 45. t. 4.) Foliis planis imis angustioribus margine involutis; spica elongata lineari recta arcta; spiculis geminis vel ternis bi—tri-floris, rhacheos internodium superantibus; glumis e basi lineari setaceis floribusque inferne puberulis, his remotis exsertis, inferiore glumis sesquilongiore, valvulae nervis prominulis. *Ledeb.* Fl. Ross. l. c. ♃ Rossia austr. Sibir. altaica.

42. E. DESERTORUM. *Karel.* et *Kiril.* (En. pl. alt. nr. 946.) Foliis planis, imis angustioribus margine involutis; spica elongata; spiculis ternis bifloris rhacheos internodium superantibus; glumis brevibus e basi lineari-setaceis floribusque puberulis, his approximatis exsertis glumas duplo superantibus; valvulae inferioris nervis prominulis. Triticum nr. 57. f. 26? *Gmel.* Sibir. ♃ Sibir. altaica.

43. E. ANGUSTUS. *Trin.* (in *Ledeb.* Fl. alt. I. 119. et Icon. t. 229.) Foliis planis rigidis margine involutis; spica lineari arcta elongata; spiculis geminis bi—tri-floris rhacheos internodium superantibus; glumis glabris e basi lanceolata subulatis obsolete nervosis, flores pubescentes aequantibus, valvulae inferioris acuminatae nervis obsoletis. *Ledeb.* Fl. Ross. IV. p. 334. ♃ Sibir. altaica.

44. E. OVATUS. *Trin.* (l. c. 121. et Icon. t. 251.) Foliis planis laxiusculis; spica erecta oblonga arcta; spiculis quaternis 6—8-floris; glumis subulatis glabriusculis vel superne pubescentibus subobsolete nervosis, longioribus floribus superne ciliatulis hirtulisve. ♃ Sibiria altaica.

45. E. CONDENSATUS. *Presl.* (Reliq. Haenk. I. 265.) Culmo tereti erecto stricto (3-pedali) nodisque fuscis glabris; vaginis versus apicem scabriusculis; ligula brevi truncata fimbriata; foliis planis (1—1½-pedalibus, 7‴ latis) acuminatis scabris; paniculae strictae spicaeformis densae radiis verticillatis brevibus simplicibus pauci-spiculatis; spiculis 6-floris; glumis setaceis spicula paulo brevioribus; valvula inferiore lanceolata obsolete 5-nervia glabriuscula acuta mutica; superiore aequilonga lanceolata binervia, bifido-dentata ad nervos scabriuscula, ♃ California.

Species minus notae.

46. E. MACROSTACHYS. *Spreng.* (in *Schrad.* Journ. 1800. II. 196.) Spica longissima; spiculis quaternis trifloris; flosculo infimo sessili, reliquis duobus pedunculatis; involucro octophyllo floribus longiore. Ab autore in Syst. Veget. omnino neglecta a *Kunthio* ad E. sabulosum. *Bbrst.* relata species. Patria?

47. E. ALTAICUS. *Spr. fil.* (Supl. Veget. p. 5.) Radice repente; culmo 2—3-pedali tereti stricto scabro; foliis radicalibus flaccidis glaberrimis nervosis obtusiusculis (1—1½′ longis, 2—3‴ latis); culmeis paucis planis brevibus; spica cylindrica erecta continua elongata (5—6-pollicari); spiculis subternis trifloris pubescentibus breviter aristatis involucra setacea excedentibus. E. junceus *Ledeb.* sec. *Ldb.* Fl. Ross. IV. 333. Mons Imaus.

48. E. PAUCIFLORUS. *Lam.* (Ill. I. 207.) Spica brevi pauciflora; calycibus unifloris, aristis longissimis. An E. crinitus *Schreb.* var.? —

49. E. CAROLINIANUS. *Walt.* (Fl. Carol. 82.) Spica erecta laevi; spiculis involucro aequalibus trifloris; flore intermedio pedicellato sterili, aristis longitudine florum. Carolina.

SITANION. *Rafin.* Flores polygami; gluma univalvis convoluta inaequaliter bifida biaristata 4—6-flora; flores per spiculas geminatas dispositi; glumellae bivalves, valvulae inaequales, exterior maxima convexa trifida triaristata, arista media longissima, interior concava bifida mutica; stamina 3; styli 2; flos terminalis plerumque masculus, stamina 2 et setae 2 squamaeformes.

1. S. ELYMOIDES. *Rafin.* (Journ. d. Phys. tom. 89. p. 103.) Culmo striato, foliisque scabris glaucis; spica recta laxiflora; involucris 5-phyllis multifloris, aristis longissimis divaricatis; glumis calycinis laevibus, glumellis margine scabris. E.? Sitanion *Schult.* Mant. 2. 426. Ad ripas Missouri.

HORDEUM. *Lin.* Spicae simplices; spiculae ternae laterales plerumque tabescentes biflorae, flore superiore ad rudimentum subulatum redacto; glumae duae lanceolato-lineares subulato-aristatae planiusculae inaequilaterae valvulis contrariae subunilaterales antice herbaceae rigidae; valvulae duae herbaceae, inferior concava in aristam terminata, superior bicarinata; stamina 3, ovarium apice pilosum; stigmata 2 sessilia subterminalia plumosa; squamulae 2 pilosae vel ciliatae; caryopsis vertice pilosa oblonga sulco longitudinali notata, valvulis adherens vel rarius libera.

* *Hordea sativa; flores omnes hermaphroditi, vel laterales masculi hique semper mutici.*

1. H. VULGARE. *Lin.* Flosculis omnibus hermaphroditis aristatis; spiculis seminiferis 4-fariam dispositis, seriebus binis utrinque prominentibus, aristis spica fere duplo longioribus spicaeque parallelis. *Host* Gram. III. t. 34. *Beauv.* Agr. t. 21. f. 1. *Metzg.* Cereal. t. 9. Variat: valvulis semini adnatis, vel liberis. H. coeleste *Viborg* Cereal. t. 1. spiculis albidis vel nigris, H. nigrum *Willd* En. 1073. ⊙ Oriens?

2. H. HEXASTYCHUM. *Lin.* Spica erecta tereti aristata; spiculis omnibus hermaphroditis regulariter 6-fariam dispositis; aristis latiusculis plus minus divergentibus spica subduplo longioribus. *Viborg* Cereal. t. 2. *Host* l. c. t. 35. Variat: spica abbreviata vix ultra pollicari, et elongata 3—4-pollicari, aristis minus divergentibus. ⊙ Colitur.

3. H. DISTICHUM. *Lin.* Spica subcompressa regulariter disticha aequilatera; spiculis lateralibus masculis muticis, intermediis hermaphroditis aristatis axi subadpressis; aristis rectis axi subparallelis. *Metzg.* l. c. t. 11. *Host* l. c. I. t. 36. *Kunth* Supl. t. 37. Zeocriton distichum *Beauv.* Agr. t. 21. f. 2. ⊙ Colitur.

4. H. DEFICIENS. *Steud.* (Hrbr. un. it. nr. 589. 1953. 1949. 1957.) Spica erecta laxiuscula subcompressa regulariter disticha aequilatera; flosculis lateralibus omnibus neutris aristulatis strigoso-pubescentibus; spiculis fructiferis subpruinosis albis vel nigrescentibus, aristis latiusculis spica longioribus; seminibus adnatis (plerumque) pistilli rudimento inter verticis pilos coronatis. Variat: spica basi ramosa *A. Braun* Delect. sem. H. Frib. 1848. p. 2. ⊙ Colitur in Abyssin. Arab. fel.

5. H. MACROLEPIS. *A. Braun.* (l. c. adn.) Spiculis lateralibus uti in praecedente; glumis spiculae hermaphroditae iis spicularum lateralium plus quam duplo majoribus late lanceolatis aristatis valvulam exteriorem (sine arista) aequantibus. Abyssinia cultum.

6. H. SPONTANEUM. *C. Koch.* (Linn. XXI. 430.) Spica quadrangulari, axi fragilissimo; flosculo medio hermaphrodito, arista longissima erecta carinata munito; flosculis lateralibus masculis muticis asperrimis; processu stipitiformi (axis spiculae continuatiore) flosculi medii plumoso, flosculorum lateralium nudo; glumis omnibus aequalibus aristaeformibus. Sequentis forsam varietas spontanea. ⊙ Caucasia.

7. H. ZEOCRITON. *Lin.* Spica erecta disticha sursum pyramidato-angustata; flosculis lateralibus masculis adpressis muticis; spiculis fructiferis ab axi distantibus (sub-

patentibus); aristis latiusculis spica triplo longioribus. *Host* Gram. I. t. 37. *Metzg.* Cereal. t. 11. f. B. *Schreb.* Gram. t. 17. ⊙ Colitur.

8. H. VILLOSUM. *Bertol.* (Comm. Bon. V. t. 20. f. 3. 4.) Spica erecta brevi; valvulis omnibus acuminato-subulatis breviter aristatis. Ad Euphrat.

9. H. HIMALAYENSE. *Ritter* (*Schult.* Mant. 2. 481.) Culmo erecto leviter et fugaciter glaucescente; foliis lanceolatis acuminatis (superioribus 7—8″ longis, $^3/_4$‴ latis), basi auriculato-membranaceo amplexicaulibus; ligula brevi obtusa albido-subhyalina; spica hexastycha densa recta (3pollicari); glumis flosculos parum superantibus sericeo-pilosis, valvulis levissime pubescentibus, lobis ciliatis. Variat; valvula inferiore concava superiorem amplectente apice trifida, lobo intermedio in calcar cucullatum obtusum ampliata. H. coeleste trifurcatum *Sering* Linn. XIII. t. 4. H. Aegiceres *Nees. Royle.* Critho Aegiceras *Hort. Regiom.* Linn. XXIV. 195. ⊙ Ind. or.

H. Aegiceras *Nees* monstrositas potius dicenda; in horto ex iisdem seminibus formam genuiam et monstrositam obtinui. Cfr. caeterum *Henslow* on the awns of Nepaul Barley in *Hook.* Kew Gard. misc. I. p. 33. t. 2. 3.

** *Hordea agrestia; flores laterales masculi vel neutri, plerumque omnes aristati.*

10. H. PRATENSE. *Huds.* (Angl. 56.) Radice fibrosa quandoque bulbosa caespitifera; culmo erecto gracili ($1^1/_2$-pedali) cum nodis vaginisque glabris; foliis linearibus scabriusculis; vaginis striatis; spica erecta (pollicari et ultra) lineari multiflora; rhachi tenui fragili; flosculis ternis, lateralibus masculis brevi pedicellatis, omnibus aristatis glabris, aristis valvula vix longioribus, glumis omnibus setaceis scabris, aristis longioribus. *E. B.* t. 409. *Host* Gram. I. t. 33. H. nodosum *Lin.* H. maritimum *Fl. d.* t. 630. (non *With.*) H. secalinum *Trin.* Ic. Gram. t. 3. ♃ Europa. Asia.

11. H. BULBOSUM. *Host.* (Gram. IV. t. 13.) Radice fibrosa infra culmum bulboso-incrassata; culmo erecto glabro (2—3-pedali); foliis linearibus acuminatis; spica erecta compacta (4—5-pollicari); flosculis ternis, lateralibus masculis muticis, intermedio fertili aristato; glumis flosculorum sterilium basi vel medio ciliatis. H. strictum *Desf.* Atl. t. 37. ♃ Eur. austr. Afr. bor. Syria.

H. bulbosum *Lin.* (Am. ac. IV. 304.) Radice bulbosa globosa; culmo tripedali; floribus flosculis tribus rarius duobus pedicellatis omnibus fertilibus; involucella propria sunt aristae duae basi subciliatae; gluma exterior in omnibus flosculis longe aristata; vagina summa ventricosa. *Barr.* Ic. 112. f. 2. *Moris* hist. 3. sect. 8. t. 6. fig. 7. Characteres quibus *Link.* Linn. XVII. p. 390. H. bulbosum *Lin.* et H. strictum *Desf.* separare conatur potius nullam differentiam interesse videntur demonstrare. An planta *Hostii* et *Linnei* eadem?

12. H. VIOLACEUM. *Boiss.* (Hrbr. Pers. bor. *Kotschyi* nr. 325.) Culmo basi vix incrassato erecto (2—4-pedali) glaberrimo glaucescente; vaginis striatis; foliis anguste linearibus rigidulis rectis (2—5″ longis, basi vix ultra 1‴ latis) sursum convolutis glabris; spica densa (2—$2^1/_2$-pollicari violacea); spiculis ternis (raro binis), intermedio fertili sessili, lateralibus pedicellatis sterilibus, omnibus brevi aristatis, arista valvulam suam vix aequante. H. bulbosum *Desf.* var. *Boiss* in *Kotsch.* Hrbr. *Pers.* austr. nr. 684. Persia.

13. H. FRAGILE. *Boiss.* (Diagn. VII. 128.) Culmis pedalibus basi fibris vaginorum vetustorum munitis; foliis omnibus culmeis; vaginis elongatis scabridis, summa subampliata spicam involucrante; ligula nulla, limbo convoluto recto spicam aequante vel superante striato scaberrimo; spica terminali lineari disticha aristis divergentibus flabelliformi; rhachi hirsuta fragillima spiculis 4-nis, terminali tabescente omnibus hermaphroditis; glumis aristaeformibus subulato-subtriquetris scabris involucrum hexaphyllum referentibus; spicula uniflora cum rudimento floris secundi aristaeformi apice minute subspathulato; valvula exteriore angulato-convoluta apice in aristam scabram inferne planotrinquetram ea quadruplo longiorem attenuata, inferiore bicarinata acuta aequilonga ad carinas hirtula. Elymus fragilis *Boiss* in *Kotschy* pl. Persiae austr. nr. 375. Elymus secaliformis *Trin.* mpt. E. secalinus *Clauss.* in *Goebert* it. II. 319.? ♃ Persia austr. Caucas. Sibir.?

14. H. LEPORINUM. *Link.* (Linn. IX. 133. et XVII. 391.) Caule pluries geniculato adscendente (vix pedali); vagina laxa; foliis utrinque — supra valde — pilosis; spica hexasticha, flosculo fertili sessili, non solum demtis aristis sed etiam cum his quam steriles multo breviore; glumis approximatis linearibus nervosis longe aristatis ciliatis; valvula inferiore laevi superne nervosa scabra longe aristata. H. secalinum breviaristatum *Trin.* Icon. Gram. I. t. 4. Graecia. Russia.

15. H. MACILENTUM. *Steud.* Radice fibrosa validula subcaespitifera; culmo e basi geniculata adscendente tereti tenui ($1^1/_2$-pedali et ultra); nodis puberulis; vaginis praesertim inferioribus piloso-pubescentibus; ligula vix ulla nisi margo brevissimus cilolatus; foliis lanceolatis rigidulis rectis acutis (1—$2^1/_2$″ longis) glabris scabriusculis; spica tenui (1—2-pollicari); rhachi scabriuscula; flosculis ternis, lateralibus intermedio paulo longius pedicellatis; glumis setaceis flosculis parum brevioribus; valvula inferiore pilosa scabrida longissime aristata, arista ipsa plus duplo breviore. H. secalinum var. macilenta *Turczn.* Hrbr. Dahuria.

16. H. MURINUM. *Lin.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi decumbentibus erectiusculis (pedalibus) laevibus; vaginis subventricosis striatis glaberrimis; spica erecta arcta (2—3-pollicari) multiflora; rhachi articulata fragili, angulis scabris; flosculis omnibus aristatis; glumis spiculae intermediae lineari-lanceolatis ciliatis, lateralium setaceis scabris. *Fl. dan.* t. 629. *Host* Gram. I. t. 32. *E. Bot.* t. 1971. H. pseudomurinum *Topp* in *Koch* Syn. II. 955. ⊙ Eur. As. Am.

17. H. IMRINUM. *Forsk.* (Fl. Aegypt. arab. p. XIX.) Culmo pedali; flosculo medio hermaphrodito aristato, lateralibus masculis muticis, aristis elongatis. Praecedenti simile sed tamen species distincta *Forsk.* Prope Constantinopel.

18. H. VAGINATUM. *C. Koch.* (Linn. XXI. 433.) Glaberrimum; culmis geniculatis; folio supremo ventricoso spicam ovatam includente; spica hermaphrodita ultima uniglumi biaristata; glumis interioribus lanceolatis ciliatis enerviis, earum aristis divergentibus; flosculis lateralibus masculis subteretibus (nec planis) enerviis. A. murinum *Lin.* sec. *Griseb.* in *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 328. Penins. Apscheron.

19. H. GLAUCUM. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera culmis basi geniculatis erectis (pedalibus) cum tota planta glaucescentibus glabris; vaginis inferioribus arctis, suprema spicam vaginante ampliata; foliis lanceolatis abbreviatis (1—$1^1/_2$″ longis); spica erecta multiflora; rhachi fragili articulata laeviuscula; flosculis ternis omnibus aristatis, gluma alte a omnium flosculorum (basi) ciliata, altera epili scabra. Hrbr. un. it. arab. nr. 383. Mons Sinai.

20. H. MARITIMUM. *Wither.* (Bot. Arr. 172.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis (4—9-pollicaribus) basi geniculatis glabris; foliis angustis glaucescentibus laevibus; spica erecta rigida (pollicari); flosculis lateralibus masculis brevius aristatis; gluma interna flosculorum lateralium basi lanceolato-oblonga, altera setacea. *Fl. d.* t. 1632. *Host* Gram. I. t. 34. *E. B.* 1205. H. geniculatum *All.* Pedem. t. 91. f. 3. H. Hystrix *Roth.* ⊙ Eur. As. Am.

21. H. ROTHII. *Link.* (Linn. XVII. 392.) Culmo erecto (1—2-pedali) basi bulboso-nodoso; foliis planis (2‴ latis) supra pilosis, subtus scabris; flosculo fertili sessili demtis aristis quam steriles longiore eosque quamvis pedicellatos superante; valvula inferiore angusta laevissima glaberrima longissime aristata; flosculis masculis pedicellatis eorum valvula inferiore laevi basi glabra superne pilis sparsis scabra brevius aristata. H. maritimum *Roth* Fl. germ. II. 150. Praecedentis var.? ⊙ Germ. bor.

22. H. CAPENSE. *Thunb.* (Fl. cap. I. 119.) Radice fibrosa; culmo erecto (1—2-pedali) basi angulato; foliis planis lineari-lanceolatis vaginisque glabris; spica erecta rigidula (1—2-pollicari); spiculis lateralibus masculis pedicellatis brevius setigeris; glumis omnibus scaberrimis semiteretibus antice canaliculatis immarginatis. ♃ Afr. austr.

23. H. PILOSUM. *Steud.* Culmo erecto (pluripedali); foliis lanceolatis elongatis (caulinis 4—10″ longis, 3—4‴ latis) acuminatis striatis pubescentibus; spica erecta elongata (3-pollicari); rhachi fragillima compressa ad articulos vix pubescente; spiculis ternis elongatis ($^3/_4$-pollicaribus sine aristis) omnibus longe aristatis, arista flosculos duplo superante; gluma altera flosculorum lateralium lanceolata ex toto ciliata, glumis flosculi intermedii utrisque cum reliquis setaceis. Hordeum murinum? *Bert.* hrbr. nr. 330. ⊙ Chili.

24. H. UTRICULATUM. *Berter.* (l. c. nr. 331.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmis e basi geniculata adscendentibus (3—6-pollicaribus) totis tectis vaginis tumidis striatis glabris; foliis abbreviatis (1—$1^1/_2$-pollicaribus) lanceolatis acutis pubescentibus; spica multiflora arcta (pollicari et ultra); spiculis trifloris, lateralibus neutris omnibus subaequaliter aristatis; arista flosculorum longitudine; glumis angustissime lanceolatis omnibus basi cum valvula inferiore flosculi hermaphroditi enervia pilosis. ⊙ Chili.

25. H. CYLINDRICUM. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis e basi geniculata erectis (1—$1^1/_2$-pedalibus); laevibus glabris; vaginis striatis laxiusculis glabris; ligula membranaceo-hyalina truncata lacera; foliis planis lanceolatis rigidulis acutissimis pungentibus (1—3″ longis, $^3/_4$—1‴ latis); spica densissima cylindracea (pollicari); involucellis spiculae sesquiflorae subaequalibus, flosculi fertilis setam brevem fere excedentibus; flosculo secundo pedicellato incompletissimo minimo. An H. andinum *Trin.?* Hrbr. *Lechler* nr. 694. Corral Valdiviae.

26. H. ANDINUM. *Trin.* (Linn. X. 304.) Involucellis spicularum omnium setiformibus aequalibus, lateralium imperfectarum subulam aequantibus, mediae subula $^1/_4$ brevioribus. Prioris var.? *Trin.* Andes Chili.

27. H. COMOSUM. *Presl.* (Rel. *Haenk.* I. 327.) Radice repente; foliis planis superne vaginisque pubescentibus; glumis omnibus setaceis scabris; floribus lateralibus masculis brevius aristatis; valvula floris hermaphroditi 3-nervia apice scabra aristata multoties longiore. H. divergens *Nees. Meyen* sec. *Nees.* ♃ Chili.

28. H. MUTICUM. *Presl.* (Rel. *Haenk.* I. 327.) Radice fibrosa caespitifera; culmo basi geniculato glabro erecto ($1^1/_2$—2-pedali); foliis planis angusto-linearibus molliter pubescentibus (2—4″ longis, 1—2‴ latis); vaginis striatis glabris; spica gracili elongata flaccidula (3—5-pollicari) multiflora; spiculis ternis, lateralibus muticis neutris, pedicello insidentibus; intermedia sessili aristata; glumis e basi angustissime lanceolato-setaceis piloso-scabris aristam aequantibus; valvula glabra obscure striata. H. comosum *Hrbr.* un. it. Chil. Elymus? Hrbr. *Bert.* nr. 234. ♃ Chili.

29. H. DEPAUPERATUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto glabro (3-pedali); foliis planis linearibus (2—5″ longis, $1^1/_2$—2‴ latis) striatis glabris glaucescentibus; spica gracili elongata (3-pollicari); rhachi fragili glabra; spiculis lateralibus ad rudimentum stipitiforme breve muticum redactis; glumis e basi angusto-lanceolata setacea scabra cum arista flosculi hermaphroditi hoc breviore aequilongis; valvula inferiore basi glabra apicem versus scabra. Alopecurus? *Bert.* hrbr. nr. 789. Chili.

30. H. FLEXUOSUM. *Nees.* (mpt.) Culmo geniculato; foliis angustis erectis glabris; glumis scabris setigeris; flosculorum lateralium sterilium valvula interiore lanceolata apice oblique truncata, medii utraque lanceolata margine nuda; setis aequalibus gluma brevioribus, flosculum fertilem subulato-acuminatum superantibus. An eadam ac praecedens? *Gillies* legit in Mendoza.

31. H. CHILENSE. *Brongn.* (*Duperr.* it. 54.) Foliis brevibus subulato-lanceolatis erectis apice convolutis glaberrimis; spicis cylindricis gracilibus; glumis subulatis subaequalibus scabris, flosculorum lateralium gluma interiore basi lanceolata non membranacea; flosculis lateralibus pedicellatis neutris parvis univalvibus; valvula inferiore mutica; flosculo medio fertili, valvula inferiore lanceolata apice subulato-aristata; arista glumas aequante. An eadem ac praecedens? Chili.

32. H. PUBIFLORUM. *Hook fil.* (Antarct. voy. 388.) Radice fibrosa subrepente; culmis basi inclinatis (8—10″ altis) glaberrimis; foliis radicalibus paucis involutis (2-pollicaribus) vaginis caulinis elongatis tumidis, lamina brevissima subulata; spicis oblongis ($1^1/_2$″ longis fusco purpureis); glumis aequilongis setaceis basi pubescentibus superne scabridis; flosculis lateralibus neutris, intermedio basi setula aucto; valvula inferiore scabrido-pilosa lanceolata arista glumis aequilonga terminata. Fret. Magellan.

33. H. ADSCENDENS. *H. B.* (N. Gen. I. 180.) Culmo adscendente; spiculis lateralibus sterilibus; glumis omnibus subulatis scabris; valvula inferiore 5-nervia, aristis valvula duplo longioribus. ⊙ Mexico.

34. H. PUSILLUM. *Nutt.* (Gen. I. 87.) Culmo basi decumbente vel geniculato brevi (4—6-pollicari); foliis glaucescentibus subtus pubescentibus striatis ($1^1/_2$″ longis) obtusiusculis; spica lineari ($1^1/_2$-pollicari); flosculis masculis neutrisve lateralibus muticis acutis; glumis calycinis 4 internis coriaceis dilatatis, hermaphroditorum lanceolatis; valvula interna flosculi lateralis masculi semiovata. Am. septr.

35. H. RIEHLII. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo depresso adscendente (4—5-pollicari); vaginis longis tumidulis striatis glabris; foliis linearibus obtusiusculis superioribus brevioribus sublanceolatis acutis glabris; spica cylindrica densa (1-pollicari) flosculis lateralibus acutatis (brevissime aristatis), gluma altera setiformi, altera lanceolata utraque in aristam elongata, glumis flosculi medii fertilis lanceolatis cum valvula inferiore subaequi-aristatis. *Riehl* Hrbr. nr. 181. St. Louis. Missouri.

36. H. JUBATUM. *Lin.* Culmo gracili simplici (2-pedali); foliis linearibus (4—6″ longis, 3‴ latis) vaginisque glabris; spicis gracilibus (2-pollicaribus); rhachi fragili ciliata; flosculis ternis, sterilibus brevi-pedicellatis; aristis glumarum et valvula flosculi fertilis flosculis 6-ies longioribus; valvula inferiore lanceolata obscure 3-nervia; superiore breviore acuta dorso carinata involvente aristulam brevem (flosculi abortivi rudimentum?). *Torr.* Fl. Am. II. 158. ♂ Am. sptr.

37. H. EUCLASTON. (*Steud.*) Culmis adscendentibus geniculatis laevibus ad nodos nigris glabris; vagina ultima ampliata basin spicae fovente; ligula brevi rotundata; foliis glaucescentibus rigidulis anguste linearibus tenuissime pubescentibus; spica lineari-oblonga compressa, eximie fragili $1^1/_2$-pollicari, rhachide ad angulos breviter ciliata; spiculis 6-fariam positis, 4 lateralibus effetis sterilibus pedicellatis gracilibus, mediis fertilibus hermaphroditis crassioribus, sessilibus; glumis flosculum aequantibus obsolete uninerviis, externe asperrimis, pubescentia rigida hispidis; spicularum fertilium linearibus utrinque attenuatis in aristam tenuem et limbo subaequalem acuminatis; valvula inferiore glabra lanceolata obsolete trinervia, in aristam limbo aequalem acuminata, valvula superiore breviter bicuspidata. ⊙ H. fragile *Godron* Fl. Juven. 47. (non *Boiss*). Monspelii ex seminibus peregrinis.

38. H. STENOSTACHYS. *Godron.* (l. c.) Culmis erectis rigidis gracilibus, nodis glabris fuscis; foliis erectis rigidulis angustis canaliculatis glabris; ligula brevi truncata

lacera; spica elongata stricta (usque tripollicari) angusta compressa, rhachide ad angulos villosa et sub insertione spicularum punctis 2 viridibus maculata; spiculis 6-fariis, 4 lateralibus sterilibus pedicellatis gracilibus, mediis crassioribus hermaphroditis fertilibus sessilibus; glumis valvula brevioribus enerviis, pubescentia brevi rigidaque exasperatis; spicularum fertilibus aequalibus linearibus, basi paululum attenuatis, in aristam brevem attenuatis; valvula inferiore pubescente lineari-lanceolata in aristam brevem acuminata subtrinervia, valvula superiore breviter bicuspidata. ♃ Monspelii ex seminibus peregrinis.

Species minus notae.

39. H. BIFARIUM. *Roth.* (N. pl. spec. 59.) Culmo flexuoso glabro, nodis purpurascentibus; foliis linearibus utrinque pilis brevibus scabriusculis; vaginis laevibus vix superne pubescentibus; spicula oblonga subovata bifaria; flosculis omnibus aristatis dorso glabris, lateralibus fertilibus, intermedio neutro; involucris setaceis ad quemvis flosculum binis, interioribus versus basin intus barbatis; aristis scabris flosculo duplo longioribus. Sicilia.

40. H. PERVERSUM. *Forsk.* (Fl. aeg. arab. XIX.) Flore medio masculo aristato. Ager Byzant.

AEGILOPS. *Lin.* Spica simplex; spiculae 3—multiflorae, rhachi parallelae; flosculus terminalis tabescens; glumae 2 anticae collaterales indurato-coriaceae subaequales concavae apice truncato 2—5- rarissime 1-dentatae, dentibus subulato-aristatis, rarius omnibus vel 1—2 lateralibus muticis; valvulae 2 herbaceae, inferior concava apice truncato 2—3-dentata dentibus omnibus vel intermedio solo aristatis; valvula superior bicarinata; stamina 3; ovarium subpyriforme apice pilosum; stigmata 2 sessilia subterminalia plumosa; caryopsis oblonga interne sulcata, vertice villosa, libera.

1. A. OVATA. *Lin.* Culmis caespitosis (½—1-pedalibus) inferne geniculatis simplicibus raro ramosis glabris; foliis planis linearibus acutis, vaginisque pilosis; spica ovata ex spiculis 3—4 composita; glumis hirtis, omnibus (plerumque) 4-aristatis; aristis spicularum omnium parum inaequalibus, a basi margine scabris; valvula inferiore 2—3-aristata, aristis ipsa multo longioribus. *Host* Gram. III. t. 5. *Rchbch.* ic. 11. f. 1354. *Beauv.* Agr. t. 20. f. 5. ♂ ⊙ Eur. austr.

2. A. LARENTI. *Hochst.* (*Larent* Wander. im Orient. Flora 1845. p. 25.) Culmo erecto; vaginis inferioribus molliter pubescentibus; foliis utrinque et margine scabris; spica ovata; glumis omnibus biaristatis; arista altera 5—7-nervia duplo latiore quam altera 3-nervia. Seleucia.

3. A. TRIARISTATA. *Willd.* (Spec. IV. 943.) Culmo erecto (1—1½-pedali) glabro; vaginis margine foliisque pilosis; spica oblonga (basi ovata, apice attenuata) e spiculis 4—7 — quarum superiores steriles — composita; glumis hispidis omnibus 2—3-aristatis; aristis omnium erecto-patulis subaequalibus basi margine glabris; valvula inferiore 2—3-aristata, aristis valvula sua multo longioribus. *Rchbch.* Ic. fig. 1354. Variat: arista glumae intermedia caeteris multo breviore, omnibusque erectis. *Boiss* Hrbr. *Kotschy* Pers. nr. 152. ⊙ Eur. austr. Persia.

4. A. NEGLECTA. *Req.* (ex *Bertol.* Fl. it. I. 787.) Culmis plerumque decumbentibus adscendentibus nodis infractis (1½—2-pedalibus); vagina suprema initio magis inflata spathacea; spica ovato-elongata inferne turgida superne attenuata 4—5-spiculata; spiculis imbricatis, inferioribus majoribus trifloris summis sterilibus; glumis turgidis hirsutis palmato-triaristatis, aristis longis (usque 1½-pollicaribus) basi latis supra basin aculeato-hispidis; valvula exteriore margine dense ciliata, dorso punctato-scabra apice tridentata 2—3-aristata, aristis quam in calyce multo brevioribus inaequalibus. A. ovata *Pollin.* Fl. Veron. 215. *Beauv.* Agr. t. 20. f. 5. *Sibth.* Fl. graec. t. 93. non A. triaristata *Lin.* sec. *Bertol.* Italia. Graecia.

5 A. TRIUNCIALIS. *Lin.* Culmo erecto glabro (1½—2-pedali); vaginis foliisque pilosis; spica sublineari elongata e spiculis 5—6 composita; glumis ad nervos brevissime striguloso pilosis, lapsu pilosum punctatis, 2—3-aristatis, aristis basi glabris, superioribus quam inferiorum flosculorum duplo longioribus; valvula inferiore tridentata, dentibus acutis vel aristatis, aristis valvula sua brevioribus. *Schreb.* Gram. t. 10. f. 1. *Host* Gram. 2. t. 6. ♂ Eur. austr. Oriens.

6. A. ECHINATA. *Presl.* (Gram. sic. 47.) Spica cylindracea; glumis 7-nerviis muricatis triaristatis, valvula inferiore biaristata, aristis valvula sua brevioribus. Praecedentis var. *Trin.* ⊙ Sicilia.

7. A. TRITICOIDES. *Req.* (in *Bertol.* Fl. it. I. 789.) Culmis adscendentibus 6—12-pollicaribus; foliis superioribus plerumque epilosis, inferioribus sparsim pilosis vel ciliatis; ligula brevi eroso-lacera; rhachi compressa flexuosa margine hispida; spica cylindracea crassa sub-7-spiculata, spiculis turgidis 4-floris, imis sterilibus; flosculis calycem palmato-triaristatum insigniter superantibus; aristis elongatis strictis (1½—2-pollicaribus); valvula exteriore sub-7-nervia apice palmato-tridentata, dente unico plerumque longe aristato; interiore obtusa (obsolete) denticulata. A. triuncialis *Guss* pl. rar. 372. Gallia. Italia.

Planta hybrida ex A. ovata *Lin.* et Tritico sativo. *Lam.* sec. *Godron* Notes sur la Flore de Montpellier 1854. p. 16.

8. A. INTERMEDIA. *Steud.* Radice fibrosa pilosa; culmis basi geniculatis (5—6-pollicaribus); vaginis margine foliisque pilosis; spica sublineari e spiculis 4—6-composita; glumis ad nervos strigoso-pilosis 2- raro 3-aristatis, aristis a basi margine scabris, glumarum superiorum quam inferiorum non longioribus; valvula inferiore 3-dentata, dente altero minimo, secundo brevi — tertio quam valvula sua longius aristato. A. triuncialis *Hochst.* Hrbr. *Kotschy* alep. nr. 176. Syria.

9. A. UNIARISTATA. *Steud.* Culmis caespitosis glabris (½—1-pedalibus); vaginis supremis subinflatis omnibus margine — foliisque linearibus acuminatis — pilosis; spica sublineari e spiculis 3—4-composita; glumis ad nervos brevissime strigulosis uniaristatis et unidentatis; flosculis 2, valvula inferiore bidentato-acuminata; arista spiculae summae sterilis basi parum dilatata. Graecia.

10. A. HORDEIFORMIS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo e basi geniculata erecto (1½-pedali) viridi-glaucescente glabro, nodis setuloso-pilosis; vaginis basi glabris superne oreque pilosis; ligula membranacea brevissima ciliato-fissa; foliis lineari-lanceolatis pilosulis; spica erecta (2—3-pollicari) dense imbricata; flosculis glabris, spiculis bi- rarius unifloris; gluma inferiore oblique carinata margine late membranacea apice bidentata; valvula inferiore flosculi utriusque apice bifida, dente altero in aristam ipsa 3-plo longiorem excurrente; rhacheos articulis margine seriatim — apice fasciculato-pilosis. Mesopotamia.

11. A. KOTSCHYI. *Boiss.* (Diagn. VII. 129.) Culmo erecto (4—6-pollicari) cum follis vaginisque glaucescentibus; spica lineari recta e spiculis 4 composita; glumis (tactu) scaberrimis, ad nervos brevissime setulosis caeterum glabris 3-aristatis; aristis a basi scabris parum inaequalibus; valvula inferiore glaberrima nunc unidentata et uniaristata, nunc biaristata; aristis ipsa longioribus. Hrbr. *Kotsch.* Pers. nr. 366. a. Vix eadem ac A. triaristata uti in *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 327. Persia.

12. A. SINGULARIS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo basi geniculato erecto (pedali et ultra) cum nodis fuscescentibus, vaginis foliisque glabris, spica elongata (5—6-pollicari) tenui; rhachi spiculisque setuloso-scaberrimis; spiculis axeos articulos parum superantibus

alternis subtrifloris; glumis truncatis, nervis validis vix apice denticulos formantibus cum valvulis inferioribus — excepto spiculae ultimae — omnibus muticis, hujus valvulis inferioribus longissime 1—3-aristatis. Persia.

13. A. SQUARROSA. *Lin.* Radice fibrosa; culmis simplicibus (vix pedalibus), foliis vaginisque pilosis; spica aequali cylindrica; spiculis alternis 5—7—12, trifloris; glumis glabris truncatis muticis; valvula inferiore apice acuta, infra apicem aristata, aristis superioribus longioribus. *Schreb.* Gram. 2. t. 27. f. 2. *Kunth.* Supl. t. 38. f. 1. ⊙ Oriens.

14. A. CAUDATA. *Lin.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmis basi geniculatis adscendentibus gracilibus strictis glabris (sine spica 5—6-pollicaribus); vaginis praesertim inferioribus et foliis plus minus rigide setuloso pilosis; spica stricta elongata (cum aristis terminalibus 4—5-pollicari); spiculis 4—5 arcte rhacheos complanatae glabrae articulis adpressis 3-floris, flosculo terminali pedicellato tabescente; glumis extus 5-nerviis striguloso-pilosis apice bifido-2—3-dentatis, dente unico vel binis in spiculis inferioribus in aristulam brevem (1—2-linealem) tenuissimam, in spicula summa in aristas 2 longissimas (2—2½-pollicares) e basi latiore subulatas scaberrimas terminatis; valvulis hyalinis subaequalibus apice bidenticulatis muticis. Sec. specim. lectum in Graecia. A. cylindrica *Host* Gram. 2. t. 7. ⊙ Ital. Graec. Pannon.

15. A. MACRURA. *Jaub. Spach.* (Ill. pl. or. t. 315.) Spica gracili elongata sublineari flexuosa laxe disticha e spiculis 7—9 invicem remotis rhacheos internodiis vix longioribus oblongo-lanceolatis non ventricosis subadpressis composita, spiculae terminalis aristis bicaudata; glumis in spiculis omnibus exaristatis; valvula inferiore in spiculis lateralibus exaristata mucronata, in spiculae terminalis floribus duobus infimis longissime uniaristata. Syria.

16. A. CYLINDRICA. *Sibt. Sm.* (Fl. graec. t. 95. non *Host.*) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis (pedalibus); foliis vaginisque pilosis; spica aequicalycina; spiculis alternis sub quatuor; glumis setuloso-scabris, inferioribus 2—3-dentatis, dente unico quandoque brevissime aristato; valvula inferiore bidentata; glumis flosculi summi 1—2-aristatis, insuper 1—2-dentatis, aristis spica sublongioribus. A. persica *Boiss* Diagn. VII. 129. An eadem ac praecedens? Oriens. Persia.

17. A. TAUSCHII. *Cosson.* (Notes sur pl. d'Espagn. II. 69.) Spica cylindrica e spiculis 6—8 composita; glumis etiam spiculae terminalis muticis ovato-subquadratis haud ventricosis apice truncatis edentulis, quam valvulae brevioribus; valvulis inferioribus spicularum lateralium aristatis vel quibusdam muticis bidentatis vel truncatis, in spicula terminali aristis longioribus. A. cylindrica var. taurica *R. S.* A. cylindrica *Schreb.* II. 44. t. 27. f. 22. A. caudata *Sib. Sm.* (Syn. sec. *Cosson.*) An A. squarrosa *Lin.* var. Iberia. Caucas.

18. A. BICORNIS. *Jaub* et *Spach.* (Ill. pl. or. t. 309.) Spica stricta densa gracili sublineari; spiculis 3—4-floris subimbricatis, internodiis rhacheos longioribus; spiculae terminalis arista spicularum aristis lateralium summarum vix crassioribus et paulo longioribus, spicae ipsi subaequilongis strictis; gluma spicula paulo breviore, valvulis spicularum lateralium obliquis oblongis inaequaliter 4—6-costatis, apice lunato- vel emarginato bidentatis muticis; valvulis spiculae terminalis lineari-oblongis 5-costatis apice 2—3-dentatis vel interdum altera integerrima. *Delil.* Aegypt. t. 15. f. 1. Triticum bicorne *Forsk.* Crithodium aegyptiacum *Trin.* ⊙ Aegyptus.

19. A. SPELTOIDES. *Tausch.* (Flora 1837. 109.) Spica laxiuscula gracili flexuosa; spiculis 5—7-floris distichis subcontiguis internodio longioribus; spiculae terminalis aristis illis spicularum lateralium summarum robustioribus et paulo longioribus, ipsa spica paulo brevioribus, omnibus magis minusve flexuosis; gluma spiculae subsemel breviore; valvulis spicularum lateralium oblique cuneiformibus inaequaliter 9—13-costatis apice truncato integerrimo excentrice mucronatis; valvulis spiculae terminalis oblongis 7—9-costatis apice rotundato modo integerrimis modo retusis muticis vel mucronatis. *Jaub. Spach* l. c. t. 316. Oriens?

20. A. CRITHODIUM. (*Steud.*) Culmo basi ramoso erectiusculo (1—2-pedali); foliis supra sulcatis utrinque scaberrimis vaginisque hirtis; spica gracili (2—3-pollicari); spiculis approximatis 2—3-floris, flosculo altero plerumque masculo; glumis truncatis bidentatis latere inflexis flosculos includentibus; valvula inferiore in flosculis fertilibus longissime in sterilibus brevius aristata. Crithodium aegilopoides *Link* Linn. XII. p. 132. t. 3. Graecia.

21. A. VENTRICOSA. *Tausch.* (Flora 1837. 108.) Spica cylindrica, quasi nodosa, composita e spiculis tumido-ventricosis; glumis bidentatis; dente altero acuto, altero obtusato, caeterum muticis; flosculis omnibus aristatis. A. squarrosa *Willd* Spec. IV. 944. non *Lin. Cav.* Icon. t. 92. f. 2. ⊙ Oriens.

22. A. MUTICA. *Boiss.* (Diagn. V. 73.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmis erectis foliatis; vaginis striatis margine pilosulis ore flavescentibus biauriculatis; foliis planis nervosis albo-marginatis scabridis; spica (ex ultimo folio vix exserta) elongata laxa; rhachi flexuosa compressa margine scabrida; spiculis 6-floris; glumis aequalibus flores inferiores aequantibus coriaceis concavis extus convexis velutino-lanatis 7—8-nerviis apice truncatis lanato-emarginatis breviter et obscure tridentatis, dente medio breviore; valvulis oblongis obtusissimis subtruncatis, exteriore 5-nervia superne subvelutina, interiore subaequali bicarinata compressa margine subscabrida. Ad Euphrat.

23. A. CRASSA. *Boiss.* (Diagn. VII. 129.) Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculatis adscendentibus (vix pedalibus); vaginis late inflatis striatis glabris; foliis linearibus pilosulis; spica erecta elongata crassiuscula; spiculis alternis 5—8; glumis velutino-pubescentibus margine cartilagineis muticis 2—3-dentatis; valvula inferiore in aristam latam acutam ipsa vix longiorem terminata. Hrbr. *Kotsch.* nr. 248. ⊙ Persia.

24. A. AUGERI. *Boiss.* (Diagn. VII. 74.) Glaberrima glaucescens; radice fibrosa; culmis pluribus basi prostratis geniculatis (1½-pedalibus); nodis nigricantibus; vaginarum ore pilosulo; foliis convolutis nervosis scabridis; spicis cylindricis elongatis laxiusculis, rhachidis articulis spiculae subaequilongis; spiculis 5-floris, terminali longissime biaristato caeteris muticis: glumis flosculo inferiore brevioribus concavis induratis coriaceis multinerviis scaberrimis obsolete carinatis apice truncatis breviter carinae productione lateraliter unidentatis; valvula exteriore glumis simillima 1—3-dentata, dentibus lateralibus rotundatis; valvulis florum inferiorum spiculae terminalis in aristam rectam scabram eis 6-plo longiorem abeuntibus. Aleppo.

25. A. PLATYATHERA. *Jaub. Spach.* (Ill. pl. or. t. 313.) Spica elongata crassa cylindrica; spiculis 3—4-floris; tribus summis longissime biaristatis, aristis florum perfectorum latissimis planiusculis coriaceo-foliaceis lineari-lanceolatis substrictis dorso 3—5-costatis, inferioribus exaristatis. Mesopotamia.

26. A. AGROPYROIDES. *Godron.* (Fl. Juven. 48.) Culmis erectis vel adscendentibus gracilibus glabris apice longe nudis; foliis planis villosulis linearibus acutis; vaginis glabris; ligula brevissima truncata lacera; spica gracili laxa subdisticha; rhachide flexuosa asperrima; spiculis 3—5-floris sessilibus oblongis adpressis internodios aequantibus villosis et scabris; glumis flosculo duplo brevioribus coriaceis oblongis apice truncatis dorso convexis saepe mucronulatis, ad margines anguste scariosis, 7—9-nerviis, nervis validis hispidis; valvula inferiore lineari-oblonga breviter hirsuta apice rotundata et emarginata 5—7-nervia,

mucronulo brevi crassa et lateraliter compresso donata et floribus 2—3 versus apicem racemi insertis, arista 1—1 1/2-pollicari munita (unde spica bicaudata videtur); valvula superiore paulo breviore ad angulos leviter ciliata. ⊙? Syria.

27. A. TRIPSACOIDES. *Jaub* et *Spach.* (Ill. pl. or. t. 200.) Radice fibrosa annua; culmis caespitosis adscendentibus gracilibus glaucescentibus (1—1 1/2-pedalibus) inferne nodosis; vaginis striatis internodio longioribus scabris; ligula abbreviata truncata; foliis inferioribus planis superioribus convolutis pungentibus sparse pilosis (6—12''' longis); spica rigida (4—6-pollicari) rhachi articulata; articulis excavatis facile secedentibus; spiculis rhachi parallelis 5-floris; floribus alternis breviter pedicellatis supremo tabescente; glumis 2 anticis subaequalibus carinatis 5—6-costatis coriaceis apice inaequaliter tridentatis, costis hispidulis; valvulis oblongis obtusis inaequalibus, inferiore coriacea 5-nervia laxe hispidula apice integra vel retusa vel dentata; superiore parum minore membranacea bicarinata, carinis ciliatis. Phrygia.

28. A. LOLIACEA. *Jaub. Spach.* (l. c. t. 317.) Spiculis 5—8-floris gluma subsemel longioribus; glumis cuneiformibus apice lunata bilobulatis et (spiculis lateralibus) in sinu excentrice unidentatis vel subaequaliter tridentatis. Cappadocia.

29. A. COMOSA. *Sbth. Sm.* (Fl. graec. t. 94.) Culmis subcaespitosis basi geniculatis adscendentibus erectis (8—10-pollicaribus) glabris; vaginis pilosis; foliis subconvolutis brevibus (1—1 1/2'') rigidulis; spica cylindracea trispiculata; spiculis grosse nervatis setuloso pilosis, inferiorum glumis dentato-emarginatis flosculis muticis, suprema longe biflosculisque pluri- brevius aristatis. ⊙ Graecia.

30. A. CONNATA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis, teretibus glabris; foliis vaginisque patenti-pilosis, his lanceolatis acutis (1—2'' longis, 1/2—1''' latis); spicis 3, binis superioribus in pedunculi communis apice in unam coadunatis minoribus; glumis pilosis flosculisque pluri-aristatis, aristis inaequalibus usque bipollicaribus. An praecedentis var.? Prope Epidaurum.

31. A. LONGEARISTATA. *Steud.* Culmo basi geniculato adscendente elatiore (1 1/2—2-pedali); foliis angustis linearibus acutis (2—3'' longis, 1''' latis) tenui-striatis glabris; spica elongata (3-pollicari) multispicata; rhachi glabra laeviuscula; spiculis 2—3-floris; glumis truncatis unidentatis, dentibus lateralibus nullis (vel obsoletis); flosculis longissime aristatis; arista (3-pollicari) scaberrima. A. triticoides Hrbr. Mus. Lugd. Bat. Surinam.

32. A. ECHINUS. *Godron.* (Fl. Juven. 40.) Culmis patulis glabris (3-pollicaribus); vaginis glabris; ligula brevissima; foliis linearibus acutis ad margines scabris, villosis; spica brevissima, e spiculis 3 arcte aggregatis constante; spicula inferiore saepius sterili, rhachide villosa, articulis apice valde incrassatis; spiculis ovoideis ventricosis internodio longioribus 2—3-floris villosis; glumis flosculos subaequantibus coriaceis ovalibus concavis 7—9-nerviis et apice triaristatis; aristis valvula brevioribus scabris crassis divaricatis; valvula inferiore oblonga versus apicem pubescente; aristis 2 brevibus divaricatis munita; valvula superiore bidentata. ⊙ Monspelii e seminibus peregrinis.

33. A. FLUVIATILIS. *Blanco.* (Fl. Filip. 47.) Foliis ensiformibus acuminatissimis utrinque praesertim supra breviter pilossimis; floribus polygamis in rhachi pilosa in paniculas laterales (6'' in diametro tenentes) dispositis; spiculis compressis plurimis aristato-setosis aristis in exteriore rhachidis positis; glumis ciliatis, exteriore longe aristata interiore brevi aristata; flosculis geminis, altero masculo altero hermaphrodito, hoc bivalvi exaristato; staminibus 3, stigmatibus plumosis; semine ovali-compresso; flore masculo univalvi. (Alius generis, an Andropogonea?) Ins. Philipp.

POLYANTHERIX. *Nees.* Spica terminalis; spiculae geminatim disticho-alternae subsessiles rhachi oblique parallelae 3—4-florae; florum inferiorum uno alterove sterili glumis simili, summus tabescens; glumae duae collaterales profunde bifidae, laciniis 2—3-fidis omnibus longe setaceis, tertia (dum adest) minima; valvulae duae, inferior chartacea ex apice bidentata vel bisetosa, superior minor integra marginibus inflexis, flexurae angulis ciliatis; squamae lanceolatae integrae ciliatae; stamina tria, ovarium apice hirsutum; styli duo distantes; stigmata plumosa.

1. P. HYSTRIX. *Nees.* (Ann. of nat. hist. I. 284.) Culmo humili (4—6-pollicari); foliis scabris striatis pungenti-acutis; spica squarrosa (1—2-pollicari); aristis omnibus recurvis divergentibus. Aegilops Hystrix *Nutt.* Gen. I. 86. Am. septr.

LEPIDOPIRONIA. *A. Rich.* Rhachis spicata; spiculae alternae distichae sessiles secundae multiflorae; glumae duae membranaceae, exterior lanceolata acuta dorso carinata, interior paulo longior latiorque acuta uninervia; flores numerosi 9—12 in axi communi brevissimo sessiles undique imbricati et inde varie inter se incumbentes; exteriores hermaphroditi, interiores minores neutri; valvula exterior coriacea subovalis acuminata interne concava margine membranacea tenuiore, dorso undique pilis longis rigidiusculis tecta, infra apicem dorso arista recta scabra munita; interior brevior plana ovalis acuminata in lateribus hinc illinc carinata, marginibus inflexis; stamina 3 exserta; fructus ovoideus obtusus lenticularis basi breviter attenuato-stipatus, sacculo (pericarpio) tenui diaphano et apice basi stylorum persistente terminato, obvelatus.

1. L. CENCHRIFORMIS. *Rich.* (Tent. Fl. Abyss. II. 442. t. 101.) Culmo erecto sesquipedali; foliis planis margine retrorsum scabris; ligula brevissima membranacea tenuissime fimbriata; rhachi plana flexuosa. Prov. Oudgerate Abyssiniae.

Tribus XIII. ROTTBOELLIACEAE. *Kunth.*

Inflorescentia spicata, rhachis in plurimis articulata; spiculae uni—biflorae rarissime triflorae in excavatione rhacheos locatae, nunc solitariae nunc geminae, altera pedicellata saepe tabescens; flos alter cujuslibet spiculae biflorae saepissime incompletus; glumae 1—2, interdum nullae, plerumque coriaceae; paleae membranaceae rarius aristatae; styli 1—2 interdum brevissimi vel nulli.

PSILURUS. *Trin.* Spica filiformis teretiuscula articulata, articulis alternatim excavatis; spiculae biflorae sessiles una inquolibet articulo, rarius geminae, altera pedicellata tabescens; flos inferior sessilis hermaphroditus, superior pedicellatus tabescens minutus, saepe nonnisi pedicello superstite; gluma unica minuta ovata membranacea mutica; paleae 2 membranaceae, inferior uninervia, apice aristata superiorem involvens, superior paulo longior bicarinata; stamen 1; stigmata 2 sessilia pubescen-

tia, squamulae 2 membranaceae bifidae, glabrae; caryopsis trigona linearis glabra.

1. P. NARDOIDES. *Trin.* (Fundam. 93.) Culmis caespitosis gracilibus (3—8-pollicaribus) erectis incurvis simplicibus nodisque subrufescentibus glabris; vaginis laxiusculis; foliis involutis filiformibus abbreviatis (3—7‴ longis); rhachi simplici scabriscula, floribus distantibus. Rottboellia monandra *Cav.* Ic. I. t. 39. f. 1. Asprella nardiformis *Host* Gram. IV. t. 29. *Kunth* Supl. t. 38. fig. 4. Monerma monandra *Beauv.* Agr. t. 20. f. 10. ⊙ Eur. austr. Syria.

NEMASTACHYS. *Steud.* Spicae plures digitatae tenuissimae; spiculae alternatim in rhacheos articulis subincrassatis excavatis bineae, altera sessilis altera pedunculata utraque uniflora; glumae duae nervosae acutae valvulas multoties superantes; valvulae minutissimae, altera longe aristata; stamina 3; stylus simplex penicillatus; ovarium ovatum; achenium —

1. N. TAITENSIS. *Steud.* Culmo basi ramoso-tenui toto vaginato cum vaginis foliisque glabro (pedali et ultra); foliis linearibus angustis acutis (3″ longis, 1‴ latis) margine implicatis; spicis terminalibus 5—8 tenuissimis, 1—2-pollicaribus; rhacheos glabrae articulis subincrassatis nigris, in excavatione bispiculatis; aristae elongatae tenerrimae apice circinnato-flexuosae et saepe invicim implexae. Polypogonem vel Stipam aemulat, sed rhachis articulata ad Rottboelliaceas refert gramen tenuissimum nitidum, lectum ab *Urvilleo* in Ins. Taiti.

LEPTURUS. *R. Brown.* Spica teres articulata; spicula unica in quolibet articulo excavationi immersa biflora; flos inferior (rhachi contiguus) hermaphroditus bipaleaceus, superior (exterior) tabescens pedicellatus vel ad rudimentum lineare-redactus, rarius completus inferiori simillimus; glumae 2 coriaceae acutato-subulatae subaequales, in spicula terminali semper oppositae, rarius in lateralibus et tunc rhachi contrariae; inferior saepe deficiens vel superiori collatralis, ambae anticae, paleae 2 membranaceae muticae raro altera aristulata, glumis breviores, inferior superiorem involvens; stamina 3, styli 2 brevissimi vel subnulli, stigmata plumosa; caryopsis glabra.

* *Glumae 2 collatrales anticae; flos superior ad rudimentum minutum lineare redactus, stigmata sessilia; squamulae acutae.*

1. L. INCURVATUS. *Trin.* (Fundam. 123.) Culmis caespitosis subcompressis nitidis geniculatis basi procumbentibus ramosis; vaginis tumidiusculis glabris; ligula brevissima truncata; foliis linearibus acutis patentibus planis (1—2″ longis, ½—1‴ latis) vel subconvolutis; spica tereti (subulata) incurva; calyce biglumi unifloro; flosculo mutico. Rottboellia incurvata *Lin. Cav.* Ic. 3. t. 213. *E. B.* t. 760. *Fl. d.* t. 938. *Host* Gram. I. t. 23. Ophiurus incurvatus *Beauv.* Agr. t. 21. f. 3. ⊙ Eur. or. occ. Afr. bor.

2. L. FILIFORMIS. *Trin.* (l. c.) Culmis simplicibus vel ramosis (½—1-pedalibus); foliis angustis canaliculatis glabris obtusis; spica tereti-subulata subcompressa erecta; calyce bivalvi unifloro, flosculo mutico. Rottboellia erecta *Savi* Giorn. Pisan. IV. 230. f. 5. 6. ♃ Eur. austr.

3. L. COMPRESSUS. *Presl.* (Cyp. sic. 51. sub: Ophiurus) Culmo erecto simplici; foliis planiusculis; ligula nulla; spica subulata compressa stricta; glumis lineari-lanceolatis acuminatis articulum aequantibus unifloris, flosculo mutico. An idem ac praecedens. ⊙ Sicilia.

** *Gluma in spiculis lateralibus solitaria, rudimentum alterius flosculi vix ullum, squamulae acutae.*

4. L. SUBULATUS. *Kunth.* (Gram. I. 151.) Culmis caespitosis (4—10-pollicaribus); foliis canaliculato-compressis (1—3″ longis); spica tereti subulata erecta; gluma solitaria subpungenti-acuminata adpressa demum erecto-patenti. Rottboellia subulata *Savi* l. c. f. 4. 8. Monerma subulata *Beauv.* ⊙ Ital. Gall. Lusitan.

5. L. ACUTIGLUMIS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo geniculato adscendente (pedali et ultra) glabro tereti foliato; foliis radicalibus e vaginis truncatis nudis vel rudimento folioli munitis longissimis (culmum subaequantibus) linearibus planis margine serrulato scabris, culmeis minoribus etiam in lamina scabriusculis; spica tereti; gluma (demum patente) solitaria nervosa acuminato-cuspidata articulos fere duplo superante. Hrbr. *Urville* ex Ins. Taiti.

*** *Glumae 2 rhachi contrariae; flos uterque hermaphroditus; styli breves squamulae acutae.*

6. L. PANNONICUS. *Kunth.* (Supl. t. 37. fig. 6.) Culmis caespitosis glabris (4—8-pollicaribus); foliis planis striatis tenuissime pubescentibus (1—2″ longis, 1‴ latis); spica tereti subulata erecta (vix curvata) pubescente; calyce bivalvi bifloro; glumis striatis obtusiusculis; flosculis muticis. Rottboellia pannonica *Host* Gram. I. t. 24. ⊙ Pannonia. Ad Wolgam. Gallia.

7. L.? ROXBURGHIANUS. (*Steud.*) Culmo brevi vix alio quam scapus spicae 2—3-pedalis subulatae; foliis pluribus filiformibus; rhachi non articulata rigida vaginisque pilosiusculis; spicis terminalibus solitariis (2-pollicaribus); calicis biflori gluma exteriore multoties longiore quam squama minuta in fundo excavationis vix conspicua; flosculus alter sessilis, alter brevi pedicellatus, valvulis aequalibus. Rottboellia biflora *Roxb.* Fl. ind. 357. Ind. or.

**** *Gluma in spiculis lateralibus solitaria; flos superior tabescens minutus; styli longiusculi; squamulae truncatae.*

8. L. REPENS. *R. Br.* (Prodr. I. 207.) Radice repente; ramis adscendentibus; foliis subdistichis strictis linearibus subinvolutis; collo vaginae barbato, ligula obsoleta; spica filiformi acuta imberbi, articulis solubilibus; glumis acuminatis articulo longioribus. Rottboellia repens *Forst.* Ins. maris pacif. N. Holl.

9. L. ACICULATUS. *Steud.* Culmo prostrato radicante adscendente ramoso geniculato; foliis sparsis strictis lanceolatis fere pungenti-acuminatis glaucescentibus margine scabriusculis (1½—3″ longis, ½—1½‴ latis) margine scabriusculis undique nudis glabris; ligula brevissima latiuscula truncata membranacea; spica tereti terminali (2—3-pollicari), articulis striatis glabris: gluma exteriore lanceolata striata acuminata articulos duplo superante, interiore et flosculo neutro vix ullo, hermaphroditi valvulis subaequalibus hyalinis altera obtusa altera aciculata; achenio oblongo apice brevissime bimucronulato. Praecedenti valde affinis. Rottboellia? Hrbr. *Zolling.* nr. 1083. z. Ins. Salayer. Ind. or.

Species dubiae.

10. L. PANICULATUS. *Nutt.* (Gen. I. 81.) Foliis rigidis abbreviatis; rhachi incurva composita acute triangulari ramis et apice florifera; spicis unilateralibus subulatis compressis; calycibus bivalvibus acuminatis unifloris; floribus omnibus hermaphroditis bivalvibus. ⊙ Missuri.

11. L. RAMOSUS. *Kunth.* (Gram. I. 152.) Radice fibrosa; culmo tenuissimo (½-pedali) ramis alternis divergentibus; foliis brevibus subulatis; gluma calycina univalvi integra. Rottboellia ramosa *Cav.* Ann. de Cienc. not. 3. 11. Tanger.

12. L. SIMPLEX. *Kunth.* (Enum. I. 463.) Culmo erecto basi ramoso nodisque glabris; foliis margine scabriusculis; spicis solitariis filiformibus erectis. Monerma simplex *Gaudich.* in Freyc. it. 412. N. Holl. or.

LEPTUROPSIS. *Steud.* Spica simplex articulata, articulis herbaceis; spicula unica in quolibet articulo biflora; glumae duae herbaceae aristatae;

flosculus masculus uniglumis hyalinus; muticus; stamina 3; foemineus bivalvis; valvula inferior hyalina aristata, superior hyalina minor mutica; stylus sessilis; stigma simplex longiusculum penicillatum; lodicula valvula superiore parum minor.

1. L. TRIARISTATA. *Steud.* Culmo basi ramoso geniculato tenerrimo fere capillari (3—5-pollicari); foliis subsetaceis glabris; spica terminali simplici (pollicari et ultra), articulis herbaceis glabris; gluma flosculo masculo opposita latiore omnino herbacea 5-nervia, apice tenuissime ciliolata, gluma flosculo fertili opposita angustior 3-nervia, inter nervos hyalina. Ins. Loss Guineae.

RHYTACHNE. *Desv.* Spica solitaria terminalis; spiculae biflorae excavatioribus rhacheos immersae; flores inclusi; inferior hermaphroditus, superior masculus; gluma unica coriacea transversim rugosa aristata; valvulae ovatae aristatae; stamina 3.

1. R. ROTTBOELLIOIDES. *Desv.* (in *Hamilt.* Prodr. 12.) Culmis subcaespitosis, erectis; foliis involuto setaceis glaberrimis. Ins. Antillae.

OROPETIUM. *Trin.* Spica compressa inarticulata bifaria; spiculae excavationibus marginalibus rhacheos compressae flexuosae immersae solitariae sessiles alternae uniflorae, rudimento piloso minuto floris superioris; glumae 3 muticae, inferior minuta ovata tenuiter membranacea; superior lanceolata convexiuscula coriacea flore longior; paleae 2 membranacea muticae longitudinae subaequales; inferior carinato-navicularis, superior bicarinata; stamina 3, styli 2, stigmata subpenicilliformia; squamulae 2 subcuneatae glabrae.

1. O. THOMAEUM. *Trin.* (Fund. Agr. 98.) Culmo pusillo erecto fasciculatim ramoso; foliis subsetaceis; ligula membranacea brevi; racemo in quovis ramo terminali; axi continuo compresso-hetragono utrinque alternatim profunde excavato. *Kunth* Supl. t. 38. fig. 5. Nardus thomaea *Lin. Roxb.* Corom. 2. t. 133. (sub: Rottboellia). Ind. or.

KERINOZOMA. *Steud.* Spatha foliacea mucronata decidua infra pedicellum spicularum, pedicellus apice squamis connatis brevibus cereo-cartilagineis cinctus; spica compressa subdisticha pauciflora; spiculae excavationibus rhacheos basi adnatae, caeterum liberae; glumae duae flosculis duobos longiores; flosculus uterque bivalvis, alter masculus, valvulis concavis lanceolato oblongis 2—3 carinatis et intus striis totidem notatis; valvulae foeminae in excavatione marium angustiores; styli duo elongati pilosi; ovarium obovatum lodiculis tectum, acutum; caryopsis oblonga apiculata.

A κηρινος cereus, et ζωμα cingula, ob squamulas cereo-cartilagineas pedicellum cingentibus.

1. K. SURABOJA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo cum tota planta pallide viridula plus minus ramoso geniculato ad genicula quandoque radicante anguloso striato glabro (4—8-pollicari); geniculis inferioribus bracteis lanceolatis inaequalibus munitis; vaginis arctis striatis glabris; ligula brevi ciliata; foliis margine convolutis rigidulis striatis laevibus glabris (pollicaribus et ultra); spicis 5—6-spiculatis terminalibus solitariis, rarissime altera axillari, 2‴ longis albis. Ischaemum? Hrbr. *Zollinger* nr. 2968. Prope Suraboia ad margines fossarum. Java.

2. K. CHERIBON. *Steud.* Radice longe perpendiculari descendente subcaespitifera; culmo cum tota planta pallide viridulo geniculato suberecto raro radicante (4—7″ alto) glabro; geniculis ebracteatis; vaginis arctis striatis glabris; ligula ciliata; foliis rigidis planis vel margine involutis laevibus glabris acutis ($^1/_2$—$^4/_5$″ longis, $^1/_2$‴ latis); caetera praecedentis, cujus forsan varietas. Hrbr. *Zollinger* nr. 3238. Ad litus prope Cheribon, Java.

DIDACTYLON. *Zolling.* et *Moritz.* Spiculae in excavatione rachidis sessiles compressae solitariae in apice culmi spicati; gluma unica compresso-carinata lanceolata mutica acuta hyalina carina aspera (viridi vel demum purpurascente); paleae 2 hyalino-membranaceae, exterior mutica compresso-carinata acuta, carina uti in gluma; palea interior multo minor tota albo-hyalina longe aristata; arista spiculam 2—3-plo superans, infra medium geniculata, basi contorta; stamina 2, antherae longitudine filamenti atropurpureae; styli 2; stigmata plumosa (purpurascentia).

1. D. SIMPLEX. *Zoll.* et *Mor.* (Enum. pl. Jav. 100.) Culmis caespitosis paucis subsimplicibus (1—4-pollicaribus); foliis linearibus glabris vagina triplo brevioribus; arista spiculam triplo superante. ⊙ Java.

2. D. RAMOSUM. *Zoll.* et *Mor.* (l. c.) Culmis caespitosis numerosis ramosis (5—6-pollicaribus); foliis linearibus basi longe ciliatis vaginam subaequantibus; arista spiculam duplo superante. ⊙ Java. T. = Dimeria

HEMARTHRIA. *R. Brown.* Spicae compressiusculae semiarticulatae; spiculae biseriales duae in quolibet articulo, altera sessilis per glumam superiorem (interiorem) rhachi agglutinata, altera pedicellata, pedicello cum rhachi arcte connato, glumis liberis, utraeque fertiles biflorae; flores inclusi hyalini mutici; inferior unipaleaceus neuter, superior bipaleaceus hermaphroditus; glumae 2 rhachi parallelae oblongae acutae inaequales; stamina 3; styli 2 terminales; stigmata plumosa; squamulae 2 truncatae glabrae.

1. H. COMPRESSA. *R. Brown.* (Prodr. I. 207.) Caespitosa sesquipedalis basi radicans et erecto ramosa; ligula (interdum pilis stipata) ciliata; foliis angusto-linearibus glabris; spicis terminalibus (interdum et axillaribus) solitariis 3—5-pollicaribus; glumis subaequalibus articulo paulo longioribus rectis, interiore dissite 2-nervia. Rottboellia compressa *Lin. Beauv.* Agr. t. 21. f. 8. N. Holl.

2. H. COROMANDELINA. (*Steud.*) Culmis pluribus repentibus scandentibus (5—10-pedalibus) duris glabris, compressis; vaginis brevibus; foliis numerosis bifariis glabris mollibus; spicis pedunculatis terminalibus axillaribusque (2—4-pollicaribus); pedunculis medio articulatis ibique bracteatis; floribus oppositis omnibus hermaphroditis unifloris, glumis subaequalibus articulo longioribus cartilagineis obtusis; corolla trivalvi. Rottboellia compressa *Roxb.* Corom. t. 181. Ind. or.

3. H. HAMILTONIANA. *Nees.* (mpt. sub: Lodicularia.) Geniculis culmi et spicularum in rhachi insertionibus sericanti-barbatis; gluma superiore spiculae liberae longe cuspidata inferiorem superante, gluma spiculae sessilis obtusa lineata. Rottboellia compressa *Hamilt.* in *Wall.* cat. nr. 8870 C. Ind. or.

4. H. LAXA. *Nees.* (mpt. sub: Lodicularia.) Culmo geniculato procumbente ramosissimo, geniculis glabris, foliis inferioribus confertis distichis brevibus glabris; vaginis saepe violaceis; glumis inferioribus nervoso-striatis in rhachi tenui patulis, apice attenuatis, acumine in spicula sessili obtusiusculo vel bidentato; gluma superiore spiculae pedi-

cellatae membranaceae cuspidata, inferiorem parum excedente. *Wall.* Cat. nr. 8871. Ind. or.

5. H. PROTENSA. *Nees.* (mpt. sub: Lodicularia.) Culmo (erecto?) ramosissimo elongato polystachyo, geniculis foliisque linearibus elongatis glabris; glumis inferioribus nervoso-striatis, in spicula sessili apice attenuata, acumine acuto obtusove, in spicula pedicellata acuminata; gluma superiore spiculae sessilis caudato-cuspidata, cuspide gluma inferiore duplo longiore. An praecedentis var.? luxurians? *Wall.* cat. nr. 8872. Ind. or.

6. H. FOLIATA. *Steud.* Culmo erecto simplici (certe sursum, plus quam pedali) glabro toto vaginis tecto; vaginis elongatis striatis glabris margine tenuissime ciliolatis; ligula brevissima pilosa; foliis anguste linearibus elongatis (pedalibus et ultra, 1—1½‴ latis, hinc inde transversim plicatulis); spica terminali solitaria basi vaginae summae inclusa; gluma exteriore coriacea cum valvula inferiore flosculi hermaphroditi acuminata, valvulis reliquis hyalinis acutiusculis. Hrbr. *Drummond* coll. IV. nr. 385. N. Holl.

7. H. UNCINATA. *R. Br.* (Prodr. I. 207.) Acumine glumae interioris soluto hamato. *Brogn.* in *Duper.* it. t. 16. N. Holl.

8. H. FASCICULATA. *Kunth.* (Gram. I. 183.) Caespitosa, culmis pluribus (6—15-pollicaribus) glabris; vaginis dilatatis, foliis angusto-linearibus planis; ligula ciliari; spicis axillaribus aliquot fasciculatis (1—2-pollicaribus); spiculae liberae glumis articulum paulo excedentibus, interiore paulo longiore. Rottboellia fasciculata *Desf.* Atl. t. 36. Lodicularia fastigiata *Beauv.* Agr. t. 21. f. 6. ♃ Hispan. Sicil. Afr. bor. Brasil.?

9. H. CAPENSIS. *Trin.* (Act. Petr. 1833. 258.) Culmo basi radicante, adscendente (1—3-pedali) compresso subsimplici glabro; vaginis dilatatis laxiusculis; foliis elongatis (2—4-pollicaribus) linearibus glabris; ligula brevi membranacea apice brevissime ciliata; spicis axillaribus exserte pedunculatis subbinis (3-pollicaribus); spiculae liberae glumis articulum (longe) excedentibus, superiore longiore recta. Lodicularia capensis *Nees* Fl. Afr. 128. ⊙ Afr. austr.

10. H. GUYANENSIS. *Steud.* Culmo erecto validulo subtereti (1½—2-pedali) vix geniculato cum tota planta rufescente et glaberrimo, vaginato et foliifero; vaginis subdilatatis; foliis lineari-lanceolatis acutis (3—5″ longis, basi 2‴ latis) undique laevibus; spicis axillaribus solitariis vel supremis geminatis subcompresso teretibus (2—4-pollicaribus), basi vaginatis vix pedunculatis; spiculae liberae glumis 2 coriaceis rhacheos articulos excedentibus, nervoso striatis, exteriore obtusiuscula vel acuta interiore acuminata parum longiore; valvulis 2 hyalinis. V x praecedentis cui simillima varietas. *Leprieur* legit in Guyana.

11. H. CAUDICULATA. *Steud.* Culmo striato glabro superne e vaginis striatis glabris spicas axillares proferente; ligula et marginibus vaginae superne pilosis; foliis linearibus acutis (superioribus 4—8″ longis, 1—1½‴ latis, sensim minoribus) striatis glabris laevibus; spicis ex axillis solitariis (4—6) erectis strictis (2—3-pollicaribus) in spathella (vagina secundaria) incluse pedunculatis, spiculis in excavatione axis quoque solitariis, pedicello brevi arcte cum axi connato insidentibus; glumis coriaceis, articulum excedentibus apice praesertim supremis subcaudato acuminatis; valvulis 2 hyalinis aequalibus glumis fere ½ brevioribus; rudimento flosculi alterius vix ullo. Ex Hrbo. *Deloche* lectum in Monte Video.

12. H. RUGOSA. *Kunth.* Culmo erecto gracili folioso solido, ramoso glabro sulcato; foliis margine scabris elongatis (?) spicis e vaginis subcymbiformibus solitariis cylindricis subcompressis; rhachi hinc nuda; gluma exteriore transversim corrugata, longitudinaliter rugosa, corolla 3-valvi. Rottboellia corrugata *Baldw.* in *Sillim.* Jour. I. 355. Am. sptr.

MANDELORNA. *Steud.* Panicula radiis verticillatis racemosis, racemi spicati compressi filiformes articulati; spicae rhacheos articulis insidentes, altera sessilis hermaphrodita, altera pedicellata mascula; hermaphroditae glumae 2 cartilagineae, inferior acuta mutica, superior subaequalis brevissime aristulata; valvulae 2 hyalinae margine ciliatae; inferior mutica superior infra apicem brevi aristulata; stigma plumosum; glumae flosculi pedicellati minoris cum valvulis muticae; stamina 3 uti in hermaphrodito.

Cum Lenormandia nuper in genus Algarum aptius sit adhibita denominatio mea, quamvis prior per anagramma est mutata.

1. M. INSIGNIS. *Steud.* Culmo arundinaceo valido glaberrimo foliifero (pluri-pedali); vaginis striatis foliisque glabris; ligula margo brevissimus; foliis caulinis basi carinatis sursum planis angustis (1—1½′ longis, 1—2‴ latis) margine setuloso asperis; panicula (basi in vagina ultima latente) longissima, radiis plurimis repetito-verticillatis, simplicibus filiformibus, fere a basi floriferis erectis, rhachi communi fere accumbentibus; articulis barbatis; glumis setuloso exasperatis. Lenormandia insignis *Steud.* in litt. Senegambia.

VOSSIA. *Wall.* et *Griff.* Spicae compressae articulatae; spiculae biflorae, rhacheos excavatae articulis immersae; flore inferiore masculo, superiore hermaphrodito; glumae 2 dissimiles, exterior cartilaginea plana apice in cuspidem producta, interior chartacea mutica carinato-navicularis; valvulae 2 floris inferioris masculi bi- superioris hermaphroditi 3-nerviae; squamulae 2 cuneatae dentatae; stamina 3; ovarium sessile; styli 2; stigmata plumosa.

1. V. CUSPIDATA. *Wall. Griff.* (Jour. Ac. soc. Bengl. V. t. 23.) Culmis articulatis crassis (in aquis non salsis) fluitantibus adscendentibus elatis (1—2-orgyalibus); foliis linearibus acutis glabris margine retrorsum hispidis (1—2-pedalibus); spicis terminalibus ternis (6—8-pollicaribus); ligula indivisa dense ciliata. Ischaemum cuspidatum *Roxb.* Ind. or.

OPHIURUS. *Gaertn.* Spicae aut solitariae aut plures fasciculato alternae; rhacheos solubilis vel subcontinuae articuli aut alternatim aut utrinque floriferi; spiculae articulis profunde excavatis immersae solitariae inverso-uni- vel biflorae; flosculo exteriore (inferiore) sterili, posteriore (superiore) fertili, utroque incluso membranaceo mutico; glumae 2, inferior coriacea 5—7-nervia, nervis saepe obsoletis, superior chartacea 2—3-nervia; flosculi hyalini mutici; lodiculae squamae 2 cuneatae; stamina 3; styli 2, stigmata plumosa.

1. O. CORYMBOSUS. *Gaert.* (Carp. III. t. 181. f. 4.) Culmo erecto tereti rigido (6-pedali) basi foliato; foliis angustis (8—10-pollicaribus) basi ciliatis laevibus; spicis axillaribus aliquot fasciculatis filiformibus; articulis alternatim floriferis; gluma exteriore integra laevi vel obsolete gibberosa. Rottboellia corymbosa *Lin. Roxb.* Corom. t. 181. Ind. or.

2. O. PERFORATUS. *Trin.* (Act. Petr. 1833. p. 246.) Culmis pluribus simplicibus glabris (3—5-pedalibus) vaginis ore et supra basin lanatis; foliis glabris margine hispidis; spicis axillaribus solitariis (3—6-pollicaribus); articulis utrinque floriferis dissepimento perforato; gluma exteriore integra laevi. Rottboellia perforata *Roxb.* Cor. t. 182. Ind. or.

3. O. APPENDICULATUS. *Steud.* Culmo basi ad genicula radicante, mox geniculato erecto vaginato foliato

(5-pedali) glabro; vaginis laxis, ramos floriferos 1—2-nos protrudentibus, striatis glabris ore leviter piloso-ciliatis, ligula membranacea brevi lata truncata ciliata; foliis longissimis (1—2-pedalibus) planis undique scaberrimis linearilanceolatis acuminatis; spicis teretibus validulis (2-pollicaribus et ultra) glumis arcte adpressis rotundato obtusis, flosculos steriles protrudentibus in forma glumae viridis apice emarginatae intus flosculum bivalvem omnino sterilem fovente; flosculo fertili bivalvi hyalino; spicae apice sterilis flosculorum sterilium rudimentis comosis. Rottboellia nr. 725 Hrbr. *Zollinger*. Java.

4. O. MURICATULUS. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo elato solido (multi—ultra-6-pedali) foliato glabro striato; vaginis ad oras cum ligula pilosis; foliis planis lanceolatis acuminatis glabris margine scabris (inferioribus usque 3-pedalibus et 6''' latis, superioribus sensim minoribus); spicis axillaribus et terminalibus, fasciculatis 3-nis vel binis rarius solitariis longe pedunculatis teretibus (2—3-pollicaribus) acutiusculis ad basin marginis denticulato-muricatulis coriaceis flosculos steriles protrudentibus herbaceas in forma glumae bipartitae viridis; flosculi hermaphroditi valvula inferiore subcoriacea acuta superiore hyalina. Variat in uno eodemque specimine glumis margine laevibus. Rottboellia muricata *Zolling.* et *Mor.* En. p. 99. nr. 352. vix *Retz.* (cujus planta spithamaea et quoad descriptionem omnino diversa.) Java.

5. O. AURICULATUS. *Trin.* (l. c.) Culmo tenui procumbente (8—12-pollicari) e nodis inferioribus dense foliiferis radicante; ligula obtusa pilosa; foliis linearibus obtusis compressis (pollicaribus) infra sparsim e glandulis pilosis; spica terminali solitaria (bipollicari); articulis utrinque floriferis, dissepimento perforato fimbriato; gluma exteriore articulum superante elliptica 7-nervia tesselato-excavata margine argute dentata apice biauriculata. Ratzeburgia pulcherrima *Kunth* Rev. gram. t. 158. Aikinia elegans *Wall.* pl. as. rar. t. 273. ♃ Ind. or.

6. O. AETHIOPICUS. *Rupr.* (in *Kotsch.* fl. aeth. hrbr. nr. 192.) Culmo tereti erecto (bipedali), cum nodis glabro; vaginis dilatatis cum foliis lanceolatis (2—3'' longis, 3—4''' latis) hinc inde e papillis pilosis; spicis axillaribus pluribus (6—12) dense fasciculatis pedunculatis sessilibusque, pedunculis medio folio minimo instructis; spicis cylindricis glaucescentibus; articulis unilateraliter floriferis; gluma exteriore spiculae arctissime agglutinata basi et apice foveolis notata; caryopsi magna ovata excavationem rhacheos expleente. O. papillosus *Hochst.* Flora 1844. 248. (An distinctum genus?) ♃? Nubia.

7. O. MONOSTACHYS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 330.) Culmo ramoso (10-pollicari); foliis conduplicatis scabris, nodis vaginisque folio longioribus glabris; ligula brevissima truncata; spica pedunculata solitaria tereti; rhachi striata; spiculis solitariis uniserialibus bifloris; gluma inferiore obsoleta nervosa; flore inferiore unipaleaceo neutro, superiore hermaphrodito. Ins. Luzon.

8. O. UNDULATUS. *Nees.* (in *Hook.* Kew. Misc. II. 100.) Culmo simplici monostachyo; foliis anguste linearibus uninerviis strictis laevibus; spica exserta teretiuscula ad latera undulatim sulcata; gluma inferiore obtusa obsolete nervosa basi leniter sulcata; flosculo inferiore bivalvi. *Cuming* Hrbr. nr. 1339. Ins. Philp.

9. O. LORICATUS. *Nees.* (mpt.) Radice fibrosa, fibris crassis flexuosis, caespitifera; culmis simplicibus teretibus glabris (pedalibus) vaginis arctis striatis canaliculato-filiformibus glabris; spica terminali (4—5-pollicari), articulis alternatim floriferis; gluma inferiore a basi ultra medium argute transversim plicata; plicis sursum imbricatis repando-denticulatis. ♃ Brasil.

JARDINEA. *Steud.* Spicae paniculatae, rhachis articulata, articuli compressi triquetri pro receptione flosculorum crateriformi-excavati; spiculae geminae sessiles; altera exterior hermaphrodita completa; glumae 2 cartilagineae, exterior oblique lato lanceolata concava acuminata, undique tuberculis seriatis exasperata, margine setosa, interior angusta tuberculato-exasperata, lateribus 1—2-nervia glabra; valvulae 2 hyalinae lanceolatae acuminatae margine ciliatae inferior parum longior, aristata vel mutica; stamina 3, antherae lineares utrinque bifidae; stigma elongatum plumosum; ovarium sessile pilis cinctum; spicula interior abortiva rudimentaria angusta linearis obtusa ciliata.

Novum hoc genus jam anno 1850 a me est constitutum uti e locis citatis elucet. Jam *A. Richard* ex specie abyssinica, quam *Andropogonis* generi inseruit, novi generis indolem bene perspexit, quod *Hochstetterus* in editione secunda plantarum Abyssiniae nr. 2056 novo nomine ornavit, cum *Jardinei* commentatio illi erat ignota. Serius alia planta e tribu Compositarum a *C. H. Schultzio* etiam nomine Jardinea est insignita, quod jus prioritatis agnoscens in Flora 1853 p. 34 in Erlangeam mutavit.

1. J. GABONENSIS. *Steud.* (*Edelst. Jardin* Herboris. sur la côte occidentale d'Afrique 1850 p. 4 et Flora 1850 p. 229 ubi vitiose Jandinea.) Culmo erecto arundinaceo tereti glabro (ultra 4-pedali); nodis glabris; vaginis elongatis margine culmo adpressis velutino-pilosis, libero nudis; foliis linearibus convolutis margine scabris (1—2-pedalibus, basi 2—4''' latis) nervoso-striatis; paniculae radiis 3—4 verticillatis (2—3'' longis), superioribus inordinatis rigidis glabris ad articulos teretibus, infra eos angulatis; flosculis muticis. *E. Jardin* legit ad fluvium Gabon Senegambiae.

2. J. ABYSSINICA. *Steud.* Culmo erecto subrobusto (2—3-pedali) striato glabro apicem versus piloso; foliis e basi cordata lato-lanceolatis vel ovatis margine et in nervis subtus pectinato spinulosis (1—2'' longis, 2—4''' latis); ligula membranacea brevissima denticulata; vaginis striatis margine ciliatis; panicula erecta radiis subcorymbosis vix ramosis angulatis striatis hirtis; floris hermaphroditi valvula superiore bifida ex incisura aristata, arista basi torta medio geniculata spiculas plus duplo superante. Andropogon princeps *Rich.* Fl. abyss. II. p. 470. Rhiniachne princeps *Hochst.* Hrbr. Abyss. ed. II. nr. 2056. Abyssinia.

DIASTEMANTHE. *Steud.* Spica tereti-compressa (nempe altero latere plana, altera convexa) continua inarticulata; spiculae excavationi axis in latere convexa per interstitia immersae solitariae, biflorae; glumae duae, exterior spicula quadruplo brevior basi subcoriacea, nervata, apice rotundata membranacea albida; flosculi duo, exterior sterilis 2-valvis, valvis coriaceis subaequalibus glabris, interiorem hermaphroditum includens; hujus valvulae 2 hyalino-subcoriaceae ovales acutae laeves; stamina 3; ovarium ovatum, stylus ad basin bifidus, styli penicillati.

1. D. PLATYSTACHYS. *Steud.* Radice valide fibrosa subcaespitifera; culmis (subprolifero-) ramosis (3—5-pollicaribus) basi vaginis latis vestitis; foliis subcomplicatis subcoriaceo rigidis linearibus obtusis basi subcordata cum vagina subarticulatis; spicis terminalibus basi vagina ampliata una alterave parum exsertis; spica 1—2-pollicari cum tota planta glaberrima; spiculis alternis, interstitiis ipsis parum brevioribus; gluma exteriore minima. Rottboellia platystachys *Chauv.* Hrbr. *Urville* legit in Port. Jacks. et *Duchaissing* in Guadaloupe.

ROTTBOELLIA. *Lin.* Spica teres articulata; spiculae duae in quolibet articulo, altera sessilis biflora rhachi immersa, altera pedicellata tabescens, pedicello interdum rhachi arcte adnato; flores inclusi,

inferior (exterior) 1—2-paleaceus masculus vel neuter, membranaceus vel hyalinus, superior membranaceus vel hermaphroditus; glumae duae longitudine subaequales; exterior (inferior) concava coriacea, interior (superior) carinato-navicularis submembranacea, raro deficiens; paleae membranaceae vel hyalinae, inferior concava, superior plerumque bicarinata; squamae duae carnosae oblique truncatae glabrae; stamina 3, stigmata plumosa.

1. R. COELORHACHIS. *Forst.* (Prodr. nr. 49.) Culmo erecto ramoso semitereti glabro; vaginis strigoso-pilosis; foliis planis margine et supra hispidis; spicis axillaribus et terminalibus subsolitariis, rhachi tereti glabra; spiculis binis bifloris, inferioris gluma inferiore enervia, superiore multinervia, utraque obtusa. *Labil.* N. Caled. t. 20. R. setosa *Presl.* Rel. Haenk. I. 329. N. Caled. Ins. Luzon.

2. R. EXALTATA. *Lin.* Foliis vaginisque strigoso-pilosis; spicis teretibus undique flosculosis imberbibus; glumis obtusis, exteriore hermaphrodita enervia rhachibusque scaberrimis, mascula nervosa scabriuscula. *Roxb.* Corom. t. 157. Stegosia cochinchinensis *Lour.* Cochinch. 65. An eadem species ac praecedens? *Trin.* Ind. or. China. N. Holl.

3. R. GLANDULOSA. *Trin.* (Act. Petrop. 1833. 250.) Culmo superne erecto ramoso (4—5-pedali); vaginis inferioribus glabris, superioribus margine ciliatis et glandulis adspersis; ligula ciliari; foliis lanceolato-linearibus subcompressis (inferioribus 1′ longis, 5—6‴ latis) scabriusculis; spicis axillaribus terminalibusque 2—3-nis vel solitariis (3″ longis); articulis (bilinealibus) basi nudis; gluma spiculae sessilis exteriore margine glanduloso-denticulata. Java.

4. R. STRIATA. *Nees.* (mpt.) Foliis latis glabris; vaginis glabris margine ciliatis, supremis basi (subinde) hirsutis; pedunculis fasciculatis gracilibus elongatis; gluma inferiore spiculae sessilis basin versus sulcis plicato interceptis margine laevi. *Wall.* Catal. nr. 8876 et 8877. Ind. or.

5. R. LATIFOLIA. (*Steud.*) Culmo erecto elato (ultra 4-pedali) simplici; vaginis glabris, (superioribus) margine setuloso-ciliatis eglandulosis; ligula membranacea fissa; foliis planis lanceolatis (pedalibus, fere 1″ latis) longe acuminatis glabris margine scabriusculis, spicis terminalibus subfasciculato-aggregatis longissimis (4—6-pollicaribus), articulis nudis; glumis omnibus carina denticulata scaberrimis. ♃ Praecedenti affinis, sed certe diversa. Hrbr. *Fortune* A. nr. 29. China. Variat: vaginis omnino glaberrimis. Hrbr. *Goering* nr. 400. Japon.

Fortunei nr. A. 29. in *Hook.* Lond. Journ. VI. p. 46 a *Zuccarinio* qua Justitia japonica *Thunb.* est determinata, quae vero collectionis alius Fortuneanae est.

6. R. OCREATA. *Trin.* (l. c.) Culmo superne florifero ramoso (4-pedali); vaginis glaberrimis intus nitido-sanguineis, extus subpruinoso-purpurascenti-glaucis; ligula membranacea fimbriato-fissa; foliis planis firmis (6—9″ longis); spicis axillaribus terminalibusque solitariis (3—4″ longis), articulis (3‴ longis) basi barbatis; gluma spiculae sessilis exteriore laevi. Brasil.

7. R. AURITA. *Steud.* Culmo erecto compresso foliisque linearibus glabris; spicis solitariis axillaribus terminalibusque fasciculatis subfalcatis glabris; gluma spiculae sessilis inferiore ovali-convexa laevi apice membranacea rotundata crenataque, nervis binis conniventibus distinctis, inferne viridi, superne rufescente; spiculis pedicellatis masculis oblongis subconformibus, pedicello altero latere apice auriculato. Praecedenti speciei, quae etiam Ischaemonis generi adscribitur, simillima dicitur, est: Ischaemum auritum *Nees* mpt. Brasil.

8. R. LORICATA. *Trin.* (l. c.) Culmis caespitosis simplicibus (1½-pedalibus); vaginis glabris; ligula membranacea auriculata; foliis subangulato-involutis erectis glabris (6—9-pollicaribus); spica terminali solitaria (5-pollicari); articulis (3-linealibus) basi nudis; gluma spiculae sessilis exteriore transversim rugulosa. Brasil.

9. R. SALZMANNI. *Trin.* (mpt.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto simplici tenui (usque pedali) glabro; vaginis ore foliisque basi sparsim pilosis; foliis angusto-linearibus striatis acuminatis (2—4″ longis, ½‴ latis); spica terminali solitaria gracili (2½—4″ longa), articulis bilinealibus; gluma exteriore spiculae sessilis glabra, tenuissime striata, apice margine tenuissime ciliata; gluma flosculi pedicellati simili. R. diversiflora *Salzmann* Hrbr. Bahia.

10. R. FOLIATA. *Steud.* Culmo erecto simplici fere ad apicem usque foliato et vaginis tecto tereti striato glabro; vaginis margine nudis, foliis lanceolatis apicem versus longissime attenuatis acuminatis (1—1½′ longis, 2—3‴ tantum latis); ligula membranacea fissa, laciniis apice pilosis; spicis terminalibus fasciculato-aggregatis 4—7 elongatis (3—5″ longis); glumis tenuissime margine denticulatis. An? R. latifolia var.? Japon.

11. R. FORMOSA. *R. Br.* (Prodr. 206.) Foliis angusto-linearibus; spica tereti terminali solitaria undique flosculosa; articulis basi barbatis; gluma spiculae sessilis exteriore sericea. *Kunth.* Rev. Gram. t. 91. N. Holl.

12. R. HIRSUTA. *Vahl.* (Symb. I. 11.) Radicis fibris validis grosse pilosis, propaginibus imbricatis pilosis; culmis pluribus erectis ramosis uti tota planta glaucescentibus nodisque glabris; ligula pilorum fasciculi; foliis rigidis convolutis (3—6″ longis); spicis in ramis solitariis terminalibus (2—3″ longis) crassiusculis, articulis basi — glumis margine — pedicellisque flosculi neutrius dense longeque pilosis; flosculis hermaphroditis patentibus, neutro pedicellato erecto. Variat: culmis debilioribus, spicis tenuibus multo minus dense hirsutis. *Delil.* Aeg. t. 14. f. 1. Ischaemum hirsutum *Nees* mpt. ♃ Aegypt. Arab.

13. R. BREVIS. *Chauvin.* (Hrbr. nomen.) Culmo erecto geniculato simplici vel ramoso foliato glabro (ultra pedali) vaginato; vaginis striatis glabris vel margine ciliato-pilosis, apice laxis ibique in petiolum brevissimum (vix linealem) angustatis; foliis rigidis lanceolatis brevi acutatis glaberrimis (1—3″ longis, et ultra, 3—5‴ latis), margine scabriusculis, supremo basin spicae involucrante; spica brevi densiflora; glumis rigidis oblongis glaberrimis laevissimis vix acutis. *Urville* legit in Ins. Waigiou.

14. R. VILLOSA. *Poir.* (Enc. IV. 312.) Culmis gracilibus (1—2-pedalibus) laevibus teretibus ramosis; foliis planis margine scabris; ligula fusca obtusa bifida; spicis gracilibus (3—4-pollicaribus); glumis ovatis subaequalibus rigidis bifloris; flosculis sterilibus pedicellatis, fertilibus sessilibus aristatis; rhachi basi articulorum villosa. Ind.

15. R. PILOSA. *Roth.* (in *R. S.* R. trichantha *Roth.* in n. pl. 43.) Radice fibrosa caespitosa; culmo setaceo glabro (sine spica 3-pollicari); foliis strictis convoluto-setaceis vaginisque pilosis (2—4″ longis); spica lineali subcurva (3-pollicari); calyce biglumi subtrifloro; gluma exteriore oblonga spicula sua ⅓ breviore, obtusa mutica glabra albo-marginata, interiore lineari-lanceolata in rhacheos foveola; flosculis muticis basi pilosis, inferiore sessili reliquis pedicellatis. (cfr. Eutriana Enteropogon. p. 219. nr. 8.) Ind. or.

16. R. SANGUINEA. *Retz.* (Obs. 3. p. 25.) Culmis semicylindricis foliosis, e geniculis superioribus vaginis dilatatis margine ciliatis vestitis floriferis; pedunculis filiformibus spicigeris; spicis simplicibus aristatis alternis; glumis obliquis exteriore semicylindrico-subulata cartilaginea, interiore tenuissima rubro-striata; valvula exteriore sanguinea, interiore striata, bifida; antheris stigmatibusque purpureis. China.

17. R. FASCICULATA. *Brongn.* (Duper. it. t. 14.)

Culmo vaginisque striatis glabris; foliis planis nervosis linearibus basi cordatis margine vaginisque rigide ciliatis; spicis cylindricis (bipollicaribus) simplicibus pedunculatis, pedunculis fasciculatis, vagina spathacea ciliata semiinvolutis; spiculae fertilis gluma exteriore oblonga obtusa rhachi excavatae arcte applicata laevi; spicula abortiva tortili 4-plo minore, eadem foveola rhacheos inclusa. Ins. Molucc.

18. R. ARUNDINACEA. *Hochst.* (Hrbr. un. it. abyss. nr. 1459.) Radicis ramis primariis perpendiculariter descendentibus fibrosis; culmo arundinaceo elato (4—5-pedali), angulato glabro; vaginis papilloso-pilosis; spicis e vaginis longe pedunculatis solitariis vel binis cylindricis glabris fragilibus vaginulis propriis semiinvolucratis; spicis cylindricis ($1\frac{1}{2}$—2-pollicaribus) glaberrimis; articulis excavationibus rhacheos semicircularibus superpositis; spiculis dimidiato-alternis; gluma exteriore subsoluta cartilaginea ovata acutissima, articulos superante, interiore rhacheos excavationi accumbente; flosculis 2, altero masculo, altero hermaphrodito. *Rich.* Fl. Abyss. II. 444. Abyssin.

19. R. CILIATA. *Nutt.* (Gen. I. 83.) Culmo solido compresso glaberrimo (3—4-pedali) ad articulos sparsim piloso; foliis longis angustissimis subulatis acutis versus apicem serrulatis; spicis axillaribus longe-pedunculatis solitariis (4—5-pollicaribus) subcylindricis; floribus pedicellatis unilateralibus, pedicellis rhachique margine villosis; calyce et corolla bivalvibus. Georgia.

20. R. GLABRA. *Roxb.* (Fl. ind. 353.) Culmo basi repente adscendente (1—3-pedali) glabro; foliis alternis approximatis brevibus bifariam patentibus ensiformibus glabris; spicis axillaribus solitariis vel geminis subulatis trigonis breviter pedicellatis (2—3-pollicaribus); floribus oppositis longitudine articulorum (fere omnibus) hermaphroditis; glumis cartilagineis, exteriore oblique emarginata, interiore acuta; corollis 3-valvibus. Ind. or.

21. R. DENUDATA. *Steud.* Culmo erecto glabro (pluripedali) e vaginis florifero-ramoso; foliis lanceolatis nervosis acuminatis (6—10″ longis, 5—8‴ latis) glabris margine serrulato-scabris; ligula ciliata; spicis axillaribus solitariis vel binis, altera longe pedunculata, subteretibus; floribus irregulariter alternis; glumis cartilagineis, exteriore tenuissime puncticulato-scabra obscure nervosa, interiore omnino glabra laevi acuta. Hrbr. *Cuming* nr. 562. ♃ Ins. Luzon.

22. R. CYMBACHNE. *Willd.* Culmis gracilibus simplicibus vel ramosis nudis vel unifoliatis; foliis radicalibus brevibus dorso et ore vaginae sparsim longe pilosis; spicis geminis dimidiatis, linearibus ($1\frac{1}{2}$-pollicaribus); rhachi membranacea flexuosa extus concava; flosculi masculi glumis rhachi adpressis, exteriore lineari obtusa dorso ciliata, interiore semiovata compressa (colorata) dorso alata, involvente corollam bivalvem calyce breviorem; gluma foeminea unica subbifida margine ciliata; corolla nulla. Ind. or.

23. R. DIGITATA. *Sibth.* (Fl. graec. t. 92.) Culmis teretibus glabris ramosis (2—3-pedalibus); foliis planis glaucis (pedalibus) supra scabris, vaginis punctato-scabris; spicis terminalibus fasciculatis (pedalibus), rhachi angulata scabra flexuosa; articulis striatis trifloris; spicula altera sessili, altera laterali pedicellata, utraque aequali semipollicari; calyce coriaceo-herbaceo acuto gluma inferiore paulo longiore. Phacelurus digitatus *Griseb.* Fl. Rumel. II. 423. ♃ Graecia.

24. R. PUBESCENS. *Bertol.* (Comm. Bon. V. 413. tab. XL. f. 3, 4.) Culmis caespitosis; foliis spicaque subincurva pubescentibus; calyce biglumi unifloro, glumis flosculos superantibus. ⊙ Ad Euphrat.

25. R. LAEVIS. *Retz.* (Obs. III. p. 11.) Culmis adscendentibus, sursum vaginis efoliatis tectis; pedunculis ex his 3—4 longissimis (ultra pedalibus); foliis brevibus carinatis ad vaginae oras pilosis; spica simplici recta articulata, ad singulum articulum spiculis duabus lateralibus alternis; calycibus ovatis impunctatis laevibus, gluma exteriore cartilaginea interiore membranacea. Mnesithea laevis *Kunth.* Supl. t. 38. fig. 3. Tranquebar.

26. R. LOLIACEA. *Bory* et *Chaub.* (Expéd. Mor. t. 3. f. 2.) Culmo brevi (3—6-pollicari), basi ramoso, rigido; ligula truncata brevissima; foliis planis mollibus glabris; spica terminali incurvata; gluma (exteriore?) integerrima obtusa flosculis longiore (6—8-lineali) sub-9-nervia; spiculis 4-floris, dissitis flosculis, rhachi tenui adpressis; valvula inferiore convexa planiuscula obtusa vel breviter acutata. ⊙ Graecia.

Crypturus loliaceus *Link.* (Linn. XVII. p. 387) cum charactere: Gluma lateralis univalvis, terminalis bivalvis tegens spiculam inclusam quadrifloram; glumella bivalvis.

27. R. TESSELLATA. *Steud.* Culmo compresso (pluripedali), glabro; vaginis longis tumidulis glaberrimis foventibus spicam cylindricam (3-pollicarem); articulis glabris spiculis binis in quolibet articulo; altera pedicellata neutra; pedicello dilatato articulum subexcedente, glumis 2 cum pedicello articulum sequentem fere aequantibus; glumis membranaceis striatis ovatis obtusiusculis; corollae hyalinae valvulis inaequalibus; gluma exteriore flosculi fertilis cartilaginea impresso-tessellata, interiore excavationi adpressa; flosculo fertili hyalino bivalvi. (Hrbr. *Riehl* nr. 60 sine nomine.) Louisiana.

CHAUVINIA. *Steud.* Panicula spicata contractissima; spiculae solitariae in rhacheos excavatione dentiformi sessiles uniflorae cum rudimento flosculi secundi ad stipitem angustum reducto; glumae duae coriaceae subaequales concavae flosculo parum longiores; flosculus bivalvis, valvulae in tubum subconnatae tenui-membranaceae, ovarii ovati basi arcte connatae; stamina 3; stylus bifidus plumosus in caryopside oblonga basi persistens eamque lateraliter mucronulans.

C. CHILENSIS. *Steud.* Radice valide fibrosa in rhizoma sublignosum substoloniferum incrassata; culmis erectis foliatis teretibus glabris (pedalibus); ligula parva pilosa; foliis compressis striatis erectis rigidulis glabris (4—8″ longis, basi 1—2‴ latis) acuminatis; spica composita e ramulis parvis arctissime rhachi communi adpressis; rhachi triquetra; spiculis trilinealibus in rhacheos dentibus sessilibus, facillime deciduis. *Urville* legit prope Conception Chili. = Sharpuia?

TRIPSACUM. *Lin.* Spicae solitariae vel ternae, superne masculae, inferne foemineae, articulatae; spiculae sessiles rhachi immersae, masculae geminae in quolibet articulo, ipso longiores, collaterales biflorae, flore utroque bipaleaceo triandro; foemineae solitariae longitudine articuli biflorae, flore utroque bipaleaceo exteriore neutro, interiore mere foemineo; glumae coriaceae muticae; paleae hyalinae muticae; stylus 1, stigma bipartitum longissimum dense villosum; squamulae 2 apice truncato-bilobae; caryopsis ovata tecta.

1. T. DACTYLOIDES. *Lin. fil.* (Decad. 17. t. 9.) Rhizomate crasso repente; culmo tereti valido stricto elato (3—6-pedali) foliato; foliis lanceolatis acuminatis ($1\frac{1}{2}$′ longis, 7—9‴ latis) glabris vel hirtulis striatis margine aculeolato-scaberrimis, nervo medio valido; spicis terminalibus 2—3- raro 4-nis fasciculatis; axillaribus e vaginis superioribus solitariis. *Lam.* Ill. t. 750. fig. 1. *Beauv.* Agr. t. 22. f. 1. ♃ Am. sptr.

2. T. MONOSTACHYUM. *Willd.* (H. Berol. t. 1.) Spica solitaria, superne mascula, inferne foeminea. Prioris var.? Carolina. ♃

Link Hort. Berol. 250. utramque speciem in T. dactyloide: gluma flosculi foeminei apice denticulata, et in T. monostachyo: eadam apice acuminata distinguit, sed in eodem specimine nunc denticulatam nunc integram glumam observo. *A. Gray* Manual 618. in T. dactyloide *Lin.* varietatem monostachyam sine addito synonymo distinguit.

3. T. CYLINDRICUM. *Michx.* (Fl. Am. I. 60.) Spica solitaria hermaphrodita cylindrica, spiculis contiguis in articulos secedentibus. Florida.

Species indescriptae.

T. SEMITERES. *Wall.* cat. nr. 8628. Ind. or.

T. FASCICULATUM. *Trin.* mpt.

MANISURIS. *Lin.* Spicae aut in apice ramulorum solitariae aut in radiolis conferto-alternae basi vaginatae; rhacheos fragilis articulis brevibus; spiculae imbricatae dissimiles, inferior brevissime pedicellata orbiculata vel oblonga, hermaphrodita; gluma exterior coriacea pelviformis enervia, interior 3-nervia; perianthium bivalve muticum; superior pedicello crasso insidens ovata acutiuscula, mascula glumis minus duris 3—7-nerviis; stamina 3; styli 2; stigmata plumosa; semen orbiculare.

1. M. GRANULARIS. *Swartz.* (Fl. Ind. I. 186.) Radice fibrosa; culmo ramoso erecto (1—3-pedali) nodis pilosis; vaginis subinflatis papilloso-pilosis; foliis lanceolatis basi subcordata in vaginam subsolutam insertis, margine ciliatis (1—3″ longis, 3—5‴ latis); spicis e vaginis solitariis vel pluribus inaequaliter pedunculatis ($^3/_4$—1-pollicaribus); spiculae fertilis gluma exteriore tesselato-verrucosa. *Roxb.* Corom. II. t. 118. *Beauv.* Agr. t. 20. f. 10. M. polystachya *Beauv.* Fl. 1. t. 14. Cenchrus granularis *Lin.* ⊙ Ind. or. et occ. Afr. calid.

2. M. MYURUS. *Lin.* Radice fibrosa; culmo basi ramoso (pedali et ultra); nodis pilosis; vaginis foliisque pilosis vel glabris, his lineari-lanceolatis (1—2″ longis, 1—2‴ latis); spicis e vaginia vix (nisi suprema) exsertis, solitariis (raro e summa binis, $1^1/_2$—2-pollicaribus); spiculae fertilis gluma inferiore oblonga plana membranaceo-marginata. *Schreb.* gram. t. 43. *Roxb.* l. c. t. 117. Peltophorus Myuros *Beauv.* Agr. t. 20. f. 11. ⊙ Ind. or. Utramque speciem in unam conjungit *Rafinesque* (in *Seringe* Bull. bot. p. 219.) sub: Rytilex glandulosa *Rafin.*

Tribus XIV. ANDROPOGONEAE. *Kunth.*

Spiculae biflorae; flos inferior semper incompletus; valvulae glumis teneriores, plerumque hyalinae.

ANDROPOGON. *Lin.* Spicae aut solitariae aut conjunctae aut digitatae aut dispositae in panicula nunc simplici nunc composita; spiculae lanceolatae vel obovatae geminae (terminales quandoque ternae), altera pedicellata mascula vel foeminea vel neutra vel tabescens; altera sessilis biflora, flosculo utroque vel tantum unico bivalvi; flosculo inferiore neutro vel masculo, superiore hermaphrodito vel foemineo; glumae 2 (tardius) coriaceae muticae (rarius aristatae); valvulae minores hyalinae, inferior mutica vel aristata; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2 terminales, stigmata plumosa; squamulae 2 truncatae; caryopsis glabra, valvulis glumisque involuta.

Dispositio specierum.

Sectio I. Spicae terminales vel laterales solitariae nec bracteis cymbiformibus suffultae.

§. 1. a. Valvula inferior mutica. Elionurus *Willd. Kunth.* nr. 1—16.

b. Valvula inferior aristata. Schizachyrium *Nees.*

§. 2. α. Spicula inferiore uni- vel sesquiflora hermaphrodita, superiore mascula vel tabescente. Andropogon *Autor.* nr. 17—35.

§. 3. β. Spicula inferiore cylindracea biflora; foeminea aristata, superiore lanceolata mascula mutica. Heteropogon *Persoon, Autor.* nr. 36—54.

§. 4. γ. Spicula utraque cylindracea (altera brevissime) pedicellata, inferior mascula mutica, superior foeminea aristata. Trachypogon *Nees, Autor.* (ex parte.) nr. 55—60.

§. 5. δ. Spiculae binae, altera hermaphrodita, altera foeminea. nr. 61.

§. 6. ε. Spicula inferior biflora, flosculo utroque bivalvi, superiore pedicellata vario modo imperfecta. Ischaemum *Lin. Autor.* ex parte. nr. 62—73.

§. 7. ζ. Spiculae geminae, terminales ternae, gluma spiculae fertilis superior — neutrius utraque aristata. Diectomis *Beauv.* nr. 74. 75.

§. 8. η. Spiculae geminatae 4-fariam polygamae, altera sessilis monoica setigera, altera pedicellata mascula subsetigera. Hologamium *Nees.* nr. 76.

§. 9. ϑ. Spicae terminales fertiles et steriles disjuncti. nr. 77.

§. 10. ι. Spiculae completae 2—3, incompletae 1—2, illae aristatae, hae muticae. nr. 77b. 78.

Sectio II. Spicae terminales vel laterales conjugatae binae, ternae, vel plures digitatae vel digitato-confertae.

§. 11. a. Muticae. nr. 79—84.

b. Aristatae.

1. Spicae plus minus constanter binae.

α. Andropogoneae; spicula inferior uni—sesquiflora, superior mascula vel tabescens. nr. 84—103.

§. 12. β. Spicularum flore utroque pistillifero. nr. 104—109.

§. 13. γ. Flosculus masculus et hermaphroditus bivalvis, flosculi fertilis valvula inferior aristata. Spodiopogoneae. Meoschium *Beauv.* nr. 110—127.

§. 14. δ. Ischaemoneae. Spicula sessilis lanceolata vel ovato-oblonga biflora, flosculus uterque bivalvis, inferiore neutro vel masculo, superiore hermaphrodito vel foemineo pedicellato vario modo discrepante. Ischaemum et Meoschium *Autor.* ex parte. nr. 128—165.

§. 15. ε. Stipopsis *Steud.* Spicae conjugatae 2, spicula rudimentaria vix ulla nisi scutella apice pilosa, hermaphrodita completa, glumis valvulisque acutis. nr. 166.

§. 16. ζ. Apocopis *Nees* (cfr. diagnosin in textu). nr. 167. 168.

2. Spicae plus minus constanter quam duae plures (raro abortu solitariae) digitatae vel conjugato-confertae.

§. 17. a. Spicula altera sessilis, altera pedicellata. Dactylopogon *Nees.* nr. 169—222.

§. 18. b. Spicula utraque (altera vel utraque brevissime) pedicellata cylindrica. Trachypogon *Autor.* nr. 223—227.

§. 19. c. Ischaemonae; flosculus uterque bivalvis, inferior neuter masculus superior hermaphroditus vel foemineus. nr. 228—236.

§. 20. d. Bathratherum *Nees.* Spiculae in rhachi articulata geminae heterogamae articulatae, altera sessilis, altera pedicellata. nr. 236—248.

Sectio III. Spicae in paniculae vaginosae radiolis vaginatis. conjugatae, raro solitariae bractis suffultae. Cymbopogon *Nees.*

1. Spicae bracteis cymbiformibus suffultae, flosculus superior aristatus.

§. 21. a. Spica solitaria. nr. 249—260.

§. 22. b. Spicae geminae. nr. 261—326.

§. 23. c. Spicae quam duae plures. nr. 327.

2. Spicae geminae paniculatae, bracteae lanceolatae vel spathaceae, flosculi omnes mutici. nr. 328—330.

Sectio IV. Inflorescentia paniculata bracteis cymbiformibus non suffulta.

1. Spiculae binae; sessilis hermaphrodita, pedicellata mascula vel neutra, vel rudimentaria.

* Aristatae.

§. 24. a. Spiculae plures paniculatae. nr. 331—374.

§. 25. b. Spiculae ad axin continuum non articulatum nec spicatum paniculatae. Sorghum *Autor.* ex parte. nr. 375—389.

Species an hujus an sequentis sectionis? nr. 390—391.

§. 26. Muticae. Anatherum *Beauv.* nr. 392—400.

2. Spiculae in apice radiorum vel radiolorum ternae — raro duae vel plures — media sessilis fertilis, laterales pedicellatae masculae, basi pilis plerumque aureis stipatae. Chrysopogon *Trin.* nr. 401—441.

§. 27. 3. Spiculae homomorphae homogeneae biflorae; perianthia bivalvia; flosculi fertilis valvula inferior aristata. Spodiopogon *Trin.* nr. 442—445.

Sectio V. Species quoad affinitatem vel omnino minus notae.

§. 28. * Spicis solitariis. nr. 446—450.

§. 29. ** Spicis geminis vel ternis. nr. 451—457.

Sectio I. Spicae terminales vel laterales solitariae.

Spicae solitariae etiam sunt: si geminae vel plures ex eadem vagina sed in distinctis pedunculis prodeunt; conjugatae: si in eodem pedunculo plures spicae vix mediante pedicello sunt junctae. Confr. caeterum species §. 28

§. 1. a. *Valvula inferior mutica. Elionurus Kunth. Willd.* Caeterum character generis, si placet, foret: spica singula, spiculis imbricatis tecta; spiculae geminatae muticae in rhachi solitaria hirta articulata fragili, heterogamae, hemiologamae, altera sessilis fertilis, altera pedicellata mascula aut neutra; glumae 2, inferior grandis plana plerumque ciliata aut hirta, apice rostrata et bifida, rarius integra, herbaceo-coriacea; superior minor carinata chartacea integra: flosculi univalves membranacei subaequales aut fertilis paulo minor. *Nees.*

1. A. ADUSTUS. *Trin.* (Act. Petr. 1833. 258.) Culmis caespitosis (pedalibus), vaginis radicalibus adustis; ligula brevissima lacero-ciliari; foliis filiformibus involutis erectis inferne uti culmus infra nodos patenti-pilosis; spicae (fere bipollicaris) rhachi flexuosa, articulis undique pilosis; spiculae inferioris subsessilis gluma inferiore 7-nervia brevissime bidentata villis brevibus tecta, superiore 5-nervia hirtula; spiculae superioris (masculae vel neutrius) parum minoris hirtulae pedicello piloso. Chili. Brasil.

2. A. CANDIDUS. *Trin.* (l c. 260.) Foliis filiformibus, inferne (saepius) piliferis; ligula e longis pilis conflata; spicae (3—4-pollicaris) articulis, pedicello spiculae masculae acutae glumaque utriusque spiculaei nferiore sericeo-— candide — villosis. Elionurus ciliaris *Nees* Agr. bras. 356. Lycurus muticus *Spr.* cur. post. 32. ♃ Brasilia.

3. A. CILIARIS. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa rubra aromatica; culmis caespitosis adscendentibus aut erectis (3—4-pedalibus) compressis; ligula brevissima ciliari; foliis anguste linearibus vel filiformi-involutis (glabris vel inferne pilosis) utrinque scabris; spicae (2—4-pollicaris) articulis — pedicello spiculae masculae acutiusculae margine ciliatae — glumaque spiculae sessilis inferiore brevi — bifida — albido-villosis. Elionurus ciliaris *H. B.* N. gen. t. 63. *Kunth* supl. t. 40. f. 2. ♃ Orinoco. Brasil.

4. A. PERTUSUS. *Willd.* (Spec. IV. 920.) Culmo articulato laevi adscendente (pedali), nodis glabris vel barbatis; foliis linearibus angustis glabris vel pubescentibus; spicis 4—7 subfasciculatis; articulis pedicelloque spiculae masculae obtusiusculae et ciliolatae accrescendo villosis, pilis supremis iisdem longioribus, arista quam spicula sua inferne barbata superne ciliata medioque foveolata 5-plo longiore. *Beauv.* Agr. t. 23. f. 2. Holcus pertusus *Lin.* Lepeocercis pertusa *Hassk.* Pl. jav. rar. p. 52. Elionurus pertusus *Nees* mpt. ♃ Ind. or. Brasil. Pr. b. sp.

An species a binis praecedentibus, A. candido et A. ciliari satis distincta? Differt tantum: spicis $1^1/_2$—2-pollicaribus; spicula mascula minus acuta, ligula breviter ciliata (ab A. candido) et: villis albidis, foliisque pilis adspersis (ab A. ciliari.) *Nees* mpt. Cfr. nota ad nr. 30.

5. A. TRIPSACOIDES. *H. B.* (N. gen. t. 62. sub: Elionurus.) Culmis erectis ramosis compressiusculis (3-pedalibus) nodisque glabris; ligula brevissima pilosa; spicae linearis (3-pollicaris) rhachi compressa flexuosa ad marginem articulosque sericeo-pilosa; spicula hermaphrodita rhachi adpressa, mascula patula, pedicello compresso lineali piloso-sericeo; glumis hermaphroditi floris subpubescentibus, valvulis glabris; glumis masculis clausis. ♃ N. Granata.

6. A. CHLOROSTACHYS. *Trin.* (l. c.) Culmo simplici (3-pedali); ligula ciliari (in junioribus) pilis longis stipata; foliis angusto-linearibus vel subinvolutis (ultra pedalibus); spicis — e singulis vaginis superioribus 3 — solitariis (3-pollicaribus); articulis triquetro-complanatis ad angulos villoso-ciliatis; spicula inferiore sessili trilineali; gluma inferiore lanceolato-ovata acutiuscula anguste bifida, praeter nervos marginales crassos tenui-5-nervia, ad margines brevi-ciliata, dorso sparsim pilosa; superiore breviore compresso-carinata 3-nervia acuta glabra; spiculae superioris subultra bilinealis lanceolatae (neutrius?) pedicello articulo breviore margine ciliato. A. dubius *Kunth.* Anatherum megapotamicum *Spr.* c. post. 33. Brasilia.

7. A. PLATYPUS. *Trin.* (l. c. 261.) Culmo erecto ramoso (2—3-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima fimbriatula; foliis lineari-compressis ($1^1/_2$''' latis, 1—$1^1/_2$-pedes longis) glabris vel basi pilis adspersis; spicis (e vaginis singulis solitariis 2-pollicaribus) pallidis; articulis teretiusculis pedicelloque spiculae masculae altero latere villosis; spiculae inferioris foemineae (cum filamentis abortivis) brevi-pedicellatae $2^1/_2$-linealis gluma inferiore 7—9-nervia bidentata altero margine brevissime ciliata, superiore 3-nervia glabra; spiculae superioris masculae bilinealis pedicello articulo simili, gluma inferiore 5-nervia marginibus brevius ciliata. Sierra Leona.

8. A. ROSTRATUS. *Trin.* (l. c.) Rhizomate articulato squamoso; culmis pluribus simplicibus ($1^1/_2$-pedalibus) erectis; vaginis glabris; ligula brevissima membranaceo-ciliolata; foliis anguste-linearibus vel involutis (vix 1''' latis) culmum subaequantibus; spicis erectis solitariis (3—5-pollicaribus); articulis virescenti-albo-hirsutis; spiculis ovatis planis; gluma flosculi hermaphroditi inferiore 4-linealis in rostrum bifidum attenuata, margine ciliata apicem versus 7-nervia, nervis lateralibus crassis; gluma superiore duplo breviore 3-nervia; spiculae masculae gluma brevius birostrata. Elionurus rostratus *Nees* Agr. bras. 357. ♃ Brasilia.

9. A. BILINGUIS. *Trin.* (l. c. 262.) Culmo simplici (2—3-pedali); ligula ciliari; foliis vaginisque glabris; foliis linearibus planis (2''' latis, inferioribus subpedalibus, — supremis brevissimis — rubentibus); spicis lateralibus et terminali solitariis (3—4-pollicaribus) saepe nutantibus; articulis triquetris latere anantho (subflavido-albo) pilosis; spiculis rufescentibus; inferioris sessilis lineari-lanceolatae (semipollicaris) gluma inferiore 9-nervia fere ad medium bifida, praesertim inferne hirsuta, superiore dimidio breviore 3-nervia; spiculae superioris masculae fere 5-linealis lineari-lanceolatae hirsutae gluma inferiore acuminata 7-nervia sparsim hirsuta, superiore dimidio breviore 7-nervia glabriuscula. Brasil.

10. A. LATIFLORUS. *Nees.* (mpt. sub: Elionurus.) Foliis culmeis brevibus planis acutiusculis, radicalibusque convoluto-setaceis culmo brevioribus glabris; spica solitaria (2—3-pollicari); pedicello glumisque spiculae masculae ovatae obtusae, fertilis sessilisque gluma inferiore ovali plana apice integra serrulataque dense sericeo-villosis, villis spicula brevioribus. ♃ Brasil.

11. A. ELEGANS. *Gay.* (mpt.) Culmis simplicibus (sub 2-pedalibus); nodis sericeo-barbatis; vaginis ore ciliatis; ligula brevissima dense sericea; foliis anguste linearibus ($^1/_2$''' latis, 2—3'' longis) glabris; spicae (subbipollicaris) articulis villosis; gluma exteriore spiculae sessilis hermaphroditae sericeo-pilosa, margine tuberculis pedicellatis villosis obsita, apice subulato bifida; paleis muticis; glumis spiculae pedicellatae masculae aristatis apertis; pedicellis villoso-pilosis. Elionurus elegans *Kunth* Gram. I. t. 94. Senegalia.

12. A. ELEGANTISSIMUS. (*Steud.*) Radice tenui; culmis caespitosis subramosis tenuibus ($^1/_2$—$1^1/_2$-pedalibus ad nodos et exitum vaginarum subtumidarum piloso-barbatis; ligula brevi ciliari; foliis angustissimis subinvolutis (vix $^1/_2$''' latis, 1—3'' longis); spicis e vaginis 2—4, (singulis 1—2-pollicaribus); gluma exteriore spiculae sessilis (ultra $^1/_2$-pollicaris) hermaphroditae undique longe sericeo-villosa, margine crenis brevibus conicis fasciculis pilorum terminatis obsita, apice ad medium laciniato-fissa, interiore duplo breviore simpliciter acuminata pilosa; paleis acutis; glumis spiculae pedicellatae acuminatis apertis brevius sericeo-pilosis. Elionurus Royleanus *Nees* Fl. ind. ⊙ Ind. or. Variat: vaginis et spicis ferrugineo rufis α. abys-

sinica. Abyssin. Senegamb. Hrbr. un. it. nr. 795. et: β. arabica; caule spicisque coerulescentibus. Rottboellia elegantissima *Hochst. Steud.* Hrbr. arab. un. it. nr. 831. Arabia.

13. A. GRISEBACHII. *Schmidt.* (Fl. Ins. Prom. virid. 134.) Radicis fibris filiformibus glabris; culmis adscendentibus gracilibus ramosis geniculatis, nodis sericeo-barbatis; foliis anguste linearibus acuminatis glabris purpurascentibus margine asperatis, longe pilosis; vaginis ventricosis sulcato-striatis subulatis interdum aphyllis, ore piloso-ciliatis; ligula densissima sericeo-ciliata: spicis digitato-fasciculatis 3—6-linearibus strictis (2—3-pollicaribus); rhachi articulata compressiuscula ad latus exterius pilis longis sericeis villosa; spicula sessili hermaphrodita, pedicellata neutra; gluma exteriore oblonga coriacea apice angustata et bifida, lobis subulato aristatis, dorso convexa sulcato-striata sericeo-pilosa margine in appendices breves truncatos apice penicillo pilorum terminatos dissecta; gluma inferiore nulla. Vix a praecedente diversa species. Ins. Prom. viridis.

14. A. CAESPITOSUS. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 451.) Perennis dense caespitosus; culmo erecto glabro (bipedali); foliis linearibus angustissimis convolutis scabris rigidiusculis versus imam partem pilis longis obsitis; ligula brevissima sericea; vaginis glabris laevibusque inflatis, supremis spathaeformibus; spica terminali solitaria caulis ramos terminante, inde culmo mono—tristachyo; spiculae sessilis valvula exteriore lanceolata acutissima pilis longissimis dense obtecta, dorso plana, hinc et illinc lateraliter carinata ciliata, interiore plana consimili; flore hermaphrodito mutico; spicula pedicellata mutica. Abyssinia.

15. A. TENUIFOLIUS. (*Steud.*) Radice crassiuscule fibrosa; culmo basi vaginarum rudimentis subbulboso incrassata, erecto ($1^1/_2$-pedali et ultra) pubescente, ad nodos piloso; vaginis ad oras barbatis; foliis plurimis subradicalibus tenuissimis angulato-involutis (vix $^1/_4$''' latis, 2—5'' longis) rigidulis; spica terminali solitaria (2—3-pollicari) undique sericeo-villosa; gluma exteriore spiculae sessilis (5-linealis) apice bifurca albo-hirsuta margine edentula; spiculae pedicellatae masculae hiantis gluma inferiore apice subintegra. Elionurus argenteus *Nees* Fl. Afr. 95. ♃ Afr. austr.

16. A. THYMIODORUS. *Nees.* (l. c. sub: Elionurus.) Culmo simplici gracili ($^1/_2$—$^3/_4$' alto); nodis barbatis; vaginis ore pilosis; foliis filiformibus triquetris; spicae laxae ($1^1/_2$-pollicaris) spiculis saturate violaceis albido-hirsutis (thymi seu citri odoris); gluma inferiore utriusque spiculae apice bidenticulata mutica pedicelloque hirsutis; sessilis spiculae gluma margine denticulato fasciculatimque ciliata; spiculae pedicellatae glumis clausis. ♃ Afr. austr.

b. *Valvula inferior aristata. Schizachyrium. Nees.*

§. 2. α. Spicula inferiore uni- vel sesquiflora hermaphrodita, superiore mascula vel tabescente. (Andropogon *Autor.*)

17. A. CAMPESTRIS. *Kunth.* (En. I. 489.) Culmis caespitosis basi fasciculatis tunc simplicibus incurvis (pedalibus) cum nodis vaginisque culmum fere ad apicem tegentibus glabris; ligula margo tenuissimus; foliis ($3^1/_2$—4-pollicaribus) filiformibus basi villis longis crispis inspersis; spica recta (1—$1^1/_2$-pollicari), rhachi glabra, articulis margine ciliatis; spiculae sessilis hermaphroditae glumis lanceolatis glabris; inferiore 5-nervia apice bidentata (basi viridi, apice fusco-purpurascente), superiore uninervia margine ciliata; valvula inferiore ad basin fere bipartita laciniis ciliatis, e sinu emittente setam 4-linealem medio flexam, (inferne purpurascentem superne pallidam). A. Neesii *Trin.* l. c. non *Kunth.* Schizachyrium filiforme *Nees* Agr. bras. 338. ♃ Brasil.

Caeterum character generis Schizachyrium: Spicae in culmo et ramis solitariae; spiculae in rhachi articulata geminatae disticho-alternae, altera sessilis biflora, altera pedicellata tabescens; glumae spiculae perfectae duae aequales, altera bi- altera uninervia; flosculus uterque univalvis, valvulis membranaceis, superior hermaphroditus, valvula ad basin fere bipartita, laciniis strictis, interjecta seta plerumque tortili in medio geniculata, inferior neuter aut masculus, valvula integra acuminata convoluta. Genus a *Kunthio, Meisnero, Endlichero* non distinctum; a *Lindleyo* cum *Trachypogone* ipsi gratum conjunctum. De speciebus huc relatis cfr. Index.

18. A. HIRTIFLORUS. *Kunth.* (Gram. 2. t. 198.) Radice fibrosa culmo fasciculato-ramoso ($1^1/_2$—2-pedali) cum nodis glabro; vaginis (inferioribus hirtis) ore barbatis; ligula brevi rotundata; foliis linearibus ($1^1/_2$''' latis, 6—7'' longis) acuminatis ad ligulam hirsutis; spicis e vaginis solitariis terminalibus quandoque in distinctis pedunculis geminis (2—4-pollicaribus); rhacheos articulis obconicis spiculisque villosis; spicula hermaphrodita 3-lineali lanceolata adpressa; gluma inferiore acuta bifida binervia dorso hirsuta, lateribus inflexa, intus cupreo-nitida; superiore carina scabra uninervia glabra ciliata; valvula ad basin fere bipartita e sinu emittente setam spica duplo longiorem, basi rectam (fuscam) apice reflexam (pallidam). Schizachyrium hirtiflorum *Nees* l. c. 334. Brasil.

19. A. MYOSURUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 337.) Culmis erectis simplicibus vel subramosis; foliis linearibus complicato-subfalcatis rigidis margine scabriusculis; vaginis compressiusculo-carinatis glabris; spicis solitariis gracilibus, articulis pedicelloque spiculae sterilis margine pilosis; spiculae sessilis gluma inferiore dorso convexa utroque latere pilosa, superne scabra, apice truncato-bidentata, superiore naviculari-carinata acutato-mucronata; palea solitaria bifida ciliata, arista inferne glabra superne scabra. *Kunth* Gram. 2. t. 199. An var. praecedentis? Mexico.

20. A. MALACOSTACHYUS. *Presl.* (l. c.) Culmo erecto ramoso vaginisque glabris; foliis lanceolatis obtusis mucronulatis glabris; spicis solitariis; rhachi pedicello spiculae neutrius glumaque hermaphroditi floris inferiore plumosis; glumis flosculi neutrius lanceolatis scabris inferiore seta gluma duplo longiore terminata; paleis floris hermaphroditi glabris, inferiore profunde bilaciniata quam arista dimidio breviore. ⊙ Mexico.

21. A. RIEDELII. *Trin.* (l. c.) Culmo ramoso ($1^1/_2$—2-pedali) cum nodis, vaginis foliisque linearibus vel canaliculato compressis (1''' latis, 2—3'' longis) glabro; spicis e vaginis solitariis terminalibus in pedicellis distinctis 2—3-nis 2—3-pollicaribus; articulis basi obsolete villosis; spiculae inferioris sessilis 3-linealis gluma inferiore lanceolato-lineari acuta obsolete nervata dorso albo-villosula, superiore aequilonga glabra; valvula hermaphrodita $^1/_3$ breviore bifida, e dorso emittente aristam 8-linealem inferne tortam (fusco-spadiceam) medio geniculatam; spiculae superioris glabrae pedicello villosulo, gluma inferiore infra apicem aristata. Brasil.

22. A. SEMIBERBIS. *Nees.* (Agr. bras. p. 336. sub: Schizachyrium.) Culmo arcuato folioso erecto basi fasciculato-ramoso sursum simplici; foliis linearibus complicatis rigidiusculis basi hirsutis; spicis solitariis, rhachi spiculisque laevibus glabris; pedicello flosculi neutrius altero latere barbato, hujus gluma inferiore ex apice integro setigera; glumae hermaphroditae seta quam spicula duplo longiore. ♃ Brasil.

23. A. PSEUDOGRAYA. (*Steud.*) Culmo fasciculatim ramoso, foliis linearibus glabris; spicis axillaribus in pedunculis solitariis fasciculatisve vaginatis solitariis, rhachi spiculisque laevibus; pedicello spiculae neutrius rhacheosque articulis altero latere ciliatis; flosculi neutrius bivalvis valvula inferiore triseta, seta media multo longiore, seta hermaphroditi spicula sua duplo longiore. Schizachyrium zeylanicum. *Arnott.* ♃ Ceylon.

Confer. nota supra p. 119. sub Graya elegans *Nees.*

24. A. LEPTOPHYLLUS. *Trin.* (l. c. 264.) Radice fibrosa, rhizomate squamuloso; culmis pluribus filiformibus apice ramosis (1—$1^1/_2$-pedalibus); vaginis foliisque angustis ($^1/_2$—$^3/_4$''' latis, 2—3'' longis) glabris, fasciculorum com-

plicato-filiformibus (quandoque pilosis); ligula brevissima truncata; spicis alte vaginatis solitariis (subbipollicaribus) gracilibus, terminalibus in pedunculis propriis geminis; articulis pedicelloque spiculae neutrius acuminatae glabris vel apice barbulatis; spiculis glabris; hermaphroditae glumis lanceolatis acutis, inferiore sub-7-nervia (basi virescente, apice et ad nervos purpurascente); valvula inferiore ad basin fere bipartita, laciniis ciliatis, seta valvula duplo longiore ad medium contorta ibique geniculata. A. tener. *Kunth* Rev. gram. t. 197. Schizachyrium tenerum *Nees* Agr. bras. 336. Brasilia.

25. A. LEPTOCOMUS. *Trin.* (l. c. 264.) Culmo ramoso decumbente; ligula brevissima membranacea; foliis linearibus acuminatissimis vaginisque floriferis glabris; spicis lateralibus pluribus basi plerumque vaginatis solitariis vel in radiolis propriis fasciculatis teneris (semipollicaribus); articulis tenuissimis margine (praesertim altero latere) hirto-ciliatulis; spiculae inferioris bilinealis gluma inferiore 7-nervia acuminato-bidentata glabra, superiore aequilonga 3-nervia apice in setam ipsa dimidio breviorem acuminata; valvula bifida e medio exserente aristam 4-linealem inferne tortam, medio geniculatam; pedicello spiculae masculae 2—2½-linealis angustae ciliatae villoso. Sierra Leona.

26. A. BREVIFOLIUS. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. 209.) Culmo (4-pollicari usque bipedali) decumbente a basi florifero-ramoso; ramis tenuissimis compositis, sicut radioli vaginatis; foliis linearibus (½''' latis, 1—2'' longis, fusco rubentibus) obtusis glabris; ligula membranacea brevissima; spicis solitariis (pollice brevioribus) teneris; articulis basi brevi barbatis; spiculae inferioris fere bilinealis angustae glabrae gluma inferiore lanceolato-lineari acuta bidentata 3-nervia, superiore aequilonga uninervia; valvula bifida medio dorso emittente aristam 5-linealem tortam subgeniculatam; pedicello spiculae neutrius pilosulo; gluma excurrente in setam ipsa 3—4-plo longiorem rectam. Pollinia brevifolia *Spr.* A. exsertus *Steud.* olim in litt. ad amicos. Pollinia vaginata *Spr.* Pug. 2. 100. Pollinia brevifolia *Spr.* Syst. I. 288. Ind. or. et occ. Senegal. Java.

Pollinia *Spr.* minus apte compositum plane delendum ad varias Andropogonis sectiones quin partim ad alia genera reducendum, cfr. Nomenclator.

27. A. DEBILIS. *Kunth.* (En. I. 488.) Radice fibrosa; culmo debili flaccido adscendente (1—2-pedali) geniculato ramoso compresso glabro; vaginis laxis (spathaeformibus) glaberrimis striatis, ligula brevissima; foliis linearibus brevibus obtusiusculis margine scabris; spicis, minimis (4''' longis) solitariis; spiculis neutris duabus pedicellatis aristatis; hermaphrodita sessili; glumis scabriusculis, inferiore integerrima, superiore apice bidentata; valvula inferiore longissime aristata. A. tenellus *Presl.* Rel. Haenk. I. 335. ⊙ Mexico.

28. A. FLORIDUS. *Trin.* (l. c. 265.) Culmo basi decumbente fere ab ima basi ramosissimo (½—2-pedali); ramis tenuissimis secundis compositis radiolisque vaginatis; foliis linearibus (fusco-rubentibus, 1—2'' longis, 1—1½''' latis) obtusis glabris; spicis plurimis solitariis teneris (½-pollicaribus vel paulo longioribus); articulis (linea paulo longioribus) pedicelloque spiculae neutrius setigerae (inferne saepe obsolete) pilosulis; spicula inferiore sessili fere bilineari angusta glabra; gluma inferiore lanceolato-lineari acuta bidentata trinervia, superiore aequilonga acuta uninervia; valvula neutra glumis paulo breviore; hermaphrodita aequilonga bifida, medio aristata, arista torta subgeniculata 5-lineali. A. obtusifolius *Poir.* Enc. Supl. I. 583.? et forsan idem ac praecedens. ⊙ Mexico. Porto Rico.

29. A. VELATUS. *Kunth.* (l. c.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto stricto ramoso glabro inferne subcompresso (3—4-pedali); vaginis arcte adpressis ore pilosis caeterum glabris; ligula brevissima; foliis linearibus canaliculatis carinatis margine scabriusculis acutis; ramis floriferis elongatis; spicis solitariis vaginatis; rhachi articulata glabra; flore neutro solitario, pedicello externe ciliato piloso; glumis scabris, inferiore brevissime aristata; flore hermaphrodito sessili pilis obvallato, gluma inferiore versus apicem scabra, apice bifido dentata; valvula superiore bilaciniata longe aristata. A. vaginatus *Presl.* Rel. Haenk. I. 330. ♃ Mexico.

30. A. SERRATUS. *Retz.* (Obs. V. 21.) Culmo decumbente ramosissimo (2-pedali et ultra) filiformi, ad geniculos barbato; vaginis glabris; ligula brevissima membranacea lacera; foliis linearibus (2—3—4'' longis, 1''' latis) basin versus glandulis piliferis adpersis; spica solitaria simplici (1½-pollicari); articulis pedicelloque spiculae masculae barbatis; spiculae inferioris bilinealis gluma exteriore obovata obtusa tridenticulata pubescente 11—13-nervia, interiore angustiore aequilonga ovato-lanceolata glabra 3-nervia; valvula angustissima in aristam fere 3-linealem tortam geniculatam terminata; spicula mascula aequilonga. A. caricosus *Lin.* Lepeocercis *Trin.* Fund. Agr. 208. t. 18. Ind. or. Japon.

Character generis Lepeocercis *Trin.* (Lipeocercis *Nees* Edinb. N. phil. Jour. XVIII. 183.) spiculae in rhachi angusta barbatula geminatae, ideo quadrifariae heterogamae, seriebus duabus sessilibus bifloris; flosculo inferiore neutro, aliisque duobus masculis vel neutris muticis; glumae duae inferior utriusque generis herbacea multinervia apice tridentata vel integra, superior spiculae sessilis chartacea carinata trinervia, mascula submembranacea trinervia lateribus inflexa; flosculus uterque unipaleaceus, inferior neuter; valvula membranacea acutiuscula ciliata, superior in spicula sessili hermaphroditus angustissime linearis in setam flexuosam basi tortam abiens; squamulae magnae coloratae crassiusculae obconicae, introrsum convexae extrorsum caniculatae emarginatae, angulis acutis subbicornibus; stamina 3, styli basi contigui, stigmata aspergilliformia; caryopsis basi angustata obtusa bimucronulata; spiculae masculae floris inferioris valvula membranacea lanceolata sursum subdilatata apice tridentae ciliata. Ad hoc genus insuper ducuntur: A. mollicomus *Trin.* nr. 188. et A. pertusus *Willd* nr. 4. Cfr. *Hasskarl* pl. Jav. rar. p. 54.

31. A. FOVEOLATUS. *Delil.* (Aegypt. t. 8. f. 2.) Radice crassa fibrosa; culmo basi vaginis emarcidis bulboso incrassato geniculato tenui (pedali et ultra cum reliquis partibus glaucescente) sparsim ramoso; vaginis glabris ad exitum cum nodis pilosis; foliis basilaribus pluribus planiusculis vel convoluto-subulatis (1—1½-pollicaribus) rigidiusculis subpungentibus tenuissime pubescenti-asperulis; spicis terminalibus et lateralibus solitariis tenuibus (½—2-pollicaribus); articulis pedicelloque spiculae neutrius obtusiusculae sericeo-villosis; glumae flosculi fertilis exteriore glabra sub medium dorsi foveola impressa notata; arista spicula sua 3—4-plo longiore geniculata basi torta fuscescente. ♃ Aegypt. Arab. Senegamb. Ind. or.

32. A. DISSITIFLORUS. *Michx.* (Fl. I. 57.) Culmo basi subcaespitoso, superne remote ramoso compresso; foliis superioribus vaginisque glabris; inferioribus (pedalibus et ultra) margine et supra villosis; spiculis brevibus ex quaque vagina ternis basi in propria vagina inclusis; rhachi subtereti pilosa; flore abortivo redacto in pedunculum absque glumis aequante flosculum perfectum monandrum; valvulis acutissimis, inferioris arista fere pollicari stricta. A. virginicus *Torr.* Fl. Am. 156. et? *Lin.* ♃ Am. sptr.

33. A. SCOPARIUS. *Michx.* (l. c.) Culmo erecto (3-pedali) a basi sparsim ramoso; foliis linearibus planis glaucescentibus cum vaginis plus minus hirsutis; spicis lateralibus et terminalibus pedunculatis geminis simplicibus; rhachi villosa; spiculis disticho alternis; pedicello floris neutrius compresso villoso, glumis inaequalibus carina scabris inferiore distincte aristulata; glumis flosculi perfecti 3-andri carina serrulatis, acuminatissimis, inferiore bifida; valvulis subaequalibus (purpureis) inferiore profunde bipartita emittente inter lacinias aristam his 3—4-plo longiorem tortam. ♃ Am. sptr.

34. A. STRIATUS. *Klein.* (in *Willd.* spec. IV. 903.) Radice fibrosa lignescente; culmis basi ramosis adscendenti-

bus (1—1½-pedalibus); foliis duriusculis striatis glabris; vaginis ore barbatis; spica solitaria terminali; flosculi hermaphroditi gluma exteriore 3—5-nervia acuminata margine ciliata, interiore membranacea, arista fere a basi germinis geniculata glabra flore multoties longiore; spiculae masculae gluma exteriore 5-nervia cuspidata margine cartilaginea ciliata in aristam capillarem terminata. A. nervosus *Rottl.* sec. *Nees* Edinb. N. phil. Jour. 1835. p. 185. ♃ Ind. or.

35. A. PURPURASCENS. *Mhlbrg.* (in *Willd.* spec. IV. 913.) Radice fibrosa valida caespitifera; culmo erecto (2—3-pedali) simplici cum nodis glabro, sursum e vaginis florifero, infra nodos purpurascente; vaginis glabris vel basi pilosis; ligula brevi ciliata; foliis linearibus brevi acuminatis (4—10″ longis, 1½‴ latis) scabriusculis; spicis e vaginis solitariis vel geminis inaequaliter pedicellatis (1—1½-pollicaribus); rhachi flexuosa, articulis pedicellisque margine longe piloso-ciliatis; flosculo neutro tabescente deciduo (ita ut pedicellus clavatus sit persistens); hermaphroditi glumis carina serrulato-asperis; valvulis subaequalibus, inferiore apice integra infra apicem emittente aristam spicula vix duplo longiorem. Sec. specimina a *Frankio* 1835 lecta in civit. Ohio Am. sptr.

§. 3. *β.* Spicula inferiore cylindracea biflora, foeminea aristata, superiore lanceolata mascula mutica. Heteropogon *Autor.*

Caeterum Heteropogon *Pers.* est: Spicae solitariae; spiculae diclines monoicae subsessiles plerumque geminae in rhachi articulata mares cum foemineis mixtae; calyx biglumis; masculi flores triandri, foeminei valvula inferior minuta longe aristata. *Meisner* et *Endlicher* non separant; *Lindley* distinctum tenet.

36. A. ALLIONII. *Dec.* (Fl. fr. 397.) Radice fibrosa; culmis erectis ramosis (1½-pedalibus) compresso-ancipitibus, nodis glabriusculis; vaginis ad oras pilosis; ligula brevi truncato-ciliata; foliis linearibus planis acutis carinatis rigidis tenuissime pubescentibus, quandoque basin versus pilis sparsis longis adspersis; spicis solitariis, rhachi, glumis pedicelloque floris masculi glabris, glumis hermaphroditi hispidis; arista longissima contorta pilosa. A. contortus *All.* Fl. ped. t. 91. fig. 4. Heteropogon glaber. *Pers. Beauv.* Agr. t. 23. fig. 8. ♃ Eur. austr. Barbar. Mexico?

37. A. CONTORTUS. *Lin.* Culmo erecto ramoso (1—2-pedali) teretiusculo-ancipiti; vaginis nodisque glabris; ligula brevissima truncato-ciliata; foliis planis setaceo-acuminatis (tactu) scabris; spicis solitariis, rhachi pedicelloque floris masculi hirsutis; glumis masculis acutiusculis, (e glandulis marginalibus vel etiam dorsalibus, vel tantum apicalibus) pilosis; aristis longissimis contortis pilosis. *Schrank* Handb. t. 342. f. 2. Heteropogon hirsutus. *Pers.* An praecedentis var.? Ind. or. N. Holl. Ins. Borbon. Pr. b. sp. Mexico?

38. A. FIRMUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 334. sub: Heteropogon.) Culmo tereti laeviusculo erecto ramoso glabro, ad nodos parum compresso piloso; vaginis longis glabris; ligula elongata truncata dorso bipartita; foliis rigidiusculis linearibus setaceo-acuminatis planis scabris; spica simplici; spiculae neutrius valvula inferiore glaberrima truncata tridentata, superiore paulo breviore angustiore acuta; spicula hermaphrodita basi pilis stipata, valvula inferiore cartilaginea ovata truncata, superiore paulo minore subcartilaginea trinervia; arista longissima hirsuta. Mexico.

39. A. PETITIANUS. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 450.) Culmo caespitoso erecto (1½—2-pedali) gracili glabro; vaginis glabris laevibus; ligula membranacea brevissima obtusa; foliis linearibus acutis glabris retrorsum scabriusculis; spicis 3—4 solitariis longe pedunculatis distantibus e vagina foliorum superiorum ortis, folio spathaeformi obvelatis longioribus gracilibus; axi communi ex articulis superpositis, apice concavo dilatatis cyathiformibus, margine inaequalibus glabris; spiculis binis subsessilibus, exterioris masculae paulo longioris valvula inferiore pilis albis sericeis, apice sensim aristata; spiculae interioris masculo-hermaphroditae valvula inferiore apice acutissima bifida externe pilis albis sericea, superiore tenuiore latiore carinata acutissima seu in setula brevi attenuata; floris hermaphroditi arista spiculam duplo superante gracili, basi torta. ⊙ Abyssinia.

40. A. FLACCIDUS. *Rich.* (l. c. 452.) Culmo gracili erecto palmari glabro flaccido; vaginis compressis ancipitibus carinatis ad carinam scabris; ligula membranacea truncata fimbriata; foliis linearibus brevibus obtusissimis tenuibus margine subscabris glabris; spicis solitariis pedunculatis e vagina foliorum ortis, bractea spathaeformi suffultis brevibus ex articulis 3—4 apice dilatato-concavis sericeis formatis; spiculis geminis subsessilibus undique valde sericeis; valvula inferiore spiculae masculae apice aristata; arista floris hermaphroditi longiore geniculata. Prov. Chiré Abyssiniae.

41. A. HISPIDISSIMUS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1219. sub: Heteropogon.) Culmo erecto ramoso (1½—2-pedali) compresso-ancipiti nodisque glabris; vaginis ad oras foliisque sparsim pilosis; ligula brevissima truncata ciliata; foliis planis inferioribus brevioribus latioribus (2″ longis, 3‴ latis) obtusiusculis, culmeis angustioribus longioribus (3—4″ longis, 1‴ latis) setaceo-acuminatis; spica terminali solitaria; rhachi ferrugineo-pilosa, pedicello floris masculi glabro, gluma hujus inferiore uno latere pellucido-marginata, undique pilis longis e basi glandulosa ortis obsita; aristis longissimis pilosis. A. contortus *Lin.* var. *Rich.* Fl. Abyss. 452. ♃ Abyssinia.

42. A. POLYSTACHYUS. *Roxb.* (Fl. Ind. or. 265.) Culmo ramoso stricto; foliis ensiformibus rectis acutis basi ciliatis; spicis axillaribus numerosis simplicibus, singula in pedunculo articulato vaginato; paribus florum inferiorum masculis muticis, altero ex superioribus longe aristato, altero mutico-masculo. Anthoxanthum avenaceum *Roxb.* Ind. or.

43. A. SEGAENENSIS. (*Steud.*) Culmo erecto stricto; foliis linearibus elongatis pilosis; vaginis glanduloso-tuberculatis; spicis axillaribus pluribus pedunculatis confertis; spiculis maximis ovato-lanceolatis glabris, linea dorsali transversim plicata et pellucide punctata. Heteropogon Roylei *Nees* mpt. *Wall.* cat. nr. 8801. Ind. or.

44. A. ISCHYRANTHUS. *Steud.* Culmo erecto (simplici?) glaberrimo; foliis caulinis angustissimis brevibus; ligula brevi ciliata; spica solitaria terminali; flosculorum paribus inferioribus masculis muticis, altero ex superioribus longissime aristato; rhachi pedicellisque flosculorum apice hirsutis; arista valida contorta hirsuta, glumis striatis glabris. *Cuming* Hrbr. nr. 1005. Ins. Phil.

45. A. LIANATHERUS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo simplici erecto stricto (3-pedali et ultra) tereti glabro; vaginis striatis glabris; ligula brevi membranacea truncata tenui-ciliata; foliis radicalibus e basi latiore planis linearibus (3—4″ longis, 1—1½‴ latis), culmeis remotis angustioribus brevioribus convolutis; spica terminali solitaria (sine aristis 2—3-pollicari); glumis subtortis herbaceis striatis nitidulis acuminatis glabris; rhachi glabra; flosculis inferioribus masculis muticis, superioribus hermaphroditis, basi pilis aureis munitis; arista longissima validissima flexuosa (usque 4-pollicari) undique pallide aureo-pubescente. Praecedenti forsam nimis affinis. Java.

46. A. BESUKIENSIS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto basi simplici superne ramoso (4—6-pedali) tereti glabro, vaginato, foliato; vaginis carinatis (ut caulis anceps videatur) cum nodis tumidulis glabris; ligula membranacea ciliata; foliis lineari lanceolatis hinc inde pilis singulis remotis longis adspersis vel glabratis (6—10″ longis, usque 2‴ latis); spicis in ramis et culmo terminalibus solitariis (sine aristis 1—2-pollicaribus) plus minus longe pedicellatis; spiculis inferioribus masculis vel neutris,

rhachi glabra; superioribus hermaphroditis, aristatis; glumis herbaceis undique e glandulis pilosis; aristis longissimis basi tortis epilosis supra geniculum glabris (3-pollicaribus et ultra). Praecedenti et sequenti simillimus sed duplo triplo et ultra major et notis allatis diversa. Hrbr. *Zollinger* nr. 2770. Ad rupes montis Arak-A ak Prov. Besukie Java.

47. A. HOHENACKERI. *Hochst.* (Hrbr. Ind. or. *Hohnkr.* nr. 301.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici vel ramoso subcompresso (pedali et ultra) cum nodis glabro; vaginis ore pilosis; foliis lineari-lanceolatis (2—4″ longis, ½—1‴ latis), supra pilis e glandulis ortis adspersis; ligula brevi membranacea ciliata; spica solitaria terminali (sine aristis subpollicari), rhachi ferrugineo-pilosa; pedicello flosculi masculi glabro; glumis undique e glandulis pilosis; aristis longissimis (2″) medio geniculatis hirsutis. Variat: culmo robustiore rigidiore, floribus fere duplo majoribus. Hrbr. *Hohnkr.* nr. 1286. Ind. or. Mangalore et Nilagiri.

48. A. OLIGANTHUS. *Hochst.* (Hrbr. Hohnkr. ind. nr. 1288.) Radice fibrosa; culmis basi prostratis ramosis radicantibus adscendentibus (6—10″ altis) foliatis glabris, ad nodos nigrescentibus ibique quandoque pubescentibus; foliis lanceolatis acutis (vix ultra 1″ longis, 1‴ latis) carinatis vaginisque pilosis; spicis e vaginis longius pedicellatis solitariis vel binis brevibus (½″ longis) pauci- vel pluri- (6—10-) floris; floribus e rhacheos articulis sericeo-pilosis ternis, exterioribus in pedicello brevi piloso ad glumas redactis exarato striatas apice truncatas nigricantes; flosculo intermedio sessili perfecto, basi pilis obvallato uniglumi, gluma illi flosculi neutrius simili; valvula inferiore glaberrima superiorem involvente; arista torta fuscescente geniculata (ultra pollicari) glabra. Montes Nilagiri.

49. A. SECUNDUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 335. sub: Heteropogon.) Culmo erecto simplici; nodis barbatis; vaginis glabris; foliis convolutis scabris; spica solitaria secunda; rhachi glabriuscula ad ortum spicularum pilorum fasciculo munita; spiculis binis pedicellatis, hermaphrodito basi fasciculo pilorum pedicello suo breviore stipata; glumis inferioribus albo-sericeis; aristis longissimis basi plumosis. ♃ Mexico.

50. A. STIPOIDES. *Presl.* (l. c. sub: Heteropogon.) Culmo erecto simplici; nodis barbatis; vaginis glabris; foliis scabris; spica solitaria secunda; rhachi hirsuta ad ortum spicularum nuda; spiculis binis pedicellatis; hermaphrodita basi fasciculo pilorum pedicellum suum aequante stipata; glumis inferioribus et arista longissima hirsutis. Andropogon Montufari *H. B.* var.? Mexico.

51. A. TRUNCATUS. *Nees.* (Fl. Afr. 102. sub: Heteropogon.) Culmo pedali basi ramoso, nodis barbatis; vaginis culmeis glabris, fasciculorum convolutis (1½—2-pollicaribus) basin versus villosis; spica solitaria; spicularum paribus conformibus praeter infima heterogamis; gluma inferiore truncata dorso villosa; arista basi plana torta bipollicari bis flexa pilosa. ♃ Afr. austr.

52. A. TENUIS. *R. Br.* (Prodr. 201.) Culmo simplici, geniculis imberbibus; spicis solitariis (rarissime conjugatis) terminalibus aristatis; involucro nullo; glumis masculis exterioribus emarginatis glabris tenuissime striatis; aristis geniculatis laevibus. N. Holl.

53. A. BROWNEI. *Kunth.* (Gram. I. 161.) Culmo simplici foliisque planis glabris; glumis masculis exterioribus acutis glabris trinerviis; aristis geniculatis laevibus. A. striatus *R. Br.* Prodr. 201. vix *Willd.* N. Holl.

54. A. TRITICEUS. *R. Br.* (l. c.) Culmo ramoso semitereti; vaginis laevibus; foliis planis setaceo-acuminatis; spicis solitariis terminalibus aristatis; involucro nullo; glumis acuminatis laevibus imberbibus marginatis; aristis longissimis contortis pubescentibus. N. Holl.

§. 4. γ. Spicula utraque cylindrica (altera brevissime) pedicellata; inferior mascula mutica, superior foeminea aristata. Trachypogon *Nees. Autor.* (ex parte.)

Genus Trachypogon diversarum sectionum nostrarum species amplectens ita ab autore definitur: Spicae solitariae vel plures digitatae vel paniculatae; spiculae setigerae geminatae vel ternae, altera vel binae incompletae, una fertilis biflora flosculis univalvibus rarius distincte sesquiflora, pedicellata vel sessilis, altera mascula neutra vel rudimentalis; glumae spiculae perfectae duae subaequales subcartilagineae truncatae, inferior quadri—multi-nervia, flosculi membranacei, inferior neuter, valvula mutica; superioris flosculi valvula inferior vel bifida et inter dentes longe setigera, seta basi tortili — vel integro apice in aristam dilatata; superior valvula vel minima et saepe difficillime conspicienda vel omnino nulla; lodiculae crassiusculae plicatae et truncatae vel bidentatae; stamina 3, stigmata plumosa, caryopsis libera. Genus a *Kunthio*, *Meisnero* et *Endlichero* non admissum; *Lindleyus* distinctum retinet genus associatum cum Schizachyrio *Nees*, Sorgho. *Pers* et Pithecuro *Willd.*

55. A. ANGUSTIFOLIUS. *H. B.* (N. gen. I. 184.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis simplicibus (2—3′ altis) glabris, nodis barbatis; ligula ovata integra vaginisque glabris; foliis angusto-linearibus acuminatis scabris; spica solitaria; rhachi pubescente; pedicello floris masculi glumisque glabris; glumis hermaphroditi albo-sericeis; arista longissima sericeo-pilosa. ♃ Mexico.

56. A. MONTUFARI. *H. B.* (N. gen. I. 184.) Culmo simplici erecto (3-pedali) glabro; nodis barbatis; vaginis glabriusculis; ligula elongata bifida; foliis linearibus acuminatis planis glabris; spica solitaria (4—6-pollicari); rhachi glabriuscula; glumis floris hermaphroditi lanceolatis obtusis sericeis basi barbatis, floris masculi oblongis obtusis pilosiusculis; arista geniculata tortili 1½-pollicari, piloso-sericea. ♃ Quito (cnfr. A. stipoides *Presl.* nr. 50.)

57. A. MOLLIS. *Nees.* (Agr. bras. 343. sub: Trachypogon.) Culmo simplici, nodis barbatis; foliis subtus vaginisque glabris supra pubescentibus; ligula truncata; spica solitaria, rhachi glabra; glumis spiculae fertilis (pedicellatae) villosis; arista longissima villoso-sericea, spicula mascula lanceolata subsetigera. ♃ Brasil.

58. A. CANESCENS. *Nees.* (l. c. sub: Trachypogon.) Radice repente; culmo erecto simplici (2—3-pedali) uti tota planta villoso-sericea; foliis filiformibus canaliculatis, radicalibus culmum aequantibus; ligula in cilia soluta; spica solitaria erecta (4—5-pollicari); rhachi flexuosa, in articulis villoso-barbatula; spicula hermaphrodita 4-lineali, in pedicello 1½-lineali villoso; glumis sericeis, inferiore apicem versus 7-nervia truncata; superiore 3-nervia; arista longissima villosa (2-pollicari) torta; spicula mascula sessili subsetigera. ♃ Brasilia.

59. A. SPICATUS. (*Steud.*) Culmo erecto simplici, (1½-pedali) glabro, nodis annulatim pilosis; vaginis foliisque linearibus apice convolutis acuminatis plus minus pilosis; ligula membranacea sublineali; spica solitaria (1—3-pollicari); rhachi, pedicellis spiculisque villoso-pubescentibus; aristis villosis spiculas masculas superantibus. Trachypogon capensis *Trin.* Act. Petr. 1832. 257. Stipa spicata *Thunb.* ♃ Afr. austr.

60. A. MACROGLOSSUS. *Trin.* (Act. Petr. 182. 257. sub: Trachypogon.) Foliis filiformi-involutis vaginisque glabris; ligula elongata (plus minus pollicari) acuminata; spiculis subobsolete pubescentibus; rhachi glabra. Caeterum A. ligulari *Nees* simillimus. Brasilia.

§. 5. δ. Spiculae binae, altera hermaphrodita, altera foeminea.

61. A. MONANDRUS. *Roxb.* (Fl. Ind. I. 264.) Culmo recto filiformi ramoso glabro; vagina ore foliisque angustis basi pilosis; spicis solitariis terminalibus et axillaribus longe pedunculatis (pollicaribus); rhachi articulata flexuosa pilosa; floribus hermaphroditis et foemineis, his pedicellatis; glumis exterioribus et corollae valvulis exterioribus in utroque flosculo aristatis, hermaphrophodito monandro. A. crinitus Thunb. jap.? Ind. or. Japon?

§. 6. ε. Spicula inferior biflora, flosculo utroque bivalvi, superiore pedicellata vario modo imperfecta. Ischaemum *Autor.* ex parte.

Ischaemum *Lin.* Plures nostrarum sectionum diversarum species amplectitur, character: Spicae solitariae, geminae, digitato-fascicu-

latae vel paniculatae articulatae; spiculae geminae, altera sessiles, altera pedicellata saepissime magis minusve tabescens, illa biflora, floribus bipaleaceis, inferiore masculo, rarius neutro, superiore hermaphrodito; glumae 2 coriaceae muticae rarius aristatae, paleae breviores diaphanae, inferior floris hermaphroditi aristata, arista interdum vix exserta. Genus ab Andropogine tantum si velis diversum: flore inferiore etiam bipaleaceo.

62. A. ZOLLINGERI. *Steud.* Caule erecto tereti tenui simplici vel sursum ramoso cum nodis glabro; vaginis striatis sparsim e tuberculis pilosis, superiore parte ampliata spicas ante evolutionem fovente; foliis lanceolatis utrinque attenuatis elongatis (5—9″ longis, 1½—2‴ latis) superioribus spicas superantibus, tenui striato-nervosis, sparsim pilis adspersis; spicis in apice caulis vel ramorum alternis 4—8 solitariis brevi pedunculatis abbreviatis (sub pollicaribus); spiculis binis, hermaphrodita sessili, altera pedicello piloso insidente neutra; glumis neutrius lanceolatis aequalibus acutis tenuissime multo-striatis, glumis hermaphroditi basi sericeo-pilosi subaequalibus ovatis tenui multi- (7—9-) striatis; valvula inferiore ex apice aristata, arista torta flosculo subduplo longiore. *Zollinger* hrbr. nr. 2802. Java.

63. A. PECTINATUS. *Trin.* (l. c. 296. sub: Ischaemum.) Culmo decumbente compresso flaccidulo (sine pedunculis 8—9″ cum his fere 2′ longo) cum nodis vaginisque glabris; ligula brevissima membranacea; foliis linearibus firmulis obtusiusculis (8—10″ longis, 1½‴ latis) margine hispidulis; spicis e vagina suprema in pedunculis (4) longissimis subfastigiatis filiformibus basi iterum vaginatis solitariis, altero latere floriferis; rhachi flexuosula; articulis pedicellis spiculisque muticis glabris; spiculae inferioris ultra bilinealis gluma exteriore glabra 7-nervia, apice appendiculata, margine ciliis aculeiformibus pectinata; spicula superiore tabescente. Aegilops muricata *Spreng.* Act. Petrop. II. t. 7. Rottboellia muricata *Retz.* Obs. 2. 27. Coelorachis muricata *Brogn.* in *Duper.* It. p. 65. t. 14. ⊙ Ind. or.

64. A. FALCATUS. (*Steud.*) Spica simplici secunda compressa apice nutante; spiculis patentibus; gluma spiculae sessilis inferiore ovali apice alata, ciliis pectinatis diametrum glumae aequantibus; spiculis pedicellatis parvis, neutris lineari-lanceolatis subfalcatis in dorso rhacheos bifariis. Ischaemum falcatum *Nees* in litt. Ischaemum pectinatum *Nees* et *Meyen* Act. Acad. N. C. XI. supl. 2. p. 201. Ind. or.

65. A. COROLLATUS. *Nees.* (mpt. sub: Ischaemum.) Foliis linearibus longe attenuatis pilosis; vaginis glabris; spica subsimplici; spiculis conformibus omnibus hemiologamis fertilibus oblongis; glumis herbaceis nervoso-striatis glabris integerrimis; flosculis glumis subaequalibus albis. ♃ *Royle* hrbr. nr. 264. Nepal.

66. A. MONOSTACHYS. *Wight. Arn.* (mspt. sub; Meoschium.) Culmo basi repente densifolio, geniculis glabris vel barbatis foliisque uti vaginae glabris, lanceolatis vel linearibus; spica solitaria; spiculae sessilis valvula inferiore oblonga glabra ad ¾ a basi cartilaginea, basin versus utrinque 2—3-nodulosa. Variat: foliis lanceolatis geniculis glabris; et: foliis linearibus geniculis barbatis. *Nees* mpt. Zeylon.

67. A. ROBERTIANUS. (*Steud.*) Culmi nodis barbatulis; ligula brevi in pilos soluta; foliis linearibus acuminatis (2″ latis, 1′ longis); spica solitaria undique florifera; articulis pedicellisque utrinque ciliatis; spiculae inferioris 4-linealis glabrae gluma exteriore ⅓ breviore sub-5-nervia, apice in setam ½-pollicarem elongata; arista 1½-pollicari; spiculae superioris magnitudine sessilis glumis brevi caudato-subulatis. Ischaemum laxum *R. Br.* Prodr. 205. N. Holl.

68. A. INFIRMUS. (*Steud.*) Foliis pubescentibus; nodis barbatis; spica tereti; rhacheos articulis pedicellisque obovatis ventricosis intus concavis membranaque scariosa tectis; arista glumae interioris setacea brevi, perianthii elongata geniculata. Ischaemum fragile *R. Br.* l. c. 205. N. Holl.

69. A. SEHIMA. (*Steud.*) Culmis filiformibus simplicibus raro ramosis (1½′ et ultra longis) cum vaginis glabris, foliis linearibus planis scabris basi hirsutis; spica terminali simplici contracta (7—8-pollicari); spiculis geminis utraque bivalvi biflora, in sessili flore exteriore masculo, interiore hermaphrodito, in pedicellato utroque masculo; hermaphroditi valvula inferiore minore apice fissa e fissura emittente aristam spicula longiorem basi fuscam apice albam, ante flores explicatos inter spiculas superiores reconditam. Sehima ischaemoides *Forsk.* Fl. aeg. ar. 178. Ischaemum Sehima *R. Br.* Arabia. Nubia.

70. A. TACAZENSIS. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo uti tota planta glaucescente; simplici vel basi parum ramoso erecto (2—3-pedali) glabro ad nodos piloso; vaginis margine sparsim ad oras densius pilosis; ligula series densa pilorum; foliis lineari-lanceolatis longe setaceo-acuminatis (2″ latis, 1—2′ longis); spica terminali solitaria (4—5-pollicari), articulis pedicelloque ad margines dense sericeo-villosis; flosculi pedicellati gluma exteriore profunde 7-nervia, ad nervos exteriores et margine longe pilosa cum interiore subaequali breviter setulosa; flosculi hermaphroditi gluma inferiore apice longe bifido-fissa, interiore in aristam gluma 3-plo longiorem terminata; arista valvulae (1½-pollicari) basi torta pilosa, ferruginea, apice pubescente alba. Sehima macrostachya *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 1705. Ischaemum macrostachyum *Rich.* Fl. Abyss. II. 482. Ad fluv. Tacaza Abyssin.

71. A. LINEATUS. *Steud.* Radice tenui fibrosa, caespitifera; culmis cum reliquis partibus viridi-glaucescentibus, erectis tenuibus (1—1½-pedalibus) cum nodis vaginisque glabris; ligula margo pilorum variae longitudinis; spica terminali solitaria (3-pollicari); articulis pedicelloque margine dense sericeo-villosis; flosculi pedicellati gluma exteriore excavato 7-nervia, ad nervos et margine pilosa, cum interiore subaequali breviter setulosa; flosculi hermaphroditi gluma inferiore apice bifido-fissa, interiore in aristam gluma plus duplo longiorem terminata; arista valvulae basi torta pilosa ferruginea (2½-pollicari) apice alba subpubescente. Prioris forte varietas. Ischaemum inscalptum *Hochst.* Flora 1844. p. 247. Hrbr. un. it. nr. 739. *Rich.* Fl. Abyss. l. c. Ad fluv. Tacaze. A. schangulensis *Rupr.* in *Kotschy* hrbr. aeth. nr. 581. Sehima Kotschyi *Hochst.* Fl. l. c. est varietas tenuior. ⊙ Aethiopia. Abyssin.

72. A. POLYSTICHUS. *Hochst.* (Hrbr. abyss. nr. 2012.) Radice fibrosa; culmo erecto validulo (4—5-pedali) ramoso foliato glabro tereti laevi vaginato, ad vaginarum ortum tumidulo, nodis glabris; vaginis laxis striatis; ramis teretibus ramulosis apicem versus 2—4-spicatis; foliis culmeis lanceolatis acutatis (4—6″ longis, 1½—2‴ latis) sparsim pilosis vel glabratis; spicis solitariis subcymbiformi vaginatis, vaginis elongatis acuminatis plus minus sparsim pilosis ad carinam (saepe etiam ad marginem) tuberculis parvis excavatis quandoque vix conspicuis munitis; spicis 5—7-floris; spiculis 2 bractea spathaeformi acuta suffultis, altera neutra bivalvi, valvulis inaequalibus hyalinis, altera hermaphrodita brunnea dense villosa; arista torta flexuosa geniculata pilosa, flosculum multoties superante 3-pollicari et ultra. Abyssinia.

73. A. DONIANUS. *Benth.* (in *Hook* Niger Fl. 570.) Culmo ramoso rigido tereti vel subcompresso nitido laevi; vaginis compresso-carinatis striatis inferioribus equitantibus distichis; foliis complicatis glaucescentibus rigidulis, superioribus brevioribus; spicis longe pedunculatis solitariis muticis (2-pollicaribus); rhachibus sericeo-barbatis; spiculis geminis, hermaphroditae gluma exteriore (2—2½‴ longa) cartilaginea tenuiter multinervia, costis 2 validioribus marginalibus eleganter pectinato-ciliatis et in mucronem brevem utraque excurrentibus, flosculi neutrius pedi-

cellati gluma acuminata integra. An hujus omnino sectionis? Sierra Leona.

§. 7. ζ. Spiculae geminae, terminales ternae; gluma spiculae fertilis superior — neutrius utraque aristata. Diectomis *Beauv.*

74. A. FASTIGIATUS. *Swartz.* (Fl. Ind. occ. 207.) Culmis erectis scabris simplicibus vel ramosis (2—4-pedalibus); nodis glaberrimis; foliis anguste linearibus (pedalibus) subpilosis (glabris *Sw.*); ligula longissima; paniculae spicis solitariis, pedunculis elongatis subfastigiatis; gluma spiculae neutrius glabriuscula, barba basilari spiculam hermaphroditam superante. Diectomis fastigiata *H. B.* N. gen. t. 64. D. fasciculata *Beauv. Agr.* t. 23. f. 5. ♃ Am. austr.

Character generis Diectomis *Beauv.* Spicae geminatae in paniculam spathigeram dispositae; spiculae in axi articulato barbato geminae, terminales ternae, altera subbiflora sessilis hermaphrodita, altera pedicellata neutra; glumae duae herbaceo-coriaceae; inferior angusta binervis dorso canaliculato mutica, superior 3-nervis ex apice bidentato setigera; flosculorum — sexualis bivalvis, neutrius univalvis — valvulae membranaceae glumas non excedentes; hermaphroditi valvula inferior ex apice setigera; lodiculae submembranaceae truncatae subciliatae. — An planta Swartziana cum Humboldtiana omnino eadem? Caeterum huic genero associantur: species sequens et A. apricus *Trin.* nr. 324.

75. A. ANGUSTATUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 333. sub: Diectomis.) Culmis basi radicantibus erectis ramosis (2-pedalibus) nodisque glaberrimis; foliis angustissime linearibus scabris; ligula nulla; vaginis ore biauriculatis; spicis terminalibus solitariis; spiculis neutris aequilateris margine barbatis, aristis hirsutis; spicula hermaphrodita barbam basilarem superante. ♃ Mexico.

§. 8. η. Spiculae geminatae 4-fariae polygamae, altera sessilis monoica setigera, altera pedicellata mascula subsetigera. Hologamium *Nees.*

76. A. NERVOSUS. *Rottl.* (Act. Berol. IV. 218.) Culmis duris gracilibus; vaginis internodio brevioribus striatis superne tuberculatis hispidis; foliis angustis acuminatis planis rigidulis striatis scabris ad basin contractam utrinque plica calloso-munitis glaucescentibus; ligula ciliata; spica solitaria; rhacheos articulis pedicellisque compressis plumuloso-ciliatis; glumis binervosis, inferiore herbacea plana attenuata apice bifida, spiculae sessilis gluma octonervia angustiore, masculae 5—7-nervia latiore. Hologamium nervosum *Nees* Edinb. Phil. Journ. 1831. p. 185. (Cfr. A. striatus *Klein.*) Ind. or.

Character generis: Hologamium *Nees.* Spica solitaria; spiculae in rhachi angusta geminatae quadrifariae polygamae subconformes, altera sessilis monoica setigera, altera pedicellata mascula subsetigera; glumae duae nervosae, inferior herbacea plana attenuata, apice bifida, spiculae sessilis octonervis angustior, masculae 5—7-nervis latior, superior carinata chartaceo-membranacea; spiculae sessilis apice setigera pedicellata mutica: spiculae sessiles biflorae, flore superiore foemineo, inferiore masculo mutico; valvulae 2 membranaceae subaequales ciliatae flosculi superioris inferior ex apice bifido setam validam laevem inferius carinatam exserens; squamulae crassae trigonae truncatae.

§. 9. ϑ. Spicae terminales fertiles et steriles disjunctae.

77. A. HETERANTHUS. *Steud.* Culmo geniculato ramoso tereti glabro (pluripedali), nodis fuscis glabris; vaginis strictis apice laxis glabris; ligula membranacea brevi, longe pilosa; foliis e basi latiore pilosa convolutis angustis setaceo acuminatis margine scaberrimis; spicis in apice ramorum solitariis fertilibus et sterilibus sejunctis subsecundis, rhachibus glabris; sterilium flosculis sessilibus neutris vel masculis bifloris; glumis rigidis membranaceis oblongo-lanceolatis obtusis, valvula inferiore papyracea superiore hyalina (glumae arctae adpressa) utraque lanceolata glumas subaequante mutica; spicis fertilibus spathaceo involucratis (an semper?); flosculis aristatis, arista valida torta villosa. Rottboella stipoides. Hrbr. *Chauvin.* lecta ab *Urvilleo* ubi?

§. 10. ι. Spiculae completae 2—3, incompletae 1—2 illae aristatae, hae, muticae.

77b. A. DIVERSIFLORUS. *Steud.* Culmo prostrato ramoso ad geniculos radicante adscendente (subpedali) foliato; vaginis foliisque plus minus longe pilosis; ligula brevi ciliata; foliis lanceolatis acutis (1—1½″ longis, ½—1½‴ latis); spica terminali simplici (1—2-pollicari), undiquae (aureolo-) pilosa; spiculis in rhacheos dentibus subquatuor conjugatis; binis plerumque completis rarius ternis, binis vel intermedia incompletis ad fasciculum pilorum redactis; flosculis completis aristatis, arista geniculata pilosa flosculum duplo superante. Andropogon? nr. 539. p. 99. *Zoll. Moritz.* Java.

Species hujus sectionis minus nota.

78. A. FIRMANDUS. *Steud.* Culme tenui tereti geniculato glabro (vix pedali) basi ramoso; vaginis laxis ore praesertim pilosis; ligula praeter vaginae pilos interne basilares vix ulla; foliis lineari-lanceolatis plus minus e tuberculis pilosis (1—2″ longis, ¾—1¼‴ latis); spica terminali solitaria (vix pollicari); spiculis inferioribus binis altera hermaphrodita aristata; altera sterili mutica; superioribus ternis, lateralibus aristatis, intermedia sterili mutica, omnibus subsessilibus undique pilis longis aureo-fulvis obsitis. (Ex specimine incompleto Herbarii *Zollinger* nr. 2814.) Java.

Sectio II. Spicae terminales vel laterales conjugatae binae ternae vel plures digitatae vel digitato-confertae.

§. 11. a. Muticae.

79. A. VIMINEUS. *Trin.* (l. c. 268.) Culmo basi in ramos (1—2-pedales) iterum ramosos furcato, ramis adultioribus floriferis; vaginis in pseudopetiolum attenuatis; foliis lineari-lanceolatis (1½—3-pollicaribus) patentibus; spicis 2—5-nis subdigitatis et fastigiatis (1½-pollicaribus); articulis pedicelloque spiculae neutrius acutae (interdum nullius) pilis raris brevissimis adspersis; gluma spiculae sessilis inferiore 3-nervia, flosculo bivalvi, valvulis subaequalibus, flosculo neutro univalvi. Nepal.

79b. A. BREVIS. *Trin.* (l. c.) Culmo tenui compresso simplici vel ramoso (subpedali); vaginis glabris; ligula brevissima subfimbriato-membranacea; foliis anguste linearibus plus minus involutis; spiculis 1—3 subalternis confertis; articulis pedicelloque spiculae masculae acutiusculae pilis ipsorum longitudine villosis, spiculae inferioris sessilis (bilinealis) obtusiusculae glabrae gluma inferiore dissite 2- superiore 3-nervia; perianthio glumis parum breviore mutico. An varietas mutica A. campestris nr. 17.? *Trin.* Brasil.

80. A. SPATHIFLORUS. *Nees.* (Agr. bras. 366. sub: Hypogynium.) Radicis fibris crassis; culmis caespitosis rigidis (pedalibus) glabris; foliis plicato-filiformibus angustissimis (6—8″ longis) margine basin versus ciliatis; paniculae contractae (4—8-pollicaris) radiis compressis laevibus fasciculatis geminis vel ternis spathis involutis; spicula sessili foeminea, altera pedicellata mascula; glumis spicae sessilis lanceolatis acutis, inferiore plana bi- superiore uninervia carinata margine ciliata; flosculo utroque mutico. Anatherum domingense *R. Schult.?* ♃ Brasil.

Character generis Hypogynium *Nees*: Spiculae monoicae triandrae muticae, mares cum foemineis mixtae, in rhachi articulata geminatae, foeminea sessilis, mascula pedicellata, utraque biflora; flosculo inferiore neutro univalvi, superiore bivalvi.

81. A. LEUCOSTACHYUS. *H. B.* (N. Gen. I. 187.) Radice fibrosa, culmis caespitosis erectis (1—1½-pedalibus) cum nodis vaginis foliisque scabris, his linearibus acuminatis; ligula brevissima truncata; spicis sessilibus umbellato-confertis (5-nis); rhachi pedicelloque floris neutrius albo-plumosis; glumis omnibus scabriusculis; arista brevi exserta. An eadem species ac praecedens sec. *Trin.* Hypogynium campestre *Nees* l. c. 365. ♃ Cumana. Brasil.

82. A. VIRGINICUS. *Lin.* Radice fibrosa; culmis ad apicem usque fere vaginatis ramosis; ligula brevi membranacea truncata; foliis planis margine carinaque scabriusculis caeterum glaberrimis anguste linearibus; spicis

vaginatis pedunculatis fasciculatis (2—6-nis); pedunculis alternis; rhachi pedicellisque flosculi neutrius villis ipso duplo longioribus plumosis vestitis. A. pauciflorus *Salzm.* hrbr. Anatherum virginicum *Nees* Agr. bras. 323. Anatherum domingense *R. S.* sec. *Nees.* ♃ Am. septr. Brasil.

83. A. DIANAE. *Steud.* Culmo geniculato glaberrimo ramoso; vaginis striatis angustis solutis; ligula membranacea brevissima; foliis linearibus angustis laeviusculis; spicis e vagina spathaeformi acuminata in pedunculo communi apice per 3—6 fasciculatis sessilibus; rhachi pedicelloque flosculi neutrius dense albo-lanatis; pilis simplicibus flosculos 2—3-plo superantibus; spiculis glabris; valvula flosculi fertilis acuminata nec aristata. An praecedentis var.? In cacumine montis Dianae St. Helenae.

b. *Aristatae.*

1. Spicae (plus minus constanter) binae.

§. 12. α. Andropogoneae; spicula inferior uni—sesquiflora, superior mascula vel tabescens.

84. A. BRACHYATHERUS. *Hochst.* (Flora 1844. 242. Hrbr. un. it. nub. 368.) Radice valide fibrosa in rhizoma incrassata, caespitifera; culmis erectis ($2^1/_3$—3-pedalibus) firmis cum nodis vaginisque glabris; foliis planis linearibus (6—8″ longis, 2‴ latis) longissime subsetoso acuminatis glabris; spicis binis conjugatis raro ternis (rufescentibus, 3″ longis); articulis apice — pedicellis margine villosis, demum glabrescentibus; pedicello concavo glumaeformi; flosculo minimo tabescente; spiculae fertilis gluma exterio e vix conspicue nervosa acuta, apice brevissime tenuissime fissa; valvulis fere duplo brevioribus; arista dorsali spiculas vix excedente. Variat: spiculis undique punctículatis et pilosis. Hrbr. un. it. abyss. nr. 1635. ♃ Nubia. Abyssinia.

85. A. SCHIRENSIS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1807.) Radice valide fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) cum nodis vaginisque glabris; foliis lanceolatis (6—8″ longis, 2—$2^1/_2$‴ latis) rigidiusculis margine setulis adpressis hispidis caeterum glabris; ligula brevissima obtusissima tenuissime fimbriata; spicis geminatis ($1^1/_2$″ longis); rhacheos articulis tubulosis flosculos foventibus pedicellisque flosculi neutrius margine villosis, hujus gluma exteriore 3-lineali multinervia margine ciliata, interiore acuta illa parum longiore; flosculis fertilis glumis cartilagineis (fusco-brunneis) dorso glaberrimis margine ciliatis; arista basi torta ferruginea supra medium geniculata flavescente spiculis 4—5-ies longiore. *Rich.* Fl. Abyss. II. 456. ♃ Abyssinia.

86. A. AMETHYSTINUS. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo erecto tenui (vix pedali) sursum vaginato ipso cum vaginis — praesertim superioribus breviter foliaceo-appendiculatis — et foliis lineari-lanceolatis ($1^1/_2$—2″ longis, 1‴ latis) ex parte — amethystino — coerulescentibus; spicis 2 (sub-pollicaribus); rhacheos articulis pedicelloque flosculi neutrius pilosis; gluma exteriore oblonga acuta subenervia adpresse breviter piloso-scabriuscula ex apice acuto vel brevissime bifido brevi setulosa; valvula flosculi fertilis inferiore hyalina margine carinaque pilosa, arista infra geniculum torta flosculos plus duplo superante. A. pratensis var. Bachiti *Hochst.* mpt. Ex collectione *Schimperi* Argentoratum missa. Abyssinia.

87. A. TOMENTELLUS. *Steud.* Culmo erecto sursum ramoso cum nodis glabro ($1^1/_2$—2-pedali); vaginis striatis glabris vel — cum foliis angusto-linearibus setaceo-acuminatis (3—5″ longis, 1—$1^1/_4$‴ latis) — velutino tenui-pubescentibus; ligula hyalina brevi ciliata; spicis pedunculatis binis vel solitariis; rhacheos articulis tubulosis pedicelloque flosculi sterilis margine ciliatis; glumis flosculi neutrius ciliatis in setam terminatis; gluma exteriore hermaphroditi dorso canaliculata apice bidentula; arista torta geniculata flosculo triplo longiore. *Leprieur* legit in Senegalia.

88. A. GUINEENSIS. *Steud.* Culmo valido erecto subramoso (pluripedali) cum nodis vaginisque glabris; ligula vaginae elongatio membranacea fissa apice ciliata; foliis planis angustissimis acuminatis (superioribus 3—5″ longis, vix ultra 1‴ latis) sparsim e glandulis pilosis, margine scabris; spicis terminalibus et e vaginis axillaribus pedunculatis binis conjugatis (2-pollicaribus); rhacheos articulis apice — pedicellisque margine dense pilosis; pedicello flosculi masculi crassiusculo dilatato apice bifido flosculum fovente; gluma exteriore herbacea (laete-viridi) multi-striata apice aristula ipsa 3—4-plo breviore terminata, margine ciliato-aspera; interiore hyalina trinervia vix apiculata; gluma exteriore flosculi fertilis ei masculi simili mutica; arista valvulae basi torta geniculata spicula 2—3-plo longiore. *Jardin* legit in Guinea.

89. A. ABYSSINICUS. *R. Br.* (*Fres.* Mus. Senk. II.) Radice valide fibrosa, subcaespitifera; culmo erecto simplici (2—$3^1/_2$-pedali); foliis planis angustissimis ($^3/_4$‴ latis, 2—8″ longis); spicis binis conjugatis (3″ longis); rhacheos articulis, pedicellis glumisque longe et dense villosis; spiculae pedicellatae neutrius gluma exteriore in setulam ipsa breviorem producta, interiore hyalina iterum brevi setulosa; gluma hermaphroditi exteriore acuta integra mutica, interiore alte bifida et seta ipsam aequante terminata; arista valvulae basi torta (ferruginea) medio geniculata (alba) spiculis 2—3-plo longiore. Hrbr. un. it. nr. 223. *Rich.* Fl. Abyss. II. 454. ♃ Abyssinia.

90. A. GALLOINSULANUS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera culmo erecto ramosissimo (1—2-pedali) vaginato-foliato glabro; vaginis ore pilosis; ligula exserta membranacea: foliis lanceolatis setaceo-acuminatis glabris (2—3″ longis, $1^1/_2$—2‴ latis); spicis geminatis; rhachi articulis pedicellisque flosculi neutrius sericeo-pilosis; flosculo ipso neutro undique piloso; fertili sessili; gluma utraque basi glabra; arista flosculo 2—3-plo longiore. Ins. Maurit.

91. A. TENELLUS. *Roxb* (Fl. ind. I. 259.) Culmis basi decumbentibus, ramosis (2—3-pedalibus) filiformibus; nodis villosis; foliis gracilibus basi sparsim pilosis; spicis geminatis breviter pedicellatis; rhachi articulata pilosa; spiculis sessilibus hermaphroditis aristatis; pedicellatis neutris muticis, gluma utrorumque exteriore oblonga striata, pilosa tridentata, neutrius valvula unica mutica. Bengal.

92. A. TENUICULUS. *Steud.* Culmo tenui geniculato (sursum certe) simplici (ultra pedali) tereti glabro; nodis annulato-pilosis; vaginis ore pilosis; foliis angustissimis complicatis (3—4-pollicaribus) striatis; spicis geminis vel ternis vix pedicellatis; rhachi articulata pilosa; spiculis sessilibus hermaphroditis aristatis, arista geniculata spiculam 3—4-plo superante glabriuscula supra geniculum torta; flosculis longe pilosis; glumis obtusiusculis apice truncatis, neutra latiore distincte 7-nervia. Vix praecedentis videtur var. Hrbr. *Cuming* nr. 1398. Ins. Luzon.

93. A. MACER. *Steud.* Culmo erecto foliato simplici tereti glabro (ultra pedali), nodis annulato-pilosis; vaginis striatis vix ore pilosis; ligula membranacea fissa pilosa; foliis parvis (vix ultra 1″ longis, 1‴ latis) lanceolatis glabris; spicis geminis vel ternis conjugatis; rhachi articulata pedicellisque flosculi neutrius tabescentis (ad tubulum gracilem apice bifidum redacti) pilosis; spiculis sessilibus hermaphroditis aristatis; arista geniculato-flexuosa spiculam 3-plo superante glabra. In montibus coeruleis. (Hrb. *Urville.*)

94. A. NEESII. *Kunth.* Radice repente; culmis caespitosis filiformibus ($1^1/_2$-pedalibus) ramosis; nodis albo-barbatis; vaginis basi glabris apice villosis margine ciliatis; ligula brevi firma rotundata; foliis linearibus acuminatis planis villosis ($1^1/_2$—2‴ latis, 2—7″ longis); spicis terminalibus geminatis, lateralibus solitariis longe pedunculatis;

rhachi articulata, articulis basi et apice strigoso-pubescentibus; spiculis geminis brevissime pedicellatis, pedicellis connatis hirtis, altero parum longiore; parium inferiorum utraque mascula, superiorum inferiore foemina altiore mascula. Heteropogon villosus *Nees* Agr. bras. 362. ♃ Brasil.

95. A. BINATUS. *Retz.* (Obs. V. 21.) Culmis filiformibus (1—1½-pedalibus); pedunculis 1—3 terminalibus et lateralibus filiformibus; spicis geminis lanatis (pollicaribus); rhacheos articulis lanugine flava fasciculata obsitis; glumis striatis, altera majore acuminata, altera minore truncata bidentata; valvula exteriore aristata, interiore mutica. Ind. or.

96. A. ERIOSTACHYUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 339.) Culmo superne ramoso tereti; nodis vaginisque omnibus foliiferis glabris; foliis linearibus scabris; spicis geminis; rhachi pedicelloque flosculi neutrius albo-plumosis, pilis flores excedentibus; floris neutrius hermaphroditum aequantis glumis scabris, inferiore mucronata; glumis hermaphroditi glabris, superiore breviter aristata; palea hermaphrodita superiore laevissima nitida, arista multo breviore. Ins. Philipp.

97. A. ERIOPHORUS. *Scheele.* (Fl. 1844. 51.) Radice fibrosa; culmo erecto glabro canaliculato; foliis planis vaginisque glabris; ligula brevissima obtusissima; spicis 2 conjugatis gracilibus appressis inaequalibus, altera breviore vaginam vix — altera longiore illam multo — superante; rhachi et pedicello flosculi masculi dense lanatis, pilis glumas longe excedentibus; flosculo masculo tabescente; gluma inferiore floris hermaphroditi aristata; arista scabriuscula glumis triplo longiore; glumis muticis dorso membranaceis, margine herbaceo-cartilagineis ciliatis. A. virginicus *Hampe.* Virginia.

98. A. EUCNEMIS. *Trin.* (Act. Petrop. l. c. 275.) Culmo erecto (bipedali) cum nodis vaginis foliisque glabris, his angusto-linearibus (spithamaeis); spicis (terminalibus liberis, aliis in vaginis superioribus inclusis) 2—3 confertis subalternis (2—2½-pollicaribus); articulis pedicelloque spiculae masculae acutae marginibus laxe villosulis, villis iisdem brevioribus; spiculae inferioris sessilis (3-linealis) lanceolatae glabrae gluma inferiore obsolete 5-nervia, superne hispida, superiore 3-nervia mucronato-acuta; arista spicula sua bis longiore; spiculae superioris gluma inferiore 7-nervia ad nervos hispida. Guinea.

99. A. DISTACHYUS. *Lin.* Radice fibrosa; culmis basi geniculatis erectis; foliis linearibus utrinque sparsim pilosis; vaginis ore barbatis; ligula obtuse ciliata; spicis (sub-) geminis terminalibus nudis; rhacheos articulis alternatim margine, pedicellisque flosculi masculi pilosis; gluma exteriore flosculi sessilis multinervia indivisa vel bifida, interiore 3-nervia sub apice arista ipsam fere aequante munita; valvula interiore ultra medium bifida, arista geniculata spicula multo longiore munita; gluma exteriore flosculi masculi sub apice bifida brevi aristata, interiore mutica. *Jacq.* ic. rar. t. 630. *Host* gram. III. t. 2. ♃ Eur. austr. Afr. bor.

100. A. AMPLECTENS. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 104.) Culmo simplici erecto (pedali et ultra) glabro, vaginis ad oras foliisque basin versus pilosis; foliis caulinis e basi dilatata amplexicauli lineari-attenuatis; spicis geminis conjugatis (2—2½-pollicaribus); articulis pedicelloque spiculae masculae magnae (4—5-linealis) lanceolatae brevi-ciliolatis; gluma infera spiculae fertilis laevi dorso medio impressa intus carinato-septata, margine serrulato-scabra; spiculae masculae gluma inferiore oblongo-lanceolata convexiuscula margine serrulato-scabra, apice inaequaliter bidentata, dente altero exiguo, altero subulato; arista flosculi fertilis glumis 5-plo longiore. ♃ Afr. austr.

101. A. BISQUAMULATUS. *Hochst.* (Fl. 1844. 245.) Radice valida fibrosa; culmo uti tota planta glaucescente erecto (2—3-pedali), florifero ramoso, cum nodis vaginisque subampliatis glabris; foliis erectis angustis inaequalibus (3—6‴ longis, 1—1½‴ latis) tenuissime pubescentibus; pedunculis e vaginis 2—4-nis apice conjugato-bispicatis, spicis erectis (1½—2-pollicaribus); articulis basi annulato — pedicellisque margine albido-sericeo-pilosis; glumis spiculae masculae pedicellatae apice in aristam ipsa subaequalem terminatis, pedicello apice squamulis 2 (processubus) inaequalibus munito; gluma spiculae hermaphroditae apice multinervia (ad medium) sulco longitudinali execrata puncticulato-scabra, margine ciliata, apice bifida vel integra; arista geniculata spiculam 4-plo superante. Variat: processu ad apicem pedicelli tridentato. A. tridentatus *Hochst.* l. c. 246. Hrbr. nub. un. it. nr. 424. Nubia.

102. A. AETHIOPICUS. *Rupr.* (Hrbr. aeth. *Kotschyi* nr. 54.) Culmo elato, florifero-ramoso vaginisque glabris et uti tota planta glaucescentibus; foliis lanceolato-linearibus planis (1′ longis, 4‴ latis) acuminatis tenuissime punctulato-scabriusculis; pedunculis e vaginis 2—3-nis, apice conjugato-bispicatis; spicis erectis (1½—2-pollicaribus); articulis basi lato-margine cum pedicellis sericeo-pilosis; pedicello apice processubus 2 parvis terminato; gluma inferiore hermaphroditi planiuscula pubescenti-scabra medio sulcata, enervia; superiore 3-nervia subacuta; arista spicula 4-plo longiore; gluma flosculi pedicellati inferiore multinervia pubescente apice brevissime bifida, medio aristula ipsam aequante instructa, superiore sub-7-nervia acute mucronulata. A. cordofanus *Hochst.* Flora l. c. 244. ♃ Cordofan.

103. A. GAYANUS. *Kunth.* (Gram. I. 163.) Culmo ramosissimo, ramis subfasciculatis distachyis; vaginis spathaeformibus involutis; foliis linearibus planis scabriusculis; spiculis binis, altera sessili fertili, altera sterili pedicellata; pedicello uno latere ciliato; glumis spiculae masculae aristatis; gluma inferiore hermaphroditi multinervia, medio sulco longitudinali exarata glabriuscula margine ciliato-scabra. ♃ Senegalia. Nubia.

§. 12. *β.* Spicularum flore utroque pistillifero.

104. A. FILIFORMIS. *Roxb.* (Fl. Ind. I. 260.) Culmis caespitosis (9—12-pollicaribus) filiformibus erectis; foliis parvis gracilibus glabris; spicis 2-conjugatis terminalibus filiformibus (vix 2-pollicaribus); floribus omnibus sessilibus hermaphroditis diandris glaberrimis; calyce biglumi; corolla univalvi arista longa terminata. ⊙ Ind. or.

105. A. TRIDENTATUS. *Roxb.* (l. c. 261.) Culmis gracilibus erectis; foliis parvis; spicis terminalibus geminatis hirsutis; floribus geminatis, altero sessili, utroque hermaphrodito; glumis hirsutis exterioribus cuneatis truncatis tridendatis; corollis 4 (?) valvibus, valvula exteriore bifida aristata. Ind. or.

106. A. MALACOPHYLLUS. *Hochst.* (in *Hohnkr.* hrbr. Ind. nr. 917.) Radice valide fibrosa; culmo erecto tereti simplici (1—2-pedali) ad nodos annulato-barbato caeterum glabro; vaginis striatis sursum et margine foliisque undique molliter villosis, his lanceolatis acutis (2—3″ longis, 2—2½‴ latis) superioribus minoribus; spicis terminalibus geminis (1—2½-pollicaribus); flosculis pedicellisque basi pilosis, altero sessili altero pedicellato utroque pistillifero; glumis exterioribus apice subtruncatis irregulariter 2—3-dentatis ab apice fere ad medium nervosis inferne laevibus, interioribus plerumque acutis — quandoque in floribus superioribus utrisque — integris; arista geniculata glabra flosculis duplo longiore; valvulis 2 membranaceis pellucidis. An praecedentis var.? Montes Nilagiri.

107. A. ARISTULATUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo (saepius) radicante, geniculato adscendente tereti glabro (plus minus pedali), nodis puberulis vel glabris; vaginis striatis, ore pilosis; foliis lineari-lanceolatis acut tis glabris laevibus (2—3″ longis, 1—2‴ latis); ligula hyalina fissa; spicis terminalibus binis conjugatis (1½—2″ longis);

rhacheos articulis pedicellisque pilosis; flosculi pedicellati uniflori gluma inferiore dorso glabra vix nervosa, apice appendiculo herbaceo lanceolato subarticulato terminata, ad articulum pilosa; superiore fere ex toto pilosa appendiculo latiore lanceolato; flosculi sessilis biflori gluma inferiore apice nervosa pilosa, appendiculo bifido, superiore acuminata; flosculo utroque aristato; aristis tortis flosculos duplo superantibus. Ins. Borbon.

108. A. HUMILIS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 850.) Radice tenui fibrosa caespitifera; culmis geniculatis ramosis (4—7-pollicaribus), cum nodis vaginisque glabris, his spicas foventibus 1—3, ampliatis, basi sparsim pilosis; ligula oblonga plus minus fissa; foliis angustis ($^1/_2$—$^3/_4$''' latis) acuminatis culmos aequantibus; spicis terminalibus binis conjugatis gracilibus; floribus omnibus pistilliferis, stigmatibus (nigris) exsertis; rhacheos articulis pedicellisque sparsim, basi densius pilosis; flosculi pedicellati glumis lanceolatis apice in setam ipsis breviorem acutatis; valvulis nullis; glumis flosculi sessilis brevius acutatis quam valvulae vix brevioribus; arista spicula subduplo longiore. *Rich.* Fl. Abyss. II. 453. ⊙ Abyssinia.

109. A. AUREO-FULVUS. *Steud.* Culmo geniculato erecto tereti gracili (2-pedali et ultra) nodisque glabris; vaginis foliisque striatis linearibus acuminatis glabriusculis (3—4'' longis, 1—1$^1/_2$''' latis); ligula brevissima pilosa; spicis terminalibus conjugatis binis (in speciminibus Philippicis) vel ternis (in Chinensibus) undique aureo-fulvo-hirsutis (1—3-pollicaribus); floribus geminatis, altero sessili, altero pedicellato, rhachi pedicellisque hirsutis, utroque pistillifero, aristato; aristis tortis geniculatis breviter hirsutis flosculo duplo longioribus. China Hrbr. *Fortune* nr. 4. Variat: culmo omnibusque partibus minoribus. Hrbr. *Cuming.* nr. 1538. Pollinia Cumingii *Nees* mpt. Ins. Philipp.

§ 13. γ. Flosculus masculus et hermaphroditus bivalvis, flosculi fertilis valvula inferior aristata. Spodiopogoneae.

110. A. LITHOPHILUS. *Trin.* (Act. Petrop. 1833. II. 277.) Culmo erecto (sub-3-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula membranacea lineali acutiuscula; foliis angustissimis asperiusculis subinvolutis (inferioribus planiusculis 1''' latis, 1' longis et ultra); spicis 2 subdigitato alternis laxifloris; articulis pedicelloque spiculae masculae pilis ipsis brevioribus munitis; spiculae sessilis lineari-lanceolatae 4-linealis gluma inferiore acuta 5-nervia pilosa, superiore carinato-compressa 3-nervia superne pilosa, infra apicem setam bilinealem (reflexam) emittente; arista 9-lineali; spicula mascula acuminata pilosa, glumis muticis. Brasil.

111. A. PILIFER. (*Steud.*) Culmo vaginisque glabris his collo nudis; foliis linearibus striatis, supra margineque scabris; seta flosculo dimidio longiore; articulis spicae parce dichotomae rigidae pedicellisque cuneiformibus ciliatis; spiculis lanceolatis dorso planis villosulis. A. pilosus *Heyn.* hrbr. *Wall.* Cat. nr. 8817. Spodiopogon pilosus *Nees* mpt. Ind. or.

De Genere Spodiopogon *Trin. Nees* cfr. infra §. 27. nota.

112. A. BLUMII. *Nees.* (mpt. sub: Spodiopogon.) Repens; ramis adscendentibus; foliis lanceolatis pilosis aut glabriusculis, inferioribus petiolatis, nodis barbatis; spicae dichotomae spiculis ovatis conformibus in dichotomiis subsessilibus; rhacheos ramis ciliolatis, angulis poriformibus; gluma inferiore basi ventricosa laevissima, apice nervosa, aliis acute bidentata aliis longe subulala, superiore setigera; arista flosculi superioris hermaphroditi spiculam duplo superante. Spodiopogon cuspidatus *W. Arn.* mpt. *Wall.* Cat. nr. 8863. ♃ Java. Ceylon. Martaban.

113. A. BIFIDUS. (*Steud.*) Repens; culmo gracili; foliis lineari-lanceolatis pubescentibus basi barbatis; spica bifida; spiculis ovatis; gluma inferiore convexa subventricosa basi brevi spatio laevissima, apicem versus nervoso-striata alaque marginali cincta, obtuse bifida, marginibus omnibus cucullatim-inflexis, superiore acuminata bidenticulata setuligera, seta flosculi spicula subduplo longiore; rhachi utrinque complanata latiuscula alternatim semifurcata geminiflora, angulis poriformibus articulatis pedicellisque griseo-ciliatis. Ischaemum scrobiculatum *Wight. Arn.* Spodiopogon scrobiculatus *Nees* mpt. Ind. or.

114. A. DEPRESSUS. *Nees.* (mpt. sub: Spodiopogon.) Repens, ramosus effusus; foliis linearibus attenuatis supra e tuberculis laxe hirsutis; spicis subgeminis simplicibus bifidisque; spiculis geminis subsessilibus ovalibus; gluma inferiore plana in medio depresso-subulata subtiliter 8-nervia, apice obtuse trilobo puberula, margine dissite ciliata et sursum minute fimbriolata, superiore planiuscula cum carina media glabra, apice integra vel bidentata mutica; seta flosculi spicula 4-plo longiore; rhacheos articulis brevi-ciliatis et ad genicula barbatis. Andropogon nr. 8809. F. *Wall.* cat. Ind. or.

115. A. NOTOPOGON. *Nees.* (In *Royle* Ill. sub: Spodiopogon.) Culmo ramoso, vaginisque glabris; foliis linearibus angustis basi ciliatis; spicis alternatim fasciculatis axillaribus terminalibusque longe pedunculatis; spiculis oblongis basi involucratis polygamis; glumis dorso barbatis, inferiore apice truncata 2—3-dentata, superiore bifida inter dentes saepe minute setigera, seta flosculi-fertilis spiculae longitudine vel breviore basi plana torta; rhachi pedicellisque flavescenti-hirsutis, seta flosculi fere bilineali; gluma superiore setuligera. Spodiopogon angustifolius *Trin.* Act. Petrop. VII. II. p. 300. Ic. t. 336. Ind. or.

116. A. OBVALLATUS. *Steud.* Culmo erecto tenui ramoso vel simplici (ultra pedali) geniculato glabro; foliis subconvolutis angustissimis (4—6'' longis, expansis vix $^1/_2$''' latis) retrorsum scabris vaginisque glabris; spicis 2—4 fragilibus abbreviatis (pollicaribus) erectis accumbentibus undique (ferrugineo-) villosis; spiculis binis altera brevius altera longius pedicellatis, facile deciduis; pedicellis glabris basi articulisque rhacheos densissime villosis; flosculi neutrius mutici gluma inferiore lanceolata acuta, hermaphroditi in setulam ipsa paulo breviorem terminata; valvula inferiore hujus aristata; arista flosculi longitudine; stigmatibus longe exsertis. Hrbr. *Cuming* nr. 1002. Prioris var. sec. *Nees* mpt. Ins. Philipp.

117. A. INVOLUTUS. (*Steud.*) Culmo ramoso glabro; vaginis radicalibus lana densa involutis; foliis linearibus angustis basi ciliatis; spicis alternatim fasciculatis confertis, fasciculis axillaribus terminalibusque longe pedunculatis; spiculis oblongis basi involucratis hirsutisque polygamis; gluma utraque tridentata; seta flosculi fertilis spicula subduplo longiore basi plana torta rhachi pedicellisque fulvescenti-hirsutis. Spodiopogon laniger. *Nees* mpt. quaerente: S. angustifolii *Trin.* var.? — *Wall.* cat. nr. 8845. Ind. or.

118. A. SIMILLIMUS. (*Steud.*) Repens, culmis gracilibus elongatis; foliis lineari-lanceolatis pubescentibus basi barbatis; spica bifida; spiculis ovatis; gluma inferiore convexa subventricosa basi brevi spatio laevissima, apicem versus nervoso-striata alaque marginali cincta, apice obtuso bifido, marginibus omnibus cucullatim inflexis; superiore acuminata bidenticulata setuligera; seta flosculi spicula subduplo longiore; rhachi utrinque complanata latiuscula alternatim semifurcata geminiflora, angulis poriformibus; articulis pedicellisque griseo-ciliatis. Ischaemum scrobiculatam *Wight* et *Arn.* ex *Nees* mpt. (Spodiopogoni obliquivalvi — mihi plane ignoto — dicitur simillimus.) ⊙ Penins. Ind. or.

119. A. PATENTIVILLOSUS. (*Steud.*) Repens; nodis vaginisque longe patenti-villosissimis; foliis lineari-lanceolatis basi longe ciliatis; spica bifida; spiculis rhombeo-ovalibus; gluma inferiore basi convexa laevissima, a medio depressa (in spicula pedicellata: compressa) striata angusta margine bidentata; superiore subulato-acuminata; seta flosculi (dorsali) spicula triplo longiore; rhachi triquetra

alternatim semifurcata geminiflora, angulis poriformibus, articulis pedicellisque breviter ciliatis. Spodiopogon villosus *Nees* mpt. (Iterum Spodiopogoni obliquivalvi dicitur affinis.) ♃ China.

120. A. SQUAMULATUS. *Hochst.* (Flora 1844. 244. et Hrbr. un. it. nr. 715.) Radice valide fibrosa in rhizoma soboliferum incrassata; culmo valido erecto elato (4—7-pedali) sursum florifero-ramoso cum nodis vaginisque glaberrimo; ligula brevi membranacea ciliolata pilosa; foliis longissimis planis (ultra pedalibus, 6—7''' latis) supra saepe purpurascentibus); glabris margine scabris; pedunculis e vaginis solitariis — ternis elongatis; spicis binis conjugatis (2—3-pollicaribus); rhachi pedicellisque margine sericeo-pilosis; glumis spiculae pedicellatae margine ciliatis arista ipsis breviore terminatis; gluma inferiore spiculae sessilis mutica sulco longitudinali exarata, sursum tenuissime multinervia, superiore enervia cartilaginea apice carina serrulato-scabra; arista spiculis plus duplo longiore. *Rich.* Fl. Abyss. II. 454. ♃ Abyssinia.

121. A. MULTINERVIUS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 805.) Radice fibrosa caespitifera; culmo basi geniculato erecto (2—3-pedali), hinc inde e vaginis florifero-ramoso cum nodis vaginisque glabro; ligula membranacea piloso-lacera; foliis linearibus (3—5'' longis, 2—2½''' latis) sparsim e tuberculis pilosis; spicis binis terminalibus conjugatis (3—4-pollicaribus), rhacheos articulis pedicellisque pilosis; glumis spiculae pedicellatae adpresso-pilosis apice in aristam ipsis breviorem acuminatis; gluma inferiore spiculae sessilis ovato-lanceolata inter apicem brevi bifidum vix setigera undique pilosa multinervia, interiore cartilaginea glabra carina serrulata inter apicem bifidum setam ipsam aequantem exserente; arista flosculis 4-plo longiore. A. polyatherus *Rich.* l. c. 455. ex parte. ♃ Abyssinia.

122. A. POLYATHERUS. *Hochst.* (l. c. nr. 290.) Radice fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis erectis (½—1½-pedalibus) cum nodis glabris; ligula oblongo-lanceolata; vaginis tumidulis glabris ore cum foliis molliter pilosis, his lanceolatis acutis (1—1½'' longis, 2''' latis); spicis binis conjugatis (1—2-pollicaribus); articulis pedicellisque basi fasciculatim pilosis caeterum glabris; pedicello elongato (fere 3-lineali); spicula mascula biglumi et bivalvi; glumis multinerviis brevi aristatis; valvulis acutis; spiculae sessilis hermaphroditae gluma exteriore obtusiuscula bifida, interiore ex apice bifido setigera; valvulis acutis, arista basi torta medio geniculata spiculis 2—3-plo longiore. *Rich.* l. c. 455. ex parte. Abyssinia.

123. A. PLAGIOPUS. *Hochst.* (l. c. nr. 223. a.) Radice validiuscule fibrosa culmos plures proferente erectos vel geniculatos cum nodis vaginisque glabris, simplicibus vel e vaginis floriferis; foliis angustis (½—¾''' latis, 4—8'' longis) sparsim pilosis; spicis terminalibus conjugatis binis (2—3-pollicaribus) hirsutissimis; gluma exteriore flosculi masculi undique hirsuta apice brevi-bifida inter lacinias setigera, interiore simpliciter in setam elongata; gluma exteriore flosculi sessilis ovata hirsutissima acutissima, interiore ex apice bifido setigera, arista spiculis 3—4-plo longiore. ♃ Abyssinia.

124. A. GLABRESCENS. *Hochst.* (l. c. nr. 1115.) Radice fibrosa culmos plures proferente geniculatos (1—1½-pedales) simplices vel e vagina una alterave florifero-ramosos — cum nodis vaginisque — glabros; ligula membranacea obtusa; foliis lineari-lanceolatis (1½—2''' latis, 1—2'' longis); spicis binis conjugatis terminalibus (1½—2½-pollicaribus) glabrescentibus; rhacheos articulis cum pedicellis basi fasciculato-pilosis, caeterum glabris; gluma exteriore flosculi masculi omnino glabra 7-nervia ex apice brevi-bifido inter lacinias setigera, interiore simpliciter in setam acuminata; gluma exteriore flosculi hermaphroditi quam masculi fere duplo brevioris apice bifida caeterum mutica glabra 5-nervia, interiore in aristam brevem terminata; arista flosculi quam spica duplo longiore a basi torta ad medium geniculata. A. polyatherus *Hochst.* var. sec. *Rich.* l. c. Abyssinia.

125. A. COGNATUS. *Steud.* Radice validiuscule fibrosa; culmo erecto (2—3-pedali) nodisque glabris; vaginis ore barbatis; ligula brevi membranacea; foliis elongatis angustis (vix 1''' latis, 7—12'' longis) firmulis glabris; spicis terminalibus (4—5-pollicaribus); rhacheos articulis tubulosis uno-pedicellis flosculi masculi utroque-latere sericeo-pilosis; gluma hujus exteriore margine ciliata, dorso tenuiter multinervia, apice brevissime bifida non setigera, interiore cum valvulis muticis; flosculi hermaphroditi sessilis duplo brevioris gluma utraque mutica, exteriore apice bifida, margine setuloso-ciliata, interiore dorso setuloso-dentata; arista spiculis 3-plo longiore. Praecedenti certe similis, sed species — a *Schimpero* in paucis tantum speciminibus lecta diversa. ♃ Abyssinia.

126. A. FILIFOLIUS. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 102. sub: Heteropogon.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto (1½—2-pedali) nodisque glabris; vaginis ore longiuscule dense barbatis (raro imberbibus); foliis filiformi-convolutis curvatis vel erectis rigidulis glabris; spicis geminis conjugatis (2-pollicaribus et ultra); rhacheos articulis pedicellisque sericeo-pilosis; flosculo pedicellato longissimo (7—8-lineali) lanceolato; gluma exteriore tenuissime multi-striata apice sphacelata obtusiuscule lacera, vel in superioribus brevi aristata; interiore valvulaeformi in setam terminata, valvulis 2 hyalinis; flosculo sessili multo breviore convoluto; arista flosculis plus 3-plo longiore. (Ad Spodiopogones potius quam ad Heteropogones pertinet.) ♃ Afr. austr.

127. A. ARCUATUS. *Nees.* (Fl. Afr. I. 97. sub: Spodiopogon.) Culmo, procumbente multinodo, nodis vaginisque glabris; foliis lanceolatis acuminatis (4—5'' longis, 5—6''' latis) planis glabris; ligula brevissima truncata; racemis subternis fasciculatis simplicibus (2—3'' longis); articulis arcuatis latiusculis triquetris, angulo exteriore geniculisque albo-ciliatis; spiculis oblongis (2''' longis), altera brevissime altera longe pedicellata; gluma inferiore basi laevi, superius plana 7-nervia, margine membranacea, dorso sursum sparsim pilosa; gluma spiculae inferioris apice bidentata et ante apicem utrinque obsolete sinuata, superioris spiculae acuta, quandoque oblique unidentata; gluma superiore carinata setaceo-mucronata; arista tenui spiculae longitudine. Afr. austr.

§. 14. δ. Ischaemoneae. Spicula sessilis lanceolata vel ovato-oblonga biflora, flosculo utroque bivalvi, interiore neutro vel masculo, superiore hermaphrodito vel foemineo pedicellato, vario modo discrepante. Ischaemum et Meoschium *Autor.* ex parte.

Character generis Ischaemum. Spicae solitariae, geminae, digitatae vel fasciculato-paniculatae; spiculae geminae, altera sessilis, altera pedicellata saepissime magis minusve tabescens; illa biflora floribus bipaleaceis, inferiore masculo vel neutro, superiore hermaphrodito; glumae 2 coriaceae muticae rarius aristatae, valvulae brevioris diaphanae, inferior floris hermaphroditi aristata. Genus pluribus auctoribus gratum et receptum; recte vero *Kunthius* notat: „ab Andropogone non nisi flore inferiore item bipaleaceo differt," in nostra dispositione ob vario inflorescentiae modo species plures sectiones intrant. Genera: Meoschium *Beauv.* Arthraxon *Beauv.* omnino non differunt. Arundinella *Radd.* vero et Colladoa *Cav.* ad Paniceas sunt amandandae. Cfr. supra p. 112. 114.

128. A. MUTICUS. *Lin.* (sub: Ischaemum.) Culmo erecto subramoso; foliis lanceolatis acutis glabris, vaginis margine oreque pilosis; spicis geminis vagina superiore aphylla spathacea primo inclusis, dehinc breviter pedunculatis; spiculis arcte rhachi glaberrimae adpressis, articulis pedicelloque margine (sub lente) hispidulis; glumis laevissimis; aristis brevissimis inclusis. Ischaemum muticum *Gaertn.* fr. t. 181. f. 2. *Beauv.* Agr. t. 21. p. 5. ♃ Ind. or.

129. A. REPENS. *Roxb.* (Fl. Ind. or. 325. sub: Ischaemum.) Radice repente; culmis flexuosis glabris (1—2-pedalibus); vaginis subpilosis; foliis brevissimis rigidis acutis; spicis terminalibus conjugatis; floribus omnibus

polygamis; glumis calycinis rhachique glabris cuspidatis. Prioris var. *Trin.* ♃ Ind. or.

130. A. CRASSIPES. *Steud.* Culmo tenuiculo geniculato foliato undique cum tota planta glaberrimo (sub-2-pedali); foliis anguste lanceolatis acuminatis (1—4″ longis, $^1/_2$—1$^1/_2$‴ latis) superioribus sensim minoribus; vaginis elongatis, supremis tumidulis spicas ante anthesin foventibus; spicis geminatis arcte sibi adpressis raro solitariis (1- vix 3-pollicaribus) spiculis geminis altera parum longius utraque crasse pedicellata, pedicellis basi arcuato connatis; spiculis lanceolatis; glumis coriaceis obtusis flosculos parum superantibus; flosculo altero masculo altero hermaphrodito, valvulis membranaceis lanceolatis acutiusculis non aristatis. Hrbr. Mus. Leidens. Japonia.

131. A. POLYMORPHUS. *Steud.* Radice repente culmo basi saepe radicante nunc parum ramoso nunc ramosissimo ($^1/_2$—1-pedali) ramis patentibus vel erectis vel reflexis, nunc fere totis nunc ad basin squamis membranaceis subspathaceis superne in vaginas abeuntibus plus minus dense obsitis, nunc simpliciter vaginatis; vaginis ipsis margine oreque piloso-ciliatis, nodis plerumque vaginis tectis pilosis vel nudis; foliis oblongo-lanceolatis basi subcordatis, acuminatis (5—10‴ longis, 2—3‴ latis) glabris, margine scabris; spicis terminalibus primum vagina spathacea inclusis, exsertis breviter pedunculatis dense sibi adpressis (ut solitariae videantur) paucifloris; inflorescentia omnino A. mutici. Ischaemum muticum *Zolling. Morit.* Verz. p. 99. nr. 1216. an *Lin.* var.? Java.

132. A. SPECIOSUS. *Nees.* (mpt. sub: Ischaemum.) Foliis late linearibus valde acuminatis, inferioribus vaginisque hispidis, superioribus glaberrimis; spica composita contracta; spiculis ovalibus obtusis nervosis. *Royle* hrbr. nr. 263. ♃ Nepal.

133. A. RETZII. (*Steud.*) Culmis ramosis (1$^1/_2$-pedalibus), nodis superioribus barbatis; foliis lanceolato-linearibus brevibus, vaginis ore pilosis; spicis geminis (ultra pollicaribus), articulis dorso, pedicellis ad angulos ciliatis; spicula utraque aristata, superiore neutra (?); gluma inferiore apice utrinque alata, inter alas striata. Ischaemum ciliare *Retz.* Arthraxon ciliare *Beauv.* Agv. t. 11. f. 6. Spodiopogon ciliaris *Nees.* ♃ Ind. or. China.

Arthraxum *Beauv.* Panicula simplex; glumae membranaceae biflorae flosculis longiores; flosculus inferior neuter unipaleaceus, superior hermaphroditus; paleae subcoriaceae, inferior apice bifido-dentata e basi aristata; arista plicata tortilis, palea superior integra mutica; ovarium emarginatum; stylus bipartitus; stigmata aspergilliformia; semen bicorne.

134. A. ANTHEPHOROIDES. *Steud.* Culmo sub geniculato simplici (pluripedali) glabro, nodis sericeo-pilosis; vaginis subtumidulis glabris; ligula membranacea apice ciliata; foliis linearibus nervosis glabris laevibus acuminatis (5—7″ longis, 2—4‴ latis); spicis terminalibus geminis (1—3-pollicaribus); rhachi pedicellis glumisque villosis; pedicellis basi arcuato connatis (ut foveam forment); gluma exteriore flosculi hermaphroditi pilosa ovata margine membranacea; valvula inferiore aristata, arista torta flosculo parum breviore. Rottboellia anthephoroides. *Steud.* Flora 1846. p. 20. *Goering* Hrbr. nr. 14. Japonia.

135. A. PANICEUS. *Steud.* Culmo erecto ad nodos piloso vaginato; vaginis glabris ore pilosis ligula membranacea ciliata; foliis lanceolatis acutis strictis margine scabris (culmeis 5—6″ longis, 3—5‴ latis); spicis 2—3 exsertis (1$^1/_2$—2-pollicaribus et ultra); rhachi articulata pilosa, articulis (pedicellos formantibus) basi connatis ibique foveolam referentibus; spiculis bifloris, glumis coriaceis ovatis acutis exarato 5—7-nerviis glabris margine tenuimembranaceis; flosculo utroque sessili bivalvi, superiore masculo triandro mutico, inferiore fertili hermaphrodito aristato, arista geniculata glabra flosculo duplo longiore. Praecedenti valde affinis species. Ischaemum paniceum Hrbr. *Chauvin. Urville* legit in Ins. Valan Carolinarum.

136. A. LODICULARIS. *Nees.* (N. act. N. C. XVII. supl. 1. 195. sub: Meoschium.) Culmo inferne trigono altero latere canaliculato glabro (2-pedali et ultra), ad nodos pubescente; ligula ovata fusca rigidula; foliis linearibus utrinque attenuatis pubescenti-scabris (6″ longis, 2‴ latis); spicis geminis erectis (4-pollicaribus); spiculae sessilis oblongae gluma inferiore basin versus hirsuta utrinque 4-nodulosa, pedicellatae flosculo fertili submutico; lodiculis flosculi masculi linearibus bidentatis elongatis; rhachi pedicelloque spiculae masculae ciliolatis. Ischaemum ciliare *Trin.* act. Petr. VI. 2. 3. 293. non *Retz.* ♃ Ind. or.

137. A. ESENBECKII. (*Steud.*) Foliis lanceolato-linearibus, utrinque attenuatis glabris; ligula magna rigida convoluta; spicis geminis (?); spiculae sessilis ovatae gluma inferiore basin versus hirsuta (non modo ad latus quodque nodulis quaternis notata, sed magis potius) instructa 4—5 grossis nodulis, quorum 2—3 inferiores in dorso obsoleti non nisi ad margines conspicui, superior in tuber medium alterum dorsale turget; lodiculis utrinque flosculo fertili conformibus brevibus. Praecedenti forsan nimis affinis. Meoschium Neesianum *Arnott* ex *Nees* mpt. Zeylon.

138. A. MEYENIANUS. *Nees.* (l. c. sub: Meoschium.) Culmo erecto vel adscendente compressiusculo canaliculato (1$^1/_2$-pedali) superne ramoso ad nodos hirsuto; vaginis inferioribus hirsutis, superioribus glabris; ligula ovata obtusa bifida basi pilosa; foliis lineari-lanceolatis acuminatis ($^3/_4$—1′ longis) supra hirsutis; spica solitaria vel gemina; spiculae sessilis lanceolatae gluma inferiore utrinque ad medium usque noduloso-rugosa, cartilaginea dorso hirsuta; spicula pedicellata mascula. ♃ Ind. or.

139. A. ARNOTTIANUS. *Nees.* (l. c. sub: Meoschium.) Culmo humili ramoso foliisque glabris, his linearibus (2—3″ longis, linea vix latioribus); vaginis ventricosis, superioribus imprimis, iisque folio parvo munitis; spicis binis brevibus; rhachi pedicellisque ciliatis; spiculis 2$^1/_2$—3‴ longis; sessilis ovato-oblongae gluma inferiore a basi ad medium transversim arcuato-rugosa cartilaginea glabra; spicula pedicellata hemiologama mutica. *Wall.* Catal. nr. 8864. e. ⊙ Peninsul. Ind. or.

140. A. TONG-DONG. (*Steud.*) Culmo apice fasciculatim ramoso; foliis lanceolato-linearibus elongatis pilosis; spicis geminis (?), spiculis omnibus homiologamis, inferiore setigera, superiore mutica; utriusque gluma inferiore a basi ultra medium transversim arcuato-rugosa cartilaginea. Meoschium Royleanum *Nees* mpt. *Wall.* Cat. nr. 8864. F. H. J. Tong-Dong *Wall.* Ind. Burm. nr. 1013. ♃ Nepal. Silhet.

141. A. GRIFFITHSIAE. *Nees.* (mpt. sub: Meoschium.) Culmo humili ad apicem usque vaginato; foliis linearibus vaginisque glabris; spicis geminis; spicula alterna subsessili utriuque — gluma inferiore late semiovata margine exteriore dilatato aliformi — laevi, reliquo dorso a basi ad medium fere transversim arcuato-rugoso cartilagineo; spicula subsessili homiologama mutica, pedicello brevissimo latissimo suffulta. A. Arnottiano forsan nimis affinis. ⊙ Madras.

142. A. IMBERBIS. *Retz.* (Obs. VI. 35. sub: Ischaemum.) Culmi nodis glabris; foliis cordato-lanceolatis; pedunculo longo nudo; spicis geminis (pollicaribus), articulis pedicellisque laevissimis, spicis conjugatis, spicula inferiore utrinque bitorulosa brevi aristata, superiore neutra mutica. Ischaemum aristatum *Lin.* Meoschium aristatum *Beauv.* Agr. t. 21. f. 4. ♃ China. Ind. or.

Meoschium *Beauv.* Rhachis articulata spicata; spicae 2 geminae; glumae subcoriaceae biflorae flosculis longiores; flosculus inferior masculus, superior hermaphroditus; valvulae membranaceae, inferior apice bifido-dentata aristata, arista plicata tortili, superiore integra; ovarium emarginatum; stylus bipartitus; stigmata aspergilliformia; semen bicorne.

143. A. INCERTUS. (*Steud.*) Culmo basi decumbente radicante ramoso adscendente (1—2-pedali); geniculis

lanatis; foliis ensiformibus (1—2-pollicaribus) pilosis basi cordatis margine coloratis hispidis; spicis secundis; rhacheos flexuosae articulatae angulis pedicellisque pilosis; gluma exteriore flosculi sessilis margine membranacea, bifida striata, interiore naviculari carinata ciliata subaristata, flosculis hermaphroditis singuli floris aristatis. Ischaemum aristatum *Roxb.* Fl. ind. 321. vix *Lin.* ⊙ Ind. or.

144. A. BARBIGERUS. (*Steud.*) Foliis lanceolatis basi cordatis, abbreviatis; spicis geminatis elongatis; glumis basi barbatis margine ciliatis; flosculi sessilis margine utrinque binoduloso; arista torta (basi fusca apice alba) geniculata. Ischaemum barbatum *Retz* Obs. VI. 35. J. aristatum *Houtt.* Pfl. Syst. XII. t. 93. f. 4. Meoschium barbatum *Beauv.* Java.

145. A. ELATUS. *Nees.* (mpt. sub: Meoschium.) Culmo basi ramoso valido; foliis lanceolato-linearibus elongatis (4—6″ longis, medio $2^1/_2$—3‴ latis) utrinque attenuatis, hirsutis; ligula ovato-oblonga rigida bipartita (an semper?); spicis geminis vel singulis; spiculae sessilis gluma inferiore oblonga, ultra medium cartilaginea, dorso hirsuta basin versus utrinque valide 3—4-nodulosa; rhacheos articulis pedicellisque ciliatis. Spodiopogon *Wall.* cat. nr. 8861. ♃ Silhet Ind. or.

146. A. PALEACEUS. *Trin.* (Act. Petr. l. c. 293. sub: Ischaemum.) Culmo subramoso (1—2-pedali); vaginis inferioribus foliisque hirsutiusculis; ligula membranacea brevissima; foliis lineari-lanceolatis (2″ longis, 2—3‴ latis) firmulis; spicis geminis (1—3-pollicaribus); articulis pedicelloque auantho (fuscescendo-) hirsutis; spiculae inferioris sessilis gluma exteriore subcuneato-oblonga, coriaceo-paleacea 7-nervia subtruncato-obtusa; nervis 2—4 in totidem mucronulos excurrentibus, inferiore duplo angustiore 3-nervia; flosculis muticis hyalinis. Nepal.

147. A. SEGETUM. *Trin.* (l. c. 294. sub: Ischaemum.) Culmo adscendente (pedali) geniculato-ramoso, ad nodos pubescente; foliis lanceolato-linearibus pilis brevibus plus minus adspersis; pedunculo nudo clavato; spicis geminis ($1^1/_2$—2-pollicaribus); articulis inflato-obovatis dorso-pedicello sublineari-triquetro lateribus villosulis; spiculae sessilis aristatae ovatae gluma inferiore a basi ultra medium transversim arcuato-rugosa cartilaginea glabra; spicula pedicellata tabescente mutica. Meoschium elegans *Nees.* Meoschium rugosum D. *Wall.* cat. 8864. Thelopogon elegans *Roth* N. pl. sp. 62. ⊙ Ind. or.

148. A. GIBBUS. *Trin.* (l. c. sub: Ischaemum.) Culmo erecto (2—4-pedali ramoso, vaginis nodisque glabris; ligula membranacea pilosa; foliis angusto-lanceolatis acutis (8—15″ longis, 3‴ latis) margine hispidis, longioribus in petiolum longum attenuatis; pedunculo nudo; spicis geminis (sub-3-pollicaribus), articulis pedicelloque linearibus (albo-) villosis; spiculae inferioris oblongo-lanceolatae gluma exteriore bitoruloso-gibbosa glabra apicem versus 9-nervia, inferiore acutissima; flosculo aristato; spicula superiore mutica. Ins. Manilla.

149. A. RUGOSUS. *Gaert.* (Fruct. III. t. 181. sub: Ischaemum.) Culmo simplici geniculo procumbente (vix 8—9-pollicari); nodis glabris; foliis lanceolato-linearibus ($^1/_2$—4″ longis) angustissimis; spicis geminis ($1^1/_2$-pollicaribus); articulis triquetis ad angulos laterales obsolete pilosulis; pedicello basi pilis brevibus cincto, ad dorsi angulum piloso; spicula inferiore transversim (rugis 6) rugulosa aristata inferne nodulosa aut laevi mascula mutica. Ind. or.

150. A. SEMISAGITTATUS. *Roxb.* (Fl. ind. 322. sub: Ischaemum.) Culmi ramosi basi decumbentis radicantis ramis erectis (12—18-pollicaribus) glabris, foliis ovato-lanceolatis basi cordata semisagittatis; spicis subsecundis ($1^1/_2$-pollicaribus); spiculis geminis basi barbatis; glumis exterioribus transverse rugosis; flosculo hermaphrodito aristato. ⊙ Ind. or.

151. A. TIMORENSIS. *Kunth.* (Rev. gram. t. 98. sub: Ischaemum.) Culmo repente ramoso (ramis 8—10-pollicaribus); nodis barbatis; foliis lanceolatis (1—2″ longis, 2—4‴ latis) pilis adspersis; pedunculo nudo; spicis geminis (pollicaribus, flavescentibus); articulis pedicellisque ad angulos molliter ciliatis; spicula utraque aristata et fertili; sessilis gluma inferiore bicuspidata, pedicellatae subulata; arista spiculis 4—5-plo longiore. Ins. Timor.

152. A. KOLEOSTACHYS. *Steud.* Radice fibrosa subcaespitifera; culmis subramosis vel simplicibus glabris; foliis lanceolatis brevi acuminatis glabris laevibus ($1^1/_2$—2″ longis, 1—2‴ latis); vaginis foliiferis ad exitum et marginem glabris vel pilosis, vaginis spicas foventibus ampliatis in foliolum breve terminatis; ligula membranacea obtusa; spicis e vagina evolutis longe pedunculatis terminalibus binis (1—2-pollicaribus); rhachi pedicellisque lanato-pilosis, pilis flosculos excedentibus; spiculis binatis alternis, altera sessili, altera pedicellata utraque conformi biflora; glumis subcoriaceis striatis superne sparsim pilosis, inferiore hyalino-membranacea ciliata bi—trifida, superiore setuloso-acuminata; fertili valvula inferiore a basi aristata, arista leviter torta flosculum triplo superante. Ex Hrbo. Parisiensi (nr. 157. sub: A. mollicomis *Kunth?*) Ins. Borbon.

153. A. URVILLEANUS. *Kunth.* (sub: Ischaemum, uti in *Duper.* it. t. 12.) Culmis repentibus apice adscendentibus distachyis (floriferis $^1/_2$-pedalibus); foliis lanceolato-linearibus (1—2-pollicaribus) glabris; pedunculo nudo; spicis geminis (subultra pollicaribus); articulis pedicelisque ad angulos denticulatis; spiculis glaberrimis, utraque brevi aristata; gluma inferiore spiculae sessilis obtusa bialata, pedicellatae acuta unialata. Brasilia.

154. A. TRITICIFORMIS. *R. Br.* (Prodr. 205. sub: Ischaemum triticeum.) Culmi nodis barbatis; vaginis imis hirsutis; foliis lanceolatis; pedunculo nudo; spicis geminis (5-pollicaribus); articulis dorso ciliatis; glumis imberbibus laevibus, interioris carina superne alata, flosculi hermaphroditi arista exserta. N. Holl.

155. A. CRYPTATHERUS. (*Steud.*) Culmo erecto; geniculis barbatis; foliis vaginisque glabris laevibus; rhacheos pedicellique angulis barbatis; glumis imberbibus laevibus; interioris carina subsimplici; flosculi hermaphroditi arista brevissima inclusa. Ischaemum australe *R. Br.* l. c. N. Holl.

156. A. VILLIFERUS. (*Steud.*) Culmo erecto; geniculis barbatis, vaginis laevibus; foliis scabris; rhacheos pedicellique angulis barbatis; glumis laevibus, exteriore basi villosa; perianthii arista exserta. Ischaemum villosum *R. Br.* l. c. N. Holl.

157. A. CORDATIFOLIUS. (*Steud.*) Culmis ramosis basi repentibus filiformibus (6—18-pollicaribus) vaginisque glabris; foliis brevibus acutis basi lata cordata; spicis in pedunculo clavato coadunatis; rhachi pilosa articulata floribus per paria in spica singula 4—8, altero sessili altero subsessili; glumis flosculi utriusque planis lanatis; flosculo sessili aristato. Ischaemum conjugatum *Roxb.* Fl. ind. I. 323. Ind. or.

158. A. GENICULATUS. *Roxb.* (l. c. 324. sub: Ischaemum.) Culmis geniculatis repentibus radicantibus glabris; foliis parvis ensiformibus glabris; spicis conjugatis arcte approximatis; rhachi articulata flexuosa, angulis acutis subinde pilosis; gluma exteriore flosculi sessilis ad apicem utrinque cristis duris serrulatis munita, interiore sub apice dorso cristata; glumis flosculi pedicellati navicularibus sub apice cristato mucronatis vel subaristatis; palea exteriore flosculi fertilis bifida aristata. Ind. or.

159. A. ASTHENOS. (*Steud.*) Culmo debili basi ramoso repente; ramis erectis, geniculis barbatis; foliis linearibus basi et ad vaginae oras pilosis; gluma exteriore floris sessilis truncata, reliquis omnibus cuspidatis: flore hermaphro-

dito aristato. Ischaemum tenellum *Roxb.* Fl. ind. I. 324. Ind. or.

160. A. MACRAEI. (*Steud.*) Culmis basi repentibus dein erectis, gracilibus ramosis; foliis lineari-lanceolatis pilosis, basi longius barbatis; spiculis obovatis; gluma inferiore spiculae sessilis convexa, ad medium a basi laevissima, hinc plana nervoso-striata alaque marginali cincta, apice obtuse bidentato crenulato, marginibus omnibus (excepta ala) cucullato-inflexis; superiore subulato-mucronata longiore, rhachi utrinque complanata alternatim semifurcata, angulis poriformibus; articulis cuneiformibus marginatis latiusculis pedicellisque ciliatis. Spodiopogon zeylanicus *Nees* mpt. An idem ac praecedens? *Nees. Macrae* legit in Zeylon.

161. A. RELICTUS. (*Steud.*) Culmo repente adscendente ramoso nodisque glabris; vaginis hirsutis; foliis gramineis planis in acumen productis margine ad apicem scabriusculis; ligula truncata; angulis rhacheos pedicellisque scabris; glumis inferioribus glabris, spiculae sessilis obtusa bidenticulata, arista brevissima. Ischaemum glabratam *Presl.* Rel. Haenk. I. 328. Ins. Philipp.

162. A. MINOR. *Presl.* (l. c. 329. sub: Ischaemum.) Culmo repente ramoso adscendente; nodis vaginisque glabris; foliis anguste linearibus acutis margine scabris; ligula truncata; angulis rhacheos pedicellique internis ciliatis; angulis externis scabriusculis; glumis inferioribus sub apice scabris; gluma superiore spiculae sessilis carinata bifido-dentata supra medium quadrinervia scabra; glumis spiculae pedicellatae supra medium 9-nerviis apice tridentatis, arista longitudine spiculae. Ins. Philipp.

163. A. DECUSSATUS. *Steud.* Culmo basi geniculato ramuloso; vaginis striatis glabris ore pilosulis; ligula membranacea ovata lacera; vaginarum una alterave florifera; spicis geminis (2-pollicaribus); angulis rhacheos pedicellis glumisque florum pedicellatorum sericeo-pilosis; spiculis altero rhacheos latere binis, sessili et pedicellato, altero latere pedicellata solitaria; flosculi sessilis gluma inferiore apice fissa, altera acuminata; flosculi pedicellati gluma utraque acuta; valvula inferiore utriusque flosculi aristata, arista flosculis triplo longiore. Ins. Borbon.

Species hujus sectionis minus cognitae.

164. A. NEMOPHYLLUS. (*Steud.*) Foliis filiformibus; corollae arista tortili elongata. Ischaemum aristatum *Thunb.* Prodr. 21. (in Flora cap. omissa species.) Ischaemum filiforme *Willd.* spec. IV. 940. Pr. b. sp.

165. A. MURINUS. *Forst.* (Prodr. nr. 384. sub: Ischaemum.) Foliis lanceolatis; calycibus aristatis; corollis masculis muticis, foemineis aristatis, arista geniculata; rhachi ciliata. *Willd.* l. c. Ins. Tanna.

§. 15. ε. Stipopsis. *Steud.* Spicae conjugatae 2, spicula rudimentaria vix ulla nisi scutellula apice pilosa; hermaphrodita completa, glumis valvulisque acutis.

166. A. STIPAEFORMIS. *Steud.* Radice fibrosa densissime caespitifera; culmis a basi ramosis brevibus (vix ultra 3-pollicaribus); foliis ad basin et oras vaginarum longe pilosis lineari-lanceolatis acutis (vix ultra 1″ longis et 1‴ latis) basi attenuatis; vagina suprema spicas duas conjugatas (pro statura plantae longas, nempe pollicares et ultra) proferente; rhachi complanata glabra; spiculis alternis; flosculo sterili nullo, nempe ad scutellulam minimam apice piliferam ad basin hermaphroditi redacto; hoc perfecto, glumis lanceolatis acutis, valvulis tenuissimis, inferiore aristata, arista recta vel subtorta flosculum 2—3-plo superante. (Ambigit plantula inter Stipam et Andropoginem, hujus omnino habitu et inflorescentia neglecta Stipam habes.) Ex Hrbo. Mus. Lug. Batav. Japon.

§. 16. ζ. Apocopis. *Nees.* Spica bifida aut geminata, quandoque singula, articulis trigonis, cilato-hirsutis ad genicula longius barbatulis; spiculae secundae aut quadrivariae subgeminae altera rudimentali pedicellari aut plane deficiente, altera polygama sessili; glumae truncatae, inferior lata plana obovato-conica coriacea vel chartacea 7—8—9-nervia, basin versus firmior colorata; superior apice angustior denticulata, chartacea marginibus inflexa laevis 3—5-nervia, flosculi 2 membranacei bivalves, inferior masculus muticus; valvulae aequales apice truncatae denticulatae; lodiculae exiles vel nullae; flosculus superior hermaphrodito-foemineus muticus vel aristatus, valvula inferior paulo firmior colorata truncato-2—3-dentata; superior brevior latius truncata ciliolato-denticulata; spiculae neutrius vestigium, pedicellus spiculae fertili adjectus ciliato-muticus.

167. A. COURTALLUMENSIS. (*Steud.*) Spicis geminatis secundifloris vel solitaria quadrifaria; spiculis aristatis; gluma inferiore obcordata. Apocopis Wightii *Nees* mpt. ♃ Courtallum Ind. or.

168. A. HIMALAYENSIS. (*Steud.*) Spicis geminis, spiculis muticis; gluma inferiore praemorso-denticulata. Apocopis Royleanus *Nees* in *Jardin.* Annal. VII. 220. *Wall* cat. nr. 8843. ♃ Nepal.

2. Spicis (plus minus constanter) quam duae pluribus (raro abortu solitariis) digitatis vel conjugato-confertis. Dactylopogon. *Nees.*

§. 17. a. Spicula altera sessilis altera pedicellata.

169. A. CHRYSOSTACHYUS. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo erecto stricto (2½—3-pedali) basi vaginis annotinis obvallato et subincrassato, undique glabro; foliis lineari-lanceolatis planis (4—7″ longis, 1—2‴ latis) margine setuloso-scabris; spicis ex axillis foliorum (2) supremorum 3—6 inaequalibus (1—2-pollicaribus) digitatis laxis; articulis pedicellis spiculae masculae glumisque exterioribus fertilis aureo-pilosis; flosculi masculi glumis glabriusculis acutis; arista geniculata torta flosculo duplo longiore. A. ferrugineus *Hochst.* Ex collectione *Schimperi* Argentoratum missa. Abyssinia.

170. A. GLAUCESCENS. *H. B.* (N. gen. I. 150.) Radice fibrosa; culmis caespitosis ramosissimis erectis (3-pedalibus) nodisque glabris; vaginis scabris striatis; ligula brevissima ciliata; foliis linearibus margine serrulato-scabris; spicis 2—4 digitatis laxis; articulis pedicelloque spiculae masculae acuminatae minus dense villosis, villis canescentibus longis; glumis flosculi utriusque scabris, hermaphroditi lanceolatis acutis concavis glabris; valvula interiore bifida, inter dentes emittente aristam tortilem geniculatam glumis 3-plo longiorem pubescentem. ♃ Quito. Brasil.

171. A. CARINATUS. *Nees.* (Agr. bras. 330.) Radice fibrosa; culmis caespitosis compressis simplicibus nodisque glabris; vaginis ad oras ciliatis foliisque e tuberculis longe pilosis; foliis culmeis brevibus (1½—2″), radicalibus longioribus (6—7″); spicis 2—3-nis axillaribus terminalibusque (1—2-pollicaribus) digitatis; articulis pedicellisque albo-plumosis; spicula utraque bilineali lanceolata; hermaphroditae gluma inferiore dorso canaliculata apice bifida binervia, superiore acuta ad carinam scabra; valvula inferiore ex apice bifido aristata, arista spiculam duplo superante. ♃ Brasil.

172. A. CONDYLOTRICHUS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 2011.) Radice fibrosa tenui; culmo erecto gracili glabro ramuloso foliato (½—1½-pedali) vaginato; vaginis striatis subtumidis ramulos vel pedunculos foventibus, apice pilosis; nodis pilis cinctis; foliis lineari-lanceolatis acutis (3—4″ longis, 1½—2‴ latis) glabris vel basi pilis sparsis longis munitis; spicis in apice ramorum 2—3, pedicellis et spicis ipsis basi pilis longiusculis cinctis et bracteatis, bracteis oblongo ovatis striatis obtusis ciliatis; spiculis bifloris, flosculo altero neutro mutico pedicellato, pedicello glumisque pilosis, altero sessili fertili, flosculo piloso, arista validula torta geniculata flosculum multoties superante (ultra pollicari). Abyssinia.

173. A. SERRULATUS. *Link.* (H. Ber. I. 241.) Culmo procumbente ramuloso (1½—3-pedali), nodis barbatulis; vaginis ciliatulis; ligula tenuissima longe ciliata; foliis lanceolato-linearibus spinuloso-ciliatis; spicis 2—3 sub

conferto-alternis (2—2½-pollicaribus) articulis pedicelloque spiculae neutrius acutae parce pilosis; pilis iisdem brevioribus; arista longitudine spiculae suae argute ciliato-serrata. ♃ —

174. A. CAMPORUM. *Trin.* (Act. Petr. 1833. II. 277.) Culmo simplici (2-pedali et ultra) cum nodis vaginisque glabris; ligula membranacea truncata tenuissime fimbriata; foliis subfiliformi-involutis erectis (1½-pedalibus, culmeis brevioribus); spicis 3 confertis subdigitatis laxifloris; articulis pedicelloque spiculae masculae acuminatae laxe pilosis; spiculae sessilis 3-linealis lineari-lanceolatae gluma inferiore obtusiuscula 6-nervia, utraque ad nervos hispidula; arista brevi (3‴ longa); spicula pedicellata acuminata pilis longioribus hirsuta. A. campestris *Trin.* l. c. non *Kunth.* ♃ Brasil.

175. A. TERNARIUS. *Michx.* (Fl. Am. I. 57.) Culmo erecto ramoso (3—4-pedali) nodisque glabris; foliis linearibus scabriusculis (5‴ latis); ramis remote alternis solitariis simplicibus plerisque tristachyis; spicis alternis confertis (5—6″ longis) basi annulato-pilosis; articulis pedicelloque spiculae masculae subacuminatae ciliatis, pilis iisdem brevioribus; arista longitudine spiculae suae (cum mascula glabrae ad nervos hispidulae vel pilosulae) aut eadem paulo longiore. ♃ Am. sptr.

176. A. VESTITUS. *Steud.* Culmo erecto simplici vaginis fere undique tecto glabro ad nodos annulatim piloso (2-pedali); vaginis ad oras margineque foliis undique villosis; ligula brevi membranacea ciliolata; foliis lineari-lanceolatis setaceo-acuminatis strictis (2—4″ longis, basi 1—1½‴ latis); spicis bis geminis terminalibus (1½″ longis); rhachi pedunculis articulis pedicellis glumisque albo-villosis; spicula utraque bilineali lanceolata (coeruleo-violacea); pedicellato flosculo masculo biglumi et bivalvi mutico; valvula inferiore masculi carinata ex apice integra aristata; arista torta geniculata flosculos 3-plo superante. *Claussen* legit in Minas Geraes Brasil.

177. A. LANUGINOSUS. *H. B.* (N. gen. I. 187.) Radice fibrosa; culmo ramoso (1½—2-pedali) cum nodis vaginis foliisque linearibus scabris; ligula brevi glabra; spicis sessilibus ternis (pollicaribus) rhachi pedicelloque flosculi neutrius albo-plumosis; glumis flosculi hermaphroditi scabris, inferiore bifido-dentata; flosculo neutro minimo; arista brevi vix exserta. ♃ Quito.

178. A. TRISTACHYUS. *H. B.* (l. c.) Culmo erecto ramoso (3-pedali), nodis glabris; foliis linearibus acuminatis scabris serrulatis; ligula brevi truncata ciliata, spicis ternis sessilibus (1½-pollicaribus); rhachi pedicelloque spiculae masculae albo-plumosis; glumis omnibus apice acutis basi barbatis; arista glumis duplo longiore. ♃ N. Andalusia.

179. A. TERNATUS. *Nees.* (l. c.) Radice rigido-fibrosa caespitigera; culmo subramoso (pedali) compressiusculo glabro; ligula truncata minutissime ciliolata; foliis strictis carinatis (1—1½‴ latis, 1½—5″ longis), junioribus supra villosis; spicis digitato-ternis (1½—2-pollicaribus); articulis pedicellisque spiculae neutrius plumoso-villosissimis; glumis spilculae fertilis (2½‴ longae flavae) subaequalibus nitidulis, inferiore complicato-lineari dorso profunde canaliculata binervia, carina scabra, superiore uninervia; valvula inferiore profunde bifida inter dentes in aristam 8—9-linealem terminata; spicula mascula mutica. ♃ Brasilia.

180. A. FLAVESCENS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 339.) Culmo erecto (usque 3-pedali) nodisque glabris; vaginis pilosis, supremis saepe tantum mucrone longo terminatis; foliis late linearibus subtus glaucis scabris; spicis subternis (1½-pollicaribus); rhachi pedicelloque flosculi neutrius plumosis; gluma floribus breviore; flore masculo bivalvi, glumis scabris inferiore mucronata; glumis hermaphroditi uninerviis carina hispido-scabris, superiore bidentato-mucronata, valvula superiore bilaciniata; arista glabra valvulam 4-plo superante. Peru.

181. A. MACROTHRIX. *Trin.* (l. c. 270.) Culmo simplici (1½-pedali); nodis vaginisque glabris; ligula brevi membranacea; foliis linearibus planis (2‴ latis, 3—4″ longis), superioribus angustatis apice barbatis; spicis terminalibus (raro etiam axillaribus) sub-5-nis digitato-fasciculatis (1½-pollicaribus); articulis pedicellisque spiculae neutrius villis ipsis subduplo longioribus munitis; spiculae sessilis sublinealis gluma inferiore dorso retuso-complanata binervia nervis subalatis hispidis, superiore 3-nervia; arista spicula 5- (raro tantum 3-)plo longiore; spicula pedicellata tabescente acuta mutica. Brasilia.

182. A. LATERALIS. *Nees.* (Agr. bras. 329.) Radice caespitifera; culmis pluribus gracilibus (1½-pedalibus) erectis simplicibus, nodis vaginisque glabris; ligula brevi truncata crenulata; foliis linearibus (6—7″ longis, 1—1¼‴ latis) acutis rigidulis basin versus supra pilosulis, circa ligulam longe barbatis vel glabris; spicis axillaribus terminalibusque fasciculatis (2-pluribus, 1—1½-pollicaribus), partialibus dichotomis vel simplicibus; articulis pedicellisque barbato-fimbriatis; spiculis lanceolatis glabris (purpurascentibus), gluma inferiore hermaphroditae binervia obtusiuscula superiore uninervia acuta; valvula inferiore ex apice aristata, arista spiculam aequante vel breviore; spiculae masculae (2—2½-linealis, totae purpureae) gluma inferiore 4- superiore obsolete 3-nervia. ♃ Brasil.

183. A. AMPLUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 339.) Culmo erecto semitereti superne ramosissimo nodisque glabris; vaginis supremis aphyllis foliisque scabris margine serratis; spicis 3—4-nis pedunculo brevioribus erectis; rhachi pedicelloque floris masculi plumosis, plumis flore brevioribus; glumis floris masculi lanceolatis scabris acutis, hermaphroditi muticis; valvula superiore bilaciniata quam arista 3-plo breviore. Peru.

184. A. HIRSUTUS. *H. B.* (N. gen. I. 150.) Radice fibrosa; culmis erectis ramosis (3—4-pedalibus); nodis lanatis; spicis pedunculatis alternis ternis, rarius pluribus; articulis piloso-lanatis, pedicello ciliato-scabro; glumis omnibus basi apiceque pilosis; arista longissima pubescente. ♃ Mexico.

185. A. HIRTIFOLIUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 338.) Culmi teretis erecti alternatim canaliculati glabri laevis (ultra bipedalis) nodis lanatis, vaginis laxiusculis ore pilosis; ligula truncata membranacea (vix lineali); foliis planis utrinque vel versus basin hirsutis, margine scabris; spicis subquinis (4—6) alternis digitatis (2″ longis) strictiusculis; rhachi partiali pedicellisque spicularum masculorum ciliato-barbatis, barba spiculis breviore; glumis flosculi neutrius ciliatis apice scabris ⅓ brevioribus, hermaphroditi basi barbatis apice ciliatis scabris, arista spiculam longe excedente scabra. ♃ Mexico.

186. A. ELYTHROPHYLLUS. *Steud.* Culmo erecto simplici glabro, ad nodos villoso, superne tereti (pluripedali) inter internodios sulcato; vaginis ore — foliisque linearibus angustis (3—5″ longis, 1‴ latis) basi margineque pilosis, vel glabratis; spicis terminalibus subbinato alternis subsenis (vix pollicaribus); articulis pedicellisque flosculi sterilis longe pilosis; spiculis subtrifloris, flosculis nempe 2 lateralibus incompletis, altero pedicellato ad glumam simplicem planam vel foliolum viride redacto, altero sessili inani (vel si mavis ad pedicellum redacto); flosculo intermedio sessili hermaphrodito basi minus dense piloso; glumis 2 coriaceis subaequalibus nervosis; valvula inferiore aristata, arista spiculis 2—3-plo longiore. Mexico.

187. A. DIATHERUS. *Steud.* Culmo geniculato erecto (ultra pedali); nodisque glabris; foliis lanceolatis acuminatis (culmeis 3—4″ longis, 5—8‴ latis) striatis glabris, basi cum ore vaginarum puberulis; spicis pluribus (8—15) subdigitato-fasciculatis (1½—3-pollicaribus); rhachi ad articulos dense longeque annulato-pilosa; spiculis binis

altera sessili altera pedicellata utraque perfecta et aristata, glumis valvulisque glabris; arista torta, flosculum vix duplo superante. Oaxaca.

188. A. MOLLICOMUS. *Kunth.* (Gram. I. t. 96.) Culmo ramisque canaliculatis apice nodisque superioribus villosis; foliis linearibus planis scabriusculis; vaginis carinatis glabris; ligula abbreviata fimbriata; spicis 2—4; spiculis 4-seriatis sericeo-pilosis; hermaphroditis longe aristatis, sterilibus pedicellatis muticis; rhachi pedicellisque ad unum latus pilosis; arista scabra spiraliter torta. Andropogon nr. 48. *Sieber* Hrbr. Maurit. Lipeocercis mollicoma *Nees* mpt. ♃ Ins. Maurit. Timor.

Cfr. supra nota ad A. serratum *Retz.* nr. 30.

189. A. GARIPENSIS. (*Steud.*) Geniculis longe barbatis; foliis supra e tuberculis pilosis; ligula obtusa nuda; spicis fasciculatis simplicibus divisisve; glumis obovato-oblongis obtusis integris aut repando-tridentatis e tuberculis hirtis. Lipeocercis annulata *Nees* Fl. Afr. 98. Andr. mollicomus *Trin.* Act. Petr. VII. 2. 276. excl. syn. Ad fluv. Garip. Afr. austr. Variat: spicis binis vel solitariis, spiculis brevioribus fere glabris A. barbatus *Hamilt. Wall.* Cat. 8810. C. Ind. or.

190. A. RUFISPICA. *Steud.* Culmo erecto tereti glabro strictiusculo (2-pedali et ultra) foliato; vaginis striatis sparsim ad margines et oras densius pilosis; ligula membranacea brevi; foliis lineari-lanceolatis acutis margine scabris ($1\frac{1}{2}$—4″ longis, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$‴ latis); spicis plerumque ternis (raro abortu binis vel solitariis, $1\frac{1}{2}$—3″ longis) subfasciculato conjugatis rufescentibus; spiculis binis, altera in articulo rhacheos sessili, altera pedicellata; rhacheos articulis pedicellisque basi pilosis; spiculis bifloris; glumis chartaceis flosculos superantibus, exteriore ovata concava acuminata, interiore lineari-oblonga apice breviter bifida; flosculo neutro rudimentario; hermaphroditi valvulis hyalinis subaequalibus; arista ima basi flosculi inserta a binis lodiculis cincta, ad geniculam usque torta, exserta parte flosculum aequante, tota hunc duplo superante. Hrbr. *Zollinger* nr. 2193. Java.

191. A. FULVISPICA. *Steud.* Culmo simplici vel subramoso (bipedali) vaginato, foliato cnrvato tereti glabro; vaginis parum (per 1″) distantibus apice subventricosis striatis glabris; ligula brevi membranacea longe ciliata; foliis lanceolatis acutatis patentibus glabris laevibus (3—5″ longis, 1—2‴ latis); spicis fasciculatis ternis ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{3}$″ longis) fulvescentibus villosis; spiculis binis vel ternis omnibus sessilibus, lateralibus (1—2) ad pedicellum vel glumam crassiusculum undique pilosum redactis; fertilis glumis oblongo linearibus pubescentibus; stylis longis exsertis, arista geniculata spiculam 2—3-plo superante. Hrbr. *Zollinger* nr. 2707. Java.

192. A. FURCATUS. *Schreb.* (Gram. t. 48.) Culmo erecto elato (4—5-pedali) sursum florifero-ramoso cum nodis vaginisque glabris; ligula membranacea fissa ciliolata; foliis elongatis (inferioribus ultra bipedalibus, 2‴ latis) sursum brevioribus (summis 2—3″ longis) glabris vel versus vaginae oras sparsim pilosis; spicis axillaribus et terminalibus 2—5 digitatis inaequalibus (1—3″ longis); rhacheos articulis basi annulo pilorum (flavescentium vel alborum) cinctis, pedicellis uno vel utroque latere ciliatis; glumis flosculi pedicellati masculi subaequalibus nervosis scabris acuminatis; gluma exteriore flosculi fertilis subincurva compressa ex apice bifido brevissime setifera, carina setuloso-scabra; arista flosculo $1\frac{1}{2}$ longiore. Variat: spicis terminalibus compositis subpaniculatis. A. avenaceus. Hrbr. *Frank* un. it. 1837. ♃ Am. sptr.

193. A. APPENDICULATUS. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 105.) Culmo erecto e vaginis florifero-ramoso (2—3-pedali) nodisque glabris; vaginis ad oram pilosis; ligula ciliato-pilosa; foliis linearibus (2—3″ longis, 1‴ latis) margine scabris; spicis 3—6 subdigitato-confertis ($1\frac{1}{2}$—2-pollicaribus); articulis pedicellisque spiculae masculae setaceae acuminatae ciliato-pilosis, pilis albis iisdem paulo brevioribus; glumis margine scabris, inferiore flosculi fertilis acuta binervia, margine ciliato-scabra; arista spiculis subduplo longiore. ♃ Afr. austr.

194. A. ISCHAEMUM. *Lin.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis adscendenti-erectis (1—$1\frac{1}{2}$-pedalibus) glabris; vaginis striatis ad oras foliisque sparsim papilloso-villosis, ligula vix ulla nisi margo ciliatus; foliis linearibus acutis (3—4″ longis, 1‴ latis) margine scabriusculis; spicis terminalibus 4—15 conferto-digitato-fasciculatis tenuibus ($1\frac{1}{2}$—2-pollicaribus); articulis pedicellisque flosculi masculi accrescendo-villosis, pilis superioribus illis longioribus; gluma spiculae pedicellatae exteriore apice obtusiuscula villosula (demum 3-dentata) dorso multistriata, spiculae sessilis obtusiusculae gluma exteriore apice striata obtusiuscula villosula, arista spiculam plus duplo superante. *Jacq.* Austr. t. 384. *Schreb.* Gram. t. 33. *Host* Gram. t. 2. ♃ Eur. As. N. Holl.

195. A. PROVINCIALIS. *Lam.* (Enc. I. 376.) Culmis ramosis erectis teretiusculis ad unum latus planis, nodis imberbibus; foliis planis scabris; spicis 4 pedunculatis alternis simplicibus; spiculis geminis altera sessili fertili, altera pedicellata sterili, in apice spicae adsunt spiculae ternae; intermedia fertili, lateralibus sterilibus; fertili lanceolata basi barbata articulum rhacheos superante biflorae, barba sericeo-pilosa persistente; flore inferiore unipalaceo neutro, superiore bipaleaceo hermaphrodito; glumis 2 membranaceis albido-purpurascentibus glabris, inferiore lanceolata apice bifida, dorso plana 6-nervia, carinis superne spinuloso-ciliatis; gluma superiore paulo breviore oblonga acuta 3-nervia ciliata; hermaphroditi valvulis 2 hyalino-membranaceis, inferiore flore neutro $\frac{1}{4}$ breviore lanceolata bifida inter lobos aristata, arista infra medium geniculata spiraliter torta scabra glumas duplo superante. *Kunth* Supl. p. 410. t. 39. Vix praecedentis var. ♃ Gallia austr.

196. A. MINUTIFLORUS. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo tereti gracili laevi (1—2-pedali) foliato; vaginis arctis striatis glabris; ligula margo brevissimus pilosulus; foliis basin versus margine pilosis mox convolutis apicem versus angustato-setaceis scabris (4—7″ longis, basi $\frac{1}{2}$—1‴ latis); spicis in apice culmi dense aggregatis (15—30); radiis a basi floriferis, ad flosculorum insertiones fasciculato-sericeis; spiculis minutis utrisque aristatis; arista neutrius tenuissima flosculo subduplo longiore, fertilis arista validula torta a basi ad medium longe subpectinato pilosa, superne brevissime pilosa, flosculum multoties superante. Ex hrbo. *Urville* sine loco natali.

197. A. BIARISTATUS. *Steud.* Culmo basi radicante (fibris validis scandentibus?) undique glaberrimo (1—2-pedali), nodis subincrassatis; foliis lanceolatis basi attenuatis apice acuminatis ($1\frac{1}{2}$—3″ longis, $1\frac{1}{2}$—3‴ latis) ima basi quandoque in lamina pilis paucis conspersis, rufescentibus; vaginis striatis ad margines pilosis, ligula membranacea brevi vel pilis aliquot repraesentata; spicis aggregatis 3—6 tenuibus bipollicaribus, a basi floriferis; articulis pedicelloque flosculi neutrius pilosis; flosculo altero sessili hermaphrodito, altero pedicellato masculo vel neutro, utroque bivalvi et aristato; aristis flosculos superantibus. Ex Hrbo. *Wallich* nr. 8823. Variat: spicis binis quin solitariis. Ind. or

198. A. BLADHII. *Retz.* (Obs. II. 27.) Culmo erecto ramoso (3-pedali), nodis villoso-barbatis; ligula membranacea brevi pilosa, foliis planis (2‴ latis, 3—8″ longis) sparsim praesertim ad vaginae caeterum glabrae oras pilosis; spicis 3—8 confertis fasciculato-subalternis (fere 2-pollicaribus), inferioribus brevi-pedunculatis; articulis pedicelloque spiculae neutrius obtusiusculae ad margines accrescendo pilosis, pilis supremis iisdem longioribus; spiculae sessilis bilinealis gluma inferiore elliptica obtusa hirsutius-

cula 7- superiore 3-nervia glabra; arista quam spicula sua 4-plo longiore pilis inferne brevibus superne longis adspersa; spicula inferiore superiori simili. *Trin.* Ic. t. 125. Lipeocercis Bladhii *Nees* mpt. ♃ Ind. or.

199. A. AUREO-VILLOSUS. *Steud.* Culmo tereti (sursum certe glabro); vaginis striatis margine ciliatis; foliis caulinis lanceolatis angustis acutis (1″ longis, vix 1‴ latis) glabris aut basi tantum villosulis; spicis fasciculatis 5—8, densiusculis compressis (1—2″ longis) undique aureo-fulvo villosis, villis spiculas superantibus; rhachi flexuosa; spiculis binis, altera sessili altera pedicellata, utraque pistillifera et aristata; arista basi latiore torta, flosculum fere duplo superante. Herb. Paris. (nr. 164.) Ins. Borbon.

200. A. PSEUDOISCHAEMUM. *Nees.* (mpt.) Culmo erecto ramoso, nodis barba reflexa cinctis; vaginis foliorum inferioribus imberbibus foliisque glabris; spicis fasciculatis (6—8); rhachi ciliata barbataque; spiculis lanceolatis villosis ciliatisque; gluma infera 8-nervia apice extremo enervia membranacea, imperforata; seta terminali spicula plus triplo longiore. A. Ischaemum *Roxb.* Fl. Ind. I. 264. Variat: spiculis minoribus ($1^3/_4$‴) minus hirsutis. A. undulatus et pentastachyus *Heine* hrbr. in *Wall.* Cat. nr. 8815. Ind. or.

201. A. ANNULATUS. *Forsk.* (Decrpt. pag. 173.) Culmis erectis ramosis glabris, nodis annulato-pilosis; vaginis striatis glabris; foliis linearibus scabris interdum papilloso-pilosis demum glabratis (6—12″ longis, $1^1/_2$—2‴ latis); ligula hyalina fissa; spicis 2—6 subfasciculato-alternis ($1^1/_2$—2″ longis); rhacheos articulis pedicellisque spiculae neutrius $1^1/_2$-linealis accrescendo villosis, pilis supremis iisdem longioribus; gluma exteriore spiculae neutrius undique papilloso-villosa apice obtusa, denticulata (basi quandoque puncto excavato notata) multinervia; spicula sessili parum minore; stigmatibus fulvis exsertis, arista spicula 4—6-plo longiore. ♃ Aegypt. Nubia. Senegamb. Ind. or. Afr. austr.

202. A. RADICANS. *Lehm.* (Sem. H. Hamb. 1828.) Culmo adscendente (pedali) basi ramoso infracto (radicante), nodis hirsutis; foliis brevibus ($^1/_2$—2″ longis, 2‴ latis) acuminatis subtus vaginisque ore pilosis; spicis 4—12 alternatim approximatis fastigiatis ($1^1/_2$-pollicaribus); inferioribus breve pedunculatis; articulis pedicelloque spiculae neutrius obtusiusculae scabrae angustae accrescendo-pilosis, pilis candidis eandem aequantibus; spiculae sessilis valvula inferiore obtusa ad medium usque pilosa, superiore laevissima nitidissima; arista spicula sua 3—4-plo longiore. An praecedentis var.? *Nees* Fl. Afr. I. 107. ♃ Afr. austr.

203. A. ARISTATUS. *Poir.* (Enc. supl. I. 585.) Culmo cum nodis glabro; vaginis foliisque laxe villosis, his firmis angustis planiusculis longe subulatis asperis; spicis pedunculatis 3—4-nis villosis compressis; flosculis geminatis, altero sessili longe aristato, altero pedicellato mutico. A. annulato *Forsk.* dicitur affinis. Ins. Borbon.

204. A. BIFOVEOLATUS. (*Steud.*) Culmo ramoso, apice tereti, nodis barbatis; spicis fasciculatis, rhachi ciliata, infra spiculas barbata; spiculis coloratis ciliolatis, masculo neutro dorso grosse 2—3-foveolato. Andropogon nr. 156. *Wight* Hrbr. A. scrobiculatus *Nees* mpt. non *Delil.* ♃ Penins. Ind. or.

In specimine vix dubie huc referendo video: Radice fibrosa; culmo simplici basi adscendente geniculato (ultra pedali) glabro; vaginis striatis glabris, ore parum pilosis; ligula membranacea brevi fissa; foliis planis lanceolatis nervosis glabris laevibus; nodis barbatis; spicis subfasciculato-digitatis (5—6) breviter pedicellatis (sub $1^1/_2$-pollicaribus) spiculis (purpureo-coerulescentibus); glumis ciliatis multinerviis dorso 1-, saepius 2-foveolatis, multi-tenuissime-nervosis; nervis foveolisque in junioribus nullis; arista geniculata infra fuscescente supra geniculum flavescente flosculos duplo superante. A. subunifoveolatus *Steud.* Hrbr. *Hohenacker* nr. 918. In montibus Nilagiri. Ind. or.

205. A. INSCULPTUS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 80.) Radice fibrosa; culmo basi geniculato adscendente erecto (3-pedali), florifero-ramoso glabro, nodis annulato-pilosis; vaginis ad oras pilosis, ramificationum tumidulis; ligula membranacea ciliata; spicis 4—6 subfasciculato-alternis ($1^1/_2$—$2^1/_2$-pollicaribus); rhacheos articulis pedicelloque flosculi neutrius subbilinealis accrescendo villosis, pilis supremis iisdem longioribus; gluma exteriore spiculae neutrius margine ciliata, dorso glabra multistriata punctisque 3—4 excavatis notata, apice obtusiusculo pilis brevissimis terminata; flosculi sessilis gluma exteriore ciliata puncto unico notata; arista flosculo 4—6-plo longiore; stigmatibus (rufescentibus) vix exsertis. Praecedenti similis sed satis distinctus *Rich.* Fl. Abyss. II. 458. ♃ Abyssin.

206. A. PAPILLOSUS. *Hochst.* (l. c. nr. 526.) Radice valida fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) plus minus florifero-ramoso glabro ad nodos (inferiores valde incrassatos) annulato-piloso; vaginis margine et ad oras pilosis; ligula membranacea tenuissime ciliata; foliis lineari-lanceolatis longe acuminatis ($1^1/_2$—2‴ latis, 3—6″ longis) papilloso-pilosis demum glabratis; spicis 3—7 fasciculato-subalternis, inferioribus pedicellatis ($1^1/_2$—2-pollicaribus); rhacheos articulis pedicellisque pilosis; gluma exteriore flosculi pedicellati ovato-oblonga bilineali 7-nervia praesertim margine longe papilloso-pilosa apice obtuso subdenticulata; gluma exteriore flosculi fertilis $1^1/_2$-linealis illi simillima 5-nervia, arista ipso 4—5-plo longiore. *Rich.* Fl. Abyss. II. 457. ♃ Abyssin.

207. A. POLYPTYCHOS. (*Steud.*) Culmi nodis barbatis; foliis lanceolato-linearibus, vaginisque villosis; spicis (geminato-) fasciculatis dichotomis spatio a basi florentibus; geniculis barbatis, spiculis pedicelloque ciliatis; spicula utraque oblonga obtusiuscula imperforata; gluma inferiore spiculae sessilis sub-6-nervia, pedicellatae multi-(13-)nervia, arista spicula sessili duplo longiore, pedicellatae nulla. A. (Dactylopogon) Arnottii *Nees* mpt. ♃ Ceylon.

208. A. HEXASTACHYUS. *Hochst.* (Hrbr. *Hohenak.* Ind. or. 1847. nr. 279. sub: Erianthus.) Culmo erecto (? sursum certe) glabro; vaginis ore cum ligula brevi pilosis; foliis (supremis) angustis glabris; spicis pluribus (5—9-) subfasciculato-conjugatis tenuibus elongatis (3—4-pollicaribus); rhacheos articulis pedicellisque flosculorum sericeo-pilosis; flosculo altero sessili, altero-pedicellato utroque aristato; gluma inferiore ex toto sericeo-pilosa, superiore glabra, arista flosculos fere duplo superante. Ind. or.

209. A. LAXIFLORUS. *Steud.* Culmo glabro tereti (pluripedali), spicis pluribus (8) fasciculato-congestis elongatis inaequalibus (3—6″ longis) laxifloris; rhacheos articulis glabris; flosculo altero sessili ad rudimentum redacto facile deciduo, altero pedicellato (masculo, an hinc planta dioica?) aristato; pedicello basi glabro; sursum sericeo-piloso, glumis exarato-striatis pilosis; arista longissima (2-pollicari et ultra) basi torta longe pilosa, medio articulata et inde brevi pilosula. Hrbr. *Hohenck.* nr. 297. b. Ind. or.

210. A. BERTERONIANUS. *Steud. Hochst.* (Hrbr. *Berter.* chil. nr. 799.) Radice valide fibrosa; culmo ima basi ramoso erecto (bipedali) fere toto vaginato ad nodos dense annulato-villoso; vaginis ad oras valde caeterum plus minus cum foliis villosis; ligula membranacea brevi-ciliata; foliis lanceolato-linearibus acuminatis (3‴ latis, 3—7″ longis); spicis plurimis (12—25) fasciculato conjugatis et compositis inferioribus pedicellatis (1—2-pollicaribus); rhacheos articulis pedicellisque flosculi neutrius longissime pilosis; hoc ipso ad glumam inanem angustissimam redacta (saepe deficientem); gluma exteriore flosculi sessilis basi pilosa, dorso canaliculato glabra tenuistriata, apice obtusiuscula subbifida vel integra acutiuscula; arista flosculo 3-plo longiore. ♃ Chili.

211. A. KORETROSTACHYS. *Trin.* (Act. Petr. T. II. 1833. p. 273.) Culmo ex ima basi adpresso-florifero ramoso

(vix pedali), cum nodis vaginis foliisque glabro; ligula ciliari brevissima; foliis angustissimis carinato-compressis (3—5-pollicaribus) glabris; spicis 3—7 confertissimis subdigitato-fasciculatis (1—1½-pollicaribus); articulis pedicelloque sterili accrescendo villosis, villis supremis illis sublongioribus; spiculae sessilis gluma inferiore obtusiuscula inferne et ad margines superne pilis adspersa praeter nervos 2 dissitos obsolete nervata, superiore infra apicem obtusiusculum setam ultra bilinealem exserente; arista spicula sua 6—8-ies longiore. Ins. Manil.

212. A. AFFINIS. *R. Brown.* (Prodr. 201.) Culmo erecto subramoso (plus quam bipedali), cum foliis vaginis nodisque inferioribus glabris; superioribus nodis annulato villosis; ligula membranacea brevi ciliata; foliis linearibus setaceo-acuminatis (1½—2‴ latis, 4—7″ longis); spicis 3—5 raro binis, subdigitato-alternis (1—2-pollicaribus); rhachi pedicellisque pilosis; gluma exteriore flosculi neutrius ovali obtusa apice subdentata villosa multistriata margine ciliata; gluma flosculi sessilis exteriore parum minore oblongo-ovata pilosa apice denticulata; arista torta flosculo 3—4-plo longiore. (Secundum specimen nr. 48 *Sieberi* fl. Ins. Maurit.) Borbon. N. Holl.

213. A. SERICEUS. *R. Br.* (Prodr. 201.) Foliis setaceo-acuminatis; vaginis laevibus; geniculis barbatis; spicis 3—6 digitatis sericeis; glumis exterioribus ovalibus obtusis juxta apicem longissime barbatis. N. Holl.

214. A. PILOSUS. *Klein* (in *Willd.* Spec. IV. 920.). Culmo basi ramoso (3-pedali); foliis gramineis rigidis (4—12-pollicaribus), basin versus pilosis; ligula truncata lacera; spicis digitatis subsenis (3-pollicaribus); floribus basi lana involutis, sessili aristato, masculo pedicellato mutico; rhachi glabra, arista tenuissima torta. ♃ Ind. or.

215. A. LANCEOLATUS. *Roxb.* (Fl. ind. I. 262.) Culmis e geniculis radicantibus adscendentibus; foliis lanceolatis cordatis amplexicaulibus setoso-ciliatis; spicis 2—4-nis pedunculatis; articulis pedicellisque sublanatis; flore sessili aristato; gluma exteriore acute pectinato-serrulata, dorso laevi; articulorum rhacheos barba longa. Batratherum lanceolatum *Nees* Edinb. Phil. Journ. 1835. p. 181. An praecedentis var.? ♃ Ind. or.

216. A. SCANDENS. *Roxb.* (l. c.) Culmis elongatis ramosis repentibus vel scandentibus profunde unilateraliter sulcatis, apice floriferis erectis; geniculis lanatis; foliis pilosis; spicis 5—6 digitatis; calycibus pilosiusculis; flore hermaphrodito sessili aristato, masculo mutico. ♃ Ind. or.

217. A. RHIZOPHORUS. *Steud.* Caule ramoso-diffusulo (scandente?) ad genicula inferiora radices validulas elongatas simplices vel ramosas protrudente, pluripedali teretiusculo glabro, nodis subincrassatis; foliis brevibus (pollicaribus et parum ultra, 1—2‴ latis) acuminatis rufidulis glabris, ligula vix ulla, vel pili aliquot; spicis paucis (2—4 et? ultra) tenuibus laxifloris digitato-fasciculatis (1—2″ longis); spiculis binis altera pedicellata, altera sessili, rhachi pedicelloque glabris, spiculis apice fasciculo pilorum cinctis; spicula sessili mascula aristata, pedicellata biglumi et bivalvi, valvulis cuspidatis altera e basi aristata, aristis utriusque flosculi tenuissimis flosculo suo duplo longioribus. Hinc praecedenti, hinc A. biaristato *Steud.* nr. 197 affinis. Hrbr. *Wall.* nr. 1821. Ind. or.

218. A. ASTHENOSTACHYS. *Steud.* Culmo erecto glaberrimo foliato (ultra pedali) cum nodis foliisque glabro; his e basi latiuscula angustissimis convolutis elongatis (6—12″ longis); ligula brevi ovata ciliata; spicis dense fasciculato-digitatis (15—20) tenuibus (1—1½″ longis); rhacheos tenuis articulis pedicellisque longe pilosis; flosculis binis, altero pedicellato uniaristato, altero fertili biaristato, arista longiore flosculum vix linearem pluries superante. Hrbr. *Cuming* nr. 1101. Ins. Philip. (cfr. infra: Pollinia setifolia *Nees.*)

219. A. INCURVATUS. *Retz.* (Obser. V. 21.) Culmis filiformibus (2-pedalibus) ramosis foliosis; foliis linearibus radicalibus pluribus culmeis paucis; spicis in pedunculo elongato pluribus filiformibus subdigitatis (viridi-fuscis); floribus geminatis hirtis basi barbatis, foemineo pedicellato aristato, masculo sessili mutico; calyce in utroque uniglumi obtuso; valvulis lanceolatis hyalinis; arista longa torta geniculata. Tranquebar.

220. A. KOENIGII. (*Steud.*) Culmo tereti glaberrimo infra spicarum fasciculo pubescente; nodis incano barbatis, inferioribus ramiferis; vaginis internodio brevioribus striatis glabris, fauce intus pilosulis; ligula brevissima ciliatula; foliis erectis linearibus sensim attenuatis subcompressis carinatis striatis (usque 6-pollicaribus) glabris basi pilis longiusculis adspersis; spicis ternis vel binis, ramificationum etiam solitariis (bipollicaribus) nutantibus et curvis brevipedicellatis; pedunculis pube tectis; rhachi partiali articulata, articulis albo barbatis; spiculis imbricatis, altera sessili hermaphrodita latus spicae superius tenente; altera pedicellata mascula vel neutra latus spicae inferius tenente; calyce utriusque biglumi; glumis herbaceo-coriaceis, inferiore subrotunda 10-striata inferne pubescente, superne ciliato-hispida; superiore lanceolata; corolla bivalvi hyalina, valvula inferiore hermaphroditi aristata, arista longissima tortili; mascula mutica. A. incurvatus *Koenig* in Hrbo. *Banks* et *Trin.* in Spr. Entd. II. 91. Ind. or.

221. A. CHLORIDIFORMIS. *Gaudich.* (*Freyc.* it. 412.) Culmo simplici, foliis vaginis nodisque tomentoso-hirsutis; spicis digitato-quaternis; rhachi piloso-ciliata; spiculis sessilibus solitariis (?) unilateralibus; glumis villosis; arista glumis duplo longiore. Ins. Mariae Annae.

222. A. STRICTUS. *Roxb.* (l. c. 265.) Culmo recto (1½—2-pedali) superne ramoso, glabro; nodis barbatis; foliis gracilibus basi ciliatis; spicis in pedunculo communi elongato fasciculatis 3—6; rhachi pilosa; glumis utriusque flosculi utrinque apice scrobiculatis; arista longa flexuosa. Ind. or.

§. 18. b. Spicula utraque (altera vel utraque brevissime) pedicellata, cylindrica. Trachypogon. *Autor.*

223. A. PLUMOSUS. *H. B.* (N. gen. I. 149.) Culmo erecto ramoso (4—5-pedali); nodis barbatis; vaginis apicem versus pilosis; ligula brevi piloso-ciliata; foliis planis linearibus scabris, rarius involutis; spicis 2—4-nis basi calloso-incurvis (6—8-pollicaribus); rhachi ad genicula pubescente; glumis spiculae fertilis lanceolatis obtusis striatis sericeo-villosis: arista longissima (1½-pollicari) basi pilosa; glumis flosculi masculi pubescentibus. ♃ Brasil.

224. A. DISSOLUTUS. *Nees.* (Linn. XIX. 695. sub: Trachypogon.) Caule simplici; nodis adpresso-barbatis; foliis scabris basi attenuatis; vaginis glabris; ligula longissima apice bifida margine herbacea; spicis geminis elongatis; rhachi glabra; glumis utriusque spiculae nitidulis patulo-villosulis; arista longissima basi pilosa. Hrbr. *Aschenb.* nr. 663. Mexico.

225. A. LIGULARIS. *Nees.* (Agr. bras. 345. sub: Trachypogon.) Glaucescens; culmo ramoso, nodis sericeis; vaginis glabris; ligula lanceolata elongata integra; spicis subternis alternis; rhachi glabriuscula; glumis utriusque spiculae villosis; fertili pedicellata; arista longissima basi pilosa. Prioris var.? ♃ Brasilia.

226. A. SCROBICULATUS. *Kunth.* Radice fibris validis repente; culmo erecto stricto ramoso (3—6-pedali); nodis glabris; vaginis punctis glandulosis adspersis; foliis linearibus (3—12″ longis, 2—4‴ latis) scabris; spicis fasciculato-paniculatis bracteatis; rhachi spiculaque fertili hirtis; glumis spiculae neutrius maximis, dorso medio glanduloso-scrobiculatis; arista longissima basi contorta albido-hirsuta supra medium geniculata scabra (4-pollicari). Trachypogon scrobiculatus *Nees* Agr. 247. ♃ Brasil.

227. A. DACTYLOIDES. *Steud.* Culmo elato glabro;

foliis superioribus convolutis setaceo-acuminatis; spicis digitato-fasciculatis 8—10 longissimis (6—10-pollicaribus); rhacheos articulis glabris; pedicellis spiculisque molliter pubescentibus; arista longissima (1½-pollicari) ad medium usque patenti-pilosa, superne minute pubescente. Andropogon digitatus *Hochst.* Hrbr. *Hostmann* nr. 1028. ♃ Surinam.

§. 19. c. Ischaemoneae; flosculo utroque bivalvi, inferiore neutro masculo, superiore hermaphrodito vel foemineo.

228. A. MEDIUS. (*Steud.*) Culmo erecto simplici (ultra pedali); vaginis biauritis glaberrimis; foliis lineari-lanceolatis (½' longis, 5—6''' latis); pedunculo nudo; spicis 4—5 fasciculato-compositis (pollicaribus); articulis pedicellisque ad angulos accrescendo-ciliatis; spicula utraque hemiologama et aristata; gluma inferiore spiculae sessilis utrinque adnata, pedicellatae superiore dorso alata homomorpha. Ischaemum intermedium *Brogn.* it. bot. 73. Ins. Moluccae.

229. A. FASCICULATUS. *Brogn.* (l. c. sub: Ischaemum.) Culmo erecto simplici compresso glabro; nodis (superioribus) villosis; foliis lanceolatis acutis utrinque pilosis; vaginis villosis; spicis 4—5 fasciculato-compositis (pollicaribus); articulis pedicellisque ad angulos longe barbatis; spicula utraque hemiologama et aristata; gluma inferiore spiculae sessilis bidentata, dorso pilosula multi(11-)nervia, utrinque superne alata, gluma spiculae pedicellatae superiore acuminata villosa (7-nervia) et exalata homomorpha; aristis quam spiculae triplo longioribus tortis rigidis violaceis. Ins. Mauritius.

230. A. BOUROUENSIS. (*Steud.*) Culmo erecto simplici nodisque glaberrimis; foliis lineari-lanceolatis acutis planis margine asperis vaginisque glaberrimis; spicis 5—6 approximatis subdigitatis erectis glaberrimis; rhacheos pedicellorumque angulis interioribus (spiculae sessili adpressis) tantum ciliatis; spiculis pedicellatis patentibus; glumis acutis, superiore breviter aristata, carinis vix cristatis; arista valvulae exserta spiculae subaequali recta. Ischaemum digitatum *Brogn.* l. c. t. 13. Ins. Bourou Molucc.

231. A. GUIANENSIS. *Kunth.* (Gram. I. 168. sub: Ischaemum.) Culmis ramosis; ramis 2—4-stachyis; nodis barbatis; vaginis superne pilosiusculis; foliis planis glabris; flore inferiore spiculae sessilis hermaphrodito mutico, superiore foemineo, staminibus 3 efoetis, aristato; glumis exterioribus scabriusculis striatulis apice bifidis; rhacheos et pedicellorum angulis pilosis. Guiana.

232. A. LATIFOLIUS. *Kunth.* (l. c. t. 99. sub: Ischaemum.) Culmo ramoso; foliis planis lanceolatis vaginisque glabris; spicis digitato-fasciculatis; articulis barbatis; spiculis geminis, altera longius pedicellata macriore: flore inferiore masculo mutico, superiore foemineo, staminibus efoetis, aristato; glumis superne scabriusculis, exteriore spiculae brevius pedicellatae apice bifida. A. pilosus *Sieb.* Hrbr. Mart. nr. 41. Trinit. nr. 12. Spodiopogon latifolius *Nees* mpt. ♃ Ind. occ. Brasil.

233. A. MARIANNAE. (*Steud.*) Culmo erecto; nodis barbatis vaginis pilosis; ligula truncata; foliis linearibus scabris; spicis sub-4-nis digitatis; rhachi pedicellisque ad angulos pilosis; glumis inferioribus supra medium striatis scabris pilosis; gluma superiore spiculae sessilis apice bifido-dentata; arista florem excedente. Ischaemum polystachyum *Presl.* Rel. Haenk. I. 328. Ins. Mariae Annae.

234. A. IMPORTUNUS. *Lour.* (Fl. coch. 794. sub: Ischaemum.) Radice tenacissima profunda; culmo fistulato suberecto (3-pedali); foliis brevibus subulatis alternis; panicula terminali coarctata; floribus ovatis glabris muticis parvis; calycis gluma bivalvi biflora; flosculo altero hermaphrodito, altero masculo; corolla univalvi. ♃ China.

235. A. ROTTBOELLIOIDES. *R. Br.* (Prodr. 205. sub: Ischaemum.) Geniculis imberbibus; foliis ciliat's; spicis filiformibus simplicibus glaberrimis laevibus alternatim fasciculatis; gluma pedicellata mascula vel neutra. N. Holl.

236. A. BENTHAMIANUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto (rufescente ultra pedali), cum nodis foliisque glabris; his linearibus planis subabrupte brevissime acuminatis (3—5'' longis, 1''' latis); ligula exserta hyalina fissa; panicula contracta, radiis repetito divisis vaginasque floriferas foventibus unispicatas; spicis brevibus paucifloris; spiculis subbifloris; axi flosculique sterilis rudimentarii pedicello longe pilosis, flosculo ipso ad glumam acuminatissimam redacto; flosculi hermaphroditi valvula exteriore basi aristata; arista torta geniculata flosculo duplo longiore. A. bicorni affinis. *Benth.* Pl. Hartw. nr. 1460. Quito.

§. 20. d. Batratherum. *Nees.* Spiculae in rhachi articulata geminae heterogamae, altera sessilis altera pedicellata.

Caeterum character generis: spicula sessilis sesquiflora, pedicellata neutra; spicula perfecta biflora; flore inferiore neutro unipaleaceo, superiore hermaphrodito; glumae duae subaequales acutae vel apice acute bidentatae; valvulae glumis breviores, floris neutrius unica mutica; hermaphroditi duae, inferior acuminata apice minute bidentata, dorso setam medio geniculatam proferente; superior exigua vel deficiens. — Gramina repentia ramosa; folia brevia amplexicaulia plerumque latiora et ciliata aut scabra.

237. A. LANCIFOLIUS. *Trin.* (l. c. 271.) Culmo decumbente radicante tenui (subpedali) e nodis barbatis ramoso; ligula membranacea apice in pilos soluta; foliis oblongo-lanceolatis (1'' longis, 2—3''' latis) acuminatis pubescentibus (interdum basi longe pilosis); vaginis pubescenti-hirtis; spicis 2—6 subdigitatis (½—¾'' longis, viridibus vel purpurascentibus); articulis accrescendo villosis, villis supremis iisdem aequilongis vel longioribus; pedicello spiculaque superiore nullis, inferioris (1½—2-linealis) gluma inferiore 5-nervia acuminata; arista spicula sua longiore. Batratherum molle *Nees* mpt. Variat: foliis majoribus mollissimis; spicis vaginae inclusis; vaginis glabris. A. repens *Klein* et *Wight* hrbr. A. latifolius *Rottl.* hrbr. A. muralis *Hamilt.* in *Wall.* Cat. 8828 A. et: culmo violaceo; foliis parvis rigidulis angustioribus vel latioribus, spiculis pallide et violaceo variis. *Royle* hrbr. nr. 221, 222, 228. ♃ Ind. or.

238. A. MICROPHYLLUS. *Trin.* (l. c. 275.) Culmis caespitosis inferne radicantibus pumilis (3—4'' longis) nodisque glabris; vaginis patenti hirsutis; foliis lanceolato-ovatis (3'' longis, 1''' latis) acutis utrinque hirsutis; spicis nunc solitariis nunc binis subdigitato alternis (3—4''' longis); rhacheos articulis pedicelloque spiculae neutrius tabescentis acutiusculae pilosulis; spiculae sessilis lineari-lanceolatae glabrae gluma inferiore tenuissime 7-nervia acuminata, superiore carinato-compressa ad carinam hispidula; arista e valvulae longe bifidae fissura trilineali inferne torta fuscescente, medio geniculata. Praecedentis var. *Nees* mpt. Ind. or.

239. A. MICANS. *Nees* (in *Jardine* Ann. VII. 220. sub: Batratherum). Vaginis glabris margine ciliatis; foliis oblongis basi cordata amplectentibus pilosis inferius rigide ciliatis; spicis geminis ternisve; spiculis majusculis (1½—1¾''' longis); rhachi pedicellisque spicularum sterilium plumulosis; glumis oblongo-lanceolatis scabriusculis, inferiore 6-nervia, nervis serrulato-scabris, apice subulato integro; superiore brevi-seta, spicula sua ad summum duplo longiore. Variat: spiculis pallidis basi a vagina suprema inclusis et spiculis violaceis, culmo apice gracillimo longe exserto. ♃ Nepal.

240. A. SUBMUTICUS. *Nees* (mscpt. sub: Batratherum). Foliis brevibus ovatis tuberculatis pilosisque ciliatis; gluma inferiore oblongo-lanceolata, nervis lateralibus serrulatis, articulis pedicellisque glabris, geniculis imberbibus. Arthraxon *Wall.* Cat. nr. 8836. Nepal.

241. A. ECHINATUS. *Heyn.* (hrbr.) Foliis pubescentibus; articulorum rhacheos barba brevi; gluma inferiore lanceolata grosse pectinato-serrata. Batratherum echina-

tum *Nees* Edinb. phil. Jour. 1835 p. 181. Variat: gluma inferiore etiam dorso muricata, vaginis inferioribus tuberculatis hirsutisque. Batratherum *Wall.* Cat. nr. 8830 et: gluma inferiore dorso inermi, vaginis glabris circa basin simpliciter tuberculatis. Arthraxon *Wall.* Cat. nr. 8833 C. ♃ Ind. or.

242. A. RUDIS. *Nees* (mpt. sub: Batratherum.) Geniculis strigilloso-barbatis; foliis ovato-lanceolatis exquisite acuminatis, supra vaginisque e tuberculis hirsutis rigidisque ciliatis spicis 2—3 subdigitato confertis pedunculatis laxe paucifloris; rhachi pubescenti-scabra et versus apices articulorum setulis paucis adspersa; glumis oblongo-lanceolatis acutiusculis subtiliter micanti-scabriusculis (fusco-violaceis), inferiore apicem versus quadrifariam grosse muricata, superiore ante apicem setoso-ciliata mutica. Arthraxon *Wall.* cat. nr. 8837. Silhet.

243. A. NUDUS. *Nees* (mpt. sub: Batratherum). Geniculis imberbibus; vaginis inferioribus e tuberculis hirsutis, omnibus ciliatis; foliis oblongo-ovatis basi cordata e tuberculis ciliata amplectentibus glabris; spica decomposita oblongo-lanceolata, radiis radiolisque patulis rigiduliis; glumis lineari-lanceolatis apice scabris, superiore acuta mutica, rhachi pedicellisque glabris. Arthraxon *Wall.* cat. nr. 8835 A. B., 8834 A. Ind. or.

244. A. PRIONODES. *Steud.* Culmo basi radicante ramosissimo (2—3-pedali) glabro ad nodos pubescente; vaginis sparsim e glandulis pilosis; ligula membranacea brevi fissa; foliis ovato-lanceolatis acuminatissimis margine serrulatis in serraturis piliferis, basi cordato-amplexicaulibus; spicis fasciculato-aggregatis sub-4-nerviis (8—16‴ longis); rhachi pedicelloque flosculi masculi cinereo-albido-pilosis; gluma exteriore flosculi fertilis lineari-lanceolata margine serrulata; arista basi torta geniculata flosculum vix duplo superante. A. serrulatus *Rich.* Fl. Abyss. II. 453. Batratherum serrulatum *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 1117, 1774 et 1824. ♃ Abyssin.

245. A. CUSPIDATUS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1438.) Culmo basi radicante ramoso ($1^1/_2$-pedali) glabro ad nodos annulatim piloso; vaginis (margine) plus minus pilosis; ligula brevi membranacea longe ciliata; foliis ovato-lanceolatis (1—$2^1/_2$″ longis, 4—8‴ latis) acuminatissimis glanduloso-pilosis ciliatis basi cordato-amplexicaulibus; spicis subdigitato-aggregatis 5—10-fasciculatis (1—2-pollicaribus); rhacheos articulis pedicellisque flosculi neutrius tabescentis argenteo-pilosis; gluma exteriore flosculi fertilis papilloso-scabri (papillis sub lente valida punctato-impressis) acuminata; arista basi torta flosculo duplo longiore geniculato-scabra. *Rich.* Fl. Abyss. II. 457. ♃ Abyssin.

246. A. MULTICAULIS. (*Steud.*) Radice fibrosa caespitifera; culmis aggregatis pumilis (3—7-pollicaribus), subramosis glabris sed fere undique tectis vaginis tumidulis e papillis piliferis; ligula margo sericeo-pilosus; foliis ovatis nervosis sparsim pilosis margine subundulatis et tenuissime serrulato-scabris basi cordato-amplexicaulibus, apice acuminatis; spicis subfasciculato-aggregatis 6—12 tenuissimis ($^1/_2$—1-pollicaribus); rhachi pedicelloque flosculi masculi pilosis, spiculis basi fasciculo pilorum munitis; glumis flosculi masculi ovato-lanceolatis acutis, fertilis lanceolatis setuloso-acuminatis; arista flosculo suo duplo longiore. Psilopogon Schimperi *Hochst.* Hrbr. un. nr. 96. *Rich.* l. c. 447. ♃ Abyssin.

247. A. LASIOCOLEOS. *Steud.* Culmis basi radicantibus teretibus tenuibus glabris geniculatis adscendentibus, nodis vagina inclusis, vaginis tumidulis laxiusculis quandoque solutis undique vel ad margines e glandulis piloso-hirtis; foliis ovato- vel oblongo-lanceolatis acuminatis margine scabris (1″ et ultra longis, 5—6‴ latis); spicis terminalibus et axillaribus fasciculatis (4—8), pollicaribus tenuibus; spiculis unifloris alternis sessilibus hermaphroditis, (incompleto vel sterili nullo); glumis subcoriaceis nervosis ad nervos hispidulis subaequalibus margine tenuissimis; valvulis membranaceis hyalinis, inferiore ex ima basi aristata, arista inferne tortuosa flavescente, medio geniculata tenuissima flosculum duplo excedente. Ad genus Alectoridea et si flosculi biflori forent ad Chloridem pertineret. Habitus omnis Batratheri. Ex Hrbo. Musei Leiden. et *Zollinger* nr. 42. Japonia. Java.

248. A. ALECTORIDIA. (*S eud.*) Culmo ramosissimo erecto; foliis late ovalibus acutis basi subcordatis pubescentibus ciliatis; ligula membranacea truncata fimbrillata; vaginis laxis striatis; spicis fasciculato-racemosis; spiculis sessilibus unifloris alternis; glumis subcoriaceis muticis, exteriore convexa acuta basi subinflata striata, interiore angustiore dorso obtuse carinata coriacea marginibus tenuissimis; valvulis membranaceis subaequalibus hyalinis glabris; exteriore mutica acuta, interiore ima basi aristata; arista basi tortili in medio geniculata et subulata; fructu oblongo compresso valvulas aequante. Alectoridia Quartiniana *Rich.* Fl. Abyss. II. 447. t. 102. (Character Generis in diagnosi.) Abyssinia.

Sectio III. Spicae in paniculae vaginosae radiolis vaginatis conjugatae, raro solitariae, bracteis suffultae. Cymbopogon.

1. Spicae bracteis cymbiformibus suffultae; flosculus superior aristatus.

§. 21. a. Spica solitaria.

249. A. CERESIAEFORMIS. *Nees.* (Fl. Afr. 109.) Radice fibrosa; culmis gracilibus simplicibus erectis (1—2-pedalibus); nodis glabris vel laxe barbatulis; vaginis inferioribus sursum plus minus villis crispulis e tuberculis ortis obsitis; ligula obliqua; foliis linearibus acuminatis scabris margine crispato-villosis; spica solitaria brevi bracteata oblongo-lanceolata cymbiformi semiinclusa; rhachi, pedicellis spiculisque apice et margine sericeo-hirtis; glumis chartaceo-cartilagineis; spiculae sessilis gluma superiore ex apice longe setigera; spicula pedicellata mascula mutica obtusa. ⊙ Afr. austr.

250. A. EXILIS. *Hochst.* (Flora 1844. 142. Hrbr. nub. un. it. 370.) Radice fibrosa exili; culmo tenui florifero-ramoso glabro (8—12-pollicari); vaginis apice sparsim longe pilosis vel glabratis; ligula membranacea brevi truncata; foliis lineari-lanceolatis subcompressis acuminatis (1- vix ultra 2-pollicaribus) glabris vel sparsim longe pilosis; spicis ex toto in vaginae excavatione reconditis solitariis (4—7‴ longis) tenuibus fragilibus; rhacheos articulis tubulosis pedicellisque brevibus sericeo-villosis; flosculo neutro ad glumam sursus herbaceam redacto, apice in setam ipso breviorem terminato; glumis flosculi fertilis angustissimis altera apice bifida, altera acuta; arista flosculo subduplo longiore. ⊙ Cordofan.

251. A. PULCHELLUS. *Don.* (ex *Hook* Niger Flora 571.) Culmo adscendente compresso rigidulo ($1^1/_2$-pedali), apice paniculato; foliis glauco-rubescentibus brevibus (1—3-pollicaribus); panicula fastigiata stricta ramulis ultimis vaginis foliorum usque ad spicam solitariam involutis; rhachi pilis longissimis barbata; spicis paucifloris ($1^1/_2$—2-pollicaribus); spiculis geminis, hermaphroditae gluma exteriore multinervia bicuspidata brevissime ciliolata; floris hermaphroditi arista tenui spiculae aequilonga, pedicello masculo spiculam superante, gluma exteriore multinervia setaceo-acuminata. Praecedenti — forsan nimis — affinis. Gambia.

252. A. LOUISIANAE. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto ($1^1/_2$-pedali) simplici cum nodis glabro e vaginis florifero; foliis linearibus (2—4″ longis, 1‴ latis) pilosis demum glabratis; spicis e vaginis solitariis pedunculatis in bractea cymbiformi semioccultis; rhachi fragillissima flosculoque neutro — ad pedicellum elongatum redacto — pilis longis sericeis subpectinatis; flosculo fertili basi piloso cae-

terum glabro, apice in setam ipso 3—4-plo longiorem terminato. Ad A. eucomum *Nees* et vaginatum *Michx.* et A. virginicum *Lin.* valde accedit; sed spicis solitariis bractea suffultis egregie differt. ⊙ Louisiana.

253. A. LHOTSKYI. *Steud.* Rufescens; culmo erecto (3—4-pedali) cum nodis vaginisque glabris vel subpubescentibus; foliis linearibus rigidiusculis planis (6—8″ longis, 2—3‴ latis); ligula exserta membranacea fissa; paniculae ramosae (1/2-pedalis) radiis e bracteis vaginantibus lanceolatis; spicis solitariis flexuosis alternatim floriferis; articulis pedicellisque flosculi neutrius rudimentarii longe patentim sericeo-pilosis; flosculi sessilis lanceolati arista torta ipso duplo longiore. Aratherum bicorne Hrbr. *Lhotsky* un. it. nr. 325. ♃ N. Holland.

254. A. FRAGILIS. *R. Br.* (Prodr. 202.) Vaginis laevibus collo barbatis; spicis alternis solitariis spatha inclusis; gluma hermaphrodita glabra mutica; perianthio aristato; flosculi pedicellati subulati univalvis arista elongata. N. Holl.

Nigeria

255. A. LEPTOSTACHYUS. *Benth.* (in Nig. Fl. l. c.) Culmo erecto stricto (2—3-pedali) ramoso; vaginis inferioribus hirsutis; foliis planis; spicis solitariis tenuibus, pedunculis usque ad spicam ipsam vagina folii involutis; rhachi ad articulationes breviter ciliata; spiculis geminis, hermaphroditae gluma exteriore bicuspidata binervia vix ciliata, valvulae arista tenui vix triplo spiculam superante, masculae pedicello hinc ciliolato, gluma exteriore sub-3-nervia bicuspidata uniaristata. Guiana.

256. A. FRAGILLIMUS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 2057.) Radice fibrosa tenui; culmo erecto solitario vel binato tenuiculo tereti glabro; foliis lineari-lanceolatis angustis vix margine scabriusculis caeterum glabris (2—3″ longis, 1/2—1‴ latis); ligula brevi membranacea; spicis bracteis elongato-cymbiformibus involucratis, solitariis gracilibus fragilibus (1—2″ longis); rhachi articulata, articulis semitruncatis, altero latere acutis, pro recipiendis spiculis excavatis; spiculis basi pilis sericeis dimidia spicula longioribus munitis bifloris; flosculo utroque sessili, neutro arista recta brevi, hermaphrodito arista geniculata quam flosculus duplo longiore munitis. Abyssinia.

257. A. HOCHSTETTERI. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto stricto tereti cum tota planta glabro (2—3-pedali); foliis lanceolatis longe angustato-acuminatis angustis (6—8″ longis, vix 1‴ latis); ligula membranacea acuta vel fissa (2—3‴ longa); spicis bracteis elongato-cymbiformibus acuminatis involucratis solitariis; rhachi articulata, articulis compressis utrinque pilosis apice pro recipiendis spiculis excavatis, spiculis bractea membranacea aristata munitis; flosculis 2, neutro ad stipitem planum pilosum redacto; fertilis valvula utraque aristata, exterioris arista tenui recta duplo breviore, interioris validiore multo longiore geniculata. A. diatherus *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 2013 non *Steud.* Abyssinia.

258. A. CITREUS. *R. Br.* (l. c.) Culmo ramoso vaginisque laevibus; geniculis imberbibus; spicis alternis solitariis e spatha semiexsertis; rhachibus sericeo-barbatis; gluma exteriore hermaphroditi acumine bifido pectinatim ciliato, neutrius acumine indiviso. N. Holl.

259. A. CONDENSATUS. *H. B.* (N. Gen. I. 188.) Radice fibrosa; culmo fasciculato-ramoso erecto glabro (2—3-pedali); foliis linearibus (inferioribus 6—8″ longis, 1—1 1/2‴ latis) glabris; spicis solitariis (1 1/2—2″ longis) in pedunculo tenui basi vel ex toto spatha tectis, subquatuor; rhachi pedicelloque spiculae neutrius obsoletae subulatae muticae plumosis, hoc demum recurvo; seta spicula sua 3-plo longiore. Schizachyrium condensatum *Nees.* ⊙ Am. austr.

260. A. CONSANGUINEUS. *Kunth.* Culmo fasciculato-ramoso gracili (pedali et ultra) glabro; foliis linearibus (1 /2—3″ longis, vix 1‴ latis) glabris; spicis lateralibus solitariis incurvis linearibus; rhachi pedicelloque spiculae neutrius subulatae setigerae rectae plumosis; seta spicula sua 3-plo longiore. Schizachyrium intermedium *Nees* Agrost. bras. 334. ♃ Brasil.

§. 22. b. Spicae geminae.

261. A. HIRTUS. *Lin.* Culmo erecto simplici vel ramoso (altitudine maxime varia 1—4-pedali), e vaginis et apice florifero, cum vaginis nodisque glabro; foliis plus minus angustis et longis (1—6″ longis, 1/2—2‴ latis) glaucescentibus glabris vel pilis adspersis, quandoque pubescentibus, ligula membranacea plus minus hyalina et fissa; vaginis floriferis angustis elongatis (2—3″ longis) striatis glabris folio subulato terminatis; pedunculis e vaginis 2—4-nis plus minus elongatis (1—6-pollicaribus) geniculatis omnino glabris vel apicem versus pubescentibus; rhacheos articulis pedicellis spiculae masculae, spiculisque sericeo-villosis; pedicello flosculi masculi bilineali, flosculo ipso trilineali mutico; hermaphrodito parum breviore minus dense piloso; arista flosculis 3—4-plo longiore. A. pubescens *Autor. Visian?* ♃ Eur. Asia. Afr.

262. A. PODOTRICHUS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. 1056.) Radice (valide) fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) simplici sursum florifero ramoso cum nodis vaginis foliisque glabris; ligula exserta membranaceo-hyalina apice pilosa demum fissa; foliis linearibus glabris superioribus subpubescentibus; pedunculis e vaginis longe exsertis 3—4-nis infra bracteam cymbaeformem angustam geniculatis; pedicellis bracteam vix superantibus, flexis, in parte exserta longe e papillis sericeo villosis; spicis binis (pollicaribus); floribus omnino praecedentis; arista geniculata torta hispida. Praecedentis var.? uti etiam *Rich.* Fl. Abyss. II. 459. ♃ Abyssinia.

263. A. FULVICOMUS. *Hochst.* (l. c. nr. 1118. 925.) Radice valida fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) simplici sursum florifero-ramoso cum nodis vaginis foliisque glabris; ligula exserta membranacea glabra demum fissa; foliis linearibus glabris; pedunculis e vagina longe exsertis 3—6-nis infra bracteam cymbiformem angustam geniculatis; pedicellis bracteam vix superantibus flexis in parte exserta e papillis longe fulvescenti-pilosis; floribus fulvo-pubescentibus, caeterum praecedentis cujus forsan mera varietas. Variat: nodulo in apice pedunculi divisioni magis approximato. *Rich.* Fl. Abyss. II. 463. A. fulvicomus approximatus *Hochst.* l. c. nr. 928. A. altissimus *Hochst.* in litt. Abyssinia.

264. A. PAPILLIPES. *Hochst.* (l. c. nr. 1055. 1804.) Radice valide fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) simplici a basi vel sursum florifero ramoso cum nodis glabro; ligula exserta obtusa apice pilosa, membranacea; foliis linearibus planis latiusculis (1 1/2—3‴ latis) valde acuminatis scabriusculis pubescentibus, ad basin et vaginae oram sparsim longe pilosis demum glabris; pedunculis e vaginis longe exsertis saepissime solitariis rarius 2—4-nis; pedicellis bracteam cymbaeformem angustam superantibus flexuosis, apicem versus e papillis longe pilosis; spicis abbreviatis; flosculis sericeo-pilosis, caetera praecedentium cujus iterum vix nisi varietas. *Rich.* Fl. Abyss. II. 460. ♃ Abyssin.

265. A. SCHIMPERI. *Hochst.* (nr. 408, 1052 et 921 sub: A. Dregeanus.) Radice valide fibrosa; culmo valido exaltato (4—5-pedali) ad nodos inferiores incrassato (geniculato) undique glaberrimo; ligula membranacea exserta ovata obtusa glabra; foliis elongatis planis linearibus (8—12″ longis, 2—4‴ latis, junioribus minoribus angustioribus), margine cartilagineo-scabris; panicula speciosa (ultra pedali) ramosa; pedunculis communibus e vaginis breve exsertis; bracteis cymbiformibus latioribus (saepe violaceo-purpurascentibus); pedicellis capillaribus intra bracteam arcuatis, patenti-pilosis; spicis geminis; rhacheos articulis pedicellisque flosculi neutrius pilosis; glumis utriusque flosculi pilosis apice setuloso-acuminatis; aristis flosculo 2—3-plo longioribus. (Nomen *Hochstetteri* certe antiquius eo

magis retinui, cum specimina a *Dregeo* accepta propius ad A. podotrichum accedant.) *Rich.* Fl. Abyss. II. 467. ♃ Abyssin. Pr. b. sp.?

266. A. TAHITENSIS. *Hook.* (*Beechy* voy. 72.) Culmo striato erecto glabro, ad nodos superiores puberulo, apice paniculatim ramoso; foliis anguste linearibus planis margine serrulato-scabris; spicis conjugatis compacto-paniculatis; rhacheos articulis brevissime pilosis; spiculis binis glabris, altera sessili uniflora hermaphrodita; arista flosculum aequante, medio geniculata. Ins. Otahaiti.

267. A. CONFERTIFLORUS. *Steud.* Culmo erecto firmo (pluripedali) cum nodis vaginisque glaberrimo; ligula hyalino-membranacea ovata exserta (2—3-lineali) apice lacinulato-fissa; foliis anguste lanceolatis longissime et tandem angustato-setaceo-acuminatis, margine cartilagineo denticulato-scabris (usque 1′ longis, 2‴ latis); panicula longissima, ramis foliatis divisis; bracteis lanceolatis prolifero spicigeris; spicis binatis iterum bracteatis; pedunculis inclusis brevibus glabris; articulis pedicellisque dense subdisticho-pilosis; axi fragillimo; glumis glabris enerviis; arista tenui geniculata flosculorum longitudine. A. nardoides α. major *Hochst.* hrbr. *Hohnkri.* nr. 932. ♃ Montes Nilagiri.

268. A. POLYNEUROS. *Steud.* Culmo erecto stricto (plus quam pedali) cum nodis vaginis foliisque glabris; ligula hyalino membranacea ovata exserta lacinulato fissa; foliis lanceolatis acuminato setaceis (4—6″ longis, 2—3‴ latis) margine laevibus subglaucescentibus; panicula nunc rara simpliciuscula, nunc magis composita multiflora (3—5-pollicari); bracteis primariis plerumque apice subfoliaceo-appendiculatis, secundariis mucronulatis; pedunculis inclusis; spicis 4—8-floris (vix ultra $^1/_2$-pollicaribus); axi pedicellisque subdisticho-pilosis; glumis oblongo-ovatis deciduo-mucronulatis multi-(7—10-)nerviis, nervis in junioribus vix conspicuis; arista geniculata tenui, parte exserta longitudine flosculorum. Andropogon nardoides β. minor *Hochst.* l. c. nr. 933. ♃ In montibus Nilagiri.

269. A. XANTHOBLEPHARIS. *Trin.* (Act. Petrop. 1833. II. 281.) Culmo erecto cum nodis vaginisque glabro (3—4-pedali); ligula membranacea pilis stipata; foliis linearibus superne planis (3‴ latis, inferioribus ultra pedalibus); vaginis superioribus floriferis; pedunculis solitariis vel binis capillaribus glabris; spicis 2 conjugatis patulis (pollice brevioribus, spadiceis); rhacheos articulis, pedicello flosculi masculi glumisque brevi fulvo-pilosis; spiculae inferioris lineari-lanceolatae bilinealis gluma inferiore obtusiuscula 5-nervia, inferne et margine pilis adspersa; arista quam glumae 4-plo longiore. Congo.

270. A. BOMBYCINUS. *R. Br.* (ex *Trin.* l. c. 282.) Culmi simplicis laevis nodis (plus minus) tomentoso-barbatis); vaginis glabris; ligula membranacea brevi imberbi; radiis e vaginis floriferis margine scariosis 2—3-nis vel solitariis; spicis binis conjugatis (pollice brevioribus); pedunculis glabris demum refractis; articulis pedicelloque spiculae masculae densissime (albo-)villosis; villis accrescentibus ipsis longioribus; spiculae sessilis $2^1/_2$-linealis gluma inferiore glabra vel sparsim pilosa 7-nervia, superiore subacuminata 3-nervia; arista glumis breviore; spiculae masculae gluma 9-nervia. N. Holl.

271. A. AMBIGUUS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo simplici tereti glabro ad nodos pubescente, foliato (pedali); vaginis striatis glabris; ligula lanceolata elongata (bilineali et ultra), apice plerumque fissa; foliis angustis complicatis circinnato complicatis (explicatis vix 1‴ latis) culmum plus minus aequantibus; spathis membranaceis margine scariosis apice setaceo-acuminatis spicas binas paucifloras breves (vix $^1/_2$-pollicares) maxima ex parte involventibus; rhacheos articulis pedicellisque flosculi neutrius univalvis densissime albo villosis, villis accrescentibus, summis spiculam bilinealem aequantibus; flosculo hermaphrodito sessili, gluma inferiore 5-nervia acutiuscula, raro mucronata; arista basi torta medio geniculata flosculos plus duplo superante. An praecedens vel sequens species? sed in neutram *Brownei* diagnosis congruit. Ex Hrbo. Mus. Paris. N. Holl.

272. A. LANATUS. *R. Br.* (Prodr. I. 202.) Culmis simplicibus laevibus, nodis pubescentibus; ligula membranacea brevi imberbi; foliis involutis glabris; vaginis floriferis margine scariosis involucrantibus spicas conjugatas (pollice breviores) pedunculis occultis glabris; rhacheos articulis pedicellisque spiculae masculae bilinealis angustae acutae densissimae (albo-)villosis; villis accrescentibus ipsis sublongioribus; spicula hermaphrodita lanceolata 3-lineali acutissima glabra; gluma inferiore 5- superiore 3-nervia mucronulata; arista spicam subaequantibus. N. Holl.

273. A. EXALTATUS. *R. Br.* (l. c.) Culmis elongatis ramosis laevibus, geniculis imberbibus; paniculae elongatae spathis alternis; spicis conjugatis; rhachi villis patulis barbata; glumis glabris, exteriore hermaphrodita lanceolata 4-nervia; aristis spicam aequantibus. N. Holl.

274. A. PROCERUS. *R. Br.* (l. c.) Culmis elongatis ramosis scabriusculis; geniculis imberbibus; paniculae elongatae spathis alternis; spicis conjugatis; rhachi barbata, villis patulis strictis; glumis glabris; valvula exteriore flosculi hermaphroditi lanceolata binervi, aristis spica longioribus. N. Holl.

275. A. FINITIMUS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1797.) Radice valide fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) cum nodis (incrassatis) glabro; vaginis inferioribus e papillis pilosis, superioribus glabratis; ligula membranacea brevissime setuloso-ciliata; foliis linearibus basi sparsim papilloso pilosis (1—2‴ latis, 6—12″ longis) apice involuto-acuminatis; vaginis superioribus floriferis; pedunculis capillaribus; bractea spathacea margine longe pilosa; pedunculo intra bracteam incluso apice patenti-piloso; spicis geminis brevibus ($^1/_2$-pollicaribus); rhacheos articulis pedicellisque brevi pilosis; glumis flosculi utriusque pilosi apice in setam ipsis fere aequilongam elongatis; arista flosculis multoties (5—8-plo) longiore. *Rich.* Fl. Abyss. II. 465. ♃ Abyssin.

276. A. ARRHENOBRASIS. *Hochst.* (l. c. nr. 1821.) Radice valide fibrosa; culmo erecto (basi geniculato (3—4-pedali) cum nodis (incrassatis) glabro; vaginis inferioribus (simpliciter) pilosis superioribus glabris; ligula membranacea apice setuloso ciliata; foliis linearibus glabris vel basi sparsim pilosis, elongatis (2—3‴ latis, plus minus pedalibus, superioribus brevioribus) apiculatis margine tenuissime subcartilagineo-scabris; vaginis superioribus florigeris, pedunculis capillaribus; specialibus infra spicas geminas patenti pilosis, vix ex spatha exsertis; spicis $^1/_2$—$^3/_4$-pollicaribus; rhacheos articulis pedicelloque flosculi masculi brevi pilosis; glumis flosculi utriusque dorso glabris (vel sparsim adpresso pilosis), multi- (9-) nerviis margine longius ciliatis brevissime setuloso-acuminatis; arista flosculis 4—5-plo longioribus. A. papillipes var. major *Hochst.* l. c. nr. 1054. *Rich.* Fl. Abyss. II. 460. ♃ Abyssinia.

277. A. FAMILIARIS. *Steud.* Culmo erecto (pluripedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula membranacea apice ciliato-fissa; foliis linearibus angustis (6—9″ longis, vix 1‴ latis) laeviusculis; vaginis superioribus florigeris, pedunculis capillaribus glabris; specialibus infra spicas geminas patenti-pilosis vix e spatha exsertis; spicis $^1/_2$—$^3/_4$-pollicaribus rhacheos articulis pedicelloque pilosis; glumis flosculi utriusque glabris 5—7-nerviis margine vix apicem versus brevi-ciliolatis, setuloso-acuminatis, arista valida villosa flosculis 5—7-plo longiore. Prioris vix tantum varietas. *Jardin* legit in Guinea.

278. A. TAMBA. *Hochst.* (l. c. nr. 911, 937.) Radice valde fibrosa in rhizoma incrassata; culmo basi geniculato radicante, erecto (5—6-pedali) valido cum nodis (inferioribus incrassatis) vaginisque glabris; ligula membranacea

obtusa denticulata; foliis elongatis (2—3''' latis, plus minus pedalibus), cum vaginis et spathis rufescentibus, margine scabris caeterum glabris; vaginis superioribus floriferis, pedunculis capillaribus, specialibus e vagina (spatha plerumque) exsertis apice dense pilosis; spicis brevissimis bispiculatis; articulis pedicellis glumisque dense villosis; glumis breviter setoso acuminatis, arista flosculo vix duplo longiore. ♃ Abyssinia.

279. A. UMBROSUS. *Hochst.* (l. c. 1116.) Radice valide fibrosa; culmo erecto (4—5-pedali) cum nodis (inferioribus incrassatis) vaginisque glabris; ligula membranacea truncata ciliata; foliis elongatis (3—4''' latis, plus minus pedalibus) margine tenuissime setuloso-scabris basi ad exitum vaginae intus setuloso-pilosis; vaginis superioribus floriferis; pedunculis firmulis capillaribus glabris; pedunculis specialibus intra bracteam abbreviatam latam (rufescentem) reconditis apice cum spicis binis pilosis, spicis brevissimis 1—2-floris; glumis pilosis brevi acuminatis, arista flosculo vix duplo breviore. ♃ Abyssin. (An var. praecedentis ad quam certe omnino referenda nr. 588 hrbr. un. it.; nec *Rich.* l. c. 467. diversam habet.)

280. A. CONFINIS. *Hochst.* (l. c. nr. 1456.) Radice valide fibrosa; culmo erecto (4—5-pedali) cum nodis (inferioribus incrassatis) vaginisque glabris; ligula membranacea valida 2—3-loba denticulata; foliis linearibus (3—6''' latis, ultra pedalibus) margine ciliato-scabris; vaginis superioribus floriferis pedunculis validis; bracteis elongatis angustis foventibus pedicellos apice exsertos longe pilosos; spicis geminis abbreviatis 1—2-floris; rhachi basi pilis longis spiculas ultra dimidium aequantibus obsita; pedicellis flosculi masculi sericeo-pilosis; glumis utriusque flosculi glabris margine ciliatis apice seta ipsis aequilonga terminatis; arista valida spiculis multoties longiore (3—4-pollicari). *Rich.* l. c. 461. ♃ Abyssinia.

281. A. MONATHERUS. *Rich.* (Fl. Abyss. II. 462.) Perennis caespitosus; culmo erecto (bipedali) glabro glauco; foliis inferioribus nunc linearibus angustissimis margine involutis, nunc paulo latioribus planis, acutissimis scabris; ligula membranacea longissima (6—8-lineali), apice truncata et subdenticulata glabra; vaginis laxiusculis glabris; spicis geminis (paribus?) 2—3 valde distantibus longissime pedunculatis; pedunculo glabro laevi; bractea spathaeformi longissima convoluta acuta glabra retrorsum scabra; pedicello spicarum geminarum longissimo bracteam superante scabro, spica altera sessili, altera longe pedicellata, in utraque spicula masculo-hermaphrodita unica subsessili et spiculis masculis saepius 5, quarum tribus inferioribus subsessilibus et duabus pedicellatis; spiculae hermaphroditae basi pilis sericeis fulvis cinctae; valvula exteriore dorso nervosa, apice truncato-bidentata, externe fulvo sericea; arista floris hermaphroditi robusta longissima tortili fulvo sericea; florum masculorum pedicello hinc et illinc dense fulvo sericeo; valvulis glabris, exteriore apice apiculatis et quasi setula brevi terminatis, interiore acuta. Prov. Chiré Abyssin.

282. A. COLEOTRICHUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) glabro; nodis pilosis; vaginis e papillis pilosis; foliis lanceolatis acuminatis (2—4''' latis, 6—10'' longis) margine scabris; vaginis superioribus floriferis; pedunculis in bracteis angustissimis apice exsertis arcuatis longe pilosis spicis geminis (subpollicaribus); rhacheos articulis pedicellis flosculi masculi glumisque utriusque piloso sericeis; gluma flosculi masculi apice in setam ipsam aequante terminata; glumis fertilis acutiusculis; arista flosculis multoties longiore (2-pollicaris et ultra). A. comosus *Hochst.* (l. c. nr. 1458.) *Rich.* l. c. 461. ♃ Abyssin.

283. A. ANTHISTIRIOIDES. *Hochst.* (l. c. 1822 et 1832.) Radice fibrosa tenui subcaespitifera; culmo erecto (plus minus pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula membranacea brevi truncata; vaginis summis floriferis; pedunculis spicularum plus minus e bracteis exsertis apice pilosis; spiculis binis paucifloris, articulis pedicellisque flosculi masculi pilosis, gluma hujus nervosa lanceolata in setam terminata, gluma flosculi fertilis exteriore ovata nervosa breviter acuminata, utraque dorso glabra margine ciliata; arista valida flosculis multoties longiore (ultra bipollicari). *Rich.* Fl. Abyss. II. 463. ⊙? Abyssinia.

284. A. RECONDITUS. *Steud.* Culmo ramoso cum nodis vaginisque glabris; ligula exserta subcoriacea fissa vaginam terminante, foliis linearibus setoso-acuminatis tenuissime pubescenti-scabriusculis, nervo medio distincto (albo-flavescente); vaginis floriferis ampliatis flores recondentibus; spicis geminis ($1\frac{1}{2}$—2-pollicaribus) vix post florescentiam parum exsertis; axi articulato fragillimo, articulis tubulosis apice pedicellisque flosculi masculi basi pilosis; gluma exteriore hujus tenuissime multinervia in setam ipsa breviorem terminata, gluma flosculi fertilis exteriore dorso canaliculata obtusa utraque margine tenuissime ciliolata, arista tenui flosculo duplo longiore. *Leprieur* legit in Senegalia.

285. A. DENSIFLORUS. *Steud.* Culmo erecto simplici (pluripedali) glabro cum nodis vaginis foliisque fugaciter pruinoso fusco-viridi; ligula membranacea brevi tenui ciliata; foliis lanceolatis setaceo-acuminatis (4—7'' longis, 2—3''' latis) margine brevi cartilagineis vix scabriusculis; vaginis supremis approximatis floriferis; panicula ampla densissima ($\frac{1}{2}$-pedali); bracteis lanceolatis prolifero spicigeris, spicis omnibus iterum bracteatis; pedunculis inclusis glabris solitariis; articulis pedicellisque rariter pilosis, fragillimis; glumis 3—5-nerviis; arista tenuissima flosculum subaequante. In Senegalia legit *Ed. Jardin.*

286. A. GIGANTEUS. *Hochst.* (Flora 1844 p. 242. Hrbr. nub. un. it. nr. 250.) Radice valide fibrosa; culmo elato arundinaceo (3—8-pedali) cum nodis vaginisque glabro albido glauco; ligula membranacea truncata integra vel denticulato-fissa; foliis lanceolatis setaceo-acuminatis (3—6''' latis, 6—12'' longis) glaucis, margine brevi-cartilagineis integerrimis (non scabris); vaginis superioribus floriferis, paniculae angustae ($\frac{1}{2}$—1-pedalis) bracteis lanceolatis prolifero spicigeris, spicis demum intricatis; pedunculis inclusis brevibus glabris; spicis binis (semipollicaribus), articulis (3—4) pedicellisque utrinque dense pilosis; pilis ipsis longioribus; gluma inferiore spiculae sessilis 4—6-pedicellatae neutrius 9-nervia hac apice denticulata, utraque mutica, arista tenui flosculo suo vix duplo longiore. ♃ Nubia.

287. A. SENNARENSIS. *Hochst.* (Flora 1844 p. 243.) Culmo elato cum nodis glabro; vaginis striatis scabriusculis; ligula hyalina fissa; foliis longissimis angustissimis (basi vix ultra $\frac{1}{2}$''' latis, inferioribus fere bipedalibus) in acumen longum setiforme productis scabris glaucescentibus; bracteis prolifero-spicigeris; spicis demum fasciculato-intricatis in singulis pedunculis binis: rhachi articulis pedicellisque flosculi masculi albo-hirsutis; spiculae sessilis gluma inferiore sub-6-nervia; aristae parte exserta rectiuscula spicula breviore; gluma inferiore spiculae masculae multinervia, glumis omnibus muticis. (Paniculae juniores ante evolutionem spicarum secundariarum faciem alienam praebent: bracteis complanatis latioribus quam spicae primariae jamjam exsertae.) A. giganteus *Fenzl.* in *Kotschy* hrbr. aeth. nr. 187. ♃ Sennar.

288. A. LANIGER. *Desf.* (Fl. atl. II. 379.) Culmo erecto glabro laevi nodoso (pedali); foliis glabris rigidulis involutis; vagina internodiis breviore; ligula lacera; spicis paniculatis foliaceis; floribus binatis villis densissimis longis niveis demum patentibus involutis; rhachi villosa; flosculo altero sessili pedicellato mutico; valvula exteriore hermaphroditi arista setiformi longitudine glumae. A. eriophorus *Willd.* Spec. IV. 910. ♃ Afr. bor.

289. A. NERVATUS. *Hochst.* (l. c.) Radice valide fibrosa; culmo erecto (2—3-pedali), nodis vaginisque striatis glabris; foliis planis (4—5‴ latis, 5—6″ longis) pallide glaucescentibus, margine integerrimis (nec scabris); vaginis superioribus floriferis; paniculae angustae (6—8-pollicaris) bracteis lanceolatis striatis, spicis non intricatis, pedunculis exsertis; rhacheos articulis glabris, pedicellis flosculi sterilis parce pilosis; glumis omnibus muticis, inferiore flosculi fertilis 4-nervia, aristis flosculo plus duplo longioribus; gluma inferiore neutrius flosculi multinervia. Hrbr. Nubic. un. it. nr. 371. ♃ Nubia.

290. A. CONNATUS. *Hochst.* (Hrbr. abyss. un. it. nr. 411 et 1828.) Radice fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) cum nodis vaginisque striatis glabris; ligula membranacea dentato-fissa; foliis lineari-lanceolatis acuminatis (4—5‴ latis, 5—10″ longis) undique glabris; panicula ramosa ($^1/_2$-pedali); bracteis lanceolatis acuminatis margine scariosis; pedunculis vix exsertis; spicis geminis ($^1/_2$-pollicaribus); articulis pedicellisque pilosis; glumis omnibus acutis muticis (e viridi-fuscescentibus) glabris nitidis; exteriore flosculi masculi exarato-multinervia, hermaphroditi 5-nervia; arista flosculo suo plus duplo longiore. *Rich.* Fl. Abyss. II. 464. ♃ Abyssinia.

291. A. COMMUTATUS. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali), glabro, infra nodos pubescente; ligula membranacea dentato-fissa; foliis angustis linearibus acuminatis (culmeis 1—2‴ latis, 5—8‴ longis, radicalibus angustissimis convolutis ultra pedalibus) glaucescentibus margine scabris; panicula interrupta; pedunculis e bracteis lanceolatis acutis pluribus fasciculato-confertis; pedunculis specialibus vix e bractea exsertis; spicis geminis (7—10‴ longis); rhacheos articulis pedicellisque margine pilosis; glumis omnibus acutis muticis (albo-rufescentibus) glabris, exteriore flosculi masculi obscure 5—7- interiore uni-nervia; gluma flosculi hermaphroditi exteriore acute carinata caeterum enervia, arista ipso fere duplo longiore. A. connatus *Hochst.* l. c. nr. 1801. Vix praecedentis var. ♃ Abyssin.

292. A. PROXIMUS. *Hochst.* (l. c. nr. 1792.) Radice valide-fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula hyalina fissa; foliis linearibus (vix 1‴ latis, radicalibus a culmo florifero separatis convolutis), infra et margine scabris, viridi-glaucescentibus; panicula interrupta; bracteis prolifero-spicigeris; spicis geminis ($^3/_4$-pollicaribus); rhacheos articulis pedicellisque flosculi masculi undique pilis ipsis longioribus albis villosis; gluma exteriore hujus flosculi multinervosa acuta mutica margine pubescente, flosculi fertilis carinata uni- vel apice 3-nervia; arista flosculo suo vix duplo longiore tenui. *Rich.* Fl. Abyss. II. 484. ♃ Abyssinia.

293. A. GLABRIUSCULUS. *Hochst.* (l. c. nr. 1805.) Radice fibrosa; culmo basi geniculato erecto ($1^1/_2$—2-pedali) cum nodis vaginisque glabro; ligula brevissima membranacea apice setuloso-fissa; foliis angustis (vix ultra 1‴ latis, 4—6″ longis) subsetaceo acuminatis margine scabris; vaginis superioribus (1—2) floriferis, pedunculis primariis 2—3; bracteis (coloratis amethystino-fuscis) acuminatis; spicis geminis ($^1/_2$—$^3/_4$-pollicaribus); rhacheos articulis pedicellisque lateraliter brevi-pilosis; glumis inferioribus utriusque flosculi glabris multinerviis, neutrius acuminata, fertilis apice bifida; arista flosculo suo sub-3-plo longiore. *Rich.* l. c. 468. ♃ Abyssin.

294. A. CIRCINNATUS. *Hochst. Steud.* (Hrbr. arb. un. it. nr. 789.) Culmis dense caespitosis basi geniculatis vaginis foliorum ampliatis dense tectis sursum erectis ($1^1/_2$-pedalibus, rubello glaucescentibus), cum nodis vaginisque glabris; ligula hyalina lacera; foliis convolutis subsetaceis circinnato-flexuosis culmum aequantibus vel superantibus; vaginis superioribus floriferis, pedunculis primariis 1—2, bracteis lanceolatis pedunculis spicarum propriis capillaribus subexsertis arcuatis; spicis geminis (subpollicaribus); rhacheos articulis pedicellisque dense albo sericeo villosis, pilis ipsis longioribus; glumis utriusque flosculi anguste lanceolatis tenui-nervosis (amethystinis) acutis ($1^1/_2$-linealibus); arista tenuissima spicula sua vix duplo longiore. Cymbopogon arabicus *Nees* in litt. ♃ Arabia felix.

Andropogonem Schoenanthum *Lin.* hanc speciem declarat *Trinius* a sequente synonyma *Roxburghii* certe distinctam, cui vix dubie jungenda sunt synonyma Autorum de Flora Indiae or., quamvis etiam *Wallichius* in Catalogo suo nr. 8794 plures species conjunxit; v. c. A. versicolorem *Nees* nr. 301, A. clandestinum *Nees* nr. 302. Schoenanthus vero reliquorum autorum veterum etiam teste *Trinio* Clavis Agrostr. 539. plures species diversas videtur amplecti, uti etiam *Joh. Bauhini* Hist. II. 515 etc. descriptiones — ex icone nihil concludere licet — testantur. Caeterum nostrae plantae radix (certe sicca) nullum gratum odorem, omnino vero uti etiam saporem acrem edit.

295. A. OLIVIERI. *Boiss.* (Diagn. V. 76.) Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis basi rudimentis foliorum vestitis; foliis glaucescentibus scabriusculis brevibus convoluto-erectis; ligula brevi acuta lacera; panicula stricta laxa; spicis geminatis, bracteis cymbiformibus flavidis striatis spicas subaequantibus; spiculis approximatis geminis; pedicellis rhachideque pilis albis densis spiculas aequantibus obsitis; spiculae masculae glumis lanceolatis acutis inferiore 5- superiore 3-nervia, hermaphroditae lanceolatis carinatis acutis obsolete bidentatis; valvula inferiore minima hyalina ad medium usque bifida inter lacinias pilosas aristam flexuosam exsertam ferente, valvula superiore lineari calycem subaequante. *Auger* hrbr. nr. 2955. Mesopotamia.

296. A. SCHOENANTHUS. *Roxb.* (Fl. ind. p. 278.) Culmo erecto elato (5—7-pedali) simplici glabro; foliis pluribus prope basin bifariis, superne paucis mollibus, margine scabriusculis (3—4-pedalibus, cum vaginis $^3/_4$″ latis); paniculae foliosae fascicularis spicis pluribus axillaribus terminalibusque; spatha cymbaeformi; spiculis in pedunculis propriis geminatis; rhachi articulata undulata pilosa; flosculis omnibus muticis; corolla masculi univalvi. *Rheed* Malab. XII. t. 72. Ind. or. (An haec an praecedens planta Linnaei?)

297. A. PACHNODES. *Trin.* (Act. Petr. l. c. 284. Ic. XXVIII. t. 327.) Culmo erecto (4-pedali) multinodo pruinoso, cum nodis vaginis foliisque glabris; his lanceolato-linearibus basi subcordato-rotundatis; (1″ longis, 8‴ latis, superioribus minoribus) radiis paniculae sublineari-elongatae ($1^1/_2$—2-pedalis) approximato-alternis compositis; pedunculis occultis glabris (vel apicem versus obsolete pubescentibus); articulis pedicelloque spiculae masculae perbrevi (albo-) pilosis; gluma inferiore spiculae sessilis (bilinearis) glabrae obtusiuscula medio (loco nervi) depressa, utrinque binervia, superiore acutiuscula binervia; spiculae superioris gluma inferiore 7-nervia; arista glumis duplo longiore. (cfr. A. nardoides nr. 311.) Nepal.

298. A. DISTANS. *Nees.* (mpt.) Culmo simplici farcto gracili, nodis vaginis foliisque linearibus angustissimis curvatis glabris; ligula ovato-lanceolata; pedunculis axillaribus solitariis inferioribus distantibus; spicis geminis paucifloris reflexis bracteatis, rhachi pedicellisque albo-hirsutis; spiculis lanceolatis attenuatis scabris; gluma inferiore spiculae sessilis lanceolata a basi ad apicem 6—8-nervia immarginata, seta scabra spicula plus duplo longiore, laciniis valvulae linearibus angustissimis. *Royle* hrbr. nr. 236, 247. ♃ Nepal.

299. A. GIDARBA. *Hamilt.* (*Wall.* Cat. nr. 8797.) Culmo simplici farcto gracili, nodis vaginis foliisque linearibus angustissimis filiformi-attenuatis glabris; ligula rotundata; panicula terminali bracteis filiformi-foliiferis interstincta; spicis geminis paucifloris divaricatis; rhachi pedicellisque rigide adpressis albo-hirsutis pilis pedicello brevioribus; spiculis lanceolato-linearibus attenuatis margine scabris occultis; gluma inferiore spiculae sessilis binervia

bidentula, prope a basi fovea lineari profunde impressa; seta scabra spicula quadruplo longiore, lacinulis valvulae filiformibus longis. *Nees* mpt. Ind. or.

300. A. HAMULATUS. *Nees.* (mpt.) Culmo ramoso elato farcto nodisque laevibus; foliis linearibus filiformi acuminatis margine scabris vaginisque glabris; ligula rotundata; spicis geminis brevibus paucifloris fasciculato-paniculatis reflexis; paniculae ramis racemosis strictis; pedunculis geminis bractea brevioribus; rhachi pedicellisque albo-hirsutis; spiculis glabris oblongo-lanceolatis, fertilis gluma inferiore 4—6-nervia, apicem versus marginata; seta glabra flexuosa spicula duplo longiore gracili ($3^1/_2$''' longa), laciniis valvulae linearibus. A. Schoenanthus nr. 8794. H. *Wall.* cat. ♃ China Silhet.

301. A. VERSICOLOR. *Nees.* (mpt.) Culmo simplici firmo farcto nodisque laevibus; foliis lineari-lanceolatis acuminatissimis, radicalibus longissimis, culmeis mediis (5''' latis) basi angustioribus concoloribus vaginisque glabris margine scabris; ligula magna ovata; spicis geminis paucifloris fasciculato-paniculatis bracteatis reflexis paniculam brevem cernuam densam formantibus; rhachi pedicellisque albo-hirsutis; spiculis glabris oblongo-ovalibus coloratis; fertilis gluma inferiore 4-nervia membranaceo-marginata, superiore flosculoque neutro ciliatis; seta glabra spicula duplo longiore, valvulae laciniis linearibus. A. Schoenanthus *Wall.* cat. nr. 8794 L. ♃ Ind. or.

302. A. CLANDESTINUS. *Nees.* (mpt.) Culmo erecto simplici (2-pedali) foliisque lineari-acuminatis glabris, his margine scabris; ligula exserta ovata; spicis geminis intra bracteas anguste paniculatas glabras latentibus paucifloris inaequalibus; rhachi pedicellisque laxe hirtis, pedicellis apicem versus crassitudine crescentibus summis crassissimis (luteis); spicula fertili oblonga; gluma inferiore lanceolata obsolete 4-nervia in disco rigidula canaliculata margine apicem versus late membranacea argute inciso-serrata; spicula pedicellata lanceolata, mascula mutica; seta valvulae fertilis spicula triplo longiore. A. Schoenanthus *Wall.* nr. 8794 K. Ind. or.

303. A. PENDULUS. *Nees.* (mpt.) Culmo simplici fistuloso nutante nodisque laevibus; foliis angustis margine scabris vaginisque glabris; spicis geminis erectis paucifloris (3''' longis, altero latere sulphureis, altero pallide purpurascentibus); pedunculis axillaribus geminis brevibus bracteatis distantibus; rhachi pedicellisque albo-hirsutis; spiculis glabris lanceolatis; fertilis gluma inferiore obscure 4-nervia, apice angusto obtuso, dorso 2—3-scrobiculato; seta glabra spicula duplo longiore, valvulae laciniis lanceolato-linearibus. ♃ Nepal.

304. A. DEMISSUS. (*Steud.*) Culmo procumbente infracto-ramoso nodis foliisque lineari-acuminatis glaucis glabris laevibusque; spicis geminis fasciculato-bracteatis, bracteis propriis spicis brevioribus; rhachi pedunculisque crassis; spiculis fertilibus latioribus una latere ciliatis et ad genicula barbatis; spicula fertili lineari, gluma inferiore binervia in medio constricta immarginata; valvula fertili lineari bifida laciniis subulatis; spicula pedicellata lanceolata (neutra?) mutica, gluma inferiore trinervia multistriata. A. humilis *Wight* ex *Nees* mpt. (non *Hochst.*) *Wall.* Cat. 8799 et 8798 A. B. ♃ Ind. or.

305. A. PRUINOSUS. *Nees.* (Hrbr. *Sieb.* Maurt. nr. 45.) Radice valida fibrosa; culmo erecto cum nodis glabro; ligula membranacea apice hyalina fissa; vaginis foliisque superioribus leviter albo pruinosis, his lanceolatis (2''' latis, 4—5'' longis) setaceo-acuminatis; vaginis superioribus floriferis; fasciculis prolifero ramosis; bracteis numerosis lanceolatis (rufescentibus) pedunculis propriis subexsertis bispicatis; spicis brevibus ($^1/_2$-pollicaribus) laxifloris; rhacheos articulis pedicellisque flosculi masculi villis albis ipsis longioribus villosis; gluma flosculi masculi exteriore glabra 5—6-nervia, eadem fertilis praeter nervum medium apice margine binervia, nervis alato marginatis, arista flosculo suo 3—4-plo longiore, horizontaliter geniculata. Ad A. Schoenanthus *Lin.* ducit clbms *Trin.* Act. Petr. 1833. p. 283 et A. aromaticum *Siebr.* hrb. Maur. nr. 38 non diversum contendit. ♃ Ins. Maurit.

306. A. IWARANKUSA. *Roxb.* (*Blane* Phil. Trans. VIII. t. 16.) Culmo simplici erecto farcto (2—5-pedali) cum nodis vaginis foliisque glabris, his elongatis linearibus, radicalibus culmi fere longitudine, horum vaginis basi saepe hirtis; radiis paniculae erectis solitariis compressis repetito-partitis; spicis bracteatis gemin's; rhachi pedicelloque spiculae masculae pilis ipsos aequantibus villosis; spiculis oblongis glabris; gluma inferiore spiculae fertilis convexo-plana laevi cartilagineo-membranacea versus marginem marginata, hoc denticulato pallido, sursum 5—6-nervia; gluma inferiore flosculi masculi seu neutrius acuminata multinervia apice vix marginata; arista flosculo suo duplo longiore. A. marginatus *Steud.* Fl. 1829. 472. Variat: panicula ampliore. A. Goeringii *Steud.* Fl. 1846. 22. A. Schoenanthus *Thunb.* Ind. or. Afr. austr. Japonia.

307. A. AMPLIFLORUS. *Steud.* Panicula composita ampla (ultra pedali); radiis panicularum partialium repetito-partitis radiolisque subtriquetris glabris; bracteis acuminatis, exterioribus margine — interioribus ex toto rufo-membranaceis; spicis paucispiculatis rhachi pedicellisque villosis; spiculis angustis lanceolatis; gluma exteriore spiculae fertilis angusta 5-nervia integra margine aequali vix tenuiore integro. (Paniculae tantum prostant; praecedenti valde similis, sed notis allatis distincta.) Andropogon nr. 879 Hrbr. *Zollinger.* Java.

308. A. EXCAVATUS. *Hochst.* (Flora 1846. 116.) Culmo simplici laevi (3-pedali); foliis culmo brevioribus in acumen setiforme attenuatis glaberrimis; vaginis sulcato-striatis; ligula obtusa brevi; spicis geminis plurifloris fasciculato-paniculatis bracteatis paniculam contractam (3—5-pollicarem) formantibus; rhachi albido-hirsuta; spiculis glabris; gluma spiculae fertilis inferiore 4- rarius 3-nervia; nervis omnibus versus basin abruptis — utrinque ad nervos exteriores superne alata, marginibus vero inflexis; gluma superiore carinato convexa uni- vel 3-nervia, nervo carinali superne costato-alato versus basin evanido; valvula floris fertilis inferiore aristata, arista flosculo 4-plo longiore, ab insertione ad medium nigro-fusca torta geniculata inde scabriuscula pallida tenuissima; spiculae pedicellatae pedicello bifariam dense piloso apice dilatato profunde excavato; spicula in cavitatis parte superiore ope squamulae brevissimae lateraliter affixa, ejus gluma inferiore acuta 9-nervia, superiore 3-nervia, flosculo univalvi masculo. Port. Natal. Afr. austr.

309. A. MARTINI. *Roxb.* (Fl. ind. or. 280.) Radice longe fibrosa; culmo erecto ramoso (5—6-pedali) glabro; foliis elongatis delicatulis mollibus glabris acuminatis; ligula membranacea; paniculis linearibus subsecundis; spiculis geminis; rhachi articulata lanata; hermaphroditi flosculi corolla univalvi aristata, masculi mutica. A. caesius *Nees* teste ipso. ♃ Ind. or.

310. A. FLEXUOSUS. *Nees.* (mpt.) Culmo ramoso laevi; nodis subsericeis; foliis elongatis margine scabris vaginisque glabris; spicis geminis ternisve (sub-7-floris) laxis divaricato-reflexis bracteatis racemoso-paniculatis, ramulis omnibus flexuosissimis; rhachillae geniculis pateriformibus pedicellisque albo-hirsutis; spiculis glabris, flosculi sessilis gluma inferiore binervia, setae glabra spicula duplo longiore, laciniis valvulae linearibus. A. Nardus *Klein* hrbr. ♃ Ind. or.

311. A. NARDOIDES. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 116.) Culmo erecto simplici elato (usque 6-pedali) farcto laevissimo; ligula magna ovata; foliis e basi lata amplectente lato-linearibus (fere 1'' latis, ultra 1' longis), firmis margine scabris cum vaginis glabris; spicis geminis paucifloris

fasciculato-paniculatis reflexis paniculam elongatam angustam supradecompositam formantibus; rhachi pedicellisque argenteo-strigosis; spiculis glabris; flosculi fertilis gluma inferiore binervia apicem versus marginata, superiore ciliolata; arista glabra spicula duplo longiore, laciniis valvulae filiformibus. A. Martini *Wight* Cat. nr. 1702 et A. pachnodes *Trin.?* teste *Nees* l. c. Afr. austr. Ind. or.?

312. A. RECTUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto valido longe simplici apicem versus florifero ramoso (4-pedali et ultra), basi vaginis dilatatis foliorum radicalium tecto, his mox angustatis erecto strictis linearibus margine inflexis glabris laevibus culmum plus minus aequantibus; ramis floriferis paniculam communem ultra pedalem formantibus; radiis repetito-partitis; bracteis spicas binatas superantibus acutatis; spicis abbreviatis paucifloris; flosculis masculis pedicellatis muticis, fertilibus sessilibus aristatis; rhacheos articulis pedicellisque pilosis, glumis glabris; arista e basi flosculi fertilis oriunda geniculata tenui flosculum duplo superante. Hrbr. *Zollinger* nr. 2562. In summitate montis Tergger Java.

313. A. FOLIATUS. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo erecto simplici vel ramoso cum nodis foliisque glabro, ad paniculam usque vaginato foliato; ligula membranacea ovata obtusa glabra; foliis e basi amplexicauli lato-linearibus culmum (nondum satis evolutum? pedalem) aequantibus vel superantibus (7—9″ longis, 5‴ latis) strictis subtus glaucescentibus, apice acuminatis; panicula contracta pauciflora; spicis geminis ($^1/_2$-pollicaribus); rhachi pedicellisque parce argenteo-sericeis; spiculis glabris; glumis multi-striatis, flosculo pedicellato masculo longiore quam fertilis, hujus arista spicula sua duplo longiore. ♃ Ins. Borbon. Maurit.

314. A. HETEROCLITUS. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 115.) Culmo gracili vaginisque glabris; foliis linearibus acuminatis scabris supra e tuberculis pilosis; ligula truncata; spicis racemoso-compositis in apicibus ramorum approximatis brevi pedunculatis fasciculatis solitariis aut geminis 2—3-meris; pedunculo communi glabro intra bracteam brevissimo, bracteis tam pedunculorum quam propriis lanceolatis acuminatis ad latera grosse tuberculatis et setigeris; pedicellis hirtis; flosculo sessili lineari scabro basi apiceque barbato arista 5-plo breviore, neutris subulatis scabris aut setulis bulbosis adspersis. Anthistiria heteroclita *Roxb.* ♃ Ind. or.

315. A. INTONSUS. *Nees.* (l. c. 114.) Culmo ramoso glabro gracili; vaginis hirsutis; ligula truncata; foliis linearibus (2‴ latis, 4—8″ longis) acuminatis scabris basi supra pilosis; spicis laxe composito-paniculatis subracemosis geminis 2—4-meris; ramis gracilibus infra bracteam pilosis; pedunculo communi incluso apice undique geniculisque spicarum longe barbatis; pedicellis hirto ciliatis; bractea lanceolata acuta hirsuta; spicula neutra anguste lanceolata subulato-acuminata sessilique setulosa scabra, arista sua valida 3—4-plo breviore. ♃ Afr. austr.

316. A. LEPIDUS. *Nees.* (l. c. 113.) Culmo ramoso erecto vel procumbente glabro; vaginis ad oras plus minus ciliatis vel glabris; foliis lanceolato-linearibus (3—5‴ latis, 1—$1^1/_2$-pedalibus) acuminatissimis scabris basi pilis longis sparsis adspersis, glaucescentibus; ligula truncata; panicula e foliorum superiorum ramis 2—3-nis composita; pedunculis communibus capillaribus glabris; propriis in bractea oblonga utrinque acuminata inclusis apice et ad genicula spicarum geminarum longe barbatis; rhacheos articulis pedicellisque brevi villosis; glumis omnibus setoso-acuminatis hispidulis, arista flosculo suo duplo longiore. ♃ Afr. austr.

317. A. DICHROOS. (*Steud.*) Culmo compresso vaginisque laevibus; ligula acuta; foliis linearibus acuminatissimis scaberrimis basi ciliatis; spicis composite fasciculato-paniculatis geminis 3—5-meris; rhachi pedicellisque albo-spiculis rufo-hirsutis; pedunculo communi incluso apice patenti-hirsutissimo; bractea lanceolata acuminata basi hirsuta; spicula sessili arista sua 6-plo breviore; pedicellata neutra angustissima setaceo-acuminata. A. bicolor *Nees* l. c. 113. ♃ Afr. austr.

318. A. FILIPENDULINUS. *Hochst.* (Fl. 1846. 115.) Culmo ramoso foliisque glaberrimis, his anguste linearibus complicatis; spicis geminis (aristis inter se contortis simplices aemulantibus) paniculatis; pedunculis filiformibus e vaginis paucis vel pluribus supra medium bractea lineari vaginaeformi instructis, inde tenuissime curvatis vel pendulis; spicis tenuibus conjugatis bi- vel trinodibus, superiore pedicello brevi tenuissimo suffulta; spiculis glabriusculis, mascularum gluma inferiore in setam elongata, foemineae gluma inferiore truncato-bidentata 7-nervia; valvulae arista longissima bigeniculata basin versus hirsuta; rhacheos articulis albido-barbatis. Variat pedunculis valde pilosis. (Ab autore sub sectione Heteropogon recensitus). Afr. austr.

319. A. LINDENII. *Steud.* Radice fibrosa validula; culmo erecto tenui tereti foliato ($1^1/_2$-pedali) cum nodis vaginis foliisque glabris; ligula vix ulla; foliis inferioribus planis linearibus angustis, culmeis convolutis setaceo longe acuminatis (4—7″ longis, explanatis $^1/_2$—$^3/_4$‴ latis); panicula depauperata; vaginis floriferis elongatis acutatis (ultra pollicaribus) glabris rufescentibus; spicis plus minus pedunculatis in apice pedunculi binis (raro solitariis) plurifloris (pollicaribus et ultra); rhachi pedicellisque spicularum pilosis; spicula altera pedicellata neutra tenui valvula inferiore in setam ipsa breviorem terminata; altera fertili, valvula inferiore iterum in setam terminata, infra apicem aristata, arista (pro floris tenuitate) validula torta geniculata flosculum pluries superante. Hrbr. *Linden* nr. 1556. Venezuela.

320. A. MACROURUS. *Michx.* (Fl. Am. I. 56.) Culmo versus apicem ramoso (3-pedali) cum nodis glabro; vaginis villosis; foliis lineari-lanceolatis margine scabris, basi pilosis vel omnino glabris (rufescentibus); spicis in paniculis terminalibus lateralibusque dense fasciculatis (3—4-nis); pedunculis in bracteis lanceolatis longe acuminatis ante florescentiam approximatis, compressis occultis; articulis rhacheos pedicellisque flosculi neutrius tabescentis (in pedicellum solum vel continuationem rhacheos redacti) longissime villosis; spiculae sessilis (monandrae) glumis plus minus acutis, arista recta setiformi iisdem 4-plo longiore. ♃ Am. sptr. Domingo.

321. A. MELANOCARPUS. *Ell.* (Bot. I. 146.) Culmo tereti nodisque glabris; vagina elongata striata, ligula exserta; foliis lineari-lanceolatis scabris; spicis pedunculatis in involucro cymbiformi; rhachi pedicellisque fusco lanatis; corolla pubescente; arista torta flosculo multum longiore. Stipa melanocarpa *Mhlbrg.* Georgia.

Spirotheros. *Rafin.* (in *Seringe* Bull. bot. 221) cum charactere: glumae 3-seriales; series 1 uniglumis longa; series 2 biglumis aequali villosa; series 3, corolla minuta biglumis membranacea, arista longissima spiralis villosa.

322. A. GLAUCUS. *Mühlbrg.* (Desc. uber. 278.) Culmo nodisque glabris; ligula serrata abbreviata; foliis glaucis, superioribus margine scabris; pedunculis lateralibus binis sub spica bifida; involucro cymbiformi basi piloso; flosculo sessili longe aristato, masculo tabescente. Carolina austr.

323. A. TRACHYPUS. *Trin.* (Act. Ac. Petr. 1833. II. 280.) Culmo stricte-erecto (4—5-pedali) subramoso cum nodis glabro; vaginis carinatis (superne) hirsutis foliisque rufo-fuscescentibus, his angusto-linearibus ($1^1/_2$‴ latis, inferioribus ultra pedalibus) hirsutis; pedunculis communibus e vaginis superioribus 1—2-nis; propriis e bracteis villosis vix exsertis subfasciculato-alternis (gilvo-) hirsutis; spicis binis ($^1/_2$-pollicaribus) paucifloris demum refractis; articulis pedicelloque spiculae masculae acuminatae utrinque pilosis; pilis accrescentibus iisdem brevioribus (gilvis); glumis spiculae sessilis lineari-lanceolatae obtusiusculis, inferiore

5- superiore 3-nervia, arista flosculo 3-plo longiore. ♃ Brasil.

An A. trachypus *Nees* mpt. distincta species de qua *Neesius* ita refert: Folia subtus dense hirta, nec supra; spicae e spiculis 5—7 compositae, sc. 2—3 hermaphroditae et 3—5 masculae; barba ad originem spicarum geminatarum et infimo saepe articulo longitudine spicularum sulphurea aut lutescens nec fulva; pedicelli spicularum mascularum pilis paulo pallidioribus plumati; spiculae purpureae; gluma inferiore hermaphroditi apice acute bidentata; glumae spiculae masculae acuminatae. Hrbr. Berol. e Brasilia. Synonymum *Trinii Neesio* videtur dubium.

324. A. APRICUS. *Trin.* (Act. Petr. 1838. Supl. p. 83.) Culmo ramoso, basi radicante, nodis foliisque angustissimis compressis glabris; ligula brevi truncata; paniculae digitalis laxae radiis corymboso-fasciculatis compositis; pedunculis occultis glabris; spicis subconjugatis (pollicaribus) rectis; articulis pedicelloque spiculae neutrius (quam fertilis duplo majoris) ciliato-villosis; spiculae sessilis (saepe cum pedicellata setigerae) glumis nudis, inferiore obtusa 2- superiore 1-nervia setigera tenuissime ciliolata; arista torta geniculata hirta spiculis 10-ies longiore. Diatomis laxa *Nees* in *Mart.* Bras. 2. 340. Brasil.

325. A. TETRASTACHYUS. *Ell.* (Carol. p. 150. *Trin.* l. c. 84.) Culmo erecto nitido cum nodis glabro; vaginis (superne) foliisque villosissimis, his angustis (inferioribus ($1\frac{1}{2}$-pedalibus); ligula membranacea brevi obtusa dorso villosa; paniculae (pedalis) contractae radiis alternis parum compositis, pedunculis subexsertis villosis; spicis 2—4 digitatis erectis vagina sua vix brevioribus; articulis pedicelloque spiculae tabescentis villosis; spiculae sessilis glumis acutis nudis, superne plus minus hispidis, superiore bidentata 2- inferiore acuminata uni-nervia; arista setiformi spiculis 4-plo longiore. Louisiana.

In proprium genus hanc speciem et A. vaginatum *Ell.* A. macrourum *Michx.* A. tetrastachyum et A. sessiliflorum (mihi plane ignotum) jungit *Rafinesque* (*Seringe* Bull. I. 221.) sub: Dimeiostemum sine addito charactere, nisi „stamen unicum".

326. A. VAGINATUS. *Trin.* (l. c. et? *Ell.*) Culmo stricto (3-pedali) simplici; cum nodis vaginis foliisque linearibus angustis glabris; paniculae contractae strictae ($1\frac{1}{2}$-pedalis) radiis alternis compositis subadpresso strictis; pedunculis in bracteis acutis occultis nudis; spicis binis conjugatis vagina sua brevioribus erectis; articulis pedicelloque anantho villosis; spiculae sessilis glumis acutis nudis (vel superne hispidis), inferiore subbiaciculato-dentata binervia, ad nervos aculeato-hispida, superiore brevissime bidentata uninervia, arista setiformi iisdem 4-plo longiore. Variat: foliis vaginisque pilosis. ♃ Virgin.

§. 22. c. Spicae quam duae plures.

327. A. CURTISIANUS. *Steud.* Culmo erecto stricto (pluripedali) glabro e vaginis paniculato ramoso; foliis angustis lanceolatis acuminatis basi cum vaginae ore pilosis ($\frac{1}{2}$—1-pedalibus, basi vix ultra lineam latis) glabris laevibus; ligula brevi ciliata; paniculis simplicissimis remote pedunculatis; bracteis navicularibus angustis acuminatis 3—5-spicatis; spicis brevi-pedicellatis inaequalibus (6—10''' longis) remotifloris; flosculis ternis binis lateralibus ad pedicellos subpectinato longe pilosos redactis, intermedio fertili (coerulescente) valvula exteriore arista flosculum duplo fere superante terminata. *M. A. Curtis* legit in Carolina.

Andropogoni eucomo *Nees* (nr. 331) adeo affinis, ut varietas videri possit; differt vero: bracteis distinctioribus in A. eucomo minutis; spiculis sterilibus binis, in eucomo plerumque solitariis; etiam Andropogoni virginico *Lin.* forsan nimis affinis.

§. 23. *2. Spicae geminae paniculatae; bracteae lanceolatae vel spathaceae; flosculi omnes mutici. Anatherum. Beauv.*

Character generis Anatherum *Beauv.*: axis paniculatus; panicula subcomposita, rami simplices subpaniculati, axes spicati; spicae dissimiles biflorae, altera pedicellata mascula vel neutra, pedicello nudo aut lanuginoso; altera sessilis polygama in utrisque flosculus inferior neuter; gluma inferior interdum verrucosa muricata; valvulae membranaceae hyalinae muticae; squamulae truncatae fimbriatae.

328. A. BICORNIS. *Lin.* Culmo erecto 4—6-pedali; foliis longissimis (3''' latis) linearibus acuminatis margine serrulatis; panicula terminali ampla (pedali et ultra) rigida ramosissima; rhachi universali ramisque glaberrimis; pedunculis e foliolo vaginante lanceolato; spicis geminis vel rarissime ternis, filiformibus tenerrimis; articulis pedicellisque flosculi neutrius tabescentis longe sericeo-pilosis; flosculo sessili basi pilis calyce brevioribus cincto mutico. A. flexuosus *Salzm.* Hrb. Bah. Anatherum bicorne *Beauv.* Agr. t. 22. f. 11. Am. austr. N. Holl.

329. A. REFRACTUS. *R. Br.* (Prodr. I. 202.) Radice fibrosa subcaespitifera; culmo erecto glabro foliato ($1\frac{1}{2}$—2-pedali et ultra); foliis angustis setaceo acuminatis (3—6'' longis, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$''' latis) margine scabris; paniculae spathis alternis; spicis conjugatis refractis, partim rectis; glumis acuminatis glabris; flosculis omnibus muticis; ligula membranacea imberbi. N. Holl.

330. A. INERMIS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto stricto tereti striato glabro foliato (2-pedali); vaginis laxiusculis striatis margine tenuissime membranaceis glabris; foliis planis linearibus (fere pedalibus, vix ultra 1''' latis) rigidulis striatis, radicalibus praesertim margine pilosis; panicula basi interrupta contracta ($\frac{1}{2}$-pedali); radiis folio angusto cymbiformi suffultis, pluries repetito divisis, radiolis similiter divisis; spicis radiolorum binis, flosculis binis vel ternis; flosculo inferiore sessili foemineo, superiore (unico vel binato) pedicellato, pedicello axique glabris; glumis valvulisque omnino muticis. *Funck* Coll. nr. 235. Columbia.

Sectio IV. Inflorescentia paniculata bracteis cymbiformibus non suffulta.

1. Spiculae binae, sessilis hermaphrodita, pedicellata mascula vel neutra vel rudimentaria.

* Aristatae.

§. 24. a. Spicae plures paniculatae.

331. A. EUCOMUS. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 104.) Culmo erecto compresso hinc canaliculato nodisque glabris; foliis linearibus complicatis basi vaginisque ore villosis, fasciculorum culmum aequantibus; pedunculis fasciculatis axillaribus terminalibusque longis, bracteola lanceolata spica breviore; spicis 2—4 digitatis; rhachi pedicelloque sterili argenteo-plumosis; spicula fertili glabra basi barbata; gluma inferiore binervia bidentata; arista gracili recta spicula 6-plo longiore; spicula pedicellata tabescente ad pedicellum redacta. Eriopodium Kraussii *Hochst.* ⊙? Afr. austr.

332. A. BERGII. *Roem. Schult.* (Syst. 2. 813.) Culmo tereti exaltato geniculato glabro; vaginis arctis scabris; foliis (subpedalibus) retrorsum scabris, superioribus subulato-teretibus; panicula composita densa, radiis alternis paniculatis erectis; floribus pedicellatis conglomeratis; glumis bifloris lucidis nitidis utrinque lutescentibus subtus pubescentibus; hermaphroditi valvulis inaequalibus villosis, exteriore apice aristata interiore mutica; arista tortili divaricata; masculi valvula exteriore magis hirsuta aristata; aristis tortuosis divaricatis longitudine calycis. A. arundinaceus *Berg.* Fl. cap. 356. nec *Willd.* A. recentioribus collectoribus non videtur collecta et a scriptoribus neglecta. Pr. b. sp.

333. A. LAGUROIDES. *Dec.* (H. Monsp. t. 69.) Culmo adscendente ramoso nodis vaginisque glabris; foliis linearibus (2—4'' longis) scabris basi ciliatis; radiis paniculae oblongae confertae solitariis vel binis simplicibus aut bifidis plerumque a basi floriferis; articulis pedicelloque spiculae tabescentis longissime sericeo-villosis; arista spicula sua pilis brevibus adspersa 3-plo longiore. ♃ Brasil. N. Hisp.

334. A. SACCHAROIDES. *Swartz.* (Fl. Ind. I. 205.) Culmo erecto simplici tereti (2—3-pedali), nodis sericeo-barbatis; foliis linearibus villosulis; radiis paniculae lineali-oblongae compactae solitariis vel binis, simplicibus aut bifidis a basi floriferis; articulo pedicelloque spiculae tabe-

scentis densissime sericeo-villosis, villis ipsis longioribus; arista spicula sua villosissima bis longiore. Trachypogon argenteus *Nees* Agr. br. 348. sec. *Trin.* l. c. 287. Ind. occ. Brasil.

335. A. LEUCOPOGON. *Nees.* (Linn. XIX. 694.) Culmo ramoso, nodis barbatis; foliis glabris; spicis pluribus digitato-corymbosis (reclinatis); rhachibus radiisque glabris; arista glumis 4-plo longiore; spicula neutra minima. Praecedentis var.? *Nees. Aschenb.* Hrbr. nr. 141 et 370. Mexico.

336. A. ARGENTEUS. *Dec.* (H. Monsp. cat. p. 77.) Culmi (2—3-pedalis) nodis barbatis; vaginis glabris vel ore pilosis; foliis linearibus nudis vel (inferne) sericeo-pilosis; paniculae lanceolato-oblongae patulae radiis binis vel solitariis compositis inferioribus basin versus nudis; articulis pedicelloque spiculae tabescentis (tenui-aculeolatae) accrescendo-villosis, villis supremis ipsis longioribus; arista spicula sua fere 5-ies longiore. Saccharum argenteum *Jacq.* Ecl. t. 5. ♃ Mexico. Quito.

337. A. ARGYRAEUS. *Schult.* (Mant. II. 450.) Culmo erecto stricto (pluripedali, albido et purpureo vario) cum nodis vaginis foliisque linearibus angustis (6—11″ longis, 1‴ latis) glabris; paniculae strictae radiis remotissimis alternis et iterum alternatim floriferis; bracteis elongatis ex apice obtuso mucronatis (mucrone $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$‴ longo herbaceo); pedunculis nudis cum majore spicarum binatarum parte in bractea occultis; spicis argenteo-albis; articulis pedicellisque ananthis dense villosis, villis spiculas superantibus; glumis acutis apicem versus aculeato-asperis, inferiore ad margines viridula utrinque nervo notata, medio enervia; arista glumas 3—4-plo superante recta asperula. A. argenteus *Elliot.* Secund. specimina a *Rugelio* in pratis siccis prope Portsmuth lectis. ♃ Virginia.

338. A. PANICULATUS. *Kunth.* (En. I. 494.) Culmis erectis compressis canaliculatis glaberrimis laevibus nitidis superne paniculato-ramosis; vaginis compressis striatis; foliis rigidiusculis linearibus margine scabris; ligula brevi membranacea; spicis paniculatis e quavis vagina solitaria; spiculis neutris minutis pedicellatis lanceolatis scabriusculis aristam aequantibus; pedicello longe barbato; flosculo hermaphrodito sessili ad basin pilis brevissimis obvallato, gluma inferiore dorso rotundata scabra arista brevissima, valvula superiore bidentata arista multo breviore. ♃ Mexico.

339. A. CAUCASICUS. *Trin.* (l. c. 286.) Culmo erecto (2-pedali) inferne ramoso; nodis vaginisque glabris; foliis linearibus acuminatis (rufescenti-glaucis, 5—9″ longis, 1—2‴ latis) glabris; paniculae lanceolatae lucidae (palmaris) radiis 2—4-nis simplicibus vel subdivisis inferne nudis; articulis pedicelloque spiculae neutrius laxe pilosis, pilis iisdem subbrevioribus; arista spicula sua (sub lente) brevissime et subaculeolato-pilifera subtriplo longiore. Caucas.

340. A. COMOSUS. *Spr.* (S. V. I. 287.) Culmi nodis pubescentibus; foliis linearibus glabris; radiis paniculae patentis binis simplicibus inferne nudis; articulis pedicelloque spiculae neutrius obtusiusculae pilosis, pilis iisdem brevioribus; arista spicula sua glabra 3-plo longiore. N. Holl.

341. A. ERYTHROCOLEOS. *Steud.* Culmo erecto tereti foliato glabro validulo (pluri-pedali); vaginis elongatis glabris intus rubris apice margine ligulaque longe pilosis; foliis linearibus acuminatis (6—10″ longis, 3‴ latis) striatis nervo medio valido, utrinque e tuberculis strigoso-pilosis; paniculae contractae radiis semiverticillatis rigidulis striatis a basi floriferis, articulis pedicellis glumisque sericeo-pilosis arista validula geniculata torta flosculo duplo longiore. (Ex Hrbo. *Lenormand.*) Nepal.

342. A. LEPTANTHUS. *Steud.* Culmo erecto tereti elatiore glabro, nodis pilis brevissimis rigidis barbatis; foliis culmeis angustissimis subconvolutis acutis (3″ longis, vix $\frac{1}{2}$‴ latis); ligula brevissima ciliata; paniculae erectae (4—5-pollicaris) oblongae contractae radiis irregularibus subsolitariis vel subverticillatis ramosis erectis; spiculis binis, mascula pedicellata, hermaphrodita sessili (vix ultra lineali), rhachi pedicellisque pilosis; arista tenui flosculo duplo longiore, hoc carina piloso. Hrbr. *Cuming* nr. 1400. Ind. or.

343. A. PUNCTATUS. *Roxb.* (Fl. Ind. I. 268.) Culmo basi decumbente tum erecto simplici (2—4-pedali) vaginis tecto, glutine spongioso farcto; foliis magnis longis copiosis basi pilis longis sparsis; paniculae erectae oblongae (4—5-pollicaris) radiis numerosis simplicibus erectis secundis; glumis exterioribus calycis hermaphroditi et neutrius scrobiculatis; arista longa flexuosa. *Roxb.* A. perfossus *Nees* et *Meyen.* Ind. or. et? Guinea.

An planta Guineensis eadem? Diagnosis *Trinii* (l. c. 287) in plantam utriusque patriae adaptata sequens: culmi nodis pubescentibus vel glabris; follis linearibus glabris; radiis paniculae contractiusculae pluribus, cum binis solitariisque, simplicibus vel inferioribus compositis inferne nudis; articulis pedicelloque spiculae neutrius acutiusculae subaccrescendo pilosis, pilis iisdem brevioribus (vel superioribus longioribus) arista spicula sua medio scrobiculata 3—4-plo longiore.

344. A. PUMILUS. *Roxb.* (l. c. 277.) Culmis ramosis glabris erectis (12-pollicaribus) foliis praeter vaginas longas parvis; panicula composita spicis pluribus conjugatis axillaribus et terminalibus; pedunculis longis articulatis basi bracteis parvis, supra geniculum vagina munitis; rhachi pilosa; flosculi hermaphroditi sessilis calyce aristato, masculo pedunculato. Ind. or.

346. A. FULVIBARBIS. *Trin.* (l. c. 287). Culmo subramoso (3—4-pedali) cum nodis vaginisque glabris; foliis angustis linearibus carinato-compressis basin versus margine ciliatis; paniculae laxae subsecundae (8—9-pollicaris) radiis plurimis filiformibus simplicibus inferne nudis; articulis pedicelloque spiculae masculae e gluma inferiore setigerae nudis; arista spicula sua e gluma superiore setigera bis et ultra longiore. Guinea.

347. A. ARGUTUS. *Nees.* (mpt. sub: Rhaphis.) Culmo vaginisque compressis et glabris scabris, illo apice nudo et subundato; foliis linearibus strictis (culmeis mediis 3—4″ longis, $1\frac{1}{2}$‴ latis) acutiusculis margine et carina serrulato-scaberrimis; paniculae erectae oblongae (4-pollicaris) radiis verticillatis, prope a basi pluriflor s, plerisque simplicibus, infimorum aliquot subdichotomis, basi hirsutis; spiculis prope a basi orientibus binatis 6—4, in ramis dichotomis etiam solitariis, (2‴ longis) lanceolatis acutis; glumis cartilagineis dorso scaberrimis lanceolatis complicato-convexis marginibus depressis, spiculae sessilis superiore setigera setam aequante, fertilis recta spicula longiore; valvula fertili inferiore lanceolata ex apice setigera ciliata. Ex *Willd.* hrbo. sine loco natali.

348. A. LAXUS. *Willd.* (Spec. IV. 907.) Culmo simplici tereti erecto glabro (3-pedali); vaginis ore hirsutis; foliis venosis glabris ciliato-serratis; paniculae laxae radiis capillaribus flexuosis erectis glabris; floribus geminis altero pedicellato, pedicello villoso, altero sessili basi villoso; arista contorta glabra flore 4-plo longiore. A. serratus *Thunb.* Fl. jap. 41. Japonia.

349. A. CONTROVERSUS. (*Steud.*) Radice sublignosa; culmo basi declinato ad geniculos radicante caeterum erecto (1—15-pedali) lignescente glabro; foliis elongatis margine scabris; paniculae ovatae laxae magnae, saepe nutantis, radiis patentibus, interstitiis lanatis; radiolis racemosis 4—6-spicatis pedicellatis, rhachi articulata; floribus geminatis; glumis hermaphroditi sessilis aequalibus pilosis, valvulis 3 membranaceis, secunda retusa; arista satis longa torta. A. laxus *Roxb.* Fl. Ind. 275. vix *Thunberg.* Ind. or.

350. A. PARVIFLORUS. *Roxb.* (Fl. ind. I. 277.) Culmo ramosissimo filiformi adscendente (1—$1\frac{1}{2}$-pedali); foliis numerosis linearibus parvis obtusiusculis; panicula foliosa tenui; spicis axillaribus minutis pedunculatis solita-

riis binis vel ternis; rhachi articulata undulata glabra; pedunculis gracillimis medio geniculatis; spathis propriis foliosis; flore utroque aristato, pedicellato rudimentario. Ind. or.

351. A. MILIFORMIS. *Schult.* (Mant. 2. 448.) Culmo ramoso elato (6—10-pedali); foliis ensiformi-lanceolatis mollibus glabris margine minute setulosis; paniculae amplae laxae erectae ramis longis gracilibus verticillatis compositis expansis aut nutantibus; calyce biglumi ovali obtusiusculo piloso; corolla utraque 3-valvi in hermaphrodito subinde aristata. A. miliaceus *Roxb.* l. c. Ind. or. bor.

352. A. MONTANUS. *Roxb.* (l. c. 271.) Culmo basi frutescente repente (3—4-pedali); vaginis fauce barbatis; foliis gracilibus elongatis ad basin pilosis; paniculae subverticillatae conicae (4—8-pollicaris) radiis ramosis racemoso-spicatis; rhachi flexuosa pilosa, floribus geminis hermaphrodito aristato, arista torta flosculo 2—3-plo longiore; neutro mutico. Ind. or.

353. A. GLABER. *Roxb.* (l. c.) Culmis suberectis (3—4-pedalibus) ramosissimis, foliisque nitentibus glabris; paniculae ovatae verticillatae ramis simplicibus 2—3-fidis; gluma flosculi hermaphroditi exteriore dorso scrobiculata, corolla univalvi, loco alterius valvulae arista longa; flosculo masculo nec scrobiculato nec aristato. ♃ Ind. or.

354. A. FASCICULARIS. *Roxb.* (l. c. 269.) Culmo geniculato glabro (4—5-pedali) ramoso; vaginis fauce pilosis; foliis parvis retrorsum scabris; paniculae erectae (6-pollicaris) compositae fasciculis remotis alternis e racemis pluribus spicatis filiformibus, saepe ramosis, secundis; rhacheos articulis compressis lanatis; flosculo hermaphrodito basi lanato aristato, neutro mutico ecorollato. Ind. or.

355. A. NARDUS. *Lin.* Culmo elato arundinaceo folioso; vaginis glabris fauce auriculatis; ligula exserta eroso-truncata; foliis lineari-lanceolatis (6—10″ longis, 2—3‴ latis) apice filiformi-attenuatis glabris; panicula erecta (3—4-pollicari) subcontracta; ramis decompositis proliferis; spicula hermaphrodita aristata, arista tortili geniculata, flosculo 3-plo longiore; spicula pedicellata mutica; pedicello candide villoso. ♃ Ind. or. Ins. Mascar.

356. A. HUMBOLDTIANUS. (*Steud.*) Culmis caespitosis erectis (3—6-pedalibus) glabris; nodis barbatis; vaginis glabris; foliis linearibus acuminatis rigidis, interne scabris, margine serrulato-scabris; paniculae (pedalis) ramosae radiis verticillatis patulis; axillis pilosis; articulis, pedicellis glumisque floris hermaphroditi piloso-sericeis; flore neutro minimo; arista tortili scabra spicula sua 3-plo longiore. A. stipoides *H. B.* ♃ N. Granata.

357. A. TORREYANUS. (*Steud.*) Glaucus; culmo simplici (bi-pedali et ultra) cum nodis glaberrimo; vaginis nervosis internodio brevioribus; ligula obsoleta; foliis latolinearibus (6-pollicaribus) utrinque glaberrimis; panicula terminali longe pedunculata oblonga; spicis simplicibus vel ramosis, alternis; rhachi villosissima; glumis flosculi sessilis acutis integris, inferiore basi villosa, superiore nuda, arista elongata torta; flore neutro inermi univalvi. A. glaucus *Torr.* Ann. Lyc. Noveb. I. 153. Canada.

358. A. AVENACEUS. *Michx.* (Fl. am. I. 58.) Radice perenni; culmo simplici (3—6-pedali); foliis nudis glaucescentibus (1′ et ultra longis, 5‴ latis); panicula oblonga ramosa (primum erecta, demum) nutante; spiculis geminis, abortivo rudimentario; fertilis glumis aequalibus rufescentibus villosis; arista contorta elongata. Vix eadem ac praecedens sed A. nutans *Mhlbrg.* (et *Lin.* sec. *Torr.*) ♃ Pensylvan.

Genus distinctum: Poranthera *Rafin.* (in *Seringe* Bull. bot. p. 221). Calyx biglumis aequalis; corolla biglumis inaequalis minor aristata; antherae poro dehiscentes; cum synon. Andropogon nutans *Mühlb.* et A. ciliatus *Ell.*

359. A. RUFIDULUS. (*Steud.*) Culmo erecto simplici tereti foliato glabro (pluripedali), nodis valde remotis sericeo-pilosis; ligula subcoriacea rigida fissa; foliis angusto-linearibus subconvolutis glabris (plus minus pedalibus, $^1/_2$—$^3/_4$‴ latis); panicula erecta oblonga (1—6-pollicari); rhachi angulata ad radiorum ortum pilosa; radiis semiverticillatis capillaribus flexuosis erectis basi plus minus longe nudis simplicibus vel divisis; flosculo sterili ad pedicellum pilosum redacto; radiolis spiculaque fertili patenti-pilosis; glumis pallide rufescentibus; arista torta flexuosa flosculis duplo longiore. Trachypogon stipoides *Nees* Agr. bras. 351. ex parte. *Claussen* legit in Minas Geraes.

360. A. SCABERRIMUS. *Nees.* (Agr. bras. 354. sub: Trachypogon.) Culmo erecto simplici; nodis sericeis; foliis lineari-elongatis vaginisque scaberrimis: ligula subcoriacea truncata; paniculae contractae ramis alternis a basi fasciculatim divisis capillaribus subtrichotomis; articulis, pedicellis spiculisque dorso lanatis; seta filiformi spiculam superante; pedicellis flosculi neutrius rudimentarii plumosis. ♃ Brasil.

361. A. TROPICUS. *Spr.* (S. V. I. 287.) Culmi nodis dense barbatis; foliis linearibus glabris (*Trin.*, scaberrimis *R. Br.*); paniculae effusae radiis verticillatis indivisis spiciferis; spicis 8—13-floris; articulis pedicelloque spiculae masculae (fulvo-) pilosis, pilis iisdem brevioribus; arista spicula sua lanceolata villosula duplo longiore. Holcus fulvus *R. Br.* Prodr. 200. *Kunth.* Rev. Gram. t. 97. ♃ N. Holl.

362. A. INTERMEDIUS. *R. Br.* (l. c. 202.) Foliis caulinis subulatis glabris; vaginis laevibus; geniculis imberbibus; spicis plurimis paniculatis; rhachibus barbatis; glumis glabriusculis oblongo-lanceolatis. ♃ N. Holl.

363. A. INUNDATUS. *Ferd. Müller.* (Linn. XXV. 444.) Culmo erecto paucirameo cum vaginis foliisque glabro, his planis margine scabriusculis collo villosis, geniculis barbatis; ligula brevi ciliolata; spicis alternis vel fasciculatis purpurascentibus in paniculam brevem patulam terminalem congestis haud involucratis; pedicello floris neutrius mutici scabri cum rhachi piloso; gluma exteriore spiculae sessilis glabra nervulosa oblonga apice ciliolata basi breviter pilosa; arista geniculata contorta glumam ter superante. Praecedenti speciei dicitur affinis. N. Holl. austr.

364. A. AUSTRALIS. *Spr.* (Syst. I. 287.) Foliis scabris; geniculis barbatis; panicula effusa; radiis verticillatis indivisis spiciferis; spicis 8—15-floris; rhachi pedunculisque plumoso-barbatis; floribus oblongo-lanceolatis; glumis pubescentibus muticis; hermaphroditi arista imberbi valvulis 6-ies longiore. Holcus plumosus *R. Br.* Prodr. 200. N. Holl.

365. A. USORUM. *Nees.* (Fl. Afr. I. 87. sub: Sorghum.) Panicula densa dura erecta pyramidali; spiculis subrotundis villosis, superiori denique gluma in dorso glabrescente, constanter albidis; caryopsi compressa lutescenti-inumbata; valvula flosculi fertilis mutica vel aristata. Holcus caffrorum *Thunb.* prodr. 20? nec Fl. cap. ⊙ Afr. austr.

366. A. PURPUREOSERICEUS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 1551.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici (3—4-pedali) glabro; vaginis ad margines ciliatis, ad oras cum nodis longe annulato-sericeo-barbatis; foliis lanceolatis acuminatis (3—6″ longis, 2—4‴ latis) utrinque subadpresso-pilosis; paniculae ($^1/_2$-pedalis) laxae radiis subverticillatis filiformibus simplicibus vel divisis ultra medium nudis, sursum cum articulis pedicellis flosculi neutrius (flosculisque ipsis plus minus) purpureo-sericeo-villosis; arista torta flosculo suo multoties (10-es) longiore. *Rich.* Fl. Abyss. II. 469. ⊙? Abyssin.

367. A. QUARTINIANUS. *Rich.* (l. c.) Culmo erecto glabro (2—3-pedali), nodis dense sericeis pilis divaricatis verticillatis; foliis lanceolatis acutissimis utrinque scaberrimis; ligula sericea pilis longis intermixtis; vaginis glabris laevibus tenuissime ciliolatis; panicula ramosissima, ramis gracilibus ramosis uti spiculis violaceis, scaberulis; spiculis ternis, basi articulatis et deciduis, pilis brevibus rigidius-

culis cinctis; spiculae sessilis valvula exteriore lanceolata acuta coriacea compressa, dorso hirta, hinc et illinc lateraliter ciliata mutica, interiore angustiore acuta, in centro sulco profundo exarata mutica glabriuscula; floris hermaphroditi valvula superiore brevissima angusta in aristam longam abeunte; spiculis internis pedicellatis, altera saepius minore neutra, altera paulo longiore mascula aut neutra, utraque margine ciliata mutica. Prov. Chiré Abyssin.

368. A. DICHROANTHUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto tereti basi ramoso sursum vel omnino simplici striato glabro (pluripedali), nodis annulato sericeo-barbatis; foliis (superioribus) lanceolatis angustis margine scabris glabris; vaginis ore barbulatis caeterum glabris; paniculae strictae laxiusculae ovatae (4—6″ longae, 1—1½″ latae) radiis capillaribus verticillatis flexuosis simplicibus longe nudis, apice florum fasciculis binis; flosculis lateralibus pedicellatis binis vel solitariis sterilibus muticis, cum pedicellis ex toto — fertili apice et basi — purpureo-sericeis, hoc oblongo medio fusco nitido glabro; arista geniculata torta flosculis 2—3-plo longiore. (Andropogoni purpureo-sericeo *Hochst.* et A. consimili *Steud.* quamvis omnino mutico valde et forsan nimis similis, ut hae tres species forsan in unam possint conjungi.) Ex Hrbo. Musei Lugd. Batav. Japonia.

369. A. TENUIPEDICELLATUS. *Steud.* Culmo erecto (pluripedali) tereti glabro (sursum certe enodo); vaginis longissimis striatis arctis glabris, ore pilosulis; foliis lanceolatis longe attenuatis nervosis — nervo medio validulo — tenuissime adpresso pilosulis (ultra pedalibus, medio 3‴ latis) margine scaberrimis; paniculae elongatae contractae (ultra pedalis, vix 1″ latae) radiis verticillatis inaequalibus capillaribus erectis basi longe nudis, apice spicatim flosculorum paria 2—4 ferentibus; flosculis hermaphroditis cum pedicellis neutrius glabri aureo fulvo-pilosis; arista flosculi fertilis valida geniculata ad genu usque torta, flosculos 2—3-plo superante. Patria ignota, legit *Urville.*

370. A. ALTISSIMUS. *Colla.* (Memoir. Turin. 29. t. 60.) Culmo crasso altissimo vaginisque glabris; ligula decomposita, laciniis filiformibus pilis commixtis; foliis late linearibus planis striatis scabriusculis; panicula terminali composita coarctata ovata erecta ramis spicatis geminatim alternis approximatis imbricato-multifloris; spiculis linearilanceolatis basi penicillatis; valvulis omnibus glabris; arista tortil flosculis triplo longiore. Chili.

371. A. DECOLORANS. *H. B.* (N. gen. I. 190.) Nodis pubescentibus; foliis utrinque scabris margine serrulato-hispidis; vaginis glabris; paniculae ramosae patulae radiis rhachique scabris; floris hermaphroditi breve — pedunculati glumis pubescenti-pilosis, masculorum (quandoque binorum) glumis glabriusculis; pedicello piloso; arista nulla. ♃ N. Andalus.

372. A. PROPINQUUS. *Kunth.* Culmi (simplicis?) nodis holosericeis; vaginis foliisque glabris setaceo-acuminatis versus apicem margine scabris, collo dense pilosis; paniculae contractae radiis verticillatis ad ortum barbatis, scabris; rhachi hirsuta; spiculis hermaphroditis ovatis utrinque acutis muticis; glumis earum pedicellisque neutrarum pilosis; gluma neutrius inferiore 9-nervia, margine apicem versus ciliolata; valvulis ejusdem duabus, inferiore quam gluma superior breviore ciliolata, superiore multo breviore; gluma hermaphrodita inferiore apice tridentata, dente intermedio paulo longiore, carina scaberrima. A. affinis *Presl.* Rel. Haenk. I. 343. Praecedenti affinis. — —

373. A. VACHELLII. *Nees.* (N. Act. N. C. XVII. supl. I. 188.) Culmo tereti glabro; folio supremo convoluto-setaceo scabro; ore vaginae barbato; spicis pedunculatis verticillatis; pedunculis mono-di-stachyis; axillis barbatis; rhachi pedicellisque ciliolatis ad genicula longius barbatis; spiculis lanceolatis; gluma inferiore apice 6—8-nervia imperforata, basi hirta; valvula inferiore flosculi fertilis e basi lineari setigera; seta spicula multo longiore. ♃ China et Insulae adjac.

Quoad habitum Andropogoni Ischaemo, quoad inflorescentiae veram conditionem Andr. montano et glabro *Roxb.* propinguior; differt a montano; inflorescentia subsimplici sc. radiis paniculae mono- ad summum distachyis, qui in montano graciliores racemoso-ramosi, ramulis monostachyis, spiculis etiam paulo majoribus. *Nees* mpt.

374. A. ELONGATUS. *R. Br.* (Prodr. 200.) Foliis triquetris carina marginibusque asperis; paniculae elongatae subcoarctatae ramis verticillatis divisis simplicibusve spiciferis; spicis 5-floris; pedunculis imberbibus; glumis glabris muticis, exteriore floris hermaphroditi substrigoso-ciliata; arista spicula sua breviore. N. Holl.

§. 25. b. Spiculae ad axin continuum non articulatum nec spicatum paniculatae Sorghum *Autor.* (ex parte.)

375. A. SORGHUM. *Autor.* Culmo valido arundinaceo (pluripedali); nodis pubescentibus; vaginis foliisque glabris margine serrulato-scabris; panicula ramosa coarctata; ramis pubescenti-pilosis; rhachi glabra vel pilosa; glumis hermaphroditis neutrisque pubescentibus; pedicello piloso. Holcus Sorghum *Lin.* Sorghum vulgare *Pers. Host* Gram. IV. t. 2. ⊙ Ind. or.

376. A. RUBENS. *Willd.* (En. 1036. sub: Sorghum.) Culmo validissimo (basi 1½″ in diametro) passim cum foliis calycibusque apice rubro striatis vel maculatis, nodis pubescentibus; panicula amplissima ovata ramosissima; radiis ad ramificationes pubescentibus caeterum glabris; calycibus oblongis acutis nitidis glabris basi margineque plus minus pilosis; seminibus compressis. An praecedentis an A. saccharati (sec *Nees*) var.? ⊙ Abyssinia.

377. A. SUBGLABRESCENS. *Steud.* Culmo erecto arundinaceo ad nodos vix pubescente; foliis margine laevibus; panicula laxa, ramis rhachique ad basin tantum pubescentibus caeterum glabris; glumis flosculi hermaphroditi oblongi acutis nitidis, masculi acuminatis basi tantum pedicellisque pilosis. An iterum A. Sorghi var.? ⊙ Abyssin.

378. A. SACCHARATUS. *Lin.* (sub: Holcus.) Paniculae patentis laxae radiis semivertici latis, verticillis remotiusculis; radiis basi longe nudis scabris pubescentibus, erectis patentibus vel nutantibus; spiculis sessilibus ex toto vel interrupte villosis nitidis demum saepe masculisque glabratis; pedicellis flosculum suum vix aequantibus. Sorghum saccharatum *Pers. Host* Gram. IV. t. 4. Holcus Dochna *Forsk.?* ⊙ Ind. or. Arab.

Hanc speciem *Nees* Fl. Afr. austr. 86. ita exponit: Paniculae basi attenuatae ramis confertis verticillatis flexuosis spatio a basi florentibus, demum saepe, nutantibus; spiculis ovalibus mucronatis villosis albidis aut bicoloribus, superiore denique gluma glabrescente; valvula flosculi fertilis brevi-aristata vel mutica. Sorghum Arduini. *Jacq.* Ecl. Gram. t. 18. Holcus Dochna *Forsk.* Holcus caffer. *Arduin.* Sagg. I. t. 1. f. 1. Var. rubens: panicula oblonga densa, glumis denique basi amoene rubris. Sorghum rubens *Willd.* An A. rubens *Noster* a planta *Willdenowii* diversa?

379. A. VERTICILLIFLORUS. *Steud.* Culmo erecto cum nodis vaginisque glaberrimo; foliis lanceolatis striatis margine scabris; paniculae rhachi radiisque praeter basin villosam laevissimis; his verticillatis, verticillis distantibus, erecto-patentibus basi longe nudis glaberrimis; spiculis fertilibus plus minus pilosis vel cum masculis glabratis, pedicellis flosculum vix aequantibus. An praecedentis var.? Ins. Borbon.

380. A. NIGER. *Kunth.* (Gram. I. 164.) Panicula interrupta pyramidata rara, radiis pendulis; glumis hermaphroditis apice denticulatis pubescentibus demum nigrescentibus; seminibus nigris. A. Sorghum var. *Spr.* Holcus nigerrimus *Ard.* Sagg. I. t. 5. fig. 1. ⊙ — —

381. A. DRUMMONDII. *Nees.* (mpt. sub: Sorghum.) Foliis superioribus basi rotundata sessilibus brevibus acuminatis collo dense hirsutis; panicula laxa, radiis basi integris elongatis subverticillatis rhachique scabris; spiculis ellipticis glabriusculis; pedicellis neutrorum pilosis; glumis apice depressis nervoso-striatis; valvula flosculi fertilis setigera,

seta spiculam superante; neutris minimis. Ab A. rubente *Willd.* differt: foliis basi haud angustatis brevioribus et spiculis accessoriis neutris minoribus, quae in A. rubente lanceolatae et saepe masculae. Caeterum variat: foliis ovato-lanceolatis planis, et convoluto-angustis. *Drummond* Hrbr. nr. 588. N. Orleans.

382. A. CERNUUS. *Roxb.* (Fl. ind. 273.) Culmo erecto elato (5—15-pedali); radicellis e geniculis inferioribus erumpentibus; paniculis ovalibus; radiis crebris longis compositis cernuis; glumis villosis fimbriatis; corolla trivalvi fimbriata; valvula interiore vix aristata. Sorghum cernuum *Willd. Host* l. c. t. 3. (cfr. sequentem.) ⊙ Ind. or.

383. A. BICOLOR. *Roxb.* (l. c. 272.) Erectus; panicula diffusa; ramis patentibus decompositis et supradecompositis; calycibus hermaphroditis dorso glabris margine fimbriatis; corolla trivalvi aristata; calycibus floris neutrius pilosis, corolla bivalvi. Sorghum bicolor *Willd.* Holcus Sorghum *Mieg.* Act. helv. 8, t. 4. f. 4. ⊙ ♂ ♃ Ind. or. Persia.

Hanc speciem cum praecedente jungit *Nees* Fl. Afr. 86. sub: Sorghum bicolor *Willd.* Panicula densa dura erecta cernua aut erecta ovali; spiculis subrotundis; glumis in ambitu villosis demum nigris, caryopsi globosa alba brevioribus; valvula flosculi fertilis submutica. Afr. austr.

384. A. HALEPENSIS. *Sibth. Sm.* (Fl. Graec. t. 68.) Radice repente; culmo erecto firmo (usque 6-pedali) subsimplici ad nodos pubescente; vaginis foliisque glabris, his lanceolatis longe acuminatis rigidis ad ligulae ortum villosis, subtus nervis prominulis albidis, margine scabris (radicalibus usque 2′ longis); panicula ramosa (1 ½-pedali); ramis verticillatis ad basin sericeo-pilosis cum rhachi scabriusculis; glumis oblongis, floris hermaphroditi pubescentibus, pedicello piloso. Holcus halepensis *Lin. Schreb.* Gram. t. 18. *Host* Gram. I. t. 1. Blumenbachia halepensis *Koel.* Gram. Andropogon arundinaceus *Scop. Schrad.* A. avenaceus *H. B.* non *Michx.* Sorghum giganteum *Edgew.* As. Journ. 1852. p. 181. ♃ Europ. austr. Am. austr. Oriens. Ind. or. Afr. austr. et sptr.

385. A. CRUPINA. *Link.* (H. Bert. 246. sub: Sorghum.) Caulis (2—3-pedalis) nodis contractis pubescentibus; ligula pilosa; foliis glabris ciliis rigidis acutissimis arrectis serrulatis elongatis (6—10‴ latis); panicula effusa, radiis arrectis ad angulos serrulato-hispidis; pilis in axillis elongatis; spiculis fertilibus 2—3-linealibus; glumis ovalibus acutis pilis sursum arrectis; valvula neutra membranacea lanceolata acuta; valvula fertili membranacea bifida ex emarginatura aristata, arista basi torta fusca, superne viridi 4-lineali. Praecedentis var.? ♃ —

386. A. COTULIFERUS. *Thunb.* (Fl. jap. 41.) Culmo tereti simplici (2-pedali) glabro; vagina fauce villosa; foliis linearibus nervosis margine tenuissime serrulatis (pedalibus); panicula patula supradecomposita villosa; flosculis deciduis, pedicellis incrassatis patheriformibus; rhachi articulisque villosis; calycis gluma lanceolata acuminata striata villosa scabra arista, tortili geniculata nuda calyce duplo longiore. Cfr. Eccoilopus andropogonoides *Steud.* p. 124. Japon.

387. A. HAENKEI. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 340.) Culmo erecto vaginisque glabris; nodis barbatis; foliis anguste linearibus scabris; spicis in panicula verticillatis; spiculis secundis pilis stipatis; pedicello neutrius rhachique ciliato-barbatis; glumis neutris lanceolatis pubescentibus, hermaphroditis pilosis; valvula hermaphrodita superiore in aristam ipsa multo longiorem excedente, inferiore apice bilacinulata. ♃ Ins. Luzon.

388. A. FESTUCOIDES. *Presl.* (l. c.) Culmo erecto simplici (?), nodis vaginisque glabris; foliis linearibus, nervo margineque scabris; spicis paniculatis verticillatis elongatis multifloris; spiculis secundis binatis pilis stipatis; rhachi pedicelloque spiculae neutrius glabris; glumis hispidis lanceolatis acutis; valvula hermaphrodita superiore apice bidentata, aristam aequante. Ins. Luzon.

389. A. INCOMPLETUS. *Presl.* (l. c. 142.) Culmo erecto stricto inferne ramoso ad nodos barbato; vaginis superne scabriusculis; foliis utrinque margine versus apicem scabris; paniculae erectae contractae radiis alternis fasciculatis rhachique glaberrimis; pedunculis hispidulis; spiculis neutris binis abortientibus in pedicellis ciliato-barbatis; hermaphrodita lanceolata; gluma inferiore binervia bidentata extus pilosa, nervis superne scabra, superiore 3-nervia acuta, valvula unica bipartita ad margines pilosa, aristam longissimam e basi exserente. (Transitum format ad sectionem Chrysopogon ob spiculas ternas, sed laterales neutrae nec masculae.) ♃ Mexico.

Species an hujus an sequentis sectionis?

390. A. TRUCHMENORUM. *C. Koch.* (Linn. XXI. 442. sub: Sorghum.) Culmo erecto glaberrimo (8—10-pedali); thyrso oblongo, denique cernuo; spiculis lateralibus, masculis subsessilibus, hermaphroditis accumbentibus pilosis; spicula media hermaphrodita villosa oblonga; gluma inferiore acuta, superiore bidentata involuta multo longiore et latiore. Ad mare Caspic.

391. A. DUBITATUS. *C. Koch.* (l. c. 443. sub: Sorghum dubium.) Foliis margine scabriusculis, ex ore vaginarum velutino pilosis; panicula contracto-pyramidata; glumis oblongo-acuminatis multinerviis pilosis; valvulis hyalinis. Caucasia.

§. 26. Muticae. Anatherum. *Beauv.*

392. A. NIGRITANUS. *Benth.* (in *Hook.* Niger Fl. 573.) Culmo erecto elato (6—8-pedali); foliis longis; panicula verticillata ampla (1 ½-pedali), radiis numerosis subverticillatis flexuosis (4—6-pollicaribus); rhachi tenui ad articulationes breviter ciliata; spiculis geminis dissitis rhachi adpressis; hermaphroditis 3-linealibus, masculis brevioribus; pedicello glabro vel brevissime ciliolato; glumis muricatis acuminatis, hermaphroditi coriaceis subaequalibus pilis paucis 2—3-seriatis, apice in mucronem brevem desinentibus margine hyalinis; valvulis hyalinis, exteriore glumis paulo breviore, apice bifida et aristam 2—3-linealem emittente. Sequenti affinis. Guinea.

293. A. MURICATUS. *Retz.* Culmo erecto compresso (5—6-pedali), nodis glabris; foliis linearibus angustis subbifariis rigidis elongatis; paniculae verticillatae radiis plurimis simplicibus patentibus; articulis pedicelloque spiculae neutrius acutae glabris; glumis utrinque aculeolatis erectis muricatis. Anatherum muricatum *Beauv.* Agr. t. 22. f. 10. Andropogon squarrosus *Lin.* Phalaris zizanioidis *Lin.* Vetiveria odorata *Virey.* Journ. d. Pharm. 13. 499. Rhaphis muricata *Nees* mpt. Ind. or.

394. A. HOLCOIDES. *Kunth.* (Gram. II. t. 160.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici tereti glabro (1 ½—2-pedali); vaginis arctis sulcatis glabris vel apicem versus barbatis; ligulae loco barba densa; foliis convoluto setaceis glabris; spica composita contracta spicis pluribus solitariis geminis vel ternis alternis; basi pilis rufescentibus setosis cinctis, muticis, sessili hermaphrodita dorso glabra margine ciliata; pedicellata foeminea minore. Anatherum holcoides *Nees* Agr. bras. 324. Brasil.

395. A. PEDICELLATUS. *Steud.* Culmo tereti gracili (ultra pedali) glabro; nodis annulato barbatis; foliis angusto-linearibus acutis brevibus (1—2″ longis, ¾‴ latis) tenui-pubescentibus; vaginis ore pilosis; ligula ciliata; paniculae contractae radiis verticillatis simplicibus longe nudis apice floriferis filiformibus; floribus masculis 1—2 pedicellatis; foemineis sessilibus, utrisque basi praesertim fulvo aureo-pilosis, omnibus muticis. Hrbr. *Cuming.* nr. 1395. Ins. Luzon.

396. A. CONSIMILIS. *Steud.* Radice fibrosa validula; culmo erecto simplici (5—6-pedali) laevi striatulo praeter nodos nigricantes et dense pilosos glabro; vaginis longis

striatis glabris ad oras pilosis; foliis lanceolato-linearibus apice longe attenuatis demum subsetaceis (6—15″ longis, medio 3—4‴ latis) nervosis, sparsim plus minus pilosis; panicula stricta erecta pyramidato-contracta (6—10″ longa, vix 1″ lata); radiis verticillatis filiformibus apice per 3—4-paria flosculorum spiculatis; spiculis pilis rufescentibus basi cinctis omnino muticis; sessili hermaphrodito medio nudo nigricante, apice rufo-piloso; pedicellata mascula minore minus dense pilosa pallidiore, pedicello dense piloso. Affinis A. purpureosericeo *Hochst.* supra nr. 366. sed semper muicus. Hrbr. *Goering* sect. II. nr. 641. Java.

397. A. SETIFOLIUS. *Kunth.* (Gram. I. 166.) Culmo filiformi erecto glabro simplici (pedali et ultra); foliis alternis vaginantibus glabris, inferne filiformibus superne setaceis flexuosis erectis culmo brevioribus; panicula patente glabra; glumis bifloris muticis acutis. Holcus setifolius *Thunb.* Fl. cap. 110. Sorghum setifolium *R. S.* (Specis a recentioribus collectoribus non lecta.) Pr. b. sp.

398. A. NITIDUS. *Kunth.* (l. c.) Culmo tereti erecto, geniculis barbatis; foliis angustis striatis vagina brevioribus, ultimo spathaceo culmi altitudine; vagina fauce barbata; panicula erecta; pedunculis subverticillatis simplicissimis, interdum proliferis, trifloris; pedicellis plerumque geminis rarius solitariis, glumis unifloris basi et apice fulvo pilosis, medio in hermaphrodito nitidis, in masculo omnino villosis; flosculis omnibus nitidis. Holcus nitidus *Vahl* Symb. II. 102. Ind. or.

399. A. ROXBURGHII. *Nees.* (mspt.) Culmo foliisque linearibus glabris, his margine scabris; paniculae angustae contractae bracteatae spicis geminis densiusculis; rhachi pedicellisque plumosis; pilis spiculae brevioribus. A. Schoenanthus *Roxb.* Fl. Ind. I. 287. (non *Lin.*) Montes Circas. Ind. or.

400. A. AGENIUM. (*Steud.*) Rhizomate crassiusculo squamoso, fibras flexuosas emittente; culmo erecto simplici (1—1½-pedali) compressiusculo glabro, infra spicas cum nodis hirsuto; vaginis glabris margine ciliatis; ligula ovata obtusa integra fusca; foliis lanceolato-linearibus acuminatis striatis rigidulis (6—8″ longis, 2‴ latis) basi pilis raris tuberculis insertis conspersis cinguloque strigoso inferne cinctis, caeterum glabris; spicis 5—6 approximatis alternis cernuis pedunculatis (½—¾″ longis); rhachi flexuosa glabriuscula; spiculis geminis lanceolatis (3‴ fere longis); gluma inferiore oblongo-lanceolata apice inaequaliter tridentata planiuscula dorso 9-nervia purpurea, undique sparsim hirsuta, marginibus inflexis rufescentibus; superiore angustiore membranacea alba glabra obtuse carinata 3-nervia acutiuscula, marginibus late inflexis; flosculi neutrius valvula sexualisque inferiore aequalis glumis paulo brevioribus lanceolatis margine involutis acutiusculis teneris albis subciliatis superiore spiculae sessilis brevi, pedicellata obsolete truncata. Agenium nutans *Nees* mpt. ♃ Brasil.

Agenium *Nees* ab Anathero *Beauv.* tantum differt spiculis homogamis conformibus omnique habitu. *Nees.*

§. 27. Spiculae in apice radiorum vel radiolorum ternae — raro duae vel plures — media sessilis fertilis, laterales pedicellatae masculae, basi pilis plerumque aureis stipatae. Chrysopogon *Trin.*

401. A. ACICULATUS. *Retz.* (Obs. V. 22.) Culmo erecto basi radicante simplici (1—2-pedali) vel ramoso, cum nodis vaginis foliisque glabris, his subradicalibus abbreviatis (1—3″ longis, 2—3‴ latis) lanceolatis, margine aculeolato-scabris; paniculae terminalis lineari-oblongae (1—3-pollicaris) radiis subverticillatis simplicibus sursum et apice pilis brevibus hirsutis; flosculi hermaphroditi glumis subaequalibus inferiore acuminata, superiore bifido-dentata; arista flosculo subduplo longiore. Rhaphis trivialis *Lour.* Cochin. 676. *Trin.* Ic. I. t. 8. 9. Centrophorum chinense *Trin.* Fund. t. 5. Chrysopogon aciculatus *Trin.* Fund. p. 88. ♃ Ind. or. China.

402. A. GRYLLUS. *Lin.* Culmo erecto rigidulo (2—3-pedali) simplici vel subramoso, sursum cum nodis pubescente; vaginis glabris; foliis glaucis angusto-linearibus (4—10″ longis, 1‴ latis) pilosis vel hirsutis; paniculae effusae (½-pedalis) radiis verticillatis elongatis filiformibus simplicibus infra spiculas aureo-pilosis; spiculae gluma inferiore aristato-acuminata, superiore bifido-dentata; arista torta geniculata spicula sua multoties longiore. *Host* Gram. II. t. 1. A. paniculatus *Lam.* Ill. t. 840. f. 1. Apluda Gryllus *Beauv.* Agr. t. 23. f. 6. Rhaphis Gryllus *Nees.* ♃ Eur. austr. Afr. sptr. Ind. or. N. Holl.

403. A. WIGHTIANUS. *Nees.* (mpt. sub: Rhaphis.) Culmo subramoso, vaginis glaucis glabris; foliis apicem versus scabris caeterum glabris glaucis quam vaginae longioribus; paniculae radiis tristachyis; seta valida spicula sua multiplo longiore; gluma superiore masculisque omnibus longisetis, gluma spiculae fertilis inferiore obtusa dorso rotundata apicem versus hispidulo-scabra. Variat: seta nunc 3″ et ultra nunc 2″ longa. Rhaphis Gryllus *Wight* hrbr. Rhaphis fulva *Wight.* Chrysopogon nr. 8785. *Wall.* cat. ex parte et 8777. B. ⊙ Ind. or.

404. A. COERULEUS. *Nees.* (mpt. sub: Rhaphis.) Culmo simplici vaginisque glabris; foliis linearibus longis complicato-canaliculatis laete viridibus margine scaberrimis; paniculae radiis tristachyis; seta mediocri spicula sua subtriplo longiore; gluma superiore longiseta, masculis brevi- vel e-setis; gluma spiculae fertilis utraque compressa apice scabriuscula dorso obtusa. *Royle* hrbr. nr. 254. 255. Chrysopogon Esenbeckii *Arn.* Ind. or.

405. A. COERULESCENS. *Gaudich.* (in *Freyc.* Voy. t. 27. sub: Holcus.) Foliis scabris; vaginis nodisque barbatis; paniculae effusae radiis verticillatis multipartitis, radiolis diffusis capillaribus trifloris; glumis acutis pubescentibus basi barbato involucratis; flore hermaphrodito longe aristato. N. Holl.

406. A. SPRENGELII. *Kunth.* (En. I. 508.) Culmo (bipedali) geniculisque glabris; foliis inferioribus planis obtusiusculis ciliatis; vaginis pilosis; paniculae effusae radiis verticillatis capillaribus; pedicellis barba dublici fulva longissima instructis; flosculorum vaginis exterioribus aristatis barbatis ciliatis; hermaphroditi arista torta longissima. Pollinia fulva *Spr.* pugil. II. 10. An hujus sectionis? Bengal.

407. A. MONTICOLA. *Schult.* (S. V. Mant. III. 665.) Radice fibrosa; culmo flaccido (9—12-pollicari) erecto ramosissimo; foliis linearibus erecto-patulis glabris (2—4″ longis, 1—2‴ latis); paniculae erectae (bipollicaris) laxae radiis subverticillatis simplicibus nudis, apice floriferis; spiculis ternis terminalibus pilis rufis involucratis, media sessili hermaphrodita; gluma inferiore obtusa; superiore (dorso fulvo-pectinata) et plerumque etiam spicularum lateralium inferiore setigera; arista longissima fusca flexuosa. Chrysopogon montanus *Trin.* in *Spr.* Entd. II. 95. Ind. or.

408. A. TRINII. (*Steud.*) Culmo erecto ramoso (2—3-pedali) cum nodis vaginis foliisque glabris, margine serrulato hispidis (5—9″ longis) lanceolatis; paniculae erectae contractiusculae (8—10-pollicaris, fusco-purpurascentis) radiis in verticillis plurimis, capillaceo-tenuissimis simplicibus nudis; spiculis basi pilis spadiceis brevissimis cinctis; mediae subsessilis gluma inferiore obtusiuscula, superiore spiculaeqne lateralis (unius vel utriusque) inferiore setigera; seta vaga; arista spadicea inferne torta, medio geniculata, flosculo suo multo longiore. Chrysopogon serrulatus *Trin.* Act. Petr. l. c. 318. Nepal.

409. A. GLABRATUS. *Trin.* (l. c. sub: Chrysopogon.) Culmo (3—4-pedali) ad paniculam usque vaginato; nodis vaginisque glabris; foliis linearibus pilis adspersis (8—12-pollicaribus); paniculae (6—9-pollicaris) radiis verticillatis tenuissimis compositis nudis; radiolis apice pilis spadiceis spiculas cingentibus; spiculae sessilis gluma inferiore ob-

solete 5-nervia margine sursum serrulata acutiuscula, superiore 3-nervia apice brevissime aciculata; arista inferne torta superne geniculata spicula sua 3-plo longiore. Eulalia glabrata *Brongn.* Nepal.

410. A. MICRANTHUS. *Kunth.* (Gram. I. 165.) Foliis planis scabris; geniculis barbatis; paniculae effusae capillaris ramis alternis multipartitis; ramulis divisis pedunculisque capillaribus trifloris; glumis muticis. Holcus parviflorus *R. Br.* Prodr. I. 199. N. Holl.

411. A. VIOLASCENS. *Nees.* (*Sieber* Agrost. nr. 65.) Culmi nodis barbatis; paniculae radiis compositis nudis; glumis omnibus simpliciter acutis; pedicellis pilosulis. Chrysopogon violascens *Trin.* l. c. 319. Holcus parviflorus *β. R. Br.* l. c. N. Holl.

412. A. PALLIDUS. *R. Br.* (Prodr. 199. sub: Holcus.) Vaginis laevibus; geniculis imberbibus; paniculae effusae radiis verticillatis: pedunculis glumisque imberbibus; hermaphroditi gluma exteriore strigoso-ciliata, interiore mariumque exterioribus aristatis. N. Holl.

413. A. DEPAUPERATUS. *Spr.* (Pugil. II. p. 10. sub: Pollinia.) Culmo erecto gracili glabro (pedali); geniculis imberbibus; foliis radicalibus planis obtusiusculis glaberrimis; culmeis acutiusculis erectis; paniculae pauciflorae radiis verticillatis capillaribus; flosculis glabris; hermaphrodito biaristato, arista dorsali tortili longissima. Ind. or.

413. A. VERTICILLATUS. *Roxb.* (Fl. ind. or. 267.) Radice lignosa; culmo simplici erecto (4—6-pedali); foliis lanceolatis (8″ longis, $^3/_4$″ latis) margine spinuloso-asperis, pilosissimis; paniculae erectae (8—10-pollicaris) laxae radiis verticillatis simplicibus filiformibus; infra spiculas fusco pilosis; flosculi hermaphroditi gluma interiore aristata, corollae univalvis arista longa flexuosa; spicularum mascularum glumis exterioribus aristatis. Ind. or.

415. A. SUBULATUS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 341.) Culmo basi repente ramoso (pedali et ultra); nodis vaginisque glabris; foliis abbreviatis lanceolato-linearibus margine scabris; paniculae coarctatae (3-pollicaris) ramis simplicissimis verticillatis; rhachi ramisque scabris; calcare e ramis secedente hirsuto; spiculae sessilis biflorae monoicae gluma inferiore bimucronata, superiore aristata; paleis ciliatis, inferiore foeminei floris aristata; spiculis lateralibus masculis, glumis setigeris. ♃ Ins. Luzon.

Rhachis nempe obtusangula striata scabra, partiales seu rami ad medietatem fere a superioribus longitudinaliter demum secedentes in partes duas, ramulum nimirum et calcar; ramulus persistens obverse setaeformis apice acutus teretiusculus, supra medium uno latere canaliculatus, quo recipitur calcar immediate spiculas gerens. *Presl.*

416. A. ALTERNANS. *Presl.* (l. c. 342.) Culmo erecto tereti (pedali) glabro simplici; nodis pilosis; vaginis glabris; ligula pilorum series; foliis anguste linearibus scabris; basi interne pilosis; paniculae ramis fasciculatis alternis capillaribus ramosis glabris; spiculis ternatis lanceolatis basi piloso-stipatis; pedicellis lateralium mascularum rhachibusque glabris; glumis scabris; palea superiore hermaphroditi minutissima, quam arista multo breviore. ♃ Peru.

417. A. FUSCUS. *Presl.* (l. c.) Culmo erecto tereti compresso glabro (2—4-pedali) simplici (?); nodis pilosis; vaginis margine tuberculato pilosis, caeterum glabris striatis; ligula pilorum series; foliis angusto linearibus apice mucronatis, serrulato-scabris; paniculae ramis verticillatis pilis stipatis simplicibus, filiformibus 3—6-floris; spiculis ternis ovato-lanceolatis acutis hirsutis; media hermaphrodita sessili aristata, lateralibus masculis pedicello hirsuto suffultis. ♃ Ins. Luzon.

418. A. INCRESCENS. (*Steud.*) Culmo ramosissimo stricto; foliis vagina longioribus linearibus acuminatis calloso-denticulatis; paniculae radiis 3—5-stachyis, spicula una fertili, setula spicula sua multo longiore, gluma superiore spiculae fertilis longiseta dorso glabra; spiculis masculis acutis; pedicellis a basi ferrugineo-hirsutis. A. fulvo affinis, a quo differt: spiculis paulo majoribus, fertili glabra et numero spicularum in singulo fasciculo plerumque quinario; hae infimae 2 accessoria masculae sunt aut neutrae, neque ut in pentastachyis veris altera earum est fertilis. *Nees* mpt. sub: Chrysopogon, et in Hrbo. *Wight* nr. 1030. Courtallum Ind. or.

419. A. SUBTILIS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis densis geniculatis ramosis tenuibus cum tota planta glaucescentibus (5—8-pollicaribus); vaginis praesertim inferioribus foliisque sparsim longe pilosis; foliis angustis linearibus brevi acutis (1—2″ longis vix ultra $^1/_2$‴ latis), scabriusculis; ligula minima; pedunculis axillaribus elongatis apice in paniculam rarum subracemosam terminatis; pedicellis (radiis) capillaribus unispiculatis; spiculis basi pilis (glauco-rufidulis) cinctis; flosculis binis lateralibus pedicellatis rudimentariis; fertilis valvula inferiore in aristam longam (pollicarem) validam, superiore in setam tenuissima arista triplo breviorem terminata. Stipa nr. 2815. *Zolling.* Hrbr. Java.

420. A. JAVANICUS. (*Nees* mpt. sub: Rhaphis.) Culmo ramoso infracto; foliis lineari-attenuatis longis margine serrulato-scabris, paniculae radiis strictis apice tristachyis; seta spiculam subaequante; gluma superiore breviseta; spiculis coloratis, masculis setam spiculae fertilis superantibus; glumis subulato-acuminatis. ♃ Java.

421. A. CILIOLATUS. *Nees.* (mpt. sub: Rhaphis.) Culmo stricto ramoso; foliis lineari-elongatis viridibus basin versus e tuberculis ciliatis; paniculae radiis capillaribus, pedicellorum ciliis barbisque pallide luteis; seta spicula sua (nunc 2- nunc 3-lineali) triplo longiore; glumis pallidis compressis, carina setoso-ciliatis; superiore spicularum omnium longiseta; spiculis masculis scabris. *Royle* hrbr. nr. 318. *Wall.* cat. nr. 8788. Ind. or.

422. A. PENINSULAE. (*Steud.*) Culmo ramoso; foliis lineari-elongatis basi subciliatis; paniculae ramis tristachyis; glumis masculis valvulaque superiore flosculi fertilis subulato-acuminatis; fertilis spiculae gluma inferiore latere laevi, superne ciliata; seta spicula sua quadruplo longiore, barba ciliisque pedicellorum brevibus fulvis. Chrysopogon Arnottianus *Nees.* Chrysopogon nr. 8785. A. *Wall.* cat. ♃ Peninsula Ind. or.

423. A. NODULIBARBIS. *Hochst.* (Hrbr. *Hohnckr.* ind. or. nr. 934.) Culmo tereti fere toto vaginato ($1^1/_2$—2-pedali) uti tota planta glaucescente simplici vel e vaginis ramuloso nodisque glabris; vaginis elongatis striatis ore et margine pilosis, caeterum glabris; foliis lanceolato-linearibus striatis margine et in lamina sparsim setuloso-pilosis; praeter setulas margine denticulato scabris (3—4″ longis, basi $^1/_2$—1‴ vix ultra latis), superioribus multo minoribus; paniculae laxiusculae (5—6-pollicaris) radiis subverticillatis filiformibus simplibus vel apice bifidis; floribus in apice radiolorum ternis, binis lateralibus sterilibus parum inaequalibus lanceolatis acuminatis 3—5-nerviis cum valvula sua hyalina ciliatis, pedicellis et basi flosculorum fertilium aureo-pilosis; glumis flosculi fertilis subaequalibus subinvolutis apice muticis ibique praesertim dorso et margine setulosis, ciliatis; arista validula infra medium torta aureo-fulvescenti-pilosa, supra medium geniculata glabrescente, spiculam suam plus duplo superante. Praecedenti forsam nimis affinis. Montes Nielgiri.

424. A. BREVIARISTAUS. *Steud.* Radice fibrosa validula; culmo erecto vaginato, foliato ($1^1/_2$—2-pedali) tereti glabro; vaginis striatis glabris; ligula membranacea dense pilosa; foliis linearibus carinatis planis vel complicatis pilosis obtusiusculis (1—3″ longis, $1^1/_2$—2‴ latis) margine pilosis et subaculeolato-scabris; panicula laxiuscula contracta (4—6-pollicari) radiis subverticillatis inaequalibus, radiolis capillaribus apice trifloris; binis lateralibus sterilibus pedicellatis, pedicellis et basi trium flosculorum aureo-pilosis, triandris; gluma exteriore omnium flosculorum aristatula, arista flosculi fertilis pilosa valida ad geniculum

usque subtorta pilosa superne setulosa, bipollicari. Praecedenti valde affinis, sed aristulis glumarum facile dignoscenda. A. aristulatus *Hochst.* l. c. nr. 1285. Montes Nilagari.

Andropogon meus aristatulus antiquior et etiam sic cum amicis communicatus; hinc nomen mutavi *Hochstetteri*, etiam ab autore hucusque non descriptione publicatum.

425. A. ROYLEANUS. *Nees.* (mspt. sub: Rhaphis.) Vagina superiore adpresso-pubescente; paniculae radiis pentastachyis; glumis masculis subulato-acuminatis, fertilis spiculae inferiore utrinque tuberculata; seta spicula sua 4-plo longiore. ♃ Nepal.

426. A. ECHINULATUS. *Nees.* (mpt. sub: Rhaphis.) Vagina superiore patulo-pubescente; paniculae radiis pentastachyis; glumis masculis setaceo-acuminatis subsetigeris spiculae fertilis (3-linealis) gluma inferiore utrinque muricata, apicem versus serrulato-ciliata; seta spicula sua duplo longiore, pallida. *Royle* nr. 226. An praecedentis var.? *Nees.* ♃ Nepal.

426b. A. ZEYLANICUS. *Nees.* (mpt. sub: Rhaphis.) Paniculae radiis pentastachyis; glumis masculis subulato-acuminatis, fertilis spiculae gluma inferiore cylindraceo-convoluta dorso laevissima, margine apicem versus serrato-ciliata, seta spicula sua subtriplo longio e valida. ♃ Ceylon.

427. A. VILLOSULUS. *Nees.* (mpt. sub: Rhaphis.) Culmo erecto nodis vaginis margine foliisque linearibus villosis; paniculae radiis compositis, radiolis subpentastachyis, barba brevi densa strigilosa; pedicellis glabris; spiculis accessoriis neutrius vel solis pedicellis mutilis residuis; fertilis spiculae gluma inferiore scabra quadrinervia ciliolata apice angusta, truncato dorso medio canaliculato-concavo, superiore acuta; seta spicula quadruplo longiore; antheris violaceis. ♃ *Royle* nr. 93. 282. Nepal.

428. A. LEPTOS. (*Steud.*) Culmo erecto ramoso glabro; vaginis apicem versus pilosis; foliis linearibus glabris basin versus longe ciliatis; paniculae radiis laxe racemosis, pedunculo infimo bifloro reliquis unifloris; pedunculis spicularum saltim longitudine; barba brevi alba; spiculis accessoriis ad pedicellos breves plumosos reductis; spiculae perfectae glumis hispido-scabris, margine setoso-ciliatis, inferiore dorso medio concavo canaliculato bifido enervi, superiore setuloso mucronulato; seta spicula 4-plo longiore, antheris luteis. Chrysopogon tener. *Nees* mpt. ♃ Ador.

429. A. GLAUCOPSIS. (*Steud.*) Culmo ramosissimo repente, geniculis villoso-barbatis, diffuso repente, vaginis glabris ore barbatis; foliis linearibus dense subtilissimeque pubescenti-scabris glaucis basi saepe ciliatis; paniculae radiis compositis racemosis, radiolis 2—7-stachyis; spiculis accessoriis masculis lanceolatis fertili majoribus; pedicellis barbatis laxe pilosis; spiculae fertilis gluma inferiore apice angusto-truncatula margine ciliata, dorso medio convexo canaliculato, subenervia, superiore apice subulato-hirta; seta spicula vix triplo longiore. Rhaphis glauca *Nees* mpt. Variat *minor;* culmo gracili diffuso fasciculato minus repente; paniculis parvis laxis paucifloris; spiculis masculis praeter terminales saepe deficientibus; gluma spiculae fertilis inferiore apicem versus magis attenuata. *Wall.* cat. nr. 8787. et: *major*; culmo praelongo maxime repente firmione; paniculis densis paulo majoribus, spiculis cunctis fere geminatis; gluma spicula fertilis inferiore apicem versus minus attenuata et infra apicem evidenter 4-nervia. *Wall.* cat. nr. 8786 Nepal.

430. A. SUBREPENS. (*Steud.*) Culmo procumbente adscendente ramossimo basi repente, nodis glabris; foliis linearibus utrinque attenuatis margine scabris vaginisque glabris; paniculae radiis compositis, radiolis subpentastachyis; spiculis accessoriis neutris nullisve; barba brevi patula alba; pedicellis pilosis; spiculae fertilis gluma inferiore scabra obtusa 4-nervia apicem versus stricte antrorsum ciliata, dorso medii canaliculato-concava, superiore acuta. Rhaphis repens *Nees* mpt. Chrysopogon nr. 8789. et 8790. *Wall.* cat. Nepal. China.

431. A. PARVISPICA. (*Steud.*) Culmo erecto, nodis barbatis, vaginis glabris, ligula brevi rotundata imberbi; foliis linearibus acuminatis scabris; paniculae radiis compositis, radiolis subpentastachyis, barba brevi strigilosa, pedicellis glabris; spiculis viridibus, accessoriis masculis (plerumque perfectis), fertilis spiculae gluma inferiore scabra 4-nervia apice angusto truncata, dorso medio canaliculato-concavo superiore acuta, seta spicula sua 4-plo longiore, antheris fulvis. Rhaphis microstachya *Nees* mpt. ♃ *Royle* nr. 283. Nepal.

432. A. CAPILLIFLORUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo suberecto simplici vel ramoso (2—3-pedali et ultra); nodis inferioribus glabris, superioribus et ramorum cum ore vaginarum pubescentibus; foliis lanceolatis acuminatis margine scabris (3—5″ longis, 1—3‴ latis) cum vaginis glabris; paniculae effusae radiis teretibus glabris, radiolis capillaribus basi in axillis pilosis, in pedicellos flexuosos mono-di-rarius pleio-stachyos (racemosos) divisis; spiculis basi pilis albis cinctis; flosculo accessorio masculo vel sterili pedicellato, pedicello piloso; hermaphrodito sessili; glumis coriaceis striatis plus minus pilosis, valvulis lanceolatis glabris, arista geniculata torta flosculum triplo superante. Variat: culmo debili tenui et statura in omnibus partibus minore; panicula depauperata. Ex Hrbo. Mus. Lugd. Bat. An A. serratus *Thunb.?* Japonia. Java.

433. A. ASSIMILIS. *Steud.* Culmo glabro geniculato tenui cum nodis glabro; vaginis striatulis, ore cum ligula pilosis; foliis lineari-lanceolatis acute acuminatis margine scaberrimis (3—6″ longis, 1—2½‴ latis); panicula patula (4-pollicari), radiis capillaribus semiverticillatis in axillis tenui pilosis, in radiolos plures divisis apice 3—5—6-spiculatos; spiculis 2—3 inferioribus solitariis foemineis vel masculis, sessilibus vel pedunculatis, 3 supremis conjugatis, binis lateralibus brevi pedicellatis muticis, intermedia sessili aristata, saepe omnibus irregulariter sparsis, semper fasciculo pilorum albo cinctis; glumis acutis 5—7-nerviis, aristis tenuibus subgeniculatis flosculum 2—3-plo superantibus. Hrbr. *Zollinger.* nr. 859. Praecedenti valde affinis. Java.

434. A. MINARUM. *Kunth.* Culmo erecto (2-pedali); nodis sericeis; foliis lineari-elongatis (1′ longis, 2—3‴ latis) scabris; ligula ad latera herbacea; paniculae contractae rhachi ramisque compositis glabris; pedicellis incrassatis rudimentisque masculis geminis plumosis; gluma inferiore basi barbata, apice ciliata; seta tortili basi hirsuta spicula sua multo longiore. Trachypogon minarum *Nees* Agr. bras. 349. Brasilia.

435. A. ARISTIDOIDES. *Steud.* Radice fibrosa valida caespitifera; culmo debili (8—10-pollicari) cum nodis vaginisque glabro; foliis radicalibus confertis abbreviatis (pollicaribus) lanceolatis acutis glaucis sparsim pilis longis adspersis, culmeis minimis; paniculae rarae radiis erectis simplicibus pedicellisque flosculorum lateralium apice aureo-pilosis; flosculo sessili arista ipso duplo longiore glabra terminata; glumis flosculorum lateralium exterioribus setis elongatis (ipsis longioribus) plumoso pilosis terminatis. Aristida chrysopila *Steud.* Nmcltr. ♃ Arabia felix.

Dua tantum hujus speciei specimina in Arabia felici legit *Schimperus*, hinc non in Hrbriis unionis itin. obvia. Habitus ob setas tres omnino Aristidae.

436. A. ANOMALUS. *Steud.* Radicis fibrosae ramis tomentosis validis; culmo basi ramoso supra radicem squamis ovatis striatis munito, adscendente (5—7-pollicari); nodis barbatis; foliis radicalibus subcaespitosis lanceolatis subpungenti acuminatis viridi-glaucescentibus margine cartilagineis aculeolis retrorsum exasperatis; ligula pilorum series; paniculae rarae radiis erectis simplicibus

nudis; spiculis lanceolatis; glumis 2 inaequalibus lanceolatis subchartaceis 3—5-nerviis; flosculo infimo sessili bivalvi neutro vel masculo, valvula exteriore herbacea 7—9-nervia, interiore hyalina angustiore; flosculo hermaphrodito iterum sessili; valvula inferiore apice setosa infra apicem aristata, arista plana torta, medio geniculata setosa; flosculi steriles 1—2 pedicello clavato apice piloso, valvula unica in setam terminata. (Si glumas et flosculum infimum pro spiculis sterilibus sumi velint, Anthistiriam habemus, certe speciem genera dua arcte connectentem. An Andropogon aculeatus *Forsk. Brouss.?* cujus diagnosis mihi ignota.) Arabia felix.

437. A. AUCHERI. *Boiss.* (Diagn. V. 77.) Radice valide fibrosa; culmis erectis (pedalibus) cum vaginis foliisque breviter dense velutinis; ligula nulla; foliis angustis acuminatis strictis; paniculae contractae radiis verticillatis hirtis; spiculis secus pedicellos et ad basin pilis albis spiculam dimidiam superantibus hirsutis; glumis masculis lanceolatis concavis membranaceis obsolete 5-nerviis subaequalibus, exteriore apice et margine ciliata, in aristam rectam aequilongam attenuata, interiore breviter acuminata; hermaphroditi basi pilosi glumis lanceolatis enerviis puberulis compressis, inferiore in aristam rectam basi ciliarem ipsa longiorem terminata, superiore acuta mutica; valvula inferiore minima angustissima hyalina calyce 3-plo breviore in aristam validam scabridam geniculatam spicula 5-plo longiorem terminata. *Aucher* hrbr. nr. 5465. Persia.

438. A. QUINQUEPLUMIS. *Hochst.* (Hrbr. un. it. nr. 726.) Caespitifera; culmo erecto (pedali) sursum puberulo, nodis vaginisque glabris; foliis glaucis lanceolatis (1—2″ longis, 1—1½‴ latis) basi pilis longis sparsis tuberculatis obsitis margine scabris; paniculae laxae (1—2-pollicaris radiis semiverticillatis simplicibus (rarissime semel divisis) sursum pubescentibus summo apice spiculam sessilem pilis albido aureis involventibus; spiculae sessilis gluma exteriore lateralium gluma utraque setis plumosis ipsis (parum) longioribus terminatis; flosculi fertilis arista ipso 3—4-ter longiore geniculata basi torta subpubescente. ♃ Chrysopogon quinqueplumis *Rich.* Fl. Abyss. II. 450. Abyssin.

439. A. ARUNDINACEUS. *Willd.* (Spec. IV. 906.) Culmo elato arundinaceo; foliis amplis lanceolatis (2′ longis, 1″ latis); vaginis glabris striatis; ligula barbata; panicula ramosa (pedali) nutante; floribus basi pilosis; hermaphroditi gluma exteriore majore nitida apice subtridentata margine ciliata, interiore acuta; corolla bivalvi basi aristata, arista torta flosculo longiore; flosculis masculis lanceolatis muticis. ♃ Guinea.

440. A. FULVUS. *Spreng.* (Pugil. 2. p. 8.) Radice fibrosa; culmo tereti (3-pedali) glabro; nodis lanato-barbatis; foliis piloso-hirsutis; ligula barbata, paniculae ramis capillaribus nudis, apice trifloris; pedicellis glumisque villosis; flosculis masculis binis muticis, hermaphrodito longissime aristato, arista contorta hirsuta. Bengalia.

441. A. CINCTUS. *Steud.* Culmo erecto tereti glabro (pluripedali) ad nodos albo-piloso; foliis linearibus acuminatis brevi-pilosis; ligula basique vaginarum barbatis; paniculae ramis capillaribus ad ramificationes pilosis, apice 3—5-floris; flosculis basi pilorum annulo cinctis; masculis muticis, hermaphroditis aristatis, glumis pilosis; arista infra medium geniculata torta hirsuta, toto flosculo 2—3-plo longiore. An prioris var.? Hrbr. *Forture* nr. 13. China. Ins. Luzon.

§. 27. 3. Spiculae homomorphae homogeneae biflorae; perianthia bivalvia, flosculi fertilis valvula inferior aristata. Spodiopogon *Trin.*

Fusiorem hujus generis expositionem *Neesius* mpt. ita communicavit: Inflorescentia: racemi subspicati, dichotomi, fasciculati vel subpaniculares; spiculae in rhachi geminae vel solitariae androgynae vel polygamae, ubi geminae altera longius pedicellata; glumae duae herbaceo-chartaceae flosculis longiores saepe villosulae, inferior plana 4—plurinervis, superior carinata integra vel ex apice bifido setigera; flosculi membranacei sat conspicui bivalves, inferior masculus muticus; superior vel foemineus rudimentis staminum, vel perfecte hermaphroditus; valvula inferior bifida ad sinus basin setigera aut integra ex apice setigera, seta basi tortilis; superior angustior ntegra; lodiculae membranaceae integrae; caryopsis libera; spiculae pedicellatae flosculus foemineus in aliis abortivus seta minore instructus.

442. A. BYRONIS. *Trin.* (N. Act. Petrop. 1832. p. 301. sub: Spodiopogon.) Culmo erecto ramosiusculo (2-pedali); nodis vaginisque glabris; ligula membranacea obtusa exserta (1‴ longa); foliis linearibus planis (5—6″ longis, 1—2‴ latis) glabris; spicis 3—4 erectis subdigitatis (2″ longis, flaventibus) articulis subcuneatis crassiusculis triquetris pedicellisque pilosis, pilis iisdem brevioribus; spiculis ovato-lanceolatis (ultra 2-linealibus); glumis hirsutiusculis, inferiore 11—13-nervia nervo medio excurrente in setulam, in spicula sessili paulo longiorem, pilis erectis albescentibus; gluma superiore simili carinato compressa obsolete plurinervia, nervo medio excurrente in setam spiculae sessilis glumae aequalem, in spicula pedicellata brevissimam; flosculis membranaceo-hyalinis, valvulis lineari lanceolatis, inferiore sub-7-nervia, superiore dissite binervia; flosculo superioris hermaphroditi valvula inferiore bifido-fimbriata, ad fissuram emittente aristam 7-linealem inferne tortam, mox supra basin geniculatam. Ins. Sandw.

443. A. PETIOLARIS. *Trin.* (l. c. sub: Spodiopogon.) Culmo plurinodi (3-pedali) ad nodos et infra spicas pubescente; vaginis subtumidis basi hirtulis; ligula chartacea bifida acuta subinvoluta elongata (4‴ longa) utrinque decurrente; foliis lanceolatis in petiolum attenuatis, petiolo 1—1½-pollicari et ultra, lamina antrorsum falcata (5—6-pollicari) margine hispidula; spicis pluribus conferto-alternis purpurascentibus superioribus fasciculatis (3″ longis); articulis pedicelloque ad angulos brevi ciliatis; spiculis laxiuscule imbricatis lanceolatis bilinealibus; glumis glabris; inferiore obtusiuscula subdenticulata, obsolete 9-nervia ad nervos marginales scabriuscula; superiore carinato-compressa acuta 5-nervia; flosculo inferiore masculo, valvulis lanceolatis acutis, inferiore 3- superiore 2-nervia; flosculo superiore foemineo parum minore, valvula inferiore ovata enervia ad medium usque bifida e fissura aristam trilinealem inferne tortam medio geniculatam emittente. Nepal.

444. A. CHORDATUS. *Trin.* (l. c. 302. sub: Spodiopogon.) Culmo decumbente adscendente parte prostrata valde ramoso ad nodos praesertim superiores subtomentoso-barbato (2—4-pedali); vaginis e glandulis patenti-villoso-hirsutis; ligula membranacea obtusissima linea breviore; foliis (lineari-) lanceolatis inaequalibus (usque 6″ longis et ½″ latis) margine hispidis basi plerumque pilis longis adspersis; spicis in ramis terminalibus conferto-subdigitatis contractis (4″ et ultra longis) crassiusculis; articulis pedicelloque brevi ciliatis; spiculis lanceolato-ovatis acutis (2½‴ longis); gluma inferiore spiculae sessilis acutissima inferne latius — pedicellatae acuminata utrinque angustius — coriaceo-chartacea, enervi laevi, convexa, viridula, medio nervo et superne depressa chartacea nervis 9 approximatis striata; gluma superiore carinato-compressa chartacea tenui 7-nervia; flosculo inferiore masculo, valvis membranaceis lanceolatis acutis, inferiore obsolete 5- superiore dissite 2-nervia; flosculo superiore hermaphrodito, valvula inferiore supra medium dorsi emittente aristam 4-linealem inferne tortam, medio plus minus geniculatam. Ins. Marian. Carol.

445. A. SIBIRICUS. *Trin.* (Fund. 192. et l. c. sub: Spodiopogon 303.) Culmo erecto simplici 6-nodo (3-pedali), nodis vaginisque glabris; ligula membranacea brevi obtusa; foliis lanceolatis basi pilis adspersis, margine hispidis (usque 9″ longis, ½″ et ultra latis); panicula erecta contracta, rhachi tenui teretiuscula flexuosula glabra; radiis 2—4 verticillatis erectis tenuissimis, inferioribus longius nudis, apice spiciferis; spicis subpollicaribus laxi- et paucifloris;

articulis, pedicello, glumisque acutis villosis; spiculis ovato-lanceolatis trilinealibus; glumis herbaceo chartaceis, inferiore acuta 9-nervia, superiore subacuminata 7-nervia; flosculo inferiore masculo, valvula inferiore membranacea ovata acuta 5—7-nervia, superiore elliptico-lanceolata paulo breviore hyalina obtusiuscula enervia; flosculo superiore hermaphrodito (antheris abortivis), valvula inferiore ad medium usque acute bilaciniata, ad fissuram exserente aristam 4-linealem basi tortam, medio geniculatam. Sibir. China bor.

Sectio V. Species quoad affinitatem vel omnino minus notae.

§. 28. * Spicis solitariis.

446. A. MEGAPOTAMICUS. *Spr.* (Curae post. 33.) Foliis convolutis glabris; spica terminali imbricata longissima; flosculis sericeo-villosis; aristis longissimis hirsutis secundis. A. Montufari *H. B.* sec. *Fisch.* Rio grande.

447. A. FLABELLIFORMIS. *Roxb.* in *Spreng.* pug. II. 9.) Culmo ramosissimo glabro gracili (bipedali et ultra), geniculis barbatis; foliis numerosis rigidis subtriquetris, supremis ex angustissima basi sensim dilatatis coloratis scariosis; spicis solitariis vagina foliorum semiinclusis; rhachi pedicellisque flosculi sterilis pilosis. Bengal.

448. A. GRACILIS. *Spr.* (Syst. I. 284.) Culmo ramoso; foliis setaceis elongatis rigidis glabris; spicae solitariae rhachi pedicellisque plumosis; flosculis dissitis, masculo obsoleto. Domingo.

449. A. ZEAE. *R. S.* (Syst. 2. 818.) Culmis ramosis ($1\frac{1}{2}$—2-pedalibus) foliisque glabris angusto-linearibus convolutis strictis longissimis; ligula pilosa; spicis subsolitariis erectis (3—6-pollicaribus) bracteis linearibus spica multo brevioribus; floribus monandris arista longa subtortili. St. Fe de Bogota.

450. A. PEDUNCULARIS. *Spr.* (Syst. I. 288. sub: Pollinia.) Culmo filiformi stricto; foliis basi pilosiusculis; spicis subsolitariis terminalibus longe pedunculatis; flosculis monandris. Ind. or.

§. 29. ** Spicis geminis vel ternis.

451. A. MUEHLENBERGIANUS. *Schult.* (Mant. 2. 455.) Culmo semitereti glabro; vaginis ad oras fuscis pilosis; ligula retusa pilosa; foliis linearibus brevibus mucronatis margine scaberrimis; spicis bifidis; flore intermedio sessili in pedunculo laterali sub spicis piloso, bracteato triquetro; rhachi pilosa; flosculis geminis hermaphrodito sessili, sterili pedicellato. Andropogon nr. 4. *Mhlbg.* descr. 279. Carolina.

452. A. JUNCIFOLIUS. *Hamilt.* (Prodr. 9.) Culmis caespitosis; foliis glaberrimis convoluto-setaceis culmos subaequantibus; ligulis bifidis acutis; spiculis geminis sessilibus subfasciculatis; floribus ternatis hermaphroditis aristatis; aristis tortilibus; rhachi dense pilosa. St. Crux.

453. A. RAMOSUS. *Forsk.* (Fl. aeg. arab. 173.) Culmo ramoso; spicis terminalibus conjugatis (binis? an pluribus?) spiculis geminis unifloris; hermaphrodita sessili longe aristata; pedicellata mascula. Aegyptus.

§. 25. Floribus vel spicis paniculatis.

454. A. BARBINODIS. *Lagasc.* (Gen. et spc. p. 3.) Culmo ramoso; geniculis dense barbatis; panicula oblonga contracta; pedunculis alterne geminis fasciculato-polystachyis; aristis contortis. ♃ N. Hispan.

455. A. VIRGATUS. *Hamilt.* (Prodr. 9.) Caule subnudo subelato; foliis subulato-convolutis glaberrimis basi ciliato pilosis; panicula elongato-virgata coarctata; ramis distantibus; racemis alternis subimbric tis; spiculis in bracteis nidulantibus solitariis; floribus verticillato-imbricatis muticis; rhachi nuda. Ins. Antill.

456. A. MICROSTACHYUS. *Hamilt.* (l. c.) Culmo basi comp esso distiche folioso; foliis glaberrimis laevibus; vaginis ancipitibus fauce nudis; panicula ramosissima; spiculis solitariis basi involucratis; floribus aristatis, aristis tortuosis; rhachi pilosa. Ins. Antill.

457. A. CHRYSATHERUS. *Ferd. Müller* (Linn. XXV. 443.) Culmo simplici vel paucirameo adscendente; foliis omnibus planis acutissimis vaginisque glaberrimis, geniculis villoso barbatis; spicis 2—3 terminalibus coarctatis villosis haud involucratis; glumis oblongis nervosis apicem versus longe ciliato-barbatis infra medium sericeo-villosis; aristis contortis scabriusculis e fusco aureis spica duplo parumve brevioribus. Rivi Crystall Brock et Rocky-River N. Holl. austr.

458. A. GRANDIS. *Nees.* (mspt.) Culmo simplici farcto praealto; nodis glabris; foliis omnibus elongatis linearibus exquisite acuminatis rigidis scabris basi piloso barbatis; pedunculis axillaribus confertis rhachique flexuosis laxis compositis et decompositis; ligula rotundata; spicis geminis paucifloris (paribus 5—7) imbricatis paniculam elongatam plus minus densam angustam formantibus; rhachi pedicellisque argenteo-strigosis pilis increscentibus patentibus, supremis articulum subaequantibus; spiculis glabris, fertilis gluma inferiore apicem versus membranaceo-marginata et 4-nervia, seta glabra spicula 5—3-plo longiore. Java.

Species indescripta.

A. ANTHESTERIOIDES. *Rupr.* (Bull. Brux. IX. 2 245. Hrbr. Galeot. nr. 5697.) Nomen mutandum ob homonymam spec. *Hochst.* ♃ Mexico.

ANTHISTIRIA. *Lin.* Panicula vaginosa compostita; raro racemus simplex; spiculae legitime 7 in apice radiolorum compositae; 4 sessiles (vel earum loco rarius totidem fasciculi pilorum) verticillatae neutrae vel masculae ambientes hermaphroditum brevistipitatum, cui adstant masculae vel neutrae 2 pedicellatae; glumae pluri-nerviae; valvula hermaphrodita aristata; lodiculae truncatae subcarnosae; stamina 3 in multis abortientes; germen oblongum; styli duo; stigmata penicilliformia; caryopsis libera exsulca glumis et valvulis tecta.

Etymologia hinc etiam orthographia est dubia. Generis autor Anthi*st*iria habet; *Gaertnerus* aliique Anthe*st*eria habent alii denique Anthe*st*iria, quod vix dubie recte cum verbum ex ἀνθιστημι, ex adversum colloco, videtur fictum nec verosimiliter ex ἀνθεστηρια, floralia, vel sacra Bacchi. Caeterum cum adhuc sub judice lis sit primi autoris orthographia est recepta.

1. A. CYMBARIA. *Roxb.* (Fl. Ind. or. I. 255.) Caespitosa; culmo elato (6-pedali) laevissimo; foliis lanceolato-elongatis glabris (1′ longis, 3‴ latis); panicula thyrsoidea; bracteis purpurascentibus flosculis basi pilosis aggregatis masculis quaternis. Addit *Trin.* Act. Petr. 1828. 323. Spathae horizontaliter patentes cymbaeformes occultant pedunculum quoque horizontalem superne hinc barbatum, apice ferentem fasciculos pilorum 3 (—4) aequilongos uno plerumque mutato in spiculam neutram vel masculam lanceolatam sessilem biglumem univalvem; e medio horum fasciculorum surgit spicula hermaphrodita brevissime stipitata, e perianthii valvula inferiore longe aristata, cui tandem spiculae utrinque adstat mascula pedicellata, pedicello brevi ciliato; sunt vero etiam spathae ubi spicularum pedicellatarum altera iterum hermaphrodita et ristata comitata est pedicellis 2, quorum alter denuo spiculam hermaphroditam fert adpositis spiculis 2 pedicellatis; in aliis spathis eodem modo spicigeris non nisi unica hermaphrodita aristata, altera vel tertia muticae plane ananthae pedicellatae. Mirum *Trinium* iconem etiam in Actis Petropol. 1810. t. 9. a *Sprengelio* datam plane neglexisse. Andropogon cymbarius *Lin.* Planta Ind. or. vix eadem videtur ac sequens.

2. A. PSEUDO-CYMBARIA. *Steud.* Culmis caespitosis depressiusculis (vix ultra pedalibus) glaberrimis e vaginis florifero-ramosis; foliis culmeis (radicalia desunt) lineari

lanceolatis versus basin sparsim pilosis (2—3″ longis, 1—1½‴ latis), cum vaginis bracteisque purpurascentibus; paniculae erectae patulae radiis capillaribus; bracteis late ovatis acuminatis margine scarioris; spiculis intra spatham pedicello cummuni reflexo apice insidentibus aggregatis; flosculis aristatis 4-nis (rarius 3-nis) aristis ad medium usque tortis pilosis tunc geniculatis gluma flosculi fertilis exteriore late ovata mutica, cum reliquis lanceolatis ciliatis, partim setoso-acuminatis patim muticis. Andropogon cymbarius *Hochst.* Hrbr. un. it. nr. 923. *Rich.* Fl. Abyss. II. 456. ⊙? Abyssinia. in Steud.

3. A. QUINQUEPLEX. *Hochst.* (l. c. nr. 1098. sub: Cymbopogon.) Radice valida fibrosa; culmo erecto (3—4-pedali) simplici, sursum e vaginis florifero ramoso, uti tota planta glaberrimo; foliis culmeis (radicalia desunt) lineari-lanceolatis (4—6″ longis, 3‴ latis) glaucescentibus; paniculae universalis elongatae (ultra pedalis) radiis coarctatis capillaribus; bracteis ovato-lanceolatis acuminatis (viridi-luteo-coloratis); spiculis intra spatham pedicello communi reflexo apice piloso insidentibus aggregatis; flosculis aristatis 5-nis, aristis ad medium tortis pilosis tunc geniculatis; gluma flosculi fertilis exteriore late ovata mutica cum reliquis lanceolatis ciliatis omnibus setoso-acuminatis. Apraecedente vix dubie specie diversa. ♃ Abyssinia.

4. A. DISSOLUTA. *Nees.* (mpt.) Culmo erecto simplici superne ramoso; foliis angustis linearibus acuminatis; vaginis superioribus subaphyllis floralibusque lanuginosis; ramis floriferis fasciculatis in paniculam elongatam dispositis apice vaginatis, pedunculis geminis altero apice tristachyo, altero pentastachyo; spiculis binis ad basin muticis masculis, terminantium utriusque pedunculi medio sessili longe setigero, lateralibus pedicellatis neutris. ♃ Herb. *Lindley.* Afr. aequinoctialis.

Species singularis Andropogones (Cymbopogones) distachyos (cum binis praecedentibus) cum Anthistiriis arctissimo vinculo conjungens. Cfr. Andropogon anomalus *Steud.*

5. A. PUNCTATA. *Hochst.* (l. c. nr. 73. et 1555.) Culmis basi vaginis emortuis incrassato erecto (2—3-pedali) glabro ad nodos pilosulo; vaginis margine foliis basi longe sparsim pilosis, his angusto-linearibus (3—6″ longis, ½—1‴ latis) glaucescentibus margine serrulato-scabris; paniculis e vaginis longe pedunculatis erectis rarifloris laxis; radiis filiformibus flexuosis; spathis lanceolatis longe folioso-elongatis pilosis; carina (et margine) serrulato-scabris; spiculis intra spatham alternatim pedicellatis iterumque spathulatis binis ternis raro quaternis vel solitariis; spathis glumisque e tuberculis nigris longe pilosis; flosculo hermaphrodito longe aristato basi et apice cum arista infra geniculum torta pilis fulvis obsita; flosculis sterilibus 5—6, glumis acutis. *Rich.* Fl. Abyss. II. 448. ♃ Abyssinia.

6. A. PILIFERA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo ima basi ramoso, ramis simplicibus elongatis apice floriferis; foliis lineari-lanceolatis brevibus (vix ultra 4-pollicaribus, 1½—2‴ latis) acutiusculis, basi cum vaginis ore pilosis, margine laevibus, culmeis superioribus glabratis; paniculis e vaginis longe pedunculatis erectis rarifloris; radiis filiformibus flexuosis; spathis lanceolatis carinatis folioso-elongatis carina scabris; spiculis infra spatham alternatim pedicellatis iterumque spathulatis; spathis, spathulis glumisque e tuberculis albis longe pilosis; flosculo hermaphrodito longe aristato, basi et apice cum arista infra geniculum torta (bipollicari) ad geniculum pilis brevibus albidis obsita, flosculis sterilibus 5—6 tenuibus ad glumas lanceolatas acutas redactis. Hrbr. *Goering* sect. II. nr. 145. A. arguens *Morit.* et *Z lling.* Verz. p. 99. nr. 373. ♃ Java.

7. A. MULTIPLEX. *Hochst.* (l. c. nr. 1637.) Culmis debilibus erectis (1—1½-pedalibus) nodisque glabris; vaginis margine foliisque sparsim longe pilosis; his anguste linearibus (2—4″ longis, ½—1‴ latis); ligula membranacea brevi truncata denticulata; fasciculis florum e vaginis solitariis, pedunculis solitariis recurvis e spathis foliaceis anguste-lanceolatis longissimis plus minus exsertis, recurvis apice pilosis; flosculis aristatis 6—7-nis, aristis longissimis (3-pollicaribus) tortis sericeo-fulvo-pilosis; glumis lanceolatis acutis ciliatis. *Rich.* l. c. 449. ⊙? Abyssin.

8. A. ABYSSINICA. *Hochst.* (l. c. nr. 407.) Radice valide fibrosa; culmo erecto (3-pedali et ultra) glabro, nodis glabris vel pruinosis; foliis longissimis angusto-linealibus (subpedalibus, 1—1½‴ latis) setaceo-acuminatis vaginisque glaucescentibus; racemo simplici e vaginis longissime exserto (non vaginato); flosculis 7-nis, quatuor lateralibus sessilibus neutris; duobus longe pedicellatis, pedicellis cum basi spiculae sessilis hermaphroditae fulvo pilosis; arista validissima (3-pollicari); glumis sterilium omnibus glaberrimis lanceolatis muticis, vel uti flosculi fertilis apice bifidis. *Rich.* l. c. ♃ Abyssinia.

9. A. DESFONTAINII. *Kunth.* Radice longa alba tortuosa; culmo laevi ramoso nodoso (1—2-pedali); foliis glaucis basi ciliatis; paniculae laxissimae spicis 3—5 in fasciculum congestis in apice pedunculi filiformis; floribus masculis 6 (raro 5—7) quorum 4 sessiles verticillato-congesti, reliquis pedicellatis; glumis omnibus imberbibus; flosculo hermaphrodito coriaceo fusco, arista tota sericea (2—3-pollicari). A. imberbis *Desf.* Journ. de Phys. XL. t. 1. Afr. bor. Syria.

10. A. VULCANICA. *Steud.* Radice fibrosa validula alba caespitifera; culmo laevi cum nodis vaginisque glabro (1—1½-pedali); foliis radicalibus densis glauco-rufescentibus angustis linearibus, culmo multoties brevioribus (2—3″ longis, ½—1‴ latis), rigidulis basi et ore vaginarum pilis longis sparsis munitis; ligula hyalina exserta; racemo simplici paucispiculato; spicis axillaribus excepta terminali sessilibus; flosculis 3 plus minus completis, reliquis ad glumas aristatas redactis; aristis geniculatis pubescentibus. Ins. Santorin in monte vulcan. Cumini.

11. A. CIMICINA. *Edgew.* (As. Journ. 1852. p. 182.) Culmis erectis glabriusculis annulo piloso cinctis; vaginis acute carinatis, carina papillosa, ligula pilosa; foliis longiusculis acuminatis glabris scabris margine basin versus integris vel papillosis apicem versus serrulatis; foliis floralibus gradatim minoribus magisque papillosis; vaginis margine longe ciliatis; paniculis ramosis foliaceis plus minus nutantibus, pedunculis exaxillaribus squamis hyalinis cinctis, racemosis papillosis; involucro acuto cyathiformi margine membranacea, carina papillosa; spiculis 7, quarum 4 verticillatis masculis pedicellatis involucrantibus, una centrali hermaphrodita intra 2 masculas pedicellata, seu 4 exterioribus pedicellis pilis albis circumdatis; glumis 2 acutis ellipticis, exteriore 5—7-nervia, nervis plus minus papillosis glabris vel exterioribus ciliatis, interiore 3-nervia glabra; valvulis 2 linearibus hyalinis apice laceris; spiculae hermaphroditae centralis pedicello parce piloso, gluma exteriore ovata acuminata apice bidentata basi glabra caeterum puberula, inferiore glabra sub-3-nervia acuta margine inflexo, valvula hac lineari in aristam longam tortam geniculatam producta, valvula altera hyalina truncata ovarium amplectente. A. prostratae *Willd.* et A. Wightii, *Nees* dicitur affinis. In udis Ind. or.

12. A. WIGHTII. *Nees.* (mpt.) Culmo compresso procumbente; foliis linearibus breviaciculatis margine scabris glaucis, floralibus, vaginis bractealibus spiculisque masculis senis novenisve 5—7-nerviis glanduloso-tuberculatis hirtulisque; spicula fertili acutiuscula bidenti scabra. Variat: culmo firmiore, spiculis bracteisque crebro glandulosis. A. Bladhii *Wight. Heyn. Rottl. Royle. Wall.* Cat. nr. 8770 et: culmo longe prostrato graciliore, bracteis carina margineque simplici serie glandulosis. A. glandulosa *Wight.* hrbr. A. prostrata *Trin.* Act. Petr. VII. 2. 321. Cymbopogon glandulosus *Spr.* pug. 2. p. 14. (sed non A. prostratus *Lin.*) ♃ Ind. or.

end of 1854

13. A. LINNEANA. (*Steud.*) Culmis pluribus ramosissimis geniculatis (pedalibus) laevibus prostratis radicantibus; floribus pluribus alternis laevibus margine scabris vaginis suis vix longioribus; vaginis compressis folio latioribus; pedunculis filiformibus ex alis ultimis foliorum ramorumque apicibus umbellato 5-floris ecalyculatis; calycis loco barba brevis; flosculo hermaphrodito centrali, gluma bivalvi oblonga; arista contorta longiore; flosculis masculis duobus simillimis muticis insidentibus basi hermaphroditi, pedicellatis; lateralibus 4 muticis pedicellatis. Andropogon prostratus *Lin.* Mant. 2. p. 304. An aliae recentiorum specierum associanda? Ind. or.

14. A. ARGUTA. *Nees.* (mpt.) Culmo compresso adscendente basi repente; foliis linearibus planis margine carinaque argute cartilagineo-serratis, serraturis marginis apicem versus longitudine crescentibus, inferioribus obtusis, superioribus brevi-acutis; vaginis floralibus bracteisque glabris in carina tuberculato-asperis, spiculis masculis subsenis 7-nerviis margine pedunculisque gracilibus ciliatis; spicula fertili lanceolata membranaceo-acuminata ibidemque nervosa, apice bidente glabra basi barbata. *Wall.* cat. nr. 8769. Ind. or.

15. A. IMBERBIS. *Retz.* (Obs. 3. 11.) Culmo erecto (2-pedali) glabro, nodis dense barbatis; foliis ensiformibus carinatis glabris; paniculae coarctatae radiis simplicibus; pedunculo infra spatham (basi barbatam) glabro; spiculis incompletis, 4 inferioribus sessilibus cum 2 pedicellatis glabris; hermaphrodito apicem versus hirtulo; arista inferne tenuissime pilosa (pollicari). Pr. b. sp.

16. A. CILIATA. *Lin.* (supl. 113.) Culmo erecto subramoso (subpedali); foliis linearibus angustissimis nudis vel basi e tuberculis pilosis; vaginis glabris, nodis villis sericantibus (subunilateraliter) munitis; paniculae radiis remotis capillaribus; bracteis circa margines magis minusve tuberculatis hirsutisque, lanceolatis; fasciculis florum binis vel ternis (aut solitariis); spiculis periphericis 4 sessilibus neutris; glumis apicem versus subtuberculato-hirsutis; spiculis centralibus ternis, lateralibus pedicellatis neutris acuminatis superantibus hermaphroditam sessilem apicem versus scabram, arista torta pilosa (pollicari). *Cav.* Ic. t. 459. *Gaertn.* t. 175. f. 1. *Beauv.* Agr. t. 23. f. 7. A. barbata *Trin.* l. c. 322. et? *Desf.* ♃ Afr. austr.

17. A. ARGENTEA. *Nees.* (Fl. Afr. I. 124.) Culmo ramoso decumbente adscendente villoso basi cum foliis atrato; foliis vaginisque e villis longis incumbentibus argenteo-sericeis; nodis dense barbatis; fasciculis fasciculato-paniculatis subgeminis septemfloris, glumis neutris glabris vel apice subpilosis; flosculo hermaphrodito basi et apice, arista inferne ferrugineo strigosis. ♃ Afr. austr.

18. A. ARGUENS. *Willd.* (Spec. IV. 901.) Culmo erecto ramoso (6—7-pedali); foliis linearibus attenuatis basi subciliatis vaginisque glabris; ligula truncata denticulata; panicula angusta infra alba lanugine tecta; fasciculis cernuis 5—6-nis globoso capitatis nutantibus; bracteis angustis acuminatis circa margines glumisque neutris apicem versus magis minusve tuberculatis piligerisque; spicula fertili lanceolata apicem versus scabra, arista crassa basi hirta. Stipa arguens *Lin.* Pr. b. sp. Ind. or.

19. A. TREMULA. *Nees.* (mpt.) Culmo adscendente apice paniculato, ramis filiformibus erectis; foliis linearibus utrinque attenuatis scabris; vaginis glabris; fasciculis quinis senisve fasciculatis adscendentibus; bracteis glumisque neutris oblongo-lanceolatis circa margines tuberculatis piligerisque; spiculis fertilibus binis lineari-lanceolatis dorso scabris ($1\frac{1}{2}'''$ longis), seta gracili scabra spicula 5-plo longiore. A. arguens *Heyne* in *Wall.* cat. nr. 8765. Ceylon.

20. A. POLYSTACHYA. *Roxb.* (Fl. Ind. 252.) Culmis erectis vel adscendentibus glabris (1—2-pedalibus); foliis a basi subciliata attenuatis; paniculis gracilibus erectis, ramis paucis alternis axillaribus; spathis flores superantibus subaristatis; flosculis accessoriis 6 trivalvibus masculis, glumis exterioribus 4 sessilium papillosis apice ciliatis; floribus hermaphroditis basi barbatis; glumis duris brevi aristatis; corollae univalvis arista longa crassa pilosa. ⊙ (Eadem ac praecedens sec. *Nees* Fl. Afr. 124.) Ind. or.

21. A. SCANDENS. *Roxb.* (Fl. ind. 253.) Culmis ramosis scandentibus geniculis repentibus; nodis glabris; foliis ensiformibus floralibus basi ciliatis; paniculis copiosis, radiis multiradiolatis; pedunculo intra spatham (glabram vel piliferam) glabro, spiculis incompletis 4 inferioribus sessilibus margine regulariter glanduloso-piliferis, pedicellatis 2 glabris; hermaphrodita superne (vel undique) hirtula, arista longa recta (ferruginea). Ind. or.

22. A. ARUNDINACEA. *Roxb.* (l. c. 256.) Culmis erectis geniculatis glaucis (6—12-pedalibus); foliis gracilibus, basi canaliculatis, (3—6-pedalibus) margine hispidis, panicula longissima (dimidia fere culmi longitudine), ramis numerosis pluriradiolosis; pedunculo intra spatham (glabram) pubescente; spiculis incompletis 4 inferioribus sessilibus cum 2 pedicellatis fulvo-villosis; hermaphrodito subsericeo-pubescente. *Kunth* Rev. gram. t. 95. ♃ Ind. or.

23. A. SUBSERICANS. *Nees.* (mpt.) Culmo ramoso, ramis subtrigonis scabris; foliis e basi ad apicem attenuatis utrinque marginibusque scabris, subtus basin versus pilosis; vaginis pubescenti-scabris floralibusque in carina subhirsutis; fasciculis erectis, pedunculo hirsuto, bracteis glabris; spiculis masculis quaternis toto dorso obsolete tuberculatis pilisque incumbentibus rufo-sericantibus, demum patulo hirsutis fulvescentibus; spica fertili oblonga dense albo-strigosa, demum fusco-rufa, seta longa valida basi hispidula. Praecedenti, qua multo minor teneriorque forsan nimis affinis. *Wall.* cat. nr. 8774 B. Ind. or.

24. A. TORTILIS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 347.) Radice fibrosa; culmis caespitosis inferne simplicibus geniculatis striatulis glabris (9″—2′ altis), sub nodis tumidis pubescentibus; vaginis striatis glabris; ligula truncata ($\frac{1}{2}'''$ longa); foliis anguste linearibus mucrone longo tortili terminatis, margine scabris; panicula e ramis culmi superioribus erecta ovata (8-pollicari); spathis seu vaginis rameis striatis glaberrimis; radiis patentibus, spicis solitariis (constantibus ex spiculis 14, nempe 6 hermaphroditis (reliquis neutris?) glabris, pedicellis pilosis; glumis masculis lanceolatis scabriusculis, inferiore 7-nervia acuta margine pilosula, superiore 3-nervia, valvula unica lineari margine pubescente; hermaphroditi gluma inferiore planiuscula 2-dentata 3-nervia, superiore latiore; valvula inferiore lineari-lanceolata membranacea diaphana superiore bifida, laciniis linearibus. ♃ Ins. Luzon.

25. A. MUTICA. *Hassk.* (N. Gen. et spec. 12. sub: Aristaria.) Culmo erecto subcomplanato (8-pedali); foliis linearibus antrorsum scabris, subtus glaucescentibus, nervo medio supra albido; panicula racemosa contracta cernua foliosa; spiculis fertilibus sterilibus mixtis, fertilibus unifloris pilosis, glumis muticis acutis, pilis rubiginosis prurientibus nitidis tectis, exteriore interiorem amplectente, utraque genitalibus et valvulis longiore easque arcte includente; spiculis sterilibus ad quamque fertilem; gluma exteriore lineari-oblonga longe acuminata 7-nervia, flore foemineo longiore, interiore plus dimidio breviore. cfr. Heterolytron scabrum *Jungh.* ♃ Java.

26. A. JAPONICA. *Willd.* Culmo simplici erecto (2—4-pedali); foliis longitudine culmi pilis sparsis longis munitis; nodis glabris; spatha basi ciliata, (glabra) acuminata; paniculae (nutantis) radiis pluriradiolosis; pedunculo intra spatham glabro; spiculis incompletis 4 sessilibus cum 2 pedicellatis glabris; hermaphrodito basi dense rufo- vel albo-villoso, superne hirtulo. Andropogon ciliatus *Thunb.* jap. 40. Japon. China.

27. A. VILLOSA. *Lam.* (Ill. t. 841. f. 3.) Culmo erecto

elato; nodis foliis, vaginis spathisque glabris; paniculae amplae confertae radiis pluriradiolosis; pedunculo intra spatham piloso, spiculis incompletis 4 inferioribus sessilibus cum pedicellatis 2 glabris; hermaphrodito dense (fusco-) hirsuto; arista brevissima (in radiolis inferioribus, in terminalibus elongata). Perobachne secunda *Presl.?* sec. *Nees.* Java.

Ad hanc speciem forsan novi generis typum haud dubie est referenda A. villosa *Mor.* et *Zoll.* Verz. p. 99 et hrbr. nr. 1029, quamvis quoad descriptionem parum recedat: sunt enim pedunculi intra spatham et extus glabri; spicam formant: flosculi 6 incompleti neutri basi pedicellis brevissimis villosis insidentes cingentes duos hermaphroditos basi densissime caeterum dense quoad glumas 2 coriaceas villosos; valvulae 2 hyalinae, inferior aristata, arista spiculam aequante.

28. A. CAUDATA. *Nees.* (mpt.) Culmo erecto ramoso; foliis linearibus longissime attenuato-acuminatis glabris margine serrulato-scabris, summis ad basin subciliatis; fasciculis erectis solitariis 9-floris; bracteis glabris; glumis neutris masculisve longissime acuminatis apice hirsuto-ciliatis obsolete tuberculatis; spicula fertili oblongo-cylindracea dense strigosa (3''' longa), seta valida sericeo-scabra. Prope Macao et in vicinis Insulis.

Ab A. villosa *Lam.* (nr. 27) differt: Statura minore et seta longa $1^1/_2$—$1^3/_4$-pollicari. Quae sola comparanda Anthistiria tortilis *Presl.* (nr. 24) spiculis in singulo fasciculo pluribus (14) et glumis glabris differt. Ab Anthistiria ciliata *Retz. Lin.* (nr. 16) recedit: glumis masculis longius acuminatis, pilis tuberculis parum conspicuis insertis et flosculis solitariis minoribus plurifloris. Valvula flosculi fertilis inferior lineari-angusta in setam transiens Anthistiriae, fasciculi novemflori et spiculae steriles biflorae (♂ aut ☿) Androscepiae, ut itaque medium teneat inter genera ista haec species. Perobachne *Presl.* Androscepia est seta brevissima instructa; igitur tria haec genera in unum rursus revocanda erunt. *Nees* mpt.

29. A. AUSTRALIS. *R. Br.* (Prodr. I. 200.) Culmo basi geniculato, erecto (2—3-pedali) cum vaginis foliis et nodis glabris; ligula piloso-barbata; foliis angustissimis linearibus margine scabris; paniculae radiis 2—4 radiolosis; pedunculo intra spatham (glabram vel pilosam) superne barbato; spiculis incompletis 4 inferioribus sessilibus cum pedicellatis 2 glabris, pedicellis et flosculo fertili basi barbatis hocque apice hirtulo, arista elongata torta hirtula; (quandoque spicula altera pedicellata etiam hermaphrodita et aristata). A. ciliata *Lin.?* certe *Cav.* ic. t. 459. N. Holl.

30. A. FRONDOSA. *R. Br.* (l. c.) Culmo compresso scabriusculo; involucris foliaceis vaginisve hirsutis; pedunculis villosissimis; glumis masculis barbatis. N. Holl.

31. A. MEMBRANACEA. *Lindl.* (in *Mitchell* Journ. Austr. p. 88.) Involucris carinatis margine membranaceis; foliis vaginisque glaberrimis; floribus verticillatis pedicellatis (masculis?); glumis omnibus scabris; arista glaberrima gluma triplo longiore. N. Holl. or. trop.

32. A. ANATHERA. *Nees.* (mpt.) Foliis angustis basi ciliatis, vaginis glabris; spiculis masculis 2—8-nis, harum exterioribus totis — foemineis geminis apice tuberculatis hirsutisque, hirsutie albida, aristis nullis. *Wall.* cat. nr. 8773. Ind. or.

33. A. REFLEXA. *H. B.* (N. gen. I. 191.) Culmis erectis elatis (5—6-pedalibus); foliis linearibus rigidis interne pilosis externe scabris; vaginis piloso-lanatis, ligula barbata; ramis patentibus, paniculatis; spathis glabris; spicis geminis; spiculis neutris 4 sessilibus, masculis 2 pedicellatis; glumis hermaphroditae sessilis glabris, inferiore bifida. ♃ N. Andalus. Brasil.

34. A. FOLIOSA. *H. B.* (l. c. 154.) Culmis erectis (4—5-pedalibus) glabris apice ramosissimis; ramis adpressis; ligula scabra; foliis linearibus planis rigidis (1' longis, superioribus subulatis 1'' longis) utrinque scabris; vaginis spathisque sericeo-pilosis; spicis subquaternis unica sessili reliquis brevi-pedunculatis; spiculis uti in praecedente, cujus forte var. ♃ Cumana.

35. A. ANDROPOGONOIDES. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo arundinaceo tereti erecto laevi glabro (4-pedali) foliato; vaginis baseos equitantibus ampliatis laxis tenui striatis praesertim ore striguloso-pilosis; foliis angustis margine involutis rigidulis erectis pedalibus et ultra (vix ultra 1''' latis) glabris vel sparsim striguloso-pilosis; panicula erecta composita, bracteis angustis universalibus et partialibus dense strigoso-hirtis, bracteolis rufescentibus sparsim hirtis; rhachi pedicellisque pilosis; spiculis intermediis incompletis 4 glabris sessilibus, quinto pedicellato mutico, duabus lateralibus completis aristatis, aristis tortuosis geniculatis pilosis tenuiculis vix pollicaribus. Habitus Andropogonis, inflorescentia Anthistiriae. Hrbr. *Funck* nr. 743. Valencia Venezuelae.

36. A. GLAUCA. *Desf.* (Fl. atl. t. 254.) Culmo ramoso compresso simplicissimo ($1^1/_2$-pedali) foliis radicalibus copiosis subulatis rigidis (bipollicaribus) culmeis longioribus ultimo spathaceo culmo altiore; vaginis striatis ore barbatis margine ciliatis; glumis imberbibus attenuatis; valvula inferiore pilosa ciliata, arista elongata geniculata inferne villosa. (Vix Stipa tortilis *Desf.*) Afr. bor. Guinea?

37. A. PILOSA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 348.) Radice repente (?); culmo erecto stricto tereti laeviusculo (3-pedali) nodisque glabro; vaginis inferioribus basi, superioribus superne sericeo-pilosis; ligula barbata; foliis linearibus longis mucronatis margine scabro revolutis subtus adpresse sericeo-pilosis; paniculae ramis secundis; vaginis supremis spathaeformibus pilosis; spicis solitariis octo spiculatis, pedunculis pedicellisque flavescenti-pilosis; spiculis lanceolatis pubescentibus; masculis sessilibus, glumis lanceolatis scabris, inferiore apice bidentata 5-nervia, superiore 3-nervia; valvulis lanceolatis membranaceis diaphanis; hermaphroditi glumis scabris apice bidentato-mucronatis, valvula unica apice bilacinulata, arista spicula triplo longiore basi hirsuto pubescente. ♃ Peru.

38. A. FORSKAHLII. *Kunth.* Culmis superne ramosis; vaginis compressis latis ensiformibus ramos et capitula aestivatiore recondentibus; spiculis ex spatha capitatis, exterioribus verticillatis masculis, uniglumis unifloris, perianthio bivalvi, stylis et aristis nullis; spiculis pedicellatis 2 masculis; hermaphrodita unica sessili; calyce uniglumi, corolla bivalvi, arista e basi flosculi, hoc multo longiore. Themeda triandra *Forsk.* Flor. aegpt. 178. ♃ Arabia.

Nulla a *Schimpero* in Arabia lecta species huc referri potest. Themedra polygama in *Kunth.* En. I. 483. sub nr. 21 falsum citatum.

ANDROSCEPIA. *Brongn.* Spiculae spicatae dissimiles; 4 inferiores sessiles geminatae approximatae subverticillatae masculae involucrum 4-valvem referentes; 5—7 superiores geminatae vel terminales ternae quarum duae pedicellatae masculae; unica sessilis hermaphrodita, cui: glumae 2 coriaceae convolutae, exterior multinervia; flosculi 2, inferior neuter unipaleaceus; superior bipaleaceus hermaphroditus muticus. (Cum sequente genere et specie infauste jungit clbms. *Endlicher.*)

1. A. GIGANTEA. *Brongn.* (In *Duperry* It. 78.) Culmo laevi altissimo (8—11-pedali) glaberrimo; foliis planis linearibus basi denticulato-scabris vaginisque (margine ciliatis) glabris asperis; panicula maxima ramosa (partialibus axillaribus pedalibus); spicis laxe fasciculatis; spathis glabris; spiculis masculis involucrantibus lanceolatis acutis externe dense hirtis, superioribus acuminatis hispidis hermaphroditis villoso-sericeis fuscis. Anthistiria gigantea *Cav.* ic. t. 458. Variat: spiculis hermaphroditis quandoque 2—3 in quaque spicula, foliisque latioribus. Calamina gigantea *Beauv.* Agr. t. 23. f. 1. Ins. Molucc. Java.

PEROBACHNE. *Presl.* Panicula secunda rhachi non articulata; vaginae supremae spicularum fasciculos ambientes coloratae; spiculae fasciculatae ex-

terne et infra 4 verticillatae masculae; gluma solitaria inferior lanceolata membranacea mucronato-acutissima extus e tuberculis setosa; paleae duae membranaceae hyalinae, inferior lanceolato-linearis acutissima marginibus superiorem amplectans; stamina 3; spiculae centrales 3 rhachiculae alternatim insidentes, inferior hermaphrodita basi setis cincta; glumae 2 inferior paulo major setosa, superior pilosa; stamina 3, stigmata plumosa elongata.

1. P. SECUNDA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. t. 48.) Culmo superne secunde ramoso paniculato, nodis sursum pilosis, infra scabris; vaginis striatis margine et superne pilosis; ligula brevi barbata; foliis linearibus mucronatis margine nervoque serrulatis; panicula elata ($1\frac{1}{2}$-pedali) spathis lanceolatis pilosis. Hrbr. *Cuming* nr. 1272 et 1609. ♃ Ins. Luzon.

HETERELYTRON. *Jungh.* Panicula ampla; spicae ovato-lanceolatae pedicellatae sub-10-florae; pedicelli basi involucro foliaceo compresso-carinato acuminato spicam superante inclusi; flores neutri vel masculi cum foeminea in eadem spicula, glabri, quorum 4 inferiores neutri verticillatim inserti, superiores 3 vel 4 foemineis alterni masculi, uno alterove raro omnibus neutris; glumae 2 lineari-lanceolatae acuminatissimae virides glabrae, valvulas 2 minores lineari-lanceolatas acutas includentes; stamina 3, rudimentum germinis nullum; flores foeminei masculis et neutris alterni 3—4, pilis spadiceis adpressis sericeis molliter villosissimi; glumae aequales lanceolatae acutae coriaceae, exterior marginibus inflexa interiorem angustiorem amplectens; valvulae hyalinae inclusae tenerrimae; styli 2 breves simplices; glabri; semen calyce persistente inclusum album cylindricum obtusum.

1. H. SCABRUM. *Jungh.* (*Hoeven* Tijdschr. VII. 294.) Radice fibrosa; culmo crasso erecto (12—15 imo 20-pedali) nodoso articulato laevi; foliis caulinis basi vaginantibus linearibus planis glabris margine retrorsum scabris; ligula brevissima lacera; foliis radicalibus compresso-carinatis equitantibus apice planis (4—5-pedalibus); pedunculis fasciculato-paniculatis e nodis ortis, vaginis basi inclusis. Anthistiria Junghuhniana *Nees* mpt. Aristaria mutica *Hassk.?* ♃ Java.

CYATHORHACHIS. *Nees.* Spiculae in rhachi cava articulata fragilissima geminae diclines; articulis basi depressis apice cyathiformi expansis; spiculae foemineae in inferiore parte rhacheos paucae sessiles uniflorae; glumae herbaceo-coriaceae marginibus inflexis, inferior major latior dorso infero strigoso-hirsuta et barbato-ciliata convexiuscula subenervia, apice angustior obtusa depressa membranacea glabra 5-nervia, nervis 2 e latere dorsi acute conniventibus; gluma superior minor chartacea argute cuspidata lateribus inflexa laevissima glabra; flosculus unus bivalvis chartaceo-membranaceus, foemineus: valvula inferior glumae superiori forma et magnitudine subsimilis, paulo tenerior cuspidata, glabra, laevis, superior (an valvula flosculi superioris neutrius?) linearis angusta; lodiculae 2 breves truncatae; stamina nulla; ovarium lanceolatum glabrum, styli basi conjuncti graciles longissimi, stigmata praelonga hirsuta; spicula sterilis foemineae adjecta bracteiformis sessilis, longa, lanceolata setaceo-acuminata 7-nervia marginibus inflexa, genitalibus omnino nullis. Pars superior rhacheos et rhachis spatharum terminalium saepe tota masculiflora, cymoso-bifida gracilior, spiculis aliis sessilibus adjecta spicula neutra sessili, foeminearum illa simili et minori, aliis ad primorum latera pedicellatis; glumae masculi fertilis 2 membranaceae nervis praeter medium indistinctis, inferior duplo longior lanceolata setaceo-acuminata, superior ovalis subulato-acuminata; flosculi 2? inferior masculus, bivalvis, valvula inferiore glumae superiori simillima et subaequalis, superior linearis angusta; lodiculae nullae; stamina 3, antheris violaceis; flosculi superioris rudimentum, valvula linearis tenerrima mutica.

1. C. WALLICHIANA. *Nees.* (mpt.) Inflorescentia: spicula singula spatha convoluta apice caudato-cuspidata involuta et propter spiculas masculas bracteiformes in speciem multibracteolata; ejusmodi spicae bracteis singulis inclusae pedunculatae in axillis foliorum apiceque culmi fasciculati dispositi sunt. Gramen olyraceum, an genus novum. *Wall.* cat. nr. 8629. Ind. or.

APLUDA. *Lin.* Panicula vaginosa composita, articulus in apice radiolorum spatha involucratus triflorus; spicula inferior sessilis biflora, duae laterales pedicellatae, altera vel utraque tabescente vel ad glumas abrupte acuminatas redactae; flosculi spiculae inferioris bipaleaceae, inferior masculus superior hermaphroditus; glumae 2 membranaceae muticae, inferior lanceolata apice bifida, subcanaliculata, basi in bullam vel tubulum brevem dilatata, cui articulatim inserta est superior carinata; paleae breviores hyalinae, inferior hermaphrodita bifida aristata vel mutica; stamina 3, styli 2 elongati; stigmata plumosa.

1. A. ARISTATA. *Lin.* Culmo basi radicante adscendente (2-pedali) ramoso, cum nodis vaginisque glabro; foliis lanceolatis acutis basi margine revoluto in petiolum brevem attenuatis (2—6″ longis, 1—3‴ latis); panicula contracta; involucro radiorum ovato, involucello lanceolato bidentato; flore hermaphrodito dorso ciliato, aristato. *Schreb.* Gram. II. t. 42. A. microstachya *Arn. Nees* N. Act. N. C. XVII. 1. 193. ♃ Ind. or. Borbon. Afr. austr.?

2. A. COMMUNIS. *Arn. Nees.* (l. c.) Culmo basi repente; foliis brevi petiolatis scaberrimis glaucis latiusculis; spicularum fasciculis laxis incurvis; bracteis oblongis sub cuspide lanceolata bidentatis glabris (4‴ longis); pedicello communi spicula fertili duplo breviore; gluma primaria pubescenti scabra lineari-lanceolata; flosculo fertili aristato, arista quam spicula duplo longiore. ♃ A. aristata *Roxb.* Fl. ind. 326. Ind. or.

3. A. ROSTRATA. *Arn. Nees.* (l. c.) Culmo diffuse repente; foliis longe petiolatis; spicularum fasciculis laxiusculis incurvis, bracteis sub cuspide subulata canaliculata denticulatis glabris; spicula fertili bracteae longitudine (4‴ longa); gluma primaria lanceolato-subulata glabra bidentata; pedicello communi spiculam fertilem aequante vel paulo breviore; flosculo fertili aristato; arista spicula duplo longiore. ♃ Ind. or.

4. A. MUTICA. *Lin.* Culmo basi repente adscendente debili glabro, nodis tumidulis; foliis lanceolatis elongatis setaceo-acuminatis, basi margine revoluto in petiolum brevem attenuatis; involucro subovato, involucello lanceolato acuto bicuspidato; floribus muticis, gluma inferioris bulla elongata. ♃ *Lam.* Ill. t. 841. f. 1. *Gaertn.* t. 175. Calamina mutica *Beauv.* t. 23. fig. 1. Eadem ac sequens sec. *Trin.* Ind. or.

Character generis Calamina. *Beauv.* Spiculae plures, singulae folio spathaceo proprio involutae: basi ramorum spiculae 4 masculae vel neutrae verticillatae, apice spiculae 2, altera sessilis, altera pedunculata, spatha involucraeformi setigera inclusae, omnes biflorae; glumae flosculis longiores; flosculus inferior masculus superior hermaphroditus; valvulae membranaceae hyalinae; squamae truncatae fimbriatae; stylus bipartitus; stigmata aspergilliformia. Genus nonnisi a *Roemerio* et *Schultesio* et *Preslio* acceptum.

Kunth, 1830

5. A. HUMILIS. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 344. sub: Calamina.) Culmo basi repente erecto (1—2½-pedali) apice ramoso, sub nodis (superioribus) scabriusculo; vaginis internodio brevioribus compressiusculis foliisque scabris; ligula membranacea ovata (1½-lineali) fimbriata; foliis linearibus setaceo-acuminatis (usque 9″ longis, vix 3‴ latis), supremis et infimis minoribus; culmi apice florifero-ramosi ramis geniculatis, vaginatis; vaginis spiculas involucrantibus; gluma inferiore naviculari ovata inaequilatera latere uno 6- altero 3-nervia glabra; flosculo inferiore masculo, hermaphrodito excavationi pedicelli immerso, valvula inferiore late ovata apice lacinulato-dentata, trinervia, nervo medio in mucronem excedente, valvula superiore duplo minore et angustiore. ♃ Luzonia.

6. A. MUCRONATA. *Steud.* Culmo geniculato ramuloso geniculis vix tumidulis uti tota planta glaberrimis; foliis brevi petiolatis linearibus angustis apice longe attenuatis setaceo-acuminatis (4—6″ longis, 1—2‴ latis), nervosis margine scabriusculis; paniculis axillaribus fasciculatis laxis; spiculis pedicellatis; spathis ovatis mucronatis, mucrone acuto spatham dimidiam longo; flosculis omnibus sessilibus muticis, glumae inferioris bulla brevissima. Sine loco natali ex hrbo. *Urville.*

7. A. GENICULATA. *Roxb.* (Fl. Ind. I. 327.) Culmis repentibus scandentibus gracilibus glabris; geniculis tumidis; foliis lineari-lanceolatis utrinque attenuatis; ligula lacera; paniculae terminalis ramulis numerosis gracilibus; spathis cuspidatis glabris; fasciculis trifloris, flore altero e tribus sessilibus hermaphroditis et masculo compositis, reliquis 2 pedicellatis, altero minimo abortivo, altero polygamo omnibus muticis. Ind. or.

8. A. VILLOSA. *Schreb.* (Gram. II. 98.) Culmo elatiore; foliis lanceolatis (4—8″ longis, 2—4‴ latis); paniculis abbreviatis; involucris lanceolatis, partiali bidentato; flore hermaphrodito aristato cum gluma calycina et pedunculo flosculi sterilis villoso. Alius generis. *Nees.* Ind. or.

9. A. GLAUCA. *Schreb.* (l. c.) Culmo filiformi (pluripedali) folioso; foliis planis linearibus glaucis; paniculis abbreviatis; involucris ovatis, partiali obtuso; floribus muticis glabris. Andropogon glaucus *Retz.* Obs. V. 20. Ind or.

10. A. DIGITATA. *Lin.* (Supl. 434.) Culmo elatiore; spicis digitatis secundis. Ind. or.

ALLOTEROPSIS. *Presl.* Spicae abbreviatae quaternae, duae hermaphroditae sessiles dimorphae, duae pedicellatae neutrae, bracteis quatuor glumaeformis involutis; spicula hermaphrodita inferior: glumae duae ovato-lanceolatae apice bifido dentatae; valvulae duae, inferior ad aristam longam fractam tortilem redacta, superior obtusissima glumis brevior; styli 2 terminales, stigmata plumosa; caryopsis oblonga stylorum basi rostrata inter glumas paleasque libera; spicula hermaphrodita superior: glumae 2 subaequales ovatae, inferior apice mucronato-aristata, arista recta, valvulae 2 glumis breviores muticae; caryopsis uti in spicula inferiore.

1. A. DISTACHYA. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 343. t. 47.) Radice fibrosa; culmo tereti striato glaberrimo ad nodos villoso (3-pedali) inferne praesertim folioso; foliis radicalibus planis culmo brevioribus (sub-6″ longis, 3‴ latis) inferne villosis, culmeis brevioribus; spicis duabus (3-pollicaribus), rhachi hirsuta, parum flexuosa; spiculis secundis. ♃ California.

POGONOPSIS. *Presl.* Spicae solitariae, rhachis articulata; spiculae binatae uniflorae, altera sessilis foeminea, altera pedicellata mascula, pilis longis obvallatae; foemineae glumae duae, inferior obovata acuminata, superior subaequilonga obovata apice longe aristata, arista recta; valvula solitaria glumae superiori opposita ovato-lanceolata bifida aristata, arista fracta non tortili; styli duo, stigmata aspergilliformia; masculae glumae duae, inferior ovato-lanceolata, superior ovata apice arista longa recta terminata.

1. P. TENERA. *Presl.* (l. c. 333. t. 46.) Radice fibrosa; culmis caespitosis erectis teretiusculis laevibus nodis subtumidis sursum hirsutis ramosis, ramis patulis 3—5-pollicaribus; vaginis scabriusculis ore pilosis; ligula membranacea diaphana; foliis linearibus scabris acutissimis (½—1″ longis, 1‴ latis); spicis longe pedunculatis solitariis albidis vix pollicaribus; rhachi flexuosa hispida ad ortum spicularum annulato pilosa; spiculis ½‴ longis, aristis setisque longissimis. ⊙ Mexico.

MYRIACHAETA. *Zolling.* et *Moritz.* Spiculae biflorae innumerae minimae; glumae duae alternantes ovatae obtusae subhyalinae, flos inferior neuter univalvis, valvula lanceolata acuminata carinata, flos superior hermaphroditus vel masculus bivalvis, valvula altera minima imberbis lineari lanceolata, altera navicularis marginibus supra inflexis hinc clausa lanceolata acuminata ad angulos laterales setis longissimis ciliata genitalia includens; stamina 2, antherae oblongo-ovatae; ovarium apice bistylum; stigmata elongata plumosa vel pilosa.

1. M. ARUNDINACEA. *Zoll. Mor.* (En. pl. Javae p. 101.) Culmo arundinaceo (6—12-pedali); foliis latis ensiformibus magnis; panicula terminali ramosissima ampla myriantha. ♃ Java.

In speciminibus ab ipso *Zollingero* communicatis desiderantur pili valvulae inferioris, ita ut denominatio in secunda specie aptissima in hanc caeterum characteri generico optime congruam non quadret folia in hac 1½′ longa, 1—1½″ lata; habitus idem sed color fusco viridis; paniculae radii inferiores remoti in pedunculo communi dilatato in rhachi universali impressionem relinquente, demum cernuo.

2. M. GLAUCA. *Moritzi.* (ex Hrbo. *Zolling.* nr. 1769.) Culmo arundinaceo cum tota planta glaucescente (pluripedali) tereti glabro; vaginis tenui-striatis glabris ad oras amplexicauli auriculatas cum ligula brevi-intricato-pilosis; lamina lanceolata acuminata glabra complicata laevi (ultra 1′ longa, explicata 5—7‴ lata); panicula longissima (1½—2-pedali), radiis inferioribus uno alterove remoto, superioribus confertis semiverticillatis rectis; spiculis pedicellatis minimis (vix ultra ½-linealibus) structura omnino generis. Ins. Sümbaura.

SERICURA. *Hassk.* Spica simplex laxa elongata; spiculae biflorae sparsae solitariae brevissime pedicellatae basi setis plurimis longissimis simplicibus obvallatae; glumae duae hyalinae, inferior minima vel rudimentaria, superior ovata obtusa dimidia flosculorum longitudine; flosculus uterque sessilis; neuter univalvis, valvula lanceolata nervosa subhyalina acuminata; superior hermaphroditus bivalvis, valvula inferior subchartacea marginibus inflexis superiorem amplectens acuminata glabra praeter nervum medium inferne laevis superne nervata inferiorem similem inferne minutissime puncticulato-asperam

amplectens; stamina 2—3; stylus bifidus longissimus plumosus; caryopsis ovata glabra laevis.

1. S. ELEGANS. *Hassk.* (H. Bogor. p. 17.) Culmo erecto glabro foliato subramoso (pluripedali) ad nodos fusco; foliis vagina soluta quasi petiolatis lanceolatis acutis (½—1′ longis, basi 9—10‴ latis), apice tenuissime convoluto-acuminatis longitudinaliter nervosis margine scabriusculis; spica longissima flexuosa (pedali), rhachi pedicellorum insertionis vestigiis notata, pedicellis brevissimis (vix ½-linealibus pilosis), setis flosculorum ultra pollicaribus, sub lente valida scabriusculis. Hrbr. *Goering* nr. 172. Macrochaeta sacchariformis *Steud.* olim in litt. Saccharum caninum *Reinw.* Pl. Catal. 38? sec. *Hassk.* l. c. p. 294. ♃ Java. (cfr. Obs. ad Oxyanthem japonicam supra p. 197.)

IMPERATA. *Cyrillo.* Panicula contracta spicaeformis cylindracea; spiculae geminae, altera sessilis altera pedicellata, omnes fertiles basi articulatae biflorae; glumae duae membranaceae subaequales muticae externe pilis longissimis sericeis obsitae; flos inferior univalvis hyalinus; superior hermaphroditus; valvulae duae minutae hyalinae muticae; stamina duo; styli duo elongati; stigmata plumosa.

1. I. ARUNDINACEA. *Cyrill.* (Icon. II. f. 11.) Culmis erectis, cum nodis foliisque glaucescentibus et glaberrimis (2—3-pedalibus); ligula membranacea lacera; vaginis glabris ad oras pilosis; foliis linearibus setaceo-acuminatis (1′ et ultra longis, 2‴ latis) rigidis; panicula elongata spicaeformi contracta oblonga (2—4-pollicari); rhachi glabra; pedicellis apice cyathiformi incrassatis; glumis hyalinis albis 2 linealibus quam pili involucrantes duplo brevioribus. I. cylindrica *Beauv.* Agr. t. 5. f. 1. Lagurus cylindricus *Lin.* Saccharum cylindricum *Lam.* Ill. t. 40. f. 2. Saccharum Siska *Cav.* Ic. 3. t. 292. ♃ Terrae medit. Caucas. (Ind. or. N. Holl.?)

2. I. THUNBERGII. *Beauv.* Foliis planis linearibus; geniculis villosis; panicula ovata (1—2-pollicari); rhachi glabra; pedicellis apice vix dilatatis; glumis obscuris coloratis 1½-linealibus, quam pili involucrantes plus duplo longioribus; stylis glumas duplo superantibus. Forsan uti sequens praecedentis var. Saccharum spicatum *Thunb.* fl. cap. ♃ Afr. austr. 1846.

3. I. PEDICELLATA. *Steud.* Foliis planis linearibus vaginisque glabris; ligula pilorum series; foliis culmeis supremis abbreviatis (vix ½-, reliquis 3—4-pollicaribus); paniculae spicatae elongatae (sub-3-pollicaris) radiis semiverticillatis 3—5-nis simplicibus vel compositis; spiculis omnibus pedicellatis; stylis glumas longe — pilis flosculos duplo superantibus. Saccharum spicatum *Thunb.* Fl. jap. ex parte. Japonia.

4. I. KOENIGII. *Nees.* (Fl. Afr. I. 89.) Culmo erecto simplici nodisque glabris; foliis linearibus basi attenuato-complicatis apice brevi acuminatis; vaginis margine dense pilosis; panicula spicata elongata (3—4-pollicari) cylindracea, rhachi glabra; pedicellis apice vix dilatatis; glumis obscuris coloratis vix linealibus, quam pili involucrantes 4-plo brevioribus; stylis quam glumae parum longioribus. Saccharum Koenigii *Retz.* Saccharum Thunbergii *Retz.* Saccharum cylindricum *Roxb.* Fl. Ind. p. 239. ♃ Afr. austr. Ind. or.

5. I. FILIFOLIA. *Nees.* (mpt.) Foliis fasciculorum filiformibus tereti-compressis canaliculatis elongatis, culmeis summis brevissimis subulatis basi ciliatis; panicula erecta elongata spiciformi laxiuscula basi subinterrupta, radiis tenacibus; spiculis involucro duplo brevioribus, valvulis flosculi fertilis truncatis, inferiore apice truncata. I. Koenigii nr. 8850 E. *Wall,* cat. Ind. or.

6. I. ALANY. *Jungh* (ex *Nees* mpt.). Rhizomate elongato repente, culmo compressiusculo ramoso, nodis barbatis, foliis conformibus elongatis attenuatis basi longe ciliatis, vaginis glabris; paniculae spicaeformis decompositae elongatae laxiusculae radiis haud fragilibus; spiculis geminis solitariisque. Ind. or. (cfr. Saccharum confertum nr. 26.)

SACCHARUM. *Lin.* Spicae paniculatae compositae (plerumque spectabiles); spiculae plus minus lanceolatae basi lana longa cinctae caeterum nudae vel villosae, ad quemvis rhacheos articulum binae homogeneae, altera sessilis (vel brevissime stipitata), altera pedicellata; glumae plus minus chartaceae (vel marginem versus hyalinae) acutae vel acuminatae aequales; flosculi duo hyalini vel submembranacei; inferior neuter univalvis muticus, superior hermaphroditus bivalvis; valvula aut mutica (et tum angustissima vel obsoleta) aut aristata; styli duo elongati; stigmata plumosa, pilis simplicibus saepe denticulatis; squamulae duae apice obsolete 2—3-lobae liberae, stamina 1—3; stigmata villosa crassa (violacea); caryopsis libera.

§. 1. *Spiculae muticae, aristis certe flosculos non excedentibus. Saccharum.*

1. S. OFFICINARUM. *Lin.* Culmo firmo simplici crasso elato (6—12-pedali) articulato; foliis lanceolato-linearibus planis asperis acuminatis amplexicaulibus (4′ longis, 1—3″ latis); panicula maxima (1—3-pedali) diffusa ramosissima patente; radiis verticillatis spicatis; articulis pedicelloque nudis; glumis acutis glabris quam villi baseos duplo brevioribus. *Tuss.* Fl. Antil. t. 23. *Hayne* Arzn.Pfl. t. 30, 31. *Tratt.* tab. 399. *Beauv.* Agr. t. IV. f. 10. ♃ India utraque. (De varietatibus in Java cultis cfr. *Hasskarl* pl. rar. Jav. p. 47 et Pugill. pl. rar. p. 20.)

2. S. EDULE. *Hassk.* (Flora 1842 Beyl. p. 3 et H. Bogor. p. 21.) Culmo erecto tenui ramoso (5—6-pedali), ad articulationes nodoso; ramis basi nudis, superne foliatis; articulis 3—4½″ longis; foliis supra minutissime hirtis subtus tomentosis (2—3′ longis, 2—2½″ latis), vaginis summis complanatis inflatis; inflorescentia (an semper?) abortu inter vaginas inferiores remanente haud evoluta. (Ad olus aestumatum adhibita, an potius praecedentis monstrositas? Ova piscium *Rumph.* Amb. V. t. 57.) Ind. or.

3. S. VIOLACEUM. *Tuss.* (l. c. t. 25.) Culmo nodis approximatis foliisque violaceo-coloratis; panicula effusa; spiculis triandris, glumis fuscis ciliatis 4-nerviis dorso longissime pilosis. ♃ Ind. utraque.

4. S. KLAGHA. *Jungh* (ex *Nees* mpt.). Foliis planis crassinerviis margine scaberrimis; panicula lineari contracta, radiis semiverticillatis subsimplicibus; spiculis oblongis, utraque hemiologama, lana ipsis duplo longiore pallide lilacina cinctis; glumis tenui-chartaceis basi cartilagineis dorso glabris rufescentibus; flosculo neutro submembranaceo glumas aequante; flosculi superioris valvula inferiore lineari-angusta flosculo neutro subaequali, superiore brevissima truncata denticulata. Sequenti affinis species. Ind. or.

5. S. SPONTANEUM. *Lin.* Culmo elato laevi (8—12-pedali); foliis convolutis (2′ longis, expansis vix 2—3‴ latis), acuminatis; panicula elongata conferta vel patente (1½—2-pedali); radiis semiverticillatis spicatis; articulis pedicelloque longissime sericeo-villosis; glumis acuminatis quam villi baseos duplo brevioribus; superiore tenuissime fimbriato-ciliato. S. aegyptiacum *Willd.* Species tres sequentes videntur hujus varietates. ♃ Ind. or. Aegypt. Nubia.

6. S. PALISOTII. *Tausch.* (Flora 1836 p. 527.) Foliis linearibus planis; panicula effusa; glumis ovatis cuspidatis ciliatis diaphanis involucro piloso 3-plo brevioribus; corolla

bivalvi subaequali, calycem subaequante. S. spontaneum *Beauv.* Fl. d'Owar. 2. t. 103. ♃ Owaria.

7. S. CADUCUM. *Tausch.* (l. c.) Foliis linearibus angustissimis margine scabris; panicula contracta pyramidato-attenuata basi involuta; glumis ovatis cuspidato-attenuatis ciliatis hyalinis, involucro piloso plus duplo brevioribus; corolla univalvi. ♃ (In collect. Sieberina sub: S. aegyptiacum uti sequens.) Aegypt. Ind. or.

8. S. SPECIOSISSIMUM. *Tausch.* (l. c.) Foliis subulato-convolutis; panicula effusa ampla; flosculis confertissimis; glumis ovatis cuspidatis ciliatis hyalinis involucro piloso longissimo candidissimo duplo brevioribus; corollae valvula altera brevissima. ♃ Aegyptus.

9. S. SARA. *Roxb.* (Fl. Ind. I. 249.) Culmo erecto (8—16-pedali) basi saepe crassitie digiti, glabro; foliis planis (inferioribus 4—8-pedalibus) angustis, superioribus brevioribus latioribus a basi ad apicem in acumen tenuissimum rigidum attenuatis concavis, omnibus margine aculeolatis; vaginis (12—18″ longis) ad faucem fasciculato-pilosis; paniculae densae (1—2-pedalis), radiis inferioribus alternis, superioribus subverticillatis triquetris, ramificationibus decompositis, setis rigidis longis albis cum calyce bivalvi tectis; floribus geminatis, altero sessili, corolla trivalvi fimbriata. ♃ Ind. or.

1850

10. S. ALOPECUROS. *Nees.* (mpt.) Foliis planis margine scabris; paniculae lanceolatae densae radiis tenacibus laxis tenuibus undatis laevibus plerisque verticillatis; rhachi communi laevi sulcata, pedicellis glabris, spicula lana breviore utraque hermaphrodita caduca monandra; flosculo neutro univalvi hermaphroditoque bivalvi conformibus membranaceis ciliatis, hermaphroditi valvula inferiore lanceolata ex apice bidente setuligera, seta in aliis brevissima in aliis spicula duplo longiore. *Cuming* hrbr. nr. 1801 (ex parte). Ins. Philip.

11. S. INSULARE. *Brongn.* (in *Dup.* it. 99.) Culmo elato (4-pedali cum panicula, digitum minorem crasso); ligula brevi truncata, dorso pilosa; foliis planis filiformi-attenuatis (3′ longis, 1″ latis); panicula sesquipedali; articulis pilis longis adspersis; pedicellis nudis; glumis acutis quam lana baseos 4-plo brevioribus, superiore margine ciliata. ♃ Ins. Carolin.

12. S. FUSCUM. *Roxb.* (Fl. ind. I. 241.) Culmo erecto (5—8-pedali digitum minorem crasso) apice piloso; vaginis margine pilosis; foliis sublanceolatis (3—4′ longis, 2″ latis) glabris; paniculae (1—2-pedalis) erectae linearis radiis verticillatis compositis; glumis margine ciliatis caeterum glabris; lana baseos brevi rara; corollis 3-valvibus. ♃ Ind. or.

13. S. SEMIDECUMBENS. *Roxb.* (l. c.) Culmo basi procumbente radicante, sursum erecto (8—16-pedali, digitum crasso) glutinoso; foliis angustis canaliculatis (1—6-pedalibus) margine acutissime hispidis; panicula oblonga vel ovata erecta ampla; ramis compressis verticillatis compositis; gluma interiore ciliata; corolla univalvi. ♃ Ind. or.

14. S. SINENSE. *Roxb.* (Corom. 3. t. 232.) Culmo erecto articulato (8—12-pedali et ultra, in peripheria 2—3″); foliis subbifariis planis in acumen longum attenuatis (2—3′ longis, basi $1\frac{1}{2}$″ latis) margine aculeolato-hispidis; paniculae ovatae ramis subverticillatis reclinatis simplicibus vel compositis; corolla bivalvi unilaterali. ♃ China.

15. S. PROCERUM. *Roxb.* (Fl. ind. I. 248.) Culmo erecto (10—20-pedali) crasso; foliis ensiformibus (3—5′ longis, 1—2″ latis) basi planis, in acumen tenue elongatis, albo costatis, margine hispidis; paniculae (1—2-pedalis) ovatae erectae ramis verticillatis compositis et decompositis; calyce purpureo, corolla floris pedicellati bi- sessilis 3-valvi. ♃ Ind. or.

16. S. MACILENTUM. *Chauvin.* (Hrbr. nomen.) Culmo erecto glabro vaginato; vaginis superioribus apice pilosis breviter foliaceo-appendiculatis, summa in folium spathaeforme ampliata, involvente basin paniculae strictae (ultra pedalis); radiis erecto-patulis solitariis vel raro binatis brevibus (1—2″ longis); spiculis binis utraque — altera brevi-pedicellata, pedicellis apice crateriformi excavatis; pilis flosculorum muticorum ipsos plus duplo superantibus. *Urville* legit in Ins. Waigiou.

17. S. EXALTATUM. *Roxb.* (l. c.) Culmis basi ligneis (10—16-pedalibus, pollicis peripheria crassis); foliis planis firmis a medio ad apicem attenuatis, margine aculeolatis; vaginis ore villosis; panicula lineari conferta; radiis subverticillatis brevibus ramosis; rhachi tereti striata; glumis acuminatis pedicellisque pilis longis ochroleucis tectis; corolla sessilis flosculi 3-valvi. ♃ Ind. or.

18. S. MUNJA. *Roxb.* (l. c. 250.) Culmo stricto (8—10-pedali), cum tota planta glabro, exceptis foliis hispidis marginatis longis linearibus albinerviis, basi interiore canaliculatis; paniculis magnis oblongis patentibus; ramis verticillatis et supradecompositis; floribus omnibus hermaphroditis; corollis bivalvibus. ♃ Ind. or.

19. S. CANALICULATUM. *Roxb.* (l. c. 251.) Culmo erecto (8—10-pedali); foliis semicylindrico-subulatis profunde canaliculatis longissimis (5—7-pedalibus); panicula lineari-oblonga (fere 2-pedali) pilis longis argenteis numerosis; ramificationibus simplicibus verticillatisque; glumis basi crassis callosis margine fimbriatis; corolla univalvi. ♃ Ind. or.

20. S. PROPINQUUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto tereti glabro laevi (4-pedali); foliis longe vaginatis angustissimis semitereti-convolutis canaliculatis glabris margine scaberrimis culmum subaequantibus; vagina summa ampliata paniculae basin amplectente in folium eam aequante terminata; panicula spicato-racemosa (subpedali) angusta; radiis solitariis binis vel ternis abbreviatis (vix ultra pollicaribus) paucifloris; flosculis alternatim binis, altero sessili, altero pedicellato, basi pilis pedicellos apice subhypocrateriformi excavatos tenuissimis sericeis duplo superantibus obsitis; glumis ovato-lanceolatis basi subventricoso-gibbis fere chartaceis, superne tenui membranaceis pellucidulis, margine laevibus; valvulis tenuissimis glumas subaequantibus; antheris aurantiacis. Praecedenti videtur proxima nec vero eadem. Ex Hrbo. Parisiensi. Coromandel.

21. S. CONTRACTUM. *H. B.* (N. gen. I. 147. et? *Poit.*) Culmo erecto (4—6-pedali) glabro nitido; foliis basi compresso-teretibus, apice dilatato-planis sulcatis margine ciliato-serrulatis; panicula ramosa spicaeformi (pedali); ramis abbreviatis adpressis; spiculis monandris; glumis linearibus concavis acutis subaequalibus dorso longissime albo-lanatis, pilis spiculis duplo longioribus; corolla univalvi. ♃ Am. austr.

22. S. DUBIUM. *H. B.* (l. c.) Culmo erecto striato glabro; foliis basi compresso-teretibus canaliculatis apice dilatato-planis sulcato-striatis margine serrulato-ciliatis, crasse costatis; vaginis glabris; ligula brevissima ciliata; panicula ramosa superne contracta spicaeformi (subpedali), inferne patula; spiculis solitariis irregulariter sessilibus vel pedicellatis; floribus monandris; glumis linearibus acuminatis externe et basi pilis albidis spicula 3-plo longioribus. ♃ Cumana.

23. S. SAPÉ. *St. Hil.* (It. Bras. II. 368.) Radice repente; culmo erecto (3-pedali) apice gracilescente, glabro (subamethystino); foliis lanceolato-linearibus apice convoluto-acutissimis glaucescentibus basi margine barbatis (3—16″ longis, 6—9‴ latis); panicula contracta (4—10-pollicari); axi piloso anguloso, radiis erectis simplicibus vel ramosis pilosis, basi villosissimis; pedicellis erectis dilatatis unifloris; spiculis articulatis (cum pedicellis demum apice excavatis), pilis ipsis 3-plo longioribus cinctis; glumis acutis pellucidis muticis villosis; valvula unica apice dentata vel bifida; stamine unico. Brasil.

24. S. SPICATUM. *Presl.* (Rel. Haenk. I. 346.) Culmo erecto glabro (2—3-pedali); nodis longe barbatis; vaginis hirsutis; ligula brevi truncata; foliis canaliculatis anguste linearibus, apice planis, basi intus margineque e tuberculis pilosis et scabris, acutis; panicula spicaeformi cylindracea (3—6-pollicari); spiculis binatis hermaphroditis diandris, altera subsessili; glumis longissime pilosis, corolla bivalvi. ♃ Ins. Luzon.

25. S. NEGROSENSE. *Steud.* Foliis lineari-lanceolatis acuminatis planis (1′ et ultra longis, 4—5‴ latis sc. supremis culmeis) margine scabris; panicula erecta densa oblonga contracta (pedali); radiis subsolitariis simplicibus vel divisis a basi floriferis (2—4-pollicaribus) spiculis binatis inaequaliter pedicellatis cum pedicellis glabris, lanceolatis ($1^1/_2$-linealibus); glumis lanceolatis subaequalibus, interiore margine ciliata; corolla bivalvi; staminibus 2; pilis spiculas duplo superantibus. Hrbr. *Cuming* nr. 1801 (ex parte, an eadem ac praecedens?) Ins. Negros. Philipp.

26. S. CONFERTUM. *Presl.* (l. c.) Radice repente; culmo erecto compresso (2—3-pedali); nodis barbatis; vaginis glabris; ligula abbreviata truncata; foliis e basi ima canaliculata (fere petiolatis) planis margine — subtus secus marginem — scabris (16″ longis, 6—8‴ latis); paniculae (ultra pedalis) spicaeformis apice subnutantis radiis brevibus patentibus; spiculis binatis, altera sessili; glumis dorso longissime pilosis; corolla bivalvi, staminibus 2. Imperata Alany *Jungh* var. *Nees* mpt. ♃ Luzon.

27. S. JACUTATORIUM. *Lour.* (Fl. Coch. 67.) Culmo erecto tereti fistulato simplici (10-pedali); nodis distantibus; foliis subulatis longissimis glabris carina dorsali magna; panicula oblonga spicata; spicis longis; pilis calycinis rectis tenuissimis corolla 2-bivalvi paulo longioribus. ♃ Cochinchina.

28. S. HIRSUTUM. *Forsk.* (Fl. aeg. arab. 17.) Culmo erecto simplici (1—4-pedali) vel basi ramoso, glaucescente; vaginis longis glabris ad oras barbatis; foliis planis glabris; spica 4-pollicari hirsutie alba; spiculis adpressis geminatis, altera sessili altera pedicellata, pedicello hirsuto; calyce basi lana cincto, glumis lanceolatis hirsutis muticis; corolla bivalvi glabra mutica; staminibus 3. ♃ Deserta Aegypti.

29. S. MEXICANUM. *Brouss.* Foliorum basi pilis longissimis ciliata; panicula spicata; geniculis glabris. *Hornm.* H. Hfn. 75. ⊙? Mexico.

30. S. CAUDATUM. *Meyer.* (Esseq. p. 68.) Culmo stricto (4—5-pedali) tereti simplici, geniculis remotis glabris; foliis lineari-lanceolatis acuminatis planis, basin versus attenuatis carinatis, margine serrato-asperis ($1—1^1/_2$′ longis), summo breviore (3—4″ longo, 5‴ lato); vaginis longissimis culmum tegentibus; ligula margo brevissimus biauritus glaber; panicula contracta cylindracea attenuata sericeo-nitente (ultra pedali); radiis inferioribus longioribus ($1^1/_2$—2″ longis) superioribus sensim brevioribus; floribus geminis altero brevius pedicellato, pilis glumis triplo longioribus. (S. contractum *Poit. H. B.?* nr. 21.) ♃ Am. austr.

31. S. PEDICELLARE. *Trin.* (Act. Petr. 1833. 311.) Culmo (6—7-pedali) plurinodo, nodis glabris; vaginis inferioribus superne punctis exasperatis; ligula membranacea brevi; foliis lato-linearibus (inferioribus 3′ longis, fere 1″ latis) glabris margine hispidis; paniculae densissimae ($1^1/_2$-pedalis) radiis verticillatis pluribus a basi compositis, radiolis spicatis; articulis pedicelloque parce villosis; spicula inferiore brevissime pedicellata; glumis acutissimis glabris pilis baseos dimidio brevioribus; perianthii arista flexuosa geniculata longitudine spiculae. Ins. Nukahiva.

32. S. ~~OBSCURUM.~~ *Steud.* Caule tereti tenui elatiore firmulo glabro leviter striatulo foliato ad nodos piloso; vaginis striatis glabriusculis ad oras pilosis; ligula membranacea obtusa ciliata; foliis lineari-lanceolatis acuminatis angustis (usque pedalibus, vix ultra $1^1/_2$‴ latis), pubescentihirtulis vel demum glabratis, nervosis; spicis fasciculatis simplicibus (2—4) elongatis (3—5-pollicaribus), spiculis geminis remotiusculis altera sessili altera pedicellata, utraque pistillifera basi pilis cincta, pedicellis compressis glabris; glumis subcoriaceis muticis subaequalibus acutis pilosis. Erianthus tinctorius *Siebold* in Hrbo. Mus. Lugd. Batav. Japon.

33. S. ARUNDINACEUM. *Retz.* (Observ. IV. p. 14.) Culmo crasso (10-pedali); foliis latis verticillatis subadpressis; paniculae pedalis confertae radiis verticillatis triangularibus strictis rigidulis divisis; calycibus pilis ipsis triplo longioribus munitis; corollis 2- saepe 3-valvibus polygamis, acicula ex apice integro brevissimo glumas non excedente. S. benghalense *Retz.* ♃ Ind. or.

§. 2. *Spiculae aristatae, aristis spiculas superantibus. Erianthus. Michx.*

34. S. GIGANTEUM. *Pers.* Culmo elato (6—9-pedali); vaginis foliorum ad collum confertissima lana barbatis; foliis angusto-linearibus; pilis brevibus adspersis, margine serrato-scabris; panicula stricta; articulis pedicello spiculaque superiore villosis; spicula inferiore sessili; glumis acutis quam pili baseos duplo brevioribus; perianthii arista recta, spicula bis longiore. Erianthus saccharoides *Michx. Beauv.* Agr. t. V. f. 2. Andropogon alopecuroides *Lin.* ♃ Am. sptr. austr.

35. S. CONTORTUM. *Nutt.* (Gen. I. 60.) Culmo valido pluripedali tenui striato paniculam versus pilis adpressis in summitate erecto-patulis munito, geniculis annulato-pilosis; foliis culmeis paucis lanceolatis acuminatis basi pilosis margine scabris (4—7″ longis, 2—4‴ latis) basi pilosis, in inferioribus nervo medio lato stramineo, caeterum tenui-striatis; panicula oblongo-ovata basi plus minus interrupta; radiis 2—3-nis (1—2″ longis) a basi vel paulo superius floriferis; flosculis plerumque ternis rarius binis, uno sessili, reliquis inaequaliter pedicellatis; villis involucrantibus calycem aequantibus vel paulo superantibus; valvulis hyalinis pilosis, interiore auriculata (basi dilatata purpureo-striata; aristis spiraliter tortis flosculos fere duplo superantibus. Erianthus contortus *Ell.* Bot. I. 40. Sec. spec. ad montes Chioi in ditiore Cheroxee a *Rugelio* lectum. ♃ Am. septr.

36. S. BALDWINI. *Spr.* (Syst. I. 282.) Culmo nodis foliisque glabris; paniculae contractae radiis remotiusculis arcte adpressis, pedunculis bifloris; calycibus asperis lanugine brevissima cinctis; arista recta calyce duplo longiore. Saccharum strictum *Nutt.* Gen. I. 60. Erianthus strictus *Baldw.* in *Ell.* Bot. I. 39. Am. septr.

37. S. BREVIBARBE. *Pers.* Culmo erecto tereti, nodis pubescentibus; foliis lanceolatis margine scabris, ligula pilosa; vaginis striatis apice pubescentibus; panicula stricta contracta erecta radiis ternis; articulis pedicelloque villosis; glumis acuminatis glabris pilos baseos aequantibus; perianthii arista recta, spicula sesquilongiore. Erianthus brevibarbis *Michx.* Flor. I. 55. ♃ Am. septr.

38. S. BRASILIANUM. *Trin.* (l. c. 311.) Culmo (4—5-pedali?) inferne glaberrimo infra paniculam lanato-pubescente; nodis obsolete brevissime barbatis; ligula brevi truncata ciliolata; foliis subangusto-linearibus subcoriaceis glaberrimis e basi angustata (quasi petiolata) in laminam (1′ longam, 5—6‴ latam) expansis; radiis paniculae (pedalis) densae verticillatis compositis a basi floriferis; articulis pedicelloque villosis; spicula inferiore sessili; glumis acutis glabris, pilis baseos tertia parte brevioribus; perianthio arista recta longitudine spiculae. Brasil.

39. S. ASPERUM. *Nees.* (Agrost. bras. 315. sub: Erianthus.) Culmo erecto (2—3-pedali) glabro infra paniculam tuberculato-exasperato; nodis dense annulato-barbatis; vaginis margine ciliatis ore nudis, sparsim tuberculato-setigeris; ligula brevi rotundata; foliis linearibus acuminatis utrinque tuberculato-scabris (inaequalibus a pollice usque

pedem longis, 2—2½''' latis); paniculae erectae subsecundae (6—7-pollicaris) rhachi tetragona hirsuta; radiis erectis a basi dichotomo divisis plus minus villosis; spiculis inferioribus geminis terminalibus ternis villis brevioribus; glumis lanceolatis glabris; perianthii arista spicula duplo longiore. Praecedentis var.? *Trin.* mpt. Brasil.

40. S. VILLOSUM. *Steud.* Culmo erecto (pluripedali) tereti inferne glabro superne piloso, pilis infra paniculam elongatis; vaginis superioribus dense molliterque lanato-villosis; ligula membranacea lacera, laciniis apice pilosis; foliis lineari-lanceolatis firmis strictis elongatis (ultra pedalibus, 3—4''' latis) nervosis — nervo medio valido albo — margine scaberrimis; panicula stricta radiis inferioribus pauci-verticillatis, superioribus binis vel solitariis; spiculis binis altera sessili altera pedicellata homogamis, basi villis ipsas (excepta arista) superantibus; pedicello villoso apice crateriformi excavato, glumis aequalibus pilosis apice bicuspidatis vel in setulas brevissimas solutis; valvula inferiore infra apicem aristata, arista flosculos aequante. *Urville* legit in Ins. St. Catharinae, Brasil.

41. S. ANGUSTIFOLIUM. *Trin.* (l. c. 1838. app. 93.) Culmo (2—3-pedali) erecto; vaginis glabris; ligula ovata obtusiuscula; foliis angusto-linearibus (1—2' longis, 1''' latis); panicula spithaminea et longiore; articulis pedicellis glumisque lana baseos paulo brevioribus villosis; spicula inferiore sessili; arista recta longitudine spicularum. Variat: vaginis (inferioribus) apicem versus nodisque villosis. Brasil.

42. S. RAVENNAE. *Murr.* Radice crassa lignescente; culmis firmis (3—6—8-pedalibus) glabris; vaginis scabriusculis ad oras pilosis; ligula brevi piloso-ciliata; foliis angusto-linearibus longissimis canaliculatis acuminatis firmis scabris; paniculae (1—2-pedalis) sub anthesi patentis radiis compositis; articulis pedicelloque villosis; spicula inferiore sessili; glumis acuminatis glabris lanam baseos aequantibus; perianthii arista recta exserta spicularum longitudine. *Host* Gram. 3. t. 1. Andropogon Ravennae *Lin.* Ripidium Ravennae *Trin.* Fund. 169. ♃ Eur. austr. medit. Caucas.

43. S. JAMAICENSE. *Trin.* (l. c. 1833. p. 312.) Vaginis intus sericeo-villosis; ligula barba villosa; foliis linearibus (1—2'' longis, 3''' latis) acuminatissimis subtus glaucis, margine hispidis; paniculae lineari-lanceolatae lucidae axi flexuoso; radiis subbinis alternatim semiverticillatis compositis vel simplicibus; articulis pedicelloque villosis; spicula inferiore sessili; glumis subcaudatis lanam baseos subaequantibus, inferiore ad latera villis adspersa; perianthii arista exserta spicula breviore. ♃ Jamaica.

44. S. STRICTUM. *Spr.* (Pugil. 2. 16.) Culmi 2—4-pedalis nodis villosis; foliis lineari-lanceolatis basi pilosis; ligula brevi ciliata; articulis pedicelloque villosulis; spicula inferiore sessili; glumis obtusiusculis pilis adspersis lanam baseos aequantibus; perianthii arista recta, spicula breviore. Andropogon strictus *W. K. Host* Gram. II. t. 2. Ripidium strictum *Trin.* ♃ Banatus. Gall. austr.

45. S. FLORIDULUM. *Labil.* (Sert. austr. cal. t. 18.) Vaginis glabris, ligula brevi extus barbata; foliis lato-linearibus (pollicem latis) serrulatis; panicula laxa; articulis pedicellisque nudis; spicula inferiore sessili; glumis acutis glabris lana baseos (rara) paulo brevioribus; arista rectiuscula spicula duplo longiore. Ins. Taiti.

46. S. GLAUCUM. *Hassk.* (Flora 1842. II. Beyl. p. 3 sub: Erianthus). Caule procumbente compresso, vaginis ore pilosis; foliis distichis linearibus carinatis; panicula contracta; flosculo altero subsessili, altero pedicellato lanugine utroque breviore; valvula inferiore lineari-aristata; arista tortili. Java.

47. S. FULVUM. *R. Brown.* (Prodr. I. 203.) Geniculis barbatis; vaginis laevibus; foliis planis apice involutis; spicis digitatis; rhachi sericeo-barbata; glumis villosis muticis; perianthii arista imberbi. N. Holl.

48. S. IRRITANS. *R. Br.* (l. c.) Geniculis imberbibus; vaginis laevibus; foliis subinvolutis; spicis digitatis aristatis; rhachi sericeo-barbata; glumis pubescentibus, altera aristata; perianthii arista elongata inferne barbata. (cfr. Eulalia concinna *Nees* p. 412 nr. 7.) N. Holl.

49. S. REPENS. *Willd.* Culmo pedali simplici adscendente; vaginis pilosis; foliis planis brevibus glabris; paniculae patulae radiis sparsim pilosis; flosculis geminis sessilibus basi villis splendidis obvallatis, vaginis pilosis, corolla aristata. Erianthus repens *Beauv.* Agr. 14. ♃ Guinea.

50. S. MAXIMUM. *Trin.* (l. c. 1838. App. 93.) Culmo exaltato; vagina suprema paniculae basin obvolvente; ligula brevissima cartilaginea pilosa; foliis lato-linearibus (1'' latis) filiformi attenuatis; articulis pedicellisque nudis; spicula inferiore sessili; glumis acutis glabris lana baseos duplo brevioribus; arista recta spicula dimidio longiore, lana breviore. Erianthus maximus *Brong.* it. 97. Ins. Taiti.

51. S. OBSCURUM. *Trin.* (l. c. 1833. p. 313.) Culmo subramoso (3-pedali), nodis barbatis; foliis culmeis planis angusto-linearibus (1½''' latis) glabris, inferioribus involutis; panicula rubente (4-pollicari); articulis pedicelloque nudis; spicula inferiore sessili; glumis acutiusculis glabris lana baseos sublongioribus; perianthii arista rectiuscula longitudine spiculae. — —

53. S. SORGHUM. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 92. sub: Erianthus.) Culmo erecto simplici (4—5-pedali) glabro; vaginis elongatis striatis adpresso-hirsutis (in nostris specimibus inter strias tenuissime adpresso pubescentibus); nodis (annulato) villosis; foliis angustis convoluto-filiformibus elongatis (ultra pedalibus) scabris; paniculae contractae ramis fasciculatis; spicis geminis inaequaliter pedicellatis; pilis involucrantibus illis duplo brevioribus; glumis ad ¾ a basi patulo villosis minute tridentatis, inferiore spiculae altioris truncato-rostrata; arista spicula sua vix breviore. ♃ Afr. austr.

54. S. ECKLONII. *Nees.* (l. c. sub: Erianthus.) Culmo elato; vaginis glabris; foliis planis latiusculis (7—8''' latis) margine serrulato-scabris; paniculae contractae ramis fasciculatis angustis attenuatis a basi dense ramosis, ramulis brevibus; spiculis solitariis geminisve inaequaliter pedicellatis; pilis involucrantibus brevibus, glumis lanceolatis ad medium usque patulo-villosis attenuatis; superiore acuta, inferiore subbidentata. ♃ Afr. austr.

55. S. CAPENSE. *Nees.* (l. c. sub: Erianthus.) Culmo elato; foliis radicalibus elongatis convolutis basi vaginisque hirsutis, superioribus cum vaginis glabris angustis margine scabris (linearibus vel convolutis); paniculae contractae densae ramis fasciculatis brevibus spatio brevi a basi divisis ramulis conformibus; spiculis imbricatis solitariis geminisve inaequaliter pedicellatis, pilis involucrantibus brevissimis; glumis oblongo-lanceolatis, inferiore ad ⅔ superiore vix ad medium usque patulo- sparsimque villosis. ♃ Afr. austr.

56. S. PRAEGRANDE. *Steud.* Culmo arundinaceo valido, glabro ad transitum in paniculam piloso; foliis culmeis lanceolatis rigidulis longe acuminatis nervosis margine scaberrimis; ligula abbreviata membranacea ciliolata; panicula amplissima fulva ovata (ultra pedem alta, ¾' lata); radiis verticillatis elongatis, ramosis; rhachibus partialibus angulatis scabridis glabris; spiculis binis inaequaliter pedicellatis ovato lanceolatis acutis (linea parum longioribus); pilis baseos spicula parum, arista hac duplo longiore, pedicellis glumisque glabris. S. densum *Nees* mpt. Hrbr. *Cuming* nr. 787 et ex *Nees* 1841. Ins. Luzon.

57. S. TRISTACHYUM. (*Steud.*) Culmo simplici, nodis glabris, basi bulboso ferrugineo tomentoso (bulbo piso majore); foliis linearibus, basi vaginisque apice hirsutis; spicis terminalibus geminis ternisve simplicibus griseo-hirtis; glumis ferrugineis basi margineque griseo-hirtis, inferiore

plana rigida; flosculi hermaphroditi seta spicula triplo longiore. Erianthus tristachyus *Nees* N. act. N. C. XVII. supl. I. 183. Andropogon tristachyus *Roxb.* ♃ Ind. or. China.

58. S. VERSICOLOR. *Nees* (in litt. sub: Erianthus). Panicula oblonga; spiculis villos nitentes molles candidos aequantibus; glumis glabris; seta recta; nodis oreque vaginarum hirtis, foliis linearibus attenuatis scabris glaucis. Accedit ad Erianthum japonicum *Beauv.* (Eulalia japonica *Trin.*) sed notis suis abunde diversa. An hujus loci Andropogon saccharoides *Roxb.?* Ind. or.

59. S. FILIFOLIUM. *Nees.* (mpt. sub: Erianthus.) Culmo simplici apice villoso, nodis sericeis; foliis filiformibus longis inferne semiteretibus apice compressis, glaucis, basi parce villosis; spicis fasciculatis; spiculis involucri villos molles inaequales subexcedentibus; glumis glabris, inferiore 6-nervia apice ciliata; flosculi hermaphroditi seta spicula duplo longiore. ♃ Nepal.

60. S. RUFUM. *Nees.* (mpt. sub: Erianthus.) Culmo simplici, nodis glabris; foliis linearibus; spicis pluribus fasciculatis secundis simplicibus albo-hirtis, glumis ferrugineis nitidissimis, inferiore dorso subexcavata, carinis — superiore margine — albo-ciliatis; flosculi hermaphroditi seta quam spicula 3-plo longiore, apice flexuosa. Variat: foliis glabris. Andropogon *Wall.* cat. nr. 8811 et: foliis supra e tuberculis hirsutis subtus pubescentibus, culmo et inflorescentia strictioribus rigidioribus, spicis 3—4-nis. An distincta species? Andropogon nr. 8808. *Wall.* cat. ♃ Nepal.

61. S. RUFIPILUM. (*Steud.*) Culmo apice — rhachi vaginisque superioribus apice et margine hirsutis; foliis linearibus valde attenuatis glabris margine scabris; panicula lanceolata densissima; spiculis villis rufescentibus duplo brevioribus; glumis glabris rigidis fuscis nitidis apice membranaceo-acuminatis; seta flosculi superioris villis paulo longiore. Erianthus fulvus *Nees* mpt. *Wall.* Cat. nr. 8849. Nepal.

62. S. FASTIGIATUM. *Nees.* (mpt.) Culmo apice rhachique hirsutis, spicularum articulis pedicellisque longe pilosis; foliis anguste linearibus margine scaberrimis cum nodis vaginisque glabris, his ore barbatis; spicis verticillatim approximatis fastigiatis subfragilibus; spiculis lanceolatis acuminatis villis candidis duplo brevioribus ferrugineis nitidissimis; gluma inferiore excavata carinis sparsim villosa, superiore obtuse carinata laxe ciliata; flosculi hermaphroditi seta spiculam aequante. Erianthus nr. 8847 *Wall.* cat. Ind. or.

LEPTATHERUM. *Nees.* Spicae rhachi continua triangulari glabra, solis spicularum insertionibus barbatulis, fasciculatae laxae; spiculae geminae homogamae hemiologamae, altera sessilis, altera pedicellata utraque setigera; glumae duae herbaceo-membranaceae acutae, inferior dorso canaliculata 4-nervia; superior carinata 3-nervia; flosculi univalves membranacei, inferior neuter muticus, superior linearis canaliculatus, apice transiens in setam longam capillarem apice subcirrhosam non genuflexam; lodiculae 2 obconicae plicatae truncatae ovario breviores membranaceae; stamina 3, filamenta capillaria; styli basi conjuncti graciles; stigmata villosa; caryopsis libera lanceolata acuta.

1. L. ROYLEANUM. *Nees.* (Jard. Annal. VII. 220.) Culmo basi procumbente ramoso adscendente; vaginis longis; foliis lanceolatis acutis planis late viridibus nervo albo; ligula nulla. (Habitus Digitariae.) Ind. or.

Differt genus a Pogonathero: gluma superiore mutica, flosculorum et setae structura; a Dimeria: flosculo superiore univalvi, nec valvula bifida; ab utroque et omnibus aliis Saccharineis: setae eximia gracilitate et laxitate. *Nees.*

POLLINIA. *Trin.* Spicae racemosae subdigitatae aut corymbosae alternae vel omnino confertae; spiculae in rhachi haud dissolubili ad articulos barba cinctae geminae homogamae hemiologamae, altera sessili altera pedicellata utraque setigera; glumae duae herbaceo-membranaceae acutae aut bidentatae, inferior dorso medio canaliculata 4—6-nervia, superior cymbiformis 3-nervia; flosculi duo uni- vel bivalves membranacei; inferior neuter muticus ciliolatus, superior hermaphroditus ex apice integro vel bifido in setam gracilem abiens; lodiculae 2 obconicae plicatae truncatae vel bidentatae membranaceae; stamina 1—3; styli longi, stigmata villosa; caryopsis lanceolata compressa glabra acuta.

Character reformatus ex *Nees* mpt. ab autore generis *Trinio* ita dispositus: Spicae digitatae vel conferto-alternae; spiculae lanceolatae omnes ejusdem formae et sexus pseudouniflorae; glumae chartaceae vel subcoriaceo-chartaceae, subaequales, inferior 3—5- vel suppressione nervi medii 2—4-nervia; superior subcarinato-compressa 3-nervia, interdum setigera; flosculi 2 univalves hyalini, inferior neuter paulo major; superior hermaphroditus angustissimus aristatus; (in Pollinia spectabili valvula neutra suppressa).

1. P. SPECTABILIS. *Trin.* (Act. Petr. 1833. 305.) Culmo prostrato radicante (pluri-pedali) furcato-ramoso cum nodis vaginisque glabris; foliis lanceolatis basi in petiolum brevissimum attenuatis (4—6″ longis, 4—8‴ latis) glabris; spicis plurimis (20—40 sub 3-pollicaribus) arcte digitatis tenuibus; articulis basi barbatis pedicelloque rariuscule pilosis; pilis ipsis brevioribus; spiculis basi annulo pilorum brevissimorum cinctis angusto-lanceolatis (lineis 2 brevioribus); gluma inferiore superne utrinque pectinato-ciliata, 5-nervia; superiore acutissima 3-nervia carinato-compressa; corolla univalvi, arista capillacea spicula sesquilongiore. Ins. Carolinae.

2. P. MONTANA. *Nees.* (mpt.) Culmo erecto alto superne ramoso, nodis glabris; foliis lanceolatis in petiolum attenuatis supra puberulis subtus scabris, vaginis basi e tuberculis hirsutis; spicis 10—12-nis subdigitato-confertis, articulis rhacheos pedicelloque basin versus pilis brevibus adspersis; gluma inferiore bidentula, margine apicem versus setuloso-scabra; utroque flosculo univalvi, seta flosculi fertilis geniculata spicula duplo longiore. Praecedenti proxima. *Junghuhn* legit in montibus Javae.

3. P. EUCNEMIS. *Nees.* (mpt.) Culmo erecto adscendente simplici nodisque glabris; foliis lanceolatis in petiolum attenuatis utrinque pilosis; vaginis glabris margine ciliatis; spicis pluribus subdigitato-confertis articulis rhacheos infra geniculum a tergo pyriformi-inflatis nitidissimis margineque pedicellisque utrinque aequiter albo-ciliatis; gluma inferiore profunde canaliculata margine ciliata, superiore glabriuscula nitida apice membranaceo-marginata biloba emarginata e sinu setigera, seta sua haud duplo longiore, inferiore flosculo univalvi, superiore bivalvi, seta valvulae inferioris brevissime bidentatae spicula subtriplo longiore in medio geniculata. Andropogon nr. 8812 *Wall.* cat. Ind. or.

4. P. PRAEMORSA. *Nees.* (mpt.) Culmo prostrato repente flagellari, ramis brevibus adscendentibus (3—6″ longis) gracilescentibus; nodis vaginisque glabris; foliis lanceolato-linearibus sessilibus supra pilosis; spicis geminis ternisve subdigitato-confertis; articulis rhacheos pedicelloque utrinque pilosis; pilis articulo suo brevioribus; glumis hirsutis apice praemorso-dentatis (fuscescentibus); seta flosculi fertilis spicula subtriplo longiore. Java. 1850

5. P. TENUIS. *Trin.* (l. c. 306.) Culmo prostrato radicante filiformi inferne ramoso; nodis vaginisque glabris; foliis angusto-lanceolatis (1—2″ longis, 1—1½‴ latis); spicis in apice ramorum subternis subdigitatis (6—8-linealibus); articulis pedicelloque pilosis, pilis easdem subaequantibus; spiculis lanceolatis vix linealibus; gluma

spiculae sessilis superiore caudato-setigera, cauda ipsius longitudine; gluma inferiore in spicula pedicellata acuminata; arista flosculi hermaphroditi tortili spicula 3—4-plo longiore. Ins. Manil.

6. P. CILIATA. *Trin.* (l. c.) Culmo prostrato radicante subfiliformi ramoso; nodis pubescentibus; ligula obtusiuscula bifida; vaginis foliisque glabris lanceolato-linearibus (4—6″ longis, 1½—2‴ latis); spicis subdigitato-confertis (sub-4-, inferiore solitaria, supremis fasciculatis 3-pollicaribus, purpurascentibus); articulis pedicelloque utrinque — gluma inferiore bidentata superne — ciliatis; arista spicula 1½-longiore torta geniculata. Nepal.

7. P. VAGANS. *Nees.* (mpt.) Culmo diffuso ramosissimo basi repente; nodis inferioribus crassis glabris; foliis lanceolato-linearibus basi cuneata sessilibus glabris, margine crenulato-scaberrimis; spicis 3—4 subdigitato-confertis; articulis rhacheos pedicelloque marginibus alternis glumaque inferiore brevi ciliatis; utroque flosculo univalvi; seta flosculi fertilis spiculam aequante articulata. Andropogon nr. 8807 B. *Wall.* cat. Nepal.

8. P. LANCEA. *Nees.* (mpt.) Culmo ramosissimo diffuso gracili; nodis inferioribus pubescentibus superioribus glabris; foliis lanceolatis in petiolum angustum desinentibus glabris, margineque serrulato-scaberrimis; ligula oblonga; spicis 1—4 subdigitato-confertis, articulis rhacheos pedicelloque utrinque glumaque inferiore laxe brevi ciliatis; gluma superiore acuminato-setuligera, geniculis barbatis utroque flosculo univalvi sterilive deficiente; seta flosculi fertilis spicula subduplo longiore in medio articulata. Andropogon nr. 8815 B. *Wall.* et: Bathratherum nr. 8831 *Wall* cat. Ind. or.

9. P. MONANTHA. *Nees.* (mpt.) Culmo ramoso diffuso gracili, nodis inferioribus pubescentibus; foliis lanceolatis basi cuneata sessilibus supra glabris subtus basin versus vaginisque subtilissime lanuginoso-pubescentibus, ligula brevissima truncata glabra; spicis (4) subdigitato-confertis; articulis rhacheos pedicelloque utrinque laxe brevi ciliatis; glumis muticis glabris, superiore acuta, margine apicem versus membranaceo dense pubescenti ciliato (in spicula pedicellata latiore); flosculo sterili nullo, fertili univalvi, seta valvulae terminali spiculam subaequante articulata. Andropogon *Wall.* cat. 8819. Ind. or.

10. P. SETIFOLIA. *Nees.* (in *Hook* Kew. Gard. misc. II. 88.) Culmi nodis subsericeis; foliis convoluto-filiformibus strictis vaginisque glabris; spicis pluribus (8—12) subdigitatis confertis articulatis, pedicello utrinque glumis dorso et margine pilosis ciliatisque; gluma inferiore acuta bidentata, superiore longe setigera, seta quam spicula (unilineali) multo longiore (2-lineali). *Cuming* Hrbr. nr. 1101. Ins. Philp.

Sub numero 1101 Hrbrii. *Cuming* duae diversae species videntur editae; altera est: Andropogon asthenostachys *Steud.* nr. 218.

11. P. NUDA. *Trin.* (l. c. 307.) Culmo decumbente (2—3-pedali) radicante ramoso; foliis (in petiolum brevissimum contractis *Nees*) subamplexicaulibus cordato-lanceolatis (8—15″ longis, 3—4‴ latis), vaginisque supra subpilosis; spicis in apice ramorum (3—4) alternis subconfertis laxifloris gracilibus (2-pollicaribus et ultra); articulis pedicellisque glabris; spiculis lanceolatis (bilinealibus) glaberrimis; glumis acuminatis; arista tenuissima apice cirrhosula spicula sua triplo longiore. Leptatherum Royleanum *Nees* in *Royle* Hrbr. ♃ Nepal.

12. P. IMBERBIS. *Nees.* (mpt.) Culmo basi ramoso, ramis elongatis gracilibus cum nodis, foliis lanceolatis in petiolum brevem cuneatim desinentibus vaginisque glabris, his margine ciliatis; spicis 3—4 subdigitato-congestis laxiusculis, rhacheos articulis pedicellisque glabris, geniculis imberbibus; flosculo sterili univalvi lanceolato brevi; seta flosculi fertilis terminali in medio geniculata spicula subduplo longiore. Bathratherum *Wall.* cat. nr. 8832. Nepal.

13. P. WALLICHIANA. *Nees.* (mpt.) Culmo ramosissimo basi repente cum nodis, foliis anguste lanceolatis setaceo-acuminatis in petiolum brevissimum cuneiformi-desinentibus vaginisque glabris; spicis subdigitato-approximatis 4—8 densifloris, rhachi glabriuscula ad genicula barbatula; gluma superiore caudato-setigera, seta flosculi fertilis terminali gracillima apice flexuosa. Andropogon nr. 8822 *Wall.* cat. Ind. or.

14. P. LAXA. *Nees.* (mpt.) Culmo ramosissimo basi repente, nodis vaginisque inferioribus apicem versus laxe pubescentibus; foliis anguste lanceolatis setaceo-acuminatis in petiolum brevissimum cuneiformi-desinentibus glabris; spicis 3—4 subdigitato-confertis laxiusculis, articulis pedicellisque utrinque laxe brevi ciliatis geniculisque barbatis; glumis anguste lanceolatis membranaceo-acuminatis superiorique caudato-setigeris; flosculo sterili nullo, fertilis seta terminali flosculo triplo longiore, basi brevi spatio purpurea et torta, articulo indistincto hinc recta gracilique. Andropogon nr. 8823 *Wall.* cat. Praecedenti — an nimis? affinis. Ind. or.

15. P. GLABRATA. *Trin.* (l. c. 1838. App. 89.) Culmo basi repente (pedali) nodisque glabris; vaginis ciliatis; foliis anguste lanceolato-linearibus (6—9″ longis, 1½‴ latis); spicis (5—6, subultra pollicaribus) subfasciculatis gluma inferiore 5—7-nervia bidentata, superiore uninervia acuminatissima; arista filiformi aequa spicula sub-4-plo longiore. Eulalia glabrata *Brongn.* in *Dupr.* it. t. 19. Ins. Societat.

16. P. ARTICULATA. *Trin.* (l. c. 90.) Culmo erecto (1½—2-pedali); vaginis nodisque glabris; foliis angusto-linearibus (subpedalibus, vix lineam latis) inferne pilosis; articulis et pedicellis (supra medium articulatis) glumisque pilosis; superiore setigera; arista longissima torta inferne pilosa. Pogonatherum contortum *Brongn.* l. c. t. 17. Ins. Molucc.

17. P. ARGENTEA. *Trin.* (l. c.) Culmo erecto (1½—2-pedali); nodis glabris; vaginis fauce longe barbatis; foliis angusto-linearibus (infimis 1′ longis, vix linea latioribus); spicis pluribus fasciculatis; articulis pedicellis nervisque glumae inferioris villosis; gluma superiore apice truncato-subemarginata, margine ciliatula; arista fusca spicula 4—5-plo longiore. Eulalia argentea *Brong.* l. c. p. 92. Ins. Molucc.

18. P. DURA. *Trin.* (l. c. 91.) Culmo erecto (fuscescente 3-pedali); nodis vaginisque glabris; foliis latiusculo-linearibus (2′ longis, 4—5‴ latis) margine scabriusculis; paniculae (pedalis) strictae contractissimae radiis verticillatis a basi floriferis (2—4-pollicaribus) contracto-compositis; spiculis lanceolatis 4-linealibus, superiore basi pilosa; articulis pedicello glumisque acuminatis nudis; gluma inferiore bidentata ad nervos hispidula, superiore acuminata; flosculi hermaphroditi valvula inferiore excurrente in caudam aristiformem glumis duplo longiorem. Carolina. Am. sptr.

19. P. DISPAR. *Nees.* (mpt.) Culmo basi ramoso, nodis glabris; foliis lanceolatis subtus pubescentibus; spicis fasciculatis simplicibus spiculisque albo-hirtis, glumis viridibus, inferiore dorso subexcavata; flosculi hermaphroditi seta spicula duplo longiore. (An Erianthi species?) ♃ Java.

20. P. LEHMANNI. *Nees.* (mpt.) Culmo vaginisque glabris; nodis barbatis; foliis anguste lanceolatis in petiolum attenuatis acuminatis margine scabris vel subhirtis vel glabris; ligula elongata chartacea; spicis (quinis) alternis simplicibus; seta spicula longiore, articulis rhacheos pedicellis utrinque magisque ciliatis; spiculis lanceolatis glabris dorso medio sulco impressis, flosculo infero masculo neutrove bivalvi. Andropogon nr. 8807. B. *Wall.* cat. Ind. or.

Species a genere aliena flosculo infero bivalvi typice masculo, spicis haud bifidis fragilibus, foliis ligulaque inter Spodiopogones et

Pollinias ambigua. In multis Microstegium genus referre videtur, quod quidem, nisi omnino morbosi sit graminis imago, ab omnibus differt flosculis brevissimis bifidis. *Nees.*

MICROSTEGIUM. *Nees.* Spicae axillares densae alternae simplices aut dichotomae, subpaniculatae; spiculae in axi articulata fragilique geminae cum axi glabrae, muticae, altera pedicellata, homogamae hemigamae, conformes; glumae duae chartaceae muticae, inferior dorso planiuscula, ad latera 2—3-nervia, superior carinata 3-nervia; flosculus uterque univalvis, inferior neuter, valvula ovato-lanceolata brevi quandoque truncata, superior hermaphroditus, valvula brevissima truncata ovario vix longiore (an potius lodiculae connatae?); stamina 3 filamentis basi dilatatis gracilibus, antheris oblongis utrinque bifidis fulvis; ovarium lanceolatum acuminatum hinc sulcatum; styli 2 discreti, stigmata longa plumoso-pilosa.

1. M. WILLDENOWIANUM. *Nees.* (mpt.) 1836 Culmis sarmentosis diffusis basi repentibus, adscendentibus simplicibus vel ramosis; vaginis dehiscentibus glabris internodia aequantibus, superioribus iisdem longioribus, purpurascentibus; foliis lanceolatis (1—1½″ longis, 2½—3‴ latis) acutis basi brevi spatio contractis et subpetiolatis; supra sparsim pilosis, subtus quandoque totis glabris; ligula brevi denticulata. Arthraxon nr. 8838. *Wall.* cat. Panicum — *Hornm.* in *Willd.* hrbo. Nepal.

ERIOCHRYSIS. *Beauv.* Spicae paniculatae compositae; spiculae oblongae obtusae homomorphae hermaphrodito-homogenae binae (ternae vel plures intermixtae masculae) aequaliter vel inaequaliter pedicellatae, unica saepius sessilis; glumae subcoriaceo-chartaceae aequales; inferior 5- superior 3-nervia; flosculi duo mutici, inferior neuter univalvis glumis vix brevior, superior hermaphroditus paulo minor 1—2 valvis; squamulae 2 truncato-quadratae emarginatae; stigmata plumosula; caryopsis subrotunda acuta glabra libera.

1. E. CAYENNENSIS. *Beauv.* (Agr. t. 4. f. 11.) Radice fibrosa; culmis caespitosis (3-pedalibus); nodis fusco sericeo-pilosis; panicula ramosissima (1½—3-pollicari); spiculis praeter sessilem aequali-pedicellatis oblongis unifloris, lana ferruginea spicula longiore. *Kunth* Supl. t. 38. f. 7. Andropogon rufum *Rich.* ♃ Cayenne. Cumana. Brasil.

2. E. NARENGA. *Nees.* (mpt.) Panicula contracta attenuata spicaeformi, radiis fragilissimis; spiculis oblongis lucide fuscis; foliis — ? summo subulato brevi, lana spiculam aequante, cingulari stricta alba. Saccharum Narenga *Wall.* Cat. nr. 8856. B. Ind. or.

3. E. FUSCA. *Trin.* (Act. Petr. 1833. 315.) Culmis erectis (4—8-pedalibus) apice pilosis; foliis planis latiuscule sublanceolatis (3—4′ longis, 2″ latis) glabris margine scabris; vaginis margine pilosis; paniculae contracto-patentis verticillatae radiis tenacibus compositis; spiculis binis ovali-oblongis lucide fuscis inaequali pedicellatis apice brevi spatio membranaceo-acutis lanuginosis, margine laxe lanatis, lana cingulari spicula plus duplo breviore molli alba. *Nees* mpt. Saccharum fuscum *Roxb.* Fl. Ind. 242. ♃ Ind. or.

4. E. ATTENUATA. *Nees.* (mpt.) Foliis linearibus attenuatis margine scabris; panicula contracta attenuata spicaeformi, radiis tenacibus; spiculis oblongis apice attenuatis barbatisque, margine lanatis lucide fuscis, lana cingulari spicula duplo breviore molli alba. Saccharum fuscum *Wall.* Cat. 8855. F. Ind. or.

ARTHROPOGON. *Nees.* Panicula ramulis bifloris; spiculae nodo insertae deciduae biflorae hemiologamae basi pilis cinctae; flores mutici bipaleacei, inferior masculus, superior hermaphroditus; glumae 2 coriaceo-chartaceae, inferior subulata, superior naviculari-carinata apice bifida et breviter aristata; valvulae hyalinae, inferior masculi chartacea; stamina 3, styli 2, stigmata dense plumosa, caryopsis libera compressa, oblonga.

1. A. VILLOSUS. *Nees.* (Agr. bras. 319.) Radice caespitosa fibrosa; culmis erectis simplicibus (2—3-pedalibus) cum nodis glabris; vaginis arctis villosis vel glabriusculis; ligula curvata brevi ciliata; foliis lineari-lanceolatis acuminatis (inferioribus 8—10″ longis, summo vix pollicari) utrinque molliter villosis; panicula laxa (3—4-pollicari), ramis cano-barbatis; spiculis elliptico-oblongis (cum setis 3‴ longis) compressis obtusis; glumis scabris, setis purpureis. ♃ Brasil.

ZEUGITES. *R. Brown.* Panicula; spiculae 3—4-florae; flos inferior foemineus sessilis, masculi pedicellati in pedicello communi; glumae duae, exterior latior concava truncata, interior angustior carinata; masc. valvulae duae aequales ovato oblongae compressae muticae, stamina 3; foem. valvula unica oblonga concava, apice margine dilatato scarioso cincta; arista terminalis recta; styli 2, stigmata villosa; caryopsis oblonga.

Genus propriae constructionis a *Kunthio* Oryzeis, a *Sprengelio* Paniceis a *Trinio* in Spodiopogonis viciniam, a *Lindleyo* Andropogoneis associatum.

1. Z. AMERICANA. *P. Br.* (Jam. t. 4. f. 3.) Culmo ramosissimo elato; foliis ovatis brevibus petiolatis, petiolis folio brevioribus; spiculis trifloris. *Beauv.* Agr. t. XII. fig. 9. Jamaica.

2. Z. MEXICANA. *Trin.* (mpt.) Culmis caespitosis basi repentibus ramosis geniculato erectis; foliis ovatis acutis basi rotundatis petiolatis membranaceis multinerviis; vaginis teretiusculis ad basin fissis; panicula ramosa depauperata patentissima; spiculis longe pedicellatis cernuis lanceolatis 3—4-floris. Despretzia mexicana *Kunth* Gram. I. t. 157. Panicum Schiedei *Spr.* Hbr. sec. *Trin.* Mexico. 1841

HOMOEATHERUM. *Nees.* Spicae geminatae in pedunculis vagina involutis subfasciculatae; spiculae in axi articulato geminae heterogamae, altera sessilis hemigama, altera pedicellata neutra; hemigamae: glumae duae membranaceo-chartaceae, inferior angustior minorque canaliculata 2—4-nervia, nervis lateralibus in dentes setasve excurrentibus, superior cymbiformis compressa ad apicem bifidum e nervo medio longe setigera; flosculi duo membranacei tenues, inferior univalvis, valvula lanceolata ciliata mutica aut in setulam subtilem extenuata; superior bivalvis, valvula inferior lanceolato-cymbiformis inter lacinias apicis latiusculas ciliatas setam emittens validam inferne tortam medio reflexam, valvula superior minor linearis binervis bidentata dorso concava lateribus inflexis; lodiculae subcarnosae (coloratae, flavae) truncato-bidentatae; stamen 1 (antherae fulvae); styli discreti; stigmata aspergilliformia; flosculus neuter: glumae duae, inferior subherbacea plana multinervia ex apice bidentato vel biseto longius setigera, superior angustior submembranacea margine inflexa ex apice ciliato brevi-

dentato setam parvam emittens; flosculi inferioris neutriusque valvula plus minus evoluta.

1836 1. H. CHINENSE. *Nees.* (mpt.) Rhacheos articulis cuneiformibus apice oblique truncatis et excavatis. Habitus omnino Andropoginis e sectione Cymbopogonorum. Hrbr. *Lindley* e China.

POGONATHERUM. *Beauv.* Spiculae biflorae geminae, altera sessilis polygamo-hermaphrodita, altera pedicellata polygamo-foeminea; flos inferior muticus rarissime aristatus nunc bipaleaceus masculus, nunc unipaleaceus neuter, nunc plane obliteratus; superior aristatus bipaleaceus hermaphroditus, in spiculis pedicellatis foemineus staminibus effetis; glumae 2 inaequales, inferior concava mutica, superior sub apice longissime aristata; paleae hyalinae breviores, inferior hermaphroditi sub apice longissime aristata; squamulae nullae; stamina 1—2; styli 2 longissimi; stigmata plumosa; caryopsis oblonga compressiuscula glabra; spicula pedicellata sessilibus simillima sed macrior.

1. P. SACCHAROIDEUM. *Beauv.* (Agr. t. 11. f. 7.) Radice fibrosa caespitifera; culmis simplicibus et ramosis tenuibus erectis glabris (8—12-pollicaribus, quandoque usque 2-pedalibus); ramis alternis; ad genicula villosis; foliis lanceolato-linearibus acuminatis rigidulis (1—2-pollicaribus); spicis solitariis rarissime geminis linearibus gracilibus; rhachi villosa, aristis basi geniculatis flosculis suis pluries longioribus. Andropogon crinitus *Thunb.* jap. t. 7. ⊙ Jap. Ind. or.

2. P. REFRACTUM. *Nees.* (Act. N. C. XVII. supl. 1. 182.) Foliis angustis scaberrimis; vaginis ore longe barbatis; gluma inferiore breviore truncata, superiore apicem versus hirta, seta flosculi fertilis basi refracta. An praecedentis var.? Ind. or. China.

EULALIA. *Kunth.* Spicae fasciculato-digitatae articulatae; spiculae geminae, aut altera sessilis aut utraque pedicellata conformes subbiflorae, flos inferior plane abortivus, superior hermaphroditus bipaleaceus; glumae duae subcoriaceae muticae, inferior concava superiorem navicularem involvens; valvulae hyalinae, inferior longissime aristata; stamina 3, styli 2; stigmata plumosa; caryopsis elliptica glabra glumis induratis obtecta libera.

1. E. NEPALENSIS. *Trin.* (Act. Petr. 1833. p. 333. Ic. t. 332.) Culmo erecto simplici (3-pedali); vaginis apice obsolete pilosis; ligula membranacea acutiuscula; foliis subulato-linearibus compressis glabris (inferioribus 1—1½′ longis, explanatis 4‴ latis); racemis fasciculatis confertoalternis; spiculis linea brevioribus, omnibus pedicellatis, pedicellis glabris; glumis acutiusculis 3-nerviis, inferiore hirsuta, superiore glabra; arista recta spiculis 4-plo longiore. Erianthus aureus *Nees* mpt. Nepal.

2. E. JAPONICA. *Trin.* (l. c.) Culmo frutescente tereti simplici glabro (3—6-pedali); foliis lineari-filiformibus serratis glabris striatis; costa media crassa; racemis subsemiverticillatis longissimis (4—9″ longis) alternis; spiculis bilinealibus omnibus pedicellatis; pedicello altero duplo breviore utroque glabro; glumis subaequalibus acutis glabris, pilis ad basin calycis glumas subaequantibus; arista torta glumis paulo (duplo *Thunb.*) longiore. Saccharum polydactylon. *Thunb.* jap. 42. ♃ Japonia. Taiti.

3. E. CAPENSIS. *Hochst.* (Flora 1846. p. 117. etiam sub: Psilopogon.) Culmis gracilibus adscendentibus e basi repente ultra pedalibus; nodis barbatis, vaginis arctis ad oras villosis; foliis lanceolatis (½—1-pollicaribus) acuminatis glabriusculis, margine scabris; spicis terminalibus 2—3-nis gracillimis; spiculis geminis basi cingulo villorum munitis caeterum extus glabris; gluma superiore intus ad margines superne villoso-pubescente; valvulae arista tenuissima subflexuosa pallida spicula triplo longiore. Afr. austr.

4. E. MEXICANA. *Steud.* Culmo erecto subramoso glabro ad nodos sericeo-barbato (1½—2-pedali); foliis lineari-lanceolatis strictis acuminatis glabris (3—4″ longis, 1—1½‴ latis); ligula exserta fissa; spicis fasciculato-digitatis (6—8, pollicaribus) tenuibus; axi pedicellisque longe pilosis; spiculis geminis altero pedicellato sterili imperfecto, altero hermaphrodito brevissimo (vix ¾-lineali); arista recta flosculo 3—4-plo longiore. Mexico.

5. E. AUREA. *Kunth.* (Rev. Gram. I. t. 93.) Culmo erecto (bipedali); foliis gramineis planis rigidis; vaginis ad oras pilosis; spicis digitatis plurimis (5—15, 2—4-pollicaribus); rhachi rufo-hirsuta; spiculis sesqui-linealibus, altera sessili, altera pedicellata; glumis ovatis pilis suis duplo — arista torta 4-plo brevioribus. Andropogon aureus *Willd. Bory.* it. 367. t. 21. Saccharum aureum *Spr.* Pug. 2. 17. Ins. Borbon.

6. E. VILLOSA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. 91.) Culmo simplici geniculato-inflexo (pedali et ultra), superne cum vaginis foliisque villosis; spicis terminalibus 3—5 alternis approximatis; spicularum subtrilinealium altera subsessili, altera pedicellata; pilis glumarum brevibus; glumis subcoriaceis oblongis obtusiusculis laevibus, inferiore basi margineque pilis erectis albis ciliata, dorso medio obtuse canaliculata; valvula flosculi fertilis brevi tridentata, arista glumis subduplo longiore. Andropogon villosus *Thunb.* Fl. cap. 108. ♃ Afr. austr.

7. E. CONCINNA. *Nees.* (mspt.) Foliis linearibus angustis glabris; racemis pluribus (2—12) fasciculatis confertis alternis; rhachi pedicellisque dense candido-hirsutis, hirsutie increscente, apice barbatis, barba pedicellum aequante; spiculis vel omnibus pedicellatis vel altero sessili villosulis rufo fuscis; gluma superiore apice longe setigera, seta flosculi spiculis 6—8-plo longiore a basi usque ad genu spiratim hirta. An? Saccharum irritans *R. Br.?* Variat: culmo alto stricto; foliis lineari attenuatis; spicis 8—12, spicula utraque, altera brevius pedicellata. Andropogon nr. 8814. *Wall.* cat. et: culmo gracili humili; foliis lineari-filiformibus; spicis 2—4; spiculis vix ultra linealibus, seta breviore vix pollicari. Andropogon nr. 8813. *Wall.* cat. Ind. or.

EUKLASTAXON. *Steud.* Racemi 2—4 digitati; spiculae axi fragillimo articulato undique piloso alternatim insertae, singulae cum rudimento secundae ad pedicellum longe pilosum redacto, basi annulo pilorum cinctae; glumae duae parum inaequales chartaceae glabrae subenerviae, carina scabrae, margine hyalinae; valvulae 2 hyalinae inferior brevi aristata superior acuminata; utraque glumis brevior; stamina 1—2 (— ? 3) stigma plumosum.

Ex Εὔκλαςος fractu facilis, et ἄξων axis.

1. E. TENUIFOLIUS. *Steud.* Culmo tenero ramoso glabro (pedali et ultra); vaginis striatis glabris; ligula exserta lacera; foliis planiusculis angustissimis linearibus (2—4″ longis, ½‴ latis); pedunculis elongatis capillaribus; spicis 2—4 (pollicaribus); pilis axeos et flosculorum sterilium longissimis tenuissimis spiculas 4—5-plo superantibus. *Urville* legit in Brasilia.

DIMERIA. *R. Brown.* Racemi bini vel plures subdigitati; spiculae continuae axi angulato complanato inarticulato unilateraliter alternatim incumbentes sessiles lanceolato-lineares basi annulo pilo-

rum cinctae; glumae subaequales coriaceae vel chartaceo-coriaceae valde compressae, inferior angustior subenervia; superior fere duplo latior uninervia; flosculi hyalini duo glumis paulo breviores, inferior (ubi adest) neuter univalvis; superior hermaphroditus bivalvis; valvula inferior infra apicem bidentatum aristata, superior minor vel obsoleta stamina 2—3; styli 2, stigmata plumosa; semen oblongo-lineare liberum.

1. D. ACINACIFORMIS. *R. Br.* (Prodr. p. 204.) Culmo tenello superne aphyllo; foliis brevibus pilosis; spicis geminis, spiculis lanceolatis; barba baseos manifesta; gluma interiore apice acinaciformi, perianthii arista infra geniculum edentula. (An una alterave sequentium *Trin.?*) ⊙ N. Holl.

2. D. FUSCESCENS. *Trin.* (Act. Petr. 1833. 335.) Culmo tenui simplici (2—3-pedali) nodis glabris; vaginis breviusculis, inferioribus superne pilosis; ligula membranacea brevissima truncata; foliis culmeis angustissimis brevibus (1—2-pollicaribus) dorso pilosis; racemis binis conjugatis (subtripollicaribus, fuscescentibus); spiculis trilinealibus; gluma latiore versus basin dorsi barbato-ciliata; arista flosculi hermaphroditi tenuissima 4-lineali. Nepal.

3. D. TENERA. *Trin.* (l. c.) Culmo infra ramoso tenuissimo (8—12-pollicari); vaginis glabris vel pilosis, foliis totis utrinque pilosis; ligula membranacea brevi truncata; racemis binis conjugatis teneris (pollicaribus); spiculis sesquipollicaribus; gluma latiore aut toto dorso aut infra apicem pilis tantum aliquot ciliata, hermaphroditi arista tenerrima trilineali. Nepal. Ins. Maurit.

4. D. ORNITHOPODA. *Trin.* (l. c. et Fund. t. 14.) Culmo decumbente ramoso tenuissimo (bipedali); vaginis glabris; ligula brevi membranacea; foliis angustissimis (1—3″ longis) glabris vel basi tantum sparsim pilosis; racemis 2—3-nis conjugatis confertissimis (2-pollicaribus, rufescentibus); spiculis linealibus; gluma latiore infra apicem dorsi pilis duobus ciliata; arista hermaphroditi tenuissima 4-lineali. Ind. or.

5. D. PILOSISSIMA. *Trin.* (l. c.) Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto stricto ($1\frac{1}{2}$—2-pedali) uno latere canaliculato glabro, nodis patenti barbatis; foliis linearibus acutatis planis tuberculato-pilosis (6—7″ longis, 3‴ latis); vaginis compressis villoso-hirsutis; racemis subquinis fasciculato congestis; rhachi planiuscula ciliata; gluma utraque hirsuta; arista fracta tortili. Haplachne pilosissima *Presl.* Rel. Haenk. I. t. 35. Ins. Marian.

Character Generis Haplachne: Spicae alternae paniculatae; spiculae biseriales pedicellis brevissimis adnatis suffultae; glumae cartilagineae carinatae compressae mucronatae, carina piloso-ciliatae, inferior paulo minor; valvula inferior solitaria glumis brevior membranacea diaphana apice laciniato-bifida uninervia, nervo apice in aristam fractam tortilem excedente; stamina 2, ovarium ovato-lanceolatum; styli 2, stigmata aspergilliformia. Genus cum Dimeria ipsa uti etiam Psilostachys *St.* et Amblyachyrum *Hochst.* Agrostideis propius accedunt quam Andropogoneis.

6. D. GRACILIS. *Nees.* (mpt.) Culmo gracili, nodis densissime sericeo-barbatis; foliis inferioribus angustis lineari-elongatis carinatis praeter basin glabris; racemis subgeminis; rhachi angusta glabra, spiculis pedicellatis-sesquifloris diandris. ♃ Ex Hrbo. *Lindley.* Ceylon.

PTERYGOSTACHYUM. *Nees.* Spicae subdigitatae; spiculae omnes homiologamae in rhachi plana secundae distichae subsessiles solitariae; glumae 2 naviculari-compressae membranaceo-carinatae uninerviae, dorso infra carinam rigidulo, marginibus membranaceis ciliatis, inferior angustior; flosculi 2, inferior univalvis neuter, superior subbivalvis hermaphroditus; valvulae inferiores utriusque flosculi conformes membranaceae ciliatae lanceolatae muticae apice barbulato-lacerae; superior valvula flosculi neutrius nulla, hermaphrodita minima praemorsa quandoque deficiens; stamina 2, antherae lineares apice poro obliquo dehiscentes; ovarium liberum lanceolatum compressum; styli approximati; stigmata dense plumosa.

1. P. LEHMANNI. *Nees.* (mpt.) Rhachi undata margine planiuscula subtus carinata, spiculis alternatim approximatis; valvula superiore rhachi adpressa; inferiore pectinatim patente; (unde nomen.) Leptochloa pectinata *Kunth?* Ind. or.

PSILOSTACHYS. *Steud.* Racemi pauci (2—4) subdigitato-fasciculati; spiculae uniflorae axi articulato continuo alternatim insertae sessiles lanceolatae, basi annulo pilorum cinctae; glumae duae subinaequales herbaceae inferior angustior, superior latior utraque enervia pilis undique obsessa; valvulae duae hyalinae tenerrimae hermaphroditae; staminae duo, stylus bifidus plumosus; valvula inferior infra apicem aristata, arista spicula subduplo longior geniculata.

1. P. HOHENACKERI. *Steud.* Radice tenui fibrosa; culmo filiformi basi geniculatato ($\frac{1}{2}$—1-pedali) glabro; nodis setuloso-pilosis; vaginis margine ciliatis; foliis inferioribus planis linearibus (vix 1″ longis, $\frac{1}{2}$—1‴ latis) e glandulis ciliatis, culmeis brevissimis angustissimis; racemis 2—3 (pollicaribus) remotiuscule 8—12-floris. Arthraxon Hohenackeri *Hochst.* Hrbr. *Hohnkr.* nr. 231. a. Ind. or.

Hochst. Flora 39: 190. 1856 says error, shown 231 b.

AMBLYACHYRUM. *Hochst.* Racemi bini fasciculato-digitati; spiculae rhachi articulatae insertae solitariae uniflorae cylindricae; glumae duae in tubum subcoalitae, apice obtusae breviter membranaceae ciliato-fissae; valvulae duae, inferior uninerviae subherbacea ex apice aristata, superior enervia hyalina; stamina duo, styli duo, stigmata plumosa; caryopsis oblonga glabra laevis.

1. A. MANGALORENSE. *Hochst.* (Hrbr. *Hohnkr.* Ind. nr. 231. b.) Radice fibrosa; culmo erecto tenui simplici vel subramoso ($\frac{1}{2}$-pedali) cum nodis glabro; vaginis versus apicem foliisque lanceolatis e glandulis pilosis, his inferioribus lanceolatis planis (vix $\frac{3}{4}$″ longis, 1—$1\frac{1}{2}$‴ latis), culmeis brevissimis; glumis fulvo-hirsutis; arista spiculis duplo longiore subgeniculata inferne hirsuta. Ind. or.

LUCAEA. *Kunth.* Spicae articulatae; spiculae solitariae biflorae, flos superior unvalvis neuter, inferior bivalvis hermaphroditus; glumae duae herbaceae concavae inaequales muticae; valvulae breviores hyalinae, inferior floris hermaphroditi basi aristata; squamulae 1—2 subdolabriformes; stamina duo; styli duo, stigmata plumosa; caryopsis subfusiformis laevis libera.

1. L. GRACILIS. *Kunth.* (Rev. Gram. 2. t. 159.) Culmo erecto ramoso, ramis fasciculatis ternis, spicigeris longissimis; foliis planis oblongis cordatis subtus pubescentibus supra hirsutis membranaceis; ligula abbreviata; pedunculis longissimis gracilibus; spicis terminalibus geminis vel ternis alternis gracilibus; spiculis basi stipite tubulato instructis. An eadem ac sequens? *Kunth.* — —

2. L. LANGSDORFFIANA. (*Steud.*) Culmo prostrato multinodo ramosissimo glabro (2-pedali) ad geniculos radicante; vaginis e bulbillis hirsutis, superioribus basi barbatis; foliis brevibus latis basi cordato-amplexicaulibus scaberrimis acuminatis; pedunculis terminalibus et axillaribus elongatis, spicis 2—5 subfasciculatis confertis ($\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$-pollicaribus); spiculis oblongo-lanceolatis basi nudis, non

stipitatis. Pleuroplitis Langsdorffiania *Trin.* fund. t. 16. ♃ An eadem ac praecedens? Japon.

3. L. MAJOR. *Hochst.* (Hrbr. un. it. abyss. nr. 1829.) Culmo (basi) ramoso glabro diffuso (vix pedali); vaginis margine et ore foliis praesertim basi nodisque pilosis; foliis lato-lanceolatis basi amplexicauli-cordatis, apice acuminatis (1″ longis, 3‴ latis) praeter pilos sparsos longiores minute pubescentibus; spicis 4—10 in pedunculis terminalibus et axillaribus vix vaginam excedentibus; spiculis dimidiato-ovatis tumidulis basi non stipitatis; rhachi pilosa; glumis ad nervos scabriusculis; aristis flosculos sesqui superantibus. ⊙ Abyssinia.

4. L. JUNGHUHNII. *Nees.* (mpt. sub: Pleuroplitis.) Foliis cordato-lanceolatis acuminatis glabris ciliatis, pedunculo communi brevi-vaginato; spicis fasciculatis fastigiatis bifidis vel dichotomis; rhachibus filiformibus pilosis; spiculis lanceolatis scabris setula hirta stipatis. In montibus Javae.

5. L. PLUMBEA. *Nees.* (mpt. sub: Pleuroplitis.) Foliis cordato-ovatis cuspidatis pilosis ciliatis; spicis fasciculatis brevibus subbifidis, rhachibus pilosis; spiculis oblongo-lanceolatis basi nudis. ♃ Ind. or.

6. L. VIOLACEA. *Nees.* (mpt. sub: Pleuroplitis.) Tota e tuberculis hirsuta, ramosa; foliis lanceolatis acuminatis amplexicaulibus; spicis dense fasciculatis; fasciculis dimidiato-oblongis; glumis acutis acumine membranaceo, inferiore scabra margine ciliata; flosculi superioris valvula inferiore usque ad basin fere bipartita. Arthraxon *Wall.* Cat. nr. 8833. A. Andropogon violaceus *Heyn.* hrbr. An praecedentis var.? *Nees.* Ind. or.

7. L. SCHIMPERI. *Hochst.* (Hrbr. un. nr. 96. sub: Psilopogon.) Culmo basi ramoso glabrescente (4—8-pollicari), nodis et vaginis margine vel ex toto pilosis subtumidulis striatis; foliis lato-lanceolatis basi cordato-amplexicaulibus apice acuminatis pubescentibus margine e papillis pilosis; pedunculis longe exsertis, spicis 4—8 subdigitato-confertis ($^1/_2$—$^3/_4$″ longis); spiculis lanceolatis basi non stipitatis, basi cum rhachi longe setulosis; glumis glabriusculis scabris; valvulis tenuissimis, inferiore e basi aristata, arista basi non torta, medio geniculata valvulam duplo superante. ⊙ Abyssinia.

8. L. CILIATA. *Schmidt.* (Fl. Ins. cap. virid. 153. sub: Pleuroplitis.) Radice fibrosa; culmis prostratis ramosissimis diffusis glabris stramineis lucidis inferne radicantibus, nodis subgeniculatis pubescentibus; vaginis teretibus sulcato-striatis margine ciliatis; ligula margo angustissimus ciliatus; foliis ovato-lanceolatis acuminatis rigidis striato-nervosis basi cordato-amplexicaulibus margine undulatis ciliatis; spicis brevibus subfasciculato-confertis; pedunculis terminalibus et axillaribus elongatis; spiculis alternis rhachi articulatae sericeo-pilosae adpressis bifloris; glumis 2 subaequalibus flosculos superantibus; inferiore subherbacea ovata 7-nervia, superiore paulo breviore chartacea elliptica obtusa carinata cuspidata; flosculi hermaphroditi valvulis hyalino membranaceis subaequalibus acutis; flosculi sterilis arista tortili longissima. Praecedenti forsan nimis affinis. Ins. Prom. virid.

ZOYSIA. *Willd.* Spica simplex racemosa non articulata; spiculae uniflorae; flos sessilis; gluma unica (altera inferior deficiens) carinato-complicata mutica vel mucronato-aristulata marginibus connata, superne aperta coriacea; valvulae duae membranaceae muticae, inferior ovato-oblonga uninervia carinato-complicata, superior brevior enervia carinata interdum deficiens; stamina 3; styli 2; stigmata plumosa; caryopsis libera.

1. Z. PUNGENS. *Willd.* (N. Act. N. C. 3. 440.) Radice repente squamosa; culmis basi procumbentibus dein erectis ramosis (5—9″ longis); foliis planis vel canaliculato involutis distichis rigidis patulis subpungentibus; vaginae ore villoso-barbato; spicis elongatis (1—2-pollicaribus) rigidis, multifloris, spiculis arcte imbricatis, longe pedicellatis, pedicellis spiculas longitudine aequantibus vel superantibus. *Beauv.* Agr. t. 4. fig. 1. Ind. or. Java.

2. Z. TENUIFOLIA. *Willd.* (hrbr.) Subcaespitosa, ramosa; ramis erectis setaceis; foliis strictis canaliculatis setaceis, ore vaginae nudis; spicis laxiusculis tenuibus abbreviatis (vix $^1/_2$-pollicaribus) paucifloris. *Thiele* Linn. IX. 309. Z. pungens *Sieb.* hrbr. Maur. nr. 40. (*Willd.* var.?) Panicum bradypus *Bory.* Ins. Maurit.

3. Z. JAPONICA. *Steud.* Radice crassiuscula lignescente esquamata, fibras tenuissimus emittente; culmis erectis strictis rigidulis (3—7″ altis) glabris; vaginis striatis glabris ad oras pilosis; foliis lineari-lanceolatis subconvolutis rigidis striatis culmo brevioribus, racemo spicato erecto (pollicari), radiolis brevibus flexuosis uni- rarissime bifloris; flosculis glaberrimis (dilute stramineis, apice saepe violascentibus) laevissimis glabris; stigmatibus exsertis. Japonia.

LEPTOTHRIUM. *Kunth.* Spica simplex; rhachis triangularis subflexuosa; spiculae uniflorae, flos sessilis minutus; glumae duae subcoriaceae acutato-subulatae, inferior brevior subcarinata inaequilatera, superior involuta lateribus compressiuscula; valvulae duae hyalinae, inferior ovata subcarinata uninervia glabra; superior triplo brevior; stamina 3; ovarium glabrum; styli 2, stigmata penicilliformia; squamulae truncatae glabrae.

1. L. RIGIDUM. *Kunth.* (Gram. I. 156. et Supl. t. 37. f. 2.) Culmis caespitosis glabris rigidis simplicibus; foliis margine involutis rigidis ore vaginae ciliatis; ligula subnulla. Zoysia rigida *Willd.* Am. austr.

MONACHYRUM. *Parlatore.* Spiculae triflorae, flosculus inferior neuter univalvis, medius hermaphroditus, superior masculus bivalvis; gluma unica a floribus remota linearis membranacea mutica flosculis valde brevior; flosculi inferioris valvula unica concavo-carinata, apice bifida e sinu aristata, arista setacea subulata recta (arefactione subflexuosa); flosculi medii valvulae duae subaequales membranaceae muticae cancavo-carinatae, apice obtuse bifidae; stamina 3; styli breves; stigmata aspergilliformia; flosculi superioris valvulae 2 subaequales, inferior illam flosculi inferioris aemulans, superior bicarinata apice subbifida, stamina 1—2.

1. M. VILLOSUM. *Parlat.* (in *Hook.* Niger Fl. 190.) Radicis fibris tenuibus puberulis; culmis erectis gracilibus, basi geniculatis ramosis, superne pube horizontali alba velutinis (subpedalibus); foliis anguste linearibus acuminatis longiusculis (1—1$^1/_2$‴ latis), superne (sub lente) breviter adpresse pilosis; vaginis laxis striatis pilosis; ligula pilorum series; panicula ramosa (2—2$^1/_2$-pollicari) acutiuscula, ramis subgeminis capillaribus flexuosis inaequalibus solitariis. Ins. St. Jacobi Prom. viridis.

Genus ob spicularum structuram singulare; an valvula flosculi inferioris pro gluma altera sit habenda et spiculae sint biflorae? ut ad Avenaceas sit referendum?

Genera Graminearum anomala.

EPIPHYSTIS. *Trin.* Spica e floribus absque rhachi, altero super alterum posito; flores hermaphroditi triandri; calyx uniglumis membranaceus vaginans; corolla univalvis membranacea; lodiculae nul-

lae; stamina 3; filamenta dilatata; semen ellipticum tectum.

Genus a *Lindleyo* Veget. Kingdom p. 116. (falso Epiphytis scriptum) cum Zoysia est junctum, quocum diagnosi quidem sed icone vix convenit. Ab *Endlichero*, *Meisnero* et *Kunthio* omnino est neglectum. Gramen hinc valde dubium, an ad Rottboelliaceas ducendum? Zoysia *Willd.* sec. *Lindl.* *Kunthio* vero Cyperus filiformis *Swartz* videtur; sed repugnat descriptio, nec supponendum est, *Trinium* Cyperaceam pro Graminea sumsisse.

1. E. OPHIUROIDES. *Trin.* (Fund. Agr. p. 97. t. 1. sine descriptione.) Brasil.

ARISTARIA. *Jungh.* Flores glomerato-capitati hermaphroditi; stamina 3; stigmata 2 penicilliformia; calyx uniglumis, gluma maxima foliacea carinata longe barbata, dorso ancipiti-acuta; corolla calyci inclusa teres; valvulae 2 cartilagineae peristentes coloratae arcte convolutae, basi pilis splendidis cinctae; valvula inferior basi intus setigera; seta (arista) longissime valida calycem duplo superans; caryopsis alba oblonga obtusa valvulis incrassatis duris inclusa.

1. A. BARBATA. *Jungh.* (*Hoeven* Tijdschr. VII. 296.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici tereti-trigono (3—8-pedali) nodoso articulato; foliis linearibus planis acutis margine retrorsum scabris; ligula brevissima truncata. Java.

KROMBHOLZIA. *Ruprecht.*

1. K. MEXICANA. *Rupr.* (Bull. Brux. IX. 2. 247.) Sine diagnosi est: nr. 5751. Hrbr. *Galeotti.* ♃ Mexico.

Addenda et emendanda.

p. 8. Post: Leptaspis manillensis adde:

4. LEPTASPIS? CUMINGII. *Steud.* Culmo gracillimo debili stricto angulato pubescente superne aphyllo; foliis petiolatis lanceolatis (4—6″ longis, 4—6‴ latis) glabris scabris; paniculae racemiformis rhachi hirta pilosulaque; radiis brevibus paucifloris; floribus monoicis, masculis minutis; glumis ovatis acutis hirto pilosis valvulas ovatas acuminatas hirtulas subaequantibus; glumis flosculorum fertilium ventricoso-subglobosis subconnatis asperrimis; fructu —? Sec. specimen incompletum Hrbrii *Cuming.* nr. 1627. Ins. Philip.

p. 10. Phalaris canariensis adde synonymum: P. ambigua *Notaris;* non enim differt nisi statura minore.

p. 13. Anthoxantho Carreniano adde synonymum: Anthoxanthum aristatum *Boiss.* Voy. hisp.

p. 14. Post nr. 5 adde:

5b. HIEROCHLOA ARENARIA. *Steud.* Rhizomate lignescente subrepente valide fibroso; culmis erectis ($1\frac{1}{2}$—2-pedalibus) totis vaginatis; vaginis elongatis inferioribus fere omnino solutis dilatatis, omnibus multistriatis; ligula membranacea brevi obtusa; foliis mox convolutis erectis rigidis apice obtusiusculis glabris laevibus fere basin paniculae attingentibus; panicula subeffusa (4-pollicari); radiis solitariis basi nudis apice paniculifloris, summis spiciformi approximatis; spiculis 3-linearibus 3-floris; glumis flosculos parum superantibus ovato-lanceolatis glabris laevibus albidulis; valvula florum masculorum inferiore laevi, marginibus ciliata, apice brevissime aristulata, aristula quam glumae breviore; flosculo hermaphrodito obtuso glabro vix apice carinae asperulo. Ab affini H. altissima jam foliis laevibus facillime distinguenda. Hrbr. *Lechler.* nr. 1138. In arenosis Prov. Sandy-Point Magellan.

p. 26. Post nr. 136: Paspalum mauritanicum adde:

136b. PASPALUM BOIVINI. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici compressiusculo ($1\frac{1}{2}$—2-pedali) vaginato foliato glabro; vaginis striatis apice demum solutis margine uti folia e glandulis minutissimis pilosis, demum glabratis; ligula vix ulla; foliis lanceolatis acuminatis (4—6″ longis, 2—3‴ latis, superioribus minoribus); spica e folii supremi vagina exserta solitaria terminali ($1\frac{1}{2}$-pollicari); axi spiculis multo angustiore striato glabro; spiculis pedicellatis, pedicellis plerumque binis basi in unum communem conjugatis; spiculis secundis ($\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$‴ longis) ovatis obtusis glabris, praeter nervum carinalem enerviis laevibus glabris, margine (per nervum in ipso margtne positum) subreflexis. *Boivin* legit in Ins. Mauritii.

p. 28. Post nr. 167 adde:

167b. PASPALUM (CERESIA) WAGENERIANA. *Schlecht.* (Linn. XXVI. p. 133.) Caulibus paucis (e rhizomate repente?) erectis strictis gracilibus teretibus glabris superne pilis paucis adspersis; nodis haud incrassatis; vaginis nervosis margine et superne e tuberculis plus minus pilosis, lamina brevioribus; foliis inprimis ad nervos e tuberculis validioribus pilosis convolutis subulato attenuatis (inferioribus ad 6″ longis, summis vix $\frac{1}{2}$-pollicaribus), post lapsum pilorum tuberculis persistentibus scabriusculis; inflorescentiae rhachi communi brevissima pilis brevibus albis erectis vestita, basi emittente rhachin specialem abbreviatam sterilem ad 3‴ usque longam membranaceam coloratam cilolatam uti altera fertilis solitaria in summa rhachi posita, cujus dorsi basin rhachinque communem illa minor sterilis amplectitur; racemi fertilis rhachi ($1\frac{3}{4}$—4″ longa, fere 4‴ lata) complicata linearis utroque fine breviter angustata membranacea nitida (cuprei fere coloris, vel ex purpurascenti et violascenti varii) margine nunc integerrimo nunc irregulariter obtusissime lobulato, semper minutissime ciliolato; spiculis rhachi inclusis albis biseriatim et alternatim dispositis; glumae unicae valvulaque neutra huic simillima albo-hyalina margine lutescente cincta, pilis candidis sericeis tuberculo insidentibus undique ciliata, fere obovato-lanceolata acuta; flosculo fertili lanceolato coriaceo albo laevi glabro valvulis gluma brevioribus altera convexiuscula altera plana. ♃ *Wagener* coll. nr. 396. Caracas Columbiae. P. schlechtendahlii

167c. PASPALUM (CERESIA) GRACILIS. *Schlecht.* (l. c. 134.) Culmis gracilibus teretibus striatis laevibus ($1\frac{1}{2}$-pedalibus) ad nodos modice incrassatos pilis albis erectis cinctis; vaginis glabris margine dense ciliolatis ore pilis longioribus erectis obsessis; foliis linearibus longe et subulato-acuminatis sursum (in siccis) convolutis laevibus vel praesertim inferne utrinque pube minuta vestitis, nervo medio paucisque lateralibus omnibus subtus prominulis percursis (4—5″ longis, 1—$1\frac{1}{2}$‴ latis, superioribus minoribus) convoluto-subulatis; rhachi filiformi pubescente, racemis 2—3 ($1\frac{1}{2}$—2-pollicaribus); rhachi racemorum dilatata et complanata, nervo dorsali crasso lato viridi percursa, margine membranaceo (ex fuscescenti luteo) nitido utrinque angustato minutissime ciliolato; spiculis bifariam et alternatim dispositis basi pilis albis obsessis, non omnino occultis; gluma alba hyalina margine densiore dorso et margine longe pilosa superante valvulam neutram lanceolatam glabram margine superiore tantum dense brevissime ciliatam; hermaphroditi valvulis albis lanceolatis glaberrimis; stigmatibus exsertis. ♃ *Wagener* coll. nr. 397. Caracas Columbiae.

p. 33. Post nr. 256 adde:

256b. PASPALUM CAMPESTRE. *Schlecht.* (Linn. XXVI. 131.) Caulibus inferne foliorum vaginis dense tectis (2—$2\frac{1}{2}$-pedalibus); internodiis inferioribus brevibus, superioribus sensim longioribus, summo subpedali, omnibus glabris laevibus, nodis incrassatis plerumque vagina tectis; vaginis compressis striatis plerumque e tuberculis pilosis; foliis erectis sensim acutitissime acuminatis margine minute serrulato scabris, supra pilis brevibus (basi longioribus) adspersis, subtus glabris; ligula margo membranaceus brevissimus fuscescens integer; inflorescentia 4—6-pollicari e racemis 8—10 secundis composita, breviter pedunculatis, inferioribus usque $2\frac{1}{2}$-pollicaribus, superioribus brevioribus; pedicellis puberulis ad basin longius pilosis; rhachi communi vix scabriuscula leviter sulcata et alterne sulco exarata, partialibus supra planiusculis flexuosis, nervo me-

dio lato percurvis, marginibus leviter incrassatis; subtus alternatim excavatis; spiculis geminis, altera paulo longius pedicellata, late ovalibus obtusis externe planis interne convexis glabris laevibus; pedicellis sursum curvatis brevissim s apice annulo tumidulo cinctis; gluma inferiore nulla, superiore tenuiter membranacea valde convexa laevi glabra, nervo medio elevato subcarinata, nervoque marginali cincta; valvula flosculi neutrius plana nervo medio elevato percursa et margine latius incrassato cincta; valvulis hermaphroditi concavis nitidis fuscis, exteriore medio convexa punctis minutissimis impressis notata, basin versus ex atro castanea. ♃ Plantae Wagnerianae nr. 392. Caracas Columbiae.

256c. PASPALUM (AXONOPUS) SAVANNARUM. *Schlecht.* (l. c. 132.) Culmo solitario basi vaginis emarcidis vestito (bipedali vel breviore) dimidia parte supra dense foliato apicem versus nudo; laevi glabro, nodis nunc glabris, nunc pilis adpressis fulvis rigidis obsessis; vaginis compressis nervosis tuberculis nunc piliferis nunc nudis instructis apice contractis margine tenuiter membranaceis ibique saepe coloratis; foliis (2—3″ longis, 2‴ latis) simili modo tuberculatis et pilosis, acuminatis; ligula densa pilorum series; rhachi communi inflorescentiae brevi fere tetraquetra, angulis prominentibus, faciebus concavis, glabra ($^1/_2$-pollicari); racemis 5—6 (2—2$^1/_2$-pollicaribus); rhachi breviter flexuosa supra convexiuscula, nervo medio lato pallidiore leviter flexuoso percursa, margine elevato, in altera antica pagina foveis pro recipiendis spiculis et ad basin pilis instructa spiculas vix superantibus, pallide aureis sericeo-micantibus et tuberculo rubescenti insidentibus; spiculis anguste ellipticis leviter purpurascentibus. ♃ Plantae Waegnerianae nr. 394. Caracas Columbiae.

De flosculorum structura nihil addit cbms. autor; an ad Panicum sect. 1. Cabrera referenda species?

p. 33. Post nr. 258. Paspalum nematodes pone:

258b. PASPALUM SERICEUM. *Scheele* Linn. 341, quod inter Panica p. 58. nr. 297. sub: Panicum sericatum irrepsit, ubi nomen plane delendum, diagnosis vero immutata huc transferenda.

p. 34. Ante genus Milium insere:

GARNOTIA. *Brongn.* Panicula contracta interrupta; radii subverticillati (fastigiati?); spiculae l inae inaequaliter pedicellatae lateraliter alternae; gluma unica trinervia longe acuminata in aristam ex ı ervo medio excurrens, basi utrinque fasciculo pilo um munita; valvula neutra similis sed mutica, nervus medius tenuior basin versus evanescens; valvula inferior hermaphrodita lanceolato-acuta carinata uninervia, anterior parum brevior obscure binervia; lodiculae oblongae obtusae ad angulum utrumque superiorem fasciculo pilorum munitae; styli 2 ex apice germinis approximati basi nudi, ultra medium stigmatoso-plumosi; stamina 3; filamenta brevia; antherae elongatae lineares ad emarginationem inferiorem insertae; germen oblongum nudum; caryopsis (semimatura) apicem versus attenuata, ipso apice breviter bidentata.

Character generis ex *Schlechtd.* B. Z. 1854, 270, quo teste genus ab autore Leptocoryphio affine dictum non cum Paspalo uti *Endlicher* et *Meisner* suadunt, jungendum sed servandum.

1. GARNOTIA — *Brongn.* in *Duper.* Voy. p. 132. t. 21. Taiti.

p. 34. Post Milium confertum nr. 4 adde:

4b. MILIUM TRICHOPODUM. *Boiss.* (Diagnos. XIII. p. 45.) Annum glabrum glaucescens; radice fibrosa; caulibus nanis (2—3-pollicaribus); panicula fere radicali foliis aequilonga eorum vaginis basi involuta, ambitu ovata divaricatim effusissima; vaginis striatis subdilatis; ligula truncata glabra; foliis erectis anguste lanceolato-linearibus; paniculae pedicellis setaceis rigidulis divergentibus laevibus spicula 3—4-plo longioribus apice incrassatis; spiculis oblongis attenuatis; glumis oblongis acutis laevibus; valvulis glumae aequilongis (sub lente) adpressissime et parce puberulis. ⊙ Syria. Mesopotamia.

p. 40. Post nr. 31. Panicum didactylum adde:

31b. PANICUM ATRICHUM. *Steud.* Culmo basi geniculato adscendente (3-pedali) ad genicula inferiora radicante; vaginis internodio parum brevioribus laxis glaberrimis striatis; ligula ovata obtusa membranacea; foliis lanceolatis (4—7″ longis, 2—4‴ latis) undique glabris margine scabris; racemis pluribus remotis binato- vel ternato alternis elongatis (4—6-pollicaribus) a basi tomento-sulo-puberula floriferis; spiculis binatis acutis altera subsessili altera pedicellata, pedicello spicula dimidia longiore, gluma inferiore vix ulla, superiore cum valvula neutra eam aequante distincte 3—5-nervia. *Boivin* legit in Ins. Comoro.

p. 45. Post nr. 109. Panicum Kraussi adde:

109b. PANICUM DISJUNCTUM. *Steud.* Culmo basi procumbente radicante subramoso, tunc erecto (5—8-pollicari); ligula membranacea plerumque fissa; vaginis striatis foliisque pilosis, his ovato-lanceolatis brevi acuminatis, margine subundulato scabris (pollicaribus); racemis alternis 2—8-floris subsecundis; spiculis oblongis (ultra linealibus) glabris; gluma inferiore a spicula remota bracteiformi setuloso-acuminata, superiore flosculum aequante vel cum setula brevi superante; valvula neutruis parum breviore hermaphrodito oblongo-lanceolato laevi. *Boivin* legit in Madagascar.

p. 52. Post nr. 215 adde:

215b. PANICUM COMOSUM. *Steud.* Radice fibrosa validula; culmo ima basi ramoso erecto (1$^1/_2$—2$^1/_2$-pedali) vaginis tecto glabro vix infra apicem striguloso-scabro; vaginis striatis apicem versus ciliato-pilosis caeterum glabris; ligula pilorum series; foliis lanceolatis longe acuminatis (3—6″ longis, 2—3‴ latis) glabris margine scabris; thyrso densissimo subcylindrico (3-pollicari et ultra); pedicellis plurisetis plerumque binis bifloris spiculas 2—4-plo superantibus brevissime sursum asperulis patentibus; gluma inferiore flosculo triplo- superiore eo vix breviore, utraque 3—5-nervia; hermaphrodito tenuissime transversim ruguloso. Medium quasi tenet inter P. verticillatum *Lin.* et P. italicum *Lin.* An? P. verticillatum *α.* majus *Thunb.* Japonia.

p. 54. Post nr. 241 supra d. adde:

241b. PANICUM PIPTOPILUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto stricto simplici glabro; vaginis longis laxiusculis apice plus minus solutis; ligula nulla; foliis flaccidis lineari-lanceolatis scabriusculis (4—10″ longis, 2‴ et ultra latis) acutis; racemo subpaniculato recto e folio supremo eum aequante vel superante ($^1/_2$-pedali) exserto; racemulis alternis vel sursum 2—3-nis simplicibus ($^1/_2$—$^3/_4$-pollicaribus); axi ipso sparsim setis raris fugacibus munito; spiculis 2—3-seriatis strigoso-pilosis ($^3/_4$‴ longis); gluma inferiore late ovata acutiuscula $^1/_2$—$^2/_3$ breviore quam superior et valvula neutra hermaphroditum laevissimum ovatum apiculatum aequantes. *Boivin* coll. nr. 1968. Ins. Nossibe.

p. 62. Post nr. 350. Panicum insularum adde:

Plantam omnino eandem vidi in Collect. *Boivin* ex Ins. Mayotte. Diagnosi addendum: Radice fibrosa; culmo basi geniculato ramoso.

p. 62. Post nr. 388 insere:

386b. PANICUM BISTIPULATUM. *Schlechtd.* (Linn.

erroneo bifurcatum
Schlecht

XXVI. p. 135.) Rhizomate tenui glabro radicante; culmis simplicibus foliosis (pedalibus) teretibus vaginisque sparse praesertim basin versus breviter patentim pilosis; margine oreque dense ciliatis, basi et nodo dense villosis; foliis basi brevissime in modum petioli contractis, latius vel angustius ovalibus, plus minus acute et e ongato-acuminatis supra intense viridibus et sparsis pilis longioribus dispersis, subtus glaucis glabris laevibusque nervis tenuibus creberrimis inter quos 3 validiores percursis, margine tenuissime serrulato-scabris (usque 2″ longis, 8—10‴ latis, superioribus parum brevioribus sed angustioribus); panicula terminali (2—5-pollicari); radiis solitariis geminisve laevibus secundis inferne quam internodii rhachis brevioribus, superne his aequalibus vel longioribus parum inaequalibus (9‴ nunquam superantibus); spiculis pedicellatis alternis cum pedicello linea paulo longioribus; pedicello erecto juxta bracteolam solitariam spiculamve abortivam e pluribus glumis constantem; quod rudimentum pedicello subaequale vel longius; spicula ex ellipsoideo-acuminata; gluma inferiore ovali acuminata viridi uninervia $^1/_3$ spiculae aequante margine infero ciliata, superiore spiculam fere aequante late ovali acuminata tenui trinervia minute puberula margine ciliata; flosculo neutro bivalvi, valvula exteriore interiori simillima parum majore et punctis duobus elevatis lutescentibus notata; flosculo fertili pallido $^1/_2$ paulo longiore acuto laevi nitidulo. Panico frondescenti *Meyer* dicitur affine. Coll. *Wageneri* nr. 58. ♃ In frut.cetis Maiquetiae Columbiae.

p. 65. Post nr. 390. Panicum ramuliflorum adde:

390b. PANICUM TAITENSE. *Steud.* Radice fibrosa; culmo subprolifero-ramoso vel subsimplici (1—2-pedali) striato cum vaginis e tuberculis minutis piloso; foliis linearibus piloso-pubescentibus acutis (3—6″ longis, 1‴ latis); ligula vix ulla; racemis axillaribus vel terminalibus alternis 2—3, raro solitariis; rhachi compresso-angulata pubescente; spiculis subalterno subbinatis, altera subsessili, oblongis acutis glabris linealibus; gluma inferiore nulla, superiore valvulam neutram subaequante et cum hac 3—5-nervia, acuta glabra, flosculum hermaphroditum superantibus. (Etiam ad sectionem Brachiaria referri potest.) *Ed. Jardin* legit in Ins. Taiti.

p. 69. Post nr. 440. Paniculum maculatum adde:

440b. PANICUM OLIGANTHUM. *Schlechtd.* (Linn. XXVI. 137.) Rhizomate horizontali caespitifero; culmis a basi ad apicem vaginis tectis (2—$2^1/_2$-pedalibus); vaginis dense et tenui sulcatis, in sulcis pilis subadpressis vestitis, margine anguste membranaceis et saltem in altero orificii angulo auricula erecta hyalino-albo-membranacea oblonga brevi munitis; foliis linearibus basi obtusis sensim longe acuminatis (7—8″ longis, 3—4‴ latis) rigidis strictis plerumque convolutis sulcato-elevato-striatis glabris in sulcis sparsim pilosis; ligula densa pilorum series; panicula primum vagina summa inclusa dein ad 18″ elongata laxa ampla; radiis inferioribus vario numero verticillatis, usque pedalibus, superioribus denique solitariis, omnibus bis semel ramosis, radiis angulosis pilosis scabris tenuibus rigidis saepe flexuosis ultimis fere capillaribus unispiculatis; spiculis circiter trilinealibus in pedunculo apice incrassato ellipsoideis utrinque attenuatis; gluma exteriore late ovata acuta extus convexa sulcata sub-7-nervia, caeterum glabra, interiore longissima late ovata cuspidato-acuminata evidentius 7-nervia glabra; flosculi neutri valvula exteriore glumis simili parum breviore 7-nervia, interiore angustiore breviore albo hyalina binervia apice breviter bifida; hermaphrodito $1^3/_4$‴ longo laevigato nitidulo ad basin utrinque pilis brevibus albo barbato. Coll. *Wagener* nr. 391. Panico cannaefolio *Rchbch.* in plantis Weigeltianis dicitur affine. ♃ Caracas.

p. 70. Post nr. 446. Panicum longifolium *Torr.* adde:

446b. PANICUM FIRMANDUM. *Steud.* Culmo erecto stricto glabro (ultra pedali); vaginis elongatis striatis glabris (amethystinis); ligula vix ulla, nisi pilorum brevissimorum series; foliis e basi amplexicauli cordatis lanceolatis acutatis (5—6″ longis, 5—7‴ latis) glabris glaucescenti-viridibus, margine scaberrimis, basi (subplicata) pilosis; panicula erecta ramosissima; rhachi communi sulcata glabra; radiis inaequalibus subconfertis inordinatim dispositis (solitariis vel fasciculatis) angulosis flexuosis; radiolis paucifloris ultimis pedicellos formantibus plerumque multo longiores spiculis parvis ($^1/_2$-linealibus) ovatis glabris; gluma inferiore subhyalina ovata obtusa flosculo duplo breviore, superiore et valvula neutra aequalibus 5-nerviis superantibus hermaphroditum laevissimum vel tenuissime longitudinaliter striatum. *M. A. Curtis* misit sub: P. microcarpum *Mhlbrg.* quod Panicum multiflorum *Ell.* sec. *A. Gray* Manual 613; differt vero nostra species: vaginis margine non pilosis, foliis margine non undulatis, radiis paniculae non geminis, sed diffuse ordinatis, gluma superiore et valvula neutra non pilosis. Carolina sptr.

p. 76. Post nr. 511. P. lanatum *Sw.* adde:

511b. PANICUM MALACOTRICHUM. *Steud.* Culmo arundinaceo tereti firmo glabro simplici (pluri-pedali); vaginis striatis margine ciliato-pilosis caeterum glabris; ligula pilorum longorum series; foliis rigido-membranaceis lato-lanceolatis acute acuminatis (5—7″ longis, 4—7‴ latis) tenui-nervosis adpresso molliter pilosis, demum plus minus glabrescentibus; panicula lucida (6—8-pollicari), radiis inferioribus remotioribus sursum magis approximatis solitariis vel 2—3-fasciculatis, plus minus longe nudis, superne racemoso-floriferis simplicibus; spiculis plus minus pedicellatis sublinealibus; gluma inferiore ovata obtusa spiculam dimidiam aequante vel superante, rarius ea breviore, nervosa; superiore et valvula neutra aequalibus sub-5-nerviis vix superantibus hermaphroditum glabrum laevissimum. *Boivin* legit in Ins. Nossibé.

Nervi minores superficiales quandoque sese a lamina folii solvunt et uti setulae vel pili longissimi ($^1/_2$—$1^1/_2$″ longi) persistunt, ita ut si obiter observantur pili genuini videantur.

p. 79. Post nr. 544. Panicum aequinerve adde:

544b. PANICUM FUSCINODE. *Steud.* Culmo basi geniculato plus minus radicante, adscendente subramoso glabro (1—2-pedali); vaginis margine foliisque sparsim e tuberculis minutissimis tenui pilosis; nodis fuscis glabris; ligula membranacea obtusa pilosula; foliis stricte patentibus lanceolatis acuminatis (2—5″ longis, 2—3‴ latis) tenui striatis (nervo medio subtus validiore albido); panicula stricta erecta (2—3-pollicari); radiis inferioribus remotioribus; omnibus rectis contractis, basi nudis, remote radiolosis, radiolis (pedicellis) pauci-(1—3-)floris glabris; spiculis parvis ($^1/_2$-linealibus) suboblique ovatis glabris, glumis parum inaequalibus flosculos subaequantibus vel paulo eos superantibus, cum neutro nervosis acutiusculis; hermaphrodito subcurvato laevissimo submucronulato. *Boivin* legit in Ins. Comoro.

p. 84. Post nr. 624. Panicum laticomum adde:

624b. P. LINOIDES. *Steud.* Culmo basi radicante (flexuoso), adscendente ramoso ($^1/_2$—2-pedali) glabro; vaginis striatis ore pilosis caeterum glabris; ligula vix ulla; foliis amplexicauli-subcordatis oblongo-lanceolatis acutis erectis vel erecto-patentibus glabris (4—6‴ longis, 1—2‴ latis); panicula primum contracta dein laxa patente (vix ultra pollicari); radiis 2—3-nis inferne nudis; radiolis pauci- (2—3-) floris; pedicellis unispiculatis; spiculis parvis vix $^1/_2$-linealibus; glumis nervosis acutis, inferiore basi flosculum amplectente eoque subdimidio breviore,

superiore valvulaque neutra subaequalibus nervosis superantibus hermaphroditum laevissimum. *Boivin* legit in Ins. Comoro.

624c. PANICUM NOSSIBENSE. *Steud.* Culmo prostrato radicante, emittente e geniculis ramos geniculato-erectos simplices (3—5-pollicares) cum vaginis, foliis, paniculae axi et radiis pilosos; vaginis striatis; ligula praeter pilos ad oram vaginae nulla; foliis parvis lanceolatis acutis patulis (4—7''' longis, 1—1½''' latis); panicula e vagina summa subtumidula foliolo minimo (saepe vix lineali) terminata longe pedunculata strictiuscula (vix ultra ½-pollicari); radiis erectis pauci-spiculatis; pedicellis apice subcrateriformi excavatis unispiculatis, spicula oblonga obtusa (½-lineali); gluma inferiore amplectente quam spicula 4-plo breviore, superiore flosculoque neutro aequalibus 3—5-nerviis, superantibus hermaphroditum laevissimum. *Boivin* legit in Ins. Nossibé.

624d. PANICUM MARIAE. *Steud.* Culmo basi geniculato e geniculis radicante ramoso (usque pedali); vaginis striatis margine ciliato-pilosis; ligula nulla; foliis basi cordata amplexicaulibus oblongo- vel lanceolato-ovatis acutis tenui striatis basi longe remote ciliato-pilosis caeterum glabris (6—12''' longis, 3—5''' latis); paniculae lucidae radiis alternis capillaribus paucifloris; spiculis subgibbis ovatis acutis pusillis (vix ½''' longis) pubescentibus; gluma inferiore minuta vel deficiente, superiore et valvula neutra aequalibus exarate 3—5-nerviis flosculum hermaphroditum laevissimum tegentibus. *Boivin* coll. nr. 1620. Prom. Maria Madagasc.

Spiculae radiolorum terminales plerumque uti in sectione Tricholaena pilis longis sericeis undique vestitae occurrunt et cum petiolis phialiformi excavatis transitum in hanc sectionem et levem hujus generis valorem demonstrant.

p. 91. Post nr. 716. Panicum lycopodioides adde:

716b. PANICUM FRAUDULENTUM. *Steud.* Radice valide fibrosa; culmo inferne geniculato tunc erecto (2-pedali) striato glabro laevi; vaginis internodio brevioribus striatis glabris; ligula nulla nisi margo ciliaris; foliis angustis subconvolutis strictis acuminatis (explanatis vix ½''' latis, 3'' longis; radicalibus multo brevioribus); panicula erecta laxa (4—5-pollicari), radiis subbinatis basi nudis radiolisque teretibus laevibus glabris capillaribus in pedicellos solutis; spiculis ¾ linealibus oblongo-ovatis; glumis subaequalibus (subcoerulescentibus) nervosis; flosculo sterili bivalvi 3 andro, valvulis hyalinis, hermaphrodito oblongo acutiusculo laevissimo. *Boivin* legit in Ins. Borbon.

p. 102. Post Hymenachne phalaroides adde:

7b. HYMENACHNE BOIVINIANA. *Steud.* Culmo erecto tereti glabro, inferne subramoso vaginato foliato; vaginis foliisque e papillis deciduo-pilosis; ligula membranacea brevi; foliis lanceolatis nervatis acuminatis margine scaberrimis (4—5'' longis, 4—5''' latis); racemis alternis, inferioribus (per 1'') remotis pollicaribus, superioribus brevioribus approximatis; spiculis subsecundis subpatulis (2''' longis); glumis parum inaequalibus ad carinam praesertim pilosis 5—7-nerviis flosculos subaequantibus; inferiore longe acuminata, superiore acutiuscula; flosculo inferiore neutro membranaceo molliusculo apicem versus margine piloso glumam longiorem aequante eaque latiore, involvente hermaphroditum fere duplo minorem coriaceo-nitidum laevissimum. *Boivin* legit in Ins. Nossibé.

Recedit aliquantulum a caeteris hujus generis speciebus: racemis inferioribus remotioribus alternis apice tantum spicato confluentibus; floribus majoribus; flosculo neutro inprimis majore univalvi; caeterum omnino charactere generico consentiente.

p. 105. Nr. 41 ad Pennisetum fasciculatum adde:

P. variabile *Notar.* testantur specimina autentica.

Post nr. 41. Pennisetum fasciculatum adde:

41b. PENNISETUM TIBERIADIS. *Boiss.* (Diagnos. 13. p. 43,) Perenne caespitosum; radicis fibris robustis duris; culmis robustis simplicibus erectis vel adscendentibus elatis (1½—2-pedalibus) basi vaginatis foliosis superne sub spica striatis scabris; foliis glauco-virentibus duris rigidis anguste linearibus scabris siccis canaliculatis; vaginis non inflatis ore ciliatis, ligula ad cilias reducta; spicis terminalibus longis crassis densis albidis vel rubellis cylindricis; spiculis in involucro solitariis; involucri substipitati setis rubellis, flosculo duplo longioribus, inferne plumosis, intima aliis duplo longiore crassioneque; glumis oblongis hyalinis albis glabris, inferiore subtriplo majore trinervia acuminata, superiore uninervia acuta; flosculo neutro nullo vel ejus loco squamula linearis; flosculi hermaphroditi valvulis vix coriaceis virescentibus aequilongis glumam majorem superantibus oblongis acuminatis, inferiore 5-nervia superionem 3-nerviam involvente; stigmatibus plumosis rufescentibus longe exsertis. Galilea prope Tiberiadem.

p. 109. Post nr. 6. Cenchrus anomoplexis adde:

6b. CENCHRUS TAITENSIS. *Steud.* Culmo erecto basi plus minus ramoso glabro tereti (1—2-pedali); vaginis elongatis laxiusculis vel solutis, superne ad margines et oras plus minus cum ligula brevi pilosis; foliis lanceolatis complicatis vel planis (2—4'' longis, ½—2''' latis) glabris; thyrso interrupte spicato (1—3-pollicari); rhachi flexuosa compressa pubescente; spiculis sessilibus solitariis 1—2-floris; involucellis plurimis inaequalibus, longioribus flosculum superantibus validioribus, brevioribus tenuioribus flosculum aequantibus vel eo brevioribus, omnibus basin versus plumosis apice retrorsum scabris. An C. australis vel anomoplexis *R. Br.* nimis breviter descriptae. *Jardin* legit in Ins. Taiti.

Nr. 9. Cenchrus echinatus adde:

Cenchrus niloticus *Notaris* non differt.

p. 111. Post nr. 4 adde:

4b. ANTEPHORA PERSICA. *Boiss.* (Diagn. 13. p. 44.) Culmis simplicibus basi adscendentibus subgeniculatis dein erectis inferne foliosis superne longe denudatis glabris, vaginis patule hispidis; foliis linearibus plicatis subcoriaceis laevibus glaucescentibus; spica terminali cylindrica elongata; axi valde flexuoso persistente ad fasciculos spicularum tuberculis pilosis obsito; spiculis bifloris 6—7 basi connatis circa spiculam centralem gluma destitutam concentrice dispositis, fasciculos spiculiformes ovatos secus rhachidem dense imbricatos sessiles articulatos deciduos formantibus; gluma exteriore coriacea albida lanceolata breviter acuminata plana multinervia pungenti dorso breviter hirta basi angustata ad peripheriam fasciculi sita; superiore interna multo angustiore brevique hyalina e basi angustissime lanceolata subulata hirsuta; spiculis gluma exteriore brevioribus eique adpressis hyalino-membranaceis, exteriore univalvi oblonga obtusiuscula 5-nervia, superne marginibus longe penicillato-ciliata spiculam interiorem aequilongam e valvulis glabris oblongo-lanceolatis acutiusculis aequilongis subenerviis constantem amplectenti. ♃ *Aucher* legit in Persia austr.

p. 112. Ad Lappogo racemosa adde:

Variat: statura robustiore; vaginis magis inflatis; foliis latioribus, muricibus validioribus aequalibus. Hrbr. un. it. Nubic. nr. 37. L. decipiens *Notaris* Tragus brevicaulis. *Boiss.* Diagn. 13. p. 44.

p. 116. Nr. 27. Arundinella anomala adde:

Variat: statu a majore; foliis longioribus latioribus longe acuminatis (usque 2-pedalibus), et glumis valvulisque ad carinas distincte aculeolato-scabris.

p. 120. Ante genus Bluffia insere:

FENDLERIA. *Steud.* Panicula; glumae duae pellucidae parum inaequales basi subventricosae et

2—3-nerviae, nervis versus medium evanescentibus, apice attenuato-rostratae, rostro ventri glumae subaequali; flosculus neuter univalvis tenuissimus glumis multo angustior et brevior; flosculus hermaphroditus coriaceus undique pilis sericeis ipso longioribus tectus, ovalis; valvula inferior superiorem plane involvens paulo infra apicem brevi setigera, seta flosculum aequans facile decidua; stamina 2—3; antherae oblongo-lineares apice fasciculato-setulosae; ovarium — ?

F. RHYNCHELYTROIDES. *Steud.* Radice fibris validulis, subcaespitifera; culmo brevi (6—8-pollicari) fere toto vaginato; vaginis striatis laevibus, suprema ampliata, margine membranaceo, paniculam basi involvente; foliis convoluto-setaceis culmum superantibus vix scabriusculis; paniculae laxae radiis capillaribus erectis paucifloris, spiculis in radiolis (pedicellis elongatis) solitariis turgide ovatis cum glumis ultra bilinealibus rostratis. An planta dioica? ovarii nempe in unico tantum specimine, quod prostrat, ne vestigium quidem detegitur. *Fendler* coll. nr. 979. N. Mexico.

p. 126. Post nr. 32 insere:

32b. STIPA LEUCOGLUMA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; caespitibus e culmis floriferis et sterilibus compositis, floriferis tenuibus 1—2-pedalibus, sterilibus brevioribus folia aemulantibus; vaginis striatis infra apicem bifidum folia exserentibus; ligula nulla; foliis tereti filiformibus culmum plus minus aequantibus strictis apice subpungentibus retrorsum asperrimis, foliis culmorum sterilium multo minoribus; paniculae simplicissimae radiis solitariis vel (inferioribus) binis paucis, rari-(1—3-)spiculatis; glumis parum inaequalibus hyalinis viridi — 3-nerviis acuminatis subglaberrimis laevissimis (6—7''' longis) duplo superantibus flosculum lineari-oblongum medio glabrum apice coronula minuta pilosa cinctum; arista basi torta, medio geniculata scabra $2^1/_2$—3-pollicari. *R. A. Philippi* pl. Chil. nr. 312. Stipae tenuissimae *Nees* simillima, specifice differre videtur: ligula omnino nulla, panicula laxissima, glumis duplo longioribus hyalinis, arista longiore. Valdivia.

p. 127. Ante nr. 35 adde:

§. 2. Javava. *Ruiz. Pav.* Arista basi vel ex toto plumosa vel pennata. Patria eadem ac §. 1.

p. 131. Post nr. 87. Stipa arabica adde:

87b. STIPA DAMASCENA. *Boiss.* (Diagn. 13. p. 45.) Perennis caespitosa glauca; culmis erectis mediocribus; foliis radicalibus convoluto-filiformibus brevibus rigidis patulo-recurvis undique retrorsum puberulis, caulinis glabris erectis mediocribus; paniculae contractae foliis summis involutae radiis solitariis vel geminatis 1—2-spiculiferis; glumis longe setaceo subulatis subinaequalibus (14—15''' longis), valvula ad $^2/_3$ usque undique adpresse pilosula plus duplo longioribus; arista caduca inferne tortili pilosa, superne plumosa 4—5-pollicari. Damascus.

Nr. 88. Stipa Szowitziana adde synon. Stipa pennatiformis *Notaris* ex specimine autentico. Patriam adde: Arabia, Sinai.

p. 135. Post nr. 30. Aristida glauca, insere:

30b. ARISTIDA LONGISETA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis cum tota planta glaucescentibus glabris (3—4-pollicaribus); vaginis striatis subpilosis; ligula brevissima subpulvinato-pilosa; foliis convoluto-setaceis rigidulis patulis rectis vel curvatis vix scabriusculis (1—$1^1/_2$-pollibaribus); paniculae rarae radiis solitariis vel binis; glumis parum inaequalibus acutis flosculum subaequantibus subbrunneo coloratis; flosculo brevissime stipitato basi glabrescente, sursum scabriusculo 4-lineali; setis pro plantae statura longissimis (bipollicaribus et ultra), intermedia parum breviore. *Fendler* coll. nr. 978. N. Mexico.

30c. ARISTIDA FENDLERIANA. *Steud.* Caespitosa glaucescens; culmis erectis rigidulis simplicibus glabris (pedalibus et ultra); vaginis laevibus ore pilis aliquot tenuissimis minutis; ligula brevissima villosula vel nulla; foliis convoluto-teretibus rigidulis, suberectis vel curvatis retrorsum scabriusculis caeterum glabris; panicula simplicissima racemosa (3—4-pollicari); radiis solitariis usque ternis uni—trifloris; glumis 2 valde inaequalibus acutis pallidis, inferiore duplo breviore, superiore apice bifida aequante vel parum superante flosculum fere 4-linealem basi glabrum sursum glabriusculum, brevi stipitatum, stipite albo-pilosulo; setis scabriusculis, intermedia breviore. Coll. *Fendler* nr. 973. N. Mexico.

p. 139. Post nr. 80. Aristida mauritanica adde:

80b. ARISTIDA QUINQUESETA. *Steud.* Radice valida fibrosa; culmo erecto simplici (ultra pedali) cum tota planta glabro glaucescente; vaginis tenui-striatis nodos glabros plerumque tegentibus; ligula brevissima membranacea, foliis tereti convolutis laevibus curvato-patentibus (usque 7'' longis); panicula contracta ($^1/_2$-pedali) coerulescente; radiis subfasciculatis inaequalibus a basi floriferis; glumis inaequalibus, inferiore paulo breviore flosculo neque torto neque articulato, superiore eum aequante, utraque (sub-4-lineali) apice bidenticulata et nervum carinalem in setulam aristaeformem 1—$1^1/_2$-linealem exserente. *Boivin* legit in Ins. Mauritii.

p. 142. Post nr. 108. Aristida vestita adde:

108b. ARISTIDA CHAETOPHYLLA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis simplicibus cum tota planta glaucescentibus, intermixtis sterilibus, floriferis 3—6-pollicaribus; vaginis striatis glabris; ligula vix ulla nisi pilorum brevium series; foliis tereti complicatis in apicem setaceum terminatis glabris scabriusculis culmum subaequantibus; panicula elongata (3—4-pollicari) contracta; radiis solitariis vel subfasciculatis inaequalibus rectis paucifloris; glumis inaequalibus angustis linearibus apice subbifidis et breviter setuloso-mucronatis, inferiore flosculum parum superante, superiore parum eo breviore; arista basi non torta nec articulata, setis parum inaequalibus patentibus 5—7''' longis scabriusculis. Aristidae congestae nr. 108 forte nimis affinis. *Boivin* legit in Madagascar.

108c. ARISTIDA TENERIFFAE. *Steud.* Radice fibrosa albida villosula caespitifera; culmis rectis vel geniculatis uti vaginae foliaque glaucescentibus; vaginis striatis laevibus glabris internodia superantibus; ligula brevi membranacea obtusa ciliolata; foliis complicato-teretibus curvatis glabris laevibus (2—3'' longis); paniculae contractae laxiusculae ($1^1/_2$—2-pollicaris et ultra, purpurascentis et albidulae), radiis solitariis et fasciculatis paucifloris; glumis angustis linearibus inaequalibus scabriusculis, inferiore quam flosculus subduplo breviore, superiore eum aequante, apice utrisque indistincte denticulatis nec acuminatis; flosculo 2—3-lineali tereti tenui laevi glabro, apice non torto nec cum arista articulato, hujus setis aequalibus 3—4''' longis scabriusculis. *Boivin* coll. nr. 222. Teneriffa.

p. 143. Post nr. 113. Aristida vestita adde:

113b. ARISTIDA SIMILIS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis rectis simplicibus vel ramosis striatulis laevibus (cum panicula $1^1/_2$-pedalibus) uti tota planta glabris; vaginis adpressis internodio brevioribus; ligula margo brevissimus; foliis e basi vix plana angustissima plus minus convolutis rigidulis rectis (2—4-pollicaribus); paniculae angustae rectae (3—4-pollicaris rufescentis) radiis fasciculatis inaequalibus erectis vel erecto-patulis paucispiculatis; spiculis tenuibus parvis; glumis lineari-lanceolatis

acuminatis, inferiore flosculum (2-linealem), aequante superiore parum longiore; flosculo tenui sursum scabriusculo non torto nec cum arista articulato; aristae setis inaequalibus brevibus, media longiore $2^1/_2$-lineali. Aristidae vestitae *Thunb.* quidem similis sed jam glumarum varia constructione facile dignoscenda. *Boivin* coll. nr. 1630. St. Maria Madagasc.

113c. ARISTIDA RUFESCENS. *Steud.* Culmo erecto rigido stricto glabro simplici (cum panicula 1—2-pedali et ultra); vaginis arctis striatis inferioribus hirto-pilosis, superioribus apice pilosis caeterum glabris; ligula pilorum series; foliis inferioribus basi plus minus planis mox cum superioribus canaliculato-convolutis rigidis vel flexuosis acuminatis glabris (4—8-pollicaribus); panicula recta contracta (subpedali, rufescenti-straminea); radiorum fasciculis inaequilongis subalternis erectis striatis; glumis anguste lanceolatis inaequalibus setaceo-acuminatis 2 et 3''' longis, flosculum subaequantibus, hoc tenuissimo apice cum aristae stipite non torto, setis erecto-patentibus parum inaequalibus 7—9''' longis. *Boivin* legit in Ins. Nossibé et Maynote.

p. 144. Post nr. 125. Aristida plumosa adde:

125b. ARISTIDA DECORATA. *Steud.* Caespitosa, culmis basi geniculatis vel rectis (cum panicula pedalibus et ultra) glabris, tantum vaginis infimis pilosis superioribus glabris internodio brevioribus arctis ore pilosulis; ligula pilorum series, nodis glabris, foliis setaceo-convolutis curvatis et flexuosis glaucis (2—3-pollicaribus); panicula elongata (4—6-pollicari); radiis erecto patulis binis vel solitariis inaequalibus 1—4-spiculatis; glumis inaequalibus, inferiore flosculo breviore, superiore eum superante, apice plerumque utraque bifida; stipite aristae 3—4-lineali, seta media ultra bipollicari fere a basi pinnata, pinnulis $1^1/_2$—2''' longis patentibus, setis lateralibus omnino nudis 7—8''' longis tenuissimis facile deciduis. Forsan Aristidae plumosae *Lin.* valde variabilis varietas praesertim plumis aristae longis insignis. A. Forskalii *Notaris* hrbr. et? *Tausch.* *Schimperus* hanc formam non legit. Regio Sinaica.

p. 149. Post nr. 30. Alopecurus utriculatus adde:

30b. ALOPECURUS ANTHOXANTHOIDES. *Boiss.* (Diagn. 13. p. 42.) Glaber; radice fibrosa; culmis tenuibus erectis vel adscendentibus; vaginis striatis, suprema praesertim elongata inflata; ligula truncata tubuloso-convoluta; foliis lanceolatis acuminatis rigidulis; spica terminali ovato-oblonga subdisticha; glumis oblongo-lanceolatis acutis compressis carinato-subulatis albidis viridi-trinerviis carina-hirto-scabridis praeterea basi marginibus et carina ciliatis aequilongis, superiore angustiore; valvula unica glumam aequante ad $^2/_3$ usque utriculiformi lanceolata acuta trinervia glabra, basi arista geniculata spicula subtriplo longiore acuta. Mons Cassius Syriae.

Post nr. 33. Alopecurus vaginatus adde:

33b. ALOPECURUS CASSIUS. *Boiss.* (Diagn. XIII. 41.) Radice perenni; culmis caespitosis basi vix fibroso-vaginatis; vaginis elongatis subdilatatis; ligula ovata denticulata; foliis planis anguste linearibus glaucescentibus glabris, margine scabris, inferioribus expansis, caulinis paucis; panicula spicaeformi terminali oblonga; radiis 4—5-floris; glumis oblongo-lanceolatis aequalibus basi connatis, undique dense hirsutis, apice divergentibus in aristam brevem attenuatis; flosculo glumis parum breviore; valvula superiore glabra trinervia apice oblique truncata obsolete tridentata; superiore breviore anguste lanceolata uninervia; arista ad tertiam partem inferiorem dorsi valvulae inferioris inserta incurva quam flosculus duplo longiore spiculam superante. Mons Cassius Syriae.

p. 151. Post nr. 11. Phleum arenarium adde:

11b. PHLEUM GRAECUM. *Boiss. Heldr.* (*Boiss.* Diagn. 13. p. 42.) Annuum glabrum; radice fibrosa; culmis pluribus erectis (10—14-pollicaribus) foliolis rubellis; foliis viridibus laeviusculis, inferioribus anguste linearibus sub anthesii jam exsiccatis flexuosis, superiorum vagina elongata subdilatata, limbo lanceolato vagina multo breviore; ligula oblonga subglabra culmum involvente; spica e folio supremo remotiuscula cylindrica densa (1—$1^1/_2$'' longa, 3—4''' lata); spiculis compressis; glumis lanceolatis carinato-plicatis superne modice divergenti-incurvis in aristam brevem acuminatis, dorso viridibus, carina a medio sursum longe ciliato-pectinatis, margine late membranaceis et superne brevius tenuiusque sub lente hirtulis; flosculo glumis 6-plo minore (oculo nudo vix conspicuo) glaberrimo; valvula inferiore ovata apice truncata grossule 5-nervia superiorem multo angustiorem obtusam involvente, rudimento flosculi secundi nullo. ⊙ Graecia.

p. 152. Rhizocephalo orientali *Boiss.* adde synonymum: Crypsis pygmaea *Jaub* et *Spach* Ill. pl. or. t. 307.

p. 153. Post Limnas arkansana adde:

3. LIMNAS PILOSA. *Trin.* (Agrostid. II. 29. sub: Sclerachne.) Culmi nodis 5; foliis utrinque pilosis; spiculis $1^1/_2$-linealibus; glumis aequilongis pilosis, rudimento nullo. Caetera praecedentis, cujus forsan mera varietas. Texas.

p. 158. Post nr. 71. Vilfa festiva adde:

71b. VILFA ARABICA. *Boiss.* (Diagn. XIII. p. 47. sub: Sporobolus.) Perrenis caespitosus glaucus; rhizomate incrassato; culmo tenui, e basi geniculata erecto (7—8-pollicari); foliis radicalibus congestis rigidis convolutis brevibus (pollicaribus) pungentibus sed apice sub lente obtusis; caulinis paucis brevissimis; ligula brevis pilorum series; panicula oblongo-pyramidata ($1^1/_2$-pollicari); radiis pedicellisque brevibus; spiculis minimis laevibus glabris; glumis oblongis obtusiusculis, inferiore plus dimidio breviore; valvulis aequilongis glumam inferiorem subsuperantibus, exteriore subtruncata. *Aucher* hrbr. 5425. Mascate Arabiae.

p. 159. Post nr. 79. Vilfa subtilis adde:

79b. VILFA RHIZOMATOSA. *Steud.* Radice in rhizoma lignescens incrassata valide fibrosa; culmo erecto subtereti angulato (2—3-pedali et ultra) cum tota planta glabro; vaginis laxiusculis; ligula margo brevissimus pilosulus; foliis strictis subcomplicatis linearibus (1—$1^1/_2$''' latis, subpedalibus); panicula erecta (pedali), radiis subverticillatis inaequalibus rectis fere a basi subracemoso floriferis; spiculis $^1/_2$—$^3/_4$-linealibus lineari-lanceolatis glabris; glumis tenuibus inaequalibus $^1/_2$—$^2/_3$ brevioribus valvulis oblongis acutis aequalibus viridibus. *Boivin* coll. nr. 1631. Madagascar.

p. 163. Post nr. 4. Agrostis Meyeni adde:

4b. AGROSTIS FLAVIDULA. *Steud.* Glabra; radice fibrosa tenui-subcaespitifera; culmis erectis (5—9-pollicaribus) teretibus; vaginis striatis; ligula exserta hyalina acutiuscula vel truncata; panicula contractiuscula 2—3-pollicari; radiis semiverticillatis erectis strictis basi longe nudis, versus apicem divisis vix asperulis; spiculis parvis (linealibus), stramineo-flavescentibus; glumis subaequalibus ovato lanceolatis acutis obscure carinatis ad carinam subasperulis flosculum duplo superantibus; valvula solitaria apice subtruncata levissime tridenticulata, achenium oblongum laeve involvente. Hrbr. *Lechler* nr. 1225. Sandy Point Magellan.

p. 164. Post nr. 22. Agrostis caespitosa insere:

22b. AGROSTIS COGNATA. *Steud.* Rhizomate subrepente longe fibroso; culmis erectis ($1^1/_2$—3-pedalibus) striatis infra paniculam scabris, vaginisque striatis glabris; ligula exserta hyalina obtusa vel acuta fissa; foliis planis

lineari-lanceolatis acutis undique retrorsum scabris (3—6″ longis, ad summum 1½‴ latis); panicula oblonga composita subflexuosa subnutate diffusa densiflora (2—4-pollicari); radiis capillaribus semiverticillatis fere a basi floriferis scabris; spiculis lanceolatis tenuibus (vix usque 1½-linealibus); glumis subaequalibus violaceo- et viridivariis, carina aculeolato-scabris flosculo plus duplo longioribus; valvula unica apice bifida glabra; arista sub medium dorsi enata geniculata flosculos triplo glumas fere dimidio superante, rudimento nullo. Agrostidi caespitosae *Gaud.* nr. 22 cognata, sed differre videtur: statura majore, arista supra apicem inserta, callo nudo; etiam Agrostidi magellanicae *Lam.* nr. 58 affinis, sed differt nostra: valvula semper solitaria. An hujus var.? Hrbr. *Lechler* nr. 1223. Sandy Point Magellan.

22c. AGROSTIS BRACHYATHERA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis strictis teretibus laevibus glabris (1½—2-pedalibus); vaginis striatis glabris scabris; ligula hyalina oblonga; foliis angustissimis planis acutis scabris (2—3″ longis vix ½‴ latis); panicula contracta stricta (3—5-pollicari); radiis semiverticillatis erectis 4—6 inaequalibus, superioribus paucioribus magis approximatis; omnibus basi plus minus nudis tum divisis in radiolos pauci-spiculatos; spiculis parvis (infra 1‴ longis); glumis parum inaequalibus ovatis acutis carinatis carina asperis flosculo ⅓—½ longioribus; valvula solitaria subtubulosa apice denticulata e dorso aristulata; arista valvulam superante sed glumis breviore ad summum eas aequante. Hrbr. *Lechler* nr. 1236. Sandy Point Magellan.

p. 170. Nr. 96 linea 11 lege „angustum" loco angustifolium.

p. 172. Post nr. 120. Agrostis airaeformis adde:

120b. AGROSTIS LECHLERI. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculato-erectis (1—1½-pedalibus) tenuibus glabris cum tota planta pallide viridibus; vaginis internodia subaequantibus laxiusculis glabris; ligula exserta hyalina apice denticulata vel fissa; foliis lanceolato-linea ibus tenuibus nervoso-striatis acutis margine scabris (2—3″ et ultra longis, vix 1‴ latis); panicula contracta e folio supremo exserta elongata (4—8-pollicari); radiis capillaribus erectis 2—3-natis vix scabriusculis basi nudis in radiolos plerumque simplices divisis, hinc pedicellis elongatis unispiculatis; glumis subaequalibus ovato-lanceolatis cuspidatis apice pellucidis carina asperulis flosculum superantibus; valvulis subaequalibus pellucidis apice asperulis subbifidis, inferiore ex dorso aristata, arista valvulae longitudine glumas parum superante. *Lechler* Hrbr. nr. 410. Valdivia.

120c. AGROSTIS ABERRANS. *Steud.* Radice fibrosa; culmis basi unigeniculatis tunc erectis strictis teretibus glabris; vaginis elongatis striatis tenuissime pubescentibus; ligulae loco ad vaginae os auriculae duae hyalinae ligulaeformes obtusae; foliis angustissimis plus minus convolutis vel subsetaceis culmo pluries brevioribus; paniculae erectae patulae (4—6-pollicaris) radiis verticillatis 4—7, superioribus paucioribus erectis strictis basi longe nudis asperulis et hinc inde interrupte pilosis; radiolis capillaribus paucifloris; spiculis lanceolatis acutis linearibus mox patulis, violaceis; glumis subaequalibus lanceolatis acutis flosculo glabro basi setuloso fere duplo longioribus; valvulis subaequalibus membranaceo subchartaceis acutis glabris (quandoque exteriore abbreviata), utraque mutica vel rarius interiore brevissime vix e flosculo exserte aristulata. Hrbr. *Lechler* nr. 1219. Sandy-Point Magellan.

p. 173. Post nr. 126. adde:

126b. AGROSTIS ASPERIGLUMA. *Steud.* Culmo erecto tereti striatulo glabro (3-pedali); vaginis elongatis apice solutis strictis glabris; foliis planis anguste linearibus (usque 1′ longis, ½—⅘‴ latis) scabris; ligula angusta hyalina elongata in vetustioribus foliis evanescente; panicula subcontracta densiuscula (5″ longa, ½—1″ lata); radiis semiverticillatis inaequalibus subflexuosis basi (per ¼—⅓ longitudinis) nudis radiolisque asperulis; spiculis patulis, vix ultra linealibus; glumis aequalibus ovato-lanceolatis carina et plus minus margine aculeolato-asperrimis flosculum fere duplo superantibus; valvulis 2 subaequilongis vix scabriusculis basi nudis inferiore superiorem involvente, utraque apice integra acuta, superiore infra apicem aristata; arista flosculo parum breviore glumas excedente asperula facillime decidua. *Lechler* Hrbr. nr. 758. Prov. Huiti Chili.

p. 178. Post nr. 7 supra b adde:

7b. MUEHLENBERGIA JAPANICA. *Steud.* Culmo tenui basi geniculato fibroso radicante adscendente basi ramoso vel simplici glabro (cum panicula plus minus pedali); vaginis laevibus brevibus; ligula brevissima vel obsoleta; foliis linearibus acutis subtus nervosis supra scabriusculis (1—1½″ longis, ½—¾‴ latis); paniculae elongatae laxae (3—5-pollicaris) radiis alternis, inferioribus, erecto patulis parum divisis; spiculis ¾ ad summum 1 linealibus; glumis hyalinis flosculo fere duplo brevioribus acutis; valvulis subaequalibus herbaceo-subchartaceis (hinc inde sub lente valida sparsim pilosulis); seta ex apice integro vel minute denticulato-fisso aristata, arista valvula 2—3-plo longiore. Ex Hrbr. Musei Lugd. Bat. Japonia.

p. 184. Post nr. 13 adde:

13b. POLYPOGON HIGEGAWERI. (Hrbr. Mus. Lugd. Bat.) Caule erecto cum nodis glabro (pluri-pedali uti ex abscisso videtur); vaginis elongatis striatis glabris; ligula elongata striata bifida vel laciniato fissa; foliis lanceolatis acuminatis (2—4″ longis, 1½—2‴ latis) scabris; paniculae 4—5-pollicaris radiis distinctis erecto-subpatulis, a basi dense floriferis, supremis tantum confluentibus; spiculis vix linealibus; glumis carina tantum dissite subaculeato pilosis, lateribus glabris, infra apicem denticulatum aristatis, arista ipsarum longitudine; flosculo glumis duplo breviore, arista valvulae inferioris glumas vix aequante. Variat: panicula angustiore et magis contracta, radiis ad apicem usque distinctis, arista valvulae inferioris glumas excedente. An species distincta? Japonia.

13c. POLYPOGON DEMISSUS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis prostratis adscendentibus geniculatis (5—8-pollicaribus) cum nodis glabris; vaginis strictis glabris vel hinc inde rariter pilis adspersis (suprema praesertim), tumidulis; ligula exserta membranacea lata obtusa apice lacero-denticulata; foliis rigidulis patentibus lineari-lanceolatis acutis tenui-striatis margine scabris (uni- raro ultrapollicaribus, ½—¾‴ latis); panicula sublobata contracta (vix ultra pollicari), radiis glabris; glumis dissite piloso-scabris infra apicem acutiusculum aristatis; arista vix glumae longitudine; flosculo glumis duplo breviore, arista inferioris brevissima intra glumas per ⅓ longitudinis inclusa. Ex Hrbo Musei Lugd. Bat. Japonia.

p. 186. Deleatur Sclerachne *Torr.* cum binis speciebus est enim Limnas *Trin.* supra p. 153.

p. 188. Nr. 17. Calamagrostis rubella. *Boiss.* et nr. 19. C. persica *Boiss.* teste ipso autore Diagnos. nr. 13. p. 47 specifice non differunt.

Post nr. 21 adde:

21b. CALAMAGROSTIS PATULA. *Steud.* Culmis caespitosis erectis teretibus validulis glabris (3-pedalibus); vaginis laxiusculis striatis glabris ad oras cum ligula brevissime pilosis; foliis infimis e vaginis dilatatis mox convolutis elongatis cum culmeis culmum fere aequantibus glabris laevibus apice fere setaceis; panicula lucida (3—4-polli-

cari) angusta; radiis binis superioribus solitariis basi nudis laxifloris; spiculis magnis (4''' longis) patulis; glumis tenuibus pellucido pallide stramineis acuminatis flosculum superantibus; flosculo sessili basi pilis longis inaequalibus ipsum subaequantibus obvallato; valvula inferiore uninervia (carina) in aristam ipsius longitudine terminata, interiore tenerrima angustiore hyalina acuminata. Hrbr. *Lechler* nr. 760. Prov. Huito Chili.

p. 192. Post nr. 73 insere:

73b. CALAMAGROSTIS POAEOIDES. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto glabro laevi (1 1/2-pedali) simplici vel ima basi uno alterove sterili foliifero adnato ramoso; vaginis paucis elongatis striatulis laevibus glabris, demum plus minus solutis; ligula ovata obtusa vel sublacera; foliis convolutis rigidulis strictiusculis laevibus glabris (3—5'' longis); panicula contracta subspicata lobata (3'' longa, 3—5''' lata); radiis brevibus paucifloris; spiculis densis (linealibus et ultra) sordide coerulescentibus; glumis 2 subaequalibus ovato-lanceolatis acutiusculis superantibus flosculum completum fasciculis pilorum rigidulorum flosculo 1/3 breviorum cinctum, valvulis subaequalibus, inferiore brevissime infra apicem aristulata, rudimento angusto planiusculo vel nullo. *Lechler* hrbr. nr. 1234. Sandy Point Magellan.

p. 193. Post Genus Calamagrostis insere:

AIRIDIUM. *Steud.* Panicula; spiculae biflorae cum rudimento flosculi tertii; flosculi completi alter sessilis alter pedicellatus utrique a basi pilis flosculos aequantes obvallati; glumae 2 aequales flosculos superantes acutae; valvulae duae, inferior apice breviter 4—5-fida, e basi dorsi aristata, superior angustior integra acuminata; arista recta non torta; stamina 3 oblonga utrinque breviter bifida; stylus bifidus? tenuissimus; caryopsis oblonga glabra; rudimentum, flosculi tertii ad basin flosculi completi sessilis vel pedicellati ad stipitem setuloso-pilosum redactum.

Genus inter Arundinaceas et Avenaceas quasi intermedium a proximo Calamagrostis (Deyeuxia) differt: flosculis 2 semper completis et tertio demum incompleto.

1. A. ELEGANTULUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmis basi geniculatis dein vel omnino erectis teretibus (5—8'' longis) vaginisque striatis glabris, suprema vagina basin paniculae involvente; ligula longe exserta hyalina apice fissa; foliis angustissimis subconvolutis glabris laevibus; paniculae subcontractae (2—4-pollicaris) radiis semiverticillatis 2—4-nis, basi longe nudis, radiolis capillaribus asperulis rectis paucispiculatis; spiculis lanceolatis (1 1/2-linealibus) subpatulis; glumis violaceo et flavescenti albidis carina scabriusculis flosculos duplo superantibus aristis flosculos cum glumis 1/3 excedentibus. Hrbr. *Lechler* nr. 1220. Sandy Point Magellan.

p. 194. Post nr. 6 inseratur:

6b. ARUNDO BOIVINI. *Steud.* Culmo erecto tereti laevi foliato (cum panicula ultra 2-pedali) vaginisque striatis glabris; ligula brevissima pilorum series; foliis angustis linearibus rigidulis glabris laevibus (1/2' longis, 1—3''' latis); panicula longissima (ultra 1' longa, vix 2'' lata) basi et sursum contracta; radiis erectis ramosis glabris, radiolis racemoso floriferis; spiculis sub-5-floris; glumis spicula infima duplo brevioribus acutiusculis muticis; valvula inferiore membranacea apice bifida; arista subreflexa valvulae longitudine, hac undique cum rhachi pilosa. Vix eadem ac Arundo madagascariensis *Kunth.* *Boivin* legit in Madagascar.

p. 195. Nr. 4. loco A. pone P.

p. 200. Nr. 13. Pappophorum persicum *Boiss.* forsan eadem est species ac nr. 20. Pappophorum Aucheri *Jaub. Spach* teste ipso *Boissiero* Diagnos. XIII. p. 43.

p. 208. Post nr. 62 (ante sect. b) insere:

62b. CHLORIS CTENIOIDES. *Steud.* Culmo erecto striato subramoso (bipedali); vaginis laxiusculis striatis plus minus pilosulis internodio brevioribus; ligula brevi ciliata; foliis linearibus acuminatis basi sparsim pilosis (2''' latis, 5—7'' longis); spicis (6) fasciculatis pollicaribus et ultra; spiculis arcte approximatis sessilibus; gluma inferiore lanceolata spicula duplo breviore, superiore ovata obtusa paulo infra apicem horizontaliter setuloso-aristulata (ita ut setae in latere spicae seriatim uti in Ctenii speciebus dispositae sint); flosculis 3; valvulis inferiorlbus mucronatis, carina asperulis, margine subciliatis. Coll. *Boivin* nr. 2287. Madagascar.

p. 213. Post Cynodon notatus nr. 5 insere:

5b. CYNODON LEPTOCHLOIDES. *Steud.* Culmo subcompresso a basi ramosissimo diffuso geniculato ad genicula radicante per pedes 2 et ultra protracto glabro fusco-viridi; vaginis striatis inaequali spatio distantibus glabris; ligula brevissima pilorum series; foliis lanceolatis striatis (1—1 1/2'' longis, 1—2''' latis) glabris margine scabris; spicis fasciculatis vel diffusis pluribus (6—10) racemosis secundis glabris 2—3'' longis; spiculis glabris; glumis patulis persistentibus angustis multo brevioribus flosculo solitario; valvulis subca tilagineis aequalibus glabris. Ambigit inter Digitariam, Leptochloam et Cynodon. *Boivin* coll. nr. 1973. Ins. Nossibé.

p. 218. In Synopsi specierum Airae pone sect. Sectio II. Muticae post §. 4 et ante §. 5.

p. 220. Post nr. 27 adde:

27b. AIRA ELATIOR. *Steud.* Radice valide fibrosa dense caespitifera; culmis erectis subarundinaceis glabris longissime vaginatis glabris laevibus (3-pedalibus et ultra); vaginis striatis glabris; ligula hyalina obtusa integra exserta; foliis angustis planis mox complicatis rigidis strictis glabris laevibus pedalibus et ultra; panicula elongata subcontracta laxa (subpedali); radiis subverticillatis fere capillaribus erectis flaccidulis vix asperulis basi nudis, supra medium divisis laxi- et pauci-spiculiferis; spiculis (bilinealibus) violaceo et subargenteo variis glabris; glumis ovato-lanceolatis flosculos binos parum superantibus; flosculo altero sessili altero pedicellato ut oque cum pedicello pilis sericeis cincto; valvula inferiore ovata obtusa apice denticulata infra apicem aristulata, arista flosculum aequante vel parum superante glumas non excedente. Hrbr. *Lechler* nr. 1222. Sandy Point Magellan.

p. 221. Post nr. 45. Aira pictigluma, adde:

Haec species ob valvulas apice aristulato-bisetosas etiam Danthoniis (uti *Hocstettero* videtur) vel Trisetis adjungi posset; ob flosculos semper tantum binos, valvulas laevissimas coloratas et aristas breves fere apicales rectas (neque complanatas, neque basi tortas) Airis plantulam inter tria genera mediam adnumeravi.

p. 222. Post nr. 46 adde:

46b. AIRA MICRANTHA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo tenui tereti erecto (2-pedali) cum tota planta glabro; vaginis laxiusculis striatulis internodio brevioribus; ligula hyalina exse ta obtusa vel fissa; foliis angustissimis linearilanceolatis asperulis (2—4'' longis, basi 1/2—3/4''' latis) acutatis; panicula 5—6-pollicari contracta; radiis capillaribus semiverticillatis inaequalibus basi nudis in radiolos paucispiculatos divisis; spiculis parvis (3/4-linealibus) patentibus bifloris; glumis subaequalibus viridi et argenteo variis acutis vix apicem versus asperulis, superantibus flosculos basi parce setulosos et hinc inde pilis sparsis obsitos; valvula inferiore brevissime bicuspidata, infra apicem aristata, arista geniculata glumas excedente. *Boivin* legit in Insulis Madagascariensibus.

Post nr. 49 adde:

49b. AIRA VESTITA. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera, culmis sterilibus fertilibusque mixtis, basi vaginis aridis plus minus in fila abeuntibus vestitis; culmo florifero erecto (subpedali); foliis radicalibus subfasciculatis angustissimis subconvolutis culmum dimidium plus minus aequantibus; ligula oblonga; paniculae subcontractae (2-pollicaris) radiis capillaribus laevibus basi nudis sursum 2—3-chotomis; spiculis ex amethystino-argenteo et flavidulo variis; glumis ovatis acutiusculis flosculos vix aequantibus flosculis 2 (rudimentario nullo) subbilinealibus, basi setulis pilosis cinctis; valvula inferiore fere ab ima basi aristata non torta vix flexuosa valvulam dimidio excedente. Airae uliginosae satis similis ejusque forsan varietas. Hrbr. *Lechler* nr. 1193. Sandy Point Magellan.

p. 223. Post nr. 70 adde:

70b. AIRA SPICAEFORMIS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis erectis strictulis simplicibus (4—6-pollicaribus), cum vaginis striatulis laevibus et glabris uti tota planta glaucescentibus; ligula hyalina oblonga acutiuscula exserta; panicula coarctata spicaeformi oblonga vel ovata (1—1½-pollicari); radiis brevissimis paucifloris, spiculis pallide violaceo et viridi variis bifloris; glumis quam flosculi parum brevioribus laevibus glabris; flosculo altero sessili, altero pedicellato, utroque undique glabro; valvula inferiore ovata acuta incomplete 3-nervia, superiore ovata concava fere tota hyalina acuta margine ciliolata. Ob glumas quam valvulae parum breviores paulo a genere recedit. Hrbr. *Lechler* nr. 1068. b. Sandy Point Magellan.

p. 224. Post nr. 88 adde:

88b. AIRA SUPERBIENS. *Steud.* Radice fibrosa caespitiferae; culmis erectis pallide stramineis, apicem versus scaberrimis (1—2-pedalibus) basi geniculatis; vaginis laxiusculis striatis (quandoque amoene purpurascentibus) glabris; ligula exserta hyalina lanceolata acuta; foliis pl nis lineari-lanceolatis (5—10-pollicaribus) scabriusculis plus minus rigidis apice subindurato pungentibus: panicula spicaeformi contracta (3—6-pollicari); radiis 3—5-nis inaequalibus rectis paucispiculatis; glumis ovato-lanceolatis acutis subaequalibus quam flosculi 2—3-ni parum brevioribus, his muticis altero sessili, altero pedicellato; valvula inferiore ovata acuta sublanato-ciliata enervia; superiore angustiore ciliata. Flosculus alter plerumque in speciminibus nostris excrescit in formam viviparam pulchre amethystinam 6—8-linearem, et spiculae ex omni parte perfectae non prostant; hinc genus quodammodo dubium. Accedit ad A. viviparam nr. 60 sed flosculi semper mutici. Hrbr. *Lechler* nr. 1194. Sandy Point Magellan.

p. 226. Post nr. 18. Trisetum agrostoides adde:

18b. TRISETUM NOEANUM. *Boiss.* (Diagn. nr. 13. p. 48.) Annuum pumilum (3—4-pollicare); foliis patule vel retrorsum hirtis; ligula brevi truncata denticulata; panicula e folio supremo brevissime exserta breviter ovato-oblonga (9—10‴ longa) lobata; spiculis confertis breviter pedicellatis nitidis minutis; glumis aureo-rubelloque variegatis aequalibus oblongis acutis subulato acuminatis, carina vix scabriusculis, caeterum laevibus glabris; flosculis binis gluma paulo brevioribus axique glabris; valvula inferiore paulo supra medium dorsum aristata, superne hyalina bidentata, dentibus triangularibus breviter setaceo-mucronatis; arista geniculata basi subtortili glumis duplo longiore; valvula superiore vix breviore bidentata. Ager Byzantinus.

Nr. 21. Trisetum virescens *Nees* ponetur sub sectione b: species Asiaticae.

Post nr. 26. Trisetum villosum insere:

26b. TRISETUM GRACILE. *Parlat.* (Hrbr.) Radice tenuissime fibrosa subcaespitifera; culmo gracili humili (3—6-pollicari) vaginisque striatis glabris; ligula ovata obtusa hyalina; foliis culmeis brevissimis, radicalibus confertis rigidulis angustis striatis glabris laevibus (5—7‴ longis, ⅓‴ latis); panicula contracta pauciflora; spiculis ovalibus patulis 1—5-floris; glumis inaequalibus ovatis acutis, superiore flosculos subaequante; flosculis 4—5, summo tabescente hyalino; axi exserte piloso; valvula inferiore apice biseta dorso aristata, arista geniculata flosculum duplo excedente. Sardinia.

p. 227. Nr. 30. Trisetum danaense *Boiss.* adde: Avena danaensis *Boiss.* l. c.

Post nr. 31 adde:

31b. TRISETUM GLUMACEUM. *Boiss.* (Diagn. nr. 13. p. 49.) Annuum pumilum (4—6-pollicare); culmis pluribus adscendentibus; foliis lineari-setaceis teneris flexuosis vaginisque retrorsum hirtis; ligula brevi truncata fimbriata hirta; panicula basi vagina subdilatata folii supremi involucrata oblongo-spicaeformi densa (1½″ longa); glumis flavidis nitidis lanceolatis acutis aequalibus, superne ad carinam subscabridis caeterum glabris laevibus; axi brevissime piloso; valvula exteriore glabra quam gluma dimidio breviore setis 2 rectis ei subaequilongis terminata, sub medio dorso arista geniculata basi tortili e glumis breviter exserta obsita, valvula superiore anguste lineari setacea paulo breviore; pedicello hirsuto ad basin superiorem unius cujusque flosculi sito. ⊙ Arabia petraea.

31c. TRISETUM MACROCHAETUM. *Boiss.* (l. c. p. 48.) Annuum pumilum; foliis lineari-setaceis glabris vel brevissime ciliatulis; vaginis glabris; ligula brevissima truncata denticulata; panicula breviter oblonga parva erecta pedicellis scabridis; spiculis parvis bifloris nitidis; glumis lanceolatis acuminatis carina scabridulis, superiore paulo breviore dimidioque angustiore; axi adpresse et brevissime hirsuto; flosculis glabris, valvula inferiore glumis subdimidio breviore apice in setas 2 ei aequilongas glumas apice subaequantes abeunte, supra medium dorsum aristata, arista geniculata basi tortili glumis subduplo longiore; valvula superiore quadruplo breviore vix perspicua; pedicello minimo piloso ad basin cujusque flosculi sito. Palaestina.

p. 229. Post nr. 57 adde:

57b. TRISETUM FRAUDULENTUM. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto elatiore (usque tripedali) laevi glabro; vaginis laxiusculis striatis internodio brevioribus; ligula hyalina exserta oblonga fissa; foliis lanceolatis acutis flaccidulis (cum vagina soluta petiolum quasi formante usque 1′ longis, 3‴ latis) striatulis glabris laevibus; spiculis bifloris; glumis valde inaequalibus, inferiore ovata concava acuta, superiore lanceolata plus duplo breviore et angustiore utraque glabra; flosculis binis altero sessili altero pedicellato, pedicello piloso; valvula inferiore apice tenuissime breviter bifido setulosa, infra apicem aristam exserente vix geniculatam subsquarroso-patentem valvula duplo longiorem valvula superiore tenuiore breviore. Hrbr. *Lechler* nr. 1283. Sandy Point Magellan.

Flosculus pedicellatus facile deciduus persistente pedicello pilloso flosculum incompletum et ita Calamagrostidem mentiente.

Post nr. 65 adde:

65b. TRISETUM MALACANTHUM. *Steud.* Radice caespitifera; culmo erecto tereti glabro (1—1½-pedali; vaginis arctis brevibus striatulis; ligula margo brevissimus membranaceus; foliis tereti convolutis retrorsum asperrimis rigidulis apice subpungentibus radicalibus elongatis (7—10″ longis) culmeis multo brevioribus; panicula rara pauciflora (½—1½-pollicari; radiis asperis solitariis 1—3-spiculatis; spiculis ½-pollicaribus patentibus; glumis late lanceolatis 3—5-nerviis superantibus flosculos 3—5, his basi et circum circa pilis ipsos fere aequantibus mollibus obvallatis; valvula inferiore ad medium usque fissa apice

laciniarum in setas ipsam aequantes terminato; arista e sinu laciniarum orta basi torta medio geniculata glumas subaequante. Hrbr. *Lechler* nr. 749. Prov. Huiti Chili.

65c. TRISETUM? ANOMALUM. *Steud.* Radice subrepente fibrosa; culmo simplici erecto tereti glabro vaginato, foliato; vaginis sulcato-striatis internodia aequantibus; ligula subhyalina exserta fissa; foliis anguste-lanceolatis firmis strictis scabriusculis striatis glabris cinerascenti-glaucis, erecto patulis (4—5″ longis, basi 1‴ latis) apicem versus subconvolutis; panicula subcontracta (6-pollicari, basi vagina summa inclusa); radiis subverticillatis erectis scabris basi nudis sursum in radiolos paucispiculatos divisis; spiculis unifloris; glumis subaequalibus acuminatis carina asperis flosculum $^1/_3$ superantibus; flosculo basi unilateraliter piloso; valvula inferiore truncata utrinque apice brevi setulosa, fere e basi aristata, arista geniculata flosculum fere duplo superante; valvula superiore ovata obtusiuscula duplo quam superior breviore. *Boivin* legit in Insulis Madagascariensibus.

Flosculos semper solitarios inveni, nec unquam secundum vel incompletum, hinc cum omnes characteres conveniant novum genus condere non ausi; arista facile decidua et setae valvulae brevissimae faciem Agrostidis praebent.

p. 231. Post nr. 29. Avena bromoides adde:

29b. AVENA AGROPYROIDES. *Boiss.* (Diagn. XIII. p. 50.) Glabra glaucescens; radice fibrosa; culmis erectis (1—1$^1/_2$-pedalibus); vaginis striatis laeviusculis; limbo rigidulo patulo anguste lineari margine scabridulo; ligula elongata acuta glabra; spiculis brevissime pedicellatis solitariis axi strictissimis subtrifloris paniculam spicaeformem angustissimam laxam formantibus; glumis teneris lanceolatis trinerviis superne hyalinis acuminatis inaequalibus, superiore flosculos aequante; axi glabro, callo ad basin flosculorum brevissime piloso; valvula inferiore ad medium usque adpresse brevissime sericea, superne glabra hyalina, apice brevissime bidentata, supra medium aristata, arista geniculata basi torta valvula paulo longiore. Argolis Graecia.

p. 232. Post nr. 40 adde:

40b. AVENA NOTARISII. *Parlat.* (Hrbr.) Radice fibrosa caespitifera; culmo basi residuis vaginarum annotinarum tecto, tereti pallide glaucescente; vaginis elongatis internodio brevioribus ad oras subauriculatis cum ligula brevi pilosis; foliis omnibus subconvolutis angustissimis rigidulis subpungentibus; panicula subcontracta laxa; radiis basi longe nudis binis vel ternis, supremis solitariis 2—4-spiculatis; spiculis patulis subtrifloris subamethystino et flavido-albido variegatis; glumis ovato-oblongis acutiusculis, inferiore parum breviore, superiore flosculos subaequante; inferiore ex dorso aristata (sub lente valida) subpuncticulato-asperula, obsolete 5-nervia, apice hyalina obtusiuscule vel e-dentata; arista vix geniculata flosculos 1—2-plo superante; flosculo tertio tabescente ad valvulam hyalinam muticam uninerviam et altero margine ciliatam redacto; flosculorum axi piloso. Ad specimen *Notarisii* lectum in alpib. Liguria.

Post nr. 45 insere:

45b. AVENA HUGENINII. *Notaris* (Hrbr.) Radice fibrosa; culmo erecto simplici foliato glabro; vaginis striatis glabris internodia subaequantibus; ligula brevi membranacea; foliis planis linearibus acutis glabris vix scabriusculis; panicula simplici subcontracta; radiis solitariis et binis erecto-patulis paucispiculatis; spiculis parum patulis nitentibus variegatis bifloris sine vestigio flosculi tertii; glumis inaequalibus, inferiore ovato-lanceolata basi purpurascente sursum albida acuta trinervia flosculum superante, inferiore simili breviore et angustiore; valvula inferiore ad medium purpurascente sursum albida apice distincte bifida (vel raro integra); arista dorsali geniculata valvulam fere duplo superante. Forsam Avenae lucidae *Bertol.* var. Mons Cenisius.

p. 235. Post nr. 72 insere:

72b. AVENA CARMELI. *Boiss.* (Diagn. XIII. p. 50.) Culmo erecto glabro (1$^1/_2$-pedali); vaginis inferioribus retrorsum hispidis, superioribus glabris; ligula brevissima fimbriata; foliis planis anguste linearibus flexuosis utrinque scabris (caulinis 4—5″ longis, 1$^1/_2$‴ latis); panicula contracta spicaeformi simplici erecta (sub tripollicari); spiculis geminatim dispositis pedicellis strictis crassis striatis, altero brevissimo, altero spicula triplo breviore suffultis subtrifloris; glumis lanceolato-linearibus breviter acuminatis rigidis, inferiore 3- superiore longiore argute 5-nervia; axi glaberrimo in articulos cum flosculis facillime fragili; flosculis glaberrimis; valvula inferiore lanceolato-lineari, coriacea viridi 7-nervia, ad nervos subscabrida apice albo-membranacea breviter et acute bidentata, dorso superne ad quartam longitudinis partem arista basi tortili recta quam valvula paulo longiore aucta; valvula superiore paulo breviore membranacea lineari obtusa, superne margine remote ciliata. In monte Carmel Palaestina.

Post nr. 73 adde:

73b. AVENA PALAESTINA. *Boiss.* (l. c. p. 51. sub: Arrhenatherum.) Radice fibrosa ad collum tubera globosa superposita ferente; culmo 2—3-pedali erecto; ligula breviter ovata lacera; foliis planis linearibus glabris; panicula elongata composita anguste pyramidata (7—9-pollicari); radiis elongatis flexuosis nutantibus; glumis stramineis glabris dorso scabridis; inferiore breviore et angustiore; flosculis binis basi hirsutis, inferiore sessili paulo supra basin aristato hirtulo marginibus ciliato; arista inferne tortili ipso flosculo 2$^1/_2$-plo longiore; flosculo superiore infra apicem arista brevi instructo toto ad aristae insertionem usque adpresse et longe hirsuto. Palaestina.

p. 238. Ante Loudetia insere:

RYTIDOSPERMA. *Steud.* Panicula; spiculae biflorae; glumae subaequales membranaceae subcarinatae muticae flosculos superantes; flosculi duo, alter sessilis, alter pedicellatus quandoque incompletus; valvulae duae, inferior major subcoriaceo-membranacea concava obscure nervata basi et apicem versus fasciculis pilorum obsessa, medio glabra, apice bifida, laciniis in setas breves terminatis, ex sinu laciniarum aristata; arista planiuscula subtorta; valvula superior tenuior hyalina acuta; stamina? stigma? caryopsis cylindrica utrinque obtusa undique profunde rugulosa.

1. R. LECHLERI. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis geniculatis erectis teretibus glabris (ultra pedalibus); vaginis striatis glabris, junioribus ad oras inferiores barbatis, rarius glabris; ligula brevis pilorum series, vel nulla; panicula contracta laxiuscula (1—1$^1/_2$-pollicari); radiis basi plus minus nudis paucispiculatis; spiculis 3‴ longis bifloris; reliqua generis. Achenium in speciminibus uppetentibus apice pilis partim glandulosis dense (an morbose?) obsitum. *Lechler* Hrbr. nr. 782. Cordilleras de Ranco Chili.

p. 250. Post nr. 10 adde:

10b. POA PSYCHROPHILA. *Boiss.* (l. c. 57.) Perennis glabra pallide virens; radice stolones numerosos saepe elongatos ferente; foliis inferioribus rigidulis erecto-patulis siccitate margine subconvolutis lanceolatis acuminatis, caulinorum superiorum vagina limbo multo longiore; ligula brevissima rotundata; panicula valde contracta oblongo-lineari; pedunculis scabridis strictis inferioribus geminis; spiculis virenti-rubellis subtrifloris ovatis; glumis lanceolatis

acutis, superiore carina scabrida; flosculis obsolete nervosis, dorso margineque dense pubescentibus, basi parce lana brevi connexis. *Heldr.* pl. Anatol. 1846. An Poae cenisiae *All.* var.? Graecia.

p. 251. Post nr. 28 adde:

28b. POA ATTICA. *Boiss.* (l. c.) Perennis glabra; radice repente; culmis basi compressis geniculatis dein erectis teretibus laevibus (2-pedalibus); vaginis omnibus glabris supremis folio longioribus; ligulis omnibus truncatis brevissimis marginiformibus; foliis planis lineari-lanceolatis laevibus; panicula erecta oblonga; radiis erectis strictiusculis scabris, inferioribus ternis valde inaequalibus; spiculis 4—5-floris ovatis virentibus rubello-variegatis; flosculis basi et ad carinam inferne lana parca protrahenda obsitis, caeterum ad margines et nervos 5 prominulos glaberrimis lente puncticulatis acutis anguste superne albo-marginatis. ♃ *Heldr.* pl. Graec. 1846. Graecia.

p. 255. Nr. 81. Poae persicae *Trin.* adde synonymum: Poa pamphylica *Boiss.* in *Heldr.* pl. anatol. 1846. teste ipso *Boissero* Diagnos. XIII. p. 58.

p. 256. Post nr. 90 insere:

90b. POA STRICTULA. *Steud.* Radice fibrosa tenui; culmo erecto stricto angulato glabro laevi vel apicem versus vix scabriusculo ($1\frac{1}{2}$-pedali), infra vix ad medium usque foliato; vaginis strictulis glabris; ligula oblonga obtusa hyalina (lineali et ultra); foliis 2—3 angustis linearibus ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$″ longis, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$‴ latis); paniculae angustae laxae (3-pollicaris) rhachi et radiis angulatis scabriusculis; his remotis brevibus 2—4-nis basi brevi nudis; spiculis 3—5-floris; glumis parum inaequalibus flosculum infimum subaequantibus vel superantibus; flosculis basi parce pilosis, summo tabescente; valvula inferiore obtuse 3—5-nervia (sub lente valida), puberula scabriuscula, apice acutiusculo integro albidula. Poae acroleucae *Steud.* nr. 93 et Poae sphondilodi *Trin.* nr. 90 affinis. Japonia.

Post nr. 94 insere:

94b. POA FAMILIARIS. *Steud.* Radice tenui fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis erectis (non flaccidis) cum vaginis foliisque glabris; ligula membranacea apice hyalina obtusa; foliis tenuibus flaccidulis lineari-lanceolatis acuminatis (3—5″ longis, $\frac{1}{3}$—$\frac{3}{4}$‴ latis); paniculae 3—5-pollicaris) lucidae radiis 4—5 capillaribus remotis longe nudis, supra medium radiolosis; spiculis laxis 3—5- rarius 7-floris, flosculis distinctis patentibus, basi sparsim pilosis; valvulis apice breve hyalinis, ad latera adpresse tenui-puberulis. Japonia.

p. 258. Post nr. 119 adde:

119b. POA PHILIPPII. *Steud.* Radice subrepente fibrosa caespitifera; culmo erecto stricto firmulo tereti basi scabro sursum glabro (bipedali et ultra); vaginis striatis radicalibus et culmeis inferioribus abbreviatis, culmea superiore solitaria longissima (8-pollicari, dilute amethystina) scabra; ligula vix ulla; foliis angustissimis fere setaceo-convolutis rigidulis (4—8-pollicaribus); panicula contracta lobata, radiis inferioribus subverticillatis inaequalibus brevibus basi plus minus nudis vel sursum in spicam continuam coarctatis; spiculis ovatis (pallide amethystino et albidulo variis) 5—7-floris; glumis quam flosculi infimi brevioribus; valvulis inferioribus basi margineque intricato pilosis, pilis e flosculis basi ad medium usque exsertis. Hrbr. *Philippi* nr. 360. S. Juan Chili.

119c. POA OLIGERIA. *Steud.* Radice tenui fibrosa caespitifera; culmo erecto tereti firmulo stricto (ultra pedali) undique cum vaginis foliisque laevibus glabris; foliis linearibus planis brevi acutis vel superioribus abbreviatis obtusiusculis ($\frac{1}{2}$—3″ longis, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$‴ latis); ligula hyalina ovata obtusa; panicula laxiuscula ovato oblonga (2—3″ longa, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$‴ lata); radiis semiverticillatis 4—5-nis, in minoribus 2—3-nis vel solitariis teretiusculis laevibus plus minus longe nudis; apice divisis, pauci-spiculatis; spiculis (pallide ex amethystino et apice ex luteo-albido variis) ovatis vel oblongis 3—5-floris; glumis flosculos inferiores aequantibus vel superantibus; valvulis inferioribus margine et carina breviter lanuginoso pilosis. Hrbr. *Lechler* nr. 1192. Praecedentibus nr. 116—119 omnibus affinis sed vix cum ulla earum jungenda species. Sandy Point Magellan.

p. 260. Post nr. 146 adde:

146b. POA DACTYLIFORMIS. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmo erecto toto vaginato glabro (7—10-pollicari); vaginis laxiusculis striatis scabris, summa paniculae basin involvente; ligula hyalina ovata obtusa vel apiculata; foliis planis vel complicatis, lanceolatis scabris (3—6″ longis, $\frac{1}{2}$—1‴ latis); panicula simplici 3—4-pollicari; radiis binis vel solitariis alternis racemos densissimos formantibus ($\frac{1}{2}$pollicaribus) supremis confluentibus; spiculis oblongis brevissime pedicellatis trifloris; glumis flosculo infimo brevioribus carina asperis cum valvula breviore simili plus minus pilosa vel quandoque glabra. Hrbr. *Lechler* nr. 1151. Sandy Point Magellania.

Post nr. 153 adde:

153b. POA ROBUSTA. *Steud.* Radice descendente valide fibrosa substolonifera vel simpliciter culmifera; culmo erecto rigido ($\frac{1}{2}$—1-pedali) cum tota planta glaucescente, basi (plerumque) vaginis et foliis emortuis aridis plus minus obvallato; vaginis subdilatatis laxis subdistiche foliiferiis; ligula brevi membranacea subhyalina obtusa ciliolata; foliis validis erecto-patentibus basi planis valde striatis apicem versus canaliculatis et denique convolutis in mucronem brevem pungentem terminatis (2—4″ longis, basi 1—3‴ latis); panicula spicae-formi contracta (2—$2\frac{1}{2}$-pollicari), radiis inaequalibus basi nudis, apice divisis conferto-spiculiferis, sursum confluentibus; spiculis (viridi-glaucis plus minus pallide amethystino afflatis) 2—4-floris, basi nudis; glumis subaequalibus ovato-lanceolatis praeter nervum carinalem enerviis vel basi ad medium usque utrinque uninerviis laevibus quam flosculi brevioribus; valvula inferiore glumis simili, superiore parum angustiore carina margineque ciliolata. Praecedenti P. rigidifoliae quidem similis sed facile distinguenda. Hrbr. *Lechler* nr. 1191. In paludosis maritimis Sandy Point Magellan.

p. 266. Nr. 40 lin. 7 loco: pollicari lege pedali.

Post nr. 40 insere:

40b. ERAGROSTIS MULTICAULIS. *Steud.* Radice fibrosa tenui caespitifera; culmis pluribus e basi geniculata adscendentibus inaequalibus (3—12-pollicaribus) cum nodis vaginis (striatis) foliisque glabris; ligula vix ulla nisi pilorum brevissimorum series, vel vaginae margo inflexus; foliis erecto-patentibus anguste linearibus acuminatis (1—3″ longis, $\frac{1}{2}$ raro 1‴ latis) tenuissime striatulis laevibus; panicula ovata vel oblonga, radiis 2—4 oppositis vel verticillatis summis solitariis, primum erectis fructiferis patentibus, basi nudis supra basin radiolosis, radiolis et pedicellis capillaribus 5—10-floris (in junioribus vel macris quandoque 2—3-floris); glumis hyalinis flosculo infimo brevioribus; valvulis subpellucidis 3—5-nerviis acutis; achenio obovato brunneo-luteo laevi. An Eragrostis japonica *Thunb.* nr. 40 an E. tenellula *R. Br.* nr. 224 var.? certe: Glyceria airoides *Steud.* p. 287. nr. 35 quae delenda. Japonia.

p. 271. Post nr. 110 insere:

110b. ERAGROSTIS BOIVINI. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto simplici (1—3-pedali) tereti striatulo glabro; vaginis internodio brevioribus arctis, infimis ex toto vel cum superioribus ad oras uti ligula membranacea pilosis; foliis angustissimis plus minus convolutis subsetaceo-acuminatis (3—7‴ longis) laevibus glabris; paniculae contractae (3—

4″ longae, 1″ latae) radiis solitariis alternis erectis basi nudis, iterum paniculato-divisis; spiculis linearibus rectis multi—20—40-floris ($^1/_2$—1″ longis); flosculis arcte imbricatis; valvula inferiore trinervia (brunnea, nervis viridescentibus demum pallidis) concava ad carinam asperula, superiore multo minore ciliata. Eragrostidi Chapellieri *Nees* forsan nimis affinis, differt praecipue: spicis densius ag regatis, spiculis numerosioribus. *Boivin* coll. nr. 2295. Madagasc.

p. 285. Post nr. 10 adde:

10b. GLYCERIA ISCHYRONEURA. *Steud.* Culmo erecto geniculato cum vaginis striatis foliisque glabro; ligula membranacea obtusa brevi; foliis lineari-lanceolatis acutis scabris; paniculae erectae laxae (3—6-pollicaris) radiis erecto-patulis subverticillatis 3—4-nis basi longe nudis plus minus flexis; spiculis 5—7-floris; glumis inaequalibus flosculo infimo brevioribus hyalinis praeter carinam enerviis; flosculis distinctis remotiusculis sublinearibus; valvulis elevato 5—7-nerviis apice subdenticulatis, nervis scabriusculis. Japon.

p. 287. Deleatur nr. 35. Glyceria airoides *Steud.* est enim: Eragrostis multicaulis *Steud.*

p. 288. Nr. 4. Melica persica. *Kunth* adde: cfr. nr. 11. M. Kotschyi *Hochst.* quae teste *Boissiero* Diagnos. nr. 13. p. 55. probabiliter vera est M. persica *Kunthii.*

Post nr. 6 adde:

6b. MELICA PANNOSA. *Boiss.* (l. c.) Caespitosa; culmis pumilis ($^1/_2$-pedalibus vel paulo longioribus), basi geniculatis dein erectis foliosis adpresse velutinis; foliis omnibus ad vaginas et limbum densissime et brevissime tomentosis argyreo-sericeis; limbo patenti plano lanceolato attenuato-acuminato; ligula marginiformi brevissima; spicis oblongo-cylindricis, terminalibus densis; spiculis subsessilibus ($3^1/_2$‴ longis); glumis membranaceis stramineo-rubellis acutis glabris, inferiore ovato-oblonga triplo quam superior lanceolata breviore; flosculi hermaphroditi valvula inferiore pilis albis glumam aequantibus undique dense hirsuta, superiore paulo breviore angustiore obtusa margine ciliatula; flosculis neutris binis pedicellatis imbricatis apice truncatis valde scabrido-aculeatis, interiore multo breviore. Palaestina.

p. 289. Nr. 10. Melicae glaucescenti *Steud.* adde synonymum: Melica sinaica *Notaris* hrbr.

Post nr. 7 adde:

7b. MELICA CRETICA. *Boiss.* (Diagn. 13. p. 54.) Caespitosa; culmis nanis (3—4″ longis) parce foliosis glabris laevibus; foliis rigidulis brevibus convolutis filiformibus extus laevibus intus brevissime sub lente hirtellis; ligula truncata sublacera glabra; panicula spicaeformi simplici oblonga laxiuscula; pedicellis strictis scabridulis spicula ($2^1/_2$‴ longa) subbrevioribus; glumis membranaceis flavidis rubellisve ovato-oblongis acutis laeviusculis, inferiore paulo breviore latioreque; valvula inferiore flosculi hermaphroditi oblongo-lanceolata acuta margine pilis albidis ejus diametro longioribus spiculam superantibus dense ciliata, dorso scabrida; superiore breviore ad margines ciliatula; flosculis neutris binis corpusculum oblongum laeve pedicello aequilongo suffultum flosculo fertili brevius formantibus. Creta. Syria.

Post nr. 11 adde:

11b. MELICA ELIGULATA. *Boiss.* (l. c. 56.) Caulibus adscendentibus (pedalibus) foliisque densissime et adpresse tomentellis subscabridis; limbo plano lanceolato erecto-patulo longe attenuato subulato; ligula prorsus nulla; panicula spiciformi (2—3-pollicari, minime pedali uti in *Boiss.*) cylindrica subcomposita densa, pedunculis pedicellisque strictissimis, hisce spicula multo brevioribus; glumis membranceis pallide stramineis acutis, inferiore ovata, superiore triplo longiore lanceolata; valvula inferiore flosculi hermaphroditi dorso undique pilis niveis glumam superantibus dense hirsuta, superiore breviore lineari obtusa margine retrorsum ciliatula; flosculo neutro pedicellato lineari-cylindrico laeviusculo. M. Kotschyi var. *Hhnckr.* in Hrbro Persiae bor. nr. 718. Persia bor.

Post nr. 15 adde:

15b. MELICA HOHENACKERI. *Boiss.* (Diagn. 13. p. 54.) Culmis adscendentibus elatis (1—$1^1/_2$-pedalibus) glabris foliosis; vaginis foliorum inferiorum pilis longis mollibus deflexis hispidis, 1—2 superiorum glabris, limbo omnium rigido lineari siccitate convoluto glabro scabriusculo; ligula brevi fimbriato-lacera; panicula spicaeformi composita laxa anguste interrupta; pedunculis pedicellisque strictis laeviusculis; glumis pallide rubellis lanceolatis acutis laeviusculis carina subscabridis flosculos superantibus, superiore paulo breviore; valvula inferiore flosculi hermaphroditi lanceolata acuta dorso undique pilis longis spiculam aequantibus hirsuta, interiore paulo breviore lineari apice rotundata margine scabridula; flosculo neutro unico longe pedicellato anguste oblongo-lineari laevissimo. M. persica *Hhnckr.* En. pl. Talusch et Hrbr. un. it. 1836. ♃ Caucasia.

p. 291. Post nr. 46 adde:

46b. MELICA RECTIFLORA. *Boiss.* (l. c. 56.) Glaberrima caespitosa; caudiculis erectis ramosis nigricanti-rubellis; culmis erectis (8—12-pollicaribus) foliosis; foliis planis lanceolato-linearibus erectis strictis apice attenuatis, praeter marginem remote et obsolete scabridulum laevibus; ligula marginiformi vix perspicua in dentem ovatum oppositifolium culmum amplectentem producta; panicula in spicam erectam anguste linearem laxam contracta; pedunculis pedicellisque strictissimis laevibus, hisce spicula brevioribus saepe subnullis; glumis pallide stramineis oblongo-linearibus acutiusculis vix inaequalibus flosculos aequantibus; flosculo fertili unico; valvula inferiore glabra elliptico-lineari obtusiuscula sulcoso-nervosa coriacea, interiore elliptico-lineari vel elliptica obtusa subcoriacea ad nervos 2 carinantes superne ciliolata; flosculo neutro longe pedicellato ovato-pyriformi truncato fertili vix breviore. Creta.

p. 294. Post nr. 29 adde:

29b. KOELERIA SINAICA. *Boiss.* (l. c. p. 53.) Annua; culmis pumilis (3-pollicaribus) foliosis e basi geniculata erectis; foliis teneris striatis sparsim deflexo hirtis, ligula brevi hirsuta; spica oblonga laxiuscula inferne saepe lobata ramosa; glumis quam flosculi paulo brevioribus lanceolatis acutis aequilongis, inferiore villosa sublatiore, superiore carina tantum ciliata vel glabrescente; flosculis glaberrimis; valvula inferiore oblongo-lanceolata acuta subintegra, superne ad quartam partem longitudinis dorso arista recta et aequilonga aucta; valvula inferiore multo breviore hyalina apice bifida. Regio sinaica.

p. 297. Post nr. 4 adde:

4b. DACTYLIS RIGIDA. *Boiss.* (l. c. p. 60.) Caespitosa glabra; radice fibrosa culmorum foliorumque basi vaginis membranaceis pellucidis tunicata; culmis rigidis $^1/_2$-pedalibus vel brevioribus; foliis fere omnibus radicalibus limbo expanso anguste lineari canaliculato-plicato anguste albo-marginato utrinque laevi; ligula oblonga acuta; foliis culmeis paucis, vagina angusta longissima, limbo brevissimo stricto; panicula in spicam anguste linearem brevem strictissimam densam basi aliquando subinteruptam valde contracta (7—10‴ longa); spiculis sessilibus trifloris; glumis oblongo-linearibus praeter carinam superne obsolete ciliatulam glabris 5-nerviis apice obtusis subtruncatis, dorso excurrente brevissime mucronulatis; valvula superiore

aequilonga lanceolato-lineari carinato-plicata, ad carinam scabridula. Mons Ida Graeciae.

p. 298. Nr. 19. Dactylis pungens adde synonymum Ammochloa pungens *Boiss.* Diagn. XIII. p. 51 et:

Character generis Ammochloa: Spiculae 11—13-florae compressae dense distichae plures ad culmorum apicem in capitula basi glumis involucrata congestae; glumae binae flosculis breviores ovato-oblongae subinaequales acutae valde inaequaliter carinato-plicatae, carina late alatae uninerviae, marginibus et carina membranaceae ad medium subcoriaceae; flosculi a basi turgida attenuati acuti oblongi vel lanceolati; valvula inferior ovato-oblonga coriacea 5-nervia concavo-plicata, dorso teres inter nervos sulculosa, apice in cuspidem subpungentem attenuata, margine membrana hyalina sub cuspide superne abrupte desinente marginata; valvula superior hyalina paulo brevior multoque angustior lineari-lanceolata binervia ad nervos carinato-subplicata ciliatula apice truncata; ovarium ovatum glabrum; styli 2 apicales in stigmata elongata denticulato-pilosa sub apice flosculi egredientia attenuata; antherae lineales bifidae.

19b. DACTYLIS PALAESTINA. *Boiss.* (l. c. sub: Ammochloa.) Culmis brevissimis ($1\frac{1}{2}$-pollicaribus) subincrassatis inanibus cum tota planta glabris; ligula brevissima, foliorum omnium limbo elongato flexuoso anguste lineari apice attenuato culmos superante; valvula inferiore (sub lente) scabridula in cuspidem brevissimum rectum attenuata, marginibus sub apice obsolete membranacea. Palaestina.

Post nr. 21 adde:

21b. DACTYLIS BOMBYCINA. *Notaris.* (Hrbr. sub: Aeluropus.) Culmi ramis erectis glabris basi (praesertim) foliatis; vaginis striatis arctis vix apice pilosis; ligula pilorum series; foliis rigidis patentibus canaliculatis pungentibus (4—6‴ longis) glabris; panicula densissime conglomerata irregulariter ovato-capitata; spiculis ovatis compressis 5—7-floris; glumis ovatis acutis multinerviis glabriusculis; valvulis inferioribus densissime villosis ovatis mucronulatis, superioribus obtusis apice minute denticulatis. In regione Sinaica.

p. 300. Post Lophatherum japonicum adde:

3b. LOPHATHERUM PILOSULUM. *Steud.* Paniculae simplicissimae racemis alternis remotioribus semper solitariis pauci- (6—8-) spiculatis patentibus (3-linealibus); glumis 5—7-nerviis sparsim praesertim ad carinas nervos et apice pilosis obtusis. Sec. specimen mutilatum Hrbi. Mus. Lugd. Bat. Japon.

p. 302. Post nr. 15 adde:

15b. FESTUCA PHILISTAEA. *Boiss.* (Diagn. XIII. p. 61 sub: Sclerochloa.) Glabra annua; radice fibrosa; culmis pluribus basi geniculatis dein erectis laevibus rubellis ($\frac{1}{2}$-pedalibus); foliis laevibus anguste linearibus, apice setaceo-acuminatis siccitate subconvolutis, radicalibus numerosioribus, culmeis paucis limbo brevi strictiusculo; ligula oblonga acuta fimbriata; panicula ovato-oblonga, radiis 3—5-spiculatis erecto-patulis, spiculis brevioribus pedicellisque tandem deflexis acute angulatis laevibus; spiculis pallide rubellis compressis eximie distichis oblongis 10—13-floris basi saepe attenuatis; glumis parvis lanceolatis acutis, acute carinatis flore proximo brevioribus; axi parce hirsuto non fragili; flosculis oblongo-linearibus; valvula inferiore subcoriacea trinervia basi obtuse superne acute carinata glabra vel inferne parce et brevissime membranacea rotundata, carina vel mutica vel in mucronulum apice non longius (lente vix perspicuum) sub apice abeunte; valvula superiore breviore oblongo-lineari bicarinata ad carinas scabridula. Palaestina.

15c. FESTUCA NANA. (*Steud.*) Annua glabra; culmis numerosis pumilis (3—4- rarius 5—7-pollicaribus), exterioribus basi geniculatis, omnibus foliosis longitudine inaequalibus scabridis; foliis inferioribus paucis lineari-setaceis, caulinorum vaginis dilatatis striatis laevibus elongatis, limbo lanceolato apice subulato, folii supremi paniculam saepe aequante; ligula oblongo-lanceolata acuta lacera; panicula oblonga ($1\frac{1}{2}$—2-pollicari), radiis brevibus angulatis scabridis divaricatim ramulosis ad spicularum ortum infracto-flexuosis; spiculis sessilibus super ramulum angulo recto patentibus angustissime linearibus (3—4‴ longis); glumis inaequalibus anguste lineari-lanceolatis obtusiusculis acute carinatis, flosculo inferiore fere dimidio brevioribus; axi elongato; flosculis strictis invicem plus eorum longitudine media distantibus linearibus; valvula inferiore lineari nervis tribus validis percursa subcoriacea, virente margine et apice brevissime albo-membranacea carinata obtusiuscula, ad nervum superne scabrida; superiore aequilonga lineari obtusa ad nervos 2 scabrida. Sclerochloa pumila *Boiss.* l. c. Arabia petr. Alexandr.

p. 304. Post nr. 28 adde:

28b. FESTUCA PATENS. *Boiss.* (l. c. sub: Vulpia.) Annua glabra; culmis tenuibus pumilis (vix $\frac{1}{2}$-pedalibus) basi geniculatis parce foliosis laevibus; vaginis angustis; ligula brevissima ovata acuta; foliis convoluto-setaceis flexuosis; panicula erecta simplici vel basi ramosa oblonga ($1-1\frac{1}{2}$-pollicari); spiculis brevissime pedicellatis (fere 2‴ longis) rhachidi crassiusculae rigidae acute angulatae distiche et angulo recto insidentibus patentibus subsessilibus oblongis 5—7-floris; gluma inferiore minima triangulari squamaeformi, superiore lanceolata quadruplo majore flosculi infimi partem quartam aequante utrinque glabra; flosculis glabris linearibus in mucronem brevem attenuatis. Arabia petraea.

p. 312. Post nr. 152 adde:

152b. FESTUCA LECHLERIANA. *Steud.* Radice subrepente longe fibrosa; culmis pluribus floriferis et sterilibus brevioribus mixtis, utrisque foliatis, illis erectis strictis teretibus rigidulis puberulis (1—2-pedalibus) fere totis vaginis tectis; vaginis infimis abbreviatis efoliatis in laminulam brevem striatam obtusiusculam terminatis; ligula membranacea brevissima et apice brevissime ciliolata; foliis angustis canaliculatis vel convolutis rigidis acutis sulcato-striatis laevibus glabris vel intus puberulis; panicula 3—4-pollicari; radiis solitariis alternis laevibus glabris basi nudis superne paniculato-divisis, radiolis paucispiculatis; spiculis 5—7-floris violaceis glabris; flosculis laxis brevi pedicellatis; glumis lanceolatis acutis inaequalibus nervosis flosculo infimo brevioribus; valvula inferiore rigidula obscure 7-nervia laeviuscula vel ad carinam vix scabriuscula, infra apicem brevissime mucronulata amplectente inferiorem aequilongam pellucido-albidam margine apicem versus ciliatam. Hrbr. *Lechler* nr. 1224 a. Sandy Point Magellan.

152c. FESTUCA PLATYPHYLLA. *Steud.* Radice descendente fibris pilosis; culmo erecto firmo ($1\frac{1}{2}$—2-pedali) glabro tereti; vaginis striatis glabris infimis saepe loco foliorum in appendiculos lanceolatos breves (4—6‴ longos) terminatis; ligula margo brevis plus minus in lacinulas solutus; foliis crassiusculis lanceolatis rigide acuminatis (3—7″ longis, basi usque 4‴ latis) striatis glaberrimis subnitentibus; panicula erecta stricta subcontracta (5—6-pollicari); radiis binatis vel (sursum) solitariis alternis rigidis rectis angulosis scabris divisis, radiolis paucispiculatis; spiculis 7- et laxifloris; glumis inaequalibus acutis flosculo infimo brevioribus; flosculis viridi- et purpurascenti-variis; valvula inferiore setulis minutis adpressis conspersa simpliciter acuta, superiorem margine sursum ciliolatam amplectente. Hrbr. *Lechler* nr. 1224. Sandy Point Magellan.

Post nr. 156 adde:

156b. FESTUCA? BIFLORA. *Steud.* Radice fibrosa; culmo basi ramoso tunc erecto simplici tenui tereti glabro (cum panicula vix pedali) ipso cum ramis sterilibus basi vaginis membranaceis aridis laxis tenuibus albis striatis tecto; vaginis culmeis viridibus striatis glabris; ligula hyalina elongata (ultra lineali) oblonga obtusa vel acuta;

foliis planiusculis angustissimis ($^1/_2$—$1^1/_2$'' longis, vix $^1/_4$''' latis) obtusiusculis laevibus glabris; panicula angustissima racemosa; radiis solitariis culmo subadpressis remote 1—3-spiculatis; spiculis lanceolatis bifloris; glumis parum inaequalibus, quam flosculi brevioribus, inferiore longiore obscure 3-nervia, superiore praeter carinam enervia, utraque margine hyalina glabra; valvula inferiore 5-nervia obtusiuscula vel subacuta; achenio oblongo obscure trigono, lucidulo brunneo, testa (sub lente validissima) reticulata, scutello minimo. An novi generis typus? specimina florentia desunt. Hrbr. *Lechler* nr. 1218. Ad lacus salsos Patagoniae.

p. 320. Post nr. 27 adde:

27b. BROMUS SIPYLEUS. *Boiss.* (Diang. XIII. p. 65.) Radice fibrosa caespitifera; culmo elato (4—5-pedali) crassiusculo; vaginis subtruncatis; foliis lato-linearibus planis flexuosis margine scabris (usque 1' longis, 4''' latis), infimis paulo angustioribus, omnibus praeter 2—3 superiora ad vaginas deflexis hispidulis ad limbi margines ciliatis; paniculae flaccidae nutantis abbreviatae radiis valde elongatis nudis; pedunculis scaberrimis spicula brevioribus; spiculis lineari-lanceolatis ($1^1/_2$-pollicaribus) angustis strictis 7—9-floris; glumis aequalibus lineari-lanceolatis trinerviis carinatis acutissimis glabris carina scabridis; flosculis lanceolatis; valvula exteriore lanceolato-lineari sub-7-nervia apice attenuata acuta, paulo sub apice arista recta tenui dimidio breviore aucta scabridula, interiore breviore elliptico-lineari ad carinas duas remote breviter et rigidule denticulato-ciliata. ♃ Sipyli in umbrosis Lydiae.

p. 320. Nr. 31 adde: Bromus persicus *Boiss.* idem dicitur ac Bromus tomentosus *Trin.* nempe Bromus Trinianus *Schult.* et noster nr. 74 sec. ipsum autorem l. c. p. 66.

p. 321. Post nr. 41 adde:

41c. BROMUS SCLEROPHYLLUS. *Boiss.* (l. c. 65.) Glaberrimus perennis; radice repente, caudicibus crassis vaginis vetustis nigris reticulato-fibrosis vaginatis; culmis elatis ($1^1/_2$-pedalibus) rigidis erectis parce foliosis; foliis rigidis duris plicato-convolutis subcylindricis subincurvis elevato-plurinerviis albidis subpungentibus; ligula brevissima truncata; panicula brevissima erecta ovata paucispiculata, radiis unispiculatis spicula longioribus strictis, inferioribus binis; spiculis 7-floris; glumis anguste lanceolatis valde acuminatis aequalibus flosculum infimum subaequantibus; axi pilosulo, flosculis subdissitis; valvula inferiore lanceolata trinervia adpresse valde scabrida, paulo sub apice acuminato membranaceo aristata, arista aequilonga contorta divaricata; valvula superiore elliptico-lineari remote et longiuscule setulis scabrida. ♃ Lydia.

p. 322. Post nr. 59 adde:

59b. BROMUS DENSECILIATUS. *Steud.* Radice fibrosa; culmo erecto ($1^1/_2$—2-pedali) tereti striato glabro fere toto tecto vaginis striatis glabris; ligula membranacea brevissima vel obsoleta; foliis glabris striatis lanceolato-linearibus acuminatis (3—5'' longis, 1''' et ultra latis); panicula nutante laxa; radiis capillaribus parum divisis; spiculis compressiusculis laxe subtrifloris; glumis obtusiusculis flosculo infimo brevioribus obtusis glabris; valvulis ultra medium dense ciliato-pilosis apicem versus nudis, ipso apice integro vel obtuso bifido, infra eum arista ipsis breviore terminatis. Terra nova.

p. 323. Post nr. 69 adde:

69b. BROMUS COLORATUS. *Steud.* Rhizomate lignescente validulo fibroso, subcaespitifero; culmo basi geniculato valido (3—4-pedali) tereti striato glabro; vaginis striatis glabris inferioribus plus minus solutis; ligula hyalina ovata fissa vel denticulata, foliis planis lanceolatis acutis plus minus pubescenti-pilosulis vel glabratis ($^1/_2$—1-pedalibus, 1—2''' latis) margine scabriusculis; paniculae elongatae (usque pedalis) radiis semiverticillatis inaequalibus distantibus basi longe nudis scaberrimis 1—3 spiculiferis; spiculis compressiusculis 5—7- et laxi-floris (5—8''' longis, pallide violaceo viridi et albidulo variis); glumis inaequalibus flosculo infimo brevioribus; valvula inferiore obscure plurinervia glabra laeviuscula obtuse bifida parum infra apicem aristata, arista recta quam valvula subduplo breviore; valvula superiore multo angustiore subaequilonga margine ciliata. Hrbr. *Lechler* nr. 1221. Prov. Sandy Point Magellan.

p. 324. Post nr. 87 insere:

87b. BROMUS MACROCLADUS. *Boiss.* (l. c. 64.) Culmo elato (3-pedali); vaginis et foliis breviter patulo hirtis; panicula erecta triangulari-pyramidata, radiis filiformibus erectis patulis longis (usque 3-pollicaribus), inferioribus 5—7 verticillatis; spiculis oblongo-ellipticis; floribus ellipticis fructiferis margine imbricatis; valvula inferiore asperulo-punctata sub-7-nervia rubella, margine latiuscule albo-membranacea, medium versus convexa nec angulata, superiore conspicue breviore; arista supra tertiam partem valvulae inferioris inserta tenui recta vel extrorsum subarcuata; florum superiorum valvula longiore, inferiorum brevissima. ⊙ Graecia.

p. 325. Post nr. 97 adde:

97b. BROMUS ANATOLICUS. *Boiss.* (l. c. 63.) Foliis inferioribus ad vaginas et limbum superioribus secus limbum tantum indumento longo patulo mollissimo obsitis; panicula erecta patente pyramidata, radiis capillaribus patulis nutantibus, inferioribus elongatis; spiculis oblongo-lanceolatis adpresse velutinis; floribus late ellipticis, fructiferis margine subimbricatis; valvula inferiore elevatim 9-nervia, margine medium versus rotundata, superiorem paulo superante; arista ad tertiam partem dorsi inserta, siccata recurvato-patula florum superiorum valvula longiore, inferiorum aristis brevissimis. ⊙ Bromus squarrosus *β.* Cyri *Trin.* in *Meyer* Ind. cauc. 24. *Ledeb.* Fl. Ross. IV. 363. Caucas. Asia min.

p. 342. Post nr. 15 adde:

15b. TRITICUM BAËTICUM. *Boiss.* (l. c. 69.) Culmis erectis gracilibus; foliis breviter puberulis, culmorum limbo vagina multo breviore; fasciculo pilorum ligulae locum tenente; spica terminali densa lineari angusta a latere vix compressa; rhachide fragili longe et dense albo pilosa; spiculis bifloris; flore superiore sterili mutico; glumis bicarinatis scabridis flosculo subbrevioribus apice bidentatis, dentibus rectis brevibus acutis triangularibus inaequalibus, flosculi fertilis valvula inferiore apice in aristam rectam ea multoties breviorem abeunte, ad aristae insertionem margine denticulis 2 rectis valde scabridis aucta. Tritico monococco valde affine, sed spica fere dimidio brevior, angustior, obsolete a latere compressa, spiculae duplo minores, axis valde hirsutus. ⊙ Baeotia.

Post nr. 23 adde:

23b. TRITICUM PUBIFLORUM. *Steud.* Radice longe fibrosa (vix repente); culmo basi geniculato tunc vel omnino erecto (2—3-pedali) tereti glabro; vaginis striatis glabris (infimis pallide amethystinis); ligula brevi hyalina obtusa denticulata; foliis angustis linearibus subsetaceo-attenuatis (4—10'' longis, vix ultra $^3/_4$''' latis) laevibus glabris; spica elongata recta (5—6-pollicari) subdisticha; spiculis 5—7-floris; glumis lanceolato-ovatis margine hyalino-membranaceis acutis, 3—5-nerviis ad nervos asperulo-puberulis; rhachi angulata setulosa; flosculis distinctis; valvula inferiore undique puberula ciliolata 5-nervia longiuscule acu-

minata (per 1''' sed non aristata), superiore aequilonga angustiore ad carinam ciliolata. Hrbr. *Lechler* nr. 1190. Prov. Sandy Point Magellan.

p. 344. Nr. 42 lin. 6 loco nuticis lege muticis.

Post nr. 42 insere:

42b. TRITICUM SAVIGNIONII. *Notaris.* (Hrbr. sub: Agropyrum.) Radice fibrosa; culmo erecto glaucescente striato glabro ($^1/_2$—2-pedali); vaginis elongatis, superioribus internodio longioribus glabris; ligula membranacea brevi; foliis planis linearibus acutis glabris scabriusculis striatis (pedalibus et ultra, 1''' latis), summo vagina sua spicae basin involvente hanc superante; spica elongata (4—5-pollicari); rhacheos fragilis articulis spica brevioribus cum totis flosculis dense molliter pilosis; glumis oblongis obtusis flosculo infimo brevioribus subaequalibus distincte 5—7-nerviis; flosculis sub 4, summo incompleto; valvula inferiore (obsoletius 5-nervia brevi acuminata. (Secundum specimina ex hrbo. *Notarisii.*) Genua.

p. 345. Nr. 67. Triticum puberulum *Boiss.* adde ad finem: Est teste ipso autore (Diagn. XIII. p. 67) Tritici cristati *Schreb.* varietas puberula.

p. 346. Post nr. 76 insere:

76b. TRITICUM HORDEACEUM. *Boiss.* (l. c. sub: Agropyrum.) Culmis nanis (1—2-pollicaribus) foliosis; foliis inferioribus anguste linearibus brevissime tomentello-hirtulis, superiorum glabrescentium vagina inflata elongata valde nervosa, limbo dilatato ad margines latius albo-nervoso spicam aequante vel superante; spica densa ovato-oblonga obsolete disticha vagina summa basi involucrata (1'' et ultra longa, 6—8''' lata); spiculis 4—5-floris; glumis angustissime lanceolato-linearibus carinatis ad margines praesertim hirsutis longe attenuato-subulatis (9—11''' longis) flosculos superantibus aequilongis, nervo carinali (absque lente) vix distincto; valvula inferiore 3-nervia a basi lanceolata parce et longe hirsuta, longe setaceo attenuata, superiore breviore anguste lineari-lanceolata attenuato-acuminata longe bidentata ad carinas scabrida. Hrbr. *Aucher* nr. 5422. ⊙ Persia.

76c. TRITICUM LASIANTHUM. *Boiss.* (l. c. 68. sub: Agropyrum.) Culmis pumilis (3—4-pollicaribus) foliosis; foliis inferioribus sub lente hirtulis caeteris glaucescentibus; vaginis superioribus subinflatis, limbo oblongo-lineari abbreviato; spicis densis ovatis obsolete distichis e vagina summa remotiusculis (8—9''' longis, 6—7''' latis); spiculis 4—5-floris; glumis lanceolato-linearibus aequilongis a basi anguste lanceolata longe et patule hirsuta setaceo-attenuatis flosculos superantibus trinerviis carinatis, nervo carinali (absque lente) vix distincto; valvula inferiore e basi oblonga dense et longe albo-hirsuta subulato-attenuata; superiore breviore lanceolata acuta tenuiter et longe bidentata ad carinas scabrida. ⊙ T. orientale var. lanuginosa *Griseb.* Fl. Ross. IV. 337. Reg. Caspic. Caucas. Sibir.

p. 350. Post nr. 27 adde:

27b. ELYMUS LECHLERI. *Steud.* Radice fibrosa caespitifera; culmis basi geniculatis tunc erectis vaginatis foliatis glabris (ultra pedalibus) basi vaginis emortuis in fila secedentibus tectis; vaginis striatis laxis; ligula brevi truncata hyalina; foliis lanceolatis brevibus (1—3'' longis, $^3/_4$''' latis); spica densa ($1^1/_2$—$2^1/_2$-pollicari); axi compresso margine setuloso aspero ad articulos fragili; spicis 3-floris; flosculis lateralibus sterilibus, glumis (involucellis) a flosculo parum remotis eis flosculi completi intermedii similibus elongatis (ultra pollicaribus); glumis flosculi intermedii huic approximatis; flosculo fertili in aristam longam glumas aequantem attenuato, ad basin setula tenuissima ipsum aequante aucta; flosculis sterilibus simpliciter acuminatis. Hrbr. *Lechler* nr. 1235. Sandy-Point Magellan.

p. 351. Post nr. 3 adde:

3b. HORDEUM ITHABURENSE. *Boiss.* (Diagn. 13. p. 70.) Glabrum, culmis erectis foliosis ($1^1/_2$-pedalibus); foliorum limbo flaccido pallide virente margine scabro; spica e folio summo remotiuscula lineari (1—$1^1/_2$-pollicari) a latere vix compressa; rhachide fragillima compressissima utroque margine ciliata; spiculis ternis, lateralibus masculis muticis, intermedio aristato unifloro cum flosculo sessili setaceo plumoso; glumis aequalibus linearibus dense et adpresse setosis in aristam setaceam flosculo paulo longiorem abeuntibus; valvula flosculi fertilis dura glabra dorso bisulcata in aristam validam complanato-trigonam margine scabram sensim attenuatam rectam longissimam ($^1/_2$-pedalem, basi $^3/_4$''' latam) abeunte, valvula superiore aequilonga apice retusa. Mons Ithaburis supra Daburieh (Persiae?).

p. 355. Nr. 15. Aegilops macrura *Jaub. Spach.* est eadem species ac Aegilops Aucheri *Boiss.* (nostra nr. 24) et nr. 22 Aegilops mutica *Boiss.* est: Aegilops loliacea *Jaub. Spach.* (nostra nr. 28) teste *Boissiere* l. c. p. 69.

p. 357. Post Lepturus pannonicus adde:

6b. LEPTURUS PERSICUS. *Boiss.* (l. c. 71.) Culmo paulo supra basin ramoso erecto inferne folioso, cito in spicas lineares cylindricas longas rectas abeunte; vaginis foliisque brevibus retrorsum scabridulis; rhachide fragillima dorso convexa albo-marginata, articulis spiculis aequilongis; glumis duabus coriaceis extus convexis (sub lente) adpresse hirtulis plurinerviis apice obtusis vix brevissime membranaceis aequilongis flosculos paulo superantibus rhachidi arcte adpressis, altera paulo angustiore; flosculis binis rarius solitariis; valvulis aequilongis albo-membranaceis lanceolato-linearibus obtusiusculis glaberrimis. *Aucher* coll. nr. 2914. Persia austr.

p. 360. Post nr. 6 Ophiurus aethiopicus insere:

6b. OPHIURUS RADICANS. *Steud.* Culmo ramoso geniculato adscendente ad genicula radicante tereti cum omnibus partibus glabro, glaucescente; foliis lanceolatis brevibus ($^1/_2$—2'' longis, 1—2''' latis, adultis latioribus nervosis); ligula vix ulla; spicis in apicibus ramorum pedunculatis solitariis teretibus e folio summo — juniore subspathaceo — exsertis gracilibus; glumis striatis mucronulatis florentibus apertis ante et post florescentiam arctissime rhachidi et flosculis adnatis; achenio ovato totam rhacheos excavationem replente. *Boivin* coll. nr. 1979, 1980. Ins. Nossibé.

Post Jardineam et ante Diastemanthe insere:

CHONDROLAENA. *Nees.* Spica racemosa simplex terminalis; rhachis undato-flexuosa alternatim pro recipiendis spiculis (obscure) excavata; spiculae subgeminae brevissime robustulo pedicellatae, biflorae hermaphroditae; glumae duae herbaceo-cartilagineae subopposito-dissitae aequales basi callosae, dorso exarato-5—7-nerviae, margine (plerumque) cartilagineo dentatae; flosculi glumis paulo breviores sessiles membranaceo bivalves; valvulae ciliatae, inferior oblongo-navicularis mutica vel subtilissime mucronata obsolete 3-nervia; superior minor angustior bidenta binervis; lodiculae breves truncatae repando-dentatae; stamina tria, antherae lineares basi bifidae, filamenta capillaria basi dilatata; styli breves basi contigui, stigmata angusta plumosula; ovarium lanceolatum glabrum.

Genus ab autore Phleoideis agnoscente cum Ischaemone affinitatem consociatum, a *Meisnero* (Genera p. 416) cum Phalarideis et serius (l. c. p. 427) cum Rottboelliaceis conjunctum, certe etiam his et quoad glumarum structuram Generi Jardinea affinius.

1. C. DENTATA. *Nees.* (Fl. Afr. austr. I. 134.) Ra-

dice fibrosa subcaespitifera; culmis teretibus glabris ($^1/_2$—1-pedalibus); vaginis arctis cum foliis anguste-linearibus (1—3″ longis) plus minus pubescentibus; spica lineari contigua stricta ($1^1/_2$—$3^1/_2$-pollicari). Variat: glumis edentulis pubescentibus. Prionachne dentata *Nees* in *Lindl.* Intr. ed. 2. 379. Prionachne Ecklonii *Steud.* Nmcl. Chilochloa dentata *Trin.* Ic. VII. t. 73. Phalaris dentata *Lin.* ⊙ Pr. b. sp.

p. 362. Nr. 26 Rottboelliae loliaceae adde synonymum: Lolium lepturoides *Boiss.* Diagnos. XIII. p. 67.

p. 374. Post nr. 127 adde:

127b. ANDROPOGON COMOROENSIS. *Steud.* Culmo basi procumbente ramoso radicante; ramis inaequilongis (usque pedalibus) foliatis vaginatis ad nodos et omnino glabris; vaginis striatis laxis quandoque solutis, ad oras pilosis; ligula membranacea brevi obtusa vel truncata ciliolata; foliis lanceolatis acutissimis glabris laevibus margine subasperulis; racemis binis arcte conjugatis brevibus (vix pollicaribus) junioribus vagina summa inclusis, rhacheos articulis margine ciliatis bispiculatis; spiculis basi ciliatis utrisque bifloris, altera sessili vel brevissime crasse- altera longe pedicellata; glumis subcartilagineis subaequalibus, inferiore in aristam brevissimam terminata, superiore acuta, utraque laevi glabra apicem versus plus minus nervosa; flosculo sessili utroque sterili, pedicellati altero hermaphrodito altero sterili; valvula inferiore aristata, arista torta flosculum duplo superante; valvulis flosculi alterius non aristatis subaequalibus. Similis videtur A. arcuato *Nees* sed omnibus partibus est minor, racemi semper bini (nec terni); glumae semper apice indivisae. *Boivin* legit in Insula Comoro.

p. 379. Nr. 194. Andropogon Ischaemum *Lin.* adde A. panormitanus *Parlat.* non differt nisi spicis numerosioribus rufescentibus.

p. 382. Post nr. 229 Andropogon fasciculatus adde:

229b. ANDROPOGON SUBMEMBRANACEUS. *Steud.* Culmo erecto simplici (certe sursum, ultra bipedali) tereti glabro; vaginis striatulis glabris apicem versus plerumque solutis ore cum folii basi pilosis vel glabratis; ligula membranacea brevi; foliis lanceolatis submembranaceis glabris laevibus brevi acutatis (3—4″ longis, 3—4‴ latis); spicis pluribus (4) subfasciculatis (2-pollicaribus); rhacheos articulis compressis pedicellisque molliter pilosis; spiculis in rhachi alternatim binis, altera sessili, altera pedicellata; pedicellatae glumis herbaceis acuminatis longe molliter pilosis 5—7-nerviis (praesertim apicem versus biflosculosis) flosculos superantibus; flosculo altero hermaphrodito, valvulis 2 hyalinis, inferiore late lanceolata subconcava e dorsi medio aristata, superiore angustiore vix breviore, arista ad apicem usque torta glabra flosculum triplo superante, styli laciniis exsertis; flosculo masculo triandro caeterum hermaphrodito omnino simili. *Boivin.* Ins. Maurit.

p. 384. Nr. 253 l. 9 loco Aratherum lege: Anatherum.

p. 390. Sub nr. 324 l. 10 loco Diatomis lege: Diectomis.

Post nr. 327 adde:

327b. ANDROPOGON BOIVINI. *Steud.* Culmo geniculato tereti vaginato et foliato ($1^1/_2$—2-pedali) simplici (?) geniculato, ad genicula annulato-piloso caeterum glabro; vaginis striatis ore vel ex toto sparsim pilosis vel demum glabrescentibus; foliis patentibus vel erectis lanceolatis acuminatis (3—4″ longis, 1—2‴ latis); paniculis axillaribus et terminali parvis; pedunculo communi in bractea latente apice in pedicellos 2—4 capillares quasi umbellulatos et iterum divisos partito; spicis laxis paucifloris tenuibus; glumis ovatis nervosis apice subrotundato auctis; flosculo fertili aristato, arista geniculata infra geniculum torta et pilosa valvulam ex toto et basi annulatim setuloso-pilosam pluries superante. Coll. *Boivin* nr. 1984. Nossibé.

p. 401. Sub nr. 20 lin. ultima loco praecedens lege A. arguens.

p. 402. Post nr. 38 adde:

39. ANTHISTIRIA BRACHYANTHA. *Boiss.* (Diagn. 13. p. 71.) Perennis glauca; radice fibrosa caespitifera; culmis erectis simplicibus teretibus flavidis foliosis (3-pedalibus), parte superiore obtuse angulatis; foliis linearibus planis rigidulis, inferioribus secus vaginas — superioribus ad basin limbi sparsim setis longis e tuberculo ortis obsitis, margine et ad nervos scabris; ligula brevi truncata fimbriolata; fasciculis spicularum 4—5 pedunculo filiformi suffultis, infimo remoto, caeteris terminalibus, omnibus nutantibus, singulis spatha glabra lanceolata acuminata plicata suffultis, iterum in 3—4 glomerulos spathis lanceolatis dimidio minoribus suffultos divisis; glomerulorum 1 vel 2 e spiculis hermaphroditis masculisque, caeteris e neutris tantum constantibus; spiculis neutris vel masculis sessilibus basi glabris; glumis exterioribus viridibus oblongo-lanceolatis cucullatis acutis dorso multinerviis margine rufescenti-membranaceis, superne setis nonnullis e tuberculis crassis obsitis; glumis interioribus hyalinis; spicula hermaphrodita pedicello longe rufescenti-barbato suffulta, ad apicem pedicelli spiculis 2 abortivis subulatis viridibus iterum pedicellatis aucta biglumi, glumis aequilongis oblongis obtusis subcoriaceis, exteriore apice breviter puberula interiorem arcte involvente; arista flosculi rufa contorta inferne hirsuta spiculas multoties superante, spatha fasciculorum fere longiore. ♃ Ad radices montis Cassii Syriae.

40. A. SYRIACA. *Boiss.* (l. c. 72.) Perennis glauca; culmis parce ramosis (ultra 3-pedalibus), inferne obtuse, superne acutiuscule angulatis, supra nodos incrassatis; foliis glaberrimis planis linearibus rigidulis utrinque scabridis; ligula brevi ovata fimbriata; fasciculis pedunculis filiformibus suffultis nutantibus 2—5 in culmi parte superiore, inferiore remoto, omnibus spatha lanceolato-lineari longe acuminata plicata inferne marginibus ciliata suffultis, iterum e glomerulis 3—4 constantibus, glomerulis omnibus e spiculis marginalibus neutris sessilibus centralique pedicellato hermaphrodito constantibus, singulis spatha lanceolata minore eis paulo longiore stipatis; spicularum mutuarum glumis exterioribus oblongo-lanceolatis acutis viridibus multinerviis margine membranaceis superne setis paucis e tuberculo ortis obsitis, glumis interioribus hyalino-membranaceis; spicula hermaphrodita ad pedicelli rufosetosi apicem spiculis 2 quoque pedicellatis rudimentariis viridibus lanceolatis obsita; glumis albidis coriaceis aequilongis obtusis, exteriore apice hirto-scabrida interiorem arcte involvente; arista flosculi contorta rufescente spiculis multo longiore spatham fasciculorum aequante. Montosa jugis Cassii Syriae boreal.

p. 403. Post Imperata Koenigii *Nees* adde:

4b. IMPERATA CONDENSATA. *Steud.* Culmo erecto tereti ($1^1/_2$-pedali, sub lente valida) vix puberulo; vaginis tenuissime striatis; ligula hyalina oblonga tenui-fissa vel piloso-ciliata; foliis inferioribus vel radicalibus lanceolatis acuminatis rigidulis culmo brevioribus (7—10″ longis), culmeis superioribus brevissimis; panicula densissime coarctata thyrsoidea (2—$2^1/_2$-pollicari); radiis brevibus rectis; pedicellis apice excavatis; glumis quam pili involucrantes brevioribus; stylis flosculos longe excedentibus. Hrbr. *Lechler* nr. 831. Cordilleras de Ranco Chili.

p. 167. Post nr. 62 adde:

62b. AGROSTIS BYZANTINA. *Boiss.* Annua? glabra; radice fibrosa subpraemorsa; culmis adscendentibus

(pedalibus) dein erectis foliosis; foliis brevibus, vaginis striatis, limbo a basi anguste lineari-lanceolata subulato multinervi superne et marginibus scabro; ligula brevi ovato-subtruncata; panicula (3—4-pollicari) erecta valde contracta anguste lineari-elongata virenti; radiis 2—3 verticillatis capillaribus strictissimis scabris, pedicellis scabridis apice incrassatis spicula parum longioribus; glumis lanceolatis acutis aequalibus subcarinatis dorso virescentibus obscureque uninerviis caeterum hyalinis carinae apice scabriusculis; flosculo scaberrimo mutico; valvula inferiore gluma saltim tertia parte minore basi virente caeterum hyalina apice obtusa minutissime denticulata; superiore hyalina plus dimidio minore, apice obtuse bidentata. Hrbr. *Noë* 1848 nr. 225. An? A. effusa *Spr.* Byzant.

p. 171. Post nr. 105 adde:

105b. AGROSTIS SINAICA. *Boiss.* (Diagn. 13. p. 46.) Perennis glabra glaucescens, collo subnodoso; culmo erecto simplici elato (2-pedali); foliis rigidulis erectis linearibus setaceo-acuminatis siccitate convolutis multistriatis; ligula oblonga brevi truncata; panicula erecta contracta oblongo-lineari (tripollicari) albida, ramulis pedicellisque strictis abbreviatis scabridis; glumis aequalibus acutiusculis mucronulatis undique sed ad carinam longius scabridis, flosculo mutico sesquilongioribus; valvulis glabris, exteriore oblonga acutiuscula interiore paulo breviore subtruncata. A. maritima *Decrisnc* Fl. sinaica p. 12 nr. 49. In aquosis montis Sinai.

Index.

☞ Numerus primus vel solitarius typis rectis positus denotat *paginam*, secundus typis cursivis positus *numerum speciei* in hac pagina.

A.

Achnatherum. *Beauv.*
Calamagrostis. *Beauv.* 122 sub *103.*
Achnodonton. *Beauv.*
tenue. *Beauv.* 151 sub *10.*
Acicarpha. *Raddi.*
sacchariflora. *Raddi.* 97 sub *806.*
Acrachne. *Nees.* 211. **
eleusinoides. *Nees.* 212 sub *13.*
Acratherum. *Hochst.*
pumilum. *Hochst.* 115 sub *5.*
Acroelytrum. *Steud.*
japonicum. *Steud.* 300 sub Lopatherum *2.*
Urvillei. *Steud.* 300 sub *1.*
Acrospelion. *Bess.* 234 sub *68.*
Actinochloa. *Willd.* *68.*
prostrata. *R. S.* 214 sub Chondrosium *8.*
simplex *R. S.* sub Chondrosium *7.*
Aegialitis. *Trin.*
tenuis. *Trin.* 294 sub *22.*
Aegilops. *Lin.* 354.
agropyroides. *Godron.* 355 sub *26.*
Alopecuros *Salzm.* 200 sub *22.*
Aucheri. *Boiss.* 355. *24* et *430* ad 355.
bicornis. *Jaub. Spach.* 355. *18.*
caudata. *Lin.* 355. *14.*
caudata. *Sibt. Sm.* 355 sub *17.*
comosa. *Sibt. Sm.* 356. *29.*
connata. *Steud.* 356. *30.*
crassa. *Boiss.* 355. *23.*
Crithodium. (*Steud.*) 355. *20.*
cylindrica. *Host.* 355 sub *14.*
cylindrica. *Schreb.* 355 sub *17.*
cylindrica. *Sibt. Sm.* 355. *16.*
echinata. *Presl.* 354. *6.*
Echinus. *Godron.* 356. *32.*
fluviatilis. *Blanco* 356. *33.*
hordeiformis. *Steud.* 314. *10.*
Hystrix. *Nutt.* 356 sub Polyantherix *1.*
intermedia. *Steud.* 354. *8.*
Kotschyi. *Boiss.* 354. *11.*
Larenti. *Hochst.* 354. *2.*
loliacea. *Jaub. Spach.* 356. *28* et *430* ad 355.
longearistata. *Steud.* 356. *31.*
macrura. *Jaub. Spach.* 355. *15* et *430* ad 355.
muricata. *Spr.* 369 sub *63.*
mutica. *Boiss.* 355. *22* et *430* ad 355.
neglecta. *Req.* 354. *4.*
Aegilops ovata. *Lin.* 354. *1.*
ovata. *Pollin.* 354 sub *4.*
persica. *Boiss.* 355 sub *16.*
platyathera. *Jaub. Spach.* 355. *25.*
singularis. *Steud.* 354. *12.*
speltoides. *Tauch.* 355. *19.*
squarrosa. *Lin.* 355. *13.*
squarrosa. *Willd.* 355 sub *21.*
Tauschii *Cosson* 355. *17.*
triaristata. *Willd.* 354. *3.*
tripsacoides. *Jaub. Spach.* 365. *27.*
triticoides. *Req.* 354. *7.*
triticoides. *Hrbr.* Mus. Lug. Bat. 356 sub *31.*
triuncialis. *Guss.* 354 sub *7.*
triuncialis. *Hochst.* 354 sub *8.*
uniaristata. *Steud.* 354. *9.*
ventricosa. *Tausch.* 355. *21.*
Aegopogon. *Willd.* 146.
cenchroides. *Willd.* 146. *5.*
geminiflorus. *H. B.* 146. *4.*
multisetus. *Steud.* 146. *6.*
pusillus. *Beauv.* 146. *3.*
quinquesetus. *R. S.* 146. *9.*
rigidisetus. *Steud.* 146. *7.*
submuticus. *Rupr.* 146. *2.*
trisetus. *R. S.* 146. *9.*
unisetus. *R. S.* 146. *1.*
Aeluropus. *Trin.* 297.
bombycinus. *Notar.* 428 sub Dactylis *21. 6.*
brevifolius. *Trin.* 298 sub *17.*
laevis. *Trin.* 297 sub *9.*
pubescens. *Trin.* 298 sub *17.*
villosus. *Trin.* 298 sub *16.*
Agenium. *Nees.*
nutans. *Nees.* 395 sub *400.*
Agraulus. *Beauv.*
brevifolius. *Nees.* 164 sub *20.*
caninus. *Beauv.* 166 sub *42.*
Agropyrum. *Gaertn.* vide Triticum 342. II.
Richardsoni. *Host. Schrad.* 344 sub *51.*
Agrostideae. *Trin.* 146.
Agrostis. *Lin.* 162. *
aberrans. *Steud.* 422. *120b.*
aenea. *Trin.* 165. *39.*
aemula. *R. Br.* 192 sub *74.*
aemula. *Sieb.* 192 sub *75.*
aequata. *Nees.* 168. *74.*
aequalis. *Ehrenb* 153 sub *6.*
aequivalvis. *Trin.* 170. *101.*
Agrostis affinis. *Schult.* 163 sub *120.*
airaeformis. *Steud.* 172. *120.*
alba. *Lin.* 165. *65.*
albida. *Trin.* 167. *59.*
algida. *Phips.* 147 sub Phippsia *1.*
alpina. *Scop.* 168. *78.*
altissima. *Tuckerm.* 163. *12.*
anatolia. *C. Koch* 169. *89.*
anomala. *Willd.* 165 sub *30.*
antarctica. *Hook.* 172. *127.*
aphanes. *Trin.* 167. *61.*
arachnoides. *Ell.* 163. *15.*
arachnoidea. *Poir.* 179 sub *25,*
argentea. *Salzm.* 97 sub *806.*
arundinacea. *Presl.* 174. *149.*
asperifolia. *Trin.* 163. *10.*
asperigluma. *Steud.* 422 *126b.*
Bergiana. *Trin.* 171. *113.*
Biebersteiniana. *Clauss* 169 sub *83.*
Billardieri. *R. Br.* 174. *142.*
Boekeleri. *Seubert* 217 sub *5.*
borbonica. *Steud.* 170. *99b.*
borealis. *Hartm.* 166. *44.*
brachyathera. *Steud.* 422. *22c.*
brachyphylla. *Nees.* 175. *150.*
brachystachys. (*Schult.*) 175. *154.*
brasiliensis. *Spr.* 16 sub Reimaria *2.*
brevifolia. *Nutt.* 175. *157.*
bryoides. *Dumort.* 175. *155.*
byzantina. *Boiss.* 405. *62b.*
caespitosa. *Gaudich.* 164. *22.*
caespitosa. *Presl.* 172 sub *125.*
caespitosa. *Torr.* 171 sub *116.*
Calamagrostis. *Link.* 132 sub 103.
californica. *Trin.* 170. *94.*
campyla. *Tuckrm.* 164. *29.*
Candollei. *Parlat.* 167. *66.*
canina. *Lin.* 165. *42.*
canina. *Withr.* 167 sub *63.*
capensis. *Lin.* 34 sub *11.*
capensis. *Steud.* 171 sub *113.*
capillaris. *Lin.* 169. *82.*
capillaris. *Leers.* 167 sub *63.*
capillaris. *Pall.* 169 sub *83.*
Chamaecalamus. *Trin.* 172. *118.*
Chamissonis. *Trin.* 174. *141.*
chilensis. *Kunze* 166. *53.*
ciliata. *Burm.* 315 sub *202.*
ciliata. *Trin.* 174. *139.*
ciliata. *Thunb.* 163 sub *14.*
clandestina. *Mhlbrg.* 161 sub *112.*
clausa. *Steud.* 169. *84.*
clavata. *Trin.* 164 sub *27.*
concinna. *Tuckrm.* 166. *84.*
conferta. *Nees. Meyer.* 163 sub *4.*
cognata. *Steud.* 421. *22b.*

* Species desideratae sub Vilfa sunt quaerendae.

Agrostis coromandelina. *Retz.* 153 sub *1.*
crinita. *R. Br.* 120 sub *3.*
crinita. *Nees. Sieb.* 120 sub *7.*
cylindrica. *R. Br.* 175. *166.*
dalmatica. *Trin.* 169. *86.*
decipiens. *R. Br.* 181 sub *2.*
decipiens. *Salzm.* 101 sub 17.
diandra. *Hornm.* 175 sub *158.*
diandra. *Retz.* 162 sub *122.*
dianthera. *Schult.* 175. *158.*
diaphora. *Trin.* 172. *122.*
diffusa. *Mhlbrg.* 178 sub *15.*
dispar. *Michx.* 175. *159.*
distans. *Kunze.* 176. *168.*
distichophylla. *R. S.* 175. *167.*
Dregeana. *Steud.* 173. *132.*
dulcis. *Sibth.* 169 sub *88.*
dura. *Willd.* 154 sub *9.*
Ecklonis. *Trin.* 171. *114.*
effusa. *Spr.* 166 sub *50.*
elata. *Trin.* 163. *11.*
elatior. *Steud.* 174. *145.*
elatior. *Ehrenb.* 154 sub *11.*
elegans. *Thore.* 162. *1.*
elongata. *Lam.* 162 sub *117.*
exarata. *Trin.* 165. *41.*
exasperata. *Trin.* 168. *76.*
expansior. *Steud.* 174 sub *144.*
falklandiana. *Hook.* 165. *40.*
fasciculata. *R. S.* 164. *24.*
fertilis. *Steud.* 170. *99.*
filifolia. *Link.* 169. *90.*
filiformis. *Koenig.* 206 sub *36.*
flabellata. *Salzm.* 53 sub *233.*
flava. *Fl. dan.* 167 sub *65.*
flavidula. *Steud.* 421. *4b.*
Forsteri. *R. S.* 172. *124.*
frondosa. *Tenor.* 168. *71.*
Gayana. *Steud.* 175. *151.*
gelida. *Trin.* 167. *57.*
geminata. *Trin.* 166. *51.*
gigantea. *Gaud.* 167 sub *64.*
glabra. *Kunth.* 175. *160.*
glabra. *Hrbr.* un. it. chil. 167 sub *56.*
glauca. (*Steud.*) 175. *151.*
glaucina. *Bast.* 167. *81.*
globosa. *Poir.* 34 sub *10.*
glomerata. *Kunth.* 170. *102.*
grandis. *Trin.* 163. *9.*
groenlandica. *Steud.* 175. *153.*
Helenae. *Steud.* 171. *106.*
herbacea. *Steud.* 224 sub *72.*
hirtella. *Hochst.* 173. *129.*
hispanica. *Boiss.* 167. *68.*
holciformis. *Bbrst.* 122 sub *9.*
Humboldtiania. 163. *7.*
hygrometrica. *Nees.* 164. *21.*
Jamesoniana. *Steud.* 163. *18.*
japonica. *Steud.* 171. *110.*
indica. *Lin.* 162 sub *117* et 159 sub *84.*
interrupta. *Lin.* 177 sub *6.*
intricata. *Nees.* 168. *73.*
involuta. *Mhlbrg.* 161 sub *112.*
ioclados. (*Steud.*) 156. *36.*
juncea. *Michx.* 157 sub *57.*
Juressi. *Link.* 164. *26.*
Kitaibelii. *Schult.* 166. *49.*
lachnantha. *Nees.* 173. *131.*
lanata. *H. B.* 186 sub Epicampes *2.*
Agrostis lateriflora. *Michx.* 182 sub *4.*
latifolia. *Trevir.* 182 sub *6.*
laxiflora. *Richards.* 164. *27.*
Lechleri. *Steud.* 422. *120b.*
leptos. *Steud.* 169. *92.*
ligulata. *Steud.* 173. *137.*
Lindeniana. *Steud.* 171. *108.*
litigans. *Steud.* 162. *2.*
lobata. *R. Br.* 172. *171.*
lusitanica. *Steud.* 169. *93.*
magellanica. *Lam.* 167. *58.*
maritima. *Lam. Dec.* 168 sub *71.*
maxima. *Roxb.* 119 sub Thyssanolaena *2.*
media. *Carmich.* 175. *163.*
melaleuca. *Trin.* 165 sub *39.*
Mertensii. *Trin.* 165. *38.*
mexicana. *Kunth.* 164. *19b.*
Meyeni. *Trin.* 162. *4.*
Michaelis. *Steud.* 171. *107.*
Michauxii. *Trin.* 164 sub *28.*
micrantha. *Steud.* 170. *100.*
microphylla. (*Steud.*) 164. *20.*
microsperma. *Lagasc.* 179 sub *20.*
miliacea. *Lin.* 171 sub Urachne *1.*
miliacea. *Soboleski.* 177 sub Mühlenbergia *5.*
minima. *Lin.* 187 Chamagrostis *1.*
minutiflora. *Steud.* 170. *98.*
minutissima. *Steud.* 171. *112b.*
monostachya. *Poir.* 102 sub Hymenachne *4.*
montevidensis. *Spr.* 163. *16.*
mucronata. *Presl.* 168. *75.*
muricata. *Kunth.* 165. *33.*
Mülleri. *Presl.* 169. *87.*
Mustaphae. *Steud.* 169. *85b.*
nana. *Kunth.* 163. *5.*
Neesii. *Trin.* 170. *96.*
neogaea. *Steud.* 171. *117.*
nervosa. *Nees.* 165. *35.*
nevadensis. *Boiss.* 168. *80.*
nigrescens. *Salzm.* 65 sub *390.*
nitens. *Guss.* 174. *140.*
nootkensis. *Trin.* 165. *31.*
odorata. *Lour.* 176. *170.*
oreophila. *Trin.* 164. *25.*
pallens. *Trin.* 165. *34.*
pallida. *Dec.* 166. *50.*
paradisiaca. *Nees.* 163. *17.*
patens. *Trin.* 164. *23.*
perennis. *Turckz.* 165. *30.*
phleoides. (*Steud.*) 168. *77.*
Pickeringii. *Tuckerm.* 366. *47.*
pilosa. *Less. Rich.* 174. *144.*
pilosa. *Hrbr. Paris.* 174 sub *145.*
pilosa. *Retz.* 213 sub *11.*
pilosa. *Spr.* 155 sub *27.*
planifolia. *C. Koch.* 166. *44.*
plebeia. *R. Br.* 174. *147.*
plicata. *Lour.* 176. *171.*
polydactyla. *Salzm.* 19. *36.*
polymorpha. *Huds.* 167 sub *63. 64.*
Polypogon. *Salzm.* 177 sub *7.*
Preslii. *Kunth.* 172. *125.*
procera. *Retz.* 176. *169.*
procera. *Rich.* 121 sub Dichelachne *10.*
prostrata. *Hook.* 170. *104.*
Agrostis pubescens. *H. B.* 186 sub Epicampes *2.*
pulchella. *Kunth.* 163. *8.*
pumila. *Steud.* 171. *109.*
pusilla. *Dumort.* 175. *156.*
pyramidalis. *Rich.* 153 sub *4.*
pyramidata. *Lam.* 161 sub *113.*
quadrifida. *Labil.* 193 sub Pentapogon *1.*
quadriseta. *R. Br.* 172. *123.*
ramosa. *Poir.* 99 sub *1.*
ramulosa. *Carmich.* 175. *164.*
rara. *Nees* in *Sieber.* hrbr. 120 sub *3.*
retrofracta. *Willd.* 192 sub *75.*
rigescens. *Presl.* 172. *126.*
rigida. *Rich.* 120 sub *9.*
rigidula. *Steud.* 171. *112.*
rivularis. *Brot.* 168. *69.*
Royleana. *Trin.* 173. *135.*
rubra. *Lin.* 166 sub *43. 45.*
rudis. *R. S.* 192. *76.*
rupestris. *All.* 166. *46.*
rupestris. *Willd.* 168 sub *78.*
salmantica. *Kunth.* 175. *164b.*
scabra. *Willd.* 164. *28.*
scabra. *Tuckerm.* 165 sub *29.*
scaberrima. *Hassk.* 173. *134.*
scabriglumis. *Boiss.* 167. *67.*
Schiedeana. *Trin.* 165. *32.*
Schimperiana. *Hochst.* 170. *105.*
Schottii. *Trin.* 169. *85.*
Schultesii. *R. S.* 166. *43.*
Schweinitzii. *Trin.* 162. *3.*
scoparia. *Koenig.* 115 sub *14.*
Scouleri. *Trin.* 165. *36.*
sciurea. *R. Br.* 180 sub *39.*
sciurea. *Sieber.* 120. *2.*
semibarbata. *Trin.* 174. *146.*
setacea. *Curt.* 168. *79.*
simensis. *Hochst.* 173. *128.*
sinaica. *Boiss.* 431. *105b.*
spicaeformis. *Lin.* 186 sub Perotis *6.*
spicata. *Thunb.* 160 sub *90.*
spicata. *Vahl.* 160 sub *97.*
spica venti. *Lin.* 177 sub *5.*
stolonifera. *Lin.* 167. *64* et 169 sub *88.*
stolonifera. *Dec.* 167 sub *66.*
straminea. *Hartm.* 170. *95.*
stricta. *Trin.* 166. *56.*
suaveolens. *Blytt.* 182 sub *6.*
subviolacea. *Ehrnbrg,* 158 sub *70.*
sylvatica. *Host.* 167 sub *65.*
tenacisima. *Roxb.* 156 sub *38.*
tenerrima. *Trin.* 162 sub *1.*
tenuiflora. *Steud.* 163. *13.*
tenuifolia. *Bbrst.* 165. *37.*
Thunbergii. (*Steud.*) 163. *14.*
thyrsoides. *Willd.* 157 sub *59.*
toluccensis. *H. B.* 166. *55* et 164 sub *19.*
Torreyi. *Kunth.* 179. *116.*
Torreyana. *Presl.* 164 sub *25.*
trichantha. *Schrank.* 175. *152.*
trichoclada. *Griseb.* 169. *83.*
trichopodes. *Ell.* 171. *115.*
trichotoma. *Nees.* 166. *52.*
trinervata. *Trin.* 167. *62.*
tropica. *Beauv.* 175. *165.*
trisetoides. *Steud.* 172. *119.*

Agrostis umbellata. *Colla.* 175. *161.*
umbellulata. *Trin.* 173. *133.*
umbrosa. *Pers.* 167. *60.*
vaginata. *Steud.* 173. *163.*
valvata. *Steud.* 171. *111.*
varians. *Trin.* 163. *6.*
venusta. *Trin.* 166. *54.*
verticillata. *Vill.* 169. *88.*
verticillata. Hrbr. Sard. un. it. 169 sub *87.*
vestita. *Hochst.* 173. *130.*
virgata. *Willd.* 213 sub *12.*
virescens. *H. B.* 164. *19.*
virginica. *Labil.* 153 sub *8.*
virginica. *Mhlbrg.* 154 sub *15.*
vulgaris. *With.* 167. *63. 65.*
Wallichiana. *Steud.* 174. *143.*
Wellwitschii. *Steud.* 168. *70.*
Wightii. *Nees.* 168. *72.*
Zenkeri. *Trin.* 170. *103.*
Zeylanica. *Klein.* 83 sub *620.*
Aikinia. *Wall.*
elegans. *Wall.* 360 sub Ophiurus *5.*
Aira. *Lin.* 218.
acutigluma. *Steud.* 221. *43.*
aegilopsoides. *Walt.* 224. *84.*
aetnensis. *Presl.* 219 sub *2.*
agrostidea. *Loisl.* 222. *62.*
alba. *Vahl.* 220. *28.*
alpina. *Lin.* 222. *52.*
alpina. *Roth.* 219 sub *5.*
alpina. *Vahl.* 222 sub *53.*
ambigua. *Michx.* 219. *15.*
ambigua. *Notar.* 221 sub *39.*
anomala. *Trin.* 222. 59.
antarctica. *Hook. fil.* 221. *46.*
antarctica. *Forst.* 234 sub *67.*
aquatica. *Lin.* 286 sub *29.*
arctica. *Spr.* 219. *17.*
aristulata. *Torr.* 219. *16.*
articulata. *Desf.* 219. *2.*
arundinacea. *Link.* 264 sub *8.*
atropurpurea. *Whlbrg.* 222. *53.*
aurea. *Steud.* 236 sub *5.*
australis. *Nees.* 220. *21.*
baetica. *Trin.* 222. *56.*
Berteroniana. *Trin.* 220. *23.*
Biebersteiniana. *Schult.* 219. *7.*
bottnica. *Whlbrg.* 219. *9.*
brasiliensis. *Raddi.* 275 sub *172.*
brevifolia. *Pursh.* 224. *85.*
brevifolia. *Bbrst.* 219 sub *7.*
caespitosa. *Lin.* 219. *5* et sub *7. 8.*
calycina. *Presl.* 220. *31* et sub *42.*
canescens. *Lin.* 218. *1.*
canescens. *Host.* 221. *36.*
capensis. *Steud.* 293 sub *14.*
capillacea. *Lam.* 224. *76.*
capillacea. *Frank.* un. it. 224 sub *75.*
capillaris. *Host.* 221. *38.*
capillaris. *Guss.* 221 sub *41.*
caryophyllea. *Lin.* 221. *35.*
caryophyllea. *Hochst.* hrbr. abyss. 221 sub *44.*
catabrosoides. *C. Koch.* 223. *66.*
chinensis. *Retz.* 224. *81.*
chinensis. *Koen.* 213 sub *12.*
ciliata. *Spr.* 266 sub *47.*
coerulea. *Lin.* 292 sub Molinia *1.*
collina. *Dumort.* 222 sub *48.*
Aira controversa. *Steud.* 224. *75.*
corsica. *Tausch.* 222. *51.*
cristata. *Lin.* 292 sub Koeleria *1.*
cupaniana. *Guss.* 221. *41.*
dactyloides. *Rochel.* 293 sub *9.*
danthonioides. *Trin.* 221. *42.*
discolor. *Thuil.* 219. *13.*
duriuscula. *Poir.* 222. *58.*
elatior. *Steud.* 423. *27b.*
elegans. *Willd.* 221 sub *38.*
fascicularis. (*Steud.*) 219. *3.*
filiformis. *Koen.* 224. *77.*
flexuosa. *Lin.* 222. *48.*
Gayana. *Steud.* 220. *24.*
gigantea. *Steud.* 224. *74.*
glabrata. *Brot.* 222. 54.
globosa. *Thore.* 223. *61.*
globosa. *Poir.* 34 sub *10.*
holciformis. *Presl.* 221. *32.*
Hostii. *Steud.* 221. *36.*
humilis. *Bbrst.* 223. *65.* dele est Colpodium bulbosum. *Trin.* 177. *4.*
interrupta. *Rottb.* 55 sub *260.*
involucrata. *Cav.* 222. *11.*
juncea. *Vill.* 219. *11.*
Kingii. *Hook.* 220. *26.*
labradorica. *Steud.* 220. *18.*
laevigata. *Smith.* 222 sub *52.*
laevis. *Brot.* 220. *28.*
Lagascae. *Kunth.* 223. *63.*
latigluma. *Steud.* 221. *44.*
latifolia. *Hochst.* 219. 14.
macranthera. (*Steud.*) 219. *4.*
maderaspatana. *Nees.* 221. *33.*
magellanica. *Hook. fil.* 220. *27.*
melicoides. *Michx.* 195 sub Graphephorum *1.*
media. *Gouan.* 219. *12.*
micrantha. *Steud.* 423. *46b.*
minuta. *Lin.* 223. 64.
mollis. *Mhlbrg.* 287 sub Reboulea *1.*
montana. *Lin.* 222. *50.*
multiculmis. *Dumort.* 221. *37.*
neutralis. *Raoul.* 224. *78.*
nitida. *Presl.* 220. *30.*
Notarisiana. (*Steud.*) 221. *39.*
obtusata. *Michx.* 287 sub Reboulea *1.*
pallescens. *Kit.* 224. *83.*
paradoxa. *Steud.* 223. 72.
parvula. *Hook. fil.* 222. *47.*
pensylvanica. *Spr.* 287 sub Reboulea *1.*
pictigluma. *Steud.* 221. *45* et 423 not. ad p. 221.
praecox. *Lin.* 220. *34.*
pulchella. *Willd.* 220. ~~*25.*~~ 20
pulchra. *Nees.* 220. ~~*20.*~~ 25
pumila. *Pursh.* 223. *69.*
purpurea. *Walt.* 247 sub Uralepis *2.*
refracta. *Lagasc.* 219. *8.*
sabuletorum. *Labil.* 224. *86.*
scabra. *Zucc.* 224. *88.*
semineutra. *W. K.* 251 sub 16.
setacea. *Retz.* 221. *40.*
spectabilis. *Steud.* 224. *73.*
spicaeformis. *Steud.* 424. *70b.*
superbiens. *Steud.* 424. *88b.*
tenera. *Kit.* 224. *82.*
subspicata. *Lin.* 225 sub *3.*
tenuifolia. *Steud.* 223. *70.*
Aira triaristata. *Clarke.* 224. *80.*
triflora. *Friwald.* 219. *10.*
triflora. *Ell.* 195 sub Graphephorum *2.*
triglumis. *Steud.* 223. *71.*
truncata. *Mhlbrg.* 284 sub Reboulea *1.*
uliginosa. *Weihe.* 222. *49.*
valesiaca. *Bertol.* 293. sub *10.*
variegata. *Steud.* 223. *67.*
versicolor. *R. S.* 222. *57.*
vestita. *Steud.* 423. *49b.*
violacea. (*Steud.*) 223. *68.*
violacea. *Willd.* 99 sub *846.*
viridula. *Poir.* 224. *87.*
vivipara. *Steud.* 222. *60.*
Wilhelmsii. *Steud.* 219. *6.*
Airidium. *Steud* 423.
elegantulum. *Steud.* 423. *1.*
Airochloa. *Link.* 292 sub Koeleria.
pubescens. *Link.* 294 sub *19.*
Airopsis. *Desv.*
agrostidea. *Dec.* 223 sub *62.*
globosa. *Desv.* 223 sub *61.*
obtusata. *Desv.* 287 sub Reboulea *1.*
peruviana. *Meyen.* 280 sub Phalaridium *1.*
Alectoridia. *Rich.*
Quartiniana. *Rich.* 393 sub *248.*
Alletotheca. *Steud.* 117.
Urvillei. *Steud.* 117. *1.*
Alloiantherus. *Rafin.* 217 sub Gymnopogon *1.*
Alloteropsis. *Presl.* 404.
distachya. *Presl.* 404. *1.*
Alopecurus. *Lin.* 147.
agrestis. *Lin.* 149. *27.*
agrestis. *Sieber.* 148 sub *9.*
alpinus. *Smith.* 148 sub *9.*
antarcticus. *Vahl.* 148. *13.*
antarcticus. *Lechler.* 148 sub *12.*
anthoxanthoides. *Boiss.* 421. *30b.*
aquaticus. *Dumort.* 149. *22* et sub *41.*
aristatulus. *Michx.* 147 sub *5.*
arundinaceus. *Poir.* 150. *41.*
Aucheri. *Boiss.* 148. *15.*
australis. *Nees.* 148. *7.*
baicalensis. *Turczn.* 148 sub *17.*
brachyglossus. *Peterm.* 155. *44.*
brachystachyus. *Bbrst.* 148. *17.*
brachystylus. *Peterm.* 150. *42.*
bulbosus. *Lin.* 147. *2.*
caespitosus. *Lin.* 147. *1.*
candicans. *Salzm.* 148. *21.*
capensis. *Thunb. Eckl.* 294 sub *18.*
Cassius. *Boiss.* 421. *33b.*
caudatus. *Thunb.* 150. *38.*
coerulescens. *Steud. Hochst.* 149 sub *29.*
colobachnoides. *Trin.* 148 sub *17.*
creticus. *Trin.* 148. *9.*
crypsoides. *Griseb.* 149. *28.*
elongatus. *Peterm.* 150. *43.*
exaltatus. *Less.* 149. *26.*
fulvus. *Smith.* 147 sub *5.*
geniculatus. *Lin.* 147. *5.*
geniculatus. *Lindh.* 51 sub *206.*
Gerardi. *Vill.* 149. *31.*
glacialis. *C. Koch.* 148. *14.*
glaucus. *Less.* 150. *37.*

Alopecurus gracilis. *Willd.* 147. *4.*
japonicus. *Steud.* 149. *36.*
indicus. *Lin.* 108 sub *76.*
lanatus. *Sib. Sm.* 148. *19.*
lasiostachyus. *Link.* 149. *25.*
latifolius. *Cav.* 150. *40.*
Lechleri. *Steud.* 148. *12.*
macrostachyus. *Poir.* 147. *3.*
muticus. *Karel. Kiril.* 148. *10.*
nepalensis. *Trin.* 148. *8.*
nigrescens. *Jacq.* 148 sub *20.*
ovatus. *Forst.* 150. *39.*
ovatus. *Fl. d.* 148 sub *11.*
Pallasii. *Trin.* 149 sub *32.*
pallidus. *Dumort.* 149. *24.*
paniceus. *Lin.* 183 Polypogon *1.*
phalaroides. *C. Koch.* 149. *32.*
pratensis. *Lin.* 148. *20.*
purpurascens. *Link.* 149. *29.*
ramosus. *Poir.* 147. *6.*
textilis. *Boiss.* 149. *34.*
tonsus. *Dumort.* 149. *23.*
utriculatus. *Schrad.* 149. *30.*
vaginatus. *Poll.* 148. *33.*
variegatus. *Steud.* 148. *16.*
Vlassovii. *Trin.* 148. *18.*
Amblyachyrum. *Hochst.* 413.
mangalorense. *Hochst.* 413. *1.*
Ammochloa. *Boiss.*
palaestina. *Boiss.* 428 sub *19b.*
pungens. *Boiss.* 427 sub *19.*
Ammophila. *Host.* 193. ***
arundinacea. *Host.* 193 sub *84.*
Ampelodesmos. *Link.* 195.
bicolor. *Kunth.* 195. *2.*
effusus. *Steud.* 195. *3.*
tenax. *Link.* 195. *1.*
Amphibromus. *Nees.* 328.
Neesii. (*Steud.*) 328. *1.*
Amphicarpum. *Kunth.*
Purshii. *Kunth.* 35. *1.*
Amphidonax. *Nees.* 197.
benghalensis. *Nees.* 197. *2.*
bifaria. *Nees.* 197. *3.*
Heynii. *Nees.* 197. *1.*
tenella. *Wight. Arn.* 197. *4.*
Amphipogon. *R. Brown.* 198.
cygnorum. *Nees.* 198. *1.*
debilis. *R. Br.* 198. *3.*
laguroides. *R. Br.* 198. *1.*
strictus. *R. Br.* 198. *3.*
turbinatus. *R. Br.* 198 sub Gamelythrum *1.*
Anachyris. *Nees*=Anachyrium. *Nees.*
Anachyrium. *Nees.* 33.
paspaloides. *Nees.* 33. *1.*
Anatherum. *Beauv.* 390. §. 23 et 394. §. 28. error for 26
bicorne. *Beauv.* 390 sub *328.*
bicorne. *Kotschy.* 384 sub *253.*
holcoides. *Nees.* 394 sub *394,*
megapotanicum. *Spr.* 364 sub *6.*
muricatum. *Beauv.* 394 sub *393.*
Andropogon. *Lin.* 363.
abyssinicus. *R. Br.* 371. *89.*
aciculatus. *Retz.* 393. *401.*
aculeatus. *Forsk.* 398 sub *436.*
adscendens. *Wight.* 119 sub Miquelia *3.*
adustus. *Trin.* 364. *1.*
Andropogon aethiopicus. *Rupr.* 372. *102.*
affinis. *R. Br.* 381. *212.*
affinis. *Presl.* 393 sub *372.*
Agenium. (*Steud.*) 395. *400.*
Allectoridia. (*Steud.*) 383. *248.*
Allionii. *Dec.* 367. *36.*
alopecuroides. *Lin.* 407 sub *34.*
alternans. *Presl.* 396. *416.*
altissimus. *Colla.* 393. *370.*
altissimus. *Hochst.* 384 sub *263.*
ambiguus. *Steud.* 385. *271.*
amethystinus. *Steud.* 371. *86.*
amplectens. *Nees.* 373. *100.*
ampliflorus. *Steud.* 388. *307.*
amplus. *Presl.* 378. *183.*
angustatus. (*Steud.*) 370. *75.*
angustifolius. *H. B.* 368. *55.*
annulatus. *Forsk.* 380. *201.*
anomalus. *Steud.* 397. *436.*
anthephoroides. *Steud.* 375. *134.*
anthistiroides. *Hochst.* 386. *383.*
appendiculatus. *Nees.* 379. *193.*
apricus. *Trin.* 390. *324.*
arcuatus. *Steud.* 374. *127.*
argenteus. *Dec.* 391. *336.*
argenteus. *Ell.* 391 sub *337.*
argutus. (*Steud.*) 391. *347.*
argyraeus. *Schult.* 391. *337.*
aristatus. *Poir.* 380. *203.*
aristidoides. *Steud.* 397. *435.*
aristulatus. *Hochst.* 397 sub *424.*
Arnottianus. (*Steud.*) 375. *139.*
Arnottii. *Nees.* 380 sub *207.*
arrhenobasis. *Hochst.* 385. *276.*
arundinaceus. *Willd.* 398. *439.*
arundinaceus. *Berg.* 390 sub *332.*
arundinaceus. *Scop.* 394 sub *384.*
assimilis. *Steud.* 397. *433.*
asthenos. (*Steud.*) 376. *159.*
asthenostachys. *Steud.* 381. *218.*
Aucheri. *Boiss.* 308. *437.*
aureofulvus. *Steud.* 373. *109.*
aureovillosus. *Steud.* 380. *199.*
aureus. *Willd. Bory.* 412 sub *5.*
australis. *Spr.* 392. *364.*
avenaceus. *Michx.* 392. *358.*
avenaceus. *Frank.* 379 sub *192.*
avenaceus. *H. B.* 394. *384.*
barbatus. *Hamilt. Wall.* 379 sub *189.*
barbigerus. (*Steud.*) 376. *144.*
barbinodis. *Lagasc.* 399. *454.*
Benthamianus. *Steud.* 382. *236.*
Bergii. *R. S.* 390. *332.*
Berteronianus. *Steud.* 380. *210.*
besukiensis. *Steud.* 367. *46.*
biaristatus. *Steud.* ~~397~~. *197.* 379
bicolor. *Roxb.* 394. *383.*
bicolor. *Nees.* 389 sub *317.*
bicornis. *Lin.* 390. *328.*
bifidus. (*Steud.*) 373. *113.*
bifoveolatus. *Steud.* 380. *204.*
bilinguis. *Trin.* 364. *9.*
binatus. *Retz.* 372. *95.*
bisquamulatus. *Hochst.* 372. *101.*
Bladhii. *Retz.* 379. *198.*
Blumii. (*Steud.*) 373. *112.*
Boivini. *Steud.* 431. *327b.*
bombycinus. *R. Br.* 385. *270.*
bourouensis. *Steud.* 382. *230.*
Andropogon brachyatherus. *Hochst.* 371. *84.*
breviaristatus. *Steud.* 396. *424.*
brevifolius. *Swartz.* 366. *26.*
brevis. *Trin.* 376. *79b.*
Byronis. (*Steud.*) 398. *442.*
Brownei. *Kunth.* 368. *53.*
caesius. *Nees. Meyen.* 388 sub *309.*
caespitosus. *Rich.* 365. *14.*
campestris. *Kunth.* 365. *17.*
campestris. *Trin.* 378 sub *174.*
camporum. *Trin.* 378. *174.*
candidus. *Trin.* 364. *2.*
canescens. *Kunth.* 368. *58.*
capillaris. *Heyne. Wall.* 116 sub *25.*
capilliflorus. *Steud.* 397. *432.*
caricosus. *Lin.* 366 sub *30.*
carinatus. *Nees.* 377. *171.*
caucasicus. *Trin.* 391. *339.*
ceresiaeformis. *Nees.* 383. *249.*
cernuus. *Roxb.* 394. *382.*
chloridiformis. *Gaudich.* 381. *221.*
chordatus. (*Steud.*) 398. *444.*
chlorostachys. *Trin.* 364. *6.*
chrysatherus. *Ferd. Müll.* *399. 457.*
chrysostachyus. *Steud.* 377. *169.*
ciliaris. *Trin.* 364. *3.*
ciliatus. *Thunb.* 401 sub *26.*
ciliolatus. (*Steud.*) 396. *421.*
cinctus. *Steud.* 398. *441.*
circinnatus. *Hochst. Steud.* 387. *294.*
citreus. *R. Br.* 384. *258.*
clandestinus. *Nees.* 388. *302.*
coerulescens. *Kunth.* 395. *405.*
coeruleus. (*Steud.*) 395. *404.*
cognatus. *Steud.* 374. *125.*
coleotrichus. *Steud.* 386. *282.*
commutatus. *Steud.* 387. *291.*
comoroensis. *Steud.* 431. *127b.*
comosus. *Spr.* 391. *340.*
comosus. *Hochst.* 386 sub *282.*
condensatus. *H. B.* 384. *259.*
confertiflorus. *Steud.* 385. *267.*
confinis. *Hochst.* 386. *280.*
connatus. *Hochst.* 387 sub *291.*
consimilis. *Steud.* 394. *396.*
consanguineus. *Kunth.* 384. *260.*
contortus. *Lin.* 367. *37.*
contortus. *All.* 367 sub *37.*
controversus. *Steud.* 391 sub *349.*
cordatifolius. *Steud.* 376. *157.*
cordofanus. *Hochst.* 372 sub *102.*
corollatus. (*Steud.*) 369 sub *65.*
cotuliferus. *Thunb.* 394. *386.*
courtallunsemis. (*Steud.*) 377 sub *167.*
crassipes. *Steud.* 375. *130.*
crinitus. *Thunb.* 368 sub *61* et 412 sub Pogonatherum *1.*
Crupina. (*Steud.*) 394. *385.*
cryptatherus. *Steud.* 376. *155.*
Curtisianus. *Steud.* 390. *327.*
cuspidatus. *Hochst.* 383. *245.*
cymbarius. *Lin.* 399 sub Anthistiria *1.*
cymbarius. *Hochst.* 400 sub *2.*
dactyloides. *Steud.* 381. *227.*
debilis. *Kunth.* 366. *27.*
decolorans. *H. B.* 393. *371.*
decussatus. *Steud.* 377. *163.*
demissus. *Steud.* 388. *304.*
densiflorus. *Steud.* 386. *285.*

Andropogon depauperatus. *Kunth.* 396. *413.*
diatherus. *Steud.* 372. *187.*
diatherus. *Hochst.* 384 sub *257.*
Dianae. *Steud.* 371. *83.*
dichroanthus. *Steud.* 383. *368.*
dichrous. *Steud.* 389. *317.*
digitatus. *Hochst.* 381 sub *227.*
dissitiflorus. *Michx.* 366. *32.*
dissolutus. *Nees.* 381. *224.*
diversiflorus. *Steud.* 370. *77b.*
distachyus. *Lin.* 372. *99.*
distans. *Nees.* 387. *298.*
Donianus. *Benth.* 369. *73.*
Dregeanus. *Nees.* 384 sub *265.*
Drummondii. (*Steud.*) 393. *381.*
dubitatus. (*Steud.*) 394. *391.*
dubius. *Kunth.* 364 sub *6.*
echinatus. *Heyne.* 382. *241.*
echinulatus. (*Steud.*) 397. *426.*
elatus. (*Steud.*) 376. *145.*
elegans. *Gay.* 364. *11.*
elegantissimus. *Steud.* 365. *12.*
elythrophyllus. *Steud.* 378. *186.*
eriophorus. *Scheele.* 372. *97.*
eriophorus. *Willd.* 386 sub *288.*
eriostachyus. *Presl.* 372. *96.*
erythrocoleus. *Steud.* 391. *341.*
Esenbeckii. (*Steud.*) 375. *137.*
eucnemis. *Trin.* 372. *98.*
euocmus. *Nees.* 390. *331.*
exaltatus. *R. Br.* 385. *273.*
excavatus. *Hochst.* 388. *308.*
exilis. *Hochst.* 383. *250.*
exsertus. *Steud.* 366 sub *26.*
falcatus. (*Steud.*) 369. *64.*
familiaris. *Steud.* 385. *277.*
fascicularis. *Roxb.* 392. *354.*
fasciculatus. (*Steud.*) 382. *229.*
fastigiatus. *Swartz.* 370. *74.*
ferrugineus. *Hochst.* 377 sub *169.*
festucoides. *Presl.* 394. *388.*
filifolius. (*Steud.*) 374. *126.*
filiformis. *Roxb.* 372. *104.*
filipendulinus. *Hochst.* 389. *318.*
finitimus. *Hochst.* 385. *275.*
firmandus. *Steud.* 370. *78.*
firmus. (*Kunth.*) 367. *38.*
flabelliformis. *Roxb.* 399. *447.*
flaccidus. *Rich.* 367. *40.*
flavescens. *Presl.* 378. *180.*
flexuosus. *Nees.* 388. *310.*
flexuosus. *Salzm.* 390 sub *328.*
floridus. *Trin.* 366 *28.*
foliatus. *Steud.* 389. *313.*
foveolatus. *Delil.* 366. *31.*
fragillimus. *Hochst.* 384. *256.*
fragilis. *R. Br.* 384. *254.*
fulvibarbis. *Trin.* 391. *346.*
fulvicomus. *Hochst.* 384. *263.*
fulvispica. *Steud.*. 379. *191.*
fulvus. *Spr.* 389. *440.*
furcatus. *Mhlbrg. Schreb.* 379. *192.*
fuscus. *Presl.* 396. *417.*
galloinsulanus. *Steud.* 371. *90.*
garipensis. (*Steud.*) 379. *189.*
Gayanus. *Kunth.* 372. *103.*
geniculatus. (*Steud.*) 376. *158.*
gibbus. (*Steud.*) 376. *148.*
Gidarba. *Hamilt.* 387. *299.*
Andropogon giganteus. *Hochst.* 386. *286.*
giganteus. *Fenzl.* 386. *287.*
glaber. *Roxb.* 392. *353.*
glabratus. (*Steud.*) 395. *109.*
glabrescens. *Hochst.* 374. *124.*
glabriusculus. *Hochst.* 387. *293.*
glaucescens. *H. B.* 377. *170.*
glaucopsis. *Steud.* 397. *429.*
glaucus. *Mhlbrg.* 389. *322.*
glaucus. *Retz.* 404 sub *9.*
glaucus. *Torr.* 392 sub *357.*
Goeringii. *Steud.* 388 sub *306.*
Griffithsiae. (*Steud.*) 375. *141.*
gracilis. *Spr.* 399. *448.*
grandis. *Nees.* 399. *458.*
Graya. *Steud.* 119 sub Graya *1.*
Grisebachii. *Schmidt. 365. 13.*
Gryllus. *Lin.* 395. *402.*
guianensis. *Steud.* 382. *231.*
guineensis. *Steud.* 371. *88.*
Haenkii. *Presl.* 394. *387.*
halepensis. *Sibth.* 394. *384.*
hamulatus. *Nees.* 388. *300.*
heteranthus. *Steud.* 370. *77.*
heteroclitus. *Nees.* 389. *314.*
hexastachyus. (*Steud.*) 380. *208.*
himaleyensis. (*Steud.*) 377. *168.*
hirsutus. *H. B.* 378. *184.*
hirsutus. *Heyne.* 115 sub *14.*
hirtiflorus. *Kunth.* 365. *18.*
hirtus. *Lin.* 384. *261.*
hispidissimus. (*Steud.*) 367. *41.*
Hochstetteri. *Steud.* 384. *257.*
Hohenackeri. *Hochst.* 368. *47.*
holcoides. *Kunth.* 394. *394.*
Humboldtianus. (*Steud.*) 392. *356.*
humilis. *Hochst.* 383. *108.*
humilis. *Wight.* 388 sub *304.*
javanicus. (*Steud.*) 398. *420.*
imberbis. (*Steud.*) 375. *142.*
importunus. (*Steud.*) 382. *234.*
incertus. (*Steud.*) 375. *143.*
incompletus. *Presl.* 394. *389.*
increscens. (*Steud.*) 396. *418.*
incurvatus. *Retz.* 381. *219.*
incurvatus. *Koenig.* 381 sub *220.*
inermis. *Steud.* 390. *330.*
infirmus. *Steud.* 369. *68.*
insculptus. *Hochst.* 380. *205.*
insularis. *Lin.* 97 sub *805.*
intermedius. *R. Br.* 392. *362.*
intonsus. *Nees.* 389. *115.*
inundatus. *Ferd. Müll.* 392. *363.*
involutus. *Steud.* 393. *117.*
Ischaemum. *Lin.* 379. *194.*
Ischaemum. *Roxb.* 380. *200.*
ischyranthus. *Steud.* 367. *44.*
juncifolius. *Hamilt.* 399. *452.*
Iwarankusa. *Roxb.* 388. *306.*
Koenigii. *Steud.* 381. *220.*
koleostachys. *Steud.* 376. *152.*
koretrostachys. *Trin.* 380. *211.*
laguroides. *Dec.* 390. *333.*
lanatus. *R. Br.* 385. *272.*
lanceolatus. *Roxb.* 381. *215.*
lancifolius. *Trin.* 382. *237.*
laniger. *Desf.* 386. *288.*
lanuginosus. *H. B.* 378. *177.*
lasiokoleos. *Steud.* 383. *247.*
Andropogon lateralis. *Nees.* 378. *182.*
latiflorus. (*Steud.*) 364. *10.*
latifolius. (*Steud.*) 382. *232.*
latifolius. *Rottl.* 382 sub *237.*
laxiflorus. *Steud.* 380. *209.*
laxus. *Willd.* 391. *348.*
laxus. *Roxb.* 391 sub *349.*
lepidus. *Nees.* 389. *316.*
leptanthus. *Steud.* 391. *342.*
leptocomus. *Trin.* 366. *25.*
leptophyllus. *Trin.* 365. *24.*
leptos. (*Steud.*) 397. *428.*
leptostachyos. *Benth.* 384. *255.*
leucopogon. *Nees.* 391. *335.*
leucostachyus. *H. B.* 370. *81.*
Lhotskyi. *Steud.* 384. *253.*
liantherus. *Steud.* 367. *45.*
ligularis. *Kunth. 381. 225.*
Lindenii. *Steud.* 389. *319.*
lineatus. *Steud.* 369. *71.*
lithophilus. *Trin.* 373. *110.*
lodicularis. (*Steud.*) 375. *136.*
Louisianae. *Steud.* 383. *252.*
macer. *Steud.* 371. *93.*
Macraei. *Steud.* 377. *160.*
macroglossus. (*Steud.*) 368. *60.*
macrothrix. *Trin.* 378. *181.*
macrourus. *Michx.* 389. *320.*
malacophyllus. *Hochst.* 372. *106.*
malacostachyus. *Presl.* 365. *20.*
marginatus. *Steud.* 388 sub *306.*
Mariannae. (*Steud.*) 382. 233.
Martini. *Roxb.* 388. *309.*
Martini. *Wight.* 389 sub *312.*
medius. (*Steud.*) 382. *228.*
megopotamicus. *Spr.* 399. *446.*
melanocarpus. *Ell.* 389. *321.*
Meyenianus. (*Steud.*) 375. *138.*
micans. (*Steud.*) 382. *239.*
micranthus. *Kunth-* 396. *410.*
microphyllus. *Trin.* 382. *238.*
microstachyus. *Hamilt.* 399. *456.*
miliaceus. *Roxb.* 392 sub *351.*
miliformis. *Schult.* 392. *351.*
minarum. *Kunth.* 397. *434.*
minor. (*Steud.*) 377. *162.*
minutiflorus. *Steud.* 379. *196.*
minutissimus. *Heyne.* 119 sub Miquelia *3.*
mollicomus. *Kunth.* 379. *188.*
mollicomus. *Hrbr. Mus. Par.* 376 sub *152.*
mollis. *Kunth.* 368. *57.*
monandrus. *Roxb.* 368. *61.*
monatherus. *Rich.* 386. *281.*
monostachyus. (*Steud.*) 369. *66.*
montanus. *Roxb.* 392. *352.*
monticola. *Schult.* 395. *467.*
Montufari. *H. B.* 368. *56* et 399 sub *446.*
Mühlenbergianus. *Schult.* 399. *451.*
multicaulis. *Steud.* 383. *246.*
multinervius. *Hochst.* 374. *121.*
muralis. *Hamilt. Wall.* 382 sub *237.*
muricatus. *Retz.* 394. *393.*
murinus. (*Steud.*) 377. *165.*
muticus. (*Steud.*) 374. *128.*
Myosurus. *Presl.* 365. *19.*
nardoides. *Nees.* 388. *311.*
nardoides. *Hochst.* 385 snb *367. 368.*

Andropogon Neesii. *Kunth.* 371. *94.*
Neesii. *Trin.* 365 sub *17.*
nemophyllus. (*Steud.*) 377. *164.*
nervatus. *Hochst.* 387. *289.*
nervosus. *Rottl.* 370. *75* et 367 sub *34.*
niger. *Kunth.* 393. *380.*
nigritanus. *Benth.* 394. *392.*
nitidus. *Kunth.* 395. *398.*
nodulibarbis. *Hochst.* 396. *423.*
notopogon. (*Steud.*) 373. *115.*
nudus. (*Steud.*) 383. *243.*
nutans. *Mhlbrg.* 392 sub *358.*
obtusifolius. *Poir.* 366 sub *28.*
obvallatus. *Steud.* 373. *116.*
oliganthus. *Hochst.* 368. *48.*
Olivieri. *Boiss.* 387. *295.*
pachnodes. *Trin.* 387. *297.*
paleaceus. *Trin.* 376. *146.*
pallidus. *Kunth.* 396. *412.*
paniceus. *Steud.* 375. *135.*
paniculatus. *Kunth.* 391. *338.*
paniculatus. *Lam.* 395 sub *402.*
panormitanus. *Parlat.* 431 sub *194.*
papillipes. *Hochst.* 384. *264.*
papillosus. *Hochst.* 380. *206.*
parviflorus. *Roxb.* 391. *350.*
parvispica. (*Steud.*) 397. *431.*
patentivillosus. (*Steud.*) 373. *119.*
pauciflorus. *Salzm.* 371 sub *82.*
pectinatus. (*Steud.*) 369. *63.*
pedicellatus. *Steud.* 394. *395.*
peduncularis. *Kunth.* 399. *450.*
pendulus. *Nees.* 388. *303.*
peninsulae. (*Steud.*) 396. *422.*
pentastachyus. *Heyne.* 380 sub *200.*
perfossus. *Nees. Meyen.* 391 sub *343.*
pertusus. *Willd.* 364. *4.*
petiolaris. *Steud.* 398. *443.*
Petitianus. *Rich.* 367. *39.*
pilifer. *Steud.* 373. *111.*
pilosus. *Klein.* 381. *211.*
pilosus. *Heyne.* 373 sub *111.*
pilosus. *Sieber.* 382 sub *232.*
plagiopus. *Hochst.* 374. *123.*
platypus. *Sieber.* 364. *7.*
plumosus. *Willd.* 381. *223.*
podotrichus. *Hochst.* 384. *362.*
polyatherus. *Hochst.* 374. *122.*
polyatherus. *Rich.* 374. sub *122* et sub *124.*
polymorphus. *Steud.* 375. *131.*
polyptychos. (*Steud.*) 380. *207.*
polystachyus. *Roxb.* 367. *42.*
polystichus. *Hochst.* 369. *72.* (lege polystictus.)
princeps. *Rich.* 360 sub Jardinea *2.*
prionodes. *Steud.* 383. *244.*
procerus. *R. Br.* 385. *274.*
propinquus. *Kunth.* 393. *372.*
prostratus. *Lin.* 401 sub *13.*
provincialis. *Lam.* 379. *195.*
proximus. *Hochst.* 387. *292.*
pruinosus. *Nees.* 388. *305.*
Pseudograya. (*Steud.*) 365. *23.*
pseudo hirtus. *Steud.* est: A. Jwarankusa.
Pseudo-Ischaemum. *Nees.* 380. *200.*
pubescens. *Ait.* 204 sub *7.*
pubescens. *Visian.* 384 sub *261.*
pulchellus. *Don.* 383. *251.*
Andropogon pumilus. *Roxb.* 391. *344.*
punctatus. *Roxb.* 391. *343.*
purpurascens. *Mhlbrg.* 367. *35.*
purpureo-sericeus. *Hochst.* 392. *366.*
Quartinianus. *Rich.* 392. *367.*
quinqueplumis. *Hochst.* 398. *438.*
radicans. *Lehm.* 380. *202.*
ramosus. *Forsk.* 399. *453.*
Ravennae. *Lin.* 408 sub *42.*
reconditus. *Steud.* 386. *284.*
rectus. *Steud.* 389. *312.*
refractus. *R. Br.* 390. *329.*
relictus. *Steud.* 377. *161.*
repens. (*Steud.*) 374. *129.*
repens. *Klein. Wight.* 382 sub 237.
Retzii. (*Steud.*) 375. *133.*
rhizophorus. *Steud.* 381. *217.*
Riedelii. *Trin.* 365. *21.*
Robertianus. (*Steud.*) 369. *67.*
rostratus. *Trin.* 364. *8.*
Rottboellioides. (*Steud.*) 382. *235.*
Roxburghii. *Nees.* 395. *399.*
Royleanus. (*Steud.*) 397. *425.*
rubens. *Kunth.* 393. *376.*
rudis. (*Steud.*) 383. *242.*
rufidulus. (*Steud.*) 392. *359.*
rufispica. *Steud.* 379. *191.*
rufum. *Rich.* 411 sub Eriochryis *1.*
rugosus. *Steud.* 376. *149.*
saccharatus. *Roxb.* 393. *378.*
saccharoides. *Swartz.* 390. *334.*
scaberrimus. *Kunth.* 392. *360.*
scandens. *Roxb.* 381. *216.*
schangulensis. *Fenzl.* 369 sub *71.*
Schimperi. *Hochst.* 384. *265.*
schirensis. *Hochst.* 371. *85.*
Schoenanthus. *Lin.* 387 sub *294* et *296.*
Schoenanthus. *Roxb.* 387. *296.*
Schoenanthus. *Tunb.* 388 sub *306.*
Schoenanthus. *Wall.* 388 sub *301.*
scoparius. *Michx.* 366. *33.*
scrobiculatus. *Kunth.* 381. *226.*
scrobiculatus. *Nees.* 380 sub *204.*
secundus. *Kunth.* 368. *49.*
segaenensis. (*Steud.*) 367. *43.*
segetum. (*Steud.*) 376. *147.*
Sehima. (*Steud.*) 369. *69.*
semiberbis. *Kunth.* 365. *22.*
semisagittatus. (*Steud.*) 376. *150.*
sennarensis. *Hochst.* 386. *287.*
sericeus. *R. Br.* 381. *213.*
serratus. *Retz.* 366. *30.*
serratus. *Thunb.* 391 sub *348.*
serrulatus. *Link.* 377. *173.*
serrulatus. *Rich.* 383 sub *244.*
setifolius. *Kunth.* 395. *397.*
sibiricus. (*Steud.*) 398. *445.*
simillimus. (*Steud.*) 373. *118.*
Sorghum. *Autor.* 393. *375.*
spathiflorus. *Kunth.* 370. *80.*
speciosus. (*Steud.*) 375. *132.*
spicatus. (*Steud.*) 368. *59.*
Sprengelii. *Kunth.* 395. *406.*
squamulatus. *Hochst.* 374. *120.*
squarrosus. *Lin.* 394 sub *393.*
stipaeformis. *Steud.* 377. *166.*
stipoides. *Kunth.* 368. *50.*
stipoides. *H. B.* 392 sub *356.*
striatus. *Klein.* 366. *34.*
Andropogon striatus. *R. Br.* 368 sub *53.*
strictus. *Roxb.* 381. *222.*
strictus. *W. K.* 408 sub *44.*
subglabrescens. *Steud.* 393. *377.*
submembranaceus. *Steud.* 431. *229b.*
submuticus. (*Steud.*) 382. *240.*
subrepens. (*Steud.*) 397. *430.*
subtilis. *Steud.* 396. *419.*
subulatus. *Presl.* 396. *415.*
subunifoveolatus. *Steud.* 380 sub *204.* nota.
tacazensis. *Steud.* 369. *70.*
tahitensis. *Hook.* 385. *266.*
Tamba. *Hochst.* 385. *278.*
tenellus. *Roxb.* 371. *91.*
tenellus. *Presl.* 366 sub *27.*
tener. *Kunth.* 366 sub *24.*
tenuiculus. *Steud.* 371. *92.*
tenuifolius. (*Steud.*) 365. *15.*
tenuipedicellatus. *Steud.* 393. *369.*
tenuis. *R. Br.* 368. *52.*
ternarius. *Michx.* 378. *175.*
ternatus. *Nees.* 378. *179.*
tetrastachys. *Ell.* 390. *325.*
timoriensis. *Steud.* 376. *151.*
thymiodorus. (*Steud.*) 365. *16.*
tomentellus. *Steud* 371. *87.*.
Tong Dong. (*Steud.*) 375. *140.*
Torreyanus. (*Steud.*) 392. *357.*
trachypus. *Trin.* 389. *323.*
tridentatus. *Roxb.* 372. *105.*
tridentatus. *Hochst.* 372 sub *101.*
Trinii. (*Steud.*) 395. *408.*
tripsacoides. *Trin.* 364. *5.*
tristachyus. *H. B.* 378. *178.*
tristachyus. *Roxb.* 409 sub *57.*
triticeus. *R. Br.* 368. *54.*
triticiformis. (*Steud.*) 376. *154.*
tropicus. *Spr.* 392. *361.*
Truchmenorum. *C. Koch.* 394. *390.*
truncatus. (*Steud.*) 368. *51.*
umbrosus. *Hochst.* 386. *279.*
undatus. *Jacq.* 45 sub *107.*
undulatus. *Heyne.* 380 sub *200.*
Urvilleanus. (*Steud.*) 376. *152.*
usorum. (*Steud.*) 392. *365.*
Vachellii. *Nees.* 393. *373.*
vaginatus. *Ell. Trin.* 390. *326.*
vaginatus. *Presl.* 366 sub *29.*
velatus. *Kunth.* 366. *29.*
versicolor. *Nees.* 388. *301.*
verticillatus. *Roxb.* 396. *413.*
verticilliflorus. *Steud.* 393. *379.*
vestitus. *Steud.* 378. *176.*
villiferus. (*Steud.*) 376. *156.*
villosulus. (*Steud.*) 397. *427.*
villosus. *Thunb.* 412 sub *6.*
vimenus. *Trin.* 370. *79.*
violascens. *Nees.* 396. *396.*
violascens. *Heyne.* 414 sub *6.*
virgatus. *Hamilt.* 399. *455.*
virginicus. *Lin.* 370. *82.*
virginicus. *Torr.* 366 sub *32.*
Wightianus. (*Steud.*) 395. *403.*
xanthoblepharis. *Trin.* 385. *269.*
Zeae. *R. S.* 399 sub *449.*
Zeylanicus. (*Steud.*) 397 sub *426b.*
Zollingeri. *Steud.* 369. *62.*
Androscepia. *Brongn.* 402.
gigantea. *Brongn.* 402. *1.*

Anemargrostis. *Wight. Arn.*
Neesiana. *Wight. Arn.* 115 sub *14.*
tenella. *Wight* 115 sub *8.*
Anisantha. *C. Koch.* 237.
pontica. *C. Koch. 1.*
Anisopogon. *R Brown.* 237.
avenaceus. *R. Br. 1.*
capensis. *R. Br. 2.*
Anoplia. *Nees.*
mexicana. *Nees.* 210 sub *26.*
Antenanthia. *Beauv.*
villosa. *Beauv.* 87 sub *664.*
Antephora. *Schreb.* 111.
abyssinica. *Rich.* 111 sub *4.*
axilliflora. *Steud.* 111. *7.*
Belangeri. *Steud.* 111. *6.*
elegans. *Schreb.* 111. *1.*
elegans. *Fenzl.* 111 sub *4.*
Hochstetteri. *Nees.* 111. *4.*
Kotschyi. *Fenzl.* 111 sub *4.*
persica. *Boiss.* 419. *4b.*
pubescens. *Nees.* 111. *2.*
punctulata. *Steud.* 111. *5.*
villosa. *Spr.* 111. *3.*
Anthistiria. *Lin.* 399.
abyssinica. *Hochst.* 400. *8.*
anathera. *Nees.* 402. *32.*
argentea. *Nees.* 400. *17.*
arguens. *Willd.* 401. *18.*
arguens. *Moritz. Zoll.* 400 sub *6.*
arguens. *Heyne.* 401 sub *19.*
arguta. *Nees.* 401. *14.*
arundinacea. *Roxb.* 401. *22.*
australis. *R. Br.* 402. *29.*
barbata. *Desf. Trin.* 401 sub *16.*
brachyantha. *Boiss.* 431. *39.*
caudata. *Nees.* 402. *28.*
ciliata. *Lin. fil.* 401. *16.*
ciliata. *Cav.* 402 sub *29.*
cimicina. *Edgew.* 400. *11.*
Cymbaria. *Roxb.* 399. *1.*
Desfontainii. *Kunth.* 400. *9.*
dissoluta. *Nees.* 400. 4.
foliosa. *H. B.* 402. *34.*
Forskahlii. *Kunth.* 402. *38.*
frondosa. *R. Br.* 402. *30.*
gigantea. *Cav.* 402 sub Androscepia *1.*
glandulosa. *Wight.* 400 sub *12.*
glauca. *Desf.* 402. *36.*
heteroclita. *Roxb.* 389 sub *314.*
japonica. *Willd.* 401. *26.*
imberbis. *Retz.* 401. *15.*
imberbis. *Desf.* 400 sub *9.*
Junghuhniana. *Nees.* 403 sub Heterolytron *1.*
Linneana. (*Steud.*) 401. *13.*
membranacea. *Lindl.* 402. *31.*
multiplex. *Hochst.* 400. *7.*
mutica. *Hassk.* 401. *25.*
pilifera. *Steud.* 400. *6.*
pilosa. *Presl.* 402. *37.*
polystachya. *Roxb.* 401. *20.*
prostrata. *Trin.* 400 sub *12.*
Pseudocymbaria. *Steud.* 399. *2.*
punctata. *Hochst.* 400. *5.*
quintuplex. *Steud.* 400. *3.*
reflexa. *H. B.* 402. *33.*
scandens. *Roxb.* 401. *21.*
subsericans. *Nees.* 401. *23.*
Anthistiria syriaca. *Boiss.* 431. *40.*
tortilis. *Presl.* 401. *24.*
tremula. *Nees.* 401. *19.*
villosa. *Lam.* 401. *29.*
vulcanica. *Steud.* 400. *10.*
Wightii. *Nees.* 400. *12.*
Anthochloa. *Nees.* 292.
lepida. *Nees.* 292. *1.*
rupestris. *Remy.* 292. *2.*
Anthopogon. *Nutt.*
lepturoides. *Nutt.* 217 sub Gymnopogon *1.*
Anthosachne. *Steud.* 237.
australasica. *Steud.* 237. *1.*
Antitragus. *Gaertn.* 151.
aculeatus. *Gaertn.* 151 sub Crypsis *1.*
Anthoxanthum. *Lin.* 12.
amarum. *Brot.* 13. *4.*
aristatum. *Boiss.* 416 ad p. 13.
avenaceum. *Retz.* 367 sub *42.*
Carrerianum. *Parlat.* 13. *5.*
crinitum. *Labil.* 120 sub *5.*
crinitum. *Lin.* 120 sub *6.*
gracile. *Bivon.* 13. *3.*
odoratum. *Lin.* 13. *1.*
paniculatum. *Lin.* 309 sub *104.*
pulcherrimum. *Lour.* 13. *6.*
Antoschmidtia. *Steud.*
pappophoroides. *Steud.* 199. sub Schmidtia *1.*
Apera. *Beauv.* cfr. species homonymae sub Agrostis, Mühlenbergia, Vilfa.
crinita. *Beauv.* 126 sub *6.*
Aplexia. *Rafin.* 1 sub Leersia *13* nota.
Apluda. *Lin.* 403.
aristata. *Lin.* 403. *1.*
aristata. *Roxb.* 403 sub *2.*
communis. *Arn. Nees.* 403. *2.*
digitata. *Lin.* 404. *10.*
geniculata. *Roxb.* 404. *7.*
humilis. *Presl.* 404. *5.*
glauca. *Schreb.* 404. *9.*
microstachya. *Arn.* 403 sub *1.*
mucronata. *Steud.* 404. *6.*
mutica. *Lin.* 403. *4.*
rostrata. *Arn. Nees.* 403. *3.*
villosa. *Schreb.* 404. *8.*
Arctagrostis. *Griseb.*
latifolia. *Griseb.* 176 sub Colpodium *1.*
Arctophila. *Laest.* 285 sub *8.*
Aristaria. *Jungh.* 415.
barbata. *Jungh.* 415. *1.*
mutica. *Jungh.* 403 sub Heterolythrum *1.*
Aristella. *Trin.* 131. §. 6.
bromoides. *Bertol.* 131 sub 94.
Aristida. *Lin.* 132.
acutiflora. *Trin.* 144. *127.*
adoensis. *Hochst.* 139. *73.*
adscensionis. *Lin.* 139. 76.
adscensionis. *Savi.* 138 sub *68.*
adscensionis. *Swartz.* 137 sub *54.*
aequiramea. *Scheele.* 134. *22.*
aethiopica. *Rupr.* 138 sub *66 η.*
affinis. *Kunth.* 133. *5.*
amplissima. *Trin. Rupr.* 142. *111.*
Antillarum. *Poir.* 217 sub *18.*
arabica. *Trin.* 138. *69.*
arenaria. *Gaudich.* 143. *123.*
Aristida arundinacea. *Lin. Schum.* 140 sub *101.*
barbicollis. *Trin.* 141. *106.*
Beyrichiana. *Trin. Rupr.* 133. *12.*
bipartita. *Trin.* 140. *94.*
brevifolia. (*Steud.*) 144. *131.*
bromoides. *H. B.* 137. *60.*
calycina. *R. Br.* 140. *96.*
canariensis. *Willd.* 138 sub *66 α.*
capensis. *Thunb.* 145. *144.*
capillacea. *Lam.* 134. *25.*
capillacea. *Cav.* 140 sub *84.*
chaetophylla. *Steud.* 420. *108b.*
chapadensis. *Trin.* 136. *48.*
chrysopila. *Steud.* 397 sub *435.*
ciliata. *Desf.* 143. *124.*
ciliata. *Steud. Hochst.* 144 sub *133.*
coarctata. *H. B.* 137. *61.*
coarctata. *Lichtst.* 142 sub *108.*
coerulescens. *Desf.* 138. *68.*
coerulescens. *Hrbr. un. it. arab.* 138 sub *69.*
coerulescens. *Hrbr. un. it. abyss.* 139 sub *73.*
cognata. *Trin. Rupr.* 137. *53.*
complanata. *Trin.* 135. *34.*
concinna. *Sonder.* 144. *135.*
congesta. *R. S.* 142. *108.*
crinita. *Presl.* 135. *37.*
Cumingiana. *Trin. Rupr.* 140. *84.*
curvata. *Trin.* 138 sub *66 ε.*
cyanantha. (*Steud.*) 141. *102.*
decorata. *Steud.* 421. *125b.*
delicatula. *Hochst.* 139. *82.*
densispica. *Steud.* 139. *83.*
depressa. *Retz.* 138 sub *66 δ.*
desmantha. *Trin. Rupr.* 134. *21.*
dichotoma. *Michx.* 132. *1.*
diffusa. *Trin.* 142. *112.*
dispersa. *Trin.* 137 sub *57. 61. 62* et *63.*
divaricata. *H. B.* 136 sub *41.*
divaricata. *Jacq.* 136 sub *42.*
Dregeana. *Nees.* 144. *129.*
Ehrenbergii. *Trin.* 138. *71.*
elegans. *Rudge.* 134 sub *25.*
Elliottiana. (*Steud.*) 133. *8.*
elliptica. *Kunth.* 137. *56.*
fasciculata. *Torr.* 134. *23.*
Fendleriana. *Steud.* 420. *30c.*
festucoides. *Poir.* 138 sub *66 ϑ.*
flaccida. *Trin. Rupr.* 135. *39.*
foenicularis. *Edgew.* 142 sub *115* not.
funiculata. *Trin. Rupr.* 142. *115.*
Gardneriana. *Steud.* 137. *59.*
geminiflora. (*Steud.*) 144. *130.*
Geyeriana. *Steud.* 133. *10.*
gibbosa. *Kunth.* 135. *33.*
gigantea. *Lin.* 138 sub *66 α.*
glaberrima. *Steud.* 135. *38.*
glauca. (*Steud.*) 135. *30.*
gossypina. *Bosc.* 133 sub *13.*
gracilis. *Ell.* 133. *2.*
guineensis. *Trin.* 139. *74.*
hirtigluma. *Steud.* 144. *133.*
hordeacea. *Kunth.* 142. *109.*
hordeacea. *Hochst.* 142 sub *110.*
Humboldtiana. *Trin. Rupr.* 136. *41.*
humilis. *H. B.* 137. *57.*
hygrometrica. *R. Br.* 143. *122.*

Aristida hystrix. *Lin. fil.* 141. *99.*
Jacquiniana. *Tausch.* 136. *42.*
implexa. *Trin.* 136. *49.*
interrupta. *Cav.* 138. *64.*
junciformis. *Trin. Rupr.* 140. *90.*
Karwinskiana. *Rupr.* 136. *45.*
Kotschyi. *Hochst.* 142 sub *115.*
Kunthiana. *Trin. Rupr.* 141. *104.*
lanosa. *Mhlbrg.* 133. *13.*
lanuginosa. *Clarion.* 133. *7.*
laxa. *Cav.* 140. *88.*
leiocalycina. *Trin. Rupr.* 143. *120.*
longeradiata. *Steud.* 140. *92.*
longespicata. *Poir.* 133. *3.*
longifolia. *Trin.* 136. *40.*
longiramea. *Presl.* 136. *44.*
longiseta. *Steud.* 420. *30b.*
lutescens. *Nees,* 145. *137.*
macrathera. *Rich.* 142. *116.*
macrochaeta. *Steud.* 134. *20.*
maritima. *Steud.* 137. *58.*
mauritiana. *Kunth.* 139. *80.*
mauritiana. *Hochst.* 139 sub *79.*
meccana. *Hochst.* 141. *105.*
meccana. *Fenzl.* 141 sub *103.*
megapotamica. *Spr.* 136. *49* nota.
micropoda. *Trin.* 134. *17.*
modatica.. *Steud.* 139. *79.*
mongholica. *Trin. Rupr.* 138 sub *66 β.*
murina. *Cav.* 135. *36.*
mutabilis. *Trin. Rupr.* 141. *103.*
namaquensis. *Trin.* 145. *138.*
nana. *Steud.* 137. *68.*
Neesiana. *Trin. Rupr.* 135. *31.*
nigrescens. *Presl.* 137. *62.*
obtusa. *Delil.* 144. *128.*
oligantha. *Michx.* 134. *18.*
pallens. *Cav.* 135. *35.*
pallida. *Steud.* 143. *119.*
papposa. *Trin. Rupr.* 144. *136.*
paradoxa. *Steud.* 141. *107.*
pennata. *Trin.* 145. *143.*
perennis. *Panzer.* 133. *11.*
pilosa. *Labil.* 140. *95.*
plumosa. *Lin.* 143. *125.*
proxima. *Steud.* 145. *139.*
pseudohistrix. *Trin. Rupr.* 142. *114.*
pumila. *Decaisn.* 138. *70.*
pungens. *Desf.* 145. *141.*
pungens. *Hrbr. un. it. arab.* 145 sub *142.*
purpurascens. *Poir.* 133. *4.*
pusilla. *Trin. Rupr.* 139. *81.*
pygmaea. *Trin. Rupr.* 138 sub *66 γ.*
quinqueseta. *Steud.* 420. *80b.*
racemosa. *Mhlbrg.* 133 sub *5.*
Raddiana. *Savi.* 144. *126.*
ramosa. *R. Br.* 140. *94.*
recurvata. *H. B.* 135. *29.*
repens. *Trin.* 137. *55.*
Riedeliana. *Trin. Rupr.* 135. *32.*
rigescens. *R. S.* 141. *100.*
rigida. *Cav.* 140. *185.*
rigida. *Roth.* 141 sub *100.*
riparia. *Trin.* 137. *50.*
Roemeriana. *Scheele.* 134. *24.*
Royleana. *Trin. Rupr.* 143. *117.*
rufescens. *Steud.* 421. *113c.*
Schiedeana. *Trin. Rupr.* 136. *43.*
Aristida Schimperi. *Hochst. Steud.* 143 sub *24.*
scoparia. *Trin.* 145. *142.*
senegalensis. *Trin. Rupr.* 138 sub *66 ϑ.*
setacea. *Retz.* 141. *101.*
setifolia. *H. B.* 137. *52.*
similis. *Steud.* 420 sub *113b.*
Sieberiana. *Trin.* 143. *118* et sub *119.*
simplicissima. *Steud.* 139. *77.*
sorzogonensis. *Presl.* 140. *86.*
spadicea. *H. B.* 136. *46.*
spiciformis. *Ell.* 133. *14.*
spicigera. *Trin. Rupr.* 138. *72.*
squarrosa. *Trin.* 134. *15.*
Steudeliana. *Trin. Rupr.* 142. *110.*
stipiformis. *Lam. Poir.* 142 sub *111.*
stipaeformis. *Hochst.* 143 sub *119.*
stipoides. *R. Br.* 143. *121.*
stricta. *Michx.* 133. *6.*
stricta. *Ell.* 133 sub *8.*
stricta. *Geyer.* 133 sub *10.*
stricta. *Mhlbrg.* 134 sub *14.*
strictiflora. *Trin. Rupr.* 138 sub *66 ζ.*
subacaulis. (*Steud.*) 144. *132.*
subbiflora. *Steud.* 138. *65.*
subspicata. *Trin. Rupr.* 137. *51.*
Swartziana. (*Steud.*) 137. *54.*
Teneriffae. *Steud.* 420. *108c.*
tenuiflora. *Steud.* 138. *67.*
ternipes. *Cav.* 136. *47.*
Thonningii. *Trin. Rupr.* 139. *75.*
tincta. *Trin. Rupr.* 134. *27.*
torta. *Kunth.* 135. *28.*
trichodes. *Nees.* 140. *89.*
tuberculata. *Nutt.* 134. *19.*
uniplumis. *Lichtst.* 144. *134.*
uniplumis. *Hochst.* 145 sub *136.*
Urvillei. *Steud.* 141. *98.*
vagans. *Cav.* 140. *93.*
vestita. *Thunb.* 142. *113.*
vestita. *Trin.* 142 sub *112.*
virgata. *Trin.* 133. *9.*
vulgaris. *Trin.* 138. *66.*
vulnerans. *Trin. Rupr.* 145. *140.*
Arrhenaterum. *Beauv.* 235. sect. IV.
Arrozia. *Schrad.*
micrantha. *Schrad.* 5 sub Caryochloa *2.*
Arthratherum. *Beauv.* vid. Aristida.
ciliatum. *Nees.* 144 sub *133.*
uniplume. *Drege.* 144 sub *135.*
Zeyheri. *Nees.* 145 sub *144.*
Arthraxon. *Beauv.*
ciliare. *Beauv.* 375 sub *133.*
Hohenackeri. *Hochst.* 413 sub Psilostachys *1.*
Arthropogon. *Nees.* 411.
Hohenackeri. *Hochst.* 413 sub Psilostachys *1.*
villosus. *Nees.* 411. *1.*
Arthrostylidium *Ruprecht.* 335.
cubense. *Rupr.* 336. *3.*
Haenkei. *Rupr.* 335. *1.*
maculatum. *Rupr.* 336. *2.*
pubescens. *Rupr.* 336. *4.*
Trinii. *Rupr.* 336. *5.*
Arundinaria. *Richard* 334.
amplissima. *Nees.* 335. *14.*
distans. *Trin.* 335. *7.*
Arundinaria falcata. *Nees.* 335. *11.*
glaucescens. *Rupr.* 334. *3.*
hispida. *Steud.* 334. *8.*
japonica. *Sieb. Zucc.* 334. *6.*
interrupta. *Trin.* 335 sub *11.*
kurilensis. *Rupr.* 335. *15.*
macrosperma. *Michx.* 334. *2.*
macrostachya. *Nees.* 335. *4.*
parviflora. *Trin.* 335 sub Arthrostylidium *5.*
radiata. *Rupr.* 335. *12.*
Schombourghii. *Bennet.* 335. *10.*
spathiflora. *Trin.* 334. *5.*
tecta. *Mhlbrg.* 334. *1.*
verticillata. *Nees.* 335. *9.*
Wightiana. *Nees.* 335. *13.*
Arundinella. *Raddi.* 114.
agrostoides. *Trin.* 116. *29.*
anomala. *Steud.* 116. *27* et 419 ad p. 116.
auletica. *Rupr.* 116. *31.*
brasiliensis. *Raddi.* 115. *17.*
crinita. *Trin.* 116. *30.*
Deppeana. *Nees.* 115. *19.*
Ecklonii. *Nees.* 114. *4.*
flammida. *Trin.* 114. *1.*
fuscata. *Nees.* 114. *7.*
Goeringii. *Steud.* 116. *26.*
hirsuta. *Nees.* 115. *13.*
hirsuta. *Hochst.* 115 sub *16.*
Khaseana. *Nees.* 115. *10.*
holcoides. *Trin.* 116 sub Brandtia *1.*
martinicensis. *Trin.* 116. *28.*
mesophylla. *Nees.* 115. *12.*
Metzii. *Hochst.* 116. *24.*
Mikana. *Nees.* 115 sub *17.*
mutica. *Nees.* 116. *25.*
nepalensis. *Trin.* 115. *21.*
nervosa. *Nees.* 115. *14.*
pallida. *Nees.* 115. *18.*
peruviana. (*Steud.*) 115. *20.*
pilosa. *Hochst.* 116. *23.*
pumila. *Steud.* 114. *5.*
purpurea. *Hochst.* 115. *22.*
rigida. *Nees.* 114. *3.*
setifera. *Steud.* 115. *16.*
setosa. *Trin.* 114. *2.*
stricta. *Nees.* 115. *11.*
tenella. *Nees.* 115. *8.*
villosa. *Arn.* 115. *9.*
Wallichii. *Nees.* 114. *6.*
Zollingeri. *Steud.* 115. *15.*
Arundo. *Lin.* 193.
airaeformis. *Radd.* 194. *11* et 224 sub *73.*
arenaria. *Lin.* 193 sub *84.*
Alopecuros. *Gaud.* 260 sub *151.*
Ampelodesmos. *Cyrill.* 195 sub Ampelodesmos *1.*
australis. *Cav.* 194. *13.*
australis. *Less. Rich.* 194 sub *14.*
benghalensis. *Retz.* 197 sub Amphidonax *2.*
bicolor. *Desf.* 195 sub Ampelodesmos *2.*
bifaria. *Retz.* 197 sub Amphidonax *3.*
bifaria. *Wight. Roxb.* ibid sub *2.*
Boivini. *Steud.* 423. *6b.*
brevipilis. *Torr.* 190 sub *39.*
Calamagrostis. *Lin.* 187 sub *1.*

Arundo Canila. *Molin.* 336 sub Chusquea *5.*
coarctata. *Torr.* 190 sub *38.*
colorata. *Ait.* 11 sub *21.*
conspicua. *Forst.* 194 sub *14.*
dioica. *Lour.* 193 sub *87.*
Donax. *Lin.* 193. *1.*
Egmondiana. *R. S.* 194. *12.*
Epigejos. *Lin.* 187 sub *6.*
festucoides. *Desf.* 195 sub *1.*
flexuosa. *Brongn.* 194. *7.*
filiformis. *Hassk.* 196 sub *12.*
groenlandica. *Schrank.* 188 sub *20.*
hyperborea. *Trin.* 236 sub Duponti *2.*
isiaca. *Delil.* 196 sub *14.*
Kakao. (*Steud.*) 194. *14.*
Karka. *Retz.* 196 sub *9.*
Karka. *Roxb.* 196 sub 7.
laxa. *Host.* 187 sub *3.*
littorea. *Schrad.* 187 sub *3.*
madagascariensis. *Kunth.* 194. *6.*
mauritanica. *Desf.* 194. *3.*
minutiflora. *Brongn.* 194. *8.*
mitis. *Lour.* 330 sub *15.*
multiplex. *Lour.* 330 sub *16.*
nitida. *H. B.* 194. *4.*
nitida. *Thunb.* 197 sub Oxyanthe *1.*
occidentalis. *Sieb.* 194. *12.*
penicillata. *Labil.* 246 sub *92.*
Phragmites. *Lin.* 195 sub Phragmites *9.*
pilosa. *Urville.* 194. *9.*
piscatoria. *Lour.* 193 sub *86.*
Plinii. *Turr.* 194 sub *3.*
poaeformis. *Labil.* 262 sub *171.*
Pseudophragmites. *Schrad.* 188 sub *9.*
Quila. *Molin.* 198 sub Gynerium *4.*
Quila. *Poir.* 337 sub 7.
Reynaudiana. *Kunth.* 194. *5.*
Rugi. *Molin.* 195. *16.*
semiannularis. *Labil.* 245 sub *84.*
stricta. *E. B.* 189 sub *27.*
strigosa. *Whlbrg.* 189 sub *34.*
sylvatica. *Schrad.* 189 sub *24.*
tabacina. *Lour.* 331 sub *21.*
tenax. *Durand.* 195 sub Ampelodesmos *3.*
tibialis. *Roxb.* 196 sub 7.
triflora. *Roxb.* 197 sub Amphidonax *3.*
triodioides. *Trin.* 194. *15.*
Valdiviana. *Molin.* 195. *17.*
Webbiana. *Steud.* 194. *2.*
Wilhelmsii. *Ledeb.* 226 sub *28.*
Asprella. *Schreb.*
nardiformis. *Host.* 257 sub Psilurus *1.*
oryzoides. *Beauv.* 2 sub *10.*
Ataxia. *R Brown.* 13.
Ecklonis. *Trin.* 13. *2.*
Horsfieldii. *Kunth.* 13. *1.*
mexicana. *Rupr.* 13. *5.*
tenuis. *Trin.* 13. *4.*
Tongo. *Nees.* 13. *3.*
Atheropogon. *Mhlbrg.* Eutrianae species.
papillosus. *Engelm.* 214 sub Chondrosium *5.*
Atropis angustata. *Griseb.* 253 sub *45.*
Borreri. *Griseb.* 286 sub *19.*
Aulaxanthus.
ciliatus. *Ell.* 87 sub *664.*
rufus. *Ell.* 87 sub *665.*
Aulonemia. *Goudot.* 338.
Quexo. *Goud.* 338. *1.*
Avena. *Lin.* 229.
abyssinica. *Hochst.* 230. *16.*
agropyroides. *Boiss.* 425. *29b.*
agrostidea. *Fries.* 225 sub *8.*
agrostoides. *Griseb.* 226 sub *18.*
alba. *Vahl.* 235. *74.*
alopecuros. *Roth.* 229 sub *69.*
alpestris. *Host.* 226 sub *23.*
alpina. *Smith.* 232. *38.*
amethystina. *Clar. Dec.* 231. *30.*
andropogonoides. *Steud.* 228 sub *46.*
antarctica. *R. S.* 234 sub *67.*
antarctica. *Thunb.* 228 sub *41.*
ariguensis. *Steud.* 233. *49.*
aristidoides. *Thunb.* 242 sub *40.*
Baumgartenii. *Steud.* 233, *56.*
Besseri. *Griseb.* 232. *44.*
bipartita. *Link.* 246 sub *96,*
borbonica. *Steud.* 234. *64.*
brevis. *Roth.* 231. *22.*
bromoides. *Lin.* 231. *29.*
byzantina. *C. Koch.* 230. *2.*
callosa. *Turczn.* 235. *79.*
calycina. *Vill.* 246 sub *100.*
cantabrica. *Lagasc.* 232. *34.*
capillaris. *M. K.* 221 sub *38.*
Carmeli. *Boiss.* 425. *72b.*
carpatica. *Host.* 231. *27.*
caryophyllea. *Smith.* 231. *28.*
chinensis. *Hort.* 230. *18.*
chlorantha. *Link. 225* sub *12.*
clauda. *Durieu.* 234. *65.*
colorata. *Steud.* 241 sub *28.*
compacta. *Boiss.* 233. *47.*
compressa. *Heuffel.* 232. *36.*
convoluta. *Presl.* 232 sub *43.*
danaensis. *Boiss.* est 227. *30.*
desertorum. *Less.* 233. *59.*
distichophylla. *Hort.* 226 sub *16.*
distichophylla. *Vill.* 226 sub *17.*
elata. *Forsk.* 235. *85.*
elephantina. *Thunb.* 253 sub *58.*
elongata. *H. B.* 228 sub *55.*
eriantha. *Durieu.* 234. *66.*
fallax. *R. S.* 232. *41* et sub *43.*
fallax. *Boiss.* 233 sub *46.*
fallax. *Pollin.* 232 sub *45.*
fatua. *Lin.* 230. *8.*
filifolia. *Lagasc.* 233. *50.*
filiformis. *Forst.* 172 sub *124.*
filiformis. *Labil.* 174 sub *142.*
flexuosa. *Schrank.* 233. *53.*
flexuosa. *Leers.* 222 sub *48.*
Forsteri. *Kunth.* 234 sub *67.*
fragilis. *Lin.* 234. *68.*
fragilis. *Hohnkr.* 324 sub *82.*
geminiflora. *Kunth.* 234. *69.*
glabra. *C. Koch.* 231. *32.*
glauca. *Lapeyr.* 233. *57.*
glomerata. *Steud.* 242 sub *43.*
glumosa. *Michx.* 246 sub *101.*
gracilis. *Moris.* 225 sub *5.*
Heldreichii. *Parlat.* 233. *46.*
Avena hexantha. *Steud.* 243 sub *64.*
hirta. *Schrad.* 228 sub *47.*
hirtula. *Lagasc.* 230. *9.*
hispida. *Thunb.* 238 sub *4.*
Hoppeana. *Scheele.* 230. *14.*
Hugeninii. *Notaris.* 425. *45b.*
hybrida. *Peterm.* 230. *12.*
japonica. *Steud.* 231. *19.*
intermedia. *Lindgr.* 230. *3.*
Kotschyi. *Boiss.* 235. *77.*
lasiantha. *Link.* 233. *58.*
leonina. *Steud.* 228 sub *42.*
leptostachys. *Hook fil.* 234. *61.*
Loefflingiana. *Cav.* 225 sub *14.*
Loefflingiana. *Lin.* 225 sub *13.*
longifolia. *Req.* 233. *51.*
longiglumis. *Durieu.* 233. *60.*
lucida. *Bertol.* 232. *45* et 425. *45b.*
lupulina. *Steud.* in Flora. 242 sub *51.*
lupulina. *Thunb.* 243 sub *54.*
lutea. *Lin.* 229 sub *66.*
macra. *Biebrst.* 235. *72.*
macra. *Hohnkr.* 226 sub *28.*
macrocalycina. *Steud.* 242 sub *41.*
maxima. *Presl.* 235. *84.*
mollis. *Michx.* 228 sub *52.*
montana. *Brot.* 235. *76.*
myriantha. *Bertol.* 226 sub *19.*
neglecta. *Savi.* 225 sub *11.*
nigra. *Wallr.* 231. *24.*
nitida. *Desf.* 227 sub *36.*
Notarisii, *Parlat.* 425. *40b.*
nuda. *Lin.* 230. 7.
nutkaensis. *Presl.* 234. *63.*
orientalis. *Schreb.* 230. *6.*
palaestina. *Boiss.* 425. *73b.*
pallens. *Link.* 235. *75.*
pallida. *Thunb.* 242 sub *39.*
palustris. *Michx.* 228 sub *51.*
papillosa. *Steud.* 239 sub *8.*
parviflora. *Desf.* 225 sub 7.
parviflora. *Willd.* 225 sub *9.*
pensylvanica. *Lin.* 235. *81.*
pensylvanica. *Forsk.* 244 sub *40.*
persica. *Steud.* 230. *17.*
phleoides. *Urville.* 229 sub *68.*
pilosa. *Bbrst.* 231. *20.*
pilosa. *Presl.* 234 sub *70.*
planiculmis. *Schrad.* 232. *35.*
Pourretii. *Willd.* 235. *83.*
pratensis. *Lin.* 231. *26.*
Preslii. *Kunth.* 234. *70.*
puberula. *Guss.* 294 sub *30.*
pubescens. *Lin.* 231. *31.*
purpurea. *Thunb.* 242 sub 47.
quadriseta. *Labil.* 172 sub *123.*
quinqueseta. *Steud.* 228 sub *45.*
rigida. *Steud.* 243 sub *52.*
rubra. *Zuccag.* 230. *6.*
Ruprechti. *Griseb.* 226 sub *29.*
sativa. *Lin.* 230. *1.*
scabrivalvis. *Trin.* 231. *33.*
scabriuscula. *Lagasc.* 233. *48.*
Scheuchzeri. *All.* 233 sub *55.*
sedenensis. *Dec.* 233. *42* et sub *43.*
sempervirens. *Vill.* 232. *40* et sub *43.*
sesquitertia. *Comol.* 232 sub *45.*
sesquitertia. *Lin.* 231 sub *31.*
setacea. *Vill.* 232. *43.*
sibirica. *Lin.* 129 sub *69.*

Avena spicata. *Lin.* 246 sub *100* et *101.*
splendens. *Boiss.* 232. *39.*
squarrosa. *Schrank* 233. *54.*
sterilis. *Lin.* 230. *13.*
stipaeformis. *Lin.* 235. *80.*
striata. *Michx.* 235. *78.*
strigosa. *Schreb.* 230. *15.*
sulcata. *Gay.* 232. *37.*
symphicarpa. *Trin.* 228 sub *47.*
taygetana. *Steud.* 233. *46.*
tenuis. *Moench.* 226 sub *20.*
Thorei. *Dec.* 233. *52.*
toluccensis. *H. B.* 228 sub *54.*
triaristata. *Vill.* 226 sub *23.*
trichophylla. *C. Koch.* 230. *10.*
trichopodia. *Presl.* 234. *62.*
triseta. *Thunb.* 240 sub *14.*
trisperma. *Schübl.* 230. *4.*
triticoides. *Lindl.* 234. *71.*
uniflora. *Parlat.* 231. *24.*
versicolor. *Vill.* 233 *55.*
versicolor. *Baumg.* 233 sub *56.*
vilis. *Wallr.* 231. *23.*
villosa. *Bertol.* 232 sub *43.*
viridis. *H. B.* 228 sub *56.*
Wiestii. *Steud.* 231. *21.*
Axonopus. *Beauv.*
Poiretii. *R. S.* 34 sub *12.*

B.

Baldingera. *Flora Wetter.*
colorata. *Fl Wett.* 11. sub *21.*
Bambusa. *Schreb.* 329.
abyssinica. *Rich.* 330. *13.*
agrestis. *Poir.* 330. *14.*
alpicola. *Brogn.* 333 sub Nastus *2.*
alpina. *Bory.* 333 sub Nastus *2.*
Apus. *Schult.* 332 sub *3.*
arundinacea. *Lin.* 329. *4.*
arundinacea. *Zolling.* 330 sub *11.*
Arundo. *Nees.* 329. *7.*
aspera. *Schult.* 331. *23.*
Bitung. *Schult.* 334 sub *4.*
Blankoi. (*Steud.*) 331. *28.*
Blumeana. *Schult.* 334 sub *5.*
capensis. *Rupr.* 330. *9.*
capitata. *Trin.* 332 sub *6.*
capitata. *Willd.* 333 sub Nastus *3.*
diffusa. *Blanco.* 331. *25.*
distorta. *Nees.* 333 sub *7.*
dumetorum. *Haenke.* 331. *17.*
elegantissima. *Haskl.* 331. *32.*
floribunda. *Zolling. Mor.* 330. *8.*
glaucifolia. *Rupr.* 331. *19.*
Guadua. *H, B.* 333 sub Guadua *4.*
Kumasaca. *Zolling.* 331. *33.*
latifolia. *H. B.* 333 sub Guadua *1.*
levis. *Blanco.* 331. *30.*
Lima. *Blanco.* 331. *29.*
Lumampao. *Blanco.* 331. *31.*
maxima. *Poir.* 331. *22.*
mitis. *Poir.* 330. *15.*
mitis. *Blanco.* 331 sub *28.*
monogyna. *Blanco.* 331. *24.*
multiplex. *Raeusch.* 330. *16.*
nigra. *Lodd.* 331. *18.*
orientalis. *Nees.* 329. *5.*
pseudoarundinacea. *Steud.* 330. *11.*
Bambusa pungens. *Blanco.* 331. *27.*
reticulata. *Rupr.* 331. *20.*
scandens. *Blume.* 333 sub Nastus *5.*
Schimperiana. *Steud.* 330. sub *13.*
spinosa. *Roxb.* 329. *6.*
stricta. *Roxb.* 330. *12.*
surinamensis. *Rupr.* 329. *3.*
Tabacina. *Poir.* 331. *21.*
Tagaora. *Nees.* 334 sub *8.*
textoria. *Blanco.* 331. *26.*
Thouarsii. *Kunth.* 329. *2.*
Trinii. *Nees.* 333 sub *6.*
verticillata. *Blum.* 330. *10.*
virgata. *Trin.* 333 sub Guadua *5.*
vulgaris. *Schrad.* 329. *1.*
Bathratherum. *Nees.* 363 et 382. §. 20.
molle. *Nees.* 382 sub 237.
serrulatum. *Hochst.* 382 sub *244.*
Beckera. *Fresen.* 117.
glabrescens. *Steud.* 117. *5.*
mutica. *Hochst.* 117. *2.*
nubica. *Hochst.* 118. *7.*
petiolaris. *Hochst.* 117. *4.*
Petitiana. *Rich.* 117. *3.*
polystachya. *Fres.* 117. *1.*
Schimperi. *Hochst.* 117 sub *1.*
uniseta. *Nees.* 118. *6.*
valida. *Gay.* 117 sub *1.*
Beckmannia. *Host.* 15.
erucaeformis. *Host.* 15. *1.*
erucoides. *Beauv.* 15 sub *1.*
Beesha. *Kunth.*
humilis. *Kunth.* 331 sub Melocanna *1.*
Bennetia. *Rafin.* 157 sub *57* nota.
Berchtoldia. *Presl.* 117.
bromoides. *Presl.* 117. *1.*
Berghausia. *Endlich.* 119 sub Miquelia.
Blepharochloa. *Endlich. 3.*
ciliata. *Endl.* 4. *1.*
Blumenbachia. *Koeler.*
halepensis. *Koel.* 394 sub 384.
Bluffia. *Nees.* 120.
Eckloniana. *Nees.* 120. *1.*
Blyttia. *Fries.*
suaveolens. *Fries.* 182 sub *6.*
Boissiera. *Hochst.* 200.
bromoides. *Hochst.* 200. *1.*
Bouteloua. *Lagasc.*
barbata. *Lagasc.* 217 sub *17.*
juncifolia. *Lagasc.* 216 sub *15.*
scorpioides. *Lagasc.* 214 sub Chondrosium *9.*
Brachiaria. *Trin.* 37 et 56. Sect. X.
Brachyelythrum. *Beauv.*
erectum. *Beauv.* 180 sub *37.*
Brachypodium. *Beauv.* vid. Festuca et Triticum. 316. Sect. V. et 346. Sect. III.
Barrelieri. *R. S.* 317 sub 228.
Fontanesianum. *Nees.* 316 sub *223.*
Brandtia. *Kunth.* 116.
holcoides. *Kunth.* 116. *1.*
Briza. *Lin.* 282.
auriculata. *Trev.* 283. *15.*
barbata. *Trin.* 283. *17.*
Berteroniana. *Steud.* 283. *19.*
bipinnata. *Lin.* 264 sub *15.*
canadensis. *Michx.* 285 sub *15.*
caroliniana. *Lam.* 281 sub *7.*
cordata. *Pers.* 283 sub *2.*
Briza cynosuroides. *Scop.* 282 sub Brizopyrum *5.*
elatior. *Sibth.* 282. *4.*
Eragrostis. *Lin.* 263 sub *3.*
erecta. *Lam.* 283. *16.*
geniculata. *Thunb.* 282. *6.*
humilis. *Bbrst.* 282 sub *1.*
imbricata. *Steud.* 282 sub Brizopyrum *3.*
Lamarckiana. *Nees.* 283. *13.*
macrostachya. (*Steud.*) 284. *27.*
maxima. *Lin.* 283. *9.*
media. *Lin.* 283. *2.*
minor. *Lin.* 283. *5.*
nigra. *Burch.* 283. *8.*
nutans. (*Steud.*) 283 sub *19.*
Poa. *Nees.* 283. *11.*
pulchella. *Kunth.* 283. *10.*
purpurascens. *Mhlbrg.* 284. *30.*
reniformis. *Steud.* 284. *28.*
rotundata. (*Steud.*) 284. *22.*
rubella. *Steud.* 282. *7.*
rufa. (*Steud.*) 284. *25.*
scabra. *Nees.* 276 sub *191.*
Sellowii. *Nees.* 284. *26.*
spicata. *Sibth. Sm.* 282. *1.*
spicigera. (*Steud.*) 284. *24.*
stricta. (*Steud.*) 284. *23.*
subaristata. *Lam.* 283. *18.*
trichotoma. *Steud.* 282. *3.*
triloba. *Nees.* 283. *14.*
violascens. *Steud.* 283. *20.*
Uniolae. *Nees.* 283. *12.*
virens. *Lin.* 282 sub *2.*
Brizopyrum. *Link.* 281.
acutiflorum. *Nees.* 281. *2.*
alternans. *Nees.* 281. *1.*
boreale. *Presl.* 282. *10.*
calycinum. *Presl.* 282. *7.*
capense. *Nees.* 281. *3.*
cyperoides. *Nees.* 282. *4.*
ovatum. *Nees.* 282. *6.*
pilosum. *Presl.* 282. *9.*
scirpoideum. *Steud.* 282. *11.*
siculum. *Link.* 282. *5.*
subspicatum. *Presl.* 282. *8.*
Bromidium. *Nees.* 172 sub *118.*
Bromus. *Lin.* 318.
adoensis. *Hochst.* 326. *110.*
aegypticus. *Tausch.* 328. *137.*
affinis. *Dumort.* 324 sub *77.*
agrarius. *Dumort.* 325 sub 94.
albidus. *Bbrst.* 320. *30.*
alopecuroides. *Poir.* 319. *17.*
altissimus. *Pursh.* 327. *116.*
amplus. *C. Koch.* 318. *3.*
anatolicus. *Boiss.* 429. 97*b.*
angustifolius. *Hornm.* 327. *122.*
anomalus. *Rupr.* 328. *142.*
arduennensis. *Kunth.* 319. *18.*
arenarius. *Labil.* 327. *118.*
aristatus. (*Steud.*) 320. *26.*
aristatus. *Lin.* 345 sub *65.*
arvensis. *Lin.* 324. *84.*
asper. *Murr.* 320. *27.*
atticus. *Steud.* 321. *41.*
auleticus. *Nees.* 320. *33.*
australis. *R. Br.* 327. *119.*
avenaceus. *Lam.* 327. *133.*
avenaeformis. *Steud.* 326. *103.*

Bromus badensis. *Gmel.* 325 sub *91.*
Baumgartenii. *Steud.* 320. *38.*
Berterianus. *Colla.* 327. *126.*
bicuspis. *Nees.* 322. *51.*
bifidus. *Thunb.* 319. *20.*
brachystachys. *Hornung.* 324. *83.*
brevis. (*Steud.*) 326. *108.*
brevisetus. *Dumort.* 325 sub *90.*
brizaeformis. *Fisch. Meyer.* 321. *46.*
brizoides. *Lam.* 283 sub *13.*
Brongniartii. *Kunth.* 327. *125.*
canadensis. *Michx.* 322 sub *57.*
canescens. *Visian.* 327. *129.*
capensis. *Steud.* 326 sub *106.*
catharticus. *Vahl.* 322. *55.*
Cebadilla. *Steud.* 321. *50.*
chilensis. *Trin.* 322. *54.*
chrysopogon. *Visian.* 327. *127.*
ciliatus. *Lin.* 322. *57.*
ciliatus. *Lam.* 317 sub *229.*
ciliatus. *Mhlbrg.* 322 sub *58.*
cinereus. *Gmel.* 226 sub *27.*
cognatus. *Steud.* 321. *28.*
coloratus. *Steud.* 429. *69b.*
commutatus. *Schrad.* 325. *92.*
commutatus. *Guss.* 325. *93.*
confertus. *Bbrst.* 324. *85.*
confinis. *Nees.* 320. *36.*
conformis. *Steud.* 323. *73.*
contortus. *Desf.* 319 sub *17.*
crinitus. *Boiss.* 320. *32.*
cristatus. *Lin.* 345 sub *65.*
cultus. *Steud.* 323. *71.*
Danthoniae. *Trin.* 328 sub Triniusa *1.*
decipiens. *Schimp. Spenn.* 325 sub *92* nota.
denseciliatus. *Steud.* 429. *59b.*
depauperatus. *Presl.* 319. *22.*
diffusus. *Dumort.* 325. *94.*
distachyus. *Lin.* 317 sub *229.*
distichus. *Georgi.* 345 sub *65.*
divaricatus. *Rohde.* 325. *98.* 326 sub *99* et 327 sub *114.*
elongatus. *Gaud.* 324 sub *81.*
erectus. *Huds.* 320. *34.*
exaltatus. *Bernh.* 328. *140.*
fasciculatus. *Presl.* 318. *11.*
festucoides. *Link.* 327. *130.*
flavescens. *Tausch.* 328 sub Triniusa *2.*
geniculatus. (*Steud.*) 318. *7.*
geniculatus. *Lin.* 305 sub *47.*
giganteus. *Lin.* 319. 25.
Gilliesii. *Nees.* 328. *140.*
glaberrimus. *C. Koch.* 318. 4.
glaucus. *Spr.* 323. *76.*
glaucus. *Labil.* 320 sub *34.*
glomeratus. *Tausch.* 328. *138.*
grandiflorus. *C. Koch.* 318. *5.*
grossus. *Desf.* 325 sub *91.*
Gussoni. *Parlat.* 319. *16.*
Haenkeanus. *Kunth.* 322. *65.*
hirsutus. *Curt.* 320 sub *27.*
hirtus. *Lichtst.* 327. *131.*
Hohenackeri. *Hochst.* 324. *82.*
holciformis. *Steud. Hochst.* 324. *89.*
hordeaceus. *Gmel.* 325 sub *91.*
japonicus. *Thunb.* 326. *102.*
inermis. *Lin.* 321. *40.*
intermedius. *Guss.* 324. *79.*
Bromus jubatus. *Tenore.* 318 sub *1.*
Kalmii. *A. Gray.* 322. *58.*
lanatus. *H. B.* 311 sub *141.*
lanceolatus. *Roth.* 327. *114.*
lanuginosus. *Poir.* 326 sub *98.*
latifolius. *Karel. Kiril.* 321. 42.
laxus. *Hornm.* 327. *121.*
lenis. *Presl.* 319. *21.* (loco tenuis)
leptoclados. *Nees.* 321. *44.*
leptostachyus. *Steud.* 324. *78.*
ligusticus. *All.* 305 sub *47.*
lithobius. *Trin.* 322. *53.*
littoralis. *Steud.* 325. *97.*
lividus. *H. B.* 310 sub *125.*
loliaceus. *Tenor.* 317 sub *228.*
longiflorus. *Willd.* 327. *20.*
longifolius. *Schousb.* 327. *113.*
longipilus. *Kumm.* et *Sendtn.* 318. *2.*
luzoniensis. *Presl.* 319. *24.*
macranthus. *Meyen.* 322 sub *64.*
macrocladus. *Boiss.* 429. *87b.*
macrostachyus. *Desf.* 326. *99.*
madritensis. *Lin.* 318. *9.*
madritensis. *Cav.* 319 sub *13.*
malacanthus. *Trin.* 322 sub *56.*
marginatus. (*Steud.*) 322. *52.*
massiliensis. *Forsk.* 328. *135.*
Matthewsii. (*Steud.*) 323. *67.*
maximus. *Desf.* 319. *13.*
maximus. *Guss.* 319 sub *16.*
maximus. *Roth.* 319 sub *15.*
megapotamicus. *Spr.* 324. *80.*
Micheli. *Savi.* 323. *75.*
modonensis. *Steud.* 324. *86.*
mollis. *Lin.* 323. *77.*
multiflorus. *Mart.* 328. *123.*
multiflorus. *Host.* 325 sub *95.*
multiflorus. *E. B.* 326 sub *104.*
mutabilis. *Schultz.* 325 sub *92* nota.
nanus. *Weigl.* 324 sub *77.*
nitidus. *Dumort.* 326. *104.*
oranensis. *Steud.* 319. *14.*
ovatus. *Cav.* 225 sub Trisetum *1.*
ovatus. *Gaertn.* 324 sub *85.*
oxyodon. *Schrenk.* 326 sub *99.*
pallens. *Cav.* 319. *19.*
pannonicus. *Kumm. Sendt.* 320. *35.*
parviflorus. *Desf.* 328. *136.*
patulus. *M. K.* 325. *95.*
pectinatus. *Thunb.* 321. *47.*
pectinatus. *Hochst.* 321 sub *48.*
pendulinus. *Schrad.* 322. *60.*
persicus. *Boiss.* 320. *32* et 429 ad 320.
Petitianus. *Rich.* 326. *112.*
pictus. *Hook fil.* 323. *69.*
pilosus. *Dietr.* 319. *15.*
pilosus. *Willd.* 327 sub *132.*
pinnatus. *Fl. dan.* 316 sub *212.*
pinnatus. *Lin.* 316 sub *213.*
pitensis. *H. B.* 322. *62.*
Pluckenetii. *Host.* 316 sub *223.*
poaeformis. *Forsk.* 328. *139.*
pratensis. *Ehrh.* 324 sub *81.*
Preslii. *Kunth.* 323. *66.*
procerus. *H. B.* 311 sub *142.*
pubescens. *Mhlbrg.* 322. *59.*
pubescens. *Frank.* 322 sub *57* nota.
pubescens. *C. Koch.* 327 sub *124.*
purgans. *Lin.* 322. *56* et sub *58.*
racemiferus. *Steud.* 323. *72.*
Bromus racemosus. *Lin.* 324. *81.*
ramosus. *Lin.* 316 sub *223.*
rigens. *Lin.* 327. *134.*
rigidus. *Roth.* 318. *8.*
rigidus. *Baumg.* 321 sub *38.*
rotundatus. *H. B.* 284 sub *22.*
rubens. *Lin.* 318. *10.*
rubens. *Cav.* 318 sub *12.*
rubens. *Host.* 318 sub *8.*
rupestris. *Host.* 316 sub *213.*
sabulosus. *Guss.* 305 sub *44.*
scaberrimus. *Tenor.*. 318 sub *9.*
sardous. *Spr.* 305 sub *44.*
scabratus. *Link.* 325. *93.*
Schraderi. *Kunth.* 326. *109.*
sclerophyllus. *Boiss.* 429. *41c.*
scoparius. *Lin.* 318. *12.*
scoparius. *Guss.* 319 sub *17.*
secalinus. *Lin.* 325. *90.*
secundus. *Presl.* 319. *23.*
segetum. *H. B.* 322. *63.*
scrotinus. *Benek.* 320. *28.*
setifolius. *Presl.* 322. *64.*
simplex. *Pers.* 326. *105.*
simplex. *Gaud.* 324 sub *81.*
sipyleus. *Boiss.* 428. *27b.*
sitchensis. *Bong.* 322. *61.*
speciosus. *Nees.* 321. *45.*
spicatus. *Nees.* 323. *70.*
squarrosus. *Lin.* 325. *36.*
squarrosus. *Forsk.* 328 sub *135.*
squarrosus. *Autor.* 325 sub *97.*
Steudelii. *Frank.* 322 sub *57* nota.
strictus. *Kunth.* 327. *115.*
subalpinus. *Rupr.* 328. *143.*
submuticus. *Steud.* 321. *49.*
subulatus. *Ledeb.* 321. *43.*
sylvaticus. *Poll.* 316 sub *212.*
tectorum. *Lin.* 318. *6.*
tenuiflorus. *Vivian.* 327. *128.*
tenuis. *Presl.* 319. *21* lege: lenis.
tomentellus. *Boiss.* 321. *39.*
tomentosus. *Trin.* 323 sub *74.*
transylvanicus. *Steud.* 320. *37.*
trichodes. *Kunth.* 327. *132.*
trichopodus. *Rich.* 326. *111.*
triflorus. *Lin.* 319 sub *25.*
Trinianus. *Schult.* 323. *74* et *429* ad 320.
unioloides. *Willd.* 326. *107.*
variegatus. *Bbrst.* 320. *29* et 321 sub *39.*
velutinus. *Schrad.* 325. *91.*
verticillatus. *Cav.* 327. *117.*
vestitus. *Schrad.* 326. *106.*
villiferus. *Steud.* 326. *101.*
villosulus. *Steud.* 327. *124.*
virgatus. *Presl.* 323. *68.*
wolgensis. *Spr.* 326. *100.*
Bucetum. *Parnell.* adde hoc nomen p. 309 *116* nota l. 2 post genus.

C.

Cabrera. *Trin.* 37 et 38 sub Panicum sect. I.
Calamagrostis. *Adans.* 187.
acrathera. *Peterm.* 187. *7.*
acutiflora. *Dec.* 189. *23.*
aemula. (*Steud.*) 192. *74.*

Calamagrostis alba. (*Steud.*) 191. *61.*
alpina. *Host.* 188 sub *13.*
arenaria. *Roth.* 193. *84.*
azorica. (*Steud.*) 189. *29.*
baltica. *Trin.* 193. *85.*
brachytricha. *Steud.* 189. *25.*
brevipilis. *Beck.* 190. *39.*
caespitosa. (*Steud.*) 189. *28.*
canadensis. *Michx.* 189. *37.*
canadensis. *Nutt.* 190 sub *38.*
capillaris. *Nees.* 188. *21.*
caucasica. *Trin.* 188 sub *14.*
chalybaea. *Fries.* 189. *32.*
chrysantha. (*Steud.*) 191. *57.*
ciliata. (*Steud.*) 193. *81.*
coarctata. *Torr.* 190 sub *38.*
conspicua. *Gmel.* 192. *77.*
cuspidata. *Spr.* 192. *70.*
densiflora. (*Steud.*) 191. *59.*
dioica. (*Steud.*) 193. *87.*
effusa. (*Steud.*) 191. *52.*
eminens. (*Steud.*) 191. *65.*
Epigejos. *Roth.* 187. *6.*
eriantha. (*Steud.*) 190. *49.*
Falklandiae. *Steud.* 192. *72.*
flexuosa. *Rupr.* 188. *10.*
Funckii. *Steud.* 192. *71b.*
fuscata. (*Steud.*) 191. *62.*
georgica. *C. Koch.* 188. *15.*
glauca. *Bbrst.* 187. *4.*
Hartmanniana. *Fries.* 189. *33.*
hirtigluma. *Steud.* 188. *20.*
Hookeriana. (*Steud.*) 192. *78.*
Jamesoni. *Steud.* 191. *58.*
javanica. *Steud.* 193. *83.*
intermedia. (*Steud.*) 191. *64.*
junciformis. (*Steud.*) 190. *44.*
lanceolata. *Roth.* 187. *1.*
Langsdorffi. *Trin.* 189. *31.*
lapponica. *Whlbrg.* 189. *30.*
lenkoranensis. *Steud.* 188. *14.*
ligulata. *Trin.* 190. *51.*
lithuanica. *Besser.* 188 sub *10.*
littorea. *Dec.* 187. *3.*
macloviana. *Steud.* 192. *73.*
maritima. *Kunth.* 187. *8.*
megapotamica. (*Steud.*) 192 *69.*
montana. *Fries.* 189 sub *32.*
montana. *Host.* 189 sub *26.*
montevidensis. *Nees.* 192. *68.*
Nesii. (*Steud.*) 193. *80.*
neglecta. *Fl. Wett.* 189 sub *27.*
nepalensis. *Nees.* 193. *82.*
nutkaensis. (*Steud.*) 190. *40.*
Nuttalliana. (*Steud.*) 190. *38.*
obtusata. *Trin.* 189. *36.*
olympica. *Boiss.* 188. *12.*
Orizabae. (*Steud.*) 193. *88.*
ovata. (*Steud.*) 191. *54.*
pallens. (*Steud.*) 191. *63.*
persica. *Boiss.* 188. *19* et *422* adde ad 188.
patula. *Steud.* 422. *21b.*
phleoides. (*Steud.*) 192. *71.*
phragmitoides. *Hartm.* 188. *11.*
piscatoria. (*Steud.*) 193. *86.*
planifolia. *Trin.* 190. *48.*
poaeoides. *Steud.* 422. *73c.*
pumila. *Hook. fil.* 190. *45.*
purpurascens. *R. Br.* 189. *35.*
Calamagrostis purpurea. *Trin.* 187. *2.*
pyramidalis. *Host.* 189 sub *24.*
quitensis. *H. B.* 178 sub *11.*
ramosa. *Host.* 187 sub *1.*
recta. *Trin.* 190. *47.*
rigens. *Fries.* 187. *5.*
rigida. *Trin.* 190. *46.*
Roylei. (*Steud.*) 193. *79.*
rubella. *Boiss.* 188. *17* et *422* add. 188.
rudis. (*Steud.*) 192. *76.*
scabra. *Presl.* 190. *41.*
Schiedeana. (*Steud.*) 193. *89.*
sesquitriflora. *Steud.* 190. *50.*
spicigera. (*Steud.*) 191. *55.*
speciosa. *Host.* 132 sub *103.*
splendens. (*Steud.*) 192. *66.*
stricta. *Beauv.* 189. *27.*
strigosa. *Bong.* 189. *34.*
strigosa. *Hartm.* 189 sub *33.*
subulata. *Dumort.* 189. *22.*
sylvatica. *Dec.* 189. *24.*
tenella. *Host.* 188. *13.*
tenuifolia. *H. B.* 181 sub *47.*
thyrsoidea. *C. Koch.* 188. *16.*
toluccensis. *Trin.* 190. *43.*
varia. *Trin.* 189. *26.*
varia. *Host.* 188 sub *9.*
velutina. (*Steud.*) 191. *56.*
vilnensis. *Besser.* 188 sub *10.*
vinealis. *Baumg.* 188. *18.*
viridescens. *Poir.* 197. *67.*
Willdenowii. *Trin.* 192. *75.*
Calamina. *Beauv.*
gigantea. *Beauv.* 402 sub Androscepia *1.*
mutica. *Beauv.* 404 sub Apluda *4.*
Calotheca. *Beauv.* vide Briza.
ciliata. *Link.* 283 sub *15.*
elegans. *Beauv.* 283 sub *13.*
niliaca. *Hrbr. un. it.* 298 sub *16* et *17.*
repens. *Spr.* 298 sub *16.*
Calotheria. *Wight.*
elegans. *Wight.* 199 sub Pappophorum *4.*
Campuloa. *Roem. Schult.* = Campulosus. *Beauv.*
Campulosus. *Beauv.* vide Cterium.
monostachyus. *Beauv.* 102 sub *1.*
Caryochloa. *Trin. 5.*
bahiensis. *Steud.* 5. *2.*
brasiliensis. *Spr.* 5. *1.*
Caryochloa. *Spreng.*
chilensis. *Spr.* 123 sub *26.*
montevidensis. *Spr.* 123 sub *27.*
refracta. *Spr.* 123 sub *26.*
Castellia. *Tineo.* 341.
tuberculata. *Tineo.* 341. *1.*
Catabrosa. *Beauv.* vide Aira Sect. II. 223 et 287. **
algida. *Fries.* 147 sub Phippsia *1.*
aquatica. *Beauv.* 286 sub *29.*
aquatica. *Parlat.* 286 sub *30.*
bulbosa. *Trin.* 223 sub *65.*
humilis. *Trin.* 177 sub Colpodium *4.*
micrantha. *Hochst.* 287 sub *32.*
minuta. *Trin.* 223 sub *64.*
pilosa. *Hochst.* 287 sub *33.*
tenuifolia. *Presl.* 286 sub *31.*
variegata. *Boiss.* 223 sub *67.*
Catabrosa violacea. *Boiss.* 223 sub *68.*
Catapodium. *Link.*
fibrosum. *Nees.* 302 sub *4.*
loliaceum. *Link.* 302 sub *6.*
unilaterale. *Link.* 302 sub *1.*
Cathestecum. *Presl.* 201.
prostratum. *Presl.* 201. *1.*
Cenchrus. *Lin.* 109.
agrimonoides. *Trin.* 110. *14.*
alopecuroides. *Presl.* 110. *18.*
anomoplexis. *Labil.* 109. *6.*
asperifolius. *Desf.* 108 sub *74.*
australis. *R. Br.* 109. *5.*
biflorus. *Roxb.* 110. *23.*
calyculatus. *Cav.* 110. *22.*
catharticus. *Hort. Monsp.* 111. *130.*
Cavanillesii. *Tausch.* 109 sub *9* nota.
ciliaris. *Lin.* 106 sub *45.*
dactylolepis. *Steud.* 109. *10.*
echinatus. *Lin.* 109. *9.*
echinatus. *Hochst.* 110. sub *10.*
echinoides. *Wight.* 109 sub *3.*
Elliottii. *Kunth.* 111. *25.*
fusiformis. *Nees.* 110 sub *14.*
granularis. *Lin.* 363 sub Manisuris *1.*
heterochaetus. *Steud.* 110. *17.*
hexaflorus. *Blanco.* 111. *24.*
hordeiformis. *Rottl.* 102 sub *4.*
inflexus. *R. Br.* 110. *21.*
laniflorus. *Steud.* 110. *15.*
lappaceus. *Tausch.* 110. *13.*
Imensis. *Nees. Meyen.* 109 sub *9.*
longifolius. *Hochst.* 109. *1.*
macrostachyus. *Hochst.* 109. *2.*
marginalis. *Rudg.* 15 sub *265.*
montanus. *Nees.* 111. *29.*
multiflorus. *Presl.* 109. *7.*
muricatus. *Lin.* 112 sub Trachyozus *1.*
myosuroides. *H. B.* 110. *16.*
ovatus. *Lam.* 111. *27.*
pennisetiformis. *Hochst. Steud.* 109. *3.*
pilosus. *H. B.* 110. *19.*
pubescens. *Steud.* 111 sub Antephora *2.*
pungens. *H. B.* 110. *11.*
pycnostachyus. *Steud.* 109. *4.*
racemosus. *Lin.* 112 sub Lappago *1.*
ramosissimus. *Poir.* 109. *8.*
rufescens. *Hochst.* 106 sub *48.*
rufescens. *Desf.* 108 sub *84.*
Schimperi. *Hochst. Steud.* 111 sub *29.*
setigerus. *Vahl.* 109 sub *85.*
spinifex. *Cav.* 110 sub *12.*
taitensis. *Steud.* 419. *6b.*
tomentosus. *Poir.* 111. *28.*
tribuloides. *Lin.* 110. *12.*
tripsacoides. *Fresen.* 111 sub *29.*
vaginatus. *Steud.* 111. *20.*
viridis. *Spr.* 111. *26.*
Centotheca. *Beauv.* 116.
lappacea. *Beauv.* 116. *1.*
Centrophorum. *Trin.*
chinense. *Trin.* 395 sub *401.*
Ceratochloa. *Decand.* vide Bromus.
pendula. *Schrad.* 326 sub *109.*
Ceresia. *Richard.*
fluitans. *Ell.* 20 sub *19.*

Ceresia membranacea. *Beauv.* 28. *167.*
Chaetaria. *Beauv.* 132 sub Aristida §. 1.
Antillarum. *Beauv.* 217 sub *18.*
divaricata. *Nees.* 136 sub *40.*
Forskohlei. *Nees.* 141 sub *106.*
mauritiana. *Nees. Hochst.* 139 sub *79* et *81.*
recurvata. *Nees.* 135 sub *31.*
stipaeformis. *Beauv.* 235 sub *80.*
trichodes. *Nees.* 140. *84.*
Chaetium. *Nees.*
festucoides. *Nees.* 48 sub *159.*
Chaetobromus. *Nees.* 243. §. 4.
Chaetotropis. *Kunth.*
chilensis. *Kunth.* 184 sub *17.*
Chaeturus. *Link.* 185.
fasciculatus. *Link.* 185. *1.*
Chamaeraphis. *R. Brown.*
hordeacea. *R. Br.* 49 sub *167.*
depauperata. *Nees.* 49 sub *168.*
paradoxa. *R. Br.* 49 sub *169.*
Chamagrostis. *Borckh.* 187.
minima. *Borckh.* 188. *1.*
Chascolytrum. *Desv.* vide Briza.
Chasmanthium. *Link.*
gracile. *Link.* 280 sub Uniola *3.*
ornithorynchum. *Link.* 280 sub Uniola *4.*
Chauvinia. *Steud.* 362.
chilensis. *Steud.* 362. *1.*
Chilochloa. *Beauv.*
dentata. *Trin.* 430 sub Chondrolaena *1.*
Michelii. *Beauv.* 151 sub *6.*
Chionachne. *R. Br.* 10 sub Coix *5.*
Chloris. *Lin.* 203.
abyssinica. *Hochst.* 207. *56.*
acicularis. *Lindl.* 207. *49.*
alba. *Presl.* 204. *13.*
Aristida. *Salzm.* 218 sub Gymnopogon *6.*
arundinacea. *Nees.* 207. *53.*
bahiensis. *Steud.* 208. *62.*
barbata. *Swartz.* 204. *10.*
Beyrichiana. *Kunth.* 205. *20.*
breviseta. *Benth.* 207. *57.*
ciliata. *Swartz.* 204. *7.*
compressa. *Nees. Dec.* 204. *12.*
confertifolia. *Trin.* 207. *55.*
consanguinea. *Kunth.* 204. *14.*
crinita. *Lagasc.* 208. *68.*
crinita. *Salzm.* 206 sub *42.*
cruciata. *Swartz.* 205. *22.*
cruciata. *H. B.* 205 sub *23.*
cryptostachya. *Steud.* 205 sub *31.*
ctenioides. *Steud.* 423. *62b.*
curtipendula. *Michx.* 215 sub *1.*
decora. *Nees.* 205. *25.*
digitata. (*Steud..*) 207. *46.*
digitaria. *H. B.* 208 sub *6.*
distachya. *Kunth.* 204. *6* et 216 sub *8.*
distichophylla. *Lagasc.* 207 sub *52.*
divaricata. *R. Br.* 205. *28.*
dolichostachya. *Lagasc.* 205. *30.*
dubia. *H. B.* 210 sub *25.*
falcata. *Swartz.* 203 sub Harpachne *1.*
foliosa. *Willd.* 218 sub Gymnopogon *6.*
Chloris gracilis. *Durand.* 206. *40.*
gracilis. *H. B.* 209 sub *8.*
guineensis. *Schum.* 208. *70.*
Humboldtiana. (*Steud.*) 205. *22.*
humilis. *Kunth.* 205. *19.*
incompleta. *Roth.* 207. *48.*
incompleta. *Wight.* 206 sub *39.*
inermis. *Trin.* 208. *65.*
inflata. *Link.* 206. *34.*
intermedia. *Rich.* 206. *44.*
leptostachya. *Hochst.* 206. *43.*
longifolia. *Steud.* 205. *26.*
macrostachya. *Hochst.* 203. *1.*
madagascariensis. *Steud.* 206. *38.*
meccana. *Hochst.* 205. *31.*
monostachya. *Michx.* 202 sub Ctenium *1.*
monostachya. *Poir.* 204 sub *6.*
montana. *Roxb.* 204. *11.*
Moorei. *Ferd. Müll.* 207. *47.*
panicea. *Willd.* 208. *63.*
paraguaiensis. *Steud.* 204. *17.*
paytensis. *Steud.* 207. *54.*
pendula. *Salzm.* 208 sub *62.*
pedicellata. *Steud.* 214 sub Schellingia *1.*
penicillata. *Pers.* 206. *37.*
petraea. *Thunb.* 207. *59.*
pilosa. *Schum.* 208. *71.*
polydactyla. *Swartz.* 204. *8.*
polystachya. *Lagasc.* 208 sub *65.*
polystachya. *Roxb.* 206 sub *35.*
pratensis. *Lesible.* 207 sub *45.*
Prieuri. *Kunth.* 205. *29.*
propinqua. *Steud.* 204. *16.*
prostrata. *Poir.* 212 sub Dactyloctenium *6.*
pubescens. *Lagasc.* 204. *9.*
pumilio. *R. Br.* 208. *69.*
punctulata. *Hochst.* 205. *32.*
pycnothrix. *Trin.* 205 sub *20.*
radiata. *Swartz.* 205. *23.*
retusa. *Lagasc.* 208. *61.*
rhachitricha. *Steud.* 206. *27.*
Roxburghiana. *Schult.* 206. *35.*
Roxburghiana. *Edgew.* 207 sub *46.*
Salzmanni. *Steud.* 206. *42.*
slerantha. *Lindl.* 207. *50.*
simplex. *Schum.* 216 sub *8.*
spathacea. *Hochst.* 204. *4.*
subbiflora. *Steud.* 206. *45.*
submutica. *H. B.* 208. *60.*
subtriflora. *Steud.* 208. *66.*
tenella. *Roxb.* 204. *3.*
tetrameris. *Trin.* 206. *36.*
triangulata. *Hochst.* 203. *2.*
truncata. *R. Br.* 205. *24.*
ventricosa. *R. Br.* 208. *64.*
villosa. *Pers.* 204. *5.*
virgata. *Swartz.* 205. *18.*
Wigthiana. *Nees.* 206. *39.*
Chondrachyrium. *Nees.* 288.
scabrum. *Nees.* 288. *1.*
Chondrolaena. *Nees.* 430.
phalaroides. *Nees.* 430. *1.*
Chondrosium. *Desvaux.* 213.
Aschenbornianum. *Nees.* 213. *4.*
gracile. *H. B.* 213. *3.*
hirtum. *H. B.* 213. *5.*
Humboldtianum. *Kunth.* 214. *6.*
Chondrosium humile. *Beauv.* 213. *1.*
p ostratum. *Kunth.* 214. *8.*
scorpioides. *Kunth.* 214. *9.*
simplex. *Kunth.* 214. *7.*
tenue. *H. B.* 213. *2.*
Chrysopogon. *Trin.* vide Andropogon 363 et 395. §. 27.
Arnottianus. *Nees.* 396 sub *422.*
Esenbeckii. *Arn.* 395 sub *404.*
montanus. *Trin.* 395 sub *407.*
serrulatus. *Trin.* 395 sub *408.*
tener. *Nees.* 397 sub *428.*
Chrysurus. *Beauv.*
cynosuroides. *Beauv.* 304 sub Lamarkia *1.*
Chusquea. *Kunth.* 336.
amplopaniculata. *Steud.* 337. *13.*
anelytra. *Nees.* 336. *1.*
capitata. *Nees.* 338. *18.*
capituliflora. *Trin.* 337. *16.*
Cumingii. *Nees.* 336. *5.*
Dombeyana. *Kunth.* 337. *9.*
fimbriata. *Steud.* 338. *19.*
Gaudichaudii. *Kunth.* 337. *15.*
heterophylla. *Nees.* 336. *4.*
Jamesoni. *Steud.* 337. *10.*
oligophylla. *Rupr.* 337. *11.*
pinifolia. *Nees.* 336. *3.*
pubescens. *Steud.* 337. *7.*
Quila. *Kunth.* 336. *6.*
scandens. *Kunth.* 337. *8.*
Sellowii. *Rupr.* 337. *17.*
tenella. *Nees.* 336. *2.*
uniflora. *Steud.* 337. *14.*
Venezuelae. *Steud.* 337. *12.*
Cinna. *Lin.* 181.
alba. *Nees.* 182. *8.*
arundinacea. *Lin.* 182. *7.*
Brownei. *Rupr.* 176 sub Colpodium *1.*
crinita. *Trin.* 181 sub *41.*
decipiens. *Kunth.* 181. *2.*
expansa. *Link.* 182 sub *6.*
japonica. *Steud.* 182. *13.*
lateriflora. *Kunth.* 182. *4.*
latifolia. *Griseb.* 182. *6.*
macroura. *Kunth.* 182. *9.*
mexicana. *Beauv.* 182. *3.*
ovata. *Kunth.* 183 sub Echinopogon *1.*
pendula. *Trin.* 182. *6.*
phleoides. *Kunth.* 182. *12.*
Purshii. *Kunth.* 190 sub *37.*
racemosa. *Kunth.* 182. *5.*
setifolia. *Kunth.* 182. *10.*
sobolifera. *Link.* 181. *1.*
stricta. *Kunth.* 182. *10.*
Clomena. *Beauv.*
peruviana. *Beauv.* 179 sub *19.*
Clirochloa. *Nees.* 295 sub *35.*
Coelachne. *R. Brown.* 284.
pulchella. *R. Br.* 284. *1.*
Coelachyrum. *Hochst. Nees.*
brevifolium. *Hochst. Nees.* 211 sub *9.*
Coelorachis. *Brongn.*
muricata. *Brongn.* 369 sub *63.*
Coix. *Lin.* 9.
agrestis. *Lour.* 9. *2.*
arundinacea. *Lam.* 9. *4.*
arundinacea. *Koen.* 10 sub *5.*
barbata. *Roxb.* 10. (nomen.)
exaltata. *Jacq.* 9. *3.*

Coix gigantea. *Roxb.* 10. (nomen.)
heteroclita. *Roxb.* 10. (nomen.)
Koenigii. *Spr.* 10. *5.*
Lacryma. *Lin.* 9. *1.*
Coleanthus. *Seidel.* 147.
subtilis. *Seidel.* 147. *1.*
Colladoa. *Cavan.* 112.
distachya. *Cav.* 112. *1.*
distycha. *Beauv.* 112 sub *1.*
Colobachne. *Beauv.*
vaginata. *Beauv.* 149 sub *33.*
Colpodium. *Trin.* 176.
altaicum. *Trin.* 177. *3.*
bulbosum. *Trin.* 177. *4.*
fulvum. *Ledeb.* 255 sub *72* nota.
humile. *Griseb.* 177 sub *4.*
latifolium. *R. Br.* 176. *1.*
minutum. (*Steud.*) 176. *5* dele est Aira minuta. *Lin.* 223. *64.*
pendulinum. *Ledeb.* 255 sub *72* nota.
pusillum. *Nees.* 177. *6.*
Steveni. *Trin.* 177. *2.*
Tilesii. *Ledeb.* 177. *7.*
Cornucopiae. *Lin.* 9.
cucullatum. *Lin.* *9.* *1.*
hyemalis. *Walt.* 164 sub *27.*
Corycarpus. *Zea.*
arundinaceus. *Zea.* 317 sub Diarrhena *1.*
Corynephorus. *Beauv.* 218 sub Aira §. *1.*
Cottea. *Kunth.* 201.
pappophoroides. *Kunth.* 201. *1.*
sarmentosa. *Kunth.* 201. *2.*
Critho. *Hort. Regiom.*
Aegiceras. *Hort.* 352 sub *9.*
Crithodium. *Link.*
aegilopsoides. *Link.* 255 sub *20.*
aegyptiacum. *Trin.* 255 sub *18.*
Crithopsis. *Jaub. Spach.*
rhachitricha. *Jaub. Spach.* 350 sub *28.*
Crithopyrum. *Hort. Prag.*
trachycoulon. *Hort. Prag.* 344 sub *51.*
Crypsis. *Lin.* 151.
aculeata. *Ait.* 151. *1.*
acuminata. *Trin.* 152. *10.*
aegyptiaca. *Tausch.* 252. *6.*
alopecuroides. *Schrad.* 152. *7.*
alopecuroides. *Sieb. Delil.* 152 sub *6.*
alpicola. *Hochst.* 152. *10.*
compacta. *Steud.* 151. *2.*
geniculata. *Smith.*. 152. *12.*
macroura. *H. B.* 182 sub *9.*
myosurus. *Nees.* 152. *8.*
phalaroides. *Bbrst.* 152 sub *9.*
phleoides. *H. B.* 183 sub *12.*
pygmaea. *Jaub. Spach.* 421 ad 152.
schoenoides. *Lam.* 152. *4.*
schoenoides. *Hochst.* 152 sub *6.*
schoenoides. *Sieb.* 152 sub *5.*
setifolia. *Presl.* 182 sub *11.*
squarrosa. *Nutt.* 152. *13.*
tenuissima. *Tausch.* 152. *9.*
vaginiflora. *Opiz.* 152. *5.*
virginica. *Nutt.* 152. *3.*
Cryptostachys. *Steud.* 181.
vaginata. *Steud.* 181. *1.*
Crypturus. *Link.*
loliaceus. *Link.* 362 sub Rottboell. *26.*
Ctenium. *Panzer.* 202.
americanum. *Spr.* 202. *1.*
brachystachyum. *Kunth.* 203. *9.*
canescens. *Benth.* 203. *4.*
cirrhosum. *Kunth.* 203. *7.*
concinnum. *Nees.* 203. *6.*
elegans. *Kunth.* 202. *2.*
planifolium. *Kunth.* 203. *8.*
rupestre. *Schmidt.* 203. *5.*
serpentinum. *Steud.* 202. *3.*
Ctenopsis. *Notaris.* 210.
pectinella. *Notaris.* 210. *1.*
Curtopogon. *Beauv.*
dichotomus. *Beauv.* 133 sub *1.*
Cyatorhachis. *Nees.* 403.
Wallichiana. *Nees.* 403. *1.*
Cymbopogon. *Nees.* vide Andropogon 383. Sectio III.
arabicus. *Nees.* 387 sub *294.*
Cymbopogon. *Spr.* Anthystiriae species.
glandulosus. *Spr.* 400 sub *12.*
Cynodon. *Richard.*
arcuatus. *Presl.* 213. *6.*
Dactylon. *Pers.* 212. *1.*
Dactylon. *Hrbr. un. arab.* 212 sub *2.*
elongatus. *Spr.* 206 sub *36.*
erectus. *Presl.* 213. *7.*
glabratus. *Steud.* 212. *2.*
gracilis. *Nees.* 213. *10.*
incompletus. *Nees.* 213. *4.*
leptochloides. *Steud.* 423. *5b.*
notatus. *Nees.* 213. *5.*
pascuus. *Nees.* 212. *3.*
pilosus. *R. S.* 213. *11.*
polystachyus. *R. Br.* 213. *14.*
radiatus. *Roth.* 213. *9.*
stellatus. *Willd.* 212 sub *1.*
tenellus. *R. Br.* 213. *13.*
tener. *Presl.* 213. *8.*
ternatus. *Rich.* 40 sub *34.*
virgatus. *Nees.* 213. *12.*
Cynosurus. *Lin.* 299.
aegyptiacus. *Lin.* 212 sub Dactyloctenium *1.*
aureus. *Lin.* 300 sub Lamarckia *1.*
coeruleus. *Lin.* 295 sub Sesleria *1.*
cristatus. *Lin.* 299. *1.*
domingensis. *Jacq.* 208 sub *2.*
durus. *Lin.* 303 sub *14.*
echinatus. *Lin.* 299. *2.*
effusus. *Beauv.* 299 sub *3.*
elegans. *Desf.* 299. *3.*
filiformis. *Vahl.* 208 sub *1.*
gracilis. *Viv.* 299 sub *3.*
monostachyos. *Vahl.* 204 sub *6.*
multibracteatus. *R. S.* 299. *4.*
ovatus. *Hoffm.* 296 sub *15.*
pectinatus. *Lam.* 210 sub *28.*
penicillatus. *Vahl.* 206 sub *37.*
polybracteatus. *Poir.* 299 sub *4.*
siculus. *Jacq.* 282 sub Brizopyrum *5.*
secundus. *Pursh.* 217 sub *16.*
sphaerocephalus. *Wulf.* 296 sub *14.*
tenellus. *Cav.* 146 sub Aegopogon *3.*
tenellus. *Hort.* 178 sub *13.*
ternatus. *Forsk.* 299. *5.*
Uniolae. *Lin.* 282 sub Brizopyrum *3.*
verticillatus. *Wight.* 212 sub Eleusine *13.*
virgatus. *Lin.* 208 sub *4.*

D.

Dactylis. *Lin.* 297.
abbreviata. *Bernh.* 297. *12.*
adscendens. *Schrad.* 299. *28.*
altaica. *Besser.* 297. *3.*
bombycina. (*Steud.*) 428 sub *21b.*
brevifolia. *Koenig.* 298. *17.*
caespitosa. *Forst.* 260 sub *155.*
canariensis. *Nees.* 297 sub *10.*
capitata. *Schult.* 298. *14.*
capitellata. *Link.* 297. *13.*
ciliaris. *Thunb.* 298. *24.*
cynosuroides. *Koen.* 298. *15.*
fasciculata. *C. Smith.* 297 sub *10.*
fasciculata. *Lam.* 215 sub *19.*
geniculata. *Burm.* 215 sub *20.*
glauca. *Roth.* 297. *7.*
glaucescens. *Willd.* 297. *2.*
glomerata. *Lin.* 297. *1.*
hirta. *Schrad.* 298. *27.*
hispanica. *Roth.* 297. *4.*
hispanica. *Noe.* 297. *11.*
hispida. *Thunb.* 298. *25.*
laevis. *Thunb.* 282 sub Brizopyrum *4.*
la opodioides. *Lin.* 298. *18.*
Lima. *Lin.* 297 sub Wangenheimia *1.*
littoralis. *Willd.* 297. *9.*
lobata. *Parreis.* 295 sub *37.*
longifolia. *Schrad.* 298. *26.*
maritima. *Schrad.* 297 sub *9.*
massaviensis. (*Steud.*) 298. *20.*
mucronata. (*Steud.*) 298. *21.*
Noeana. *Steud.* 297. *11.*
obtusifolia. (*Steud.*) 298. *22.*
ovata. (*Steud.*) 298. *23.*
paucinervis. *Nees.* 297. *8.*
pungens. *Schreb.* 298. *19.*
repens. *Desf.* 298. *16* et 316 sub *211.*
rigida. *Boiss.* 427. *4b.*
serrata. *Thunb.* 297. *6.*
Smithii. *Link.* 297. *10.*
spicata. *Willd.* 301 sub Elytrophorus *1.*
stricta. *Ait.* 215 sub *8.*
utriculosa. *Nees.* 299. *29.*
villosa. *Thunb.* 297. *5.*
Dactyloctenium. *Willd.* 212.
aegyptiacum. *Willd.* 212. *1.*
aristatum. *Link.* 212. *5.*
australe. *Steud.* 212. *4.*
Figarei. *Notaris.* 212. *2.*
mucronatum. *Willd.* 212. *3.*
prostratum. *Willd. Link.* 212. *6.*
radulans. *Beauv.* 212. *7.*
Danthonia. *Decand.* 238.
abyssinica. *Hochst.* 244 sub *71.*
airoides. *Nees.* 239. *5.*
albida. *Hochst.* 241. *73.*
angulata. *Trin.* 241. *36.*
angustifolia. *Nees.* 240. *24.*
anomala. *Steud.* 245. *77.*
barbata. *Nees.* 240. *23.*
Buekiana. *Lehm.* 240. *19.*
caespitosa. *Gaudich.* 245. *86.*
calycina. *R. S.* 242 sub *41.*
candida. *Hochst.* 244. *74.*
cincta. *Nees.* 243. *56.*
cingula. *Steud.* 246. *99.*

Danthonia circinnata. *Steud.* 239. *4.*
cirrhulosa. *Nees.* 241. *32.*
collinita. *Nees.* 241. *38.*
colorata. *Steud.* 241. *28.*
compacta. *Boiss.* 233 sub *47.*
crispa. *Nees.* 241. *38.*
curva. *Nees.* 242. *50.*
curvifolia. *Schrad.* 242. *43.*
cyatophora. *Nees.* 239. *7.*
decora. *Nees.* 243. *55.*
densifolia. *Nees.* 239. *11.*
denudata. *Nees.* 242. *42.*
disticha. *Nees.* 243. *59.*
distichophylla. *Lehm.* 241. *27.*
Dregeana. *Nees.* 244. *66.*
elegans. *Nees.* 240. *18.*
elongata. *Hochst.* 227 sub *39.*
elephantina. *Nees.* 243. *58.*
eriostoma. *Nees.* 241. *26.*
fascicularis. *Nees.* 243. *62.*
filiformis. *Nees.* 240. *13.*
Forskohlei. *Trin.* 244. *70.*
glandulosa. *Schrad.* 239. *9.*
glauca. *Nees.* 242. *49.*
grandiflora. *Hochst.* 244. *72.*
Gunniana. *Nees.* 245. *87.*
heptamera. *Nees.* 241. *31.*
heteropla. *Steud.* 239. *10.*
hirsuta. *Nees.* 239. *2.*
holciformis. *Nees.* 242. *48.*
intercepta. *Nees.* 243. *65.*
involucrata. *Schrad.* 244. *68.*
involuta. *Steud.* 240. *17.*
juncea. *Trin.* 243. *63.*
Koestlini. *Hochst.* 245. *78.*
Kuhlii. *Steud.* 240. *13.*
lanata. *Schrad.* 242. *51.*
lappacea. *Lindl.* 245. *88.*
leptophylla. *Rich.* 301 sub *2.*
Lima. *Nees.* 241. *34.*
Linkii. *Kunth.* 246. *96.*
livida. *Trin.* 242 sub *43.*
longifolia. *R Br.* 245. *82.*
longiglumis. *Nees.* 241. *29.*
lupulina. *Beauv.* 243. *54.*
luzoniensis. *Steud.* 245. *80.*
macrantha. *Schrad.* 242. *41.*
micrantha. *Nees.* 240. *21.*
micrantha. *Trin.* 240 sub *14.*
mutica. *Nees.* 239. *1.*
neuroelytrum. *Steud.* 245. *81.*
nutans. *Nees.* 241. *37.*
obtusifolia. *Hochst.* 243 sub *52.*
pallescens. *Nees.* 242. *39.*
pallida. *R. Br.* 245. *83.*
papillosa. *Trin.* 239. *12.*
papposa. *Nees.* 243. *57.*
paradoxa. *R. Br.* 246. *91.*
patula. *Nees.* 239. *6.*
pauciflora. *R. Br.* 246. *95.*
pectinata. *Lindl.* 246. *89.*
periantha. *Lindl.* 246. *90.*
picta. *Nees.* 247. *105.*
pilosa. *R. Br.* 245. *85.*
porosa. *Nees.* 139. *3.*
propingua. *Nees.* 240. *20.*
provincialis. *Dec.* 246. *10.*
pumila. *Nees.* 242. *44.*
purpurea. *Beauv.* 242. *47.*
racemosa. *R. Br.* 246. *92.*
Danthonia radicans. *Steud.* 243. *60.*
Raoulii. (*Steud.*) 246. *98.*
rigida. *Steud.* 243. *52.*
rigida. *Raoul.* 246 sub *98.*
rufa. *Nees.* 243. *53.*
rupestris. *Nees.* 240. *22.*
scabra. *Nees.* 239. *8.*
secundiflora. *Presl.* 246. *103.*
semiannularis. *R. Br.* 245. *84.*
sericantha. *Steud.* 246. *104.*
sericea. *Nutt.* 246. *102.*
setacea. *R. Br.* 246. *94.*
setosa. *Nees.* 242. *46.*
speciosa. *Lehm. Nees.* 241. *30.*
spicata. *R. S.* 246. *101.*
streblochaeta. *Steud.* 245. *79.*
stricta. *Schrad.* 243. *64.*
strigosa. *Steud.* 230 sub *15.*
subulata. *Rich.* 244. *75.*
tenella. *Nees.* 242. *45.*
tenuiglumis. *Steud.* 244. *71.*
Thouarsii. *Nees.* 243. *61.*
Thunbergii. *Kunth.* 240 sub *14.*
tortuosa. *Trin.* 241. *35.*
Trichopteris. (*Steud.*) 244. *69.*
trichotoma. *Nees.* 242. *40.*
trisetoides. *Hochst.* 244. *76.*
Unarede. *Raoul.* 246. *97.*
varia. *Nees.* 246. *93.*
villosa. *Nees.* 240. *14.*
viscidula. *Nees.* 240. *25.*
Webbiana. *Steud.* 240. *16.*
Zeyheriana. *Steud.* 244. *67.*
Deschampsia. *Beauv.* vide sub Aira 218. §. 2.
brevifolia. *R. Br.* 219 sub *17.*
Despretzia. *Kunth.*
mexicana. *Kunth.* 411 sub Zeugites *2.*
Deyeuxia. *Clar. Beauv.* vide Calamagrostis.
arundinacea. *Beauv.* 189 sub *24.*
Forsteri. *Kunth.* 172 sub *124.*
poaeformis. *H. B.* 257 sub *110.*
triflora. *Nees.* 229 sub *57.*
Diarrhena. *Beauv.* 317.
americana. *Beauv.* 317. *1.*
Diastemanthe. *Steud.* 360.
platystachys. *Steud.* 360. *1.*
Dichaetaria. *Nees.* 145.
Wightii. *Nees.* 145. *1.*
Dichelachne. *Endlich.* 120.
comata. *Trin.* 120. *7.*
Drummondiana. *Steud.* 120.
Forsteriana. *Trin.* 120. *6.*
Hookeriana. *Trin. Rupr.* 120. *5.*
longiseta. *Trin.* 120. *8.*
procera. (*Steud.*) 121. *10.*
rigida. (*Steud.*) 120. *9.*
Sieberiana. *Trin.* 120. *2.*
vulgaris. *Trin.* 120. *3.*
Didactylon. *Zolling. Moritz.* 358.
ramosum. *Z. M.* 358. *2.*
simplex. *Z. M.* 358. *1.*
Diectomis. *Beauv.* Andropogon 370. §. *7.*
Digitaria. *Haller.* Panicum 38. Sect. II.
brevifolia. *Link.* 42 sub *67.*
consanguinea. *Gaudich.* 31 sub *224.*
criantha. *Steud.* 40 sub *30.*
distachya. *Pers.* 41 sub *50.*
Digitaria humifusa. *Pers.* 41 sub *47.*
malabarica. *R. S.* 315 sub *203.*
nodosa. *Parlat.* 40 sub *33.*
paspaloides. *Michx.* 20 sub *57.*
propinqua. *Gaudich.* 43 sub *70.*
stolonifera. *Schrad.* 212 sub Cynodon *1.*
stricta. *Gaudich.* 38 sub *9.*
stricta. *Roth.* 39 sub *17.*
umbrosa. *Link.* 39 sub *16.*
Digraphis. *Trin.*
arundinacea. *Trin.* 11 sub *21.*
Dilepyrum. *Michx.*
minutiflorum. *Michx.* 178 sub *8.*
Dimeria. *R. Brown.* 412.
acinaciformis. *R. Br.* 413. *1.*
fuscescens. *Trin.* 413. *2.*
gracilis. *Nees.* 413. *6.*
ornithopoda. *Trin.* 413. *4.*
pilosissima. *Trin.* 413. *5.*
tenera. *Trin.* 413. *3.*
Dineba. *Jacq.* } vide Eutriana.
Dinebra. *Autor.* }
aegyptiaca. *Delil.* 220 sub *23.*
americana. *Beauv.* 216 sub *13.*
arabica. *Jacq.* 220 sub *23.*
chondrosioides. *H. B.* 214 sub Chondrosium *6.*
divaricata. *Beauv.* 302 sub *10.*
hirta. *Nees.* 209 sub *21.*
verticillata. *Wight.* 209 sub *14.*
Diplachne. *Beauv.* vide Uralepis.
andropogonoides. *Nees.* 228 sub *46.*
brevifolia. *Presl.* 311 sub *139.*
elongata. *Hochst.* 268 sub *79.*
fascicularis. *Beauv.* 313 sub *161.*
fusca. *Beauv.* 247 sub Uralepis *9.*
indica. *Spr.* 315 sub *203.*
poaeformis. *Hochst.* 268 sub *78.*
rigescens. *Presl.* 311 sub *138.*
scirpifolia. *Presl.* 311 sub *136.*
serotina. *Link.* 292 sub Molinia *2.*
toluccensis. *Spr.* 311 sub *140.*
Diplax. *Bennet.* 8.
avenacea. *Raoul.* 8. *1.*
Diplocea. *Rafin.*
purpurea. *Rafin.* 247 sub Uralepis *2.*
Diplopogon. *R. Brown.* 198.
setaceus. *R. Br.* 198. *1.*
Diplostachys. *Steud.* *56.* Sectio Panici §. 13.
Disakisperma. *Steud.* 287.
mexicana. *Steud.* 287. *1.*
Dissanthelium. *Trin.* 263.
supinum. *Trin.* 263. *1.*
Donax. *Beauv.*
arundinaceus. *Beauv.* 194 sub *1.*
bifarius. *Trin.* 197 sub Amphidonax *2.*
borealis. *Trin.* 309 sub *115.*
Kotzebuensis. *Trin.* 236 sub Dopontia *2.*
Thouarsii. *Beauv.* 194 sub *6.*
Dupontia. *R. Brown.* 235.
Fischeri. *R. Br.* 235. *1.*
Fischeri. *Hook.* 236 sub 2.
psilosantha. *Rupr.* 236. *2.*

Didymochaeta 189 185

E.

Eccoilopus. *Steud.* 123.
andropogonoides. *Steud.* 124. *1.*
Echinalysium. *Trin.*
strictum. *Trin.* 301 sub Elytrophorus *1.*
Echinaria. *Desf.* 201.
capitata. *Desf.* 201. *1.*
pumila. *Willk.* 201. *2.*
Echinochloa. *Beauv.* vid. Panicum 37 et 46. *VI.*
globosa. *Kunth.* 34 sub *10.*
scabra. *H. B.* 55 sub *256.*
Echinolaena. *Desv.* vid. Panicum.
scabra. *H. B.* 55 sub *363.*
Trinii. *Zoll. Mor.* 60 sub *329.*
Echinopogon. *Beauv.* 182.
Gunnianus. *Nees.* 183. *3.*
ovatus. *Beauv.* 182. *1.*
ovatus. *Sieb.* 183 sub *2.*
Sieberi. *Steud.* 182. *2.*
Ectrosia. *R. Brown.* 300.
leporina. *R. Br.* 300. *1.*
spadicea. *R. Br.* 300. *1.*
Ehrharta. *Thunb. Lin.* 5.
acuminata. *Spr.* 7 sub *37.*
aemula. *Schrad.* 6. *15.*
aphylla. *Schrad.* 7. *30.*
auriculata. *Steud.* 7. *28.*
avenacea. *Willd.* 5. *3.*
barbinodis. *Nees.* 6. *18.*
brevifolia. *Schrad.* 7. *24.*
bulbosa. *Smith.* 6. *14.*
calycina. *Smith.* 7. *27.*
capensis. *Thunb.* 6 sub *20.*
cartilaginea. *Smith.* 6 sub *20.*
distichophylla. *Labil.* 7. *33.*
Drummondiana. (*Steud.*) 7. *35.*
dura. *Nees.* 5. *2.*
Eckloniana. *Schrad.* 6. *9.*
erecta. *Lam.* 6 sub *13.*
festucacea. *Willd.* 6. *12.*
geniculata. *Swartz.* 7. *25.*
gigantea. *Sw.* 5. *6.*
juncea. (*Spr.*) 7. *36.*
laevis. (*Spr.*) 7. *38.*
laxiflora. *Schrad.* 7. *26.*
longiflora. *Smith.* 5. *4.*
longifolia. *Schrad.* 6. *19.*
melicoides. *Swartz.* 6. *22.*
Microlaena. *Nees.* 5. *1.*
Mnemateja. *Lin.* 6. *20.*
Ottonis. *Kunth.* 6. *17.*
ovata. *Nees.* 7. *23.*
panicea. *Smith.* 6. *13.*
paniciformis. *Nees.* 6. *11.*
pusilla. *Nees.* 6. *21.*
ramosa. *Swartz.* 7. *29.*
ramosa. *Steud.* (Flora.) 7 sub *30.*
rupestris. *Nees.* 7. *31.*
setacea. *Nees.* 7. *32.*
stipoides. *Labil.* 8 sub Microlaena *1.*
stricta. *Nees.* 6. *10.*
tenacissima. (*Steud.*) 7. *34.*
triandra. *Nees.* 5. *5.*
Trochera. *Schrad.* 6 sub *14.*
undulata. *Nees.* 7 sub 25. 26. 27. 28.
uniflora. *Burch.* 7. *39* (nomen.)
Ehrharta uniglumis. *Fenzl.* 119 sub Rhynchelytrum *2.*
varicosa. *Nees.* 6. *16.*
versicolor. *Schrad.* 6. *8.*
villosa. *Schult.* 5. *7.*
Eleusine. *Gaertn.* 210.
arabica. *Hochst. Steud.* 211 sub *7.*
brevifolia. *Hochst.* 211. *9.*
caespitosa. *Rich.* 211 sub *5.*
calycina. *Roxb.* 210 sub *30.*
cerealis. *Ehrnb.* 211 sub *4.*
coracana. *Gaertn.* 211. *3.*
distans. *Link.* 212. *18.*
flagellifera. *Nees.* 211. *7.*
floccifolia. *Spr.* 211. 8.
gonantha. *Schrank.* 212. *15.*
japonica. *Steud.* 211. *2.*
indica. *Gaertn.* 211. *1.*
marginata. *Lindl.* 212. *14.*
multiflora. *Hochst.* 211. *12.*
oligostachya. *Link.* 212. *17.*
polydactyla. *Steud.* 211. *10.*
racemosa. *Roth.* 210 sub *31.*
radulans. *R. Br.* 212 sub Dactyloctenium *7.*
rigida. *Spr.* 211. *10.*
stolonifera. *R. Br.* 211 sub *7.*
stricta. *Roxb.* 211. *6.*
Tocusso. *Fres.* 211. *4.*
tristachya. *Schrank.* 212. *16.*
verticillata. *Roxb.* 211. *13.*
Elionurus. *Willd.* vid. Andropogon 364. §. 1.
argenteus. *Nees.* 364 sub *15.*
ciliaris. *Nees.* 364 sub *2.*
Royleanus. *Nees.* 364 sub *12.*
Elymus. *Lin.* 348.
agropyroides. *Presl.* 349. *19.*
altaicus. *Spr. fil.* 351. *47.*
andinus. *Trin.* 349. *17.*
angulatus. *Presl.* 349. *14.*
angustus. *Trin.* 351. *43.*
antarcticus. *Hook. fil.* 350. *27.*
arenarius. *Lin.* 350. *29.*
arenarius. *Georgi.* 350 sub *38.*
asper. *Nees.* 349. *18.*
canadensis. *Lin.* 349. *20.*
caninus. *Lin.* 344 sub *49.*
caput Medusae. *Lin.* 348 sub *1.*
carolinianus. *Walt.* 351. *49.*
compositus. *Steud.* 348. *10.*
condensatus. *Presl.* 351. *45.*
crinitus. *Schreb.* 348. *1.*
dahuricus. *Turczn.* 348. *6.*
dasystachys. *Trin.* 350. *38.*
Delileanus. *Schult.* 348. *11.*
desertorum. *Karel. Kiril.* 351. *42.*
dives. *Presl.* 350. *35.*
europaeus. *Lin.* 348. *2.*
europaeus. *Baumg.* 348 sub *10.*
excelsus. *Turczn.* 348. *8.*
fragilis. *Boiss.* 352 sub *13.*
geniculatus. *Curt.* 350. *31.*
geniculatus. *Delil.* 348 sub *11.*
giganteus. *Vahl.* 350. *32.*
glaucifolius. *Mhlbrg.* 349 sub *20.*
hirsutus. *Presl.* 349. *13.*
hordeiformis. *Desf.* 349 sub *24.*
Hystrix. *Lin.* 349. *23.*
intermedius. *Bbrst.* 348 sub *1.*
Elymus junceus. *Fisch.* 351. *41.*
Karelini. *Turczn.* 350 sub *29.*
lanuginosus. *Trin.* 350. *37.*
Lechleri. *Steud.* 430. *27b.*
leucostachys. *Eversm.* 350 sub *39.*
macrostachys. *Spr.* 351. *46.*
mexicanus. *Cav.* 350. *34.*
mollis. *Trin.* 350. *33.*
multicaulis. *Karel. Kiril.* 348. *7.*
neogaeus. *Steud.* 350. *26.*
ovatus. *Trin.* 351. *44.*
pauciflorus. *Lam.* 351. *48* et 343 sub *1.*
pilifer. *Russ.* 201 sub Heteranthelium *1.*
platatherus. *Link.* 348. *12.*
praetervisus. *Steud.* 348. *9.*
propinquus. *Fresen.* 349. *25.*
pseudoagropyrum. *Turczn.* 344 sub *53.*
ramosus. *Desf.* 348 sub *4.*
rhachitrichus. *Hochst.* 250. *29.*
rigescens. *Trin.* 349. *16.*
subulosus. *Bbrst.* 350. *30.*
salsuginosus. *Turczn.* 350. *39.*
sibiricus. *Lin.* 348. *4.*
Sitanion. *Schult.* 350 sub Sitanion *1.*
squarrosus. *Russ.* 201 sub Heteranthelium *1.*
striatus. *Willd.* 349. *24.*
subpaniculatus. *Steud.* 350. *36.*
subulatus. *Forsk.* 348. *3.*
tener. *Lin. fil.* 348. *5.*
Valdiviae. *Steud.* 349. *15.*
villosus. *Mhlbrg.* 349. *21.*
virginicus. *Lin.* 349. *22.*
Elytroblepharum. *Steud.* 37 et 43. §. 4.
Elytrophorus. *Beauv.* 300.
articulatus. *Beauv.* 301. *1.*
Endodium. *Rafin.* 1 sub *3* nota.
Enneapogon. *Desf.* 199 sub Pappophorum *.
Desvauxii. *Beauv.* 199 sub *5.*
Enteropogon. *Nees.*
melicoides. *Nees.* 216 sub *8.*
Epicampes. *Presl.* 186.
gracilis. *Trin.* 186. *3.*
lanata. *Presl.* 186 sub *2.*
pubescens. *Presl.* 186. *2.*
mutica. *Rupr.* 186. (nomen.)
stricta. *Presl.* 186. *1.*
Epiphystis. *Trin.* 417.
ophiuroides. *Trin.* 417. *1.*
Eragrostis. *Beauv.* † 263.
* abortiva. *R. Br.* 279. *238.*
* abyssinica. *Jacq.* 268. *71.*
acicularis. *Trin.* 276. *187.*
* acutiflora. *H. B.* 274. *155.*
* aegyptiaca. *Willd.* 269. *92.*
* affinis. *Salzm.* 277. *201* et 276 sub *183.*
affinis. *Nees. Meyen.* 265 sub *25.*
airoides. *Nees.* 275. *172* et sub *171.*
alba. *Presl.* 274. *150.*
albescens. *Steud.* 269. *88.*
* amabilis. *Lin.* 265. *22* et sub *21.*
amoena. *Presl.* 277. *204.*

† Species asterisco (*) notatae ab autoribus citatis sub Poa sunt notatae, a recentioribus autoribus ad Eragrostidem relatae.

Eragrostis *articulata. *Schrank.* 275. *178.*
aspera. *Nees. Jacq.* 272. *125.*
atropurpurea. *Hochst.* 267. *59.*
*atrovirens. *Desf.* 268. *69.*
atrovirens. *Nees.* 271 sub *118.*
*aturensis. *H. B.* 274. *154.*
aulacosperma. *Fresen.* 269. *93.*
aurea. *Steud.* 267. *68.*
*bahiensis. *Schrad.* 276. *192.* et 279 sub *222.*
barbata. *Trin.* 277. *199.*
beninsis. *Steud.* 269 sub *91.*
*Berteroniana. *Kunth.* 278. *221.*
bicolor. *Nees.* 272. *124.*
*bifaria. *Vahl.* 264. *12* et sub *14.*
*biformis. *Kunth.* 269. *87.*
Boivini. *Steud.* 426. *110 b.*
*Boryana. *Willd.* 272. *131.*
brasiliana. *Nees.* 275 sub *175.*
brizantha. *Nees.* 272. *128.*
brasiliensis. *Nees.* 264 sub *20* et 276 sub *183. 192.*
*brizoides. *Lin.* 270. *100.*
brizoides. *Schult.* 273 sub *138.*
bromoides. *Vahl.* 276. *188.*
*Brownei. *Kunth.* 279. *222.*
bulbillifera. *Steud.* 267. *67.*
Calotheca. *Trin.* 276. *191.*
campestris. *Trin.* 273. *142.*
*Cambessediana. *Kunth.* 269. *85.*
*capillaris. *Lin.* 273. *137.*
capillifolia. *Nees.* 271. *121.*
caudata. *Nees.* 264. *16.*
*cernua. *Willd.* 266. *43.*
chaetophylla. (*Steud.*) 279. *223.*
chalcantha. *Trin.* 270. *104.*
Chapellieri. *Kunth.* 271. *110.*
chilensis. *Moris.* 275. *164.*
chloromelas. *Steud.* 271. *118.*
*ciliaris. *Lin.* 265. *30* et sub *33.*
*ciliata. *Roxb.* 265. *32.*
cinnaeformis. *Schrad.* 280. *244.*
cognata. *Steud.* 273. *144.*
collina. *Trin.* 264. *8.*
*compacta. *Salzm.* 275. *177.*
compta. *Link.* 277. *195.*
*concinna. *R. Br.* 279. *228.*
condensata. (*Steud.*) 278. *214.*
*conferta. *Ell.* 274. *148.*
confinis. *Nees.* 265. *23.*
contristata. *Nees. Meyen.* 277. *193.*
*coromandelina. *Roth.* 264. *14.*
cretacea. *Nees. Arn.* 264. *13.*
Cumingii. *Steud.* 266. *52.*
curvula. *Nees.* 271. *115.*
*cylindrica. *Roxb.* 267. *64.*
*cynosuroides. *Retz.* 264. *15.*
*decipiens. *R. Br.* 279. *236.*
delicatula. *Trin.* 277. *196.*
*diandra. *R. Br.* 279. *227.*
diarrhena. (*Steud.*) 266. *48.*
diomedearum. *Trin.* 280. *241.*
diplachnoides. *Steud.* 268. *78.*
*domingensis. *Pers.* 278. *220.*
elegans. *Nees.* 275. *175.*
*elegantula. *Kunth.* 266. *49.*
*elongata. *Jacq.* 264. *20.*
elytroblephara. *Steud.* 280. *243.*
equitans. *Trin.* 279. *239.*
Eragrostis erythrogona. *Nees.* 273. *141.*
euchroa. *Steud.* 267. *55.*
eximia. *Steud.* 279. *234.*
expansa. *Link.* 277. *194.*
fascicularis. *Trin.* 270. *97.*
Fendleriana. *Steud.* 278. *213.*
*ferruginea. *Thunb.* 266. *65.*
filiformis. *Link.* 274 sub *14 b.*
filiformis. *Nees.* 271 sub *114.*
firma. *Trin.* 277. *197.*
flavescens. *Presl.* 277. *206.*
*flexuosa. *Roxb.* 266. *51.*
*floribunda. *Schrad.* 275. *176.*
Frankii. *C. A. Meyer.* 273. *145.*
*gangetica. *Roxb.* 266. *54.*
geniculata. *Nees. Mey.* 265. *25.*
Geyeri. *Steud.* 272. *133.*
gigantea. *Trin.* 278 sub *220.*
glabrata. *Nees.* 271. *112.*
glareosa. *Trin.* 276. *186.*
*glutinosa. *Swartz.* 278. *217.*
gracilis. *Schrad.* 275. *163.*
gummiflua. *Nees.* 271. *111.*
Haenkei. *Presl.* 278. *209.*
hapalantha. *Trin.* 265. *35.*
Hasskarli. *Steud.* 265. *34.*
*hirsuta. *Michx.* 273. *135.* et 278 sub *215.*
Hochstetteri. *Steud.* 268. *79.*
homomalla. *Nees.* 272. *123.*
Hornemanniana. *Nees.* 271. *113.*
*japonica. *Thunb.* 266. *40.* et 279 sub *224.* et 426 sub *40 b.*
Jardinei. *Steud.* 269. *89.*
imbecilla. *R. Br.* 279. *237.*
inconstans. *Nees.* 275 sub *174. 176. 177.*
*indica. *Willd.* 264. *10.*
*infirma. *H. B.* 274. *152.*
interrupta. *R. Br.* 279. *226.*
Koenigii. *Nees.* 266. *46.*
Lamarckii. (*Steud.*) 269. *84.*
lappula. *Nees.* 272. *130.*
leersioides. *Presl.* 263. *4.*
Lehmanniana. *Nees.* 271. *120.*
lepida. *Hochst.* 269. *82.*
Leprieurii. *Steud.* 269. *86.*
leptantha. *Trin.* 276. *185.*
*leptostachya. *R Br.* 279. *229.*
Lindeniana. *Steud.* 278. *208.*
Linkii. *Kunth.* 273. *146.*
lobata. *Trin.* 269. *95.* et 272 sub *130.*
longeradiata. *Steud.* 272. *134.*
longifolia. *Hochst.* 268. *76.*
lugens. *Nees.* 275. *169.*
lurida. *Presl.* 277. *205.*
luzoniensis. *Steud.* 266. *44.*
*macilenta. *Rich.* 268. *74.*
*madagascariensis. *Lam.* 272. *126.*
major. *Host.* 263 sub *3.*
mangalorica. *Hochst.* 265. *31.*
Mauritii. *Steud.* 272. *129.*
*maypurensis. *H. B.* 276. *179.*
*megapotamica. *Spr.* 275. *167.*
*Meratiana. *Kunth.* 276. *180.*
*mexicana. *Lagasc.* 275. *168.*
*microstachya. *Link.* 275. *171.*
milleflora. *Steud.* 265. *36.*
Milletii. *Arnot.* 267. *63.*
Eragrostis minutiflora. *Presl.* 266. *47.*
*Montufari. *H. B.* 275. *162.*
mossullensis. *Steud.* 264. *9.*
*mucronata. *Roth.* 267. *56.*
multicaulis. *Steud.* 426. *40 b.*
*multiflora. *Roxb.* 266. *50.*
namaquensis. *Nees.* 272. *127.*
namaquensis. *Hochst.* 264 sub *9.*
nardoides. *Trin.* 266. *41.*
Neesii. *Trin.* 276. *183.*
nigra. *Nees.* 267. *58.*
*nigricans. *H. B.* 274. *160.*
nitida. *Link.* 270. *98.*
*nutans. *Retz.* 264. *18.*
Nuttalliana. (*Steud.*) 275. *138.*
*Olmedi. *H. B.* 275. *165.*
orientalis. *Trin.* 267. *62.*
ovina. *Hochst.* 268. *73.*
panamensis. *Presl.* 276 sub *179.*
panicaeformis. *A. Braun.* 268. *77.*
panicoides. (*Steud.*) 272. *211.*
*paniculata. *Roxb.* 266. *53.*
papposa. *R. S.* 263. *6.*
*parviflora. *R. Br.* 272. *122.*
parvula. *Steud.* 277. *207.*
*pastoensis. *H. B.* 274. *151.*
*patula. *H. B.* 274. *158.*
pectinacea. *Michx.* 272. *132.*
*pellucida. *R. Br.* 279. *232.*
pensylvanica. *Scheele.* 273. *140.*
*peruviana. *Jacq.* 276. *182.*
Petersii. *Trin.* 280. *242.*
pilifera. *Scheele.* 278. *215.*
*pilosa. *Lin.* 263. *1.*
pilosissima. *Link.* 280. *245.*
plana. *Nees.* 270. *105.*
planiculmis. *Nees.* 270. *106.*
*plumosa. *Retz.* 266. *39.*
poaeoides. *Beauv.* 263. *3.*
pogonia. (*Steud.*) 267. *66.*
*polymorpha. *Willd.* 265. *26.*
polytricha. *Nees.* 275. *170.*
porosa. *Nees.* 271. *119.*
*procera. *Roxb.* 266. *45.*
procumbens. *Nees.* 270. *102.*
prolifera. *Swartz.* 278. *218.*
propinqua. *Steud.* 271. *109.*
psammoides. *Trin.* 274. *157.*
puberula. *Steud.* 268. *72.*
*pubescens. *R. Br.* 279. *235.*
pulchella. *Parlat.* 269. *90.*
*punctata. *Lin.* 264. *17.*
*purpurascens. *Link. Spr.* 275. *166.*
Purshii. *Schrad.* 275 sub *175.*
quitensis. *Trin.* 277. *202.*
*racemosa. *Thunb.* 271. *108.*
*reptans. *Michx.* 274. *147.*
retinorrhoea. *Steud.* 268. 81.
riparia. *Nees.* 265. *29.*
Rothii. *Link.* 267. *57.*
*rubens. *Lam.* 265. 28. et 260 sub *70.*
rubiginosa. *Trin.* 269. *94.*
*rupestris. *Roth.* 265. *33.*
Salzmanni. *Steud.* 277. *198.*
*sarmentosa. *Thunb.* 270. *107.*
*scaligera. *Salzm.* 277. *200.*
sclerantha. *Nees.* 270. *103.*
sclerophylla. *Trin.* 276. *190.*
secunda. *Nees.* 264. *11.*

Eragrostis secundiflora. *Presl.* 277. *200.*
seminuda. *Trin.* 276. *189.*
senegalensis. *Nees.* 270. *96.*
setifolia. *Benth.* 274. *159.*
setifolia. *Nees.* 279 sub *223.*
simpliciflora. *Presl.* 272. *210.*
solida. *Nees.* 276. *181.*
spartinoides. *Steud.* 265. *24.*
*speciosa. *R. S.* 279. *233.*
*spinosa. *Thunb.* 270. *99.*
squamata. *Lam.* 274. *156.*
stenoclada. *Presl.* 279. *216.*
stenophylla. *Hochst.* 266. *42.*
*stenostachya. *R. Br.* 279. *231.*
*striata. *Thunb.* 270. *101.*
*stricta. *Roth.* 264. *19.*
suaveolens. *Becker.* 263. *7.*
subulata. *Nees.* 271. *117.*
Taffzagra. *Steud.* 268. *70.*
*tenax. *H. B.* 274. *153.*
*tenella. *Lin.* 266. *38.*
*tenellula. *Kunth.* 279. *224.*
tenuiflora. *Rupr.* 268. *80.*
tenuifolia. *Hochst.* 268. *75.*
*tenuis. *Ell.* 275. *137.*
*tephrosanthos. *Spr.* 278. *219.*
Thunbergiana. (*Steud.*) 271. *114.*
tremula. *Hochst.* 269. *83.*
triticea. *Presl.* 263. *5.*
uninervia. *Presl.* 278. *212.*
Uniolae. *Nees.* 283 sub *12.*
unioloides. *Nees.* 264 sub *21.*
unionis. *Steud.* 273. *143.*
Urvillei. *Steud.* 279. *230.*
Vahlii. *Trin.* 276. *178.*
velutina. *Schrad.* 274. *149.*
verticillaris. *Wight. Arn.* 264 sub *10.*
*verticillata. *Cav.* 263. *2.*
*villosa. *Salzm.* 276. *184.*
virescens. *Presl.* 274. *161.*
*virginica. *Zucc.* 273. *139.*
*viscosa. *Retz.* 265. *37.*
wahowensis. *Trin.* 279. *240.*
Eremopyrum. *Jaub. Spach.*
squarrosum. *Jaub. Spach.* 346 sub *78.*
Eriachne. *A. Brown.* 236.
ampla. *Nees.* 236. *6.*
assimilis. *Steud.* 236. *2.*
aurea. *Nees.* 236. *5.*
avenacea. *R. Br.* 237. 20.
brevifolia. *R. Br.* 236. *12.*
capensis. *Steud.* 236 sub *8.*
capillaris. *R. Br.* 237. *15.*
ciliata. *R. Br.* 237. *21.*
Ecklonii. *Nees.* 236. *1.*
glauca. *R. Br.* 237. *19.*
gracilis. *Brong.* 237. *18.*
malouinensis. *Steud.* 236. *9.*
microphylla. *Nees.* 236. *7.*
mollis. *Kunth.* 59 sub *319.*
montana. *Gaudich.* 79 sub *541.*
mucronata. *R. Br.* 236. *10.*
obtusa. *R. Br.* 236. *14.*
ovata. *Nees.* 236. *13.*
pallescens. *R. Br.* 237. *22.*
pallida. *Nees.* 236. *4.*
Preissiana. *Nees.* 236. *11.*
rara. *R. Br.* 237. *16.*
squarrosa. *R. Br.* 237. *17.*
Eriachne Steudelii. *Nees.* 236. *8.*
stricta. *Steud.* 237. *23.*
triseta. *Nees.* 237. *24.*
tuberculata. *Nees.* 236. *3.*
Erianthus. *Michx.* vid. Saccharum pag. 407. §. 2.
aureus. *Nees.* 412 sub Eulalia *1.*
fulvus. *Nees.* 409 sub *61.*
hexastachyus. *Hochst.* 380 sub *208.*
repens. *Beauv.* 408 sub *49.*
saccharoides. *Michx.* 407 sub *34.*
strictus. *Baldw.* 407 sub *36.*
tinctorius. *Siebold.* 407 sub *32.*
Eriochloa. *Humb. Bonpl.* vid. Helopus p. 99.
distachya. *H. B.* 100 sub *10.*
japonica. *Kunth.* 99 sub *2.*
polystachya. *Salzm.* 101 sub *17.*
punctata. *Hochst.* 101 sub *17.*
purpurascens. *Hochst.* 57 sub *281.*
Eriochrysis. *Beauv.* 411.
attenuata. *Nees.* 411. *4.*
cayennensis. *Beauv.* 411. *1.*
fusca. *Trin.* 411. *3.*
Narenga. *Nees.* 411. *2.*
Eriocoma. *Nutt.* 122. §. 3.
Eriopodium. *Hochst.*
Kraussii. *Hochst.* 390 sub *331.*
Erochloa. *Rafin.* 273 sub *135* nota.
Euchlaena. *Schrad.* 37.
mexicana. *Schrad.* 37. *1.*
Euklastaxon. *Steud.* 412.
tenuifolius. *S eud.* 412. *1.*
Eulalia. *Kunth.* 412.
argentea. *Brongn.* 410 sub *17.*
aurea. *Kunth.* 412. *5.*
capensis. *Hochst.* 412. *3.*
concinna. *Nees.* 412. *7.*
glabrata. *Brongn.* 396 sub *109.*
japonica. *Trin.* 412. *2.*
mexicana. *Steud.* 412. *4.*
nepalensis. *Trin.* 412. *1.*
villosa. *Nees.* 412. *6.*
Eustachys. *Desv.*
petraea. *Desv.* 207 sub *59.*
Eustipa *Trin.* 129. §. 5.
Eutriana. *Trin.* 215.
abyssinica. *R. Br.* 301 sub Ptiloneilema *1.*
affinis. *Hook.* 215. *2.*
Antillarum. (*Steud.*) 217. *18.*
aristidoides. *Kunth.* 216. *3.*
barbata. *Kunth.* 217. *17.*
bromoides. *Kunth.* 216. *8.*
chloridea. *Kunth.* 216. *4.*
cristata. *Kunth.* 216. *6.*
curtipendula. *Trin.* 215. *1.* et 217 sub *16.*
curtipendnla. *Swartz.* 216 sub *2.*
Enteropogon. (*Steud.*) 216. *8.*
gracilis. *Hook. fil.* 216. *12.*
hirsuta. *Kunth.* 216. *5.*
juncifolia. *Kunth.* 216. *13.*
Lagascae. *Kunth.* 216. *15.*
Ledebourii. *Trin.* 216. *16.*
multiseta. *Nees.* 216. *13.*
oligostachya. *Kunth.* 217. *19.*
pilosa. *Hook. fil.* 216. *11.*
repens. *Kunth.* 216. *10.*
Triaena. *Trin.* 216. *7.*

F.

Fendleria. *Steud.* 419.
rhynchelytroides. *Steud.* 420. 1.
Festuca. *Lin.* 301.
abyssinica. *Hochst.* 314. *179.*
acerosa. *C. Koch.* 306. *58.*
aetnensis. *Tineo.* 303. *19.*
albida. *Lowe.* 314. *189.*
aleppica. *Hochst.* 302. *5.*
aliena. *Spr.* 215. *207.*
alopecuros. *Schousb.* 303. *20.*
alopecuros. *Brongn.* 260 sub *151.*
alpestris. *R. S.* 308. *85.*
alpina. *Gaud. Suter.* 306. *53.*
alpina. *Host.* 308 sub *85.*
altaica. *Ledeb. Trin.* 315. *201.*
altissima. *Boiss.* 309. *110.*
amethystina. *Host.* 306. *65.*
ammophila. *Rupr.* 309. *113.*
amplissima. *Rupr.* 317. *235.* (nomen).
andicola. *H. B.* 310. *129.*
antarctica. *Kunth.* 312. *156.*
antucensis. (*Steud.*) 304. *38.*
arduennae. *Dumort.* 307. *75b.*
arenaria. *Lam.* 312. *155.*
aristata. *C. Koch.* 320 sub *26.*
arundinacea. *Schreb.* 310. *119.*
aspera. *Poir.* 213 sub *172.*
attenuata. (*Steud.*) 305. *42.*
aurata. *Gaudin.* 306. *59.*
australis. (*Steud.*) 304. *34.*
balearica. *Guatteri.* 308. *93.*
Barrelieri. *Tenor.* 317 sub *228.*
Berteroniana. *Steud.* 311. *135.*
biflora. *Steud.* 428. *156b.*
Billardieri. (*Steud.*) 304. *33.*
bonariensis. *Lam.* 257 sub *111.*
borbonica. *Spr.* 315. *191.*
borealis. *M. K.* 309. *115.*
bosniaca. *Kumm. Lendtn.* 308. *86.*
bracteata. *Dec.* 315. *208.*
brevifolia. *R. Br.* 313. *170.*
breviseta. *Dec.* 317. *230.*
brizoides. *Berter.* 283 sub *19.*
bromoides. *Lin.* 303. *21.*
bromoides. *Michx.* 306 sub *35.*
Broteri. *Boiss.* 304. *25.*
Browniana. (*Steud.*) 304. *32.*
bulbosa. *Bivon.* 308. *92.* et 294 sub *31.*
caespitosa. *Desf.* 316. *223.*
caespitosa. *R. S.* 260 sub *155.*
Caldasii. *Kunth.* 311. *143.*
calycina. *Lam.* 295 sub Schismus *1.*
capillifolia. *Dufour.* 308. *90.*
capitata. *Balb.* 298 sub *14.*
caprina. *Nees.* 313. *171.*
caroliniana. *Steud.* 312. *159.*
caspica. (*Steud.*) 303. *12.*
ciliata. *Link.* 303. *18.*
cinerea. *Dec.* 308 sub 97.
clandestina. *Mhlbrg.* 313. *162.*
Clementei. *Boiss.* 206. *57.*
coerulescens. *Desf.* 314. *178.* et 308 sub *92.*
Coiron. *Steud.* 312. *148.*
commutata. *Steud.* 304. *24.*
commutata. *Scheele.* 305 sub *47.*

Festuca compacta. *Russel.* 315. *199.*
compressa. *Dec.* 309. *103.*
compressifolia. *Presl.* 310. *130.*
convoluta. *Kunth.* 316. *210.*
Cookii. *Hook. fil.* 315. *194.*
costata. *Nees.* 313. *173.*
cynosuroides. *Desf.* 304. *28.*
dactyloides. *Sib. Sm.* 316. *211.*
dasyantha. *H. B.* 311. *144.*
decolorans. *Mert. Koch.* 310. *118.*
delicatula. *Lagasc.* 304. *27.*
denudata. *Dumort.* 308. *101.*
diandra. *Michx.* 317 sub Diarrhena *1.*
diaphana. *Steud.* 316. *221.*
dichotoma. *Forsk.* 302 sub *10.*
diffusa. *Dumort.* 308. *100.*
distachya. *Willd.* 317. *229.*
divaricata. *Desf.* 302. *9.*
divaricata. *C. A. Mey.* 303 sub *12.*
dolichophylla. *Presl.* 310. *124.*
donacina. *Whlbrg.* 309 sub *115.*
Donax *Lowe.* 314. *188.*
Drymeia. *Mert. Koch.* 309. *111.*
dubia. *Rich.* 314. *184.*
dura. *Vill.* 303. *14.*
dura. *Host.* 307 sub *66.*
duriuscula. *Lin.* 306. *60.* et 305 sub *1.*
elatior. *Lin.* 310. *120.*
elegans. *Boiss.* 307. *81.*
eminens. *Kunth.* 311. *142.*
erecta. *Urville.* 312. *154.*
Eskia. *Dec.* 307. *83.*
exaltata. *Presl.* 310. *123.*
expansa. *Kunth.* 287 sub *36.*
fallax. *Thuil.* 309. *114.*
fascicularis. *Lam.* 313. *161.*
ferruginea. *Reichb.* 309. *107.*
fibrosa. *Griseb.* 309. *108.*
filiformis. (*Steud.*) 302. *4.*
flabellata. *Lam.* 260 sub *155.*
flabellata. *Urville.* 312 sub *153.*
flavescens. *Bellard.* 307. *80.*
flavescens. *Host.* 307 sub *84.*
flexa. (*Steud.*) 316. *220.*
fluitans. *Lin.* 284 sub *1.*
foliata. *Steud.* 304. *39.*
fratercula. *Rupr.* 317. *234.* (nomen).
Fuegiana. *Hook. fil.* 312. *150.*
fusca. *Lin.* 247 sub Uralepis *7.*
Gaudini. *Kunth.* 307 sub *70.*
geniculata. *Willd.* 305. *47.*
genuensis. *Pollin.* 317. *224.*
glabra. *Spr.* 313. *167.*
glauca. *Lam.* 306. *62.*
glomerata. *Russel.* 315. *200.*
gracilis. *Kunth.* 302 sub *3.*
gracilis. *Moench.* 316. *212.*
gracillima. *Hook. fil.* 312. *151.*
granatensis. *Boiss.* 309. *117.*
grandiflora. *Steud.* 311. *133.*
guestphalica. *Boengh.* 306. *56.*
Haenkei. *Kunth.* 311. *139.*
Halleri. *All.* 307. *70.*
Hemipoa. *Delil.* 308. *89.*
Hemipoa. *Durando.* 302 sub *8.*
hephaestophila. *Nees.* 310. *127.*
heterophylla. *Haenk.* 308. *96*

Festuca hirsuta. *Host.* 306. *51.*
hispanica. *Kunth.* 302 sub *3.*
hispida. *Savi.* 294 sub *32.*
humilior. *Nees. Meyen.* 311. *137.*
hystrix. *Boiss.* 307. *71.*
incrassata. *Parlat.* 305. *43.*
incrassata. *Salzm.* 305 sub *44.*
indica. *Retz.* 315. *203.*
indigesta. *Boiss.* 307. *77.*
insularis. *Steud.* 312. *147.*
interrupta. *Desf.* 313. *174.*
jubata. *Watson.* 306. *63.*
Kingiana. (*Steud.*) 316. *219.*
Kirelowii. *Steud.* 306. *52.*
Kitaibeliana. *Schult.* 308 sub *87.*
Lachenalii. *Spenn.* 302. *3.*
lanuginosa. *Scheele.* 308 sub *97.*
latifolia. *Dec.* 315. *209.*
latifolia. *Host.* 309 sub *109.*
laxa. *Host.* 308. *94.*
Lechleriana. *Steud.* 428. *152b.*
Lemanni. *Bast.* 307. *74.*
Leysseri. *Moench.* 321 sub *40.*
Linneana. (*Steud.*) 303. *17.*
littoralis. (*Steud.*) 317. *226.*
littoralis. *Labil.* 194 sub *15.*
livida. *Willd.* 310. *125.*
loliacea. *Huds.* 309. *116.*
longifolia. *Vivian.* 307. *72.*
macrophylla. *Hochst.* 314. *185.*
magellanica. *Lam.* 304. *36.*
maritima. *Dec.* 302. *11.*
maritima. *Smith.* 314 sub *187.*
memphitica. (*Steud.*) 302. *10.*
mexicana. *Roem. Schlt.* 312. *157.*
mexicana. *Spr.* 312 sub *158.*
Michelii. *Kunth.* 294 sub *30.*
minima. *Rich.* 301 sub *3.*
misera. *Thunb.* 315. *197.* et 256 sub *95.*
modesta. (*Steud.*) 316. *218.*
mollis. *Kunth.* 311. *141.*
monostachya. *Poir.* 317 sub *229.*
montana. *Reichb.* 309 sub *111.*
montana. (*Steud.*) 302. *2.*
Morisiana. *Parlat.* 306. *61.*
mucronata. *Forsk.* 298 sub *21.*
multicaulis. *Steud.* 310. *132.*
multiflora. *Presl.* 310. *122.*
muralis. *Kunth.* 303. *23.*
Myurus. *Lin.* 303. *22.*
Myurus *Mhlbrg.* 305 sub *40.*
nana. (*Steud.*) 428. *15c.*
neogaea. *Steud.* 313. *163.*
nepalensis. (*Steud.*) 316. *216.*
nigrescens. *Lam.* 308 sub *96.*
nitida. *Kit.* 308. *88.*
nubigena. *Jungh.* 315. *205.*
nubila. *Jungh.* 315. *204.*
nutans. *Willd. Spr.* 313. *160.*
nutans. *Host.* 309 sub *102.*
obtusa. *Spr.* 313 sub *160.*
oranensis. *Steud.* 313. *176.*
oryzetorum. *Pollin.* 310. *121.*
ovina. *Lin.* 305. *49.*
pallens. *Host.* 306 sub *62.*
palustris. *Seenus.* 286 sub *23.*
pannonica. *Wulf.* 307. 67.
panormitana. (*Steud.*) 304. *26.*
parviflora. *Ell.* 313. *166.*

Festuca parvigluma. *Steud.* 305. *48.*
parvula *Kunth.* 287 sub *37.*
patula. *Desf.* 213. *175.*
patens. *Steud.* 428. *28b.*
pauciflora. *Thunb.* 315. *196.* et sub *198.*
pectinata. *Labil.* 347 sub *95.*
pectinella. *Delil.* 210 sub Ctenopis *1.*
persica. *C. Koch.* 255 sub *81.*
petraea. *Guthn.* 306. *64.*
philistaea. *Boiss.* 428. *15b.*
phoenicoides. *Lin.* 317. *228.*
picta. *Kit. Schult.* 307. *76.*
pinnata. *Moench.* 316. *218.*
platyphylla. *Steud.* 428. *152c.*
plebeia. *R. Br.* 315. *192.*
Poa. *Kunth.* 302 sub *3.*
poaeoides. *Michx.* 313. *164.*
poecilantha. *C. Koch.* 286 sub *21.*
poliens. *Steud.* 337. *233.*
prasina. *Dumort.* 307. *75.*
pratensis. *Huds.* 310 sub *120.*
procera. *H. B.* 310. *131.*
procera. *Nees. Meyen.* 311 sub *135.*
procumbens. *Kunth.* 303. *13.*
pseudodura. *Steud.* 306. *66.*
pseudoeskia. *Boiss.* 307. *82.*
pseudomyurus. *Willm.* 303 sub *22.*
pubescens. *Willd.* 308. *87.*
pulchella. *Schrad.* 309 sub *102.*
pumila. *Vill.* 307. *78.*
punctoria. *Sibt. Sm.* 308. *95.*
pungens. *R. S.* 306 sub *62.*
purpurascens. *Banks. Hook. fil.* 312. *152.*
quadridentata. *H. B.* 311. *140.*
quadriflora. *Walt.* 305. *40.*
Quartiniana. *Rich.* 314. *183.*
quitensis. *Nees.* 277 sub *202.*
radicans. *Dumort.* 309. *112.*
rectiseta. (*Steud.*) 304. *30.*
remotiflora. *Steud.* 315. *198.*
reptatrix. *Lin.* 315. *206.*
restituta. *Steud.* 314. *181.*
rhachiantha. *Steud.* 302. *7.*
rhaetica. *Suter.* 308. *91.*
rigescens. *Kunth.* 311. *138.* ubi sic legendum loco nigrescens.
rigida. *Kunth.* 302. *8.*
rigida. *Roth.* 317 sub *231.*
rigidoaspera. (*Steud.*) 317. *231.*
rigidula. *Steud.* 314. *182.*
rivularis. *Boiss.* 308. *99.*
rottboellioides. *Kunth.* 302. *6.*
rubra. *Lin.* 308. *97.*
rubra. *Thore.* 308 sub *98.*
sabulicola. *Dufour.* 308. *98.*
scabra. *Vahl.* 313. *172.*
scabra. *Labil.* 304 sub *33.*
scabra. *Lagasc.* 312 sub *157.*
scaberrima. (*Steud.*) 316. *214.*
scabriflora. *Steud.* 314. *190.*
Scheuchzeri. *Gaudin.* 308. *102.*
Schimperi. (*Steud.*) 316. *222.*
Schimperiana. *Rich.* 314 sub *181.*
sciuroides. *Roth.* 303 sub *21.*
scirpifolia. *Kunth.* 311. *136.*
sclerophylla. *Boiss.* 309. *106.*
scoparia. *Hook.* 315. *195.*
serotina. *Lin.* 232 sub Molinia *2.*

Festuca setacea. (*Steud.*) 305. *41.*
sicula. *Guss. Presl.* 304. *37.*
sicula. *Moris.* 305 sub *42.*
simensis. *Hochst.* 314. *180.* et sub *181.*
Smithii. *Kunth.* 314. *187.*
spadicea. *Lin.* 309. *104.*
speciosa. *Schreb.* 321 sub *40.*
spectabilis. *Jan.* 309. *105.*
spicata. *Pursh.* 313. *165.*
stipoides. *Desf.* 305 sub *43.*
stricta. *Host.* 307. *69.*
stricta. *Poir.* 327 sub *115.*
Stuartiana. *Steud.* 304. *31.*
subciliata. *Link.* 304. *29.*
subtilis. (*Steud.*) 317. *227.*
subulata. *Bongard.* 313. *168.*
subulifolia. *Benth.* 312. *146.*
sylvatica. *Vill.* 309. *109.*
sylvatica. *Host.* 309 sub *111.*
sylvatica. *Presl.* 310 sub *123.*
Tauschii. (*Steud.*) 317. *232.*
tenella. *Willd.* 304. *85.*
Teneriffa. *Roth.* 314. *186.*
Tenoreana. (*Steud.*) 317. *228.*
tenuiflora. *Schrad.* 303. *1.*
tenuifolia. *Sibth.* 305. *50.*
tenuis. *Tineo.* 305. *44.*
tertia. *Steud.* 316. *215.*
texana. *Steud.* 310. *128.*
thalassica. *Kunth.* 286 sub *70.*
Thouini. *Steud.* 311. *193.*
Thunbergii. *Kunth.* 315. *202.*
toluccensis. *H. B.* 310. *126.*
triflora. *Desf.* 314. *177.*
triticoides. *Steud.* 315. *193.*
ulochaeta. (*Steud.*) 305. *45.*
unifaria. *Dumort.* 307. *73.*
uniglumis. *Soland.* 303. *16.*
unilateralis. *Schrad.* 302 sub *1.*
unioloides. *Kunth.* 282 sub Brizopyrum *5.*
Urvilleana. *Steud.* 312. *153.*
vaginata. *W. K.* 307. *68.*
valesiaca. *Gaud.* 306. *55.*
varia. *Haenke.* 307. *79.*
vestita. *Notaris.* 303. *15.*
villiflora. *Steud.* 313. *169.*
violacea. *Gaud.* 306. *54.*
vulpioides. (*Steud.*) 305. *46.*
Wightiana. (*Steud.*) 316. *217.*
Willdenowiana. *Schult.* 312. *158.*
xanthina. *R. S.* 307. *84.*
Fingerhuthia. *Nees.* 12.
ciliata. *Nees. 1.*
sesleriaeformis. *Nees. 2.*

G.

Gamelythrum. *Nees.* 198.
denudatum. *Nees.* 198. *1.*
turbinatum. *Nees.* 198. *2.*
Garnotia. *Brongn.* 417 ad p. 34.
Gastridium. *Beauv.* 185.
australe. *Beauv.* 185. *1.*
scabrum. *Presl.* 185 sub *1.*
triaristatum. *Durieu.* 185. *2.*
Gaudinia. *Beauv.* 234. Sect. III. Avena.
Biebersteinii. *Trin.* 235 sub *72.*
planiculmis. *Beauv.* 232 sub *35.*
Glyceria. *R. Brown.* 284.
acutiflora. *Torr.* 284 sub *1.*
airoides. *Steud.* 287. *35.* et p. 426 sub *40b.*
aquatica. *Presl.* 286. *29.*
aquatica. *Smith.* 285 sub *6.*
arundinacea. *Kunth.* 285. *7.*
australasica. *Steud.* 286. *25.*
conferta. *Fries.* 286. *19.*
convoluta. *Hornm.* 286. *21.*
distans. *Mert. Koch.* 285. *18.*
elongata. *Trin.* 285. *13.*
festucaeformis. *Host.* 286. *23.*
fluitans. *R. Br.* 284. *1.*
glumaris. *Griseb.* 253 sub *54.*
ischyroneura. *Steud.* 426. *10b.*
leptophylla. *Steud.* 286. *24.*
maritima. *Mert. Koch.* 286. *20.*
micrantha. *Steud.* 287. *32.*
minuta. *Poir.* 287. *37.*
multiflora. *Steud.* 285. *5.*
Neesii. *Steud.* 286. *26.*
neogaea. *Steud.* 285. *17.*
nervata. *Torr.* 285. *12.*
norwegica. *Sommerf.* 285. *8.* et 253 sub *53.*
obtusa. *Trin.* 285. *14.*
ochroleuca. (*Steud.*) 286. *30.*
pallida. *Trin.* 285. *11.*
pauciflora. *Presl.* 285. *16.*
pedicellata. *Towns.* 284. *3.*
pendulina. *Laest.* 285. *9,* sub *8.* et 253 sub *72* nota.
pilosa. *Steud.* 287. *33.*
plicata. *Fries.* 284. *2.*
remota. *Fries.* 285 sub *8.*
scaberrima. *Nees.* 287. *34.*
songarica. *Schrenk.* 286. *28.*
spectabilis. *Mert. Koch.* 285. *6.*
Sphenopus. (*Steud.*) 287. *37.*
subfastigiata. *Griseb.* 253 sub *55.*
tenuiflora. (*Steud.*) 286. *22.*
tenuifolia. (*Steud.*) 286. *31.*
tenuispica. *Steud.* 285. *4.*
Goldbachia. *Trin.*
Mikani. *Trin.* 115 sub *17.*
Graphephorum. *Desv.* 195.
Elliottii. *Kunth.* 195. *2.*
melicoides. *Beauv.* 195. *1.*
Graya. *W. Arnott.* 119.
elegans. *Nees.* 119. *1.*
Greenia. *Nutt.* 153.
arkansana. *Nutt.* 153. *1.*
Guadua. *Kunth.* 333.
amplexifolia. *Presl.* 333. 2.
angustifolia. *Kunth.* 333. *4.*
dioica. *Steud.* 334. 9.
distorta. *Rupr.* 333. *7.*
latifolia. *Kunth.* 333. *1.*
macrostachya. *Rupr.* 333. *3.*
Tagaora. *Kunth.* 334. *8.*
Trinii. *Nees.* 333. *6.*
virgata. *Rupr.* 333. *5.*
Gymnopogon. *Beauv.* 217.
brevifolius. *Trin.* 218 sub *3.*
distichophyllus. *Steud.* 218. *5.*
fastigiatus. *Nees.* 217. *3.*
foliosus. *Nees.* 218. *6.*
laevis. *Nees.* 217. *2.*
mollis. *Nees.* 218. *4.*
Gymnopogon racemosus. *Beauv.* 217. *1.*
Gymnothrix. *Beauv.* vid. Pennisetum. Sect. I. p. 102.
caudata. *Schrad.* 103 sub *9.*
cladotes. *Hochst.* 104 sub *22.*
latifolia. *Presl.* 103 sub *19.*
nubica. *Hochst.* 118 sub Beckera *7.*
purpurascens. *Schrad.* 103 sub *10.*
Thouarsii. *Beauv.* 102 sub *3.*
Gynerium. *Humb. Borpl.* 197.
argenteum. *Nees.* 197. *2.*
Neesii. *Meyen.* 198 sub *4.*
parviflorum. *Nees.* 198. *5.*
procerum. *Beauv.* 197 sub *1.*
pygmaeum. *Nees. Meyen.* 198 sub *4.*
Quila. *Nees. Meyen.* 197. *4.*
saccharoides. *H. B.* 197. *1.*
sagittatum. *Beauv.* 197 sub *1.*
speciosum. *Nees. Meyen.* 197. *3.*
zeelandicum. *Steud.* 198. *6.*

H.

Haplachne. *Presl.*
pilosissima. *Presl.* 413 sub Dimeria *5.*
Harpachne. *Hochst.* 300.
Schimperi. *Hochst.* 300. *1.*
Harpechloa. *Kunth.* 203.
capensis. *Kunth.* 203. *1.*
Heleochloa. *Host.* vid. Crypsis 151.
Harpostachys. *Trin.* vid. Panicum p. 37 et 55 Sectio VIII.
Hekaterosachne. *Steud.* 118.
elatior. *Steud.* 118. *1.*
Helopus. *Trin.* 99.
acrotrichus. *Steud.* 100. *6.*
acuminatus. (*Steud.*) 100. *4.*
annulatus. *Nees.* 99. *1.*
annulatus. *Hrbr.* un. it. nub. 100 sub *5.*
annulatus. *Hrbr.* un. it. abyss. 100 sub *6.*
barbatus. *Trin.* 100. *8.*
bolbodes. *Hochst.* 100. *14.*
brachystachys. *Trin.* 100. *10.*
cognatus. *Steud.* 101. *17.*
globosus. (*Steud.*) 99. *2.*
grandiflorus. *Trin.* 100. *11.*
javanicus. *Steud.* 101. *18.*
Kunthii. *Trin.* 100. *16.*
nubicus. *Steud.* 100. *5.*
polystachyus. *Trin.* 100. *13.*
punctatus. *Nees.* 99. *3.*
sanguinalis. *Nees.* 101. *19.*
succinctus. *Trin.* 100. *7.*
trichopus. *Hochst.* 100. *12.*
tridentatus. *Trin.* 100. *8.*
villosus. *Trin.* 100. *15.*
Hemarthria. *R. Brown.* 358.
capensis. *Trin.* 359. *9.*
caudiculata. *Steud.* 359. *11.*
compressa. *R. Br.* 358. *1.*
coromandelina. *Steud.* 358. *2.*
fasciculata. *Kunth.* 359. *8.*
foliata. *Steud.* 359. *6.*
guyanensis. *Steud.* 359. *10.*
Hamiltoniana. *Steud.* 358. *3.*
protensa. (*Steud.*) 359. *5.*
laxa. (*Steud.*) 358. *4.*

Hemarthria uncinata. *R. Br.* 359. *7.*
rugosa. *Kunth.* 359. *12.*
Hemibromus. *Steud.* 317.
japonicus. *Steud.* 318. *1.*
Heteranthelium. *Hochst.* 201.
piliferum. *Hochst.* 201. *1.*
Heterelytron. *Jungh.* 403.
scabrum. *Jungh.* 403. *1.*
Heteropogon. *Pers.* vid. Andropogon 367. §. ~~8.~~ 3
contortus. *All.* 367 sub *36.*
hirsutus. *Pers.* 367 sub *37.*
Roylei. *Nees.* 367 sub *43.*
villosus. *Nees.* 372 sub *94.*
Heterostega. *Desv.*
juncifolia. *Desv.* 216 sub *13.*
Hexarrhena. *Presl.* 12.
cenchroides. *Presl.* 12. *1.*
Hierochloa. *Beauv.* 13.
alpina. *R. S.* 14. *13.*
altissima. *Steud.* 13. *5.*
antarctica. *R. Br.* 14. *7.*
arctica. *Presl.* 13 sub *3.*
arenaria. *Steud.* 416. *5b.*
australis. *R. S.* 14. *12.*
borealis. *R. S.* 13. *3.*
Brunonis. *Hook. fil.* 14. *10.*
Bungeana. *Trin.* 14. *6.*
dahuria. *Trin.* 13. *2.*
Dregei. *Nees.* 14. *12.*
Ecklonii. *Nees.* 13 sub Ataxia *2.*
fragrans. *R. S.* 14. *8.*
glabra. *Trin.* 13 sub *2.*
magellanica. *Hook. fil.* 14. *9.*
odorata. *Beauv.* 14 sub *12.*
pauciflora. *R. Br.* 14. *11.*
racemosa. *Trin.* 13. *1.*
Tongo. *Nees.* 13 sub Ataxia *3.*
utriculata. *Kunth.* 13. *4.*
Hilaria. *Humb. Bonpl.* 12.
cenchroides. *H. B.* 12. *1.*
Himantochaete. *Nees.* 242. §. 2.
Holcus. *Lin.* 14.
alpinus. *Swartz.* 14 sub Hierochloa *13.*
annuus. *Salzm.* 14 sub *5.*
argenteus. *Agh.* 15. *3.*
asper. *Thunb.* 240 sub *39.*
avenaceus. *Scop.* 235 sub *73.*
caespitosus. *Boiss.* 15. *7.*
caffrorum. *Thunb.* 392 sub *365.*
ciliatus. *Roxb.* 15. *10.*
coerulescens. *Gaudich.* 395 sub *405.*
Crupina. *Link.* 394 sub *385.*
densus. *Peterm.* 15 sub *2.*
Dochna. *Forsk.* 393 sub *378.*
Durieui. *Steud.* 15. *4.*
fragrans. *Willd.* 14 sub *8.*
fulvus. *R. Br.* 392 sub *361.*
Gayanus. *Boiss.* 15 sub *4.*
grandiflorus. *Boiss.* 15. *8.*
halepensis. *Lin.* 394 sub *384.*
lanatus. *Lin.* 14. *1.*
laxus. *Lin.* 280 sub Uniola *3.*
latifolius. *Osbeck.* 117 sub Centotheca *1.*
mollis. *Lin.* 15. *2.*
nervosus. *Roxb.* 115 sub *14* et 116 sub *24.*
nigerrimus. *Ard.* 393 sub *380.*
Holcus nitidus. *Vahl* 395 sub *398.*
odoratus. *Lin. Aut.* 14 sub *12.*
pallidus. *R. Br.* 396 sub *412.*
parviflorus. *R. Br.* 396 sub *410.*
pertusus. *Lin.* 364 sub *4.*
plumosus. *R. Br.* 392 sub *364.*
repens. *Host.* 13 sub *3.*
Reuteri. *Boiss.* 15. *9.*
rigidus. *Hochst.* 15. *6.*
setifolius. *Thunb.* 395 sub *397.*
setiger. *Nees.* 15. *5.*
Sorghum. *Lin.* 393 sub *375.*
Sorghum. *Mieg.* 394 sub *383.*
tenuis. *Trin.* 15 sub *2.*
tenuis. *Gay.* 15 sub *4.*
tuberosus. *Salzm.* 15 sub *1.*
Hollboellia. *Hook.*
ornithocephala. *Hook.* 112 sub Lopholepis *1.*
Holosetum. *Steud.* 118.
philippicum. *Steud.* 118. *1.*
Hologamium. *Nees.* 370. §. 8.
Homoeatherum. *Nees.* 411.
chinense. *Nees.* 412. *1.*
Hordeum. *Lin.* 351.
adscendens. *H. B.* 353. *33.*
Aegiceras. *Nees.* 352 sub *9.*
andinum. *Trin.* 353. *26.* et sub *25.*
bifarium. *Roth.* 354. *39.*
bulbosum. *Lin. Host.* 352. *11.*
capense. *Thunb.* 353. *22.*
chilense. *Brongn.* 353. *31.*
coeleste. *Viborg.* 351 sub *1.*
comosum. *Presl.* 353. *27.*
comosum. *Hrbr. un. it. chil.* 353 sub *28.*
cylindricum. *Steud.* 353. *25.*
deficiens. *Steud.* 351. *4.*
depauperatum. *Steud.* 353. *29.*
distichum. *Lin.* 351. *3.*
divergens. *Nees.* 353 sub *27.*
euclaston. (*Steud.*) 353. *37.*
flexuosum. *Nees.* 353. *30.*
fragile. *Boiss.* 352. *13.*
fragile. *Godron.* 353 sub *37.*
geniculatum. *All.* 352 sub *20.*
glaucum. *Steud.* 352. *19.*
hexastichum. *Lin.* 351. *2.*
himalayense. *Ritter.* 352. *9.*
Hystrix. *Roth.* 352 sub *20.*
imrinum. *Forsk.* 352. *17.*
ithaburense. *Boiss.* 430. *3b.*
leporinum. *Link.* 352. *14.*
macilentum. *Steud.* 352. *15.*
macrolepis. *A. Braun.* 351. *5.*
maritimum *With.* 252. *20.*
maritimum. *Roth.* 252 sub *21.*
maritimum. *Fl. dan.* 352 sub *10.*
murinum. *Lin.* 252. *16* et sub *18.*
murinum. *Bert.* 353 sub *23.*
muticum. *Presl.* 353. *28.*
nodosum. *Lin.* 352 sub *10.*
perversum. *Forsk.* 354. *40.*
pilosum. *Steud.* 353. *23.*
pubiflorum. *Hook. fil.* 353. *32.*
pratense. *Huds.* 352. *10.*
pseudomurinum. *Topp.* 352 sub *16.*
pusillum. *Nutt.* 353. *34.*
Riehlii. *Steud.* 353. *35.*
Rothii. *Link.* 252. *21.*
Hordeum secalinum. *Trin.* 252 sub *10.*
Sieberianum. 347 sub Secaln *6.*
spontaneum. *C. Koch.* 351. *6.*
stenostachys. *Godron.* 353. *38.*
strictum. *Desf.* 352 sub *11.*
vaginatum. *C. Koch.* 252. *18.*
villosum. *Bertol.* 252. *8.*
violaceum. *Beauv.* 352. *12.*
vulgare. *Lin.* 351. *1.*
zeocriton. *Lin.* 351. *7.*
Hydrochloa. *Beauv.*
carolinensis. *Beauv.* 4 sub Hydropyrum *2.*
Hydropyrum. *Link.* 4.
esculentum. *Link.* 4. *1.*
fluitans. *Kunth.* 4. *2.*
Hygrorrhiza. *Nees.* 4.
aristata. *Nees.* 4. *1.*
Hymenachne. *Beauv.* 101.
amplexicaulis. *Nees.* 102. *5.*
Boiviniana. *Steud.* 419 sub *7b.*
campestris. *Nees.* 101. *2.*
fluviatilis. *Nees.* 101. *1.*
interrupta. *Steud.* 101. *3.*
Myosurus. *Nees.* 102. *6.*
Myurus. *Beauv.* 101. *4.*
phalaroides. *Nees.* 101. *6.*
Hypodaeurus. *Hochst.*
cenchroides. *Hochst.* 111 sub Antephora *4.*
Hypogynium. *Nees.*
spathiflorum. *Nees.* 370 sub *80.*
Hystericina. *Steud.* 35.
alopecuroides. *Steud.* 35. *1.*

I.

Iarapha. *Ruiz. Pav.*
Ichu. *R. S.* 127 sub *35.*
Iardinea. *Steud.* 360.
abyssinica. *Steud.* 360. *2.*
gabonensis. *Steud.* 360. *1.*
Ichnanthus. *Beauv.* 93. Panicum sect. XV.
panicoides. *Beauv.* 94 sub *766.*
Imperata. *Cyrill.* 405.
Alany. *Jungh.* 405. *6.* et 407 sub *26.*
arundinacea. *Cyrill.* 405. *1.*
condensata. *Steud.* 431. *4b.*
cylindrica. *Beauv.* 405 sub *1.*
filifolia. *Nees.* 405. *5.*
Koenigii. *Nees.* 405. *4.*
Koenigii. *Wall.* 405 sub *5.*
pedicellata. *Steud.* 405 *3.*
Thunbergii. *Beauv.* 405. *2.*
Ioachimia. *Tenor.*
phalaroides. *Tenor.* 15 sub Beckmannia *1.*
Isachne. *R. Br.* vid. Panicum p. 94. Sect. XV.
angusta. *Nees.* 96 sub *799.*
australis. *R. Br.* 94 sub *769.*
hispidula. *Nees.* 96 sub *793.*
javanica. *Nees.* 96 sub *786.*
mauritiana. *Sieb.* 95 sub *790.*
miliacea. *Roth.* 96 sub *790.*
Neesiana. *Arn.* 97 sub *795.*
prostrata. *Hort. Berol.* 95 sub *782.*
pulchella. *Roth.* 96 sub *791.*

Isachne rigida. *Nees.* 95 sub *776.*
virgata. *Nees.* 96 sub *799.*
Ischaemum. *Lin.* vid. Andropogon pag. 368 §. 6 et 374 §. 14.
aristatum. *Lin.* 375 sub *142.*
aristatum. *Houtt.* 376 sub *144.*
aristatum. *Roxb.* 376 sub *143.*
auritum. *Nees.* 301 sub *7.*
australe. *R. Br.* 376 sub *155.*
barbatum. *Retz.* 376 sub *144.*
ciliare *Retz.* 375 sub *133.*
ciliare. *Trin.* 375 sub *136.*
Colladoa. *R. Br.* 112 sub Colladoa *1.*
conjugatum. *Roxb.* 376 sub 157.
corollatum. *Nees.* 369. *65.*
cuspidatum. *Roxb.* sub Vossia *1.*
digitatum. *Brongn.* 382 sub *230.*
falcatum. *Nees. Meyen.* 369 sub *64.*
fasciculatum. *Brongn.* 382 sub *229.*
filiforme. *Willd.* 377 sub *164.*
fragile. *R. Br.* 369 sub *68.*
geniculatum. *Roxb.* 376 sub *158.*
gibbum. *Trin.* 376 sub *148.*
glabratum. *Presl.* 377 sub *161.*
guianense. *Kunth.* 382 sub *231.*
hirsutum. *Nees.* 361 sub *12.*
hispidum. *H. B.* 115 sub *17.*
imberbe. *Retz.* 375 sub *142.*
importunum. *Lour.* 382 sub *234.*
inscalptum. *Hochst.* 369 sub *71.*
intermedium. *Brongn.* 382 sub *228.*
involutum. *Forst.* 113 sub Thouarea *4.*
latifolium. *Kunth.* 382 sub *232.*
laxum. *R. Br.* 369 sub *67.*
macrostachyum. *Rich.* 369 sub *70.*
melicoides. *Koen.* 216 sub *8.*
minus. *Presl.* 377 sub *162.*
murinum. *Forst.* 377 sub *165.*
muticum. *Lin.* 374 sub *128.*
muticum. *Zolling.* 375 sub *131.*
paleaceum. *Trin.* 376 sub *146.*
pallidum. *Kunth.* 115 sub *18.*
pectinatum. *Nees.* 369 sub *64.*
pectinatum. *Trin.* 369 sub *63.*
polystachyum. *Presl.* 382 sub *233.*
repens. *Roxb.* 374 sub *129.*
rottboellioides. *R. Br.* 382 sub *235.*
rugosum. *Gaertn.* 376 sub *149.*
scariosum. *Walt.* 209 sub *15.*
scrobiculatum. *Wight.* 373 sub *113* et *118.*
segetum. *Trin.* 376 sub *147.*
Sehima. *R. Br.* 369 sub *69.*
semisagittatum. *Roxb.* 376 sub *150.*
speciosum. *Nees.* 375 sub *132.*
tenellum. *Roxb.* 377 sub *159.*
timorense. *Kunth.* 376 sub *151.*
triticeum. *R. Br.* 376 sub *154.*
Urvilleanum. *Kunth.* 376 sub *153.*
villosum. *R. Br.* 376 sub *156.*

K.

Kampmannia. *Steud.* 34.
zeelandica. *Steud.* 35. *1.*
Kerinozoma. *Steud.* 358.
Cheribon. *Steud.* 358. *2.*
Suraboja. *Steud.* 358. *1.*
Knappia. *Trin.*
verna. *Trin.* 187 sub Chamagrostis *1.*
Koeleria. *Pers.* 292.
albescens. *Dec.* 293. *5.*
Alopecuros. *Nees.* 294. *18.*
biseta. *Steud.* 227 sub *32.*
brachystachya. *Dec.* 294. *28.*
capensis. *Nees.* 293. *14.*
Castellana. *Boiss.* 293. *12.*
caudata. (*Steud.*) 293. 6.
convoluta. *Hochst.* 393. *4.*
cristata. *Pers.* 292. *1.*
Cumingii. *Nees.* 294. *33.*
dactyloides. *Reichb.* 293. *9.*
Figarei. *Notaris.* 294. *24.*
glauca. *Dec.* 293. *7.*
glomerata. *Kunth.* 229 sub *67.*
gracilis. *Guss.* 293 sub *2.*
grandiflora. *Bertol.* 292. *2.*
hirsuta. *Dec.* 294. *21.*
hispida. *Dec.* 294. *32.*
interrupta. *Steud.* 184 sub *17.*
laxa. *Link.* 294. *29.*
Lechleri. *Steud.* 294. *34.*
Linkii. *Kunth.* 294. *19.*
macilenta. *Dec.* 294. *30.*
macrantha. *Schult.* 293. *8.*
nitida. *Nutt.* 293. *15.*
obtusiflora. *Boiss.* 294. *26.*
paniculata. *Nutt.* 293. *16.*
paradoxa. (*Steud.*) 294. *23.*
Parreisiana. *Presl.* 295. *37.*
pensylvanica. *Dec.* 287 sub Reboulea *1.*
permollis. (*Steud.*) 293. *13.*
phleoides. *Pers.* 294. *27.*
poaeoides. *Nees.* 295. *35.*
rigidula. *Steud.* 293. *17.*
Salzmanni. *Boiss.* 295. *37.*
setacea. *Dec.* 293. *11.*
sibirica. *Rudolphi.* 280 sub Leucopoa *1.*
sinaica. *Boiss.* 427. *29b.*
splendens. *Presl.* 292 sub *2.*
sterilis. *Steud.* 293. *3.*
truncata. *Torr.* 288 sub Reboulea *1.*
tunicata. *Presl.* 294. *31.*
trapezuntica. *C. Koch.* 294. *25.*
valesiaca. *Gaud.* 293. *10.*
vestita. *Nees.* 294. *20.*
villosa. *Pers.* 294. *22.*
Webbiana. *Parlat.* 295. *36.*
Krombholzia. *Rupr.* 415.
mexicana. *Rupr.* 415. *1.* (nomen).
Ktenosachne 150

L.

Lachnagrostis. *Trin.* vid. Calamagrostis.
ciliata. *Nees.* 174 sub *139.*
Chamissonis. *Trin.* 174 sub *141.*
filiformis. *Trin.* 172 sub *124.*
Hookeri. *Nees.* 173 sub *135.*
Royleana. *Nees.* 173 sub *135.*
Lachnochloa. *Steud.* 5.
pilosa. *Steud.* 5. *1.*
Lagurus. *Lin.* 183.
cylindraceus. *Lin.* 405 sub Imperata *1.*
ovatus. *Lin.* 183. *1.*
Lamarkia. *Moench.* 299.
aurea. *Moench.* 300. *1.* et 111 sub Pterium *1.*
Lappago. *Schreb.* 112.
aliena. *Spr.* 112. *2.*
biflora. *Roxb.* 112 sub *2.*
decipiens. *Notaris.* 419 ad p. 112.
latipes. *Steud.* 112. *3.*
racemosa. *Willd.* 112. *1.*
Lappagopsis. *Steud.* 112.
bijuga. *Steud.* 112. *1.*
Lasiagrostis. *Link.* vid. Stipa 132. §. 8.
capensis. *Nees.* 132 sub *98.*
phleoides. *Nees. Mey.* 168 sub *77.*
Lasiochloa. *Kunth.* 298 sub Dactylis**.
Lasiolytrum. *Steud.* 11.
hirtum. *Steud.* 12. *1.*
Latipes. *Kunth.*
senegalensis. *Kunth.* 112 sub Lappago *3.*
Lechlera. *Steud.*
panicoides. *Steud.* 101 sub Relchela *1.*
Leersia. *Soland.* 1.
abyssinica. *Hochst.* 2 sub *12.*
angustifolia. *Trin.* 2. *17.* (nomen.)
aspera. *Nees.* 1. *2.*
australis. *R. Br.* 14.
brasiliensis. *Spr.* 2 sub *12.*
contracta. *Nees.* 2 sub *12.*
digitata. *Lam.* 2. *16.*
disticha. *Benth.* 2. *7.*
elongata. *Willd.* 2. *27.* (nomen.)
glaberrima. *Trin.* 2. *13.*
gracilis. *Willd.* 2 sub *14.*
hexandra. *Swartz.* 2. *11.*
imbricata. *Poir.* 2. *5.*
lenticularis. *Michx.* 2. *6.*
ligularis. *Trin.* 1. *3.*
luzoniensis. *Presl.* 2. *9.*
monandra. *Sw.* 1. *1.*
mexicana. *H. B.* 2. *12.*
oryzoides. *Sw.* 2. *10.*
ovata. *Poir.* 2. *4.*
Triniana. *Sieb.* 2 sub *15.*
virginia. *Willd.* 2. *8.*
Lenormandia. *Steud.*
insignis. *Steud.* 359 sub Mandelorna *1.*
Lepeocercis. *Trin.* (Lipeocercis. *Nees.*) 366 sub *30* nota.
annulata. *Nees.* 379 sub *189.*
Bladhii. *Nees.* 380 sub *198.*
pertusa. *Hassk.* 364 sub *4.*
Lepideilema. *Trin.*
lancifolium. *Trin.* 339 sub Streptochaeta *1.*
Lepitoma. *Torr.*
brevifolia. *Torr.* 292 sub Pleuropogon *2.*
Leptaspis. *R. Brown.* 8.
Banksii. *R. Br.* 8. *1.*
Cumingii. *Steud.* 416. *4.*
manillensis. *Steud.* 8. *3.*
zeylanica. *Nees.* 8. *2.*
Leptatherum. *Nees.* 409.
Royleanum. *Nees.* 409. *1.*
Leptochloa. *Beauv.* 208.
Anoplia. *Nees.* 210. *26.*
arabica. *Kunth.* 210. *23.*
attenuata. (*Steud.*) 209. *17.*
brachiata. *Steud.* 209. *12.*

Leptochloa calycina. *Kunth.* 210. *30.*
chinensis. *Nees.* 209. *13.*
coerulescens. *Steud.* 209. *22.*
coromandelina. *Steud.* 209. *20.*
cynosuroides. *R. S.* 208. *1.*
Digitaria. *Nees.* 208. *6.*
domingensis. *Link.* 208. *2.*
dubia. *Nees.* 210. *25.*
eragrostoides. *Steud.* 208. *7.*
filiformis. *R. S.* 209. *18.*
gracilis. *Nees.* 209. *8.*
gracilis. *Wight.* 213 sub *10.*
grandiglumis. *Nees.* 210. *33.*
hirta. (*Steud.*) 209. *21.*
humilis. *Nees.* 210. *27.*
Lindleyana. *Kunth.* 210. *32.*
mollis. *Kunth.* 210. *24.*
mucronata. *Kunth.* 209. *15.*
mutica. *Steud.* 208. *3.*
panicoides. *Wight.* 62 sub *353.*
patens. *Kunth.* 295 sub *8.*
pectinata. *Kunth.* 210. *28* et 413 sub Pterygostachyum *1.*
pellucidula. *Steud.* 209. *16.*
polystachya. *Kunth.* 313 sub *161.*
procera. *Nees.* 209. *9.*
racemosa. *Kunth.* 210. *31.*
scabra. *Nees.* 209. *10.*
setacea. *Hochst.* 301 sub *2.*
subdigitata. *Trin.* 210. *35.*
tenerrima. *R. S.* 209. *11.*
tetraquetra. *Presl.* 208. *5.*
uniflora. *Hochst.* 209. *19.*
uniflora. *Trin.* 213 sub *14.*
verticillata. *Kunth.* 210. *29.*
virgata. *Beauv.* 208. *4.*
virgata. *Hochst.* 208 sub *3.*
Wightiana. *Nees.* 209. *14.*
Leptocoryphium. *Nees.* 33.
lanatum. *Nees.* 34. *1.*
molle. *Nees.* 34. *2.*
obtusum. *Steud.* 34. *3.*
Leptothrium. *Kunth.* 414.
rigidum. *Kunth.* 414. *1.*
Lepturopsis. *Steud.* 357.
triaristata. *Steud.* 358. *1.*
Lepturus. *R. Brown.* 357.
aciculatus. *Steud.* 357. *9.*
acutiglumis. *Steud.* 357. *5.*
compressus. (*Steud.*) 357. *3.*
filiformis. *Trin.* 357. *2.*
incurvatus. *Trin.* 357. *1.*
paniculatus. *Nutt.* 357. *10.*
pannonicus. *Kunth.* 357. *6.*
persicus. *Boiss.* 430. *6b.*
ramosus. *Kunth.* 357. *11.*
repens. *R. Br.* 357. *8.*
Roxburghianus. (*Kunth.*) 357. *7.*
simplex. *Kunth.* 357. *12.*
subulatus. *Kunth.* 357. *4.*
Leucopoa. *Ledeb.* 280.
sibirica. *Ledeb.* 280. *1.*
Libertia. *Lejeun.*
arduenensis. *Lejeun.* 319 sub *18.*
Limnas. *Trin.* 153.
arkansana. *Trin.* 153. *2.*
pilosa. *Trin.* 421. add. ad 153.
Stelleri. *Trin.* 153. *1.*
Limnetis. *Richard.*
pungens. *Pers.* 214 sub Spartina *8.*
Lipeocercis. *Nees.* = Lepeocercis.
Lithagrostis. *Gaertn.*
lacryma Jobi. *Gaertn.* 9 sub Coix *1.*
Lodicularia. *Beauv.*
capensis. *Nees.* 359 sub *9.*
fastigiata. *Beauv.* 359 sub *8.*
laxa. *Nees.* 358 sub *4.*
Lolium. *Lin.* 339.
arvense. *Wither.* 340. *10.*
arvense. *Rchbch.* 340 sub *11.*
asperum. *Hort.* 340 sub *9.*
Berterianum. *Steud.* 340. *18.*
Boucheanum. *Kunth.* 340. *2.*
brasilianum. *Nees.* 340. *4.*
canadense. *Michx.* 341. *23.*
canariense. *Steud.* 340. *13.*
complanatum. *Schrad.* 340. *9.*
cylindricum. *C. Koch.* 340. *7.*
distachyum. *Lin.* 341. *24.*
durum. *C. Koch.* 340. *3.*
elegans. *Steud.* 341. *22.*
gracile. *Parlat.* 340. *20.*
gracile. *Dumort.* 340 sub *17.*
lepturoides. *Boiss.* 431 ad *362.*
linicola. *Sonder.* 340. *11.*
lucidum. *Dumort.* 340. *16.*
multiflorum. *Lam.* 340. *5.*
multiflorum. *Guss.* 340 sub *6.*
perenne. *Lin.* 340. *1.*
persicum. *Boiss.* 340. *12.*
remotum. *C. Koch.* 340 sub *10.*
rigidum. *Gaud.* (est L. strictum *Presl. 21.*)
robustum. *Rchbch.* 340 sub *15.*
scabrum. *Presl.* 340. *19.*
subulatum. *Visian.* 340. *8.*
temulentum. *Lin.* 340. *17.*
tenue. *Lin.* 340 sub *1.*
Lophatherum. *Brongn.* 300.
dubium. *Steud.* 300. *6.*
elatum. *Zoll. Moritz.* 300. *3* et sub *4.*
gracile. *Brongn.* 300. *1.*
japonicum. *Steud.* 300. *2.*
Lehmanni. *Steud.* 300. *5.*
multiflorum. *Steud.* 300. *4.*
pilosulum. *Steud.* 428. *3b.*
Lophochlaena. *Nees.* 288.
californica. *Nees.* 288. *1.*
Lophochloa. *Scheele.*
paradoxa. *Scheele.* 294 sub *23.*
Lopholepis. *Decaisn.* 112.
ornithocephala. (*Steud.*) 112. *1.*
Loudetia. *Hochst.* 238.
barbata. *A. Braun.* 238 sub Tristachya *7.*
elegans. *Hochst.* 238. *1.*
tristachya. *Hochst.* 238. *2.*
Lucaea. *Kunth.* 413.
ciliata. *Schmidt.* 414. *8.*
gracilis. *Kunth.* 413. *1.*
Junghuhnii. (*Steud.*) 414. *4.*
Langsdorffiana. (*Steud.*) 413. *2.*
major. *Hochst.* 414. *3.*
plumbea. (*Steud.*) 414. *5.*
Schimperi. (*Steud.*) 414. *7* dele est enim Andropogon multicaulis 383. *246.*
violacea. (*Steud.*) 414. *6.*
Luziola. *Juss.* 5.
mexicana. *H. B.* 5 sub *1.*
Luziola peruviana. *Juss.* 5. *1.*
Lycurus. *Hamb. Bonpl.* 147.
phalaroides. *H. B.* 147. *1.*
phleoides. *H. B.* 147. *2.*
Lygeum. *Lin.* 15.
spartum. *Lin.* 16. *1.*

M.

Macrochaeta. *Steud.*
sacchariformis. *Steud.* 405 sub Seri cura *1.*
Macrochloa. *Kunth.* 132 sub Stipa §. 9.
Macrodon. *Ehrnb.*
obtusus. *Ehrnb.* 10 sub Phalaris *3.*
Macrostachya. *Hochst.*
abyssinica. *Hochst.* 203 sub Chloris *1.*
Maillea. *Parlat.* 152.
Urvillei. *Parlat.* 152. *1.*
Maizilla. *Schlchtd.* 24 sub *109.*
Maltebrunia. *Kunth.*
leersioides. *Kunth.* 3 sub *12.*
prehensilis. *Kunth.* 3 sub *14.*
Mandelorna. *Steud.* 359.
insignis. *Steud.* 359. *1.*
Manisuris. *Lin.* 363.
granularis. *Swartz.* 363. *1.*
Myurus. *Lin.* 363. *2.*
polystachya. *Beauv.* 363 sub *1.*
Megalachne. *Steud.* 237.
Berteroniana. *Steud.* 237. *1.*
Megastachya. *Beauv.* vid. Eragrostis.
Melanocenchris. *Nees.* 218.
Rothiana. *Nees.* 218. *1.*
Royleana. *Nees.* 218. *2.*
Melica. *Lin.* 288.
alata. *Nees.* 290. *26.*
altissima. *Lin.* 291. *41.*
arrecta. *Kunze.* 291. *50.*
aspera. *Desf.* 291 sub *47.*
aurantiaca. *Desv.* 290. *22.*
barbata. *Moon.* 202. (nomen.)
Bauhini. *All.* 289. *13.*
Bauhini. *Guss.* 289. sub *15.*
breviflora. *Boiss.* 288. *5.*
caffrorum. *Schrad.* 289. *19.*
capillaris. *Russel.* 292. *53.*
caricina. *Urvill.* 292. *54.*
chilensis. *Presl.* 291. *39.*
ciliata. *Lin.* 288. *1.*
coerulea. *Lin.* 292 sub Molinia *1.*
colpodioides. *Nees.* 291. *38.*
Commersoni. *Nees.* 290. *32.*
commutata. *Steud.* 290. *29.*
cretica. *Boiss.* 427. *7b.*
Cupani. *Guss.* 289. *15* et sub *14.*
cyrenaica. *Vivian.* 292. *55.*
decumbens. *Thunb.* 289. *19.*
dendroides. *Lehm.* 289. *20.*
diandra. *Roxb.* 315 sub *203.*
diffusa. *Pursh.* 291. *42.*
digitata. *Roxb.* 207 sub *46.*
eligulata. *Boiss.* 427. *11b.*
exasperata. *R. S.* 290. *33.*
falx. *Lin.* 203 sub Harpechloa *1.*
festucoides. *Willd.* 292. (nomen.)
flava. *Nees.* 290. *31.*
glabra. *Steud.* 290. *30.*
glabra. *Michx.* 291 sub *40.*
glaucescens. *Steud.* 289. *10.*
Gmelini. *Turczn.* 289. *16.*

Melica Hohenackeri. *Boiss.* 427. *16b.*
Jacquemontii. *Decaisn.* 289. *12.*
imperfecta. *Trin.* 291. *52.*
inaequiglumis. *Boiss.* 288. *3.*
Kotschyi. *Hochst.* 289. *11.*
lanata. *Steud.* 289. *9.*
latifolia. *Roxb.* 119 sub Thyssanolaena *1.*
laxiflora. *Cav.* 290. *27.*
laxiflora. *Berter.* 290 sub *28.*
longiflora. *Steud.* 290. *28.*
macra. *Nees.* 290. *35.*
major. *Smith.* 291. *48.*
micrantha. *Boiss.* 289. *8.*
minuta. *Lin.* 291. *49.*
nebrodensis. *Parlat.* 289. *14.*
nervosa. *Moon.* 292. (nomen.)
nodosa. *Turczn.* 289 sub *17.*
nutans. *Lin.* 291. *44.*
ovalis. *Nees.* 289. *18.*
pallida. *H. B.* 291. *37.*
pannosa. *Boiss.* 427. *6b.*
papilionacea. *Lin.* 290. *25.*
persica. *Kunth.* 288. *4* et 427 ad p. 288.
picta. *C. Koch.* 291. *45.*
pyramidalis. *Lam.* 291. *47.*
racemosa. *Mhlbrg.* 291. *43.*
racemosa. *Thunb.* 289 sub *19.*
rectiflora. *Boiss.* 427. *46b.*
refracta. *Roxb.* 289. *21.*
rigida. *Cav.* 290. *24.*
sarmentosa. *Nees.* 290. *34.*
scabra. *H. B.* 291. *36.*
scabrosa. *Trin.* 291. *51.*
Schimperi. *Presl.* 389 sub *9.*
sinaica. *Notar.* est: M. glaucescens. 289. *10.*
speciosa. *Mhlbrg.* 291. *40.*
taurica. *C. Koch.* 288. *2.*
trachyantha. *Boiss.* 289. *7.*
triflora. *Bigel.* 292. (nomen.)
uniflora. *Retz.* 291. *46.*
vestita. *Boiss.* 288. *6.*
violacea. *Cav.* 290. *23.*
violacea. *Berter.* 290. *29.*
virgata. *Turczn.* 289. *15.*
Melinis. *Beauv.*
minutiflora. *Beauv.* 86 sub *629.*
Meoschium. *Beauv.* 374. §. 14 et sub *142.*
aristatum. *Beauv.* 375 sub *142.*
barbatum. *Beauv.* 376 sub *144.*
elatum. *Nees.* 376 sub *145.*
elegans. *Nees.* 376 sub *147.*
Griffithsiae. *Nees.* 375 sub *141.*
monostachyus. *Wight.* 369 sub *66.*
Neesianum. *Arn.* 375 sub *137.*
Royleanum. *Nees.* 375 sub *140.*
rugosum. *Wall.* 376 sub *147.*
Merathrepta. *Rafin.* 246 sub *101.*
Merisachne. *Steud.* 117.
Drummondii. *Steud.* 117. *1.*
Merostachys. *Spreng.* 338.
Kunthii. *Rupr.* 338. *3.*
Neesii. *Rupr.* 338. *4.*
sparsiflora. *Rupr.* 338. *5.*
speciosa. *Spr.* 338. *2.*
speciosa. *Kunth.* 338 sub *3.*
speciosa. *Nees.* 338 sub *4.*
Merostachys ternata. *Nees.* 338. *1.*
Mesosetum. *Steud.* 118.
cayennense. *Steud.* 118. *1.*
Mibora. *Adans.*
verna. *Beauv.* 187 sub Chamagrostis *1.*
Michelaria. *Dumort.*
bromoides. *Dumort.* 319 sub *18.*
Microchloa. *R. Brown.* 202.
abyssinica. *Hochst.* 202. *4.*
caffra. *Nees.* 202. *2.*
indica. *Beauv.* 202 sub *1.*
obtusiflora. *Benth.* 202. *3.*
setacea. *R. Br.* 202. *1.*
Microlaena. *R. Brown.* 7.
stipoides. *R. Br.* 8. *1.*
Microstegium. *Nees.* 411.
Willdenowianum. *Nees.* 411. *1.*
Miegia. *Pers.*
pumila. *Pers.* 334 sub Arundinaria *1.*
Miliaria. *Trin.* 37 et 82. Sect. XII. Panicum.
Milium. *Lin.* 34.
arundinaceum. *Koenig.* 70 sub *447.*
arundinaceum. *Sibth. Sm.* 121 sub Urachne *1.*
amphicarpum. *Pursh.* 35 sub Amphicarpum *1.*
capense. *Lin.* 34. *11.*
capillare. *Roth.* 34 sub 7 et 84 sub *630.*
coerulescens. *Desf.* 121 sub Urachne *5.*
compressum. *Poir.* 34. *12.*
confertum. *Link.* 34. *4.*
digitatum. *Swartz.* 32 sub *225.*
effusum. *Lin.* 34. *1.*
filiforme. *Roxb.* 32 sub *229* et 33 sub *258.*
globosum. *Thunb.* 34. *10* et 99 sub *2.*
hirsutum. *Beauv.* 97 sub *805.*
holciforme. *Spr.* 122 sub *9.*
lanatum. *R. S.* 34 sub Leptocoryphium *1.*
latifolium. *Cav.* 24 sub *109.*
lendigerum. *Lin.* 185 sub Gastridium *1.*
maritimum. *Pall.* 122 sub *9.*
mexicanum. *Spr.* 125 sub *19.*
microspermum. *Lagasc.* 34. *8.*
minutiflorum. *Trin.* 34. *5.*
Mühlenbergianum. *Schult.* 34. *9.*
multiflorum. *Cav. Reichb.* 121 sub Urachne *1.*
nigricans. *R. S.* 34. *13.*
paradoxum. *Lin.* 121 sub Urachne *3.*
paradoxum. *Scop.* 121 sub Urachne *2.*
paspaloides. *Ell.* 20 sub *57.*
purpureum. *Lapeyr.* 122 sub *6.*
ramosum. *Retz.* 99 sub *1.*
racemosum. *Smith.* 122 sub *14.*
roseum. *Spr.* 34. *6.*
scabrum. *Merlet.* 34 sub *4.*
Schmidtianum. *C. Koch.* 34. *2.*
sparsum. *Mill.* 34. *14.*
tenellum. *Cav.* 222 sub *61.*
Thomasii. *Duby.* 122 sub *7.*
tomentosum. *Rottl.* 34. *7.*
trichopodum. *Boiss.* 417. *4b.*
vernale. *Bbrst.* 34. *3.*
villosum. *Swartz.* 97 sub *805.*
Miquelia. *Arnott. Nees.* 119.
barbulata. *Nees.* 119. *1.*
courtallensis. *Arn. Nees.* 119. *3.*
Emodi. *Arn. Nees.* 119. *2.*
Mnesithea. *Kunth.*
laevis. *Kunth.* 362 sub *25.*
Molinia. *Moench.* 292.
coerulea. *Moench.* 292. *1.*
obtusa. *Peterm.* 292 sub *1.*
serotina. *Mert. Koch.* 292. *2.*
squarrosa. *Trin.* 292. *3.*
Monachne. *Beauv.*
racemosa. *Beauv.* 88 sub *682.*
unilateralis. *Beauv.* 59 sub *319.*
Monachyrum. *Parlat.* 414.
villosum. *Parlat.* 414. *1.*
Monerma. *Beauv.*
monandra. *Beauv.* 351 sub Psilurus *1.*
stricta. *Presl.* 341 sub Lolium *21.*
subulata. *Beauv.* 357 sub Lepturus *4.*
Monopogon. *Presl.*
avenaceus. *Presl.* 238 sub Tristachya *2.*
Moulinsia. *Rfian.* 133 sub *13.*
Mühlenbergia. *Schreb.* 177.
adspersa. *Trin.* 178. *13.*
affinis. *Trin.* 179. *29.*
alpestris. *Trin.* 180 sub *34.*
angustata. *Kunth* 180. *35.*
aristata. *Pers.* 180 sub *37.*
baicalensis. *Turczn.* 182 sub *6.*
Berlandieri. *Trin.* 179. *24.*
Berteroniana. *Kunth.* 181. *42.*
Beyrichiana. *Kunth.* 185 sub Pereilema *2.*
Brachyelytrum. *Trin.* 180. *37.*
brasiliensis. *Steud.* 177. *7.*
calamagrostidea. *Kunth.* 178. *11.*
capillaris. *Trin.* 179. *26.*
ciliata. *Trin.* 178. *11.*
Clomena. *Trin.* 178. *19.*
crinita. *Trin.* 180. *40.*
debilis. *Trin.* 179. *20.*
diffusa. *Willd.* 178 sub *8.*
distichophylla. *Kunth.* 178. *10.*
diversiglumis. *Trin.* 179. *20.*
elegans. *Trin.* 180. *33.*
erecta. *Presl.* 181. *43.*
erecta. *Schreb.* 180 sub *37.*
expansa. *Trin.* 179. *25.*
fasciculata. *Trin.* 181. *50.*
filipes. *M. A. Curtis.* 179. *28.*
geniculata. *Nees.* 178. *17.*
glabrata. *Trin.* 181. *46.*
gracilis. *Trin.* 179. *30.*
hirsuta. *Steud.* 180. *38.*
Hügelii. *Trin.* 178. *18.*
japonica. *Steud.* 422. *7b.*
implicata. *Trin.* 179. *21.*
interrupta. (*Steud.*) 177. *6.*
longiseta. *Benth.* 179. *27.*
mollicoma. *Nees.* 180. *40.*
mucronata. *Trin.* 181. *45.*
nana. *Benth.* 177. *4.*
pendula. *Trin. Bong.* 182 sub *6.*
Polypogon. *Trin.* 179 sub *26.*
pusilla. *Steud.* 177. *3.*
rariflora. *Hook. fil.* 180. *36.*
rigida. *Trin.* 141. *44* et sub *50.*
sciurea. *Trin.* 180. *139.*

Mühlenbergia simplex. *Kunth.* 181. *49.*
sobolifera. *Trin.* 181 sub Cinna *1.*
spica venti. *Trin.* 177. *5.*
spicata. *Kunth.* 217 sub Gymnopogon *2.*
spiciformis. *Trin.* 178. *9.*
stipoides. *Trin.* 180. *34.*
stricta. *Kunth.* 181. *48.*
subtilis. *Nees.* 180. *31.*
sylvatica. *Torr.* 178. *15.*
tenella. *Trin.* 178. *14.*
tenuifolia. *Trin.* 181. *47.*
tenuissima. *Kunth.* 177. *1.*
trichodes. *Steud.* 177. *2.*
virescens. *Trin.* 180. *32.*
viridissima. *Nees.* 178. *16.*
Willdenowii. *Trin.* 179. *22.*
Mygularus. *Link*=Vulpia. *Gmel.* 303 Sect. III.
Myriachaeta. *Zoll. Mor.* 404.
arundinacea. *Zoll. Mor.* 404. *1.*
glauca. *Zoll. Mor.* 404. *2.*

N.

Nardurus. *Koch.* vid. Festuca. 302. Sect. I.
orientalis. *Boiss.* 302 sub *5.*
Nardus. *Lin.* 146.
indica. *Lin.* 202 sub Microchloa *1.*
stricta. *Lin.* 202. *1.*
Thomaea. *Lin.* 358 sub Oropetium *1.*
Nassella. *Trin.* Urachne 122. §. 4.
Nastus. *Juss.* 332.
barbatus. *Trin.* 332. *1.*
borbonicus. *Gmel.* 332. *2.*
capitatus. *Kunth.* 333. *3.*
tesselatus. *Nees.* 333. *4.*
Tjankorre. *Schult.* 333. *5.*
Navicularia. *Raddi.*
glabra. *Raddi* est Panicum Martianum 94. *762.*
Nemastachys. *Steud.* 357.
taitensis. *Steud.* 357. *1.*
Neostipa. *Trin.* Stipa 127. §. 3.
Nephelochloa. *Boiss.* 317.
orientalis. *Boiss.* 317. *1.*
persica *Ledeb.* 255 sub *81.*
songarica. *Ledeb.* 286 sub *28.*
Neurachne. *R. Brown.* 113.
alopecuroides. *R. Br.* 113. *2.*
Mitchelliana. *Nees.* 113. *1.*
phleoides. *Nees.* 113 sub *2.*
Neuroctola. *Rafin.* 280 sub Uniola nota.
Notonema. *Rafin.* 163 sub *15.*
Nowodworskya. *Presl.*
agrostoides. *Presl.* 184 sub *8.*

O.

Olyra. *Lin.* 35.
arundinacea. *H. B.* 35 sub *1.*
capillata. *Trin.* 35. *7.*
caudata. *Trin.* 35. *2.*
ciliatifolia. *Raddi.* 36. *17.*
cordifolia. *Willd.* 35. *3.*
dimidiata. *Hochst.* 36. *18.*
fasciculata. *Trin.* 35. *6.*
filiformis. *Trin.* 36. *8.*
floribunda. *Raddi.* 36. *21.*
Olyra glaberrima. *Raddi.* 14.
guineensis. *Steud.* 37. *24.*
Olyra humilis. *Nees.* 35. *5.*
latifolia. *Lin.* 35 sub *1.*
longifolia. *H. B.* 36. *14.*
longifolia. *Hochst.* 36 sub *19.*
micrantha. *H. B.* 36. *10.*
obliquifolia. *Steud.* 36. *19.*
orientalis. *Lour.* 37. *26.*
ovata. *Hamilt.* 37. *25.*
paniculata. *Swartz.* 35. *1.*
pauciflora. *Swartz.* 37. *23.*
polypodioides. *Trin.* 36. *22.*
pubescens. *Raddi.* 36. *16.*
ramosissima. *Trin.* 36. *12.*
scabra. *Nees.* 36. *13.*
semiovata. *Trin.* 35. *4.*
surinamensis. *Hochst.* 36. *20.*
Urvillei. *Steud.* 36. *11.*
ventricosa. *Nees.* 36. *9.*
Ophiurus. *Gaertn.* 359.
aethiopicus. *Rupr.* 360. *6.*
appendiculatus. *Steud.* 359. *3.*
auriculatus. *Trin.* 360. *5.*
compressus. *Presl.* 357 sub Leptturus *3.*
corymbosus. *Gaertn.* 359. *1.*
incurvatus. *Beauv.* 357 sub Leptturus *1.*
loricatus. *Nees.* 360. *9.*
monostachys. *Presl.* 360. *7.*
muricatulus. *Steud.* 360. *4.*
papillosus. *Hochst.* 360 sub *6.*
perforatus. *Trin.* 359. *2.*
radicans. *Steud.* 430. *6b.*
undulatus. *Nees.* 360. *8.*
Opizia. *Presl.* 214.
stolonifera. *Presl.* 214. *1.*
Oplismenus. *Beauv.* vid. Panicum. 46. §. *7.*
affinis. *Schult.* 46 sub *122.*
brasiliensis. *Raddi.* 45 sub *110.*
capensis. *Hochst.* 45 sub *109.*
compositus. *Wight.* 45 sub *114.*
decompositus. *Nees.* 44 sub *103.*
gracilis. *Schlchtd.* 46. *118.*
hirtellus. *Sieber.* 45 sub *107.*
hirtiflorus. *Presl.* 45 sub *116.*
Jacquini. *Sieb.* 45 sub *107.*
mollissimus. *Hochst.* 44 sub *95.*
polystachyus. *H. B.* 48 sub *155.*
repens. *Presl.* 46 sub *129.*
tenuis. *Presl.* 45 sub *117.*
Oreolochloa. *Link.*
disticha. *Link.* 296 sub *16.*
Oreostipa. *Trin.* vid. Stipa 124. §. 1.
Oropetium. *Trin.* 358.
thomaeum. *Trin.* 358. *1.*
Ortachne. *Nees.* 121.
retorta. *Nees.* 121. *1.*
Orthoclada. *Beauv.* 339.
laxa. *Beauv.* 339. *1.*
rariflora. *Nees.* 339. *2.*
rariflora. *Beauv.* 339 sub *1.*
Orthopogon. *R. Brown.* vid. Panicum 44. §. 6.
Junghuhnii. *Nees.* 45 sub *113.*
parvifolius. *Nutt.* 48 sub *163.*
Orthoraphium. *Nees.*
Roylei. *Nees.* 131 sub *96.*
Oryza. *Lin.* 2.
coarctata. *Wall.* 2 sub Leersia *9.*
communissima. *Lour.* 3 sub *1.*
elongata. *Desv.* 3. (nomen.)
glaberrima. *Steud.* 3. *13.*
glumaepatula. *Steud.* 3. *5.*
glutinosa. *Lour.* 3. *4.*
granulata. *Nees.* 3. (nomen.)
latifolia. *Desv.* 3. *8.*
latifolia. *H. B.* 3 sub *9.*
leersioides. (*Steud.*) 3. *12.*
minuta. *Presl.* 3. *7.*
montana. *Lour.* 3. *3.*
montana. *Hamilt.* 3. (nomen.)
nepalensis. *G. Don.* 3. (nomen.)
officinalis. *Wall.* 3. (nomen.)
parviflora. *Beauv.* 3. (nomen.)
perennis. *Moench.* 3. *11.*
platyphylla. *Schult.* 3. *9.*
praecox. *Lour.* 3. *2.*
prehensilis. (*Steud.*) 3. *14.*
pubescens. *Desv.* 3. (nomen.)
pumila. *Hort.* 3. (nomen.)
punctata. *Kotschy.* 3. *6.*
repens. *Hamilt.* 3 sub *1.*
rubrilabris. *Desv.* 3. (nomen.)
sativa. *Lin.* 3. *1.*
sativa. *Hochst.* 3 sub *6.*
segetalis. *Russ.* 3 sub *1.*
sorghoides. *Desv.* 3. (nomen.)
subulata. *Nees.* 3. *10.*
Oryzopsis. *Rich.* 122. §. 2.
asperifolia. *Rich.* 122 sub *13.*
setacea. *Rich.* 123 sub *30.*
Otachyrium. *Nees.*
junceum. *Nees.* 85 sub *636.*
truncatum. *Nees.* 87 sub *674.*
Oxyanthe. *Steud.* 197.
japonica. *Steud.* 197. *1.*

P.

Padia. *Zolling. Moritz.* 3.
Meyeriana. *Zoll. Mor.* 3. *1.*
Panicum. *Lin.* 37.
abludens. *R. S.* 75. *499.*
abortivum. *R. Br.* 49. *170.*
abyssinicum. *Hochst.* 40. *28.*
acariferum. *Trin.* 119 sub Thyssanolaena *1.*
accrescens. *Trin.* 67 sub *668.*
aciculare. *Desv.* 82. *599.*
acroanthum. *Steud.* 87. *670.*
acuminatissimum. (*Steud.*) 45. *114.*
acuminatum. *Swartz.* 85. *646.*
acuminatum. *Mhlbrg.* 82 sub *503.*
acutatum. *Steud.* 86. *658.*
acutiflorum. *Poir.* 99. *841.*
acutiflorum. *Steud.* inlitt. 93 sub *754.*
acutiglumum. *Steud.* 66. *397.*
adpressum. *Willd.* 43. *77.*
adscendens. *H. B.* 43. *71.*
adspersum. *Trin.* 61. *349.*
adstans. *Steud.* 94. *771.*
adustum. *Nees.* 43. *85.*
aegyptiacum. *Retz.* 39. *18.*
aemulum. (*Steud.*) 44. *89.*
aequatum. *Nees.* 97. *819.*
aequinerve. *Nees.* 79. *544.*
agglutinans. *Kunth.* 70. *443.*
angustissimum. *Hochst.* 66. *401.*

Panicum agrostideum. *Salzm.* 77 sub *526* et 79 sub *550.*
agrostidiforme. *Lam. Torr.* 71 sub *457.*
agrostidiforme. *Raddi.* 66 sub *394.*
agrostoides. *Mhlbrg.* 71. *457* et 81. *572.*
agrostoides. *Salzm.* 93 sub *754.*
airoides. *R. Br.* 82. *590.*
airoides. *Flugg.* 86 sub *647.*
alabamense. *Trin.* 64. *376.*
albens. *Trin.* 96. *796* et sub *802.*
albidulum. *Steud.* 69. *436.*
album. *Poir.* 44. *93.*
almadense. *Trin.* 94 sub *762.*
alopecuroideum. *Schreb.* 50. *184.*
alternatum. *Willd.* 73 sub *481.*
altissimum. *Dec.* 72. *470.*
altissimum. *Meyer.* 64 sub *377* et *379.*
amarum. *Ell.* 75. *501.*
amphibium. *Steud.* 61. *342.*
amphibolum. *Steud.* 51. *208.*
ambiguum. *Trin.* 61. *343.*
ammophilum. (*Steud.*) 92. *741.*
amplexicaule. *Rudg.* 102 sub Hymenachne *5.*
amplifolium. *Steud.* 53. *227.*
amplissimum. *Steud.* 54. *240b.*
anabaptistum. *Steud.* 75. *500c.*
anceps. *Michx.* 70. *445.*
angustifolium. *Ell.* 86. *650.*
angustum. *Trin.* 84. *632.*
ansatum. *Trin.* 55. *263.*
antidotale. *Retz.* 77. *531.*
antidotale. *Wight* 59 sub *314.*
Antillarum. *Poir.* 52. *214.*
antipodum. *Spr.* 94. *769.*
Aparine. *Steud.* 52. *213.*
apiculatum. *Salzm.* 65 sub *392.*
aquaticum. *Poir.* 91. *717.*
aquaticum. *Rich.* 72 sub *466.*
aquaticum. *Mhlbrg.* 91 sub *736.*
arabicum. *Nees.* 63. *363.*
arborescens. *Lin.* 334 sub *3.*
arcuatum. *R. Br.* 56. *276.*
arenarium. *Brot.* 73. *476.*
argenteum. *R. Br.* 57. *282.*
argyrograptum. *Nees.* 40. *36.*
argyrostachyum. *Steud.* 40. *38.*
aristatulum. *Steud.* 42. *55.*
aristatum. *Macfad.* 48 sub *165.*
Arnacites. *Trin.* 89. *701.*
Arnottianum. *Nees.* 59. *314* et 97 sub *816.*
arundinaceum. *Swartz.* 95. *773.*
arvense. *Kunth.* 67. *416.*
asperatum. *Kunth.* 98. *836.*
asperrimum. *Lagasc.* 77 sub *528.*
asperum *Wight.* 49. *168.*
asperum. *Link.* 108 sub *81.*
atrichum. *Steud.* Synops. 417. *31b.*
atrichum. *Steud.* Nmclt. 104 sub *27.*
atrosanguineum. *Hochst.* 84. *628.*
atroviolaceum. *Rich.* 63. *368.*
attenuatum. *Willd.* 73. *477* et 98 sub *814.*
aturense. *H. B.* 79. *543* et sub *552.*
aureum. *Trin.* 38. *3.*
auricomum. *Nees.* 90. *702.*
Panicum auriculatum. *Willd.* 99. *836.*
auritum. *Presl.* 70. *450.*
auritum. *Hassk.* 70 sub 451.
australe. *Spr.* 42. *61.*
autumnale. *Bosc.* 84. *623.*
avenaceum. *H. B.* 81. *569.*
axillare. *Nees.* 80. *555.*
axipilum. *Steud.* 79. *546.*
Balanites. *Trin.* 57. *295.*
Balbisianum. *Schult.* 76. *13.*
bambusaeflorum. *Trin.* 93. *758.*
bambusoides. *Hamilt.* 97. *812.*
barbatulum. *Michx.* 86. *668.*
barbatum. *Kunth.* 43. 73 et sub *72.*
barbatum. *Roxb.* 108 sub *79.*
barbinode. *Trin.* 67. *410.*
basisetum. *Steud.* 52. *219.*
batavicum. (*Steud.*) 96. *786.*
bellum. (*Steud.*) 96. *791.*
benghalense. *Spr.* 48. *160.*
Benjamini. *Steud.* 96. *790.*
Benthami. (*Steud.*) 43. *88.*
bermudianum. *Steud.* 99. *844.*
Berteronianum. *Schult.* 50. *188.*
Bertolonianum. *Schult.* 93 sub *754.*
Beyrichii. *Kunth.* 77 sub *520.*
bicolor. *R. Br.* 82. *596.*
bicorne. *Kunth. Sieber.* 41. *50.* 40 sub *31* et 215 sub *20.*
bidentulum. *Steud.* 45. *113.*
biflorum. *Lam.* 95 sub *774.*
biforme. *Kunth.* 43. *74.*
bistipulatum. *Schlchtd.* 417. *386b.*
bisulcatum. *Thunb.* 99. *837.*
blepharophorum. *Presl.* 79. *551.*
Bobartii. *Lam.* 91. *726.*
Bonplandianum. (*Steud.*) 48. *153.*
Boscii. *Poir.* 91. *733.*
brachiariaeforme. *Steud.* 54. *241.*
brachiatum. *Bosc.* 99. *845.*
brachyanthum. *Steud.* 67. *407.*
brachyglume. *Hochst.* 95. *785.*
brachylachnum. *Steud.* 62. *356.*
brachyphyllum. (*Steud.*) 42. *67.*
brachystachyum. *Trin.* 57. *289.*
Braunii. *Steud.* 93. *748.*
brevifolium. *Lin.* 83. *618.*
brevifolium. *Kunth.* 42 sub *67.*
brevifolium. *Jahn.* 54 sub *252.*
brevisetum. (*Steud.*) 46. *119.*
brizaeforme. *Presl.* 60. *324.*
brizanthum. *Hochst.* 63. *366.*
brizoides. *Lin. Jacq.* 60. *323.*
brizoides. *Salzm.* 95 sub *778.*
brizoides. *Spr.* 95 sub *321.*
Browneanum. *Wight. Arn.* 34 sub *7* et 98. *84.*
Brownei. *Roem. Schult.* 43. *81.*
bulbosum. *H. B.* 80. *568.*
bunophilum. *Steud.* 76. *519.*
Burmanni. *Retz.* 44. *91.*
caesioglaucum. *Nees.* 75. *498.*
caesium. *Nees.* 47. *144.*
caespititium. *Lam.* 91. *725.*
caespitosum. *Swartz.* 62 sub *357.*
calaccanense. *Steud.* 65. *393.*
callosum. *Hochst.* 77. *530.*
calvescens. *Nees.* 89. *690.*
campestre. *Nees.* 77. *525.*
camporum. *Kunth.* 101 sub *2.*
Panicum canaliculatum. *Nees.* 55. *260.*
Canarae. *Steud.* 58. *307.*
candicans. *Nees.* 93. *754.*
canescens. *Roth.* 54. *253.*
capense. *Lichtst.* 92. *740.*
capillare. *Lin.* 83. *621.*
Careyanum. *Nees.* 60. *328.*
Careyanum. *Hochst.* 62 sub *359.*
caricoides. *Nees.* 82. *602.*
crinatum. *Presl.* 78. *536.*
carinatum. *Torr.* 75 sub *502.*
carnosum. *Salzm.* 30 sub *333.*
carolinianum. *Spr.* 48. *164.*
carthagenense. *Swartz.* 80. *560.*
cartilagineum. *Mhlbrg.* 98. *830.*
cartilagineum. *Nees.* 57 sub *294.*
caucasicum. *Trin.* 59 sub *310* nota.
caudatum. *Lam.* 53. *224.*
cayennense. *Lam.* 77. *522.*
cayennense. *Nees.* 77 sub *523.*
cernuum. *Willd.* 53. *236.*
certificandum. (*Steud.*) 44. *105.*
chamaelonche. *Trin.* 86. *661.*
Chamaeraphis. *Trin.* 49. *167.*
Chamaeraphis. *Nees.* 48 sub *157.*
Chaetium. *Steud.* 48. *159.*
chaetophorum. *Roem. Schult.* 87. *672.*
Chauvinii. *Steud.* 68. *425.*
chinense. *Trin.* 52. *218.*
chloroticum. *Nees.* 73. *481.*
chnoodes. *Trin.* 85 *643.*
chondrachne. *Steud.* 51. *202.*
chrysanthum. *Steud.* 50. *196.*
chrysites. *Steud.* 38. *7.*
chrysoblephare. (*Steud.*) 38. *6.*
chrysochaetum. *Steud.* 50. *191.*
chrysodactylon. *Trin.* 38. *5.*
chrysostachyum. *Trin.* 38. *2.*
ciliare. *Retz.* 39. *20.*
ciliatifolium. *Kunth.* 81. *585.*
ciliatum. *Ell.* 81 sub *585.*
cimicinum. *Retz.* 43. *87.*
clandestinum. *Lin.* 83. *609.*
coccospermum. (*Steud.*) 62. *358.*
coeruleum. *Mill.* 108 sub *70.*
cognatissimum. *Steud.* 69. *437.*
cognatum. *Schult.* 69. *452.*
colonum. *Lin.* 46. *124.*
coloratum. *Lin.* 73. *478.*
comatum. *Hochst.* 57. *283.*
commelinaefolium. *Rudg.* 87. *674.*
commixtum. *Steud.* 39. *322.*
commutatum. *Nees.* 40. *30* et sub 31. *36.*
comosum. *Steud.* 53. *223.*
comosum. *Steud.* 417. *215b.* mutetur in pycnocomum.
compactum. *Kit.* 51 sub *204.*
compos. *Trin.* 45 sub *108.*
compositum. *Lin.* 44. *104.*
compositum. *Rottl.* 40 sub *103.*
compositum. *Trin.* Ic. 45 sub *108.*
compressum. *Bivon.* 67. *414.*
concinnum. *Nees.* 78. *539.*
concinnum. *Edgew.* 78 sub *537b.*
condensatum. *Bertol.* 81. *573.*
confertum. *Desv.* 99. *838.*
confine. *Hochst.* 72 sub *473.*
conglomeratum. *Lin.* 81. *580.*

Panicum conjugatum. *Roxb.* 41. *52.*
connivens. *Trin.* 42. *56.*
consanguineum. *Kunth.* 85. *651.*
contractum. *Wight. Arn.* 84. *634.*
controversum. *Steud.* 60. *334.*
convolutum. *Beauv.* 73. *479.*
cordifolium. *Steud.* 85. *639.*
coriophorum. *Kunth.* 67. *409.*
corrugatum. *Ell.* 50 sub *184* et *688.*
corymbiferum. *Steud.* 76. *509.*
corymbosum. *Roxb.* 38. *13.*
corymbosum. *Nees.* 76 sub *509.*
costatum. *Roxb.* 64. *382.*
costatum. *Hochst.* 58 sub *307.*
courtallense. *Nees. Wall.* 83. *617.*
cristatum. (*Steud.*) 46. *121.*
cruciatum. *Nees.* 39. *19.*
crus Andreae. *Willd.* 54. *237.*
crus corvi. *Lin.* 48. *151.*
crus corvi. *Museum Brit.* 46 sub *132.*
crus corvi. *Thunb.* 47 sub *142.*
crus galli. *Lin.* 47. *138* et sub *142.*
crus pavonis. *Nees.* 48. *152.*
ctenodes. *Trin.* 65 sub *386.*
cubense. (*Steud.*) 48. *162.*
cujabense. *Trin.* 42. *57.*
cultratum. *Trin.* 55 sub *257.*
Cumingianum. *Steud.* 58. *301.*
Curtisii. *Steud.* 66. *400.*
curvatum. *Lin.* 67. *408.*
cuspidatum. *Roxb.* 47. *135.*
cuspigluma. (*Steud.*) 96. *795.*
cyanescens. *Nees.* 90. *707.*
cynotis. *Trin.* 94. *761.*
Dactylon. *Lin.* 212 sub Cynodon *1.*
Daltoni. *Parlat.* 46. *132.*
dasytrichum. *Spr.* 81 sub *582.*
dasyurum. *Nees.* 50. *195.*
debile. *Desf.* 41. *51.*
debile. *Poir.* 99. sub *850.*
decipiens. *Nees.* 85. *635.*
decipiens. *Kunth.* 61 sub *339.*
decolorans. *H. B.* 80. *566.*
decompositum. *R. Br.* 82. *397.*
decumbens. *R. S.* 55. *256.*
demissum. *Trin.* 88. *683.*
densepilosum. *Steud.* 72. *471.*
densiflorum. *Willd.* 81. *579.*
densiglume. *Hochst.* 41 sub *40.*
densum. *Mhlbrg.* 81. *571.*
denudatum. *Kunth.* 38. *10.*
depauperatum. *Mhlbrg.* 82. *604.*
desertorum. *A. Rich.* 46. *128.*
despiciens. *Link.* 61. *339.*
Despreauxii. *Steud.* 58. *306.*
deustum. *Thunb.* 75 sub *504.*
diagonale. *Nees.* 40. *40.*
diameson. *Steud.* 42. *65.*
dichotomum. *Lin.* 82. *603.*
didactylon. *Kunth.* 40. *31.*
didymostachyum. *Steud.* 97. *804.*
difforme. *Roth.* 87. *669.*
diffusulum. *Salzm.* 89. *698.*
diffusum. *Swartz.* 68. *424.*
diffusum. *Salzm.* 85 sub *641* et 89 sub *697.*
digitarioides. *Carpent.* 75. *502.*
dilatatum. (*Steud.*) 39. *14.*
discolor. *Trin.* 76. *518.*
disjunctum. *Steud.* 417. *109b.*
Panicum dispar. *Trin.* 96. *788.*
dispersum. *Trin.* 77. *526b.*
dissitiflorum. (*Steud.*) 51 sub *197.*
distachyum. *Lin.* 41 sub *50.*
distachyum. *Zolling.* 64 sub *372.*
distans. *Salzm.* 61. *348.*
distans. *Trin.* 59 sub *320.*
distichophyllum. *Trin.* 57. *294.*
distichophyllum. *Nees.* 90 sub *704.*
distichum. *Lam.* 55. *255.*
divaricatissimum. *R. Br.* 43. *80.*
divaricatum. *Lin.* 69. *441* et *95* sub *772.*
divaricatum. *Michx.* 99 sub *850.*
divergens. *H. B.* 90. *712.*
diversinerve. *Nees.* 40. *37.*
domingense. *Zuccgn.* 43. *75.*
dumetorum. *Rich.* 49. *171.*
Dregeanum. *Nees.* 87. *675.*
Drummondii. *Nees.* 63. *371.*
dubium. *Steud.* 46. *130.*
dubium. *Lam.* 71 sub *455.*
Duchaissingii. *Steud.* 93. *751.*
eburneum. *Trin.* 73. *475.*
echinatum. *Sieb.* 48 sub *150.*
echinatum. *Jacq.* 48 sub *152.*
Echinolaena. *Nees.* 55. *265.*
Ecklonii. *Nees.* 87. *676.*
effusum. *R. Br.* 74. *494.*
elatius. *Lin. fil.* 46. *123.*
elegans. *W. Arn.* 119 sub Graya *1.*
elephantipes. *Nees.* 74. *487.*
elongatum. *Pursh.* 71. *458.*
elongatum. *Poir.* 50 sub *181.*
eminens. *Steud.* 43. *86.*
ensifolium. *Baldw. Ell.* 81. *586.*
Enslinii. *Trin.* 86. *655.*
equitans. *Hochst.* 46. *127.*
equinum. *Salzm.* 67. *411.*
erianthum. *Poir.* 48. *153.*
eriochrysoides. *Nees.* 56. *268.*
eriogonum. *Schrad.* 39. *21.*
eriophorum. *Schult.* 98. *831.*
eruciforme. *Sibt. Sm.* 59 sub *310.*
Esenbeckii. (*Steud.*) 90. *710.*
euchroum. (*Steud.*) 98. *816.*
exaratum. *Nees.* 56. *270.*
exasperatum. *Nees.* 62. *351.*
excelsum. *Nees.* 65. *385.*
excurrens. *Trin.* 49. *117.*
exile. (*Steud.*) 45. *117.*
extensum. *Steud.* 72. *467.*
extensum. *Nees.* 39 sub *14.*
falciferum. *Trin.* 57. *290.*
fallax. *Kunth.* 85 sub *635.*
falsum. *Steud.* 67. *406.*
fasciculatum. *Sw.* 80. *558* et 67 sub *412.*
fasciculatum. *Lam.* 44 sub *90.*
fasciculiflorum. (*Steud.*) 43. *90.*
fastigiatum. *Poir.* 67 sub *412* et 80 sub *559* et *560.*
fatmense. *Hochst. Steud.* 100 sub *6.*
fenestratum. *Hochst.* 40. *27* et 39 sub *26.*
ferrugineum. *Kunth.* 97 sub *811.*
ferrugineum. *Trin.* 56 sub *268.*
festucoides. *Poir.* 81. *587.*
filiforme. *Lin.* 41. *49.*
filiforme. *Jacq.* 39 sub *18.*
Panicum fimbriatum. *Kunth.* 39. *22.*
firmandum. *Steud.* 418. *446b.*
fistulosum. *Hochst.* 71. *463.*
flabellatum. *Steud.* 53. *233.*
flaccidum. (*Steud.*) 44. *99.*
flavescens. *Swartz.* 80. *559.*
flavescens. *Sieb.* 100 sub *13.*
flavidum. *Retz.* 59. *320.*
flavum. *Nees.* 50 sub *184.*
flexuosum. *Retz.* 83. *619.*
floribundum. *Willd.* 54. *247.*
floridanum. *Trin.* 64. *375.*
fluitans. *Retz.* 59. *321.*
fluviicola. *Steud.* 89. *693.*
foliosum. *R. Br.* 82. *592.*
Forbesianum. *Nees.* 98. *827.*
fragile. *Kunth.* 69 sub *432.*
fraudulentum. *Steud.* 419. *716b.*
Frankei. *Steud.* 44. *95.*
frondescens. *Meyer.* 65 sub *386* et *389.*
frumentaceum. *Roxb.* 47. *134.*
fruticosum. *Salzm.* 74 sub *488.*
fugax. *Koen.* 99. *847.*
Funkianum. *Steud.* 77. *532.*
fusciflorum. *Steud.* 93. *750.*
fuscinode. *Steud.* 418. *544b.*
fuscoviride. *Steud.* 80. *557.*
fuscum. *Swartz.* 67. *412* et 80 sub *558.*
Gaudichaudii. *Kunth.* 38. *9.*
Gayanum. *Kunth.* 42. *64.*
geminatum. *Hochst.* 60 sub *334.*
geniculatum. *Trin.* 50 sub *195.*
germanicum. *Willd.* 51 sub *204.*
gibbosum. *R. Br.* 42. *92.*
gibbum. *Ell.* 66. *398.*
gibbum. *Steud.* in litt. 87 sub *668.*
giganteum. *Scheele.* 71. *459.*
glaberrimum. *Steud.* 94. *765.*
glabrescens. *Steud.* 71. *462.*
glabrum. *Gaud.* 41. *47.*
glareae. *Ferd. Müller.* 98. *828.*
glaucescens. *H. B.* 91. *721.*
glaucescens. *Lam.* 334 sub *3.*
glaucescens. *Nees.* 39 sub *24.*
glaucum. *Lin.* 50. *182* et sub *185. 186. 288.*
globulare. (*Steud.*) 51. *198.*
globuliferum. *Steud.* 51. *209.*
glumaepatulum. *Steud.* 41. *43.*
glumare. *Trin.* 61. *344.*
glutinosum. *Lam.* 70 sub *443.*
glutinosum. *Swartz.* 89. *692.*
gonatodes. *Steud.* 95. *779.*
gongylodes. *Jacq.* 72 sub *469* et *470.*
gonyrrhizum. *Steud.* 44. *102.*
gossypinum. *A. Rich.* 56. *281.*
gracile. *R. Br.* 57. *284.*
glacilentum. *Poir.* 82. *588b.*
gracilescens. *Desv.* 84. *627.*
granulare. *Lam.* 59 sub *320.*
grossarium. *Lin.* 58. *300.*
grossarium. *Roxb.* 64 sub *328.*
grossarium. *Thunb.* 99. *837.*
grumosum. *Nees.* 70. *449.*
guadaloupense. *Steud.* 61. *346.*
guayaquilense. *Steud.* 85. *640.*
guineense. *Desv.* 84 sub *626.*
gymnocarpum. *Ell.* 63. *372.*

Panicum haematodes. *Presl.* 47. *133.*
Haenkeanum. *Presl.* 80. *567.*
Hamiltonii. *Kunth.* 43. *76.*
Hasskarlii. (*Steud.*) 70. *451.*
hebotes. *Trin.* 86. *648.*
Helopus. *Trin.* 57. *296.*
helvolum. *Lin. fil.* 50. *192.*
hemignostum. *Steud.* 77. *525.*
hermaphroditum. *Steud.* 67. *413.*
heteranthum. *Nees. Meyen.* 43. *72.*
heteranthum. *Link.* 60 sub *329.*
heterophyllum. *Bosc.* 86. *634.*
Heynii. *Roth.* 80. *563.*
hians. *Ell.* 99. *850.*
hirsutissimum. *Steud.* 72. *472.*
hirsutum. *Swartz.* 81. *582.*
hirsutum. *Koen.* 58 sub *296.*
hirtellum. *Lin.* 44. *92.*
hirtum. *Burm. Host.* 44 sub *91.*
hirticaulon. *Presl.* 81. *581.*
hirtum. *Lam.* 89. *696.*
hirtum. *Roth.* 54 sub *251.*
hispidulum. *Retz.* 47. *142.*
hispidum. *Mhlbrg.* 48. *184.*
Hochstetteri. *Steud.* 90. *705.*
Hochstetterianum. *A. Rich.* 60 sub *334.*
Hoffmannseggii. *R. S.* 93. *759.*
holciforme. (*Steud.*) 48. *154.*
holcoides. *Roxb.* 108 sub *80.*
holochrysum. *Trin.* 38. *1.*
holosericeum. *R. Br.* 56. *280.*
holosericeum. *Nees.* 56 sub *281.*
homonymum. (*Steud.*) 48. *157.*
hordeiforme. *Thunb.* 102 sub *3.*
hordeoides. *Lam.* 103 sub *21.*
horizontale. *Meyer.* 39. *26.*
horridum. *Salzm.* 47 sub *138.*
horticolum. *Steud.* 95. *782.*
humile. *Nees.* 84. *622.*
hydrophilum. *Schult.* 92. *736.*
hygrocharis. *Steud.* 72. *465.*
hygrophilum. *Salzm.* 71. *456.*
hymeniochilum. *Nees.* 83. *612.*
hystrix. *Steud.* 95. *780.*
Jacobinae. *Steud.* 55. *266.*
Jahnii. (*Steud.*) 54 sub *252.*
jamaicense. (*Steud.*) 48. *165.*
Jardini. *Steud.* 95. *781.*
javanicum. *Poir.* 60. *341.*
javanicum. *Nees. Blum.* 78 sub *535.*
Ichnanthus. *Nees.* 94. *766.*
jejunum. *Trin.* 67. *415.*
ignoratum. *Kunth.* 87. *664.*
imbecille. *Trin.* 44. *97.*
imberbe. *Poir.* 50. *189* et sub *185* et 51 sub *201.*
immersum. *Trin.* 38. *4.*
impressum. *Nees.* 53. *230.*
incomptum. *Trin.* 88. *684.*
inconstans. *Trin.* 93. *757.*
indicum. *Lin.* 84. *633.*
indutum. *Steud.* 68. *430.*
infidum. (*Steud.*) 63. *372b.*
insculptum. *Steud.* 49. *175.*
insigne. *Steud.* 92. *747.*
insularum. *Steud.* 61. *350.*
insulicola. (*Steud.*) 78. *535.*
intermedium. *Roth.* 52 sub *217.*
intermedium. *Salzm.* 51 sub *208.*
Panicum interruptum. *Willd.* 66. *403.*
inundatum. *Kunth.* 66. *402.*
involucratum. *Roxb.* 108 sub *70* nota.
involutum. *Torr.* 82. *605.*
Isachne. *Roth.* 57. *292.*
ischaemoides. *Retz.* 98. *817.*
ischnocaulon. *Steud.* 45. *118.*
isocalycinum. *Meyer.* 79. *549.*
italicum. *Lin.* 51. *200* et sub *205.* 52 sub *206.*
Itieri. *Delil.* 51. *205.*
jubiflorum. *Trin.* 60. *326.*
jumentorum. *Rich.* 72 sub *473.*
jumentorum. *Salzm.* 76 sub *519.*
junceum. *Nees.* 74. *489.*
junciforme. *Steud.* 82 sub *602.*
Junghuhnianum. *Nees.* 63. *370.*
Kappleri. *Steud.* 90. *703.*
Kegelii. *Steud.* 65. *383.*
Kohhautianum. *Presl.* 69 sub *439.*
Kotschyanum. *Hochst.* 68. *429.*
Kraussii. *Steud.* 45. *109.*
Kunthianum. *Wight. Arn.* 96. *792.*
lachneum. *Nees.* 53. *234.*
laetum. *Kunth.* 73. *485.*
laeve. *Lam.* 72 sub *473.*
laevicaule. *Lindl.* 82. *598.*
laevigatum. *Mhlbrg.* 54. *243.*
Lagotis. *Trin.* 94. *763.*
Lamarckii. *Kunth.* 99. *843.*
lanatum. *Swartz.* 76. *511.*
lancearium. *Trin.* 86 sub *659.*
lanceolatum. *Retz.* 48. *158.*
lanciflorum. *Nees.* 64. *374.*
lanuginosum. *Bosc.* 98 sub *833.*
lanuginosum. *Presl.* 78 sub *534.*
lanuginosum. *Ell.* 86. *652.*
lasianthum. *Trin.* 69. *438.*
laterale. *Presl.* 90. *710.*
laterale. *Nees.* 90 sub *709.*
laticomum. *Nees.* 84. *624.*
latifolium. *Lin.* 69. *439.*
latissimum. *Mikan.* 75. *503.*
laxiflorum. *Lam.* 86. *653.*
laxum. *Swartz.* 66. *395.*
Leandri. *Trin.* 60 sub *336.*
leiocarpum. *Nees.* 94. *760.*
leiogonum. *Delil.* 79. *545.*
leiophyllum. *Nees.* 53. *235.*
lene. *Steud.* 54. *240.*
lentigerum. *Presl.* 58. *302.*
lepidotum. *Steud.* 95. *775.*
Leprieurii. *Steud.* 65. *387.*
leptanthum. *Steud.* 79. *543.*
leptocaulon. *Trin.* 75. *505.*
leptochloa. *Nees.* 62. *353.*
leptomerum. *Presl.* 59. *311.*
leptostachyum. *Presl.* 58. *299.*
leucanthum. (*Steud.*) 92. *745.*
leucoblepharum. *Trin.* 86. *656.*
leucophaeum. *H. B.* 97. *805* et sub *809.*
ligulare. *Nees.* 74. *493.*
limnaeum. *Steud.* 72. *474.*
limosum. *Presl.* 47. *145.*
Lindenbergianum. *Nees.* 49. *178.*
Lindleyanum. *Nees.* 91. *714.*
lineare. *Roxb.* 41 sub *41.*
lineatum. *Trin.* 83. *611.*
Panicum Linkii. *Steud.* 54. *242.*
linoides. *Steud.* 418. *624b.*
litigosum. *Steud.* 89. *697.*
loliaceum. *Lam.* 45. *111.*
loliiforme. *Hochst.* 56. *273.*
Lolium. *Nees. Trin.* 56 sub *269.*
longebrachiatum. *Steud.* 60. *338.*
longeracemosum. *Steud.* 45. *106.*
longifolium. *Torr.* 70. *446.*
longisetum. *Torr.* 48. *156.*
longisetum. *Poir.* 108 sub *75.*
loreum. *Trin.* 88. *645.*
luxurians. *Willd.* 91. *715.*
luzonense. *Presl.* 78. *537.*
lycopodioides. *Bory.* 91. *716.*
macilentum. *Presl.* 90. *729.*
macranthum. *Trin.* 85. *637.*
macrocarpum. *Leconte. Torr.* 92. *735.*
macrochaetum. *Link.* 51 sub *204.*
macrotrichum. (*Steud.*) 92. *746.*
macrourum. *Trin.* 53. *228.*
maculatum. *Aubl.* 69. *440.*
madagascariense. *Spr.* 85. *647.*
malaccense. *Trin.* 88. *689.*
malacotrichum. *Steud.* 418. *511b.*
mangaloricum. *Steud.* 78. *540.*
margaritaceum. *Link.* 46. *131.*
marginatum. *R. Br.* 64. *383.*
Mariae. *Steud.* 419. *624d.*
maritimum. *Poir.* 51 sub *204.*
Martianum. *Nees.* 94. *762.*
mauritanicum. *Willd.* 54 sub *264.*
Maximiliani. *Schrad.* 79. *553.*
maximum. *Jacq.* 72. *469.*
maximum. *Hochst.* 72 sub *473.*
maximum. *Nees.* 72 sub *472.*
maynense. *Trin.* 94. *794.*
megalanthum. (*Steud.*) 93. *749.*
megaphyllum. *Steud.* 53. *231.*
megapotamicum. *Spr.* 99. *840.*
megastachyum. *Nees.* 69. *431.*
megastachyum. *Presl.* 78 sub *533.*
megiston. *Schult.* 64. *377.*
melicarium. *Michx.* 73. *484.*
melicoides. *Poir.* 90. *707.*
Melinis. *Trin.* 84. *629.*
Meneritanum. *Spr.* 95. *774.*
Mertensii. *Roth.* 80. *562.*
mesocomum. *Nees.* 88. *681.*
Metzii. *Hochst.* 95. *784.*
Meyerianum. *Nees.* 61. *347.*
Michauxii. *R. S.* 59. *319.*
micranthum. *H. B.* 90. *713.*
micranthum. *Hochst.* 90 sub *703.*
microbachne. *Presl.* 39. *23.*
microcarpum. *Mhlbrg.* 91. *719.*
microgonostum. *Steud.* 78 sub *539.*
miliaceum. *Lin.* 77. *528.*
miliare. *Lam.* 73. *483.*
miliiforme. *Presl.* 59. *312.*
milioides. *Nees.* 73. *482.*
millegrana. *Poir.* 91. *723.*
minarum. (*Steud.*) 45. *115.*
minutiflorum. *Hochst.* 41. *42.*
minutum. *R. Br.* 82. *595.*
minutulum. *Gaudich.* 96. *789.*
mirabile. *Braun.* 47 sub *139.*
mite. *Steud.* 68. *421.*
molinoides. *Trin.* 72. *468.*
molle. *Swartz.* 81. *576.*

Panicum molle. *Michx.* 59 sub *319.*
mollicomum. *Kunth.* 78. *534.*
mollissimum. *Kunth.* 42. *60.*
Monachne. *Trin.* 87. *666.*
monobotrys. *Trin.* 55. *258.*
monodactylon. *Nees.* 56. *272.*
monostachyum. *H. B.* 55. *257.*
monostachyum. *Salzm.* 55 sub *258.*
monostichum. *H. Berol.* 63 sub *366.*
montanum. *Roxb.* 98. *829.* et sub *816.*
movaiense. (*Steud.*) 78. *537b.*
mucronatum. *Roth.* 60. *327.*
Mühlenbergianum. *Schult.* 81. *584.*
Mühlenbergii. *Spr.* 82 sub *601.*
multibrachiatum. *Hochst.* 74. *497.*
multiflorum. *Poir.* 81. *578.*
multinerve. *Desv. Poir.* 98. *883.*
multinode. *Presl.* 59. *313.*
multisetum. *Hochst.* 46. *126.*
muricatum. *Michx.* 47. *146.*
muscarium. *Trin.* 79. *542.*
Musei. *Steud.* 58. *308.*
muticum. *Forsk.* 40. *35.*
muticum. *Hort.* 51 sub *199.*
myosotis. (*Steud.*) 96. *800.*
myosuroides. *R. Br.* 56. *275.*
Myosurus. *Rich.* 102 sub *6.*
Myurum. *Wight.* 55 sub *260.*
Myurus. *Meyer.* 102 sub Hymenachne *4.*
Myurus. *Lam.* 102 sub *6.*
nanum. *Nees.* 62. *360.*
natalense. *Hochst.* 88. *677.*
natans. *Koen.* 72 sub *465.*
Neesianum. *Wight. Arn.* 74. *496.* et 98 sub *816.*
Neesii. *Kunth.* 39. *24.*
neglectum. *R. S.* 81. *588.*
nemorosum. *Swartz.* 93. *752.*
nepalense. *Spr.* 49. *179.*
nephelophilum. *Gaudich.* 81. *574.*
nervosum. *Lam.* 91. *724.*
nervosum. *Mhlbrg.* 92 sub *734.*
nervosum. *Roxb.* 49 sub *179.*
nevrodes. *Schult.* 49 sub *179.*
nigrescens. *Salzm.* 66 sub *395* nota.
nigrirostre. *Nees.* 50. *193.*
nilagiricum. *Steud.* 62. *359.*
nitidum. *Lam.* 86. *659.*
nitidum. *Trin.* 86 sub *650. 653. 656.*
nodibarbatum. *Hochst.* 95. *783.*
nodiflorum. *Lam.* 86. *662.*
nodosum. *Kunth.* 59 sub *313.*
norfolkianum. *Endl.* 40. *32.*
nossibense. *Steud.* 418. *624c.*
notatum. *Retz.* 98. *815.*
notatum. *Wight.* 98 sub *816.*
nubicum. *Steud.* 88. *680.*
nudiglume. *Hochst.* 68. *420.*
numidianum. *Lam.* 61. 345.
numidianum. *Presl.* gram. sic. 47 sub 138.
Nuttallianum. (*Steud.*) 48. *163.*
oaxacense. *Steud.* 73. *486.*
obliquum. *Zolling.* 96 sub *792.*
obseptum. *Trin.* 64. *373.*
obtectum. *Presl.* 58. *304.*
obtusifolium. *Delil. Poir.* 60. *325.*
Panicum obtusiflorum. *Hochst.* 63. *365.*
obtusum. *H. B.* 60. *340.*
ocreatum. *Willd.* 54. *245.*
oliganthum. *Schlechtd.* 418. *440b.*
oligostachyum. *Steud.* 97. *803.*
olyroides. *H. B.* 77 sub *524.*
ornatum. *Hamilt.* 99. *834.*
ornithopus. *Poir.* 39 sub *15.*
oryzoides. *Swartz.* 80. *561.*
oryzoides. *Salzm.* 75 sub *506b.*
ovaliferum. *Trin.* 76. *514.*
ovalifolium. *Poir.* 84. *626.*
oxyanthum. *Steud.* 41. *54.*
oxyphyllum. *Hochst.* 65. *391.*
ozogonum. *Steud.* 68. *429.*
pallens. *Swartz.* 93. *753.* et sub *757.*
paludicola. *Nees.* 65. *389.*
paludosum. *Roxb.* 72. *465.*
paludosum. *Hochst.* 72 sub *466.*
pamplemoussense. *Steud.* 71. *460.*
pangerangense. *Zolling. Mor.* 95. *777.*
paniculiferum. *Steud.* 54. *233.*
papillosum. *Fenzl.* 100 sub *12.*
pappophorum. *Nees.* 56. *270.*
papposum. *R. Br.* 43. *82.*
paractaenoides. *Trin.* 49. *176.*
Paractaenum. *Kunth.* 49. *172.*
paradoxum. *R. Br.* 49. *169.*
paradoxum. *Roth.* 75 sub *499.*
parciflorum. (*Steud.*) 45. *116.*
Parlatorei. (*Steud.*) 40. *33.*
parviflorum. *R. Br.* 43. *78.*
parvifolium. *Lam.* 88. *688.*
parvulum. *Trin.* 41. *33.*
paspaliforme. *Presl.* 56. *277.*
paspaloides. *Pers.* 60. *333.*
patens. *Lin.* 98. *818.*
patens. *Hochst.* 90 sub *705.*
patens. *Roxb.* 98 sub *819.*
patens. *Burm.* 91 sub *732.*
patentissimum. *Poir.* 98. *832.*
pauciflorum. *R. Br.* 82. *593.*
pauciflorum. *Ell.* 86 sub *656* et *662.*
paucisetum. *Steud.* 52. *221.*
pauperculum. *Steud.* 58. *305.*
pedunculare. *Willd.* 77. *523.*
pedunculatum. *Torr.* 83. *608.*
pellitum. *Trin.* 78. *541.*
penicillatum. *Nees.* 50. (Agr. *101.*) *186.*
penicillatum. *Nees.* (Agr. *80.*) 93 sub *758.*
peninsulanum. (*Steud.*) 44. *103.*
perdensum. *Steud.* 65. *384.*
peregrinum. (*Steud.*) 63. *362.*
perfoliatum. *Nees.* 57. *287.*
perforatum. *Nees.* 57. *287.*
Perrotettii. *Kunth.* 34 sub *5.*
perpusillum. (*Steud.*) 96. *794.*
petiolatum. *Nees.* 80. *554.*
petiolatum. *Salzm.* 70 sub *444.*
Petiverii. *Trin.* 68. *426.*
petrosum. *Trin.* 55. *262.*
phaeocarpum. *Nees.* 40. *39.*
phaeotrix. *Trin.* 97. *811.*
phalaroides. *R. S.* 102 sub Hymenachne 7.
phleiforme. *Presl.* 58. *298.*
phleoides. *R. Br.* 56. *274.*
Panicum phragmites. *Nees.* 76 sub *518.*
phyllanthum. *Steud.* 47. *147.*
phyllomacrum. *Steud.* 53. *232.*
pictigluma. *Steud.* 73. *474.*
pictum. *Koen.* 47. *140.*
pilisparsum. *Meyer.* 65 sub *392.*
pilosum. *Swartz.* 65. *392.*
piluliferum. *Nees.* 94. *768.*
piptopilum. *Steud.* 417. *241b.*
planotis. *Trin.* 93. *756.*
plantagineum. *Link.* 60. *336.*
platycarpum. *Trin.* 38. *8.*
pleiophyllum. *Link.* 82. *589.*
plicatum. *Lam.* 64. *380.*
plicatum. *Roxb.* 98 sub *826.*
poaeforme. *Willd.* 72 sub *470.*
poaemorphum. *Presl.* 91. *730.*
Poiretianum. *Schult.* 50. *181.*
polycomum. *Trin.* 87. *667.*
polygonatum. *Schrad.* 71. *454.*
polygonoides. *Lam.* 88. *687.*
polyneuron. (*Steud.*) 91. *734.*
polyphyllum. *R. Br.* 60. *337.*
polyrrhizum. *Presl.* 56. *279.*
polystachyum. *Presl.* 81. *575.*
polythyrsum. *Nees.* 93. *755.*
porphyrhizos. *Steud.* 72. *473.*
porranthum. *Steud.* 42. *66.*
portoricense. *Hamilt.* 99. *835.*
potamicum. *Trin.* 71. *453.*
praegnans. *Steud.* 74. *488.*
praelongum. *Steud.* 73. *480.*
pratense. *Spr.* 48. *161.*
Preslii. *Kunth.* 78. *533.*
Prionitis. *Nees.* 84. *631.*
probandum. *Steud.* 76. *516.*
proboscideum. *Trin.* 77. *524.*
procumbens. *Nees.* 62. *357.*
procurrens. *Nees.* 89. *694.*
proliferum. *Lam.* 71. *464.*
proliferum. *Hrbr. un. it. am.* 181 sub Cryptostachys *1.*
prolisetum. *Steud.* 52. *222.*
propinquum. *R. Br.* 43. *84.*
prorepens. (*Steud.*) 46. *129.*
prostratum. *Lam.* 62. *357.*
proximum. *Steud.* 64. *379.*
pruriens. *Trin.* 38. *12.*
Pseudoagrostis. *Steud.* 72. *461.*
pseudocolonum. *Roth.* 46. *125.*
pseudodurva. *Nees.* 41. *41* et sub *53.*
pseudoholcus. (*Steud.*) 50 sub *195.*
pseudopaspalum. *Nees.* 56. *278.*
pseudoryzoides. *Steud.* 75. *506b.*
pseudosetaria. (*Steud.*) 39. *17.*
pseudoundulatifolium. *R. S.* 44. *101.*
psilanthum. *Steud.* 66. *396.*
psilocaulon. *Steud.* 50. *185.*
psilopodium. *Trin.* 83. *616.*
pterigodium. *Trin.* 85. *636.*
puberulum. *Kunth.* 41. *48.*
puberulum. *Trin.* 76 sub *516.*
pubescens. *Michx.* 86. *649.*
pubescens. *R. Br.* 82 sub *591.*
pubescens. *Trin.* 86 sub *652. 654. 655.*
pubigerum. *R. S.* 82. *591.*
pubinode. *Hochst.* 57. *285.*
pulchellum. *Raddi.* 57. *291.*
pumilum. *Link.* 52. *210.*
punctulatum. *Arnot.* 62. *355.*

Panicum pungens. *Trin.* 88. *644.*
purpurascens. *Nees.* 51. *201.*
purpurascens. *Radd.* 73 sub *474.*
purpureum. *Ruiz. Pav.* 54. *249.*
pycnanthum. *Steud.* 70. *453.*
pycnocomum. *Steud.* lege 417. *215* loco: comosum.
pygmaeum. *R. Br.* 82. *594.*
pyramidale. *Lam.* 62. *352.*
pyramidale. *Hamilt.* 47 sub *136.*
pyramidatum. *Salzm.* 158 sub *73.*
quadrifarium. *Hochst.* 63. *367.*
racemiferum. *Steud.* 64. *381.*
racemosum. *Spr.* 88. *682.*
Raddianum. (*Steud.*) 45. *110.*
radiatum. *R. Br.* 43. *79.*
radicans. *Retz.* 87. *668.*
radicosum. *Presl.* 42. *69.*
Rafinesquianum. *Schult.* 99. *842.*
ramosissimum. *Trin.* 88. *686.*
ramosum. *Lin.* 97. *814b.* et 73 sub *477.*
ramulare. *Trin.* 42. *62.*
ramuliflorum. *Hochst.* 65. *390.*
ramulosum. *Michx.* 86 sub *662.*
rariflorum. *Presl.* 51. *197.*
raripilum. *Kunth.* 91. *720.*
rarisetum. *Steud.* 52. *220.*
rarum. *R. Br.* 59. *317.*
recalvum. *Kunth.* 97. *807.*
rectum. *R. S.* 82. *606.*
reflexopilum. *Steud.* 84. *625.*
regulare. *Nees.* 68. *428.*
remotum. *Retz.* 68. *427.*
Renggeri. *Steud.* 89. *700.*
repandum. *Nees.* 55. *264.*
repens. *Lin.* 73 sub *476.*
repens. *Nees.* 85. *642.*
reptans. *Kunth.* 88 sub *682.*
rescissum. *Trin.* 49. *174.*
respiciens. *Hochst.* 52. *216.*
restitutum. *Steud.* 53. *226.*
retroflexum. *Steud.* 74. *490.*
rhabdinum. (*Steud.*) 96. *798.*
rhachitrichum. *Hochst.* 63. *369.*
rhigiophyllum. *Steud.* 76. *515.*
rhignum. (*Steud.*) 95. *776.*
Riedelii. *Trin.* 94. *767.*
rigens. *Swartz.* 95. *772.*
rigens. *Salzm.* 76 sub *85.*
rigidifolium. *Kunth.* 91. *722.*
rigidifolium. *Trin.* 88 sub *678.*
rigidulum. *Bosc.* 81. *572.*
rivulare. *Trin.* 70. *448.*
Rohrii. *Nees.* 54. *251.*
roseum. (*Steud.*) 92. *732.*
rostellatum. *Trin.* 83. *613.*
Rothii. *Spr.* 54. *251.*
rottboellioides. *H. B.* 56. *269.*
Rottleri. *Kunth.* 40 sub *30.*
Rottleri. *Spr.* 52. *217.*
Roxburghii. *Spr.* 98. *820.*
Royleanum. *Nees.* 47. *136.*
rubiginosum. *Steud.* 50. *190.*
rude. *Nees.* 80. *565.*
Rudgei. *R. S.* 77 sub *522.*
rudimentarium. *Steud.* 51. *203.*
rufum. *Kunth.* 87. *665.*
rugulosum. *Trin.* 76. *520.*
rupestre. *Trin.* 89. *691.*
Panicum Ruprechti. *Fenzl.* 68 sub *420.*
ruscifolium. *H. B.* 70. *442.*
sabulicolum. *Nees.* 48. *150.*
sabulosum. *Lam.* 81. *583.*
saccharifloruin. (*Steud.*) 97. *806.*
saccharoides. *Kunth.* 23 sub *96.*
sagittaefolium. *Hochst.* 54. *238.*
Salzmanni. *Trin.* 95. *778.*
Sanctae Marthae. *Steud.* 45. *112.*
sanguinale. *Lin.* 39. *15.*
sanguinale. *Burm.* 101 sub *19.*
sarmentosum. *Roxb.* 98. *824.*
sarmentosum. *Hassk.* 73 sub *474.*
saxatile. *Steud.* 97. *802.*
scaberrimum. *Lagas.* 99. *848.*
scabrifolium. *Nees.* 53. *229.*
scabriusculum. *Ell.* 81. *577.*
scabrum. *Lam.* 47. *141.*
scandens. *Trin.* 52. *212.*
Scheelii. (*Steud.*) 51. *206.*
Schiedei. *Spr.* 411 sub Zeugites *2.*
Schimperianum. *Hochst.* 68. *422.*
Schraderi. *Kunth.* 38. *11.*
Schultesii. (*Steud.*) 46. *122.*
scindens. *Nees.* 47. *143.*
sciurotis. *Trin.* 85. *638.*
sclerochloa. *Nees.* 55. *267.*
scoparium. *Michx.* 91. *728.*
scoparium. *Rudge.* 77 sub *522.*
scopuliferum. *Trin.* 57 sub *286.*
secundum. (*Steud.*) 46. *120.*
secundum. *Trin.* 75 sub *503.*
Sellowii. *Nees.* 76. *517.*
semialatum. *R. Br.* 43. *89.*
semirugosum. *Nees.* 52. *211.*
semiverticillatum. *Rottl.* 62. *364.*
semiundulatum. *Hochst.* 63. *364.*
sericatum. (*Steud.*) 58. *297.* transferendum ad Paspalum cfr. 417 sub *258b.*
sericeum. *Ait.* 99. *849.*
serotinum. *Trin.* 41. *46.*
serpens. *Kunth.* 85 sub *642.*
serratum. *R. Br.* 57. *286.*
serrulatum. *Roxb.* 98. *822.*
serrulatum. *Hochst.* 78 sub *540.*
setaceum. *Mhlnbrg.* 91. *718.*
setarioides. *Steud.* 74. *491.*
setarium. *Lam.* 44. *96.*
setifolium. *Nees.* 90 sub *704.*
setigerum. *Beauv.* 87 sub *672.*
setigerum. *Retz.* 62 sub *357.*
setosum. *Swartz.* 53. *223.*
siccaneum. *Trin.* 87. *673.*
simplex. *Rottl.* 67. *418.*
simplic usculum. *Wight. Arn.* 96. *793.*
singulare. *Steud.* 60. *330.*
sorghoideum. *Hamlt.* 97. *813.*
Sorghum. *Delil.* 58. *309.*
spanianthum. *Steud.* 69. *433.*
sparsicomum. *Nees.* 83. *620.*
sparsum. *Rottl.* 70. *447.*
sparsum. *Nees. Pet. Th.* 63 sub *362.*
speciosum. *Walt.* 99. *839.*
speciosum. *Nees.* 50 sub *181.*
spectabile. *Nees.* 47. *149.*
sphacelatum. (*Steud.*) 92. *744.*
Panicum sphaerocarpum. *Salzm.* 51. *207.*
spicatum. *Roxb.* 108 sub *70* nota.
spicaeforme. *Hochst.* 66. *404.*
spinescens. *R. Br.* 59. *318.*
spithamineum. *Willd.* 80 sub *560.*
Sprengelii. *Kunth.* 82. *601.*
spretum. *Schult.* 81. *570.*
squarrosum. *Lam.* 48. *166.*
stagninum. *Retz.* 47. *139* et sub *140. 141.*
stagninum. *Host.* 47 sub *138.*
stenanthum. *Steud.* 96. *799.*
stenotaphroides. *Nees.* 41. *44.*
stigmosum. *Trin.* 83. *614.*
stipatum. *Presl.* 42. *68.*
stoloniferum. *Poir.* 65. *386* et sub *387.*
streptostachys. *Spr.* 79. *547.*
striatum. *Lam.* 66. *399.*
striatum. *R. Br.* 42 sub *61.*
strictum. *R. Br.* 60. *331.*
strictum. *Pursh.* 82 sub *606.*
strictum. *Roxb.* 48 sub *160.*
strumosum. *Presl.* 66. *405.*
subalbidum. *Kunth.* 69. *435.*
subalbidum. *Hochst.* 69 sub *436.*
subaristatum. *Steud.* 79. *550.*
subeglume. *Trin.* 84. *630.*
subpellucidum. *Steud.* 77. *526.*
subpetiolatum. *Steud.* 70. *444.*
subquadriparum. *Trin.* 60. *335.*
subtile. *Sieb.* 41 sub *50.*
subulatum. *Spr.* 90. *704.*
subuniflorum. *Bosc.* 82. *600.*
suffrutescens. *Steud.* 92. *743.*
sulcatum. *Aubl.* 49. *180.*
sumatrense. *Roth.* 77. *529.*
surinamense. *Hochst.* 42. *58.*
sylvaticum. *Lam.* 45. *108.*
Syzigachne. *Steud.* 15 sub Beckmannia *1.*
taitense. *Steud.* 418. *390b.*
taurinum. *Steud.* 74. *497.*
tejucense. *Nees.* 50. *183.*
tenellum. *Lam.* 75. *506.*
tenellum. *Roxb.* 98 sub *820.*
Teneriffae. *R. Br.* 92. *742.*
tenerrimum. *Kunth.* 97. *809.*
tenerum. *Beyr.* 60. *332.*
tenue. *Roxb.* 98. *825.*
tenuiculmum. *Meyer.* 66. *394.*
tenuiflorum. *R. Br.* 43. *83.*
tenuiflorum. *Schrank.* 158 sub *73.*
ternatum. *Hochst.* 40. *34.*
Thouarsianum. *Nees.* 62. *361.*
Thrasya. *Trin.* 55. *259.*
thrasyoides. *Trin.* 55. *261.*
tjicoyaense. *Steud.* 70. *452.*
timorense. *Kunth.* 43. *70.*
tomentosum. *Roxb.* 54. *250.*
tonsum. (*Steud.*) 92. *738.*
torridum. *Gaudich.* 91. *727.*
trachypus. *Trin.* 67. *417.*
trachyspermum. *Nees.* 96. *787.*
trachystachyum. *Nees.* 57. *288.*
tremulum. *Spr.* 92. *737.*
tricarinatum. (*Steud.*) 94. *770.*
trichanthum. *Nees.* 90. *709.*
trichanthum. *Rich.* 90 sub *705.*
trichocondylum. *Steud.* 74. *492.*

Panicum trichoides. *Swartz.* 83 sub *618.*
tricholaenoides. *Steud.* 68. *418.*
trichopiptum. *Steud.* 85. *641.*
trichopodum. *Rich.* 100 sub *12.*
triflorum. *Edgew.* 78. *538.*
trigonum. *Retz.* 91. *732.*
trigonum. *Wight.* 83 sub *620.*
trinerve. *Trin.* 88. *685.*
Trinii. *Kunth.* 88. *678.*
tristachyoides. *Trin.* 89. *695.*
truncatum. *Nees.* 87. *674.*
truncatum. *Trin.* 61 sub *333.*
tuberculatum. *Presl.* 64. *379.*
tuberculiflorum. *Steud.* 59. *316.*
tumescens. *Trin.* 89. *699.*
turgidum. *Forsk.* 88. *679.*
turgidum. *Hochst.* 88 sub *680.*
uliginosum. *Roxb.* 98. *823.*
umbellatum. *Trin.* 85. *642.*
umbraticola. *Kunth.* 39. *16.*
umbrosum. *Salzm.* 65 sub *386.*
uncinatum. *Raddi.* 60. *329.*
undatum. (*Steud.*) 45. *107.*
undulatifolium. *Ard.* 44. *100.*
unguiculatum. *Trin.* 75. *504.*
unisetum. *Trin.* 49. *173.*
Urvilleanum. *Kunth.* 69. *434.*
utriculatum. (*Steud.*) 54. *248.*
vacillans. *Steud.* 75. *500.*
vaginaeflorum. *Steud.* 80. *556.*
vaginatum. *Nees.* 85 sub *156.*
velutinosum. *Nees.* 57. *293.*
velutinum. *Meyen.* 44. *94.*
Ventenatii. (*Steud.*) 50. *187.*
ventricosum. *Lam.* 91. *731.*
verrucosum. *Mhlbrg.* 86. *660.*
verticillatum. *Lin.* 52. *215.*
verticillatum. *Rottl.* 52 sub *217.*
vestitum. *Kunth.* 97. *810.*
vestitum. *Nees.* 62 sub *358.*
vilfoides. *Trin.* 101 sub *1.*
villiferum. *Nees.* 39. *25.*
villosum. *Lam.* 62 sub *358.*
villosum. *R. Br.* 43 sub *81.*
vimineum. *Schrad.* 80. *564.*
violaceum. *Klein. Koen.* 99. *846.*
violascens. *Kunth.* 42. *59.*
virescens. *Poir.* 58. *303.*
virgatum. *Lin.* 77. *521.*
viride. *Lin.* 51. *199.*
viridescens. *Steud.* 51. *200.*
viridiflorum. *Nees.* 79. *552.*
viscidum. *Ell.* 83. *615.*
viviparum. *Nees.* 97. *814.*
vulpisetum. *Lam.* 50. *194.*
Walkeri. *Arn.* 97. *801.*
Wallichianum. *Nees. Wight. Arn.* 41. *45.*
Walteri. *Poir.* 83. *610.* et 69 sub *439.*
Walteri. *Mhlbrg.* 48 sub *164.*
Wightii. *Nees.* 58. *310.*
Willdenowii. (*Steud.*) 54. *244.*
xalapense. *H. B.* 86. *657.*
xanthophysum. *Gray.* 82. *607.*
xanthorrhizum. *Steud.* 59. *315.*
zelayense. (*Steud.*) 47. *137.*
Zeyheri. *Nees.* 40. *29.*
zizanioides. *H. B.* 75. *507.*

Panicum Zollingeri. *Steud.* 96. *797.* et 95 sub *777.*
Pappophorum. *Schreb.* 198.
alopecuroideum. *Vahl.* 200. *22.*
arabicum. *Hochst.* 199. *12.*
Aucheri. *Jaub. Spach.* 200. *20.* et 423 Add. ad p. 200.
avenaceum. *Lindl.* 200. *19.*
boreale. *Ledeb.* 200. *14.*
cenchroides. *Lichtst.* 199. *10.*
coerulescens. *Gaudich.* 199. *6.*
elegans. *Nees.* 199. *4.*
elongatum. *Spr.* 200. *27.*
eutrianoides. *Trin.* 216 sub *14.*
flavescens. *Lindl.* 200. *17.*
gracile. *R. Br.* 199. *5.*
laguroideum. *Schrad.* 200. *23.*
macrostachyum. *Schrad.* 200. *17.*
megapotamicum. *Spr.* 200. *18.*
molle. *Kunth.* 199. *7.*
mucronatum. *Nees.* 200. *24.*
nanum. *Steud.* 200. *15.*
nigricans. *R. Br.* 199. *1.*
pallidum. *R. Br.* 199. *2.*
persicum. *Boiss.* 200. *13.* et 423 add. ad p. 200.
phleoides. *Cav.* 199. *11.*
phleoides. *Turcz.* 200 sub *14.*
pumilio. *Trin.* 201 sub Boissiera *1.*
purpurascens. *R. Br.* 199. *3.*
scabrum. *Kunth.* 199. *8.*
Schimperianum. *Hochst.* 200. *16.*
senegalense. *Steud.* 199. *9.*
Vincentianum. *Schmidt.* 200 sub *15.*
virens. *Lindl.* 200. *18.*
Pariana. *Aubl.* 113.
angustifolia. *Spr.* 114. *10.*
campestris. *Aubl.* 113. *1.*
glauca. *Nees.* 114. *3.*
imberbis. *Nees.* 114. *8.*
inaequalis. *Miq.* 114. *2.*
lanceolata. *Trin.* 114. *9.*
lunata. *Nees.* 114. *6.*
mollis. *Nees.* 114. *7.*
scabra. *Nees.* 114. *4.*
sylvestris. *Nees.* 114. 5.
Paspalum. *Lin.* 16.
abstrusum. *Trin.* 17. *11.*
acuminatum. *Radd.* 31. *214.*
adelogaeum. *Steud.* 27. *149.*
affine. *Steud.* 24. *112.*
africanum. *Poir.* 33. *254.*
alternans. *Steud.* 26. *143.*
altissimum. *Leconte.* 33. *246.*
amazonicum. *Trin.* 22. *91.*
ammoides. *Trin.* 26. *138.*
ancylocarpum. *Nees.* 27. *156.*
angustifolium. *Lecont.* 32. *244.*
angustifolium. *Nees.* 22 sub *79.*
annulatum. *Flugg.* 99 sub *1.*
appendiculatum. *Presl.* 33. *256.*
arenarium. *Schrad.* 18. *20.*
argyrocondylum. *Steud.* 22. *83.*
arundinaceum. *Poir.* 33. *250.*
aspidiotes. *Trin.* 20. *48.*
atrocarpum. *Steud.* 25. *132.*
attenuatum. *Presl.* 32. *229b.*
aureum. *Trin.* 38 sub *3.*
auriculatum. *Presl.* 29. *190.*
axicilium. *Steud.* 20. *59.*

Paspalum barbatum. *Nees.* 23. *99.*
bicrunulum. *Salzm.* 21. *63.*
bifarium. *Edgew.* 32. *229.*
biglume. *Steud.* 24. *110.*
bistipulatum. *Hochst.* 29. *178.*
blepharophorum. *R. S.* 26. *139.*
Boivini. *Steud.* 416. *136b.*
Bonplandianum. *Flüg.* 26. *134.*
borbonicum. *Steud.* 27. *161.*
Boryanum. *Presl.* 29. *189.*
Boscianum. *Flüg.* 31. *217.*
brevifolium. *Flüg.* 41 sub *53.*
caespitosum. *Flüg.* 25. *128.*
caespitosum. *Hochst.* 25 sub *131.*
campestre. *Trin.* 21. *70.*
campestre. *Schlechtd.* mutetur in P. caracasanum. (*Steud.*)
canaliculatum. *Nees.* 22. *78.*
candidum. *H. B.* 31. *210.*
canescens. *Nees.* 38 sub *5.*
capillare. *Lam.* 17. *9.*
caracasanum. *Steud.* est P. campestre. *Schlcht.* 416. *256b.*
carinatum. *Flüg.* 28. *163.*
cartilagineum. *Presl.* 29. *191.*
castaneum. *Remy.* 30. *194.*
Chepica. *Steud.* 21. *68.*
chinense. *Nees.* 41 sub *49* nota.
chrysostachyum. *Schrad.* 38 sub *2.*
chrysostrichum. *Presl.* 16. *1.*
ciliatifolium. *Michx.* 25 sub *125.*
ciliatum. *H. B.* 26 sub *139.*
cochinchinense. *Willd.* 33. *262*
cognatissimum. *Steud.* 18. *23.*
cognatum. *Steud.* 28. *172.*
commutatum. *Nees.* 29. *177.*
compactum. *Roth.* 31. *209.*
complanatum. *Nees.* 22. *88.*
compressum. *Presl.* 32. *231.*
concinnum. *Steud.* 19. *43.*
confertum. *Lecont.* 31. *223.*
conjugatum. *Berg.* 21. *62.*
conjugatum. *Sieb.* 17 sub *14.*
consanguineum. *Kunth.* 31. *224.*
conspersum. *Schrad.* 30. *199.*
convexum. *Flüg.* 30. *193.*
corcovadense. *Radd.* 25. *124.*
coromandelinum. *Lam.* 32. *236.* et 21 sub *74.*
corymbosum. *Kunth.* 36 sub *13.*
coryphaeum. *Trin.* 25. *122.*
cristatum. *Trin.* 24. *114.*
ctenostachyum. *Trin.* 100 sub *11.*
cujabense. *Trin.* 28 sub *165.*
Cumingii. *Nees.* 23. *103.*
Curtisianum. *Steud.* 26. *147.*
debile. *Poir.* 41 sub *51.*
debile. *Mhlbrg.* 30 sub *197.*
decumbens. *Swartz.* 55 sub *256.*
Delochei. *Steud.* 23. *101.*
densum. *Poir.* 24. *115.*
denticulatum. *Trin.* 25. *127.*
depauperatum. *Presl.* 31. *211.*
depressum. *Steud.* 20. *53.*
didactylon. *Salzm.* 20 sub *51.*
difforme. *Lecont.* 32. *241.*
digitatum. *Kunth.* 32. *225.*
dilatatum. *Poir.* 27. *157.*
dissectum. *Lin.* 25. *133.*
dissectum. *Thunb.* 28 sub *168.*

Paspalum dissectum. *Trin.* Ic. 29 sub *177.*
dissitiflorum. *Trin.* 22. *89.*
distachyum. *Poit.* 20. *52.*
distans. *Nees.* 39 sub *22.*
distichophyllum. *H. B.* 22. *77.*
distichum. *Burm.* 29. *188.*
dubium. *Dec.* 32. *239.*
effusum. *Nees.* 20. *47.*
elegans. *Flüg.* 25. *123.*
elegantulum. *Presl.* 32. *228.*
eminens. *Nees.* 24. *108.*
erianthum. *Nees.* 26. *142.*
eriophorum. *Schult.* 33. *257.*
eucomum. *Nees.* 21. *64.*
exaltatum. *Presl.* 30. *198.*
exasperatum. *Nees.* 38 sub *6.*
exile. *Rippist.* 26. *137.*
extenuatum. *Nees.* 18 *28.*
falcatum. *Nees.* 31. *216.*
familiare. *Steud.* 24. *118.*
fasciculatum. *Willd.* 23. *100.*
fastigiatum. *Nees.* 21. *66.*
Fernandezianum. *Colla.* 32. *233.*
filifolium. *Nees.* 22. *85.*
filiforme. *Flüg.* 41 sub *49.*
filistachyum. *Rich.* 20. *54.*
fimbriatum. *H. B.* 30. *205.*
firmum. *Trin.* 28. *175.*
fissifolium. *Radd.* 32. *234.*
flaccidum. *Nees.* 22. *81.*
flavum. *Presl.* 19. *40.*
flexuosum. *Klein.* 31. *222.*
floridanum. *Michx.* 26. *146.*
fluitans. *Kunth.* 19. *46.*
foliosum. *Kunth.* 20. *58.*
Forsterianum. *Flüg.* 33. *252.*
foveolatum. *Steud.* 22. *76.*
Frankii. *Steud.* 19 *45.*
fragile. *Steud.* 17. *19.*
furcatum. *Flüg.* 20. *56.*
fuscescens. *Presl.* 29. *183.*
fuscum. *Presl.* 42 sub *59.*
Gardnerianum. *Nees* 30. *208.*
geminiflorum. *Steud.* 25. *126.*
geniculatum. *Steud.* 18. *21.*
glabrum. *Poir.* 27. *159.*
gracile. *Rudge.* 28. *173.*
gracile. *Schlecht.* 416. *167 c.* mutetur in P. Schlechtendalianum. *Steud.*
gracile. *Poir.* 29 sub *184.*
granulare. *Trin.* 16. *3.*
guadaloupense. *Steud.* 18. *26.*
guineense. *Steud.* 18 sub *22.*
guttatum. *Trin.* 21. *69.*
Haenkeanum. *Presl.* 29. *186.*
heterophyllum. *Poir.* 33. *249.*
heteropodium. *Steud.* 19. *39.*
heterotrichum. *Trin.* 28. *170 b.*
hirsutum. *Retz.* 33. *247.*
hirtigluma. *Steud.* 18. *25.*
hirtum. *H. B.* 25. *129.*
Humboldtianum. *Flüg.* 21. *67.*
horticola. *Salzm.* 17 sub *5.*
humile. *Steud.* 25. *131.*
hyalinum. *Nees.* 18. *29.*
Jardini. *Steud.* 18. *24.*
immersum. *Nees.* 38 sub *4.*
inaequivalve. *Radd.* 27. *152*

Paspalum incertum. *R. S.* 32. *240.*
iridifolium. *Poep.* 22. *90.*
ischnocaulon. *Trin.* 27 sub *159.*
Kappleri. *Hochst.* 21. *65.*
Kleinianum. *Presl.* 28. *182.*
koleopodon. *Steud.* 18. *27.*
lachneum. *Nees.* 26. *143.*
laeve. *Michx.* 26. *144.*
Lagascae. *R. S.* 25. *119.* et 33 sub *253.*
lanatum. *H. B.* 34 sub Leptocoryphium *1.*
lanatum. *Spr.* 33 sub *257.*
lanciflorum. *Trin.* 28. *164.*
lanuginosum. *Nees.* 23. *102.*
lasiogonum. *Link.* 32. *237.*
latifolium. *Leconte.* 32. *242.*
laxiflorum. *Trin.* 23. *95.*
laxum. *Lam.* 33. *255.*
laxum. *Rich.* 17 sub *8.*
Lecontianum. *Schult.* 32. *243.*
lenticulare. *H. B.* 30. *195.*
lentiferum. *Lam.* 27. *148.*
lentiginosum. *Presl.* 30. *204.*
leptostachyum. *Flüg.* 30. *200.*
leptostachyum. *Decand.* 32 sub *240.*
leucotrichum. *Steud.* 16. *2.*
ligulare. *Nees.* 22. *84.*
littorale. *R. Br.* 20 sub *51.*
longepedunculatum. *Lecont.* 30. *197.*
longiflorum. *Presl.* 31. *212.*
longifolium. *Roxb.* 29. *180.*
longifolium. *Steud.* 21. *72.* mutetur in: megaphyllum.
longissimum. *Hochst.* 19. *34.*
macrophyllum. *H. B.* 30. *203.*
macropodium. *Steud.* 19. *38.*
macrospermum. *Flüg.* 30. *192.*
malacophyllum. *Trin.* 19. *35.*
mandioccanum. *Trin.* 25. *130.*
marginatum. *Trin.* 23. *92.*
marginatum. *Remy.* 28 sub *166.*
maritimum. *Trin.* 23. *94.*
mauritianum. *Nees.* 26. *136.*
megaphyllum. *Steud.* est: P. longifolium. *Steud.* 21. *72.*
melanospermum. *Poir.* 32. *227.*
membranaceum. *Lam.* 28. *167.*
metabolum. *Steud.* 19. *41.*
Metzii. *Steud.* 21. *75.*
Michauxianum. *Kunth.* 20. *57.*
microstachyum. *Presl.* 30. *201.*
milioideum. *Desv.* 33. *251.*
minimum. *Nees. Meyen.* 29. *187.*
minutiflorum. *Steud.* 17. *6.*
minutum. *Trin.* 17. *17.*
molle. *Poir.* 32. *232.*
molle. *Presl.* 31 sub *221.*
mollicomum. *Kunth.* 31. *221.*
mollipilum. *Steud.* 20. *60.*
mononeurum. *Steud.* 24. *106.*
mucronatum. *Mhlbrg.* 20 sub *46.*
multicaule. *Poir.* 16. *4.*
multispica. *Steud.* 18. *22.*
Neesii. *Kunth.* 22. *79.*
nematodes. *Schult.* 33. *258.*
notatum. *Flüg.* 20. *50.*
oaxacense. *Steud.* ~~20.~~ *73.* 21
obscurum. *Nees.* 30. *206.*
obtusifolium. *Radd.* 20. *53*

Paspalum obtusifolium. *Trin.* 100 sub *9.*
oligostachyum. *Salzm.* 23. *93.*
orbiculare. *Forst.* 26. *135.*
orbiculare. *Poir.* 17 sub *16.*
orizaeforme. *Steud.* 27. *162.*
ovale. *Nees.* 22. *86.*
oxyanthum. *Steud.* 27. *154.*
pachyrrhizon. *Steud.* 23. *104.*
pallidum. *H. B.* 28. *174.*
paniculatum. *Lin.* 18. *32.*
papillosum. *Spr.* 17. *5.*
paradisiacum. *Steud.* 23. *105.*
parviflorum. *Rohde.* 17. *18.*
pectinatum. *Nees.* 20. *49.*
pedunculare. *Presl.* 30. *207.*
pellitum. *Nees.* 24. *107.*
penicillatum. *Hook. fil.* 31. *219.*
pilosum. *Lam.* 33. *261.*
platycaule. *Poir.* 22. *87.*
platyculmum. *Pet. Th.* 30. *202.*
plicatulum. *Michx.* 27. *153.*
pluriracemosum. *Steud.* 27. *160.*
Poiretii. *R. S.* 29. *184.*
polydactylon. *Steud.* 19. *23.*
polyphyllum. *Nees.* 22 sub *77.*
polystachyum. *R. Br.* 32. *226.*
polystachyum. *Salzm.* 18 sub *23.*
Preslii. *Kunth.* 31. *220.*
pressum. *Nees.* 23. *98.*
protensum. *Trin.* 25 sub *125.*
pubescens. *R. Br.* 32. *235.*
pubescens. *Presl.* 31 sub *220.*
pubiflorum. *Rupr.* 33. (nomen.)
pubifolium. *Presl.* 27. *155.*
pulchellum. *H. B.* 29. *185.*
pulchrum. *Nees.* 38 sub *3.*
pumilum. *Nees.* 18. *30.*
punctatum. *Flügg.* 99 sub *3.*
purpurascens. *Ell.* 24. *113.*
pusillum. *Vent.* 17. *16.*
pyramidale. *Nees.* 28 sub *173.*
quadrifarium. *Lam.* 29. *176.*
radiatum. *Trin.* 38 sub *1.*
ramosissimum. *Nees. Kunth.* 38 sub *4.*
rectum. *Nees.* 22. *82.*
reduncum. *Nees.* 31. *215.*
remotum. *Remy.* 30. *196.*
Remyi. *Steud.* 28. *166.*
Renggeri. *Steud.* 17. *13.*
repens. *Berg.* 31. *213.*
repens. *Frank.* 19 sub *45.*
Richardi. *Steud.* 17. *8.*
riparium. *Nees.* 33. *248.*
rhizomatosum. *Steud.* 17. *10.*
rudimentosum. *Steud.* 24. *111.*
rufum. *Nees.* 26. *141.*
rupestre. *Trin.* 17. *15.*
saccharoides. *Nees.* 23. *96.*
sanguinolentum. *Trin.* 26. *140.*
Savannorum. *Schlecht.* 417. *256 a.*
scalare. *Trin.* 18. *31.*
Schlechtendalianum. *Steud.* sic mutetur: P. gracile. *Schlecht.* 416. *167 c.*
sciaphilum. *Steud.* 18. *33.*
scoparium. *Flüg.* 29. *181.*
scrobiculatum. *Lin.* 21. *74.* et 32 sub *236.*

Paspalum scutatum. *Nees.* 27. *151.*
sericeum. *Scheele.* 417 sub *278b.*
serotinum. *Flügg.* 41 sub *46.*
serpens. *Nees.* 17. *12.*
serpentinum. *Hochst.* 22. *80.*
setaceum. *Michx.* 25. *125.*
siccum. *Nees.* 25. *120.*
Sieberianum. *Steud.* 17. *14.*
singulare. *Link.* 33. *259.*
spathaceum. *Poir.* 33. *260.*
squamatum. *Steud.* 21. *71.*
stellatum. *Flügg.* 28. *165.*
stellatum. *Trin.* Ic. 28 sub *163.*
stoloniferum. *Bosc.* 24. *109.*
succinctum. *Trin.* 100 sub *7.*
suffultum. *Mikan.* 23. *97.*
sumatrense. *Roth.* 31. *218.*
supinum. *Hornm.* 32. *238.*
supinum. *Bosc.* 25 sub *125.*
supinum. *Sieber.* 19 sub *39.*
Swartzianum. *Flügg.* 17. *7.*
taphrophyllum. *Steud.* 19. *42.*
tectum. *Steud.* 28. *179.*
tenax. *Trin.* 27. *150.*
tenue. *Kunth.* 33. *245.*
tenue. *Gaertn.* 21 sub *62.*
Thouarsianum. *Flügg.* 19. *44.*
Thunbergii. *Kunth.* 28. *168.*
tomentosum. *Poir.* 32. *230.*
trachycoleon. *Steud.* 28. *169.*
tridentatum. *Trin.* 100 sub *8.*
triglume. *Steud.* 27. *158.*
tristachyum. *Lecont.* 21. *61.*
umbrosum. *Trin.* 25. *121.*
umbrosum. *Salzm.* 18 sub *33.*
undulatum. *Lecont.* 32. *244.*
Urvillei. *Steud.* 24. *116.*
vaginatum. *Swartz.* 20. *51.*
vaginiflorum. *Steud.* 19. *37.*
variegatum. *Link.* 33. *253.*
vestitum. *Steud.* 17 sub *18.*
villifolium. *Steud.* 20. *55.*
villosum. *Thunb.* 100 sub *15.*
virgatum. *Lin.* 24. *116.*
vulnerans. *Salzm.* 24 sub *115.*
Wagnerianum. *Schlectd.* 416. *167b.*
Walterianum. *Schult.* 28. *170.*
Zollingeri. *Steud.* 28. *171.*
Peltophorus. *Desv.*
myurus. *Beauv.* 363 sub Manisuris *2.*
Penicillaria. *Willd.* 102 sub Pennisetum nota et 108. sect. II.
macrostachya. *Hort. Monsp.* 108 sub *71.*
Pennisetum. *Richard.*
adoense. (*Steud.*) 104. *28.*
alopecuroides. *Trin.* 103. *10.*
alopecuroides. *Hamilt.* 108 sub *77.*
Alopecuros. (*Steud.*) 102. *4.*
amoenum. *Hochst.* 107. *64* et 108 sub *84.*
araneosum. *Edgew.* 105. *37.*
articulare. *Trin.* 103. *11.*
asperifolium. *Kunth.* 108. *74.*
asperifolium. *Hrbr. un. it.* 106 sub *47.*
asperum. *Schult.* 108. *81.*
aureum. *Link.* 108. *82.*
aureum. *Rich.* 50 sub *196.*
barbatum. *Schult.* 108. *79.*
Benthami. (*Steud.*) 105. *34.*
Pennisetum borbonicum. *Kunth.* 108. *75.*
breve. *Nees.* 106. *52.*
breviflorum. *Steud.* 107. *62.*
cenchroides. *Rich.* 105. *45.*
chinense. (*Steud.*) 108. *73.*
ciliatum. *Parlat.* 106. *54.*
cladodes. *Hochst.* 104 sub *22.*
compressum. *R. Br.* 102. *1.*
crinitum. *Spr.* 103. *14.*
dichotomum. *Delil.* 105. *35* et 109 sub *8.*
Dilloni. *Steud.* 107 sub *64* nota.
dioicum. *Rich.* 117 sub *4.*
distachyum. *Rupr.* 109 (nomen).
distylum. *Guss.* 106 sub *45.*
domingense. *Spr.* 103. *30* et 50 sub *187.*
elatum. *Hochst.* 106. *47.*
elegans. *Nees.* 105. *39.*
elegans. *Rupr.* 105 sub *40.*
erubescens. *Link.* 108. *78.*
fasciculatum. *Trin.* 105. *41* et 419 ad *41.*
flavescens. *Presl.* 106. *53.*
geniculatum. *Jacq.* 50 sub *195.*
giganteum. *Rich.* 104. *23.*
glabrum. (*Steud.*) 104. *27.*
glaucifolium. *Hochst.* 104. *22.*
gracile. *Benth.* 106. *57.*
Hamiltonii. (*Steud.*) 108. *77.*
helvolum. *R. Br.* 50 sub *192.*
hirsutum. *Nees.* 106. *55.*
Hohenackeri. *Hochst.* 103. *17.*
holcoides. *Schult.* 108. *80.*
hordeiforme. *Spr.* 102. *3.*
hordeoides. (*Steud.*) 103. *21.*
humile. *Hochst.* 104. *31.*
japonicum. *Trin.* 102. *2.*
imberbe. *Edgew.* 104. *33.*
implicatum. *Steud.* 107. *59.*
intertextum. *Parlat.* 108. *69.*
incomptum. *Nees.* 105. *38.*
Karwinskyi. *Schrad.* 103. *15.*
lanuginosum. *Hochst.* 107. *65* et 108 sub *84.*
latifolium. *Spr.* 103. *13.*
Linnaei. *Kunth.* 108. *76.*
longifolium. *Fenzl.* 109 sub Cenchrus *1.*
longistylum. *Hochst.* 104. *30.*
macrochaetum. *Jacq.* 51 sub *204.*
macrostachyum. *Trin.* 102. *7.*
macrostachyum. *Benth.* 105 sub *34.*
macrostachyum. *Fres.* 107 sub *66.*
macrourum. *Trin.* 103. *9.*
megastachyum. *Steud.* 108. *71.*
mollissimum. *Hochst.* 105. *40.*
Myurus. *Parlat.* 107. *67.*
nepalense. *Spr.* 108. *83.*
nervosum. *Trin.* 102. *6.*
nigricans. *Trin.* 103. *16.*
ovale. *Rupr.* 104. *29.*
pallidum. *Nees.* 106. *56.*
parviflorum. *Trin.* 103. *12.*
pauperum. *Nees.* 102. *5.*
pentastachyum. *Hochst.* 107. *60.*
peruvianum. *Trin.* 103. *8.*
petraeum. *Steud.* 106. *48.*
Pennisetum phalariforme. *Steud.* 106. *46.*
plumosum. *Hrbr. un.* 201 sub Ptiloneilema *1.*
Preslii. *Trin.* 103. *19.*
Prieurii. *Kunth.* 105. *43.*
pungens. *Nutt.* 111 sub *25.*
purpurascens. *H. B.* 106. *49.*
Quartinianum. *Rich.* 104. *32.*
ramosissimum. *Steud.* 105. *44.*
respiciens. *Rich.* 52 sub *216.*
Richardii. *Kunth.* 106. *50.*
riparioides. *Hochst.* 104. *26.*
riparium. *Hochst.* 104. *25.*
rufescens. *Spr.* 108. *84.*
rufescens. *Hochst.* 106 sub *48.*
Ruppelii. *Steud.* 107. *66.*
sagittaefolium. *Rich.* 54 sub *238.*
Schimperi. (*Steud.*) 104. *24.*
setosum. *Rich.* 106 sub *49* et *50.*
Sieberi. *Kunth.* 109 sub *86.*
sinaicum. *Decais.* 105 sub *51.*
Teneriffae. *Steud.* 105. *32.*
tenuispiculatum. *Steud.* 107. *61.*
Tiberiadis. *Boiss.* 419. *41b.*
triflorum. *Nees.* 107. *68* et 108 sub *83.*
tristachyum. *Spr.* 103. *18.*
typhoideum. *Rich.* 108. *70.*
uniflorum. *H. B.* 106. *51.*
variabile. *Notar.* est P. fasciculatum *Trin.* 105. *41.*
versicolor. *Schrad.* 109. *87.*
villosum. *R. Br.* 105. *36.*
violaceum. *Rich.* 106. *58.*
Pentracraspedon. *Steud.* 151.
amphipogonoides. *Steud.* 151. *1.*
Pentameris. *Beauv.* 243. §. 3.
Thouarsii. *Beauv.* 243 sub *61.*
Pentapogon. *R. Brown.* 193.
Billardieri. *R. Br.* 193. *1.*
Drummondii. *Steud.* 193. *2.*
Pentarrhaphis. *Humb. Bonpl.* 217.
scabra. *H. B.* 217. *1.*
Pentaschistis. *Nees.* 239. §. 1. Danthonia.
Pereilema. *Presl.* 185.
brasilianum. *Trin.* 185. *2.*
crinitum. *Presl.* 185. *1.*
crinitum. *Trin.* Ic. 185 sub *2.*
Perobachne. *Presl.* 402.
secunda. *Presl.* 403. *1.*
Perotis. *Ait.* 185.
glabrata. *Steud.* 186. *7.*
hordeiformis. *Nees.* 186. *4.*
latifolia. *Ait.* 186. *6.*
longiflora. *Nees.* 186. *3.*
patula. *Nees.* 186. *2.*
rara. *R. Br.* 186. *1.*
scabra. *Willd.* 186. *6.*
Phacelurus. *Griseb.*
digitatus. *Griseb.* 362 sub *23.*
Phalaridium. *Nees.* 280.
peruvianum. *Nees. Meyer.* 280. *1.*
Phalaris. *Lin.* 10.
ambigua. *Notar.* 416 ad 10.
americana. *Ell.* 11 sub *17.*
amethystina. *Trin.* 11. *18.*
angusta. *Nees.* 11. *17.*
angustata. *H. Gryph.* 11. *25.*

Phalaris appendiculata. *Schult.* 10 sub *5.*
aquatica. *Ait. Host.* 11 sub *11.*
aquatica. *Guss.* 11 sub *12.*
arenaria. *Willd.* 151 sub *11.*
arundinacea. *Lin.* 11. *21.*
aspera. *Retz.* 151 sub *9.*
Berteroniana. *Steud.* 11. *15.*
brachystachys. *Link.* 11. *14.*
brevis. *Trin.* 10. *7.*
bulbosa. *Cav.* 10. *4.*
caesia. *Nees.* 10. *9.*
canariensis. *Lin.* 10. *1.*
caroliniana. *Walt.* 11. *23.*
chilensis. *Presl.* 11. *19.*
coerulescens. *Desf.* 10 sub *4.*
crypsoides. *Urvill.* 152 sub Maillea *1.*
dentata. *Lin. fil.* 430 sub Chondrolaena *1.*
erucaeformis. *Lin.* 15 sub Beckmannia *1.*
gracilis. *Parlat.* 10. *6.*
hispida. *Thunb.* 12 sub Lasiolytrum *1.*
japonica. *Steud.* 11. *20.*
microstachya. *Dec.* 11. *16.*
minor. *Retz.* 11. *11.*
nepalensis. *Trin.* 10. *8.*
nodosa. *Lin.* 10. *10.*
obvallata. *Trin.* 10. *3.*
paradoxa. *Lin.* 10. *5.*
pectinata. *Roth.* 11. *24.*
phleoides. *Lin.* 151 sub *7.*
Robinsoniana. *Nees.* 11. *22.*
rubens. *Ehrnb.* 10. *2.*
setacea. *Forsk.* 105 sub *35.*
trigyna. *Host.* 151 sub Phleum *6.*
trivialis. *Trin.* 11. *13.*
truncata. *Guss.* 11. *12.*
utriculata. *Lin.* 149 sub *30.*
zizanioides. *Lin.* 394 sub *393.*
Phanopyrum. *Rafin.* 63 sub *372* nota.
Pharus. *Lin.* 8.
brasiliensis. *Radd.* 8. *3.*
glaber. *H. B.* 8 sub *2.*
glochidiatus. *Presl.* 8. *5.*
latifolius. *Lin.* 8. *2.*
latifolius. *Lam.* 8 sub *1.*
micranthus. *Schrad.* 8. *4.*
natans. *Russ.* 5 sub Hygrorhiza *1.*
scaber. *H. B.* 10. *1.*
tenuis. *Host.* 151 sub *10.*
vittatus. *Lemain.* 8. *6.*
Phippsia. *Trin.* 147.
algida. *Trin.* 147. *1.*
monandra. *Hook.* 147 sub *1.*
Phleum. *Lin.* 150.
africanum. *Lour.* 151. *15.*
alopecuroides. *Pill. Mittlb.* 152 sub *7.*
alpinum. *Lin.* 150. *4.*
ambiguum. *Tenor.* 151. *8.*
arenarium. *Lin.* 151. *11.*
asperum. *Vill.* 151. *9.*
Boehmeri. *Wibel.* 151. *7.*
cochinchinense. *Lour.* 33 sub *262.*
crinitum. *Roxb.* 183 sub Polypogon *3.*
crinitum. *Schreb.* 184 sub *13.*
Phleum cuspidatum. *Willd.* 151 sub *6.*
echinatum. *Host.* 150. *1.*
exaratum. *Hochst.* 151. *14.*
Gerardi. *All.* 149 sub *3.*
gibbum. *Boiss.* 151. *12.*
glomeruliflorum. *Steud.* 150. *2.*
graecum. *Boiss.* 421. *11b.*
Haenkeanum. *Presl.* *3.*
Michelii. *All.* 151. *6.*
montanum. *C. Koch.* 151. *12.*
nodosum. *Friwalds.* 149 sub *28.*
nodosum. *Lin.* 150 sub *5.*
paniculatum. *Sm.* 151 sub *9.*
pratense. *Lin.* 150. *5.*
schoenoides. *Jacq.* 151 sub Crypsis *1* et 152 sub *4.*
tenue. *Schrad.* 151. *10.*
trigynum. *Schrad.* 151 sub *6.*
Phragmites. *Trin.* 195.
caudata. *Meyen.* 195 sub *3.*
chilensis. *Steud.* 195 sub *3.*
communis. *Trin.* 195. *1.*
Egmontiana. *Trin.* 194 sub *12.*
Emodi. *Arn. Nees.* 196. *8.*
filiformis. *Steud.* 196. *12.*
fissifolia. *Steud.* 195. *4.*
flavescens. *Peterm.* 195. *2.*
flexuosa. *Trin.* 194 sub *7.*
gigantea. *Gay.* 194 sub *3.*
hispanica. *Nees.* 195. *3.*
humilis. *Notaris.* 196. *16.*
japonica. *Steud.* 196. *11.*
isiaca. *Kunth.* 196. *14.*
isiaca. *Hochst.* 196 sub *15.*
laxiflora. *Steud.* 196. *15.*
longivalvis. *Steud.* 196. *6.*
martinicensis. *Sieb.* 194 sub *10.*
nepalensis. *Nees.* 196. *10.*
pumila. *Willk.* 196. *17.*
Roxburghii. *Kunth.* 196. *7.*
Xenochloa. *Trin.* 196. *18.*
Zollingeri. *Steud.* 196. *13.*
Phyllostachys. *Siebold. Zucc.* 338.
bambusoides. *Sieb. Zucc.* 338. *1.*
megastachya. *Steud.* 338. *2.*
Piptatherum. *Beauv.* vid. Urachne 121. §. 1.
coerulescens. *Hrbr. un. it.* 122 sub *8b.*
Lindleyanum. *Nees.* 122 sub *21.*
paradoxum. *Nees.* 121 sub Urachne *3.*
punctatum. *Beauv.* 100 sub Helopus *3.*
Piptochaetium. *Presl.* 123. Urachne §. 5.
setifolium. *Presl.* 123 sub *26.*
Platonia. *Kunth.* 338.
elata. *Kunth.* 338. *1.*
Pleuraphis. *Torr.* 218.
Jamesii. *Torr.* 218. *1.*
Pleuroplitis. *Nees.*
Langsdorffiana. *Nees.* 414 sub Lucaea *2.*
Pleuropogon. *R. Brown.* 293.
Douglassi. *Trin.* *2.*
Sabinii. *R. Br.* *1.*
Plintanthesis. *Steud.* 14.
tenuior. *Steud.* *2.*
Urvillei. *Steud.* *1.*
Poa. *Lin.* 249.*
abbreviata. *R. Br.* 253. *46.*
acroleuca. *Steud.* 256. *93.*
aestivalis. *Presl.* 258. *29.*
affinis. *R. Br.* 262. *179.*
affinis. *Salzm.* 277. *201* et 276 sub *83.*
albida. *Turczn.* 280 sub Leucopoa *1.*
algida. *Trin.* 259. *1.*
Alopecuros. *Kunth.* 260. *151.*
alpina. *Lin.* 250. *8.*
alpina. *Pursh.* 260 sub *158.*
altaica. *Trin.* 253 sub *44* et 254 sub *62.*
amabilis. *Lin.* 265 sub *22.*
amabilis. *Hassk.* 264 sub *21.*
amabilis. *Walt.* 273 sub *136.*
anceps. *Forst.* 263. *187.*
andina. *Trin.* 259. *132.*
angusta. *Presl.* 259. *130.*
angustata. *R. Br.* 253. *45.*
angustifolia. *Lin.* 251 sub *17.*
angustifolia. *Reichb.* 251 sub *19.*
annua. *Lin.* 250. *1* et 255 sub *75* et 258 sub *128* et *129.*
annua. *Hrbr. un.* arab. 256 sub *96.*
arctica. *R. Br.* 252. *37.*
ariguensis. *Steud.* 259. *141.*
arundinacea. *Bbrst.* 285 sub *7.*
arundinacea. *Link.* 264 sub *8.*
aspera. *Gaud.* 251 sub *25.*
asperula. *Steud.* 252. *42.*
attenuata. *Trin.* 254. *57* et 225 sub *79.*
attica. *Boiss.* 425. *28b.*
australis. *R. Br.* 262. *171.*
australis. *Sieb.* 262 sub *173.*
badensis. *Haenk.* 250 sub *8.*
Balfouri. *Barnel.* 251. *23.*
Bergiana. *Kunth.* 270 sub *101.*
biflora. *Retz.* 266 sub *47.*
binata. *Nees.* 257. *102.*
Bivonae. *Parlat.* 252. *33.*
blepharachne. *Steud.* 252. *43.*
bonariensis. *Kunth.* 257. *111.*
borbonica. *Kunth.* 257. *106.*
borbonica. *Poir.* 257 sub *107.*
brachyphylla. *Schult.* 261. *158.*
brevifolia. *Gaud.* 250. *9.*
brevifolia. *Mhlbrg.* 261 sub *158* et *159.*
bryophila. *Trin.* 254. *58.*
bulbosa. *Lin.* 250. *7.*
bulbosa. *Hrbr. un. it.* 256 sub *97.*
caesia. *Smith.* 251. *24.*
caespitosa. *Forst.* 263. *188.*
californica. *Steud.* 261. *168.*
capensis. *Steud.* 271 sub *114.*
capillaris. *Frank.* 273 sub *143* et *144.*
capillaris. *Salzm.* 275 sub *170.*
catabrosoides. *C. Koch.* 223 sub *66.*
caucasica. *Trin.* 255. *74.*
cenisia. *All.* 250. *10.*
chilensis. *Trin.* 258. *123.*
chinensis. *Burm.* 209 sub *11.*

* Species desideratae sub iisdem denominationibus in Genere Eragrostis continentur.

Poa chinensis. *Roth.* 209 sub *13.*
cilianensis. *Bivon.* 252 sub *33.*
ciliaris. *Hassk.* 265 sub *34.*
cognata. *Steud.* 262. *183.*
collina. *Host.* 250 sub *8.*
colorata. *Steud.* 252. *38.*
columbiensis. *Steud.* 261. *169.*
compressa. *Lin.* 251. *28.*
conceptionis. *Steud.* 259. *142.*
concinna. *Gaud.* 205. *5.*
conformis. *Nees.* 259. *134.*
conglomerata. *Rupr.* 260 (nomen).
contracta. *Retz.* 255. *86.*
controversa. *Steud.* 260. *154.*
convoluta. *Hornm.* 286 sub *21.*
costata. *Schum.* 251. *30.*
crocata. *Michx.* 261. *160.*
Cumingii. *Trin.* 260. *150.*
curva. *Nees.* 259. *135.*
dactyliformis. *Steud.* 426. *146b.*
dactyloides. *H. B.* 260. *146.*
dahurica. *Trin.* 255. *79.*
danthonioides. *Steud.* 258. *125.*
debilis. *Torr.* 261. *165.*
decipiens. *Lin.* 266 sub *39.*
deflexa. *Rupr.* 255 sub *72* nota.
delicatior. *Steud.* 256. *92.*
delicatula. *Wilhelm.* 250 sub 7.
denudata. *Steud.* 259. *138.*
depauperata. *H. B.* 260. *144.*
depauperata. *W. K.* 281 sub *27.*
desertorum. *Trin.* 254. *60.*
diandra. *Roxb.* 266 sub *48.*
diantha. *Steud.* 256. *95.*
diaphora. *Trin.* 254. *62.*
digitata. *R. Br.* 210. *35.*
dissitiflora. *R. S.* 254. *64.*
distans. *Host.* 286 sub *18.*
disticha. *Wulf.* 296 sub *16.*
distichophylla. *Gaud.* 250. *10.*
divaricata. *Gouan.* 287 sub *36.*
Douglassi. *Nees.* 261 sub *168* et *169.*
Drummondiana. *Nees.* 262. *182.*
dubia. *Leers.* 251 sub *15.*
dura. *Scop.* 303 sub *14.*
effusa. *Nees.* 262. *178.*
elegans. *R. Br.* 279 sub *233.*
elegans. *Roxb.* 266 sub *49.*
eminens. *Presl.* 261. *167.*
Eragrostis. *Lin.* 263 sub *3.*
eriophora. *Steud.* 258. *118.*
familiaris. *Steud.* 426. *94b.*
fasciculata. *Torr.* 261. *156.*
fenas. (*Steud.*) 252. *35.*
Feratiana. *Boiss.* 251. *21.*
fertilis. *Host.* 251. *19.*
flaccidula. *Boiss.* 251. *20.*
flavicans. *Ledeb.* 253. *48.*
flexuosa. *Mhlbrg.* 285 sub *12.*
flexuosa. *Whlbrg. Host.* 250 sub *10.*
flexuosa. *Smith.* 250 sub *3.*
Forsteri. *Steud.* 260. *155.*
fulva. *Trin.* 253. *53* et sub *72* nota.
fulvescens. *Trin.* 259. *133.*
Gaudini. *R. S.* 251. *25.*
gelida. *R. S.* 254. *63.*
glauca. *Smith.* 251 sub *24.*
glomerata. *Thunb.* 299 sub Tetrachne *1.*
Poa glumaris. *Trin.* 253. *54.*
glycerioides. *Rupr.* 260 (nomen).
gracilis. *H. Par.* 255. *83.*
groenlandica. *Steud.* 252. *40.*
Halleridis. *Rchbch.* 250 sub *10.*
heterophylla. *Scheele.* 251. *18.*
heptantha. (*Steud.*) 255. *82.*
himalayana. *Nees.* 256. *87.*
hirta. *Thunb.* 256. *91.*
Hohenaceri. *Trin.* 255. *75.*
holciformis. *Presl.* 260. *147.*
homomalla. *Nees.* 262. *184.*
humilis. *C. Koch.* 177 sub Colpodium *5.*
hybrida. *Haenk.* 250 sub *11.*
hypnoides. *Lam. Salzm.* 274 sub *147.*
hypopsila. *Steud.* 263. *189.*
iberica. *Hort. Petrp.* 255. *78.*
implexa. *Trin.* 262. *173.*
intermedia. *Steud.* 252. *41.*
interrupta. *Roth.* 267 sub *57.*
kerguelensis. (*Steud.*) 257. *108.*
Kitaibelii. *Kunth.* 251 sub *27.*
koelerioides. *Trin.* 258. *124.*
Labillardieri. *Steud.* 262. *172.*
labradorica. *Steud.* 252. *39.*
laevis. *R. Br.* 262. *174.*
Lamarkii. *Kunth.* 261. *162.*
Langeana. *Rchbch.* 251. *29.*
lanigera. *Nees.* 258. *117.*
lanuginosa. *Poir.* 257. *116.*
latiflora. *Rupr.* 254. *67* et 255 sub *72* nota.
laxa. *Haenk.* 250. *3.*
lepida. *Nees.* 257. *112.*
leptoclada. *Hochst.* 256. *100.*
leptocoma. *Trin.* 253. *47.*
ligularis. *Nees.* 257. *115.*
limbata. *Link.* 255. *84.*
linearis. *Trin.* 256. *89.*
lithuanica. *Gorski.* 250. *12.*
littoralis. *Gouan.* 297 sub *9.*
longifolia. *Trin.* 255. *76.*
malabarica. *Lin.* 315 sub *203.*
maritima. *Huds.* 286 sub *20.*
massaviensis. *Fresen.* 298 sub *20.*
melicoidea. *Link.* 262. *192.*
mexicana. *Lagasc.* 274 sub *158.*
Meyenii. *Kunth.* 258. *121.*
miliacea. *Link.* 251. *26.*
minor. *Gaud.* 250. *4.*
modesta. *Tuckrm.* 261. *170.*
monticola. *Gaud.* 263. *190.*
mulalensis. *H. B.* 260. *145.*
neglecta. *Steud.* 253. *50.*
nemoralis. *Lin.* 251. *22* et 254 sub *56.*
nervata. *Willd.* 285 sub *12.*
nitida. *Ell.* 273 sub *142.*
nodosa. *Nees.* 262. *180.*
nutkaensis. *Presl.* 261. *166.*
obtusa. *Nutt.* 285 sub *14.*
obvallata. *Steud.* 256. *118b.*
ochotensis. *Trin.* 253. *51.*
oligeria. *Steud.* 426. *119c.*
ovalis. *Tineo.* 250. *2.*
pachypogon. *Nees.* 258. *119.*
pallens. *Poir.* 257. *110.*
pamphilica. *Boiss.* 426 ad 255.
Poa paradoxa. *Karel. Kiril.* 286 sub *28.*
pectinacea. *Geyer.* 272 sub *133.*
pelligera. *Rupr.* 255. *72.*
pendulina. *Fl. dan.* 285 sub *9.*
persica. *Trin.* 255. *81.*
phalaroides. *Nees.* 258. *127.*
Philippi. *Steud.* 426. *119b.*
phryganodes. *Trin.* 254. *59.*
plebeia. *R. Br.* 262. *176.*
poecilantha. *Rupr.* 255. *69* et sub *72* nota.
Poiretii. (*Steud.*) 257 sub *107.*
polygama. (*Steud.*) 255. *80.*
polymorpha. *R. Br.* 279 sub *222.*
porphyroclados. *Nees.* 263. *186.*
porrantha. *Steud.* 262. *175.*
pratensis. *Lin.* 251. *17.*
prolifera. *Salzm.* 277 sub *198.*
prostrata. *H. B.* 281 sub *6.*
psilosantha. *Rupr.* 236 sub Duponta *2.*
psilocaulis. *Steud.* 256. *94.*
psychrophila. *Boiss.* 425. *10b.*
puberula. *Steud.* 256. *96.*
pubiflora. *Benth.* 258. *120.*
pumila. *Host.* 250. *6.*
pungens. *Torr.* 261. *159.*
Purshii. *H. Hafn.* 261. *157.*
quinquefida. *Pursh.* 247 sub Uralepis *5.*
racemosa. *Vahl.* 276 sub *178.*
ramosissima. *Hook.* 263. *191.*
rariflora. *Desf.* 251. *27.*
remota. *H. B.* 259. *243.*
remotiflora. *Rupr.* 254. *65* et 255 sub *72* nota.
resinulosa. *Nees.* 259. *137.*
rigida. *Lin.* 302 sub *8.*
rigidifolia. *Steud.* 260. *153.*
robusta. *Steud.* 426. *153b.*
Roxburghiana. *Schult.* 266 sub *61.*
Royleana. *Nees.* 256. *88.*
saxicola. *Hook.* 262. *177* et sub *178.*
Schimperiana. *Hochst.* 256. *99.*
Schultesii. *Kunth.* 252. *31.*
scleroclada. *Rupr.* 254. *70* et 255 sub *72* nota.
secunda. *Presl.* 258. *128.*
Sellowii. *Nees.* 257. *113.*
semineutra. *Trin.* 251. *16.*
serotina. *Ehrh.* 251 sub *19* et 255 sub *73.*
serpentum. *Nees.* 262. *181.*
Sieberiana. *Spr.* 262 sub *173.*
simensis. *Hochst.* 256. *98.*
similis. *Rupr.* 254. *68* et 255 sub *72* nota.
sinaica. *Steud.* 256. *97.*
sphondilodes. *Trin.* 256. *90.*
spicata. *Lin.* 251. *14* (et 252. *32* quae delenda).
sporoboloides. *Rich.* 287 sub *32.*
Sprengelii. *Kunth.* 262 sub *173.*
squarrosa. *Lichtst.* 257. *104.*
squarrosa. *Salzm.* 274 sub *147.*
stenantha. *Trin.* 253. *49.*
sterilis. *Bbrst.* 255. *73* et 252 sub *36.*
stolonifera. *Mhlbrg.* 261. *163.*
strictula. *Steud.* 426. *90b.*

Poa subfastigiata. *Trin.* 253. *55.*
subsecunda. *Lam.* 267 sub *62* et *63.*
subtilis. *Karel. Kiril.* 286 sub *28.*
subuniflora. *Kunth.* 257. *110.*
subverticillata. *Pers.* 261. *161.*
sudetica. *Haenk.* 250. *11.*
sulcata. *Lagasc.* 250. *13.*
supina. *Schrad.* 256 sub *1.*
supina. *Sturm.* 250 sub *4.*
sylvestris. *A. Gray.* 261. *164.*
tatarica. *Fisch.* 264 sub *8.*
tenella. *R. Br.* 279 sub *224.*
tenella. *Frank.* 273 sub *145.*
tenella. *Nutt.* 273 sub *138.*
tenuiculmis. *Steud.* 259. *140.*
tenuiflora. *Lichtst.* 257. *103.*
thalassica. *H. B.* 281 sub *8.*
Thouarsiana. *Kunth.* 257. *105.*
tremula. *Lam.* 269 sub *84.*
trichoclada. *Rupr.* 254. *66* et 255 sub *72* nota.
tricolor. *Nees.* 259. *136.*
tristis. *Trin.* 254. *61.*
tristriata. *Steven.* 255. *77.*
trivialis. *Lin.* 251. *15.*
trivialis. *Autor.* Am. 261 sub *163.*
tumidula. *Steud.* 258. *126.*
umbrosa. *Trin.* 257. *114.*
uniflora. *Mhlbrg.* 262 sub *170.*
unioloides. *Roxb.* 281 sub *10.*
ursullensis. *Trin.* 254. *56.*
vaginalis. *Benth.* 258. *120.*
vaginiflora. *Steud.* 259. *139.*
Urvillei. *Steud.* 262. *185.*
versicolor. *Besser.* 252. *36.*
virgata. *Poir.* 260. *149.*
Zeae. *R. S.* 260. *148.*
Podopogon. *Rupr.*
medius. *Rupr.* 118 sub Beckera *7.*
Podosaemum. *Homb. Bonpl.* vid. Mühlenbergia.
alpestre. *H. B.* 180 sub *34.*
angustum. *Trin.* 170 sub *96.*
debile. *H. B.* 179 sub *20.*
glaucum. *Nees.* 175 sub *51.*
gymnostylum. *Nees.* 170 sub *97.*
setosum. *H. B.* 179 sub *20.*
stipoides. *H. B.* 180 sub *34.*
Pogonatherum. *Beauv.* 412.
contortum. *Brongn.* 400 sub *16.*
refractum. *Nees.* 412. *2.*
saccarhoideum. *Beauv.* 412. *1.*
Pogonopsis. *Presl.* 404.
tenera. *Presl.* 404. *1.*
Poidium. *Nees.* 288.
brasiliense. *Nees.* 228. *1.*
Pollinia. *Trin.* 409. (*Spreng.*)
argentea. *Trin.* 410. *17.*
articulata. *Trin.* 410. *16.*
brevifolia. *Spr.* 366 sub *26.*
ciliata. *Trin.* 410. *6.*
Cumingii. *Nees.* 373 sub *109.*
depauperatus. *Spr.* 396 sub 413.
dispar. *Nees.* 410. *19.*
dura. *Trin.* 410. *18.*
eucnemis. *Nees.* 409. *3.*
fulva. *Spr.* 395 sub *406.*
glabrata. *Trin.* 410. *15.*
Jacquini. *Spr.* 45 sub *107.*
Pollinia imberbis. *Nees.* 410. *12.*
lancea. *Nees.* 410. *8.*
laxa. *Nees.* 410. *14.*
Lehmanni. *Nees.* 410. *20.*
monantha. *Nees.* 410. *9.*
montana. *Nees.* 409. *2.*
nuda. *Trin.* 410. *11.*
praemorsa. *Nees.* 409. *4.*
setifolia. *Nees.* 410. *10.*
spectabilis. *Trin.* 409. *1.*
tenuis. *Trin.* 409. *5.*
vagans. *Nees.* 410. *7.*
vaginata. *Spr.* 366 sub *26.*
Wallichiana. *Nees.* 410. *13.*
Polyantherix. *Nees.* 356.
Hystrix. *Nees.* 356. *1.*
Polyodon. *Humb. Bonpl.* 217.
distichum. *H. B.* 217. *1.*
Polypogon. *Desf.* 183.
adscensionis. *Trin.* 183. *6.*
affinis. *Brongn.* 184. *15.*
australis. *Brongn.* 183 sub *5.*
Chaetotropis. *Trin.* 184. *17.*
chonoticus. *Hook. fil.* 184. *19.*
crinitus. *Trin.* 183. *5.*
demissus. *Steud.* 422. *13c.*
Drummondii. *Steud.* 184. *20.*
elongatus. *H. B.* 183. *8.*
flavescens. *Presl.* 184. *11.*
fugax. *Nees.* 184. *14.*
Higegaweri. *Hrbr. Mus. Lugd. Bat.* 422. *13b.*
inaequalis. *Trin.* 184 sub *8.*
intermedius. *Carmich.* 185. *24.*
interruptus. *H. B.* 184. *10.*
linearis. *Trin.* 184. *9.*
littoralis. *Smith.* 184. *12.*
longiflorus. *Nees.* 184. *18.*
maritimus. *Dec.* 183. *1.*
mexicanus. *Hort. Hal.* 185. *22.*
mexicanus. *Schlcht.* 184 sub *12.*
monspeliensis. *Desf.* 184. *13.*
nepalensis. *Nees.* 183. *2.*
radicans. *Steud.* 184. *16.*
strictus. *Nees.* 183. *4.*
subspathaceus. *Req.* 184. *21.*
tataricus. *Fisch.* 183 sub *1.*
zeylanicus. *Nees.* 183. *3.*
Polyschistis. *Presl.* 217.
paupercula. *Presl.* 217. *1.*
Polytocca. *R. Brown.* 10.
bracteata. *R. Br.* 10. *1.*
Pommereulla. *Lin. fil.* 248.
Cornucopiae. *Lin. fil.* 249. *1.*
monoica. *Roth.* 218 sub Melanocenchris *1.*
Porrotheranthe. *Steud.* 287.
Drummondii. *Steud.* 287. *1.*
Potamochloa. *Griff.* 4.
aristata. *Griff. 4. 1.*
Potamophila. *R. Brown.* 4.
parviflora. *R. Br.* 4. *1.*
Prionachne. *Nees.*
dentata. *Nees.* 430 sub Chondrolaena *1.*
Ecklonii. *Steud.* 430 sub Chondolaena *1.*
Psamma. *Beauv.* 193. ***
Psilopogon. *Hochst.*
capensis. *Hochst.* 412 sub Eulalia *3.*
Psilopogon Schimperi. *Hochst.* 383 sub *246.*
Psilostachys. *Steud.* 413.
Hohenackeri. *Steud.* 413. *1.*
Psilurus. *Trin.* 356.
nardoides. *Trin.* 357. *1.*
Pterium. *Desv. 111.*
elegans. *Desv.* 111. *1.*
Pterygostachyum. *Nees.* 413.
Lehmanni. *Kunth.* 413. *1.*
Ptilagrostis. *Griseb.*
mongolorica. *Griseb.* 132 sub *97.*
Ptiloneilema. *Steud.* 201.
plumosum. *Steud.* 201. *1.*
Rabdochloa. *Beauv.*
domingensis. *Beauv.* 208. *2.*
Raspailia. *Presl.*
agrostoides. *Presl.* 184 sub Polypogon *8.*
Ratzeburgia. *Kunth.*
pulcherrima. *Kunth.* 360 sub Ophiurus *5.*
Reana *Brign.* 9.
Giovanninei. *Brign.* 9. *1.*
Reboulea. *Kunth.* 287.
gracilis. *Kunth.* 287. *1.*
obtusata. *A. Gray.* 287 sub *1.*
pensylvanica. *A. Gray.* 287 sub *1.*
Reimaria. *Flügge.* 16.
acuta. *Flügg.* 16. *1.*
conferta. *Nees.* 16. *2.*
Relchela. *Steud.* 101.
panicoides. *Steud.* 101. *1.*
Rettebergia. *Raddi.*
bambusoides. *Raddi.* 337 sub *15.*
Reynaudia. *Kunth.* 153.
filiformis. *Kunth.* 154. *1.*
Rhaphis. *Lour.* vid. Andropogon.
fulva. *Wight.* 395 sub *403.*
glauca. *Nees.* 397 sub *429.*
Gryllus. *Wight.* 395 sub *403.*
microstachya. *Nees.* 397 sub *431.*
repens. *Nees.* 397 sub *430.*
trivialis. *Lour.* 395 sub *401.*
Rhiniachne. *Hochst.*
princeps. *Hochst.* 360 sub Jardinea *2.*
Rhizocephalus. *Boiss.* 152.
orientalis. *Boiss.* 152. *1* et 421 add. ad 152.
Rhynchelythrum. *Nees.* 119.
Dregeanum. *Nees.* 119. *1.*
grandiflorum. *Hochst.* 119. *2.*
ruficomum. *Hochst.* 120. *3.*
Rhytachne. *Desv.* 358.
rottboelliodes. *Desv.* 358. *1.*
Ripidium. *Trin.*
Ravennae. *Trin.* 408 sub *42.*
strictum. *Trin.* 408 sub *44.*
Roegnerica. *C. Koch.* 328.
caucasica. *C. Koch.* 328. *1.*
Roemeria. *Roem. Schult.*
Zeae. *R. S.* 317 sub Diarrhena *1.*
Rottboellia. *Lin.* 360.
antephoroides. *Steud.* 375 sub *134.*
arundinacea. *Hochst.* 362. *18.*
aurita. *Steud.* 361. *7.*
biflora. *Roxb.* 357 sub Lepturus *7.*
brevis. *Chauv.* 361. *13.*
ciliata. *Nutt.* 362. *19.*

Rottboellia Coelorachis. *Forst.* 361. *1.*
compressa. *Lin.* 358 sub Haemarthria *1.*
compressa. *Roxb.* 358 sub Haemarthria *2.*
corymbosa. *Lin.* 359 sub Ophiurus *1.*
Cymbachne. *Willd.* 362. *22.*
digitata. *Sib. Sm.* 362. *23.*
diversifolia. *Salzm.* 361 sub *9.*
elegantissima. *Hochst.* 364 sub *12.*
erecta. *Savi.* 357 sub Lepturus *2.*
exaltata. *Lin.* 361. *2.*
fasciculata. *Brongn.* 361. *17.*
fasciculata. *Desf.* 359 sub Haemarthria *8.*
foliata. *Steud.* 361. *10.*
formosa. *R. Br.* 361. *11.*
glabra. *Roxb.* 362. *20.*
glandulosa. *Trin.* 361. *3.*
hirsuta. *Vahl.* 361. *12.*
incurvata. *Lin.* 357 sub Lepturus *1.*
laevis. *Retz.* 362. *25.*
latifolia. *Steud.* 361. *4.*
loricata. *Trin.* 361. *8.*
muricata. *Zoll. Mor.* 360 sub Ophiurus *4.*
muricata. *Retz.* 369 sub *63.*
ocreata. *Trin.* 361. *6.*
paniculata. *Salzm.* 215 sub *13.*
pannonica. *Host.* 357 sub *7.*
perforata. *Roxb.* 359 sub Ophiurus *3.*
pilosa. *Roth.* 361. *15.*
platystachys. *Chauv.* 360 sub Diastemanthe *1.*
pubescens. *Bertol.* 362. *24.*
ramosa. *Cav.* 357 sub *11.*
repens. *Forst.* 357 sub *8.*
Salzmanni. *Trin.* 361. *9.*
sanguinea. *Retz.* 361. *16.*
setacea. *Roxb.* 202 sub Microchloa *1*
setosa. *Presl.* 361 sub *1.*
striata. *Nees.* 361. *4.*
stipoides. *Chauv.* 370 sub *77.*
subulata. *Savi.* 357 sub Lepturus *4.*
tesselata. *Steud.* 362. *27.*
Thomaea. *Roxb.* 358 sub Oropetium *1.*
trichantha. *Roth.* 216 sub *8.*
villosa. *Poir.* 361. *14.*
Rytidosperma. *Steud.* 425.
Lechleri. *Steud.* 425. *1.*

S.

Saccharum. *Lin.* 405.
aegyptiacum. *Willd.* 405 sub *5.*
aegyptiacum. *Sieber.* 406 sub *7.*
Alopecuros. *Nees.* 406. *10.*
angustifolium. *Trin.* 408. *41.*
arundinaceum. *Retz.* 407. *33.*
asperum. *Nees.* 407. *39.*
aureum. *Spr.* 412 sub Eulalia *5.*
Baldwini. *Spr.* 407. *36.*
benghalense. *Retz.* 407 sub *33.*
brasilianum. *Trin.* 407. *38.*
brevibarbe. *Pers.* 407. *37.*
caducum. *Tausch.* 406. *7.*
Saccharum canaliculatum. *Roxb.* 406. *19.*
caninum. *Reinw.* 405 sub Sericura *1.*
capense. (*Steud.*) 408. *55.*
caudatum. *Meyer.* 407. *30.*
confertum. *Presl.* 407. *26.*
contortum. *Nutt.* 407. *35.*
contractum. *H. B.* 406. *21* et 407 sub *30.*
cylindricum. *Lam.* 405 sub Imperata *1.*
cylindricum. *Roxb.* 405 sub Imperata *4.*
densum. *Nees.* 408 sub *56.*
dubium. *H. B.* 406. *22.*
Ecklonii. (*Steud.*) 408. *54.*
edule. *Hassk.* 405. *2.*
exaltatum. *Roxb.* 406. *17.*
fastigiatum. *Nees.* 409. *62.*
filifolium. (*Steud.*) 409. *59.*
floridulum. *Labil.* 408. *45.*
fulvum. *R. Br.* 408. *47.*
fuscum. *Roxb.* 411 sub Eriochrysis *3* et *4.*
fuscum. *Wall.* 411 sub Eriochrysis *4.*
giganteum. *Pers.* 407. *34.*
glaucum. (*Steud.*) 408. *46.*
grandiflorum. *Walp.* 93 sub *747.*
hirsutum. *Forsk.* 407. *28.*
jaculatorium. *Lour.* 407. *27.*
jamaicense. *Trin.*. 408. *43.*
insulare. *Brongn.* 406. *11.*
irritans. *R. Br.* 408. *48* et 412 sub Eulalia *7.*
Klagha. *Jungh.* 401. *4.*
Koenigii. *Retz.* 405 sub Imperata *4.*
longisetum. *Walp.* 93 sub *746.*
macilentum. *Chauv.* 406. *16.*
maximum. *Trin.* 408. *50.*
mexicanum. *Brouss.* 407. *29.*
Munja. *Roxb.* 406. *18.*
Narenga. *Wall.* 411 sub Eriochrysis *2.*
negrosense. *Steud.* 407. *25.*
obscurum. *Trin.* 408. *51.*
obscurum. *Steud.* 407. *32.* mutetur in S. tinctorium. (*Steud.*)
officinarum. *Lin.* 405. *1.*
Palisotii. *Tausch.* 405. *6.*
pedicellare. *Trin.* 407. *31.*
polydactylon. *Thunb.* 412 sub Eulalia *2.*
praegrande. *Steud.* 408. *56.*
procerum. *Roxb.* 406. *15.*
propinquum. *Steud.* 406. *20.*
Ravennae. *Lin.* 408. *12.*
repens. *Willd.* 408. *49.*
rufipilum. (*Steud*). 409. *61.*
rufum. (*Steud.*) 409. *60.*
Sape. *St. Hil.* 406. *23.*
Sara. *Roxb.* 406. *9.*
semidecumbens. *Roxb.* 406. *13.*
sinense. *Roxb.* 406. *14.*
Siska. *Cav.* 405 sub Imperata *1.*
Sorghum. (*Steud.*) 408. *53.*
speciosissimum. *Tausch.* 407. *8.*
sphacelatum. *Walp.* 92 sub *744.*
spicatum. *Presl.* 407. *24.*
spicatum. *Thunb.* 405 sub Imperata *2.*
Saccharum spontaneum. *Lin.* 405. *5.*
spontaneum. *Beauv.* 405 sub *6.*
strictum. *Spr.* 408. *44.*
Thunbergii. *Retz.* 405 sub Imperata *4.*
tinctorium. *Steud.* sic ponendum 407. *32.* loco S. obscurum.
tristachym. (*Steud.*) 408. *57.*
versicolor. (*Steud.*) 409. *58.*
villosum. *Steud.* 408. *40.*
violaceum. *Tuss.* 405. *3.*
Schedonnardus. *Steud.* 146.
texanus. *Steud.* 146. *1.*
Schedonorus. *Beauv.* vid. Festuca.
bromoides. *Wight.* 316 sub *214* et *217.*
Schellingia. *Steud.* 214.
tenera. *Steud.* 214. *1.*
Schismus. *Beauv.* 295.
arabicus. *Nees.* 295. *5.*
brevifolius. *Nees.* 295. *3.*
marginatus. *Beauv.* 295. *1.*
minutus. *R. S.* 295. *7.*
ovalis. *Nees.* 295. *2.*
patens. *Presl.* 295. *8.*
scaberrimus. *Nees.* 295. *4.*
tenuis. *Steud.* 295. *6.*
Schizachne. *Trin.* Sectio Stipae. 129. §. 4.
Schizachyrum. *Nees.* vid. Andropogon. 365. §. 2.
condensatum. *Nees.* 384 sub *259.*
intermedium. *Nees.* 384 sub *260.*
filiforme. *Nees.* 365 sub *17.*
tenerum. *Nees.* 366 sub *24.*
zeylanicum. *Arnot.* 365 sub *23.*
Schizostachyum. *Nees.* 332.
Apus. (*Steud.*) 332. *3.*
Bitung. (*Steud.*) 332. *4.*
Blumii. *Nees.* 332. *1.*
capitatum. *Rupr.* 332. *6.*
Durie. *Rupr.* 332. *5.*
Iraten. *Steud.* 332. *7.*
Zollingeri. *Steud.* 332. *2.*
Schmidtia. *Steud.* 199.
pappophoroides. *Steud.* 199. *1.*
Schmidtia. *Sternb.*
subtilis. *Seidl.* 147 sub Coleanthus *1.*
utriculosa. *Sternb.* 147 sub Coleanthus *1.*
Schoenefeldia. *Kunth.* 202.
gracilis. *Kunth.* 202 sub *1* et *2.*
nutans. *Steud.* 202. *2.*
pallida. *Edgew.* 202. *3.*
Sclerachne. *R. Brown.* 9.
punctata. *Horsf.* 9. *1.*
Sclerachne. *Torr.* 186.
arkansana. 186. *1* est Limnas. 153. *2.*
pilosa. *Trin.* 186. *2.* transfer. ad. Limnas pilosa sub 153. *3.*
Sclerochloa. *Beauv.* 302. Sect. II.
arenaria. *Nees.* Glyceria Neesii. 286. sub *26.*
Borreri. *E. B.* 286 sub *19.*
divaricata. *Beauv.* 287 sub *36.*
pumila. *Boiss.* 428 sub *15c.*
Scleropoa. *Griseb.*
memphitica. *Parlat.* 303 sub *12.*
rigida. *Griseb.* 303 sub *8.*
Secale. *Lin.* 347.

Secale anatolicum. *Boiss.* 347. *7.*
arundinaceum. *Trautv.* 347. *2.*
cereale. *Lin.* 347. *1.*
creticum. *Lin.* 347. *6.*
dalmaticum. *Visian.* 347. *4.*
fragile. *Bbrst.* 347. *3.*
glaucum. *Urvill.* 348. *8.*
montanum. *Guss.* 347. *6.*
Sieberianum. *Bess.* 347 sub *6.*
sylvestre. *Host.* 347 sub *3.*
villosum. *Lin.* 346 sub *79.*
Sehima. *Forsk.*
ischaemonoides. *Forsk.* 369 sub *69.*
Kotschyi. *Hochst.* 369 sub *71.*
macrostachya. *Hochst.* 369 sub *70.*
Sericura. *Hassk.* 404.
elegans. *Hassk.* 405. *1.*
japonica. *Steud.* 195 sub Oxyanthe *1.*
Sesleria. *Arduini.* 295.
alba. *Smith.* 295. *2.*
albicans. *Kit.* 295. *3.*
americana. *Nees.* 296. *18.*
argentea. *Savi.* 296 sub *9.*
caucasica. *Scheele.* 296. *11.*
coerulans. *Friwalds.* 296. *6.*
coerulea. *Arduin.* 295. *1.*
cylindrica. *Dec.* 296. *9.*
dactyloides. *Nutt.* 296. *20.*
disticha. *Pers.* 296. *16.*
dura. *Kunth.* 303 sub *14.*
echinata. *Lam.* 298 sub *19.*
elongata. *Host.* 206. *7.*
filifolia. *Heuff.* 296 sub *5.*
juncifolia. *Host.* 296. *5.*
marginata. *Griseb.* 296 sub *6.*
mutica. *Badaro.* 396. *19.*
nitida. *Tenor.* 296 *10.*
pedemontana. *Reut.* et *Boiss.* 296. *17.*
phleoides. *Brbst.* 296. *12.*
polyathera. *C. Koch.* 296. *13.*
rigida. *Heuff.* 296. *8.*
sphaerocephala. *Ard.* 296. *14.*
tenella. *Host.* 296. *15.*
tenuifolia. *Schrad.* 295. *4.*
Setaria. *Beauv.* vid. Panicum. 49. Sectio VII.
ambigua. *Schrad.* 50 sub *195.*
atroseta. *Steud.* 202 sub Pennisetum 2.
aurea. *Hochst.* 50 sub *196.*
brachiata. *Kunth.* 73 sub *481.*
composita. *H. B.* 53 sub *228.*
dioica. *Hochst.* 117 sub Beckera *4* et 118. *6.*
elongata. *Spr.* 53 sub *226.*
flava. *Kunth.* 50 sub *184.*
geniculata. *Sieber.* 109 sub *86.*
gracilis. *H. B.* 50 sub *185.*
Hochstetteri. *Rich.* 118 sub Beckera *7.*
imberbis. *Kunth.* 50 sub *185.*
longifolia. *Link.* 54 sub *242.*
longiseta. *Beauv.* 49 sub *174.*
luxurians. *Willd.* 54 sub *244.*
macrostachya. *H. B.* 53 sub *225.*
macrostachya. *Hochst.* 53 sub *227.*
nubica. *Link.* 52 sub *215.*
polystachya. *Scheele.* 51 sub *206.*
Setaria purpurascens. *H. B.* 50 sub *189.*
stricta. *Kunth.* 39 sub *17*
tenuissima. *Schrad.* 52 sub *212.*
vaginata. *Spr.* 54 sub *248.*
Solenachne. *Steud.* 12.
phalaroides. *Steud.* 12. *1.*
Sorghum. *Pers.* vid. Andropogon 293. §. 25.
barbatum. *Hrbr. un. it.* 238 sub Tristachya *7.*
dubium. *C. Koch.* 394 sub *391.*
giganteum. *Edgew.* 394 sub *384.*
vulgare. *Pers.* 393 sub *375* et *380.*
Spartina. *Schreb.* 214.
alterniflora. *Loisl.* 214. *9.*
arundinacea. *Carmich.* 215. *18.*
brasiliensis. *Radd.* 215. *11.*
capensis. *Nees.* 215. *21.*
ciliata. *Kunth.* 215. *14.*
coarctata. *Trin.* 215. *12.*
cynosuroides. *Willd.* 214. *4.*
densiflora. *Brongn.* 215. *15.*
dissitiflora. *Steud.* 215. *13.*
fasciculata. *Beauv.* 215. *19.*
foliosa. *Trin.* 214. *7.*
geniculata. *Beauv.* 215. *20.*
glabra. *Mhlbrg.* 214. *5.*
glabriuscula. *Hassk.* 215 (nomen).
gracilis. *Hook.* 214. *3.*
juncea. *Willd.* 214. *1.*
junciformis. *Engelm. Gray.* 214. *2.*
laevigata. *Link.* 214 sub *5.*
patens. *Mhlbrg.* 214. *6.*
pectinata. *Bosc.* 215. *16.*
pubera. *Hassk.* 215 (nomen).
pumila. *Roth.* 215. *17.*
stricta. *Roth.* 215. *8.*
versicolor. *Fabre.* 215. *10.*
Sphenopus. *Trin.*
Gouani. *Trin.* 287 sub *36.*
Spinfex. *Lin.* *113.*
alternifolius. *Nees.* 113. *3.*
dealbatus. *Nees. Mey.* 113 sub *1.*
fragilis. *R. Br.* 113. *6.*
hirsutus. *R. Br.* 113. *2.*
longifolius. *R. Br.* 113. *5.*
sericeus. *R. Br.* 113. *4.*
squarrosus. *Lin.* 113. *1.*
Spodiopogon. *Nees. Trin.* vid. Andropogon 298. §. 27.
angusifolius. *Trin.* 373 sub *115.*
cuspidatus. *W. Arn.* 373 sub *112.*
ciliaris. *Nees.* 375 sub *133.*
laniger. *Nees.* 373 sub *117.*
obliquivalvis. *Nees.* 373 sub *118* et *119.*
pilosus. *Nees.* 273 sub *111.*
scrobiculatus. *Nees.* 373 sub *113.*
villosus. *Nees.* 374 sub *119.*
zeylanicus. *Nees.* 377 sub *160.*
Sporobolus. *R. Brown.* vid. Vilfa.
blepharophyllus. *Rich.* 176 sub Triachyrum *1.*
discoporus. *Nees.* 176 sub Triachyrum *1.*
durus. *Brongn.* 162 sub *115.*
pallidus. *Lindl.* 162 sub *116.*
panicoides. *Rich.* 176 sub Triachyrum *3.*
Sporobolus pyramidalis. *Nees.* 155 sub *21.*
tenellus. *Kunth.* 154 sub *20.*
villosus. *Hochst.* 102 sub Hymenache *4.*
Stemmatospermum. *Beauv.*
verticillatum. *Beauv.* 333 sub Nastus *2.*
Stenotaphrum. *Trin.* 118.
americanum. *Schrank.* 118 sub *1.*
complanatum. *Schrank.* 118 sub *1.*
glabrum. *Trin.* 118 sub *1.*
Koenigii. *Schrank.* 118 sub *1.*
madagascariense. *Kunth.* 118. *3.*
subulatum. *Trin.* 118. *2.*
Stipa. *Lin.* 124.
altaica. *Trin.* 132 sub *100.*
amethystina. *Steud.* 124. *10.*
arabica. *Trin. Rupr.* 131. *87.*
arenaria. *Brot.* 132. *105.*
arguens. *Lin.* 401 sub *18.*
Aristella. *Lin.* 131. *94.*
australis. *Zoll. Moritz.* 132. *101.*
avenacea. *Lin.* 129. *65.*
barbata. *Desf.* 130. *85.*
barbata. *Hrbr. un.* 131 sub *87.*
barbata. *Michx.* 129 sub *65.*
Bergeri. *Link.* 129 sub *71.*
bicolor. *Vahl.* 124. *2.*
bicolor. *Berter.* 127 sub *37.*
bicolor. *Pursh.* 129 sub *65.*
brachychaeta. *Godron.* 126. *28.*
Bungeana. *Trin.* 129. *70.*
Calamagrostis. *Whlbrg.* 132. *103.*
campylachne. *Nees.* 128. *48.*
canadensis. *Poir.* 122 sub *12.*
capensis. *Thunb.* 129. *72.*
capillaris. *Link.* 179 sub *26.*
capillata. *Lin.* 130. *74.*
capillata. *Hook.* 130 sub *75.*
Caragana. *Trin.* 132. *102* et 129 sub *68.*
caspia. *C. Koch.* 131. *86.*
caudata. *Trin.* 125. *15.*
ciliata. *Scheele.* 127. *42.*
coerulea. *Presl.* 125. *17.*
comata. *Trin.* 130. *75.*
commutata. *Trin. Rupr.* 128. *53.*
compressa. *R. Br.* 127. *45.*
conferta. *Poir.* 129. *68.*
consanguinea. *Trin.* 130. *82.*
crinita. *Gaudich.* 127. *43.*
Cumingiana. *Trin.* 125. *11.*
damascena. *Boiss.* 420. *87b.*
Delilei. *Steud.* 126. *31.*
demissa. *Steud.* 130. *83.*
Dichelachne. *Steud.* 120 sub Dichelachne *1.*
Dregeana. *Steud.* 132. *98.*
Drummondii. *Steud.* 128. *50.*
Ehrenbergiana. *Trin. Rupr.* 130. *77.*
elegantissima. *Labil.* 128. *59.*
elongata. (*Steud.*) 132. *99.*
eminens. *Cav.* 125. *13.*
eminens. *Nees.* 124 sub *3.*
eriostachya. *H. B.* 127 sub *35.*
Fernandeziana. *Steud.* 124. *7.*
filiculmis. *Delil.* 126. *30.*
filifolia. *Nees.* 126. *25.*
filiformis. *Turczn.* 132. *97.*

Stipa fimbriata. *H. B.* 125. *19.*
flavescens. *Labil.* 127. *47.*
formicarum. *Delil.* 126. *27.*
gigantea. *Lagasc.* 130. *80.*
gigantea. *Hrbr. un.* 129 sub *71.*
gigantea. *Link.* 132 sub *105.*
hispanica. *Trin. Rupr.* 131. *86b.*
Hohenackeriana. *Trin. Rupr.* 131. *91.*
holosericea. *Trin.* 130. *81.*
humilis. *Cav.* 127. *39.*
hyalina. *Nees.* 126. *26.*
Jarava. *Beauv.* 127. *35.*
ibarrensis. *H. B.* 125. *21.*
Ichu. *R. P.* 127 sub *35.*
inconspicua. *Presl.* 122 sub *16.*
intermedia. *Trin. Rupr.* 124. *1.*
intricata. *Godron.* 126. *29.*
juncea. *Lin.* 130. *73.*
juncea. *Falk.* 131 sub *82.*
juncea. *Pursh.* 130 sub *79.*
koleotricha. *Steud.* 125. *18.*
Kotschyana. *Hochst.* 130. *76.*
lachnophylla. *Trin.* 125 sub *11.*
laeviculmis. *Nees.* 127. *44.*
Lagascae. *R. S.* 130 sub *80.*
laxa. *Portnsch.* 132 sub *99.*
leiocarpa. *Nees.* 124. *5.*
Lessingiana. *Trin. Rupr.* 131. *90.*
leucogluma. *Steud.* 420. *32b.*
leucotricha. *Trin. Rupr.* 129. *64.*
longearistata. *Steud.* 127. *46.*
longiflora. *Steud.* 124. *4.*
megalantha. *Steud.* 124. *6.*
megapotamica. *Spr.* 125. *24.*
melanocarpa. *Mhlbrg.* 389. *321.*
melanosperma. *Presl.* 125. *22.*
membranacea. *Lin.* 303 sub *17.*
membranacea. *Pursh.* 122 sub *15.*
Meyeriana. *Trin.* 131 sub *88.*
micrantha. *R. Br.* 121 sub Streptachne *3.*
mollis. *R. Br.* 128. *58.*
mongolorica. *Trin.* 132. *97.*
mucronata. *H. B.* 125. *14.*
Neaei. *Nees.* 126. *33.*
Neesiana. *Trin. Rupr.* 124. *3.*
Nuttalliana. *Steud.* 129 sub *67.*
orientalis. *Lin.* 131. *89.*
orientalis. *C. A. Meyer.* 131 sub *88.*
Orthoraphium. *Steud.* 131. *96.*
ovata. *Trin.* 123 sub *30.*
panicoides. *Lin.* 123 sub *30.*
papposa. *Nees.* 127. *37.*
papposa. *Delil.* 126. *31.*
parviflora. *Desf.* 129. *71.*
parviflora. *Nutt.* 129 sub *67.*
parvula. *Nees.* 129. *62.*
pennata. *Lin.* 131. *92.*
pennatiformis. *Notaris.* 420 add. ad *88.*
Philippi. *Steud.* 125. *16.*
plumosa. *Trin.* 127. *41.*
plumosula. *Nees.* 127. *38.*
Poeppigiana. *Trin. Rudr.* 124. *9.*
prolifera. *Steud.* 131. *95.*
puberula. *Steud.* 128. *56.*
pubescens. *Sieber.* 128 sub *52. 53.*
pubinodis. *Trin. Rupr.* 128. *55.*
pulcherrima. *C. Koch.* 131. *93.*
Stipa pungens. *Nees. Meyen.* 127. *36.*
ramosissima. *Trin.* 121 sub Streptachne *2.*
Redowskyi. *Trin.* 132 sub *102.*
Richardsonii. *Link.* 129. *66.*
Richteriana. *Karel. Kiril.* 130. *78.*
rudis. *Spr.* 128. *52.*
scabra. *Lindl.* 128. *60.*
Sellowiana. *Nees.* 125. *23.*
semibarbata. *R. Br.* 128. *57.*
sericea. *Michx.* 179 sub *26.*
setacea. *R. Br.* 128. *34.*
setigera. *Presl.* 124. *8.*
sibirica. *Lam.* 129. *69.*
spartea. *Trin.* 130. *79.*
speciosa. *Trin. Rupr.* 127. *40.*
spica venti. *Godron.* 129. *63.*
spinifex. *Houtt.* 113 sub Spinifex *1.*
splendens. *Trin.* 132. *100.*
striata. *Link.* 128. *61.*
Szowitziana. *Trin.* 131. *88* et sub *86* et *94* et 420 add. ad *88.*
tenacissima. *Lin.* 132. *104.*
tenella. *Godron.* 126. *134.*
tenuissima. *Trin.* 126. *32.*
teretifolia. *Steud.* 128. *49.*
tortilis. *Desf.* 130. *84.*
trichotoma. *Nees.* 123 sub *29.*
trochlearis. *Nees. Meyen.* 125. *12.*
verticillata. *Nees.* 121 sub Streptachne *3.*
virginica. *Pers.* 129 sub *65.*
viridula. *Trin.* 129. *67.*
Stipagrostis. *Nees.* 143. Sectio Aristidae §. 3.
Stipopsis. *Steud.* 363 et 377 sub Andropogon §. 15.
Streblochaeta. *Hochst.* 245 sub *77.*
nutans. *Hochst.* 245 sub *79.*
Schimperi. *Hochst.* 245 sub *78.*
Strephium. *Schrad.*
distichophyllum. *Schrad.* 37 sub Olyra *22.*
floribundum. *Nees.* 37 sub *21.*
Streptachne. *R. Brown.* 121.
ramosissima. *Trin.* 121. *2.*
stipoides. *R. Br.* 121. *1.*
verticillata. *Trin.* 121. *3.*
Streptochaeta. *Schrad.* 339.
spicata. *Schrad.* 339. *1.*
Streptogyna. *Beauv.* 339.
crinita. *Beauv.* 339. *1.*
Streptostachys. *Beauv.*
asperifolia. *Desv.* 79 sub *547.*
hirsuta. *Beauv.* 79 sub *547.*
Sturmia. *Pers.* 187.
verna. *Hoppe.* 187 sub Chamagrostis *1.*
Suardia. *Schrank.*
picta. *Schrank.* 84 sub *629.*
Syntherisma. *Schrad.* vid. Panicum.

T.

Tetrachne. *Nees.* 299.
Dregei. *Nees.* 299. *1.*
Tetrapogon. *Beauv.*
villosus. *Beauv.* 204 sub *5.*
Tetrarrhena. *R. Brown.* 7. Ehrharta.**
Thelepogon. *Roth.*
elegans. *Roth.* 376 sub *147.*
Themeda. *Forsk.*
triandra. *Forsk.* 402 sub *38.*
Thouarea. *Pers.* 112.
involuta. *R. Br.* 113. *4.*
latifolia. *R. Br.* 112. *2.*
media. *R. Br.* 113. *3.*
sarmentosa. *Pers.* 112. *1.*
Thrasya. *Humb. Bonpl.*
cultrata. *Nees.* 55 sub *257.*
hirsuta. *Nees.* 55 sub *261.*
paspaloides. *H. B.* 55 sub *259.*
Thysanachne. *Presl.*
peruviana. *Presl.* 115 sub *20.*
scoparia. *Presl.* 115 sub *17.*
Thyssanolaena. *Nees. Arn.* 119.
acarifera. *Nees. Arn.* 119. *1.*
agrostis. *Nees. Arn.* 119. *2.*
Tinaea. *Garcia.*
elegans. *Garcia.* 300 sub Lamarckia *1.*
Torresia. *Ruiz. Pav.*
magellanica. *Beauv.* 14 sub Hierochloa *7.*
utriculata. *R. P.* 13 sub Hierochloa *4.*
Trachynotia. *Michx.* vid. Spartina *214.*
polystachya. *Michx.* 214. sub *4.*
Trachypogon. *Nees.* vid. Andropogon 368. §. 4 et 381. §. 18.
capensis. *Trin.* 368 sub *59.*
stipoides. *Nees.* 392 sub *359.*
Tragus. *Haller.*
brevicaulis. *Boiss.* 419 add. ad 112.
occidentalis. *Nees.* 112 sub Lappago *2.*
racemosus. *Schreb.* 112 sub Lappago *1.*
Triachyrum. *Hochst.* 176.
adoense. *Hochst.* 176 sub *1.*
cordofanum. *Hochst.* 176. *4.*
discoporum. (*Steud.*) 176. *1.*
longifolium. *Hochst.* 176. *3.*
micranthum. *Steud.* 176. *2.*
nilagiricum. *Steud.* 176. *5.*
Triaena. *Humb. Bonpl.*
racemosa. *H. B.* 216 sub *7.*
Triathera. *Desv.* 217.
americana. *Desv.* 217. *1.*
juncea. *Beauv.* 217 sub *1.*
Trichachne *Nees.* vid. Panicum 97. Sect. XVIII.
ferruginea. *Nees.* 97 sub *811.*
insularis. *Nees.* 97 sub *805.*
tenuis. *Nees.* 97 sub *809.*
velutina. *Nees.* 97 sub *810.*
Trichochloa. *Desv.* vid. Mühlenbergia *177.*
calycina. *Trin.* 182 sub *5.*
glomerata. *Trin.* 182 sub *5.*
setosa. *R. S.* 179 sub *20.*
sobolifera. *Trin.* 181 sub Cinna *1.*
Trichaeta. *Beauv.*
ovata. *Beauv.* 225 sub *1.*
Trichodium. *Michx.* vid. Agrostis 162.
album. *Presl.* 165 sub *31.*
decumbens. *Beauv.* 164 sub *37.*
montanum. *Torr.* 164 sub *25.*
Tricholaena. *Schrad.* vid. Panicum 92. Sect. XIV.

Tricholaena arenaria. *Nees.* 92 sub *741.*
grandiflora. *Hochst.* 93 sub *747.*
Wightii. *Nees.* 93 sub *749.*
longiseta. *Hochst.* 92 sub *746.*
Trichoon. *Roth.*
Karka. *Roth.* 196 sub *9* et 197 sub Oxyanthe *11.* nota.
Trichopterix. *Nees.* 244. §. 5.
Tricuspis. *Beauv.* vid. Uralepis.
caroliniana. *Beauv.* 247 sub *5.*
seslerioides. *Torr.* 247 sub *5.*
Tridens. *Nees.*
brasiliensis. *Nees.* 248 sub Uralepis *17.*
virens. *Nees.* 248 sub *18.*
Triniusa. *Steud.* 328.
Danthonia. *Steud.* 328. *1.*
flavescens. *Steud.* 328. *2.*
Triodia. *R. Brown.* 249.
ambigua. *R. S.* 249. *7.*
antarctica. *Hook. fil.* 249. *9.*
avenacea. *H. B.* 247 sub Uralepis *4.*
decumbens. *Beauv.* 247. *10.*
filiformis. *Nees.* 249. *11.*
glumosa. *Beauv.* 246 sub *101.*
Greenii. *Spr.* 195 sub Graphephorum *2.*
irritans. *R. Br.* 249. *6.*
Kerguelensis. *Hook.* 249. *8.*
microstachya. *R. Br.* 249. *5.*
pallida. *Spr.* 247 sub Uralepis *6.*
parviflora. *R. Br.* 249. *4.*
procera. *R. Br.* 249. *2.*
pulchella. *H. B.* 247 sub Uralepis *3.*
pungens. *R. Br.* 249. *1.*
splendida. *Steud.* 249. *3.*
tridenticulata. *Nees.* 249. *12.*
viscida. *R. S.* 249 sub *1.*
Triplasis. *Beauv.* 217.
americana. *Beauv.* 217. *1.*
Tripogon. *Roth.* 301.
abyssinicus. *Nees.* *2.*
bromoides. *Roth.* 301. *1* et sub *9.*
filiformis. *Nees.* 301. *4.*
Griffithii. *Wight. Arn.* 301. *5.*
lanatus. *Hochst.* 301. *9.*
minimus. *Hochst.* 301. *3.*
semitruncatus. *Nees.* 301. *8.*
unidentatus. *Nees.* 301. *6.*
zeylanicus. *Nees.* 301. *7* et sub *9.*
Tripsacum. *Lin.* 362.
cylindricum. *Michx.* 363. *3.*
dactyloides. *Lin.* 362. *1.*
fasciculatum. *Trin.* 363 (nomen).
hermaphroditum. *Lin.* 111 sub Antephora *1.*
monostachyum. *Willd.* 362. *2.*
semiteres. *Wall.* cat. 363 (nomen).
Triraphis. *R. Brown.* 199.
capensis. *Nees.* 243 sub *60.*
mollis. *R. Br.* 199. *2.*
pumilio. *R. Br.* 199. *3.*
pungens. *R. Br.* 199. *1.*
Trisetaria. *Forsk.*
linearis. *Delil.* 277 sub *31.*
Trisetarium. *Ledeb.* 235. Avena Sect. V.
Trisetum. *Pers.* 224.
agrostoides. (*Steud.*) 226. *18.*
airaeforme. *Steud.* 229. *63.*
Trisetum Alopecuros. *R. S.* 229. *69.*
alpestre. *Beauv.* 226. *23.*
andinum. *Benth.* 228. *53.*
andropogonoides. *Steud.* 228. *46.*
anomalum. *Steud.* 424. *65b.*
antarcticum. *Nees.* 227. *41.*
aureum. *Nees.* 225. *4.*
barbatum. *Steud.* 228. *58.*
barbatum. *Nees.* 227. *40.*
barbinode. *Trin.* 229. *61.*
Berteronianum. *Kunth.* 220 sub *28.*
Berteronianum. *Steud.* (olim) 220 sub *24.*
brevifolium. *R. S.* 226. *17.*
caudulatum. *Trin.* 229. *60.*
Cavanillesii. *Trin.* 225. *14.*
cernuum. *Trin.* 228. *48.*
chloranthum. (*Steud.*) 225. *12.*
condensatum. *Presl.* 225. *10.*
danaense. *Boiss.* 227. *30.*
Deyeuxioides. *Kunth.* 228. *57.*
Dregeanum. (*Steud.*) 227. *40.*
Dufourei. *Boiss.* 225. *15.*
elongatum. *Poir.* 228. *55.*
flavescens. *Beauv.* 226. *22.*
flavescens. *Autor Ross.* 225 sub *3.* nota.
fraudulentum. *Steud.* 424. *57b.*
Friesianum. *Steud.* 225. *8.*
glaciale. *Boiss.* 225. *2.*
glomeratum. *Trin.* 229. *67.*
glumaceum. *Boiss.* 424. *31b.*
Gmelini. *Trin.* 226. *27.*
gracile. *Parlat.* 424. *26b.*
groenlandicum. *Steud.* 228. *50.*
heteronymum. *Steud.* 229. *64.*
hirtulum. (*Steud.*) 228. *47.*
hirtum. *Trin.* 229. *59.*
hirtum. *Nees.* 228 sub *47.*
imberbe. *Nees.* 228. *43.*
labradoricum. *Steud.* 228. *49.*
lachnanthum. *Hochst.* 227. *37.*
leoninum. *Steud.* 228. *42.*
Loefflingianum. *Beauv.* 225. *13.*
longearistatum. *Rich.* 245 sub *79.*
longifolium. *Nees.* 228. *44.*
luteum. *Pers.* 229. *66.*
macrochaetum. *Boiss.* 424. *31c.*
malacanthum. *Steud.* 424. *65b.*
malacophyllum. *Steud.* 229. *63.*
melitense. *Steud.* 225. *6.*
micranthum. *R. S.* 225. *9.*
molle. *Kunth.* 228. *52.*
Morisii. *Trin.* 225. *5.*
myrianthum. (*Steud.*) 226. *19.*
nanum. *Nees.* 227. *35.*
Neesii. *Hochst.* 227. *39.*
neglectum. *R. S.* 225. *11.*
neglectum. *Presl.* 225 sub *10.*
nitidum. *Pers.* 227. *36.*
Noëanum. *Boiss.* 424. *18d.*
ovatum. *Pers.* 224. *1.*
palustre. *Torr.* 228. *51.*
parviflorum. *Pers.* 225. *7.*
pensylvanicum. *Spr.* 287 sub Reboulea *1.*
phleoides. *Kunth.* 229. *68.*
pumilum. *Kunth.* 227. *34.*
purpurascens. *Trin.* 235. *78.*
rigidum. *R. S.* 228. *28.*
Trisetum Ruprechti. *Griseb.* 226. *29.*
sesquiflorum. *Trin.* 227. *33.*
sibiricum. *Rupr.* 225 sub *3.* nota et 227 sub *29.*
smyrnaeum. *Trin.* 227. *26.*
splendidulum. *Steud.* 228. *62.*
Steudelii. *Nees.* 228. *45.*
subspicatum. *Beauv.* 224. *3.*
subspicatum. *Turczn.* 226 sub *23.*
tenue. *R. S.* 226. *20.*
toluccense. *Kunth.* 228. *54.*
transylvanicum. *Steud.* 226. *25.*
Trisetaria. *R. S.* 227. *31.*
umbrosum. *Hochst.* 227. *38.*
velutinum. *Boiss.* 226. *24.*
villosum. *Bertol.* 226. *26.*
virescens. *Nees.* 226. *21.*
viride. *Kunth.* 228. *56.*
Trisiola. *Rafin.* 280 sub Uniola nota.
Tristachya. *Nees.* 237.
barbata. *Nees.* 238. *7.*
chrysothrix. *Nees.* 238. *3.*
leiostachya. *Nees.* 238. *1.*
leucothrix. *Trin.* 238. *4.*
mexicana. *Kunth.* 238. *2.*
microstachya. *Nees.* 238. *8.*
monocephola. *Hochst.* 238. *5.*
simplex. *Nees.* 238. *6.*
Triticum. *Lin.* 341.
abyssinicum. *Steud.* 342. *19.*
agilopoides. *Turczn.* 347 sub *93.*
acutum. *Dec.* 342. *23.*
affine. *Reichb.* 343 sub *28.*
alatum. *Peterm.* 341. *5.*
amyleum. *Sering.* 342 sub *13* et *14.*
angustifolium. *Link.* 345. *70.*
Arras. *Hochst.* 342. *14.*
arundinaceum. *Fries.* 343. *41.*
asperum. *Dec.* 317 sub *231.*
athericum. *Link.* 342. *27.*
atratum. *Host.* 342. *12.*
attenuatum. *H. B.* 346. *82.*
Aucheri. *Boiss.* 345. *62.*
baeticum. *Boiss.* 429. *15b.*
bicorne. *Forsk.* 355 sub *18.*
biflorum. *Brign.* 347. *99.*
biflorum. *Turczn.* 347 sub *93.*
brevisetum. *Dec.* 317 sub *230.*
Brownei. *Kunth.* 347. *95.*
Bungeanum. *Trin.* 344 sub *54.*
bulbosum. (*Steud.*) 346. *81.*
caespitosum. *C. Koch.* 343. *31.*
caninum. *Schreb.* 344. *49.*
caninum. *Ledeb.* 347 sub *41.*
Cienfuegos. *Lagasc.* 341 sub *11.*
clavatum. *Seidl.* 341. *6.*
compositum. *Lin.* 341 sub *4* et *6.*
condensatum. *Kunth.* 346. *83.*
crinitum. *Kunth.* 345. *74.*
cristatum. *Schreb.* 345. *65.* 3
dasyanthum. *Ledeb.* 345. *60.*
dasyphyllum. *Schrenk.* 345. *61.*
densiflorum. *Willd.* 344. *57.*
desertorum. *Fisch.* 345. *68* et 344 sub *47.*
dicoccum. *Schrank.* 341. *11* et sub *13.*
distans. *C. Koch.* 345. *75.*
divergens. (*Steud.*) 347. *92.*
diversiflorum. *Steud.* 342. *17.*

Triticum duplicatum. *Steud.* 344. *52.*
durum. *Desf.* 341. *7.*
elongatum. *Host.* 343 sub *30* et *31*
elymoides. *Hochst.* 346. *89.*
emarginatum. *Godron.* 345. *64.*
farctum. *Vivian.* 342 sub *21.*
festuca. *Dec.* 302 sub *3.*
fibrosum. *Schrenk.* 345. *69.*
filiforme. *Poir.* 347. *96.*
flabellatum. *Tausch.* 317 sub *232.*
fragile. *Roth.* 347. *102.*
Gaertnerianum. *Lagasc.* 341. *11.*
geniculatum. *Trin.* 344. *54.*
genuense. *Dec.* 317 sub *224.*
giganteum. *Retz.* 343. *32.*
giganteum. *Roth.* 343 sub *30.*
glaucum. *Desf.* 343. *34.*
Gmelini. *Trin.* 346. *86.*
Halleri. *Vivian.* 302 sub *3.*
hispanicum. *Vivian.* 302 sub *3.*
hordeaceum. (*Steud.*) 430. *76b.*
hordeiforme. *Host.* 341. *8.*
ichyostachyum. *Opiz.* 347. *100.*
imbricatum. *Stev. Bbrst.* 345. *66.*
junceum. *Lin.* 342. *21.*
junceum. *Host.* 343 sub *34.*
Kingianum. *Endl.* 316 sub *219.*
Kotschyanum. *Boiss.* 346. *77.*
Lachenalii. *Gmel.* 302 sub *3.*
laxnm. *Fries.* 342. *28.*
ligusticum. *Savign.* 344. *43.*
littorale. *Host.* 343 sub *38.*
loliaceum. *Lin.* 302 sub *6.*
lolioides. *Karel. Kiril.* 344. *48.*
longearistatum. (*Steud.*) 346. *87.*
macrourum. *Turczn.* 343. *39.*
maritimum. *Lin.* 302 sub *11.* (et *2.*)
monococcum. *Lin.* 342. *15.*
muricatum. *Link.* 345. *71.*
nigricans. *Pers.* 347. *101.*
nubigenum. (*Steud.*) 342. *25.*
obtusatum. *Godron.* 345. *63.*
obtusiflorum. *Dec.* 344. *46.*
obtusifolium. *Boiss.* 316 sub *223.*
orientale. *Bbrst.* 346. *76.*
panormitanum. *Bertol.* 344. *44.*
pectinatum. *Bbrst.* 345. *72.*
peruvianum. *Lam.* 347. *97.*
phoenicoides. *Dec.* 317 sub *225.*
pilosum. *Kunth.* 346. *85.*
pinnatum. *Moench.* 316 sub *213.*
Poa. *Kunth.* 302 sub *3.*
poliens. *Tausch.* 317 sub *223.*
polonicum. *Lin.* 342. *18.*
Pouzolzii. *Godron.* 343. *36.*
prostratum. *Lin.* 345. *73.*
pseudoagropyrum. *Ledeb.* 344. *53.*
puberulum. *Boiss.* 345. *67.*
pubescens. *Trin.* 344 sub *54.*
pubiflorum. *Steud.* 429. *23b.*
pumilum. *Steud.* 344. *47.*
pycnanthum. *Godron.* 343. *35.*
recognitum. *Steud.* 342. *20.*
repens. *Lin.* 343. *38.*
rigidum. *Schrad.* 343. *30.*
Roegneria. *Ledeb.* 328 sub Roegneria *1.*
rigidum. *Schrad.* 343. *30.*
rupestre. *Link.* 344. *56.*
Savignionii. *Notar.* 429. *42b.*
Triticum Schimperi. *Hochst.* 316 sub *222.*
Schrenkianum. *Fisch. Mey.* 346. *88.*
scirpeum. *Guss.* 342. *22.*
secalinum. *Georg.* 350 sub *38.*
secundum. *Kunth.* 346. *84.*
semicostatum. (*Steud.*) 346. *91.*
siculum. *R. S.* 341. *2.*
sinaicum. *Steud.* 346. *80.*
Solandri. (*Steud.*) 397. *94.*
Spelta. *Lin.* 341. *9.*
Spelta. *Host.* 341 sub *11.*
speltaeforme. *Seidl.* 341. *10.*
spinulosum. *Lagasc.* 341. *3.*
squarrosum. *Roth.* 346. *78.*
squarrosum. *Banks. Sol.* 347 sub *94.*
squarrosum. *Hrbr. un. it.* 346 sub *80.*
striatum. (*Steud.*) 346. *90.*
strigosum. *Spr.* 347. *93.*
subulatum. *Russel.* 347. *98.*
tenellum. *Lin.* 302 sub *3.*
tenue. *Fisch. Mey.* 317 sub *227.*
tenuiculum. *Loisl.* 302 sub *3.*
Tournefortii. (*Steud.*) 344. *42.*
trachycaulon. *Link.* 344. *51.*
trichophorum. *Link.* 342. *26.*
tricoccum. *Schübl.* 342. *13.*
turgidum. *Lin.* 341. *4.*
turgidum. *Hrbr. un. it.* 342 sub *20.*
unilaterale. *Vill.* 302 sub *6.*
vaginans. *Pers.* 344. *50.*
variegatum. *Fisch.* 344. *59.*
velutinum. (*Steud.*) 342. *24.*
venulosum. *Sering.* 342. *16.*
venulosum. *Hrbr. un. it.* 342 sub *20.*
villosum. *Beauv.* 346. *79.*
villosum. *Host.* 341 sub *7.*
violaceum. *Hornm.* 344. *45.*
vulgare. *Vill.* 341. *1.*
Zeae. *Host.* 341 sub *9.*
Trixostis. *Rafin.* 133 sub *2.*
Trochera. *Richard.*
bulbosa. *Beauv.* 6 sub *14.*
calycina. *Beauv.* 6 sub *13.*
striata. *Rich.* 6 sub *14.*

U.

Uniola. *Lin.* 280.
borbonica. *Steud.* 281. *9.*
distichophylla. *Labil.* 280. *1.*
gracilis. *Michx.* 281. *3.*
Jardinei. *Steud.* 281. *13.*
indica. *Spr.* 281. *10.*
latifolia. *Michx.* 280. *2.*
maritima. *Michx.* 281 sub *7.*
mucronata. *Lin.* 281. *12.*
nitida. *Baldw.* 281. *15.*
ornithoryncha. (*Steud.*) 280. *4.*
paniculata. *Lin.* 281. *7.*
prostrata. *Trin.* 281. *6.*
racemiflora. *Trin.* 281. *11.*
scoparia. *Nees.* 281. *17.*
sparta. *Trin.* 281. *18.*
spicata. *Lin.* 280. *4.*
spicata. *Nees.* Agr. bras. 281 sub *17.*
stricta. *Torr.* 281. *16.*
thalassica. *Trin.* 281. *8.*
Urachne. *Trin.* 121.
acutigluma. *Steud.* 121. *4.*
asperifolia. *Trin.* 122. *13.*
brevicaudata. *Trin.* 122. *12.*
chilensis. *Trin.* 123 sub *21.*
coerulescens. *Trin.* 121. *5.*
depressa. *Steud.* 123. *28.*
fusca. (*Steud.*) 123. *25.*
gigantea. *Steud.* 123. *22.*
grandiflora. *Steud. Hochst.* 124 sub *6.*
grandiflora. *Trin.* 122 sub *8* et *8b.*
Haenkeana. *Trin. Rupr.* 122. *12.*
holciformis. *C. Koch.* 122. *9* et sub *8.*
laevis. *Trin. Rupr.* 122. *18.*
Linnaei. *Trin. Rupr.* 121. *3.*
lanata. *Trin.* 122. *15.*
longiflora. *Steud.* 124 sub *4.*
macrathera. (*Steud.*) 123. *24.*
major. *Trin. Rupr.* 122. *20.*
Meyeriana. *Trin. Rupr.* 122. *17.*
micrantha. *Trin. Rupr.* 122. *11.*
molinoides. *Boiss.* 122. *10.*
obtusa. *Trin. Rupr.* 123. *23.*
panicoides. *Trin. Rupr.* 123. *27.*
parviflora. *Trin.* 121. *1.*
pubiflora. *Trin. Rupr.* 122. *19.*
purpurea. *Lapeyr.* 122. *6.*
racemosa. *Trin.* 122. *14.*
ramosa. *Steud.* 123. *21.*
setosa. *Trin.* 123. *30.*
simplex. *Trin. Rupr.* 123. *26.*
sinaica. *Steud.* 122. *8b.*
songaria. *Trin. Rupr.* 122. *8.*
stipoides. *Trin. Rupr.* 123. *31.*
Thomasii. (*Steud.*) 122. *7.*
trichotoma. *Trin.* 123. *29.*
virescens. *Trin.* 121. *2.*
Uralepis. *Nutt.* 247.
alba. *Steud.* 248. *11.*
ambigua. *Kunth.* 247. *7.*
arenaria. *Steud.* 247. *19.*
avenacea. *Kunth.* 247. *4.*
brasiliensis. (*Steud.*) 247. *17.*
capensis. *Kunth.* 248. *15.*
ciliata. *Steud.* 247. *8.*
cuprea. *Kunth.* 247. *5.*
Drummondii. *Steud.* 241. *10.*
Eleusine. *Steud.* 248. *14.*
fusca. (*Steud.*) 247. *9.*
livida. *Kunth.* 248. *18.*
pallida. *Kunth.* 247. *6.*
pulchella. *Kunth.* 247. *3.*
purpurea. *Nutt.* 247. *2.*
verticillata. (*Steud.*) 248. *16.*
virens. *Kunth.* 248. *18.*
Urochlaena. *Nees.* 299.
pusilla. *Nees.* 299. *1.*
Urochloa. *Beauv.*. vid. Panicum. Sect. IV. p. 43.
glabra. *Brongn.* 61 sub *344.*
panicoides. *Kunth.* 61 sub *341.*
paspaloides. *Presl.* 61 sub *343.*
pubescens. *Kunth.* 58 sub *296.*

V.

Vahlodea. *Fries.*
atropurpurea. *Fries.* 222 sub *53.*

Vetiveria. *Virey.*
odorata. *Virey.* 394 sub *393.*
Vilfa. *Adans.* 153. *
acuminata. *Trin.* 157. *60.*
adusta. *Trin.* 158. *65.*
aenea. *Trin.* 158. *62.*
affinis. *Kunth.* 161. *113.*
airoides. *Trin.* 162. *114.*
albicans. *Nees.* 161. *104.*
algida. *Trin.* 147 sub Phippsia *1.*
alpicola. *Hochst.* 154. *10.*
angustifolia. *Rich.* 160. *93.*
arabica. *Boiss.* 421 sub *71b.*
arguta. *Retz.* 155. *31.*
arkansana. *Trin.* 155. *35.*
arundinacea. *Trin.* 176 sub Colpodium *1.*
aspera. *Beauv.* 161 sub *112.*
asperifolia. *Nees. Meyen.* 160. *95.*
atrovirens. *H. B.* 159. *75.*
Berteriana. *Trin.* 161. *103.*
brevifolia. *Nees.* 154. *20* et 155 sub *23.*
Brongniartii. (*Steud.*) 162. *115.*
caespitosa. *Kunth.* 157. *52.*
capensis. *Beauv.* 160. *90.*
capensis. *Hochst.* 160 sub *91.*
centrifuga. *Nees.* 154. *17.*
ciliata. *Presl.* 155. *33.*
compressa. *Torr.* 160. *89.*
commutata. *Trin.* 154. *19.*
conferta. *J. A. Schmidt.* 160. *92.*
confertiflora. *Rich.* 155. *25.*
confinis. *Steud.* 160. *94.*
coromandelina. *Beauv.* 153. *1.*
cryptandra. *Torr.* 156. *47* et sub *48.*
cuspidata. *Hook.* 161. *109.*
diandra. *Trin.* 155. *28.*
dianthera. (*Steud.*) 162. *123.*
domingensis. *Trin.* 155. *34.*
Drumondii. *Trin.* 161. *110.*
dura. *Trin.* 153. *9.*
elatior. *Nees.* 157. *53.*
elegans. *H. B.* 163 sub *8.*
elongata. *Beauv.* 159. *84.*
eminens. *Presl.* 159. *81.*
erosa. *Trin.* 159. *76.*
exilis. *Trin.* 159. *80.*
eximia. *Nees.* 157. *61.*
fastigiata. *Presl.* 161. *101.*
festiva. *Hochst.* 158. *71.*
fimbriata. *Nees.* 156. *46.*
fulvescens. *Trin.* 157. *59.*
Funckii. *Steud.* 159. *77.*
Gaditana. *Boiss.* 154. *14.*
Gaudichaudii. (*Steud.*) 164 sub *22.*
geniculata. *Nees.* 156. *40.*
Gigas. *Steud.* 160. *98.*
glaucifolia. *Hochst.* 154. *13.*
glomerata. *Presl.* 170 sub *94.*
gracilis. *Trin.* (Agrost. I. *73.*) 161. *108.*
gracilis. *Trin.* (l. c. *35.*) 157 sub *56.*
grandiflora. *Nees.* 158. *67.*
helvola. *Trin.* 153. *6.*

* Species ab autoribus sub Sporobolus enumeratae omnes huc surt relatae.

Vilfa heterolepis. *Gray.* 157. *58.*
Hookeri. *Trin.* 161. *111.*
humifusa. *H. B.* 159. *86.*
humilis. *Presl.* 153. *2.*
Jacquemontii. *Kunth.* 159. *88.*
indica. *Trin.* 162. *171* et 159 sub *84.*
insularis. *Parlat.* 156. *37.*
intermedia. *Trin.* 156. *42.*
ioclados. *Nees.* 156. *36.*
juncea. *Trin.* 157. *57.*
Lindleyi. (*Steud.*) 162. *116.*
littoralis. *Beauv.* 162. *118.*
longifolia. *Trin.* 161. *112.*
Ludwigii. *Hochst.* 155. *23.*
macra. *Trin.* 158. *63.*
mangalorica. *Hochst.* 159. *83.*
marginata. *Hochst.* 155. *24.*
Matrella. *Nees.* 153. *8.*
mauritiana. *Steud.* 157. *49.*
minima. *Trin.* 162. *119.*
minuta. *Trin.* 158. *70.*
minutiflora. *Trin.* 158. *73.*
Mitchelli. *Trin.* 153. *7.*
monandra. *Trin.* 147 sub Phippsia *1.*
Mühlenbergia. (*Steud.*) 162. *120.*
murina. *Sieb.* 157 sub *50.*
orientalis. (*Steud.*) 156. *38.*
pallida. *Nees.* 155. *32.*
paniculata. *Trin.* 156. *44.*
parviflora. *Beauv.* 162. *120.*
parvula. (*Steud.*) 158 sub *70.*
pilifera. *Trin.* 156. *45.*
plumbea. *Trin.* 160. *100.*
Preslii. (*Steud.*) 155 sub *33.*
pulchella. *R. Br.* 155. *26.*
pungens. *Beauv.* 157. *51.*
purpurascens. *Beauv.* 157. *55.*
pyramidalis. *Trin.* 155. *22.*
ramosissima. *Kunth.* 154. *18.*
ramulosa. *H. B.* 158. *69.*
repens. *Presl.* 161. *105.*
Retzii. *Steud.* 162. *122.*
Richardii. (*Steud.*) 153. *4.*
Richardsonis. *Trin.* 161. *106.*
Riehlii. *Steud.* 154. *16.*
rigens. *Trin.* 158. *66.*
rigidifolia. *Trin.* 158. *64.*
robusta. *Kunth.* 154. *12.*
rupestris. *Kunth.* 156. *41.*
rupestris. *Trin.* 166 sub *96.*
Ruppelliana. *Fres.* 160. *91.*
Schiedeana. *Trin.* 157. *54.*
scoparia. *Presl.* 156. *39.*
serotina. *Torr.* 159. *87.*
setulosa. *Trin.* 154. *11.*
Spartinae. *Trin.* 158. *68.*
spicata. *Beauv.* 160. *97.*
squarrosa. *Trin.* 161. *102.*
stachydantha. *Rich.* 156. *43.*
subpyramidata. *Trin.* 155. *29.*
subsetacea. *Trin.* 157. *56.*
subtilis. *Trin.* 159. *79.*
tenacissima. *H. B.* 160. *96.*
tenera. *Trin.* 159. *78.*
tremula. *Trin.* 160. *99.*
trichodes. *H. B.* 153. *3.*
Triniana. (*Steud.*) 156. *48.*
Vilfa truncatella. *Nees.* 159. *85.*
vaginaeflora. *Torr.* 154. *15.*
verticillata. *Nees.* 158. *74.*
villifera. *Steud.* 159. *82.*
villosa. *Trin.* 155. *27.*
villosa. *Hochst.* 159 sub *82.*
Vincenti. *Steud.* *30.*
virginica. *Beauv.* 157. *50.*
vulgaris. *Beauv.* 167 sub *64.*
vulgaris. *Wight.* 168 sub *72.*
xerampelina. *Trin.* 161. *107.*
Virgaria. *Trin.* Panicum. Sect. XI. p. 64.
Vossia. *Wall.* et *Griff.* 359.
cuspidata. *Wall. Griff.* 359. *1.*
Vulpia. *Gmel.* Festuca. Sect. III. p. *303.*
megastachya. *Nees.* 305 sub *46.*
membranacea. *Link.* 303 sub *16.*

W.

Wangenheimia. *Bernh.*
canescens. *Bernh.* 219 sub Aira *1.*
Wilhelmsia. *C. Koch.* 201.
caucasica. *C. Koch.* 201. *1.*
Windsoria. *Nutt.* vid. Uralepis 247.
pallida. *Torr.* 285 sub *11.*
poaeformis. *Nutt.* 247 sub *5.*

X.

Xenochloa. *Lichtst.*
arundinacea. *Lichtst.* 196 sub *18.*
Xenochloa. *R. Brown.* 113.
barbata. *R. Br.* 113. *2.*
imberbis. *R. Br.* 113. *1.*
latifolia. *Hassk.* 113. *3.*
Xystidium. *Trin.*
barbatum. *Presl.* 186 sub Perotis *1.*
maritimum. *Trin.* 186 sub Perotis *1.*

Z.

Zea. *Lin.* 9.
cryptosperma. *Bonaf.* 9 (nomen).
Curagua. *Molin.* 9. *5.*
erythrolepis. *Bonaf.* 9 (nomen).
hirta. *Bonaf.* 9. *2.*
macrosperma. *Roth.* 9. *4.*
Mays. *Lin.* 9. *1.*
rostrata. *Bonaf.* 9. *3.*
Zeugites. *R. Brown.* 411.
americana. *R. Br.* 411. *1.*
mexicana. *Trin.* 411. *2.*
Zizania. *Lin.* 4.
aquatica. *Lin.* 4 sub Hydropyrum *1.*
dahurica. *Turczn.* 4. *3.*
fluitans. *Michx.* 4 sub Hydropyrum *2.*
latifolia. *Turczn.* 4 sub *3.*
microstachya. *Nees.* 4. *2.*
miliacea. *Michx.* 4. *1.*
palustris. *Lin.* 4 sub Hydropyrum *1.*
terrestris. *Lin.* 4. *4.*
Zoysia. *Willd.* 414.
japonica. *Steud.* 414. *3.*
pungens. *Willd.* 414. *1.*
rigida. *Willd.* 414 sub Leptothrium *1.*
tenuifolia. *Willd.* 414. *2.*

Vitia typographica et corrigenda.

pag. 21, nr. *72*, loco : P. longifolium lege : megaphyllum.
„ 46, col. 1, loco : Sectio IV. lege : Sectio VI.
„ 77, nr. *528*, loco : miliaceam lege : miliaceum.
„ 132, nr. *104*, l. 12, loco : tenuis lege : tenacis.
„ 181, col. 1, l. 2, dele *Labil.* N. Holl. t. 263. quod synonymum rectius p. 120 sub nr. *5*. est positum.
„ 198, col. 1, l. 16, loco : Vegetation 5-formen lege : Vegetationsformen.
„ 202, col. 2, l. 16, ab infra loco Campylopus lege : Campulosus.
„ 243, nr. *64*, loco : sticta lege : stricta.
„ 247, col. 2, l. 4, loco : Tricodia lege : Triodia.
„ 259, nr. *133*, loco : falvescens lege : flavescens.
„ 302, nr. *9*, l. 7, loco : Schedonurus lege : Schedonorus.
„ 309, nr *116*, nota l. 2, post genus adde : Bucetum.
„ 311. nr. *138*, loco : nigrescens lege : rigescens.
„ 318, nr. *9*, loco : madridensis lege : madritensis.
„ 319, nr. *14*, l. 14, loco : megastachyus lege : macrostachyus.
pag. 319, nr. *18*, l. 11, loco : Sibertia lege : Libertia.
„ 319, nr. *21*, loco : tenuis lege : lenis.
„ 320, nr. *28*, loco : scrotinus lege : serotinus.
„ 345, nr *62*, loco : Augeri lege : Aucheri.
„ 347, nr. *6*, l. 5, loco : sitberianum lege : Sieberianum.
„ 352, nr. *9*, nota l. 1, loco : monstrositus lege : monstrositas.
„ 354, nr. *2*, loco : Larenti lege : Lorenti.
„ 369, nr. *72*, loco : polystichus lege : polystictus.
„ 390, nr. *324*, l. 10, loco : Diatomis lege : Diectomis.
„ 416, col. 2, nr. *167c*. loco : gracilis *Schlecht.* pone : Schlechtendalianum (*Steud.*) et ad finem post exsertis adde : P. (Ceresia) gracile *Schlecht.* l. c. 134.
„ 417, col. 2, nr. *215b*. loco : comosum pone : pycnocomum.
„ 436, col. 3, post condensatus adde : condylotrichyus. *Hochst.* 377. *172*.
„ 453, col. 3, post : (Hordeum) strichum adde : utriculatum. *Berter.* 353. *24*.

Druck der J. B. Metzler'schen Buchdruckerei in Stuttgart.

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES
SMITHSONIAN INSTITUTION WASHINGTON, D.C.
BOUND BY

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES
3 9088 00354748 6
nhbohc QK495.A14S84
pars Synopsis plantarum glumacearum.